PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS VI.

S. JUSTINUS PHILOSOPHUS ET MARTYR, TATIANUS S. JUSTINI DISCIPULUS, ATHENAGORAS ATHENIENSIS, PHILOSOPHUS CHRISTIANUS, S. THEOPHILUS ANTIOCHENUS EPISCOPUS, HERMIAS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM II.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. JUSTINI

PHILOSOPHI ET MARTYRIS

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA,

NECNON

TATIANI, HERMIÆ, ATHENAGORÆ ET S. THEOPHILI QUÆ SUPERSUNT;

CUM MSS. CODICIBUS COLLATA, AC NOVIS INTERPRETATIONIBUS, NOTIS, ADMONITIONIBUS ET PRÆFATIONE ILLUSTRATA

OPERA ET STUDIO

D. PRUDENTII MARANI

PRESBYTERI ET MONACHI E CONGREGATIONE S. MAURI.

ACCEDUNT AD CALCEM LIBRI JOANNIS HENRICI NOLTE CONJECTURÆ ET EMENDATIONES IN OMNES HUJUS VOLUMINIS SCRIPTORES, ET VARIÆ CODICUM AB IPSO DENUO COLLATORUM LECTIONES; QUI ET SCHOLIA IN JUSTINUM MAXIMAM PARTEM INEDITA, IN TATIANUM EMENDATIUS, IN ATHENAGORAM NUNC PRIMUM EDENDA CURAVIT;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 15 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO VI CONTINENTUR.

S. JUSTINUS PHILOSOPHUS ET MARTYR.

Oratio ad Græcos	*col.*	227
Cohortatio ad Græcos		241
De monarchia		311
Apologia prima pro Christianis		327
Apologia secunda		441
Dialogus cum Tryphone Judæo		471

TATIANUS S. JUSTINI DISCIPULUS.

Oratio adversus Græcos	803

ATHENAGORAS ATHENIENSIS, PHILOSOPHUS CHRISTIANUS.

Legatio pro Christianis	890
De resurrectione mortuorum	974

S. THEOPHILUS ANTIOCHENUS EPISCOPUS.

Libri tres ad Autolycum	1023

HERMIAS PHILOSOPHUS.

Irrisio gentilium philosophorum.	1176
APPENDIX ad S. Justinum, Tatianum et Theophilum.	1181

Joannis Henrici Nolte conjecturæ et emendationes in omnes hujus voluminis scriptores.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

PRÆFATIO

IN QUA

DE SUPERIORIBUS EDITIONIBUS, DE S. JUSTINI ET ALIORUM RELIGIONIS DEFENSORUM DOCTRINA, EORUMQUE GESTIS AC SCRIPTIS DISSERITUR.

—

Præter operam in his scriptoribus interpretandis navatam, aut in eorum contextu variis observationibus illustrando, plurima supersunt consulto in hanc præfationem rejecta. Postulat enim instituti mei ratio, ut et de superioribus editionibus aliquid dicam, et quid in hac nova conatus sim, edisseram. Sequitur alia res longe majoris momenti, horum religionis defensorum ac præcipue S. Justini doctrina, quam quidem ubi obscura et difficultatibus obstructa est, illustrare et explicare; ubi perperam oppugnata, defendere conabor. Neque etiam in eo genere, quod et antiquitatis investigatione suavissimum est, et ad ipsorum dogmatum defensionem perutile, labori parcendum duxi, id est in rebus gestis et scriptis Justini, Tatiani, Athenagoræ et Theophili expendendis et dijudicandis. Erit itaque hujus præfationis pars triplex: In prima de superioribus horum scriptorum editionibus, et de hac omnium novissima disseram; in secunda de nonnullis Justini atque etiam Tatiani et Athenagoræ et Theophili sententiis; in tertia de eorum rebus gestis et scriptis.

—

PARS PRIMA.

De superioribus editionibus operum S. Justini martyris, Tatiani, Athenagoræ, Theophili Antiocheni et Hermiæ.

—

CAPUT PRIMUM.

De editionibus Græcis operum S. Justini variisque interpretibus.

Prodierat Lutetiæ Græce et Latine, anno 1539, ex officina Guillardi, *Cohortatio S. Justini ad Græcos*, sed omnia S. martyris opera Græce primus edidit Robertus Stephanus anno 1551, Regiis typis, cum latentem hunc thesaurum e Bibliotheca Regia eruisset. Accurata viri celeberrimi diligentia, quæ tot operibus nobilitata est, eamdem in hac editione laudem meruit. Sed, ut fieri non potest ut omnem prorsus maculam humana natura caveat, nonnulla, quanquam perraro, aliter ac in codice ms. exstabant, partim imprudens excusit, partim de industria ut sententiam leniret, quæ ipsi durior videbatur. Quinetiam, quod quidem incuriæ tribuendum, brevem quamdam adversus gentiles pertractationem, seu potius observationum complexionem, semel post *Confutationem Aristotelis dogmatum* satis accurate, iterum post *Quæstiones ad orthodoxos* non sine lacuna et pluribus mendis edidit.

Opera Justini a Rob. Stephano sine materiæ delectu, sine genuinorum et spuriorum discrimine, ut in codice ms. invenerat, hunc in modum disposita: *Epistola ad Zenam et Serenum*, *Cohortatio ad Græcos*, *Dialogus cum Tryphone Judæo*, *Apologia pro Christianis ad senatum*, *Apologia ad Antoninum*, *De Dei monarchia*, *nonnullorum Aristotelis dogmatum Confutatio*, *Quæstiones Christianorum ad Græcos*, *Quæstiones et responsiones ad orthodoxos*, *Quæstiones Græcorum ad Christianos*. Testatur doctissimus Fabricius utramque *Apologiam* Græce jampridem Romæ editam fuisse a Zannero in 8, cum Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni et Chrysostomi nonnullis, curante Hieron. Bunello, S. J.

Cum Justini operum utilitas Græce nescientibus clausa esset, eruditorum nonnulli Latinis eum litteris illustrare aggressi sunt. Qua quidem in palæstra primus enituit vir Græcis Latinisque litteris instructus Joachimus Perionius, Cormœriacensis monasterii, ordinis S. Bened. monachus et theologiæ doctor. Prodiit illius opus anno 1554 in folio apud Jacobum Dupuis. Præmittitur Latinæ interpretationi brevis Justini Vita ex ipsius operibus collecta. Post singulas pertractationes notæ apponuntur ad contextum illustrandum. Deceptus Perionius primis *Expositionis fidei* verbis, quibus testatur Pseudo-Justinus satis multis se contra Judæos atque gentiles disseruisse, præmittenda huic *fidei Expositioni* putavit, *Dialogum*, duas *Apologias*, *Cohortationem* et *Libellum de monarchia*; deinde post *Expositionem fidei*, sive rectæ confessionis, locum concessit *Epistolæ ad Zenam et Serenum*, variis *Quæstionibus* ac demum *Aristotelis dogmatum Confutationi*. Sciebat tamen Perionius, idque ipse observat in prima notatione ad *Expositionem fidei*, Justinum ante in gentiles, quam in Judæos stylum acuisse. Sed tamen eum ordinem sequendum duxit, quem a sancto martyre indicatum putabat.

255238 Digitized by Google

Perionii interpretatio magis elegans quam accurata, ut eruditorum nonnulli non sine aculeis in interpretem notarunt. Sed indulgentia utendum videtur in eum, qui neminem habens, quem sequeretur, aliis in hac periculosa alea præivit.

Statuerat primo Perionius, quemadmodum ipse narrat in Admonitione ad lectorem, non omnes Justini libros simul edere, sed brevibus paginis alios aliis temporibus, pro eo ordine quem illis assignandum judicabat. Sed consilium mutavit, ac omnia Justini opera uno et eodem volumine comprehendit, sic tamen ut non defraudaret illustres viros, quorum se nomini aliquos S. martyris libros dedicaturum promiserat. Hinc *Dialogus* nuncupatur Othoni Castalonio cardinali, in quo quidem laudat theologiæ in amplissimo dignitatis gradu studium; quippe qui sibi hujus scientiæ cognitionem, *posteaquam ex humanitatis studiis mirificos fructus Nicolao Beraldo eruditissimo eloquentissimoque præceptore usus cepisset, non solum jucundam et utilem, sed etiam necessariam per omne vitæ tempus esse duxisset.* Satis apte describit Perionius, quis tum esset rei litterariæ status, cum veterum librorum et inveniendorum et in publicam lucem edendorum studia ferverent, præcipue ex quo Franciscus I, qui mirum in modum elaboravit *ut ex Græcia atque Judæa*, ut ait Perionius, *magna librorum Græcorum atque Hebraicorum multitudo comportaretur, multos non Gallos modo, sed etiam Italos atque Hispanos et Germanos pulcherrimo exemplo* incitaverat.

Utraque *Apologia* Joanni Burgio Olivetani in Biturigibus cœnobii abbati nuncupata, quem dudum Perionius in amicitiam ascitum, non desinebat et *ad retinendam perpetuandamque studiorum rationem et ad munus præfecturæ ex* sua *dignitate et ex* suorum *utilitate exsequendum incitare.*

Cohortatio ad Græcos et *Liber de monarchia* sub Francisci Boheri episcopi Macloviensis nomine apparent, cui Perionius ejusque avunculo Dionysio Briconeto abbati Cormœriacensi et episcopo Macloviensi plurimum debebat. Nam cum Perionio benignitatem suam claudere vellent qui ei litteris Lutetiæ operam danti omnia suppeditaverant, ubi id comperit Briconetus, suis illum opibus fovit, eumque moriens Francisco Bohero, cujus non minus prolixa fuit beneficentia, commendavit.

Cum *Expositionem fidei* genuinum esse Justini fetum existimaret Perionius, nec labis Nestorianæ maculas, quibus hoc opus inustum est, animadvertisset, non putavit se *ullum librum, qui majores præstantioresque res contineret, posse mittere Carolo Lotharingo cardinali*, adjunxitque *Epistolam ad Zenam et Serenum*, et *quinque Quæstiones Christianorum ad Græcos.* Reliquæ *Quæstiones* Francisco Turnonio cardinali inscribuntur. Supererat *Aristotelis Confutatio*: hanc in nomine Philiberti Baboi episcopi Engolismensis edidit, satisque ingenue timorem suum fatetur, *ne hujus libri lectione alii a legendo Aristotele magis quam Platone deterreantur.* A Paulo ante dixerat: *Majores nostri, Platonica disciplina plane repudiata, Aristotelicam in hac principe omnium academia et comprobaverunt ipsi, et a suis probari retinerique voluerunt.* Itaque Justini amore et studio non adeo effertur, ut victum ab eo Aristotelem putet. *Quinetiam hoc vere possum dicere,* inquit, *Aristoteleos, si velint (quoniam suis tantum rationibus atque principiis eum Justinus hoc loco refellit, neque enim alieni a religione nostra homines scriptorum divinorum testimoniis urgeri possunt), facile posse ad ea, quæ contra eum, sublata religione nostra, valere vult, respondere: cum præsertim nulla sit adeo debilis maleque instituta disciplina, cujus homines principis sui decreta defendere non possint.*

B Anno sequenti, id est 1555, prodiit Basileæ, ac iterum Parisiis excusa est anno 1575 alia interpretatio, adornata a Sigismundo Gelenio, qui cum in ipso cursu mortuus interruptum opus reliquisset, absolvendum suscepit vir quidam Græce et Latine peritus qui, ut testatur Nicolaus episcopus in *Admonitione ad lectorem, non solum libros postremos fecit Latinos, sed multos etiam locos in prioribus, ubi carmina ex auctoribus fuerant allegata, quæ Gelenius ne suæ interpretationis cursum moraretur, transilierat... supplevit, sensu tamen magis quam carmine, etiamsi poeta sit eximius, exhibito... excellens etium multis aliis Dei donis, maxime autem restituendis utriusque linguæ scriptorum depravationibus: de quo tanto parcius loquar, quanto id notius est pluribus.*

C Extremi libri, qui erudito viro ad interpretandum relicti sunt, videntur esse *Aristot. dogmat. Confutatio, Quæstiones ad orthodox.* atque aliæ *Christianorum ad Græcos* et *Græcorum ad Christianos Quæstiones.* Hæc enim accuratius, quam solet Gelenius, fuere reddita. Dignum erat eruditi viri nomen, quod posteris proderetur: sed forte a librario prætermissum, ut illius modestiæ parceret. In hac editione retinetur operum ordo quem Robertus Stephanus observaverat. In editione Parisiensi, quæ anno 1575 prodiit, adjuncta est S. Hippolyti oratio de consummatione mundi et Antichristo, et secundo Adventu Domini Jesu Christi ex interpretatione Joannis Pici.

D Joannes Langus Silesius tertiam interpretationem anno 1565 in lucem emisit Basileæ, additis commentariis. Opus absolverat antequam Perionii et Gelenii elucubrationes in ejus manus venirent; sed, iis perlectis, testatur non modo operæ suæ non se pœnituisse, sed etiam animos accessisse, ut eam hominum judiciis libentius committeret. Sua illum spes non fefellit; nam ejus interpretatio aliis anteponitur; sed tamen etsi non tam licenter interpretatur quam Gelenius, nec tam sæpe labitur quam Perionius, suis tamen erratis non caret, quorum nonnulla effugisset, si Perionii et Gelenii interpretationes cum sua diligenter contulisset; ut omittam illam imitando utroque clariorem sæpe et elegantiorem fieri potuisse. Langi interpretationi

Digitized by Google

bonor habitus fuit in editionibus, quæ postea prodierunt, excepta tamen Bibliotheca Patrum Coloniensi anni 1618, in quam recepta fuit interpretatio Perionii.

Langi opus consideranti mihi mirari subiit hominis sententiam de controversiis, quæ tum magno æstu fervebant. In epistola nuncupatoria ad Maximilianum Bohemiæ regem luget exortas ab annis plus minus quadraginta in Germania et aliis locis dissensiones. At eo consensu, qui his de rebus antea vigebat nec vigere inter catholicos desiit, minime movetur. Sanctos Patres plurimi facere videtur, contenditque eorum, *tanquam Ecclesiæ lucernarum, magnam in ea esse debere auctoritatem non privatim tantum apud singulos, verum etiam publice in conventibus sacris et conciliis apud mortales universos, quibus nomine et gloria Christi et salute propria nihil est prius et antiquius.*

At ille sanctorum Patrum laudator quam male suis ipse stat principiis et præceptis obsequitur! Nam dum commentatur insignem Justini locum *Apol.* 1, num. 65, ubi S. martyr tam diserte et constanter asseverat panem et vinum fieri corpus et sanguinem Christi, quam ipsum Verbum hominem esse factum; quid huic testimonio opponit Langus? Unus illi pro omnibus Patribus est Valentinus Crataldus, presbyter Vratislaviensis, quem in Græcis litteris præceptorem habuerat. Hoc monstratore et magistro fretus, Christi verba, *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*, per causam explicandi et explanandi invertere non dubitat hunc in modum: Corpus meum est hoc, *nempe panis et cibus spiritualis et vivus qui de cœlo descendit;* sanguis meus est hoc, *nempe potus spiritualis, vivificus et cœlestis.*

Justitiam putativam sic exagitat: *Fides hujusmodi*, inquit, *plurimum* οἴησει *et* δοκήσει, id est *existimatione et opinione concipitur, substantia carens, et justitia putativa nititur et consistit, habitura etiam* (*ut verendum est*) *consentaneam sibi muneratione putativam et retributionem imaginariam. Et homines otio perditi, qui in dubium vocant, an benefactis opus sit Christiano ad salutem, quid aliud agunt, quam quod manifesto ostendunt, se in disputationem ambiguam deducere Dominica et apostolica oracula* (*prophetica omitto*) *luce clariora, et de eorum veritate dubitare?* Hæc in eadem epistola leguntur.

Memorabilis est narrata a Lango seditionis ob justificationis controversiam exortæ historia. *Suborta fuit proximis annis*, inquit, p. 12, *in quadam Germaniæ ditione de justificatione hominis scholastica contentio, quæ deinde in apertam discessionem ita evasit, ut clerus ibi prope omnis a principe desciscceret. Neque ille ratione alia suis satisfacere potuit, quam ut publico proposito edicto, quod primitus ab ipsis Ecclesiæ sanctæ fundamentis jactis decretum fuit, statueret, ut juxta sententiam apostoli Pauli justificatio doceretur. Verum constitutioni ei addidit, et juxta quorumdam Neotericorum doctorum doctrinam, qui ab eo nominati non ita pridem decesserunt. Non enim, ut opinor, aliter, sicut dixi, illis satisfacere potuit. Nec dubito quin princeps is, qua est prudentia præditus, de suo ipsius consilio, si per seditiosorum hominum importunitatem licuisset, pro novellis scriptoribus antiquos Patres, Græcos et Latinos fuerit repositurus.*

In disponendis S. Justini operibus materiam secutus est, ac Justinum in tres tomos divisit, quorum primo continentur *Cohortatio*, *Liber de monarchia*, duæ *Apologiæ*; quibus adjungitur *Athenagoræ Legatio*, denique *Aristotelis dogmatum Confutatio* cum Appendice, ut apud Robertum Stephanum, et *Quæstiones Christianorum ad Græcos*. Tomum secundum implet *Dialogus cum Tryphone*, tertium *Expositio fidei*, *Epistola ad Zenam et Serenum*, *Quæstiones* et *Responsiones ad orthodoxos* cum *Quæstionibus Græcorum ad Christianos*.

Ante hos interpretes Joannes Picus Mirandulanus *Cohortationem ad Græcos* Latine reddiderat; quæ interpretatio inter ejus opera edita est Argentorati anno 1507, et Basil. 1528, in fol., in Jo. Sichardi *Antidoto contra hæreses*, et in *Micropresbytico* 1550, et *Orthodoxographo* 1551, 1569, atque iterum inter Jo. Francisci Pici opera Basil. 1601, in fol.; *Refutationem Aristotelis dogmatum* vertit Latine Guillelmus Postellus, Parisiis ann. 1552, in 8°.

Habuit etiam Justinus qui eum Gallica lingua illustrarent. Opera omnia a Roberto Stephano edita Gallice reddidit Joannes de Maumont anno 1554, atque hanc elucubrationem Monlucii Valentiæ episcopi hortatu susceptam et typis Michaelis Vascosani excusam, cardinali Lotharingiæ nuncupavit. Hæc interpretatio iterum excusa anno 1559 apud eumdem. Eadem lingua *Cohortationem ad Græcos* anno 1580 Paris. Martinus Dupin; majorem *Apologiam* Chanutus anno 1670; *Epistolam ad Diognetum* Paris. anno 1725 P. le Gras Oratorii sacerdos reddiderunt. Cum delituisset Chanutus sub nomine Petri Fondet, iterum hæc interpretatio excusa est anno 1686, sub vero interpretis nomine. Germanice *Cohortationem ad Græcos* illustravit Caspar Hedio anno 1530, cum *Historia ecclesiastica* Eusebii, Socratis, etc. Argentorati in fol.; Justini, Tertulliani et Minucii Felicis pro Christiana religione *Apologias*, Vincentiique Lirinensis *Commonitorium*, Anglice nuper vertit, et prolegomenis ac notis illustravit D. Reevius, Londini 1710, 8°, 2 vol.

CAPUT II.

De editionibus S. Justini operum Græco-Latinis.

Justini opera Græce et Latine edidit Fridericus Sylburgius, cum Joannis Langi interpretatione, anno 1593, Heidelbergæ apud Commelin., additis duobus operibus anno 1592 ab Henrico Stephano editis, *Oratione ad Græcos* et *Epistola ad Diogne-*

Digitized by Google

tum. Huic editioni decus et pretium addidit Sylburgius cum indicibus copiosis, tum variis observationibus, quas aut suo nomine, aut a Jo. Arcerio, Davide Hœschelio, Hieronymo Volfio acceptas, aut ex Billii *Observationibus sacris* depromptas apposuit. Hæc editio semel et iterum Parisiis anno 1615 et 1636 recusa est, comprehensis eodem volumine Athenagora, Theophilo Antiocheno, Tatiano et Hermia, nec non subjecta Justini operibus Lansselii Jesuitæ dissertatione adversus Casauboni in Baronium *Animadversiones*. Editio Coloniensis, sive Vitebergensis, anni 1686, præter ea quæ Parisiensibus continentur, habet *Commentarios* Christiani Kortholti in Baronium, Athenagoram, Theophilum et Tatianum.

Non commiserunt eruditi Angli, ut ad Justinum illustrandum nihil operæ et studii contulisse viderentur. *Novissime*, inquit Fabricius, tom. V, p. 61, *vir doctus Thomas Creech, cui Lucretius multum debet, novæ Justini editioni manum admovit Oxoniæ. Sed mox miser ipse deplorandi sibi fati auctor, etiam ea quæ affecta habuit, voluit aboleri.*

Joannes Ernestus Grabe edidit Oxoniæ anno 1700 majorem *Apologiam* in 8°, *cum Latina Joannis Langi versione quamplurimis in locis correcta, subjunctis emendationibus et notis variorum, pluribusque novis additis, annexis insuper ad calcem adnotationibus Langi et Kortholti, præmissa vero Langi præfatione, qua summam hujus Apologiæ enarravit.* Eadem in urbe ac eumdem in modum prodiere anno 1703, *Oratio* utraque adversus Græcos, cum *Libro de monarchia* et minore *Apologia*, cum notis Roberti et Henrici Stephanorum, Grabii et aliorum. Subjunctæ ad calcem adnotationes Langi et Kortholti. Laus hujus laboris debita H. Hutchino. Cum superesset *Dialogus*, in eo illustrando Samuel Jebb eadem via et ratione versatus est, qua Grabius et Hutchinus in prædictis operibus, nisi quod paucissimas notas apposuit, easque ex Sylburgio fere semper desumptas. Prodiit opus pariter in 8° Londini anno 1719.

Prodiere Londini Græce et Latine anno 1722 *Justini philosophi et martyris Apologiæ duæ et Dialogus cum Tryphone Judæo cum notis et emendationibus Styani Thirlbii.* Eruditi viri observationes in explicanda antiquitate, in contextu emendando, atque etiam in conferendis Scripturæ locis cum editionibus Bibliorum et Patribus versantur. Ad insignem de angelis locum, de quo agemus in secunda præfationis parte, admonet sibi *statutum esse in hoc opere controversias theologicas non attingere.* Nusquam videtur ab hoc consilio discedere.

Nullus dubito quin laudem et approbationem vir egregie instructus Græcis Latinisque litteris meruisset, si novam adornasset interpretationem; sed cur ab hoc labore refugerit, his se usum rationibus declarat. *Tantum abfuit*, inquit, *ut novam mihi versionem conficiendam esse putarem, ut propius nihil factum sit, quam ut nullam ederem: quippe qui et omnibus versionibus de Græca lingua in Latinam, de utravis in vernaculas, quibus hanc cum doctorum incredibilem paucitatem, tum semidoctorum et sciolorum multitudinem præcipue, ni fallor, debemus, capitalis hostis sim, et hunc ridiculum morem adjungendi libris Græcis Latinas interpretationes, Græcarum litterarum labem et perniciem exstitisse semper existimaverim. Compendii bibliopolæ rationem habui, cui etiam hoc concessi, ut versionem in extremum libri non saltem ablegarem.*

Quomodo in emendanda Langi versione processerit, operæ pretium est ex ipso discere. *In emendanda*, inquit, *Langi versione Latinitatis rationem nullam habui, quippe quam nihil nisi una litura emendare poterat; neque ipsam sententiam meis ponderibus, quod et ipsum non minoris laboris fuisset, haud scio an etiam majoris, quam novam versionem facere, sed quadam populari trutina leviterque et remisse, ut invitus et humilem operam ægre devorans, examinavi.*

Ad calcem appositæ adnotationes nonnullæ Pearsonii ex bibliotheca regia Cantabrigiensi erutæ, quas doctus editor non magni facit. Sequuntur notæ Davisii in *Apologiam* 1, quas ab hoc doctissimo viro perhumaniter missas Cl. Thirlbius luce publica donavit, ut et grati animi sui et eruditionis Davisii monumentum essent. Indices rerum et verborum debentur Sylburgio. In epistola nuncupatoria, quæ *nobilissimo viro Guillelmo domino Craven* inscripta præfationis locum ac modum sortitur, doctus editor sanctorum Patrum lectionis patrocinium suscipit, ac de criticæ utilitate et difficultate disserit, tum de Justino judicium suum interponit, ac demum operæ suæ rationem explanat.

Non molli brachio vellicat eos, quibus sordent antiqui Patres. *Est autem*, inquit, *aliud hominum genus, qui, quanquam cum indoctis disputare non soleo, paucis tamen redarguendi sunt. Hi si theologium nesciunt, nihil sciunt, inque id studium sedulo sibi incumbere videntur: sed tamen antiquos Patres, sive arrogantia, seu id quod dicunt, revera sentiunt, sua lectione indignos habent. Nimirum boni theologi esse Scriptura sola niti contendunt, eam et quidquid nostra scire intersit, et quidquid ad intelligentiam sui opus sit, continere: qui secus sentiunt, eos horribile convitium scriptori ejus Deo facere, eoque Patrum nullum usum esse posse, neque ullam auctoritatem antiquitatis, neque vetustissimos Scripturæ interpretes anteferendos esse recentissimis. Quod de perspicuitate Scripturæ dicunt, primo perridiculum et absurdum est; deinde cujus criminis adversarios inepte reos agunt, etiam impium. Absurdum est, quod omnes sentiunt non esse perspicuum, id omnibus esse perspicuum probare conari. Impium est, quod factum non esse manifestum sit, id Deum aut fecisse, aut rebus humanis non satis consuluisse affirmare.* Nemini veritatem amanti non placebit hoc de hominibus supra caput absurdis judicium.

Quam ardua res sit et difficilis critica, hac inter alias ratione demonstrat. *Quid enim*, inquit, *aliud*

Digitized by Google

causæ esse potest, cur in tanta multitudine emendatorum, non tantum apud nos, reliquosque populos aquilonares, quos iniquus sol, ille verus Phœbus, quo agitante calescunt ingenia, nisi limis ex longinquo non respicit, verum etiam apud vividos illos ingeniososque Gallos, omniumque musarum vel populares, vel vicinos, divinæ solertiæ homines, Italos, vix singulis ætatibus tres aliqui aut quatuor rem feliciter gesserint, nisi rei quædam incredibilis magnitudo ac difficultas? Hæc ea mente a me non referuntur, ut vel iis applaudam, quæ de popularibus suis non timide, vel ea ostentem, quæ de Gallis honorifice statuit, sed ut ex his etiam quisque perspiciat, quam ingenua et sincera sit eruditi viri et sentiendi et quid sentiat dicendi libertas.

CAPUT III.

De variis editionibus Tatiani, Athenagoræ, Theophili et Hermiæ.

Prima omnium Tatiani *Orationis* editionum debetur Joanni Frisio, qui cum hujus *Orationis* exemplar manuscriptum, ac variis ex alio codice lectionibus inspersum Venetiis ab Arnoldo Arlenio Paraxylo accepisset, hoc præsidio fretus *Orationem* Tatiani Tiguri Græce vulgavit in folio anno 1546, apud Froschoverum, cum Antonii Melissa et Maximi sententiis ac Theophilo ad Autolycum. Ad oram hujus editionis leguntur cum variæ illæ quas dixi lectiones, tum etiam breves nonnullæ Conradi Gesneri notæ, quicum Frisius codicem suum communicaverat. Eodem anno ac eadem in urbe Conradus Gesnerus vulgavit in folio Latinam Tatiani cum prolixis notis interpretationem, quæ postea sæpius recusa in Bibliothecis Patrum, Paris. an. 1575, 1589, 1610, Colon. 1618, Lugdun. 1677.

Græce et Latine prodiit Tatianus Basileæ inter *Orthodoxographos* anno 1555 et Parisiis in *Auctuario* Bibliothecæ Patrum an. 1624, cum Ducæi notis, et post opera Justini martyris in editionibus Paris. an. 1615 et 1636, et Colon. seu potius Vitebergensi anno 1686, cui postremæ editioni additæ Kortholti notæ.

Sed has omnes editiones diligentiæ et eruditionis laude superat Oxoniensis in 8° anni 1700, quam debemus Willhelmo Worth archidiacono Wigorniensi. Is Conradi Gesneri interpretationem nonnullis in locis emendavit, opus in certa quædam capita distribuit, aliorum notis adjunxit suas, ac varias lectiones e tribus excerptas codicibus inter contextum et notas ordine disposuit.

Ad calcem appositæ Georgii Bulli observationes de Christi divinitate, Kortholti notæ, et dissertatio domni Nicolai le Nourri monachi Benedictini. Sequitur Hermiæ opusculum, quod cum Tatiano Worthus conjungendum duxit; deinde indices ac tandem erudita celeberrimi abbatis de Longuerue dissertatio, quam Worthus a Petro Hallixio post absolutum opus acceperat ea lege et conditione, ut eruditus dissertationis auctor celaretur.

A In epistola nuncupatoria, quæ Willelmi episcopi Wigorniensis et regii eleemosynarii nomen præfert, declarat eruditus editor hujus laboris suscipiendi hanc sibi occasionem et causam exstitisse, *quod cum ferverent haud ita pridem in Anglia de summis fidei capitibus controversiæ, ac omnes atheismi machinas in hoc conversas videret, ut sub specie naturalis religionis excolendæ paganismo via sterneretur;* Tatiani *Orationem* ad reprimendos impietatis progressus utilem fore sperasset, quippe qui luculentissime demonstret *religionem hanc omnem naturalem quam dicimus, misellum quiddam esse, parumque admodum valere ad excolendum animum, moresque informandos, nisi insuper legis Christianæ lumen accedat.*

B Athenagoræ *Liber de resurrectione mortuorum* ante *Legationem* sive *Apologiam* prodiit. Hunc enim Latine reddidit Georgius Valla, cujus interpretatio Venetiis in fol. excusa cum aliis variorum operibus, anno 1498. Multa etiam ex hoc libro interpretatus est Marsilius Ficinus, quæ in secundo illius operum tomo leguntur. Idem opus litteris Latinis illustravit Petrus Nannius, ac primus Græce vulgavit cum sua interpretatione Paris. et Lovanii anno 1541 in 4°. Hæc editio Græco-Latina repetita est Basileæ in folio anno 1550 in *Micropresbytico*, et inter *Orthodoxographos* anno 1555 in fol. Latine tantum idem opus ex Nannii interpretatione refertur post Philonis Judæi opera Latine reddita a Gelenio Basil. 1552 in 8°.

C In *Legatione* sive *Apologia* tres interpretes elaborarunt, Conradus Gesnerus, qui Græce et Latine cum notis hoc opus edidit in 8° Tiguri anno 1557 et Basileæ anno 1558; Joannes Langus, qui inter opera Justini Latine a se edita in fol. Basileæ an. 1565 *Apologiam* Athenagoræ ob materiæ similitudinem inseruit; tertius denique Suffridus Petri, qui cum uberioribus notis idem opus Latine redditum vulgavit Coloniæ in 8° an. 1567. Langi interpretatio servata fuit in editione Basileensi: Suffrido honor habitus in editionibus Lipsiensibus annis 1684 et 1685. Cæteræ quas deinceps numerabimus interpretationem Gesneri retinuerunt.

D Utrumque opus, *Legatio* et *Liber de resurrectione mortuorum*, Latine editum est in Bibliothecis Patrum, Lutetiæ annis 1575, 1589, 1609; Coloniæ 1618; Lugduni 1677 Græce et Latine cum notis; Parisiis in 8°, an. 1657, ab Henrico Stephano quem immerito auctor *Historiæ general. scriptorum sacrorum et ecclesiasticorum* novam interpretationem adornasse existimavit: item Tiguri 1559 et 1560 fol. inter theologorum aliquot Græcorum veterum orthodoxorum scripta; in *Auctuario* Bibliothecæ Patrum, Parisiis 1624, item post opera Justini 1615, 1636, 1686; Oxonii in 12, cum brevibus notis Felli episcopi Oxoniensis 1682; Lipsiæ in 8° 1684, 1685, cum notis Rechenbergii, qui interpretationem Suffridi retinuit.

Alia Oxoniæ prodiit editio anno 1706 in 8°, cæ-

Digitized by Google

teris præstantior, opera Eduardi Dechair, qui varias lectiones ex uno codice Regiæ bibliothecæ Parisiensis et nonnullis Anglicanis nactus, hoc præsidio ad contextum emendandum usus est, interpretationes Gesneri et Nannii pluribus locis emendavit, notasque eruditas adjunxit, et ad calcem observationes Suffridi, Langi, Kortholti et Rechenbergii, et nonnulla ex Baronio, Halloixio, Dodwello et Bullo excerpta apposuit.

Non defuere qui Athenagoram litteris vernaculis illustrarent. *Librum de resurrectione* Italice vertit Hieronymus Faleti Venetiis apud Aldum in 4°, anno 1557, si Fabricio credimus; 1556, si auctori *Hist. general. scriptor. sacr. et eccles.* Annum 1546 assignat eruditus editor Eduardus Dechair. Anglice idem opus prodiit interprete Richardo Pordero, Londini anno 1573. *Apologiam* Gallice edidit Guido Gaussartus in 8°, Paris. 1574. Anglice utrumque opus David Humphreyus in 8°, Londini 1714. Testatur doctissimus Fabricius exstare utriusque operis Gallicam interpretationem, quæ Arnoldo Ferrono debetur.

Jam diximus S. Theophilum Græce primum prodiisse, una cum Tatiano, Tiguri in fol. anno 1546, opera Joannis Frisii. In eadem urbe ac eodem anno prodiit Latine ex interpretatione Conradi Clauseri, quæ quidem interpretatio habetur in Bibliothecis Patrum, Paris. 1575, 1589, 1609, 1644; Colon. 1618; Lugd. 1677. Græce autem et Latine exstat hoc opus inter *Orthodoxographos* an. 1555; Basil. in fol. in *Auctuario* Bibliothecæ Patrum; Paris. 1624, cum notis Frontonis Ducæi: post opera S. Justini Paris. 1615, 1636 et Colon. seu potius Vittebergæ 1686.

Anno 1684 prodiit Oxonii in 12 nova editio librorum ad Autolycum, opera Joannis Felli episcopi Oxoniensis, qui codicem ms. e bibliotheca Bodleiana habuit, ac interpretationem Clauseri nonnullis in locis emendavit, brevesque notas adjunxit.

Concedunt hæ omnes editiones Hamburgensi, quæ prodiit anno 1724 in 8° opera Jo. Christophori Wolfii pastoris ad D. Cathar. Hamburg. et scholarchæ. Is contextum contulit cum Bodleiano codice et regio Parisiensi, suisque et aliorum notis illustravit ac interpretationem pluribus locis emendavit.

Hermias, inquit Fabricius, *vidit lucem primum ex Jo. Jacobi Fuggeri codice cum versione Raphaelis Seileri Augustani, Basil.* 1553 *in* 8°, *additus Demetrii Cydonii orationi de morte contemnenda: atque inter veteres aliquot theologos Græcos, excusos Tiguri anno* 1560 *fol., Græce et Latine curante Gesnero. Deinde ut Latinas editiones in Bibliothecis Patrum repetitas omittam, Græce et Latine iterum cum castigationibus Frontonis Ducæi in Auctuario Ducæano Paris.* 1624 *in fol., tom. I, et ad calcem Justini martyris Paris.* 1615, 1636 *et Colon. sive potius Vittebergæ* 1686 *in fol. Denique cum Th. Gallei codice collatus, additis ejusdem Galei, qui Theodorito juniorem esse Hermiam existimat, et Wiln. Worthi notis ad calcem Tatiani, Oxon.* 1700, 8°.

CAPUT IV.

Paucis exponitur quid in hac nova editione tentatum sit.

Non longa oratione lectores tenebo, ut eis laboris mei rationem exponam, qui quidem eruditorum judicio commissus, non tam a me laudandus ac prædicandus est, quam excusationis venia erratis et maculis, quæ in arduo et difficili opere parum cavi, exposcenda.

Multæ profecto magnæque difficultates in his veteribus monumentis occurrerunt. Magna librarii vulnera fecere, sive nonnullis omittendis, sive immutandis, sive etiam, id quod in toto capite *Apologiæ* 2 S. Justini observavi, in locum non suum transferendis. Huc accedit stylus nec verborum electione concinnus, nec constructione accuratus, præsertim in *Dialogo* S. Justini, qui dum studio fervet defendendæ veritatis, non modo projicit ornamenta dicendi, sed etiam sermonis perspicuitati parum consulit. Tatiani lepores elegantesque picturæ sæpe non minus negotii facessunt, quam incomptus inornatusque sermo, adeo ut visus sit interpretibus et criticis Crescentem Cynicum aculeis defigere, dum mimos nativis coloribus describit. Operosa nonnunquam rerum profanarum apud hos scriptores explanatio; sed haud scio an operosius fuerit, non dico quid illi de Christi divinitate sentiant perspicere (mirus enim est illorum ardor animi in hoc defendendo dogmate et aperta in prædicando testimonia), sed argumenta nonnulla, quibus in hoc genere utuntur, explanare et omnibus vestigiis persequi.

Subsidio fuere ad hæc expedienda mss. codices, interpunctionis mutatio, parenthesis, ubi opus fuit, appositio, attenta denique locorum difficilium consideratio et cum aliis ejusdem aut diversi scriptoris collatio. Hæc autem sine pluribus notis, iisque interdum prolixis, navari non potuerunt; sed tamen habita est cura brevitatis. Tædium mihi profecto et legentibus peperissem, justoque gravior voluminis sarcina fuisset, si commentarios Langi, Perionii, Kortholti et aliorum apposuissem, si locis communibus res ecclesiasticas et profanas illustrare libuisset, et quidquid alii aut minus commode interpretati sunt, aut minus docte opinati, quidquid a Bibliis nostris habent discriminis citata a Justino et Theophilo testimonia, colligere. In his omnibus delectu opus esse duxi: Adnotationum operam intra contextus et scriptoris sententiæ intelligentiam soleo coercere; virorum eruditorum, qui ante me utiliter laborarunt, observationes, ubi mihi minus probantur, paucis refello: ubi videntur adoptandæ, libenter ascisco, sic tamen ut plerumque in brevius cogantur, nec debita quisquam laude fraudetur.

Novam interpretationem præcipue desiderabant

Digitized by Google

utraque Justini *Apologia*, *Liber de monarchia* et *Dialogus*, Athenagoræ *Liber de resurrectione* et tres libri Theophili. Satis fuit in *Oratione* Justini *ad Græcos*, *Epistola ad Diognetum* et Hermiæ opusculo interpretationem pluribus locis emendare. In hoc autem labore id curæ fuit, ut verbum verbo fidus interpres redderem, nec mihi sine necessaria causa licentiam sumerem. Æque enim religio esset aut de veritate quidquam negligentia deterere, aut eam, quasi debilis et infirma sit, astu exaggerare. Itaque molestum fortasse nonnullis erit testimonia ad dogmatum defensionem præclarissima, sed quæ sola interpretum auctoritate nitebantur, in hac mea interpretatione non reperire: quale est illud ex Justini *Dialogo*, n. 88: *Humanum genus per Adam in mortem et fraudem seductionemque serpentis conciderat; ut interim propriam pro se maligne agentium cujusque culpam taceam.* Citatum etiam fuit illud Theophili ex libro II: *Quod autem sibi per injuriam et inobedientiam homo accersiverat, id ei nunc dorat Deus, per suam humanitatem et misericordiam faciens homines sibi obsequentes.* Contextus in causa exstitit, cur his testimoniis mea interpretatio careret. Sed hoc damnum, si tamen damnum videri debet, multa alia compensabunt, quæ certis rationibus adductus ita reddidi, ut scriptoris sententia in clarissima luce posita sit, ac tota lis dirimatur.

Operum ordinem, qui ad arbitrium in superioribus editionibus institutus fuerat, ex temporis notis dirigendum esse duxi. Non tamen disjunctæ S. Justini *Apologiæ*. Rejecti in Appendicem supposititi Justino libri, inter quos præceptorum pietate eminet *Epistola ad Zenam et Serenum*: sed quam certum et manifestum est eam Justini non esse, tam obscurum et incertum est quo potissimum scripta sit tempore. Sequuntur duo opera, S. martyris quidem nomine ob errorum venenum indigna, sed tamen satis idonea, quæ legendi et cognoscendi studia commoveant: *Expositio rectæ confessionis*, in qua spirat hæresis Nestoriana; et *Quæstiones* ac *responsiones ad orthodoxos*, quæ Pelagianis maculis insignes sunt. Aliæ *Quæstiones* et *Confutatio Aristotelis dogmatum* mirabili styli similitudine eumdem parentem referunt ac *Quæstiones et responsiones ad orthodoxos*. Secunda pars Appendicis assignata fuit *Actis martyrii S. Justini*, quæ Græce et Latine post Papebrochium edidi, et fragmentis operum deperditorum Justini, Tatiani et Theophili.

Usui fuere duo recentes mss. codices, quibus omnia Justini tam genuina quam supposita opera continentur, alter e Regia bibliotheca olim 2270, nunc 450, alter ex Claromontana. Præterea ad *Cohortationem* adhibiti regii codices perantiqui, nunc 451 et 174, olim 2271, et 2919; et Colbertinus, qui nunc regius est 19. Ad *Epistolam ad Zenam et Serenum* regii codices 451 et 174, ac præterea duo Claromontani, qui tamen ita gemelli sunt, ut ex eodem codice uterque descriptus sit vel alter ex altero. Iidem Claromontani codices cum regiis 938 et 1268, et duobus Coislinianis, quorum primus decimi sæculi esse creditur, ad *Expositionem fidei* emendandam profuerunt. *Confutatio Aristotelis dogmatum* collata cum regio 2153. Athenagoræ *Legatio* collata cum duobus regiis 451, 174, tribus Romanis, quorum duo ex Ottoboniana, alius ex Vaticana bibliotheca, Claromontano et alio ex bibliotheca institutionis Oratorii Parisiensis. Ejusdem *Liber de resurrectione* collatus cum iisdem codicibus regiis 451, 174, 450, et duobus Claromontanis, quibus accessere variæ lectiones olim ab eruditissimo Bigot e ms. codice collectæ, quæ in bibliotheca Sangermanensi asservantur. Liber III Theophili collatus cum regio 887. Hermias cum duobus Romanis, altero Vaticano et altero Ottoboniano. Romanorum codicum varias lectiones debeo duobus eruditis nostræ congregationis in curia Romana procuratoribus, D. Etiennot et D. Petro Maloet, quorum primus *Legationem* Athenagoræ cum duobus Ottobonianis contulit. Postulat grati animi officium, ut et doctissimorum Regiæ bibliothecæ custodum D. Boivin et D. de Targnies et eorum, qui illis successere, eximiam in me adjuvando humanitatem commemorem. Prolixa etiam et benefica in me voluntas exstitit reverendi Patris Harduini, quem nemo nescit bibliothecæ collegii Parisiensis societatis Jesu diu præfectum fuisse. Ad testimonia Justini, quæ ab Eusebio referuntur, adhibui varias lectiones ex codicibus mss. excerptas, quæ mecum ab uno ex nostris novam editionem Eusebii *Historiæ* præparante communicatæ fuerunt.

Digitized by Google

PRÆFATIONIS PARS II

In qua multa expenduntur ad Justini et aliorum religionis defensorum doctrinam spectantia.

CAPUT PRIMUM.

An cognitum Platoni Verbum merito existimavit Justinus? An ipse Justinus hanc de Verbo doctrinam in Platonis schola percepit?

I. Platonis testimonia de ideis et λόγῳ ex Timæo Locro. II. Alia ex Timæo expenduntur. III. Quid sit apud Platonem unigenitus, Deus genitus, Dei imago. IV. Mundum Plato existimavit perfectam esse Dei imaginem. V. Locus celebris, ubi Plato de Triade loqui visus est, Tetradem Pythagoricam continet. VI. Genitus a Deo fetus scientia est et veritas. VII. Nihil de Verbo apud Platonem viderunt scriptores Justino antiquiores aut æquales. VIII. Justinus hujus doctrinæ jejunus ad Ecclesiam accessit.

Non propositum mihi est quidquid his in scriptis ad doctrinam pertinet, hoc loco colligere (hunc enim in usum copiosus index instructus est), sed ea tantum expendere, quæ vel alienos in sensus detorta, vel sua sponte obscura et difficilia in adnotationibus illustrari et explicari non potuerunt. De Christi quidem divinitate uberrima esset disserendi seges, si non hoc labore quam potui accuratissime in notis defunctus essem. Sed superest in hoc genere non contemnenda quæstio, quæ mihi maxime videtur mei esse instituti. Qui in Christi divinitatem postremis sæculis impias linguas acuerunt, hi clamitare non desiere λόγον apud Platonem esse personam a summo Deo distinctam, et hanc doctrinam e Platonis schola in Ecclesiam, duce facinoris Platonico Justino, manasse. Joannes Clericus in *Epistolis criticis* 7, 8, 9, Judæos ipsos ac in primis Philonem e Platonis fontibus hausisse pronuntiat quidquid de Verbo Dei Filio et omnium opifice docuerunt. In hoc Platonismi in Ecclesiam indueti commento, tanquam in re certa et explorata, nuperrime Laurentius Moshemius fundamenta jecit omnium nugarum, quas in dissertatione *De turbata per Platonicos Ecclesia* devolvit. Cum ipsa Platonis testimoniorum consideratio videtur legentium animos morari et oblectare posse; tum vero de Christiana doctrina, quam tamen in tanta evidentiæ luce fateor opera mea non indigere, bene meriturum me spero, si demonstrem, nec Platonem Christiani de Filio Dei dogmatis ulla prorsus aura perflatum fuisse, nec Justinum ullo Platonis aut Platonicorum beneficio hac in re usum fuisse. Nobis igitur inquirendum est, quid sit apud Platonem idea et λόγος a quibus conditus est mundus, et quid apud eumdem filius Dei et imago Dei significent.

De ideis ac de ratione Dei non pauca occurrunt apud Platonem : has autem ideas, hunc logon a summo Deo distinctum fuisse, ut personam ab eo genitam, ne suspicatus quidem videtur. Ipsius sententiam præclare expressam habemus, cum in dialogo, qui inscribitur *Timæus*, tum in alio libello, in quo dialogorum morem non sequitur Plato, sed ipse refert, quæ ex Timæo Locro, insigni Pythagorico, audierat. Sic incipit hic libellus : Τίμαιος ὁ Λόκρος τάδε ἔφα · Δύο αἰτίας εἶμεν τῶν ξυμπάντων · νόον μὲν τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων · ἀνάγκαν δὲ τῶν βίᾳ κατὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων. Τουτέων δὲ τᾶς τἀγαθῶ φύσιος εἶμεν, Θεόν τε ὀνομαίνεσθαι, ἀρχάν τε τῶν ἀρχῶν · τὰ δὲ ἐπόμενά τε καὶ συναίτια εἰς ἀνάγκαν ἀνάγεσθαι. Τὰ δὲ ξύμπαντα ἰδέαν, ὕλαν, αἰσθητόν τε, οἷον ἔκγονον τουτέων. Καὶ τὸ μὲν εἶμεν ἀγένατόν τε καὶ ἀκίνατον, καὶ μένον τε καὶ τᾶς ταὐτῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γεννωμένων, ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐντί. Τοιοῦτον γάρ τι τὰν ἰδέαν λέγεσθαί τε καὶ νοεῖσθαι. Τὰν δὲ ὕλαν ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γενναtικὰν εἶμεν τᾶς τρίτας οὐσίας..... Δύο ὧν αἵδε ἀρχαὶ ἐναντίαι · ὧν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄῤῥενός τε καὶ πατρός · ἁ δὲ ὕλα θήλεός τε καὶ ματέρος. « Timæus Locrus hæc dixit : Duas esse omnium causas : mentem quidem eorum quæ secundum rationem fiunt, necessitatem vero eorum quæ vi quadam secundum corporum potentias. Harum causarum alteram esse naturæ illius, quæ boni dicitur ; et Deum vocari, ac causam causarum : quæ vero consequuntur et tanquam adjuvantes causæ accedunt, ad necessitatem referri ; tandem omnia esse, ideam, materiam, sensile velut utriusque fetum. Atque illud quidem esse ingenitum et immobile et permanens, et ejus naturæ, quæ dicitur ejusdem, intelligibile, exemplar genitarum rerum, quæcunque in mutatione versantur. Tale enim quid ideam dici et cogitari. Materiam autem esse expressum rerum simulacrum, et matrem et genitricem tertiæ essentiæ..... Sunt igitur hæc duo contraria principia : quorum idea rationem habet maris et patris, materia vero feminæ et matris. » In hac Timæi Locri oratione, mens, Deus, idea, exemplar eodem prorsus sensu usurpantur. Idea principium minime otiosum, sed quod locum habet maris et patris, et ingenitum quidpiam est et immobile et permanens. Nullum hic Verbi a summo Deo distincti vestigium.

Id confirmatur ex his quæ sequuntur : Πρὶν ὢν ὠρανὸν γενέσθαι λόγῳ, ἦστην ἰδέα τε καὶ ὕλα · καὶ ὁ Θεὸς δημιουργὸς τῶ βελτίονος. Ἐπεὶ δὲ τὸ πρεσβύτερον κάῤῥον ἐστὶ τῶ νεωτέρῳ, καὶ τὸ τεταγμένον πρὸ τῶ ἀτάκτω· ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς, ὁρῶν τε τὰν ὕλαν δεχομέναν τὰν ἰδέαν καὶ ἀλλοιουμέναν παντοίως μὲν, ἀτάκτως δὲ, ἔδει τ' εἰς τάξιν αὐτὰν ἄγεν, καὶ ἐξ ἀορίστων μεταβολῶν εἰς ὡρισμέναν καταστᾶσαι, ἵνα ὁμόλογοι ταὶ διακρίσεις τῶν σωμάτων γίγνοιντο, καὶ

Digitized by Google

μὴ κατ' αὐτόματον τροπὰς δέχοιντο· ἐποίησεν ὧν τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας. « Antequam igitur cœlum ratione fieret, erant idea et materia : Deus autem melioris opifex, si quidem antiquius juniore præstat, et quod ordinatum est inordinato. Deus igitur cum sit bonus, et videret materiam capacem ideæ esse, ac omnibus quidem modis, sed tamen citra ordinem moveri; cumque opus esset eam in ordinem redigi, et ex infinitis mutationibus ad certam ac definitam constitui, ut corporum divisiones inter se non discreparent, nec temere ac fortuito vicissitudines acciperent; fecit igitur hunc mundum ex tota materia. » Cœlum ergo λόγῳ conditur, sed hic λόγος non distinguitur ab idea, nec idea a Deo. A

Non multo post idea vocatur intelligibilis essentia, quæ omnia animalia in se complectitur. Κράτιστος δ' ἐστὶ γενναστῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίστω αἰτίω ἐγένετο, ἀφορῶντος οὐκ εἰς χειρόκματα παραδείγματα, ἀλλ' εἰς τὰν ἰδέαν καὶ ἐς τὰν νοατὰν οὐσίαν· ποθ' ἅν περ τὸ γεννώμενον ἀπακριβωθὲν κάλλιστόν τε καὶ ἀπαρεγχείρητον γίγνεται. Τέλειος δ' ἀεὶ κατὰ τὰ αἰσθητά ἐστιν, ὅτι καὶ τὸ παράδειγμα τᾶνο αὐτοῦ περιέχον πάντα τὰ νοατὰ ζῶα ἐν αὐτῷ, οὐδὲν ἐκτὸς ἀπέλιπεν ἄλλο, ὅρος ὢν νοατῶν παντελὴς, ὡς ὅδε ὁ κόσμος αἰσθητῶν. « Optimus autem est mundus omnium rerum genitarum, siquidem ab optima causa factus est, non manu facta exemplaria intuente, sed ideam et intelligibilem essentiam, ad quam accurate expressum id quod fiebat, pulcherrimum est et inexpugnabile. Perfectus autem semper est in rebus sensilibus : propterea quod illius exemplar, quod omnia intelligibilia animalia in seipso complectitur, nihil extra reliquit aliud; quippe cum intelligibilium perfectus sit terminus, quemadmodum hic mundus sensilium. » Nihil aliud igitur est idea, Timæo judice, quam essentia intelligibilis, quæ omnia complectitur, nec otiosi exemplaris partes sustinet in mundo creando, sed matris et patris, utpote ipse Deus. B

II. Totus Platonis *Timæus* nihil aliud fere est, quam prolixior expositio hujus Timæi Locri doctrinæ. In hoc autem dialogo ratio et ideæ divinæ nusquam ab ipso Deo distinguuntur. Rationem sive λόγον nihil aliud esse, quam Dei cogitationem, patet ex his verbis p. 1052 : Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας Θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γενηθῇ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. « Ex hac igitur Dei circa temporis creationem ratione et cogitatione, ut tempus crearetur, sol et luna et alia quinque astra, quæ cognominantur planetæ, ad distinctionem et observationem numerorum temporis facta sunt. » Et p. 1049 : Οὕτως δὲ πᾶς ὄντως ἀεὶ λογισμὸς Θεοῦ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς, λεῖον καὶ ὁμαλὸν, πανταχῇ τε ἐκ μέσου ἴσον, καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων σῶμα ἐποίησε. « Sic igitur Dei circa futurum aliquando Deum instituta ratiocinatio levem illum et æquabilem, et ex medio undequaque æqualem, et totum et perfectum ex perfectis corporibus corpus effecit. » C

Immerito hunc postremum locum idoneum fuisse Clericus existimat, qui Christianis persuaderet idem de Verbo Scripturas sanctas ac Platonem docere. Hæc enim Dei ratiocinatio, etiam si quis sponte cæcutiat, nunquam videri possit persona a Deo distincta, nec aliud est, quam ipsa Dei cogitatio, ut in priore testimonio appellat Plato. Eo autem minus dubium est, quin Plato de sola Dei cogitatione loquatur, quod in utroque loco singularem Deo cogitationem et ratiocinationem attribuat. In primo enim ait tempus creari debuisse, ut quemadmodum mundi exemplar est per omne ævum, sive per omnem æternitatem; ita mundus esset per omne tempus, et propter hanc Dei cogitationem, factum esse solem. In altero autem hanc rationem affert, cur mundus hac forma donatus sit, quod Deus eum præstantiorem fore duxerit, si sibi ipse sufficeret, nec alienis adminiculis egeret. Eadem loquendi ratio passim occurrit. Sic pag. 1048 : Deus λογισάμενος, « cum cogitasset, » invenit ea quæ mentem habent pulchriora iis esse, quæ carent, mentem autem sine anima esse non posse, et « propter hanc cogitationem, » διὰ τὸν λογισμὸν τόνδε, mentem in anima, animam in corpore constituit. Sic etiam 1049 : Cum videret Deus frigus et calorem corpori nocere; διὰ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε, « propter hanc causam et rationem, » unum totum ex omnibus perfectum, ac senii et morbi expertem mundum constituit.

Nihil moror, quod objicitur ex *Epinomide*, ubi mundum Plato a λόγῳ creatum dicit his verbis : Ταύτῃ μηδεὶς ἄλλος ποτὲ νομίσῃ πάντων ἡμῶν ὡς οἱ μὲν θεοί εἰσιν αὐτῶν, οἱ δ' οὔ· μηδ' ὡς οἱ μὲν γνήσιοι, οἱ δὲ τοιοῦτοί τινες οἵους οὐδὲ θέμις εἰπεῖν ἡμῶν οὐδενί. Πάντες δὲ δὴ πάντας λέγωμέν τε καὶ φῶμεν ἀδελφούς τ' εἶναι καὶ ἐν ἀδελφαῖς μοίραις· καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν, μὴ τῷ μὲν ἐνιαυτὸν, τῷ δὲ μῆνα, τοῖς δὲ μήτε τινὰ μοῖραν τάττωμεν, μήτε τινὰ χρόνον, ἐν ᾧ διεξέρχεται τὸν αὐτοῦ πόλον, ξυναποτελῶν κόσμον ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειότατος ὁρατόν· ὃν ὁ μὲν εὐδαίμων πρῶτον μὲν ἐθαύμασεν, ἔπειτα δὲ ἔρωτα ἔσχεν τοῦ καταμαθεῖν ὁπόσα θνητῇ φύσει δυνατά. « Nemo omnino ex nobis existimet alios quidem deos esse, alios vero non; aut alios legitimos, tales vero alios, quales nefas sit dicere. Sed fratres omnes ac in fraternis sortibus esse dicamus, iisque honores adhibeamus, non alii annum, alii mensem, alii vero nullam partem assignemus, nec tempus ullum, in quo circulum suum percurrit, mundum perficiens, quem ratio omnium divinissima visibilem statuit : quem quidem vir beatus primo admiratur, deinde ardet cupiditate ea discendi, quæcunque natura mortalis percipere potest. » D

Hæc verba, quem *beatus vir primo admiratur*, non ad λόγον, sed ad mundum referri debent, cujus

Digitized by Google

admiratio initia nobis discendi et prima veluti elementa suppeditat, quod de divinæ rationis admiratione dici non potest. Ille autem λόγος qui mundum creavit, non magis personam a Deo Patre distinctam hoc loco designat, quam in aliis supra allatis, aut etiam in isto ex *Phædone* p. 85 : « Elaborandum est, ut humanarum rationum optimam et quæ minime refutari possit, eligentes, ei insideamus, ut illa tanquam rate vecti, vitæ istius pericula enavigemus; nisi quis possit certiore tutioreque modo, tutiore videlicet vehiculo, aut divina aliqua ratione traduci atque transmitti. » ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου τινος διαπορευθῆναι.

III. Propius accedere videtur ad Christiani instituti similitudinem, in *Epistola ad Hermiam, Frasium et Coriscum*, quos hortatur, ut amicitiam inter se ineant, eamque hoc jurejurando confirment : Ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν τῶν πάντων Θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον, ἐπομνύντας, ὃν, ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων. « Jurantes non sine eleganti studio, et sorore studii disciplina, et omnium Deum ducem et eorum quæ sunt, et eorum quæ futura sunt, ac ducis et causæ patrem et dominum testem invocantes : quem quidem, si vere philosophemur, omnes perspicue cognoscemus, quantum fas est hominibus beatis. »

Hæc de Verbo et Filio Dei dicta videri possent, si id per Platonem liceret, qui omnium ducem Deum et causam ipse sui interpres mundum esse declarat. Sic enim loquitur in *Epinomide*, p. 1005 : Θεὸν δ' αὐτὸν μᾶλλον ἢ τινὰ τύχην ἡγοῦμαι δόντα ἡμῖν σώζειν ἡμᾶς. Ὃν δὲ Θεὸν ἡγοῦμαι, φράζειν χρή, καίπερ ἄτοπον ὄντα, καί πως οὐκ ἄτοπον αὖ. Πῶς γὰρ τῶν ἀγαθῶν αἴτιον ἡμῖν ξυμπάντων, οὐ καὶ τοῦ πολὺ μεγίστου, τῆς φρονήσεως, αἴτιον ἡγεῖσθαι δεῖ γεγονέναι; Τίνα δὲ καὶ σεμνύνων ποτὲ λέγω Θεὸν, ὦ Μέγιλλέ τε καὶ Κλεινία; σχεδὸν οὐρανόν. Ὃν καὶ δικαιότατον, ὡς ξύμπαντες ἄλλοι δαίμονες ἅμα καὶ θεοὶ, τιμᾶν τε καὶ εὔχεσθαι διαφερόντως αὐτῷ. Τὸ δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἴτιον ἀγαθῶν πάντων ἡμῖν αὐτὸν γεγονέναι, πάντες ἂν ὁμολογοῖμεν. « Deum autem magis arbitror, quam fortunam aliquam, hoc nobis prudentiæ munus ad salutem nostram contulisse. Quem autem Deum existimem dicam vobis, quamvis id absurdum sit, ac rursus aliqua ratione non absurdum. Nam qui omnium nobis bonorum causa est, quomodo non eum longe maximi, id est prudentiæ, causam fuisse existimandum est? Quem autem Deum, Megille et Clinia, laudibus effero? Cœlum procul dubio; quod quidem æquissimum est, ut quemadmodum alii omnes dæmones simul et dii faciunt, ita nos quoque majorem in modum colamus et precemur. Atque illud quidem aliorum omnium bonorum causam nobis exstitisse omnes confitebimur. »

Cœli nomine mundum a Platone designari patet ex his verbis *Timæi*, p. 1047 : Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο, ὅ τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὡνομάσθω. « Hoc autem universum cœlum vel mundus, seu quo alio nomine appellari se maxime probet, a nobis appelletur. » Cum ergo mundus hoc loco a Platone omnium bonorum causa et Deus et a cæteris diis et dæmonibus coli solitus dicatur; is de quo in superiore testimonio eadem dicuntur, mundus profecto existimandus est. Quin etiam ex posteriore testimonio superius sic videtur emendandum, τὸν τῶν πάντων θεῶν ἡγεμόνα, *omnium deorum ducem invocantes*, hunc enim *omnes alii dæmones simul et dii colunt*. Mox deesse videtur αἴτιον, ita ut vertendum sit, *eorum quæ sunt et eorum quæ futura sunt, causam*. Vocem illam, αἴτιον, excidisse probant sequentia, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα.

Multa alia de mundo in eamdem sententiam dicta reperias. In *Timæo*, p. 1049 : Διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα Θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο. « His omnibus de causis beatum illum Deum genuit. » Et p. 1072 : Αὐτάρκη τε καὶ τελεώτατον Θεὸν ἐγέννα. « Deum sibi ipsi sufficientem et perfectissimum generabat. » Sic dialogum concludit : Θνητὰ γὰρ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν, καὶ ξυμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος, οὕτω ζῷον ὁρατὸν, καὶ ὁρατὰ περιέχων, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ Θεοῦ, μέγιστος καὶ ἄριστος κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος γέγονεν, εἷς οὐρανὸς ὅδε, μονογενὴς ὤν. « Mortalia enim et immortalia animalia capiens, ac completus hic mundus, sic animal visibile, visibilia comprehendens, intelligibilis Dei imago, sensibilis, maximus, pulcherrimus et perfectissimus exstitit, unum hoc cœlum, unigenitus. » Sic etiam initio *Timæi* Locri, mundus vocatur *unus, unigenitus, Deus genitus*. Hinc Velleius apud Ciceronem lib. I *De nat. deorum*, multa jocatur in *rotundum Deum* Platonis; ac, *si mundus est Deus, Dei membra partim ardentia, partim refrigerata* esse concludit, propterea quod multæ mundi partes aut appulsu solis exarserint, aut obriguerint nive pruinaque longinquo solis abscessu.

IV. Platonem hæc in opinionum commenta et verborum ampullas conjecit ea, quam sibi finxerat, mundi similitudo cum Deo. Egregie ille quidem et luculenter docuit, Deum omnia ad idearum suarum exemplar creasse, nec quidquam esse in mundo, quod non ideæ divinæ respondeat. At inscienter prorsus et absurde mundum essentiæ divinæ accuratam esse et omnibus numeris instructam imaginem sibi fingebat, nec quidquam esse in Deo, cujus non aliqua expressa sit in mundo imago. Sic loquitur, p. 1047 : Λέγωμεν δὲ δι' ἣν αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. Ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. Τούτου δ' ἐκτὸς ὢν πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ. « Dicamus autem quam ob causam mundi auctor generationem atque hoc universum constituerit.

Digitized by Google

Bonus erat; bono autem nulla unquam ulla de re inest invidia. Hujus igitur expers cum esset, voluit omnia sibi quam simillima fieri.»

In hac de mundo sententia id videbatur inesse incommodi, quod mundus sit creatus, Deus vero sempiternus, nec proinde id quod esse incepit, æterni imago esse possit. Huic incommodo sic occurrit Plato, p. 1052 : Ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατὴρ, ἠγάσθη τε, καὶ εὐφρανθεὶς, ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. Καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῶον ἀΐδιον, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν· ἡ μὲν οὖν ζώου φύσις ἐτύγχανεν οὖσα αἰώνιος, καὶ τοῦτο μὲν δὴ τῷ γενητῷ παντελῶς προσάπτειν οὐκ ἦν δυνατόν· εἰκόνα δ' ἐπινοεῖ κινητήν τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν, ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομακαμεν. « Postquam igitur moveri et vivere animadvertit creatum illud deorum immortalium simulacrum is qui genuit Pater, admiratus ac oblectatus est, magisque exemplari simile perficere cogitavit. Quemadmodum ergo ipsum exemplar est animal sempiternum, ita etiam hoc universum tale, quantum fieri poterat, perficere instituit. Ac animalis quidem natura erat æterna; id autem rei creatæ omnino affingi non poterat. Quamobrem excogitat mobilem quamdam æternitatis imaginem; et dum cœlum exornat, æternitatis in uno permanentis æternam imaginem numero progredientem creat; quam tempus vocavimus.» Et non multo post : Χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες, ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἂν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται, καὶ κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίου φύσεως· ἵν' ὡς ὁμοιότατος αὐτῷ κατὰ δύναμιν ᾖ. Τὸ μὲν γὰρ δὴ παράδειγμα, πάντα αἰῶνά ἐστιν ὄν· ὁ δ' αὖ διὰ τέλους τὸν ἅπαντα χρόνον γεγονώς τε καὶ ὢν καὶ ἐσόμενός ἐστι μόνος. « Tempus ergo simul cum cœlo creatum est, ut simul genita simul dissolvantur, si qua eorum aliquando futura sit dissolutio; tum etiam ut æternæ naturæ exemplari, quantum fieri potest, quam simillimus sit mundus. Nam exemplar per omnem est æternitatem; mundus vero per omne tempus solus fuit, est et erit.»

Sic creato tempore ut mundus *perfectissimo et intelligibili animali simillimus, naturam æternam imitaretur;* hæc tamen similitudo, Platone judice, inchoata et manca exstitisset, nisi quot animalium species ideis æterni animalis obversantur, totidem in mundo creatæ fuissent. Sic rem exponit : Τῷ δὲ μήπω τὰ πάντα ζῶα ἐντὸς αὐτοῦ γεγενημένα περιειληφέναι, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. Τοῦτο δὴ τὸ κατάλοιπον ἀπειργάζετο αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν· ἥπερ οὖν νοῦς ἐνοῦσας ἰδέας τῷ ὅ ἐστι ζῶον, οἵαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. « Sed quia nondum omnia animalia intra se genita mundus continebat, idcirco erat adhuc dissimilis. Quod autem illi deerat, id perfecit Deus naturam exemplaris imitatione exprimens. Quatenus igitur mens insitas ei, quod est animal, ideas cernit, qualesque sunt et quot intuetur, tales et totidem in mundo esse oportere judicavit.» Dicebat supra Timæus Locrus, mundum esse perfectum, quia illius exemplar, quod omnia intelligibilia in seipso complectitur, nihil extra prætermisit, sed intelligibilium perfectus est terminus, ut hic mundus sensilium.

V. Venio ad celeberrimum ex secunda Platonis epistola testimonium quod et Justinus in *Apol.* I, et multi alii post eum citarunt, et Christianis fucum fecisse Clericus existimat. Significaverat Dionysius Platoni per Archedemum sibi non omnino satisfacere institutam a Platone *de primi natura* demonstrationem. Sic respondet Plato : Φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν· ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. Ὧδε γὰρ ἔχει· περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα· καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. Δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Ἡ οὖν ἀνθρωπίνη ψυχὴ περὶ αὐτὰ ὁρέγεται μαθεῖν ποῖα ἄττα ἐστί, βλέπουσα εἰς τὰ αὐτῆς συγγενῆ, ὧν οὐδὲν ἱκανῶς ἔχει. Τοῦ δὲ βασιλέως πέρι καὶ ὧν εἶπον, οὐδέν ἐστι τοιοῦτο. « Dicendum tibi per ænigmata : ut si quid huic tabellæ vel mari vel terra contingat, qui legerit intelligere non possit : sic autem habet. Circa omnium Regem cuncta sunt; ipsius gratia omnia; ipse pulchrorum omnium causa; secundum circa secunda; tertium circa tertia. Humana igitur anima hæc qualia sint discere cupit, ad ea respiciens, quæ sibi cognata sunt, quorum nullum satis aptum est. At in Rege et iis, de quibus dixi, nihil tale.»

Parvi refert hujus loci sententiam investigare, quam ipse Plato quibusdam veluti integumentis consulto obvolvit. Videtur tamen aliud nihil indicare, quam quod sæpe alias de variis cognoscendi modis disseruit. In libro VI *De rep.*, duo distinguit entia, visibile et invisibile, et duplicem utriusque cognoscendi modum. In visibili genere ponit *imagines sive umbras et simulacra*, et ipsas res, quæ his imaginibus adumbrantur, ita ut *quemadmodum se habet opinio ad scientiam, ita imago ad id cujus est imago.* In invisibili genere duos pariter distinguit cognoscendi modos : *Unum in quo anima suppositionibus et imaginibus utitur ad speciei invisibilis investigationem; alterum cum animus sine imaginibus ipsas species* considerat. His paulo uberius explicatis tandem sic concludit : Καί μοι ἐπὶ τοῖς τέτταρσι τμήμασι τέτταρα ταῦτα παθήματα ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα λάβε. Νόησιν μὲν ἐπὶ τῷ ἀνωτάτῳ· διάνοιαν δὲ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ· τῷ τρίτῳ δὲ πίστιν ἀπόδος, καὶ τῷ τελευταίῳ εἰκασίαν. « Ad has quatuor proportiones quatuor itidem mentis affectiones accipe. Intelligentiam supremo, cogitationem

Digitized by Google

secundo, fidem tertio assigna, ultimo assimilationem sive imaginationem.» Eadem docet libr. VII, p. 705.

Videtur epistola ad Dionysium hos cognoscendi modos indicare. Non enim triadem habet, sed quaternionem. Primum cognoscendi genus, illudque longe præstantissimum in ipsius entis consideratione versatur. Hoc solis sapientibus contingit, qui, ut ait Plato libr. VII *De rep.*, ipsum bonum intuentur, eoque utuntur tanquam exemplari. Secundum cognoscendi genus versatur circa secunda; cum videlicet animus, ut de geometria et aliis ejusmodi artibus observat Plato ibid. lib. VI *De rep.*, imaginibus et suppositionibus ad entis investigationem utitur. Tertium circa tertia versatur, cum in rebus visibilibus non umbras et imagines, sed ipsas res apprehendimus; ex quo fidem effici declarat Plato. Quartum cognoscendi genus, quod εἰπασία sive imaginatio et assimilatio est, non obscure commemoratur in epistola ad Dionysium, ubi mens discendi cupida ad ea tantum respicere dicitur, quæ ipsi cognita sunt; quæ cognoscendi ratio Platonis judicio cæteris plurimum concedit. Non ergo hic trias quærenda, sed tetras Pythagorica, quæ ex quatuor cognoscendi modis explicatur apud Plutarchum lib. I *De placitis philosophorum :* Ἡ ἡμετέρα ψυχή, φησὶν, ἐκ τετράδος σύγκειται· εἶναι γὰρ νοῦν, ἐπιστήμην, δόξαν, αἴσθησιν, ἐξ ὧν πᾶσα τέχνη καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἡμεῖς λογικοί ἐσμεν. « Anima nostra continetur tetrade : est enim mens, scientia, opinio, sensus. Ex quibus ars omnis et scientia ac nos ipsi rationis participes sumus.»

VI. Prætermittendus non est alius locus ex libr. VI *De rep.*, qui apud Eusebium citatur *Præp. evang.* lib. II, cap. 21. Sic loquitur Socrates : Ἆρ' οὖν οὐ καὶ ὁ ἥλιος ὄψις μὲν οὐκ ἔστιν, αἴτιος δ' ὢν αὐτῆς ὁρᾶται ὑπ' αὐτῆς ταύτης; Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Τοῦτον τοίνυν (ἦν δὲ ἐγὼ) φάναι με λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅ τί περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. « Nonne igitur sol ipse visus non est, et cum causa sit visus, ab ipso illo cernitur? Omnino, inquit ille. Sic igitur, inquam, de illo boni fetu, quem sibi similem id quod bonum est genuit, meam accipe sententiam : quale illud est bonum in loco intelligibili cum mente ac rebus mente perceptis comparatum, talem esse solem in visibili, si cum visu et rebus sub visum cadentibus conferatur.»

Prima specie videtur Plato filium Deo attribuere, quem Deus sibi similem genuerit: sed si attendamus quæ sequuntur, quæque præcedunt, non de Filio Dei, sed de scientia et veritate, quam Deus in nobis gignit, Platonem loqui constabit.

Quidnam sit bonum (quo nomine Deum designari nemo negaverit) explicare non audet Socrates rei difficultate deterritus; sed tamen ejus τόκους, sive partus exponere aggreditur, « et quis sit illius fetus, ipsique simillimus,» ὃς δὲ ἔκγονος τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ. Ut hunc τόκον καὶ ἔκγονον, A partum et fetum boni exponat, statuit ea quæ videntur, minime intelligi, ideas intelligi quidem, sed minime videri : ac omnium quidem sensuum præstantissimum esse visum, et quemadmodum nemo videre potest, nisi affulgeat illa lux, quam solus ex diis cœlestibus sol efficit, ita etiam nihil intelligi posse sine illo Dei fetu; quia Deus idem præstat in rebus quæ intelliguntur, ac sol in iis quæ videntur. Rogatus ut rem clarius explanet, hæret in eodem exemplo, et quemadmodum oculi cæcutiunt, cum ad ea vertuntur, quæ noctis tenebris operta sunt, secus vero cum ad ea quæ sol illustrat; ita de animo judicandum statuit. « Quando enim, inquit, eo fertur, ubi veritas et ipsum ens emicat, intelligit illud, cognoscitque et mentem habere videtur. B Quando autem ad id quod tenebris permistum est, quodque nascitur et perit; opinatur et cæcutit, sursum deorsum opiniones immutans, ac mentis experti similis est. Quod igitur et veritatem rebus cognoscendis et virtutem præstat cognoscenti, boni ideam esse dicito, scientiæ et veritatis, quæ mente cognoscitur, causam.»

Nihil aliud ergo est ille Dei fetus, quam scientia et veritas, quæ ut lux a sole, ita a Deo gignuntur. Eumdem enim ordinem ponit inter bonum et ipsius partum, veritatem et scientiam, ac inter solem et lucem; et *quemadmodum lux et visus sunt quidem* ἡλιοειδῆ, id est speciem habent ad solis splendorem accommodatum, *nec tamen sunt ipse sol; ita veritatem et scientiam esse quidem* ἀγαθοειδῆ, id est boni speciem habere declarat, *sed tamen ipsum bonum non esse.* Addit quemadmodum *sol iis quæ videntur, non id solum præstat ut videantur, sed etiam ea generare, augere, nutrire, quamvis ipse non sit generatio;* ita *bonum iis quæ cognoscuntur, non solum largiri ut cognosci possint, sed etiam ipsam essentiam donare, quamvis ipsum minime sit essentia, sed supra essentiam, dignitate et potentia exsuperans.*

VII. Ad hanc Platonis interpretandi rationem accedit auctoritas veterum scriptorum, qui in ejus libris maxime versati fuere. Nullam enim de hoc Dei Filio litteram invenias neque apud Ciceronem, neque apud Plutarchum, qui Platonis doctrinam omnibus vestigiis indagarunt, neque apud alios D scriptores, qui de philosophorum sententiis pertractant. Nemo omnino commemoratur ex philosophis ethnicis, qui hanc de Verbo Dei Filio sententiam ante exortos recentiores Platonicos aut secutus sit aut impugnaverit. Cicero in libr. II *De leg.* veram legem existimat *mentem esse omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei.* Paulo post de eadem lege : « Non tum denique incipit lex esse, inquit, cum scripta est, sed tum cum orta est. Orta autem simul est cum mente divina. Quamobrem lex vera atque princeps, apta ad jubendum et ad vetandum, ratio est recta summi Jovis.» Vides Ciceronem, tum cum sibi Platonem ad imitandum proponit, ne suspicari quidem λόγον sive rationem esse Filium Dei. Plutarchus in libro *De placitis philosophorum* tria Platonis

Digitized by Google

principia recenset, Deum, materiam et ideam. Ideam autem nihil aliud esse putat, quam essentiam incorpoream ἐν νοήμασι καὶ φαντασίαις Dei existentem; in quo valde a Clerico et aliis hujusmodi discrepat, qui ideam apud Platonem substantiam esse volunt a Deo separatam et dissociatam.

Celsus apud Origenem Deum ipsum rationem esse omnium rerum pronuntiat, ut patet ex his verbis quæ ab Origene referuntur lib. v, pag. 240: Σάρκα δὲ μεστὴν ὧν οὐδὲ εἰπεῖν καλὸν, αἰώνιον ἀποφῆναι παραλόγως οὔτε βουλήσεται ὁ Θεὸς, οὔτε δυνήσεται. Λύτὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντων τῶν ὄντων λόγος· οὐδὲν οὖν οἷός τε παράλογον, οὐδὲ παρ' ἑαυτὸν ἐργάσασθαι. « Carnem vero iis plenam, quæ ne appellare quidem decet, æternam reddere contra rationem nec volet Deus, nec poterit. Ipse enim omnium rerum ratio est: nihil ergo contra rationem, aut contra seipsum facere poterit. » Christianæ doctrinæ discrimen a Celsi sententia sic exponit Origenes, pag. 246: Ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν πάντων λόγος ἐστὶ, κατὰ μὲν Κέλσον, αὐτὸς ὁ Θεός· κατὰ δὲ ἡμᾶς, ὁ Υἱὸς αὐτοῦ. « Sed omnium quidem ratio est, secundum Celsum, ipse Deus; secundum nos, ejus Filius. »

Idem Celsus, cum sæpe Christianos multa dicat ex Platone hausisse, nusquam eorum de Verbo doctrinam, quam sexcenties exagitat, inter hæc furta commemorat. Quin etiam penitus ignorabat Platonem de Filio Dei locutum esse. Ait enim Christianos aliis non belle contemptis, alta et inani spe plenos, quasi magnifica quædam didicerint, nonnulla ut vera prædicare; sed hæc Platonem multo ante docuisse; nec tamen eum prodigialiter loqui, nec volentibus interrogare, quid sit hoc quod promittat, silentium indicere, aut jubere, ut e vestigio credant talem esse Deum, talemque ei esse Filium, eumque huc delapsum secum esse collocutum, pag. 280.

Non ignorabat Celsus nonnulla apud Platonem legi de Filio Dei; sed filii nomine mundum designari existimat. Sic enim loquitur apud Origenem lib. v, pag. 308: Ὁπόθεν δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπῆλθεν αὐτοῖς Θεοῦ Υἱὸν καλεῖν σημαίνω. Ἄνδρες παλαιοὶ τόνδε τὸν κόσμον, ὡς ἐκ Θεοῦ γενόμενον, παῖδά τε αὐτοῦ καὶ ἤθεον προσεῖπον. Πάνυ γοῦν ὅμοιος οὗτος ἐκείνῳ παῖς. « Unde autem et hoc ipsum eis in mentem venerit, ut Filium Dei appellarent, indicabo. Mundum veteres, utpote ex Deo genitum, ipsius Filium et Deo similem vocabant. Bella vero similitudo hujus et illius Filii Dei. »

VIII. Nondum ergo nati erant vel saltem nondum prodierant, scribente adversus Christianos Celso, novi illi Platonici, qui supremo Deo duas alias longe inferioris substantiæ personas adjunxerunt, eisque aliquas in mundi creatione partes commiserunt. Justinus ipse, cum ad religionem Christianam accessit, nondum quidquam a Platone aut Platonicis dictum sciebat, quod cum Christiana de Verbo doctrina quadraret. Nam a sene, qui eum prima religionis elementa docuit, interrogatus, *Dialog.* n. 3, minime distinguit λόγον ἡγεμονοῦντα πάντων, « rationem omnibus imperantem » a Deo et cogitatione divina, sed manifeste respicit ad locum Platonis ex *Timæo* supra allatum, ubi hortatur Plato, ut *humanarum rationum unam aliquam apprehendentes eique insidentes, vitæ pericula tanquam rate enavigemus, nisi quis possit firmiore aliquo vehiculo, vel divina aliqua ratione apprehensa tutius traduci.*

Justinus in *Cohort.*, quod opus in primordiis conversionis scripsit, Platonem carpit, n. 29 et 30, quod his quæ Moysi dicta sunt: *Secundum formam tibi in monte monstratam ita facies*, lectis quidem sed non intellectis, *formam quamdam, sive exemplar eorum quæ facta sunt ante id, quod sensibus subjectum est, separatim exsistere* existimasset, et præexsistentem terram, præexsistens cœlum, præexsistentem hominem admisisset. Eumdem castigat n. 7, quod formam in *Dei notionibus* recenseat, quam alibi substantiam separatim exsistentem pronuntiat.

Ita Justinus, nihil suspicans Platonem de Verbo Dei Filio et Deo degustasse, imo ne ipse quidem in Platonica doctrina (non enim diu cum Platonicis fuerat) multum versatus. Nam Plato exemplar mundi in Dei cogitationibus constanter reponit. Quod si multis post annis visus est sibi Justinus Christianæ de Filio et Spiritu sancto doctrinæ aliquam, non dico cognitionem, sed, ut ipse ait, imitationem apud Platonem reperire, id cum et sero animadversum sit, et longius tractum, argumento est nunquam hæc Justinum observaturum fuisse, nisi et Christiana doctrina imbutus et illius defendendæ cupidus fuisset. Quinetiam ex duobus testimoniis, quæ citat *Apol.* 1, n. 60, alterum longe aliter legitur apud Platonem, ut in nota observavi, alterum non potest ad Filium Dei nisi per vim detorqueri.

Post tot Platonis et eorum, qui illius doctrinam apprime calluerunt, ac ipsius etiam Justini testimonia, videor mihi pro meo jure statuere posse, fabulam Platonismi a Justino in Ecclesiam inducti inter ea commenta referri debere, quorum nullus unquam auctor exstitisset, aut saltem nullus astipulator, si alius esse posset absurdi erroris defendendi modus.

Jam vero si quis objiciat veterum scriptorum judicia, Clementis Alexandrini, Origenis, Eusebii Cæsariensis et Cyrilli Alexandrini, qui Justini exemplo Platonem Christianæ de Verbo doctrinæ testem citarunt; nihil id mihi officiet, cum ab eorum auctoritate mea non multum discedat sententia. Nam Platonica illa Filii Dei descriptio, quem unigenitum, Deum genitum, intelligibilis Dei imaginem, Deum beatum, Deum sibi ipsi sufficientem et perfectissimum, omnium bonorum causam appellat, ita Hebræorum de æterno Dei Filio doctrinæ congruit, ut eam verisimile sit, non secus ac ea, quæ supra de Deo opus suum admirante et de planetis ad distinctionem temporum factis retuli, inde derivatam et inepta cum mundo junctura depravatam fuisse. Platonem negat Justinus intellexisse, quæ ex sacris fontibus hauserat.

Digitized by Google

CAPUT II.

De materiæ creatione nonnulla Justini et Athenagoræ loca explicantur.

I. Justini et Athenagoræ testimonia ex aliis locis explicantur. II. Non sine causa de materiæ creatione interdum silent. III. Sacri et ecclesiastici scriptores eodem modo locuti.

I. S. Justinus et Athenagoras de mundi creatione nonnulla dixerunt, quæ hoc loco explanare conabimur, ne molestiam legentibus facessant. Initium ducam ab his Justini verbis ex *Apol.* 1, n. 10 : Καὶ πάντα τὴν ἀρχὴν, ἀγαθὸν ὄντα, δημιουργῆσαι αὐτὸν ἐξ ἀμόρφου ὕλης δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα. « Et cum bonus sit omnia illum ab initio ex informi materia propter homines condidisse scimus. » Plures torsit illud, ἐξ ἀμόρφου ὕλης, quod quidem alii B expungendum duxerunt, alii emendandum, alii benignius interpretandum. Quinetiam videtur primo specie Justinus cum Platone consentire de mundi creatione, quamvis ille materiam ex nihilo creatam fuisse ne suspicatus quidem sit. Sic enim loquitur in eadem *Apol.* 1, n. 59 : Ἵνα δὲ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων (λέγομεν δὴ τοῦ λόγου τοῦ διὰ τῶν προφητῶν) λαβόντα τὸν Πλάτωνα μάθητε τὸ εἰπεῖν, ὕλην ἄμορφον οὖσαν στρέψαντα τὸν Θεὸν, κόσμον ποιῆσαι, ἀκούσατε τῶν αὐτολεξεὶ εἰρημένων διὰ Μωσέως τοῦ προδεδηλωμένου πρώτου προφήτου, καὶ πρεσβυτέρου τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων· δι' οὗ μηνύον τὸ προφητικὸν Πνεῦμα πῶς τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ τίνων ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ἔφη οὕτως· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν* C *καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο οὕτως.* Ὥστε λόγῳ Θεοῦ ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ προδηλωθέντων διὰ Μωσέως, γεγενῆσθαι τὸν πάντα κόσμον, καὶ Πλάτων, καὶ οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ ἡμεῖς ἐμάθομεν καὶ ὑμεῖς πεισθῆναι δύνασθε. « Atque ut a doctoribus nostris, id est a doctrina per prophetas vulgata, acceptum esse intelligatis, quod dixit Plato, Deum, cum materiam informem vertisset, mundum fecisse ; audite quid totidem verbis dixerit Moyses, primus prophetarum et scriptoribus omnibus vetustior, ut supra demonstravimus, per D quem spiritus propheticus quomodo mundum Deus initio et ex quibus condiderit, declarat his verbis : *In principio fecit Deus cœlum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita ; et tenebræ super abyssum ; et Spiritus Dei ferebatur super aquam. Et dixit Deus : Fiat lux, et facta est lux*[1]. Verbo igitur Dei ex subjectis et a Moyse designatis rebus mundum universum esse conditum et Plato, et qui eadem ac ille dicunt, et nos ipsi didicimus, vobisque licet idem perspicere. » Et n. 67, nulla materiæ creationis facta mentione, Deum ait : « Cum materiam et tenebras vertisset, mundum effecisse »

Athenagoras docet in *Apolog.*, n. 10 : Verbum A prodisse, ut « materialium omnium, quæ instar informis naturæ et inertis terræ partibus crassioribus commistis cum levioribus, jacebant, idea et actus foret. » Deum et materiam cum opifice et luto comparat, n. 15 : Ὡς γὰρ ὁ κεραμεὺς καὶ ὁ πηλὸς (ὕλη μὲν ὁ πηλὸς, τεχνίτης δὲ ὁ κεραμεύς), καὶ ὁ Θεὸς δημιουργὸς, ὑπακούουσα δὲ αὐτῷ ἡ ὕλη πρὸς τὴν τέχνην. « Quemadmodum enim figulus et lutum (materia quidem lutum, artifex autem figulus), ita Deus opifex, et quæ ejus arti obsequitur materia. » Et n. 19 : Δεῖ δὲ καὶ τῇ ὕλῃ τεχνίτου καὶ ὕλης τῷ τεχνίτῃ. « Opus est autem et materiæ opifex et materia opifici. »

Ut solvatur difficultas, si qua insit his testimoniis, illud 1° statuere possumus, Justinum et Athenagoram sic de materiæ creatione aliis in locis locutos esse, ut eorum dubia non possit esse sententia. Justinus in *Cohort.*, n. 22, hoc discrimen esse statuit inter factorem et opificem, *quod factor nulla re alia indigens, ex sua ipsius virtute et potestate faciat id quod fit ; conditor autem accepta a materia operandi facultate construat id quod conditur.* In eodem libro Platonem exagitat quod materiam æternam et increatam putaverit, ut observavimus ad n. 23. Eumdem Platonem ait, n. 30, legisse quidem sed non intellexisse initium libri *Genesis*, atque illud : *Terra autem erat*, intellexisse de terra præexsistente, quia scilicet invisibilis et incomposita dicitur. Docet in *Dialogo*, n. 5, animam, si increata esset, Deo æqualem futuram, ita ut ne Deus quidem cogere illam et vim inferre possit. Ex quo satis perspicitur, quantum ab illius mente abfuerit absurda materiæ increatæ opinio. In illo autem *Apologiæ* loco, ubi Platonem laudat, materiæ creationem leviter quidem et quasi transiens, sed tamen non obscure indicat. Ait enim his verbis : *In principio creavit Deus cœlum et terram*, ea contineri, ex quibus Deus mundum condidit, quia cœlum et terram, ut multi alii, materiam sive, ut ait Augustinus[2], semen cœli et terræ intelligebat. Athenagoras docet, n. 4, materiam esse creatam et corruptioni obnoxiam ; et n. 10, omnia per Verbum creata et ornata.

II. Quamvis Justinus et Athenagoras idem de materiæ creatione senserint, ac Christiani omnes, interdum tamen nullam vel levem hujus creationis mentionem faciunt, quia id ab eis non postulabat propositi ratio. Justinus ubi Platonem laudat, ethnicos adducere conatur, ut ea non oderint in Christianis, quæ in Platone mirantur, eisque Platonicæ doctrinæ cum Christiana similitudinem, veluti quamdam illecebram prætendit. Quare tunc necesse non erat in Platone ignorationem materiæ creationis exagitare, sed satius videbatur illius de mundo Dei sapientia creato sententiam laudare, ut ex Moysis haustam fontibus ; quamvis materiam creatam Moyses intelligat, ut Justinus non obscure declarat, increatam Plato. Sæpe alias laudatus

[1] Gen. I. [2] Contra adv. leg.

Digitized by Google

Plato, quod rejectis aliorum philosophorum somniis mundum a Deo conditum docuerit, ut ad hunc *Apologiæ* 1 locum observavi. In alio loco, ubi Justinus omnia ex informi materia docet a Deo fuisse creata, apte et consequenter ratiocinatur. Probat enim *Deum non indigere materialibus hominum donis; omnia enim illum suppeditare..... et cum bonus sit, omnia illum ab initio ex informi materia propter homines creasse.* Necesse non erat in ejusmodi argumento materiam conceptis verbis creatam dicere; sed cum illam dispositam et ornatam fuisse ethnici concederent, satis erat hoc principio utentem demonstrare, Deum materialibus hominum donis non indigere. Sic etiam cum ait die solis Christianos convenire, quia hæc dies est, in qua Deus tenebras et materiam vertit, ac Christus resurrexit, nihil dicit quod non verissimum sit, et ad Christianorum cultui approbationem conciliandam idoneum.

Non absimilis causa Athenagoram detinet, quominus materiam conceptis verbis creatam dicat in locis modo allatis. Quod ethnici libenter dabant materiam Deo ad artem obedire et subjici, eamque a Deo ornatam et divisam fuisse, id Athenagoras argumenti loco accipit, n. 15, ut materiam probet Deo adæquandam non esse, ac proinde non colenda simulacra. Statuit, n. 19, opus esse materiam opifici et opificem materiæ; sed id statuit, ut aquam non esse omnium principium, nemine repugnante, demonstret. Atque ut Athenagoram patet quadam veluti ad principia adversariorum accommodatione uti, ut eos facilius refellat; apponam exemplum ex libro *De resurrectione mortuorum*, ubi Deum ad vitam posse mortuos revocare sic probat, n. 3: Ἧς γάρ ἐστι δυνάμεως καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι, καὶ τὴν ἀνείδεον καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι..... τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ ἰχαλελυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν μεταβαλεῖν εἰς ἀφθαρσίαν. « Cujus enim potestatis est informi, ut illi existimant, materiæ formam affingere, et specie ac ornatu carentem multis variisque figuris ornare..... ejusdem quoque est et dissoluta coagmentare et jacentia excitare, et mortua ad vitam revocare, et corrupta ad statum corruptionis expertem convertere. » His verbis, *informi, ut illi existimant, materiæ*, satis declarat Athenagoras se de mundi creatione præclarius quam adversarios sentire, sed tamen argumenta ex ipsius materiæ creatione non deducere, cum facile posset; ac iis, quæ ab adversariis conceduntur, contentum esse, ut eos validius feriat, ac omnem repugnandi locum præcludat.

III. Justinus et Athenagoras ab usitata sacris et ecclesiasticis scriptoribus loquendi ratione minime discedunt. In libro *Sapientiæ*, cap. II, v. 18 : Omnipotens Dei manus mundum ἐξ ἀμόρφου ὕλης, « ex informi materia » fecisse dicitur. Omisit hæc verba Latinus interpres. Observat Origenes lib. v *De principiis* hoc tantum in Scripturæ loco vocabulum materiæ hoc sensu usurpari. Citat eumdem locum Augustinus lib. I *Contra advers. legis et prophet.* ac « Deum observat de materia quidem informi fecisse mundum, sed simul eam concreasse cum mundo. »

Gregorius Nazianz. carm. iamb. 18, pag. 205, sic loquitur :

Ὁ γὰρ σοφῷ τὰ πάντα ποιήσας λόγῳ...
Κόσμον τε τάξας τοῦτον ἐξ ἀκοσμίας.

« Sapiente nam qui cuncta Verbo condidit.... inordinatoque ordinem huic mundo dedit. » Et in *Orat.* I, pag. 33, comparat turbulentos motus, quorum testis erat, cum indigesta materiæ mole antequam Deus ordinem et ornatum, quem conspicimus, induceret. Γέγονε δὲ τὰ πάντα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὔπω κόσμος ἦν, οὐδὲ ἡ νῦν εὐταξία καὶ μόρφωσις, ἀλλὰ συγκεχυμένον τὸ πᾶν καὶ ἀνώμαλον ἐδεῖτο τῆς εἰδοποιοῦ χειρὸς καὶ δυνάμεως. « Factaque omnia sunt ut ab initio, cum nondum mundus erat, nec pulchra ea constitutio et formatio, quam nunc cernimus, sed omnia confusa et incondita formatricem manum et potentiam requirebant. » Vid. *Orat.* 43, p. 699; Hieronymus, ep. 82 : « Rudis mundus, necdum sole rutilante, nec pallente luna, nec astris micantibus, incompositam et invisibilem materiam, abyssorum magnitudine et deformibus tenebris opprimebat. » Addit ad commendationem baptismi : « Solus Spiritus Dei in aurigæ modum super aquas ferebatur et nascentem mundum in figura baptismi parturiebat. » Observationem mutuatus est Hieronymus a Tertulliano, qui in libro *De baptismo*, cap. 3, sic loquitur : « Nam et tenebræ totæ adhuc sine cultu siderum informes, et tristis abyssus, et terra imparata, et cœlum rude : solus liquor, semper materia perfecta, læta, simplex, de suo pura, dignum vehiculum Deo subjiciebat. » Vid. Athanas. *Orat. adv. gent.*, n. 38, 41, 42. In his testimoniis divina potentia non tam ab ipsa ex nihilo creatione laudatur, quam a mirabili ornatu quem rebus creatis affinxit : quominus miremur, si scriptores in refellendis ethnicis occupati creationem materiæ leviter attingunt, ac in considerando mundi ordine et descriptione libentius morantur, quia id magis ad profligandos adversarios appositum videbatur.

CAPUT III

Quo sensu Justinus astra gentibus data ad colendum dixit.

I. S. martyris sententia explicatur et adversus Jurium defenditur. II. Iniquus Jurius in alios nonnullos ac præcipue in S. Augustinum.

I. Jurius in *Historia critica dogmatum et cultuum Ecclesiæ*, part. IV, p. 711, præclaram sibi occasionem de Justino detrahendi nactus videtur, quia S. martyr dicit *Dialog.*, n. 121 : Τὸν μὲν ἥλιον ὁ Θεὸς ἐδεδώκει πρότερον εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν ὡς γέγραπται, καὶ οὐδένα οὐδέποτε ἰδεῖν ἔστιν ὑπομείναντα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον πίστιν ἀποθανεῖν. « Solem quidem Deus dederat prius ad adorandum, sicut scriptum

Digitized by Google

est; nec quisquam unquam exstitit, qui mortem propter fidem in solem oppeteret. » Locus Scripturæ a Justino indicatus exstat Deuteronom. IV, 19, ubi sic legitur : *Ne forte elevatis oculis ad cœlum videas solem et lunam et omnia astra cœli et errore deceptus adores ea et colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt.* Habent LXX : Ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου αὐτὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ. Justinum igitur exagitat Jurius et alios, quos ei adjungit, nimirum Clementem Alexandrinum, Origenem et Augustinum, *quod sibi finxerint Moysen dixisse Deum distribuisse solem et lunam et stellas gentilibus, ut essent eorum dii, ac ea adorarent, sibique reservasse populum Israel.* Non in solos Patres iniquus est Jurius, quibus eam sententiam attribuit, quam *sensui communi, rationi et religioni ita contrariam esse*, ait, *ut mirum sit in eam incidisse Christianos;* sed ipsi etiam Moysi injuriam facit, dum fatetur *ejus verba hunc sensum suscipere posse.*

Sed tamen S. Justini verba æquis animis accepta nullam erroris suspicionem injiciunt : non enim Deum dicit huic cultui veniam dedisse, aut solem et stellas creasse ut adorarentur; justam potius indicat excæcationem gentium, quæ lege et miraculis et prophetarum oraculis deterritæ ab hoc cultu, ut Judæi, non fuerunt. Alium habemus in eodem *Dialogo* locum, qui Justini verba aliter interpretari non sinit. Justinum rogat Trypho, n. 55, ut exsequatur quod se demonstraturum promiserat, alium esse præter Deum Patrem, qui in Scripturis Deus ac Dominus vocatur; sed monet *ne solem et lunam dicat, quæ scriptum est gentibus concessa a Deo fuisse, ut ea tanquam deos colerent.* Tum Justinus sic respondet : « Non eram allaturus Trypho, has demonstrationes, quibus eos condemnari scio qui hæc et similia colunt, sed eas, quas contra nemo dicere poterit. » Si in verbis Moysis condemnationem eorum, qui solem et stellas colunt, perspiciebat Justinus; quis dubitet quin illa eodem sensu acceperit, quo hæc S. Stephani de ipsis Judæis dicta accipiuntur (*Act.* VII, 42) : *Convertit autem Deus et tradidit eos servire militiæ cœli.*

Non absimili sensu Tertullianus lib. *De idololatria*, cap. 9, sic loquitur de magia et astrologia : « At enim scientia ista usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretetur. » Et non multo post : « Sed et alia illa species magiæ, quæ miraculis operatur, etiam adversus Moysen æmulata, patientiam Dei traxit ad Evangelium usque. »

H. S. Clemens Alexandrinus astra gentilibus data existimat ut ex eorum aspectu ad Creatoris cultum assurgant. Sic enim loquitur *Strom.* VI, p. 669 : Ἔδωκεν δὲ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς θρησκείαν, ἃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῖς ἔθνεσι, φησὶν ὁ νόμος, ἵνα μὴ τέλεον ἄθεοι γενόμενοι, τελέως καὶ διαφθαρῶσιν. » Dedit solem et lunam et astra ad colendum, quæ Deus fecit gentibus, inquit lex, ne omnino facti athei, omnino etiam interirent. » Etsi autem deteriores illos putat qui ad simulacrorum cultum delabuntur, eos tamen damnari declarat, qui astra colunt. Ναὶ μὴν κἀκεῖνοι οἱ ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων σεβάσεως μὴ ἐπαναδραμόντες ἐπὶ τὸν τούτων ποιητήν. Ὁδὸς γὰρ ἦν αὐτὴ δοθεῖσα τοῖς ἔθνεσιν, ἀνακύψαι πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τῆς τῶν ἄστρων θρησκείας. « Sed et illi quoque judicantur, qui ab astrorum cultu non recurrerunt ad eorum Creatorem. Hæc enim via data fuit gentibus, ut per cultum astrorum suspicerent Deum. »

Origenes, tom. II *in Joan.*, eos qui ante ipsum dixerant solem et lunam et astra iis data esse, qui minus digni sunt, ut Deus deorum, Deus ipsorum sit, in hanc sententiam verba Deuteronomii accepisse ait, *ut qui non possunt ad intelligibilem recurrere naturam, rebus corporeis ac sub sensum cadentibus Divinitatem inesse suspicati, vel lubenter in his sisterent, non prolapsi ad idola et dæmonia :* etsi enim *a Deo aberrant*, tamen illorum errorem longe præferendum eorum errori, qui deos vocant opera hominum.

Eusebius Cæsariensis *Demonstr. evang.* lib IV, c. 8, idem docere hoc loco Moysen existimat ac Paulum in Epist. ad Romanos I, 19, et astra gentibus tradita dicit, *ne ad contrarias potestates et dæmonia deflecterent : inde enim quodammodo illius, qui invisibilis est, conspectum, veluti per quoddam speculum exhiberi.*

Præcipue vero in S. Augustinum iniquus est Jurius, quem dum ait ad aliorum errorem proxime accedere, opinionem ei affingit, quam si habuisset Augustinus, longe deterius errasset. Sic interpretatur Deuteronomii locum [a] : « Non ita dictum est, tanquam Deus præceperit ea coli a gentibus, a solo autem populo suo non coli; sed aut ita dictum est, quod Deus præscierit gentes culturam exhibituras his cœlestibus, et tamen hoc præsciens creaverit ea, eum vero populum suum futurum esse præsciverit, qui ista non coleret; aut *distribuit* dictum est, ut intelligatur usus qui commendatur in Genesi, ut sint in signa, etc. » Inexcusabilis Jurius qui hæc verba Augustini : *Et tamen hoc præsciens creaverit*, ita reddit, *il n'a pas laissé de les créer dans cette vue*, quasi scripsisset Augustinus : *Et tamen eo consilio creaverit ut colerentur.*

Statuere ergo possumus neminem ex antiquis Patribus sensisse cultum astrorum Dei concessu permissum fuisse gentibus; sed omnes hanc superstitionem condemnant et astra gentibus data dicunt, vel ut ad Creatoris contemplationem incitarent, vel ut ministrarent gentibus in signa et tempora, vel quia justa excæcatione derelictæ gentes ad hunc cultum prolapsæ sunt. Isidorus Pelusiota neminem noverat qui eo errore laborasset aut laboraret, quem venerandis scriptoribus Jurius attribuit; sed si qui ita sentiant, eos inscitiæ nomine condemnat. Εἰ δέ τινες οἴονται ἀπονενεμῆσθαι πρὸς τὸ προσκυνῆσαι αὐτοῖς λαμπρῶς, τὴν οἰκείαν ἀπατ-

[a] Quæst. *in Deuteronom.*

Digitized by Google

δαιμόνων στηλιτεύουσι. « Quod si qui distributa putant ut adorentur, inscitiam suam ipsi manifeste produnt. » Ipse vero, itidem ut alii Patres, astra genitibus data pronuntiat, *in disciplinam et institutionem et cognitionem, ut ex rerum creatarum magnitudine et pulchritudine invisibilis Creator conspiciatur.*

CAPUT IV.

De angelorum cultu.

I. Insignis loci ex Apolog. 1 S. Justini pravæ interpretationes refelluntur. II. Athenagoras hunc locum imitatur. III. Nonnulla solvuntur et explicantur.

I. Exstat in *Apologia* 1 S. Justini insignis de angelis locus, qui et sua sponte indiget aliqua explanatione et ex variis interpretationibus, quibus agitatum fuit, in unam aliquam, quæ fixa et immota sit, vindicandus est. Sic igitur S. martyr, n. 6 : Καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ Πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας Θεοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν, Πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα, καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες. « Atque atheos quidem nos esse confitemur, si de opinatis ejusmodi diis agatur; secus vero si de verissimo illo, et justitiæ ac temperantiæ, ac cæterarum virtutum Patre, nulla admisto vitiositate Deo. Sed eum et Filium, qui ab eo venit ac nos ista docuit, et cæterorum qui illum assectantur, eique assimilati sunt, bonorum angelorum exercitum, et Spiritum propheticum colimus et adoramus, ratione et veritate venerantes, et ut quisque discere voluerit, citra invidiam, ut edocti sumus, impertientes. »

Aliter hunc locum interpretantur Protestantes. Quidam, ut Bullus in defensione fidei Nicænæ, p. 118, sic accipiunt quasi dicat Justinus nos ista, nempe quæ ad malos angelos persecutionum auctores spectant, ac simul quæ ad bonos, a Christo didicisse : sed hæc explicatio merito rejicitur a Grabio, qui tamen non valde meliorem affert. Statuit enim sic vertendum, ut nos Christus simulque angelos ista, nempe quæ paulo ante de *justitiæ ac temperantiæ ac cæterarum virtutum Patre Deo* dicta sunt, edocuisse dicatur. Utraque interpretatio hoc vitio laborat, quod Justini verba mirifice inter se nexa ac in unum et idem propositum pertinentia violenter detorqueat. Præterea ex prima interpretatione semper sequitur colendos esse bonos angelos. Nam si Christus *ista* nos docuit, nempe malos esse dæmones qui colendi non sunt, ac deinde bonos esse qui Filium Dei assectantur, ejusque imaginem in se ferunt; annon inde sequeretur istis honorem et cultum esse adhibendum? Altera interpretatio perabsurde statuit et nos et bonos angelos a Christo *ista* edoctos esse, nimirum non colendos esse malos dæmones. Nihil enim aliud vox *ista* significat hoc loco.

Quisquis sciet propositum esse S. martyri, ut Christianos probet non esse atheos, fateri cogetur angelorum cultum ab eo prædicari. Id enim plurimum valebat ad propulsandam atheismi criminationem. Neque alio sensu imperatores Justini verba accipere potuerunt; cum præsertim nihil aliud indicet constructio verborum, *Filium et cæterorum, qui illum assectantur, eique assimilati sunt, bonorum angelorum exercitum colimus.* Præterea malis angelis, quos Christiani colere nolunt, opponuntur boni; iique Filium tanquam famuli assectari, eumque imitari dicuntur, ut merito eos coli et malos rejici pateat.

II. S. Justini vestigia premit Athenagoras in eodem refellendo crimine. Postquam enim unum in tribus personis Deum, Patrem et Filium et Spiritum sanctum a Christianis coli docuit; tum vero sic ad angelos transit *Legat.*, n. 10 : Καὶ οὐκ ἐπὶ τούτοις τὸ θεολογικὸν ἡμῶν ἵσταται μέρος· ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμεν, οὓς ὁ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς κόσμου Θεὸς διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ Λόγου διένειμε καὶ διέταξε περί τε τὰ στοιχεῖα εἶναι καὶ τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν τούτων εὐταξίαν. « Neque his tamen theologiæ nostræ ratio continetur; sed et multitudinem angelorum et ministrorum agnoscimus, quos Creator et opifex mundi Deus per Verbum suum distribuit et ordinavit, ut circa elementa, cœlos, mundum et quæ in eo sunt, eorumque temperationem versarentur. »

Hæc angelorum et beneficiorum, quæ ab eis accipimus, et obsequii, quod Verbo exhibent, commemoratio eumdem habet usum apud hunc scriptorem ac apud Justinum, nempe ut a Christianis atheismi crimen depellatur. Quin etiam videtur prima specie Athenagoras longius ferri quam Justinus. Theologia enim apud antiquos significare solet naturæ divinæ prædicationem; atque hinc ansam arripuit Barbeyracus ad incusandum Athenagoram. Sed hac voce significari potest doctrina divinitus revelata; vel si divinæ naturæ cultum significet, non immerito cum hoc divinæ naturæ cultu Athenagoras honorem angelis adhibitum conjungit, quia ad Deum refertur quidquid honoris angelis exhibemus.

III. Displicere et molestiam facessere non debet, quod Verbo angelos adjungit Justinus. Adjungit enim ut famulos et sectatores, idque Scripturæ consentaneum. Nam in Apocalypsi XIX, 14, de Verbo dicitur : *Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti bysso albo et mundo.* Neque errandi locum reliquit S. martyr, cum tam aperte declaret quantum intersit inter Filium et

Digitized by Google

angelos : non magis profecto quam S. Ignatius, qui ait in epistola ad Romanos, n. 12 : Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον εἰς τιμὴν Πατρὸς, Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων. « Decet enim singulos vestrum, et præcipue presbyteros, refocillare episcopum, in honorem Patris, Jesu Christi et apostolorum. »

Frustra objicitur duplex illud verbum, σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν, « colimus et adoramus. » Nam primum quidem ad angelos ipsos refertur, habita ratione discriminis, quod inter Creatorem et rem creatam intercedit. Alterum autem nequaquam angelos necessario comprehendit. Sæpe duo verba simul conjuncta non ad unam et eamdem rem, sed ad diversas judicio legentium referuntur : cujus rei exemplum maxime appositum observavi in nota ad quæst. 137 *ad orthodoxos*.

CAPUT V.

Theophili sententia de statu in quo creatus fuit Adamus.

I. Infantiam Adamo tribuit Theophilus vel ob innocentiam, vel ob recentem creationem. II. Multi alii eodem modo locuti sunt. III. Singularis S. Clementis Alexandrini opinio.

I. Videtur prima specie Theophilus existimare Adamum in quodam infantiæ statu creatum fuisse, ac ea scientia destitutum, quæ virili ætati conveniat. Sed ne indicta causa damnetur, illius verba non perfunctorie examinanda. Sic igitur ille lib. II, n. 25 : Οὐ γὰρ ὡς οἴονταί τινες, θάνατον εἶχε τὸ ξύλον, ἀλλ' ἡ παρακοή. Οὐ γάρ τι ἕτερον ἦν ἐν τῷ καρπῷ ἢ μόνον γνῶσις· ἡ δὲ γνῶσις καλὴ, ἐπὰν αὐτῇ οἰκείως τις χρήσηται. Τῇ δὲ οὔσῃ ἡλικίᾳ ὁ Ἀδὰμ ἔτι νήπιος ἦν, διὸ οὔπω ἠδύνατο τὴν γνῶσιν κατὰ ἀξίαν χωρεῖν. Καὶ γὰρ νῦν, ἐπὰν γενηθῇ παιδίον, οὐκ ἤδη δύναται ἄρτον ἐσθίειν, ἀλλὰ πρῶτον γάλακτι ἀνατρέφεται, ἔπειτα κατὰ πρόσβασιν τῆς ἡλικίας, καὶ ἐπὶ τὴν στερεὰν τροφὴν ἔρχεται. Οὕτως ἂν ἐγεγόνει καὶ τῷ Ἀδάμ. Διὸ οὐχ ὡς φθονῶν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ὡς οἴονταί τινες, ἐκέλευσε μὴ ἐσθίειν ἀπὸ τῆς γνώσεως. Ἔτι μὴν καὶ ἐβούλετο δοκιμάσαι αὐτὸν, εἰ ὑπήκοος γίνεται τῇ ἐντολῇ αὐτοῦ. Ἅμα δὴ καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἠβούλετο ἁπλοῦν καὶ ἀκέραιον διαμεῖναι τὸν ἄνθρωπον νηπιάζοντα. Τοῦτο γὰρ ὅσιόν ἐστιν, οὐ μόνον παρὰ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ παρὰ ἀνθρώποις, τὸ ἐν ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ ὑποτάσσεσθαι τοῖς γονεῦσιν. Ἔτι δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι. Εἰ δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν ὅλων; Ἔτι μὴν καὶ ἄσχημόν ἐστι τὰ παιδία τὰ νήπια ὑπὲρ ἡλικίαν φρονεῖν· καθάπερ γὰρ τῇ ἡλικίᾳ τις πρὸς τάξιν αὔξει, οὕτω καὶ ἐν τῷ φρονεῖν. « Neque enim, ut quidam existimant, mortiferum erat lignum, sed mandati prætergressio. Aliud enim non erat in ligno nisi scientia ; bona autem scientia, si quis ea apte utatur. Qua autem ætate erat Adam, adhuc infans erat, necdum idoneus esse poterat, qui scientiam perciperet. Nam et nunc infans, cum genitus fuerit, nondum potest panem edere, sed primum lacte nutritur, deinde progrediente ætate etiam ad solidum cibum accedit. Idem quoque Adamo evenisset. Quapropter non invidens ei Deus, ut quidam existimant, interdixit ne de ligno scientiæ comederet. Adhuc etiam volebat eum experiri et periclitari utrum sibi dicto auditurus esset. Simul diutius volebat simplicem et sincerum permanere hominem puerascentem. Hoc enim sanctum est non solum apud Deum, sed etiam apud homines, in simplicitate et innocentia subjici parentibus. Quod si pueri submissi esse parentibus debent, quanto magis parenti omnium Deo? Præterea indecorum est pueros infantes plus sapere quam ætas postulet : quemadmodum enim nemo crescit ætate nisi quibusdam veluti gradibus, ita nec sapientia. »

Ecquis non videt, si modo animum advertat, infantiam illam, quæ Adamo tribuitur, metaphora non carere? 1° Apparentem hanc infantiam repetit Theophilus tum ex recenti Adami creatione, tum ex medio illo statu, in quo creatus fuerat. Vixdum enim creatus fuerat, cum illum Deus in paradisum transtulit, *stimulos ei subjiciens proficiendi, ut augescens et tandem perfectus, imo declaratus deus sic in cœlum ascenderet. Medius enim homo natus erat, nec omnino mortalis, nec prorsus immortalis.* Inde ergo illa infantia, quod et recens creatus esset, et medius quodammodo creatus. Etsi enim maximarum rerum cognitione instructus erat, infantia videbatur hæc scientia cum ea, quæ in cœlo promittebatur, comparata. Qualem autem scientiam Theophilus Adamo deferat etiam in illo, quem vocat, medio statu, perspici potest ex nominibus, quæ omnibus animalibus Adam imposuit. Id enim maximæ scientiæ indicium esse existimat Theophilus lib. II, n. 13. 2° Puerum quodammodo dicit Adamum, ob simplicitatem et obsequium, quod Deo, ut filius patri, debebat. Hinc præceptum illi impositum fuisse dicit, ut diu in illa veluti pueritia perseveraret : quod quidem nemo unquam de pueritia dixerit, quæ cum imbecillitate animi et corporis conjuncta sit.

II. Theophilum imitatur S. Irenæus, nec ab illius sententia recedit. Quod enim ait lib. III, cap. 22, n. 4 : « Erant utrique nudi (in paradiso) et non confundebantur, quoniam paulo ante facti non intellectum habebant filiorum generationis ; oportebat enim illos primo adolescere, dehinc sic multiplicari ; » id explicari potest ex cap. 23, ubi sic de pœnitentia Adam loquitur n. 5 : « Quoniam indolem et puerilem amiserat sensum, et in cogitationem pejorum venerat, frenum continentiæ sibi et uxori suæ circumdedit, timens Deum et adventum ejus exspectans. » Puerilis indoles et sensus, quæ peccando amittuntur, quid aliud esse possunt, quam innocentia? Sic etiam Tertullianus in libro *De velandis virginibus*, cap. 11 : « Nam et principes generis Adam et Eva, quandiu intellectu care-

Digitized by Google

bant, nihil agebant. At ubi de arbore agnitionis gustaverunt, nihil primum senserunt quam erubescendum. Itaque sui quoque sexus intellectum tegmine notaverunt. »

Audiendus in eamdem sententiam Gregorius Nazianzenus qui sic loquitur *Orat.* 38, p. 619 : Θεωρία γὰρ ἦν τὸ φυτὸν, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία, ἧς μόνοις ἐπιβαίνειν ἀσφαλὲς τοῖς τὴν ἕξιν τελειοτέροις, οὐ καλὸν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἔτι καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέροις· ὥσπερ οὐδὲ τροφὴ τελεία λυσιτελὴς τοῖς ἁπαλοῖς ἔτι καὶ δεομένοις γάλακτος. « Contemplatio erat hæc arbor, quantum ipse contemplando assequor, ad quam iis solis tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt, haudquaquam autem bona simplicioribus adhuc animis atque appetitu avidiori præditis, quemadmodum nec perfectus ac solidus cibus iis conducit qui tenera adhuc sunt ætate, lacteque opus habent. » His S. Gregorii verbis utitur ut suis S. Joannes Damascenus lib. II *De fide orthodoxa*, cap. 11.

Joannes Chrysostomus, etsi copiose eos refellit homil. 16 in Genesim, qui Adamum, postquam de ligno comedit, acquisivisse scientiam boni et mali dicebant, non tamen eum dubitat vocare tenerum puerum in homil. 14. Ait enim « quemadmodum pater prolis amans tenero filio, » καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος παιδὶ νέῳ, moderatam curam imponit, ne otio insolescat, ita Deum Adamo operationem et custodiam paradisi tradidisse. Theodoretus, quæst. 28 in Genesim, sic loquitur : Οὐδὲ τὰ κομιδῇ νέα παιδία ἐρυθριᾷν πέφυκε τῆς ἐσθῆτος γεγυμνωμένα. Κατὰ βραχὺ δὲ τοῦ σώματος αὐξανομένου καὶ τοῦ νοῦ λοιπὸν ἀρχομένου τὴν οἰκείαν φύσιν ἐπιδεικνύναι, οὐκ ἔτι λοιπὸν φορητὴ τοῖς μειρακίοις ἡ γύμνωσις, ἀλλ' ἐρυθριῶσι καὶ περιβάλλονται.... Οὕτω καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ εὐθὺς μὲν διαπλασθέντες, οἷα δὴ νήπιοι καὶ εὐθυγενεῖς καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀμύητοι οὐκ ᾐσχύνοντο δίχα περιβολαίων διάγοντες. Μετὰ δὲ τὴν πεῖραν τοῖς φύλλοις ἕνια τοῦ σώματος συνεκάλυψαν μόρια. « Pueri juniores veste nudati erubescere natura non solent; paulatim autem crescente corpore, cum mens postea propriam naturam exserere cœperit, adulti jam non patienter ferunt se nudari, sed erubescunt et conteguntur.... Ita de Adam et de ejus uxore sentiendum est, qui statim ubi formati sunt, velut infantes et recens nati, ac peccato nondum initiati, non afficiebantur verecundia sine amictu agentes. At post experientiam quasdam partes corporis foliis occultaverunt. » Hic quoque infantia non in ignoratione consistit, sed in innocentia, qua peccato amissa, stimulos concupiscentiæ senserunt et pudore suffusi sunt.

III. Clemens Alexandrinus *Protrept.*, p. 69 : Ὁ πρῶτος ὅτε ἐν παραδείσῳ ἔπαιζε λελυμένος ἐπεὶ (legendum videtur ἔτι) παιδίον ἦν τοῦ Θεοῦ. Ὅτε δὲ ὑπέπιπτεν ἡδονῇ.... παρήγετο ἐπιθυμίαις ὁ παῖς, ἀνδριζόμενος ἀπειθείᾳ, καὶ παρακούσας τοῦ Πατρὸς ᾐσχύνετο τὸν Θεόν. « Primus homo, quando in paradiso solutus ludebat, erat adhuc Dei puer. Postquam autem succubuit voluptati.... abductus est cupiditatibus puer, vir factus inobedientia, et violato patris præcepto Deum affecit contumelia. »

Eumdem scriptorem suscepta cum hæreticis controversia in nonnullas impulit conjecturas, quas hic referre non pigebit. Nam cum hæretici Creatorem ejusque opera vituperarent, ac Adamum et Evam nunquam matrimonio usuros fuisse contenderent, nisi serpentis impulsu ad hanc conjunctionem incitati fuissent; negat Clemens in eo peccasse primos parentes, quod matrimonio usi fuerint, *sed quod ante tempus usi fuerint, utpote adhuc juvenes.* Ἐκινήθησαν δὲ θᾶττον ἢ προσῆκον ἦν ἔτι νέοι πεφυκότες ἀπάτῃ παραχθέντες, *Strom.* III, pag. 470. Idem paulo ante conjiciendo dixerat, nempe pag. 466, hominem non vitio creationis aberrasse, sed amore voluptatis, *fortasse quia protoplastus noster tempus prævenerat atque intempestivam matrimonii gratiam appetiverat*, Τάχα που προλαβόντος ἡμῶν τὸν καιρὸν τοῦ πρωτοπλάστου καὶ πρὸ ὥρας τῆς τοῦ γάμου χάριτος ὀρεχθέντος. Non ignota fuit S. Augustino hæc peccati primorum parentum explicandi ratio. « Visum est et quibusdam, inquit, lib. II *De Genesi ad litteram*, n. 57, duos illos primos homines nuptias suas furatos fuisse, et ante mistos esse concubitu, quam eos qui creaverat copulasset, quam rem nomine ligni fuisse significatam, unde prohibiti erant, donec opportuno tempore jungerentur. » Hanc opinionem rejicit S. Augustinus, *ut ridiculam et a rerum gestarum proprietate discedentem.* Lenius agit cum iis qui existimabant *festinatione prævertisse illos homines appetitum scientiæ boni et mali, et immaturo tempore percipere voluisse, quod eis dilatum opportunius servabatur.* Hanc sententiam non improbat, modo veritas historiæ non negetur. « Hoc, inquit, si forte lignum illud non ad proprietatem, ut verum lignum et vera poma ejus, sed ad figuram velint accipere, habeat exitum aliquem rectæ fidei veritatique probabilem. » Legendum, *Nisi forte lignum*, aut sensum frustra venabimur.

Videtur e Philonis hausta fontibus hæc de matrimonii immaturo usu opinio. Is enim in libro *De mundi opificio* non modo serpentem interpretatur voluptatem, sed etiam *amorem inter Adamum et Evam supervenisse* docet, *et tanquam unius animalis duo dimidia separata in unum collecta coaptasse, indita utrique cupidine gignendi similem prolem per mutuam consuetudinem.* « Hæc cupido, inquit, etiam corporum voluptatem genuit, quæ est origo iniquitatum et prævaricationum, quandoquidem talis voluptas mortali et misera vita immortalem et beatam commutavit. » Ὁ δὲ πόθος οὗτος καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἡδονὴν ἐγέννησεν, ἥτις ἐστὶν ἀδικημάτων καὶ παρανομημάτων ἀρχή, δι' οὗ ὑπαλλάττοντα τὸν θνητὸν καὶ κακοδαίμονα βίον ἀντ' ἀθανάτου καὶ εὐδαίμονος.

Digitized by Google

CAPUT VI.

De peccato originali.

I. Justinus regenerationis necessitatem deducit ex vitio primæ generationis. II. Multa alia ejusdem testimonia. III. Tatianus Justinum sequitur et imitatur. IV. Theophilus non minus diserte in eamdem sententiam loquitur.

I. Cum permagni esset momenti eorum errorem refellere, qui homines non libera voluntate, sed natura et necessitate bonos aut malos esse fingebant; sæpe Justinus impio commento catholicam doctrinam opponit. Sed altera ex parte non ignoravit S. martyr, nec tacuit quid de libero arbitrio Adami ruina debilitato, quid de Omnipotentis gratiæ necessitate religio doceat. Operosius vestiganda illius doctrina, ut in re variis hominum judiciis exagitata, partim Justinum nulla peccati originalis cognitione imbutum fuisse existimantium, partim absurda illi de Christi gratia et de ethnicorum salute commenta affingentium.

Diserte docet S. martyr baptismo non eas solum labes deleri, quas libere peccando, sed eam etiam, quam nascendo contraximus. Sic enim loquitur *Apol.* 1, n. 61 : Ἐπειδὴ τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν ἀγνοοῦντες κατ' ἀνάγκην γεγεννήμεθα ἐξ ὑγρᾶς σπορᾶς κατὰ μίξιν τὴν τῶν γονέων πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς ἀνατροφαῖς γεγόναμεν, ὅπως μὴ ἀνάγκης τέκνα μηδὲ ἀγνοίας μένωμεν, ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀφέσεώς τε ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι, ἐπονομάζεται τῷ προελομένῳ ἀναγεννηθῆναι, καὶ μετανοήσαντι ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, τὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ ὄνομα. « Quandoquidem primam nostram generationem ignorantes necessitate quadam ex humido semine per mutuam parentum mistionem geniti sumus, atque in pravis moribus et nefariis institutis educati; ut necessitatis et ignorationis filii non maneamus, sed electionis et scientiæ; et remissionem peccatorum, quæ prius commisimus, consequamur in aqua; super eo qui regenerari voluerit et peccatorum egerit pœnitentiam, nomen Parentis universorum et Domini Dei pronuntiatur. » Nascimur ergo in peccato, siquidem ob hanc primam nativitatem egemus baptismo qui nos regeneret. Nascimur filii necessitatis et ignorationis, nec possumus sine baptismo ex hoc miseriæ statu emergere. Idcirco enim baptizamur, *ut non ignorationis et necessitatis filii maneamus.*

II. In *Cohort.*, n. 21, postquam dixit *primos homines*, a quibus inducta deorum multitudo, *in memoria habuisse antiquam illam fraudem, qua majores ipsorum decipere voluit humani generis hostis dæmon, cum illos sic alloqueretur :* « Si mihi obsecuti fueritis, eritis sicut dii, » hæc addit : « Igitur cum obsecuti fraudulento dæmoni homines, ac Dei præceptum violare ausi essent, e paradiso exierunt : ac deorum quidem nomen in memoria haA buerunt, sed non jam amplius a Deo nullos esse deos edocti sunt..... Ejecti igitur paradiso, seque ob eam tantum causam ejectos rati, quod Deo non paruissent, minime vero ob illam etiam, quod deos esse, qui nulli sunt, credidissent, nomen deorum genitis ex se postea hominibus tradiderunt. » Primi illi homines, qui in memoria habuere fraudem majoribus suis Adæ et Evæ factam, ac posteris suis nomen deorum tradiderunt, quomodo dici possunt dæmoni paruisse, præceptum Dei violasse et e paradiso ejecti fuisse, nisi quia in Adamo peccaverunt? Similia mox proferemus ex Tatiano.

In eamdem sententiam loquitur in *Dialogo cum Tryphone*, n. 88 : « Neque etiam idcirco, inquit, nasci et crucifigi sustinuit Christus, quod his rebus B indigeret, sed pro genere humano, quod ab Adamo in mortem et serpentis fraudem inciderat, unoquoque sua culpa improbe agente. » Hic duplex peccati genus distinguitur : alterum omnibus commune; humanum enim genus serpentis fraudi succubuit, et morte damnatum fuit ob hoc delictum. At alia sunt peccata, quæ sua quisque culpa libere committit. Illud ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ posset verti, *per Adamum*. Sed *ab Adamo* retinere malim, quia magis conducit proposito Justini, qui videtur demonstrare velle omnes homines, Judæis non exceptis, in Adamo peccasse. Et n. 100 : « Filius Dei ex Virgine genitus, ut qua via a serpente inobedientia initium accepit, eadem dissolutionem acciperet. Nam cum virgo esset Eva et incorrupta, C sermone serpentis concepto, inobedientiam et mortem peperit. Maria autem virgo, cum fidem et gaudium percepisset, nuntianti angelo lætum nuntium respondit : *Fiat mihi secundum verbum tuum* [a]. » Christum sine peccato genitum fuisse dicit, n. 23, ut eum ab aliis Adami filiis secernat. « Si enim nec ante Abraham circumcisione, nec ante Moysen Sabbato, feriis et muneribus opus erat; neque etiam similiter opus est, postquam secundum voluntatem Patris absque peccato ex virgine ab Abraham oriunda genitus est Filius Dei Jesus Christus. »

Non dubitat S. martyr quin omne hominum genus maledictioni obnoxium fuerit ob hanc peccati originalis labem, idque probat ducto argumento ex D iis qui sub lege, et ex iis qui sine lege vixerunt. « Omne hominum genus, inquit *Dialog.*, n. 95, maledictioni obnoxium reperietur. *Maledictus* enim secundum legem Moysis dictus est, *quisquis non permanet in eis quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea* [b]. Nemo certe omnia accurate observavit, neque id vos negare audebitis; sed alii aliis plus aut minus præcepta observarunt : quod si eos, qui sub hac lege sunt, sub maledictione esse patet, quod non omnia observaverint, annon multo magis patebit gentes omnes, quæ simulacra colunt, pueris stupra inferunt, et alia nefaria faciunt, sub maledictione esse? »

[a] Luc. I, 38. [b] Deut. XXIX, 21.

Digitized by Google

III. Justini vestigia premit Tatianus, et generatim cum omnibus hominibus communicat peccatum Adami. « Ac initio quidem, inquit n. 13, spiritus animæ convictor erat, sed eam sequi nolentem deseruit. » Et n. 11 : « Non nati sumus ut moreremur, sed nostra culpa morimur. Perdidit nos libera voluntas; servi facti sumus qui liberi eramus; per peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est a Deo; nos ipsi produximus vitiositatem; eam vero qui produxerunt, denuo etiam repudiare possunt. » Statuit Tatianus ut miserias, quæ ex peccato Adami fluxerunt, ita etiam illius peccatum ad nos omnes pertinere. Quemadmodum cum eo perditi et in servitutem redacti et venditi ac mortui sumus, ita etiam cum illo vitiositatem produximus.

Non mirum ergo si Tatianus, magistri Justini vestigiis, primos deorum multitudinis monstratores, paradiso ejectos fuisse ob hoc scelus et mortales factos fuisse dicit : « Verbi autem potentia, inquit n. 7, cum in se prævideret quid esset, non illud quidem fato, sed libera eligentium voluntate eventurum; futurarum rerum eventus prædicebat, ac nequitiam interdictis prohibebat, eos autem laudabat, qui boni permanerent. Postquam autem homines unum aliquem præter cæteros, propterea quod primogenitus erat, callidiorem assectati sunt, ac eum etsi legi Dei obluctabatur, pro Deo habuerunt; tum Verbi potentia et inceptorem profligatæ temeritatis et ejus sectatores a sua consuetudine exclusit. Atque is quidem, qui ad imaginem Dei factus erat, discedente ab eo potentiore spiritu, fit mortalis; ille autem primogenitus propter transgressionem et ignorationem dæmon esse incepit. » Mira hic et digna quæ observetur rerum confusio. Peccatum Adami cum peccato posteriorum, ac rursus istorum peccatum cum Adami peccato confunditur, quasi unum prorsus esset delictum. Unde illud, nisi quia in Adamo posteri peccarunt, et ab Adamo profluxit illa cordis pravitas, cui homines libere obsequendo cultum deorum induxerunt?

IV. Multa etiam occurrunt apud Theophilum Antiochenum testimonia, in quibus peccatum Adami, ut unum et commune omnibus peccatum describitur. « Feræ autem dicuntur, inquit lib. II, n. 17, ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι, id est ex eo quod efferatæ fuerint : nihil enim mali a Deo factum, sed bona omnia et valde bona; sed peccatum hominis eas in vitium abduxit. Homine enim de via deflectente, ipsæ quoque simul deflexerunt. Quemadmodum enim dominus domus cum præclare se gerit, necessitatem servis affert recte vivendi; si vero peccaverit, eadem servi peccabunt; eodem modo contigit ut homo, qui dominus erat, peccaret et servi una peccarent. Cum autem redierit homo ad id quod secundum naturam est et finem peccandi fecerit, belluæ quoque in pristinam mansuetudinem restituentur. » Ut reditus ad justitiam non soli Adamo, ita nec lapsus tribuitur; sed omnium communis est. In eamdem sententiam ait, n. 26 : « Quemadmodum vas si, postquam confectum fuerit, vitii aliquid habeat, refunditur et refingitur, ut novum et integrum fiat; idem homini mors affert : quodam enim modo confringitur, ut sanus in resurrectione inveniatur, id est mundus, justus et immortalis. »

Persuasum erat Theophilo nos cum Adamo morte damnatos non esse, nisi quia in Adamo peccavimus; neque enim Deum innocuis hanc pœnam impositurum fuisse; ne ipse mortis auctor esse videretur. « Si immortalem ab initio fecisset, deum eum fecisset, inquit n. 27; rursus si mortalem, videretur Deus causa illius mortis esse. »

CAPUT VII.

De Christi gratia.

I. Charitas, quæ legem adimplet, per fidem impetratur. II. Hæc fides charitate animata gratiæ donum est. III. Quam potens quamque efficax hæc gratia. IV. Unica semper exstitit salutis via, fides charitate animata, quam gratia largitur. V. Quam immerito Justinus salutem æternam Socratis et Heraclíti agnovisse dicatur. VI. Testimonia de Christi gratia ex Epistola ad Diognetum et Tatiani Oratione.

I. Ut lapsus homo sanetur, unicum remedium agnoscit Justinus, fidem quæ per charitatem operatur, eamque gratuitæ et omnipotentis gratiæ donum esse declarat.

Judæi, in quibus flectendis et permovendis mirabiles exstitere charitatis Justini conatus, hanc præcipue moram eruditæ illius disputationi attulerunt, quod legem sibi et filiorum Abrahæ dignitatem satis magna esse ad salutem præsidia ducerent. Justinum hortatur Trypho initio colloquii, ut primo circumcidatur, deinde observet, ut lege sancitum est, Sabbata et dies festos et neomenias Dei, ac prorsus omnia faciat quæ in lege scripta sunt. Sic enim fortasse misericordiam illi a Deo futuram. Miratur Trypho, cur Christiani, cum tanto virtutis colendæ studio ferantur, legem Mosis non observent, n. 10. Auctor est eis, ut Christum Deum ex Virgine genitum credere desinant, eumque potius hominem ex hominibus genitum dicant, ac legis accurata observatione consecutum ut Christus esset, n. 67. In hoc errore indormiebant Judæi, a magistris suis decepti et lactati, a quibus hanc etiam stultissimam opinionem acceperant, *omnibus ex semine Abrahæ secundum carnem editis, etiamsi peccatores et increduli et in Deum contumaces fuerint, regnum æternum datum iri*, n. 140.

Cum tanta esset Judæorum in lege fiducia, non seguiter Justinus in hoc minuendo errore elaborat, ac eadem sæpe repetere non pigratur. Demonstrat justitiam non in præputii, sed in cordis circumcisione, non in externa jejuniorum et Sabbatorum observatione positam esse, sed in interioribus animi affectionibus, quas cum externis operibus conjungi prophetæ præcipiunt. Hunc in usum testimonia ex Isaia et Mose depromit, n. 14 et 15. Uno verbo nullam agnoscit justitiam, quæ non ex cha-

Digitized by Google

ritate proficiscatur. « Bifariam igitur, inquit n. 93, distributa omni justitia, in Deum et homines, quicunque, ait Scriptura, diligit Dominum Deum ex toto corde et ex totis viribus et proximum ut seipsum [6], is vere justus fuerit. » Nullam prorsus ignorationem admittit ne in perditissimis quidem, qua peccati expers sit quidquid fit contra hoc duplex præceptum. Sic enim ibidem loquitur : « Nam quæ semper et ubique justa sunt ac totam justitiam in omni hominum genere exhibet Deus; nec ullum est genus, quod ignoret adulterium esse malum et fornicationem et homicidium et quæcunque alia similia. Quæ quidem etiamsi omnes faciant, non tamen assequuntur ut, cum ea faciunt, inique a se fieri ignorent, iis exceptis, quicunque impuro spiritu pleni, vel prava institutione et malis moribus ac nefariis legibus corrupti, naturales notiones amiserunt, vel potius inhibitas tenent. »

Sed charitatem, quæ sola legem adimplet, fide comparari docet. « Qui ex gentibus, inquit n. 52, per Christi fidem Dei cultores et justi facti sumus, rursus eum venturum exspectamus. » Hanc fidem charitate animatam eorum propriam esse statuit, n. 13 et 14, « qui non jam hircorum et ovium sanguine expiantur, aut vitulæ cinere, similæve oblationibus, sed fide per sanguinem Christi et mortem ejus, qui ea ipsa de causa mortuus est. » Probat id sanctus martyr ex capite LIII Isaiæ, ubi Christus peccata nostra portare, et vulneratus propter delicta nostra dicitur, nosque ejus livore sanari. Ex quo concludit quanta sit baptismi Christianorum sanctitas. « Itaque per lavacrum pœnitentiæ, inquit, et cognitionis Dei, quod pro peccatis populorum Dei institutum est, ut clamat Isaias, nos credidimus; et testamur ipsum illud ab eo prænuntiatum baptisma, quod solum pœnitentes expiare potest, hanc esse aquam vitæ. »

II. Duplici nomine conversionem cordis Christo attribuit, tum quia gratuita gratia voluntatem præoccupat, tum quia potenter in nobis operatur velle et perficere. Gratuitam Christi gratiam pluribus locis prædicat. « Quid dicam, inquit *Apol.* 1, p. 62, innumerabilem eorum multitudinem, qui ex intemperantia conversi sunt, atque hæc didicerunt? Non enim justos aut pudicos ad pœnitentiam vocavit Christus, sed impios et impudicos et injustos. Sic enim ait : *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [7]. » Christianos eodem modo ac Abraham vocatos esse pronuntiat *Dialog.*, n. 119, ubi sic loquitur : « Quid igitur amplius hic Abrahæ gratificatur Christus? Quod simili vocatione eum vocavit, eum e terra, quam incolebat, exire jussit, ac per illam vocem nos omnes vocavit, et exivimus ex illo instituto, in quo prave communi aliorum terræ incolarum more vivebamus; et cum Abraham sanctæ terræ hæredes erimus, hæreditatem in infinitum ævum accipientes, quippe cum filii Abrahæ per similem fidem simus. Quemadmodum enim ille voci Dei credidit *et reputatum est ei ad justitiam* [8]; ita et nos postquam voci Dei tum per apostolos Christi denuo prædicatæ, tum per prophetas promulgatæ credidimus, ad mortem usque omnibus rebus quæ in mundo sunt renuntiavimus. » Sæpe alias describit deterrimam illam gentilium vitam ac omnibus vitiis cumulatam, qualem Christiani duxerant antequam a Christo vocarentur. Hinc cum sibi conscius esset non meruisse se ut ad fidem perveniret, pro Judæis precari non dubitabat, quos non modo non mereri, ut a Christo vocarentur, sed etiam omnes furoris sui conatus in Christianorum perniciem convertere videbat : « Nos autem, inquit Judæis, n. 108, nec vos odimus, nec eos qui talem de nobis opinionem a vobis acceperunt; sed precamur ut vel nunc saltem pœnitentiam agentes, misericordiam consequamini a perhumano et mirum in modum misericorde universorum parente Deo. » Dei judicium admiratur Justinus in hoc Judæorum et Christianorum discrimine. « Nec frustra nos in eum credidimus, inquit num. 118, nec ab iis, qui ita docuerunt, decepti sumus; sed et admirabili Dei providentia id contigit, ut vobis, qui Dei amantes et prudentes existimamini, nec estis tamen, prudentiores nos et religiosiores inveniremur per vocationem novi et æterni testamenti, id est Christi.

Hanc doctrinam acceperat Justinus ab optimo sene, cujus ex sermone initium habuit Christi cognoscendi. Sic ille discedens a Justino perorat *Dialog.*, n. 7 : « Tibi vero precare ante omnia lucis portas recludi, neque enim hæc quisquam intelligere et perspicere possit, nisi cui Deus intelligere dederit et Christus ejus. » Hæc autem non de singulari quadam ac sublimiori mysteriorum cognitione, sed de fide accipi debere ex eo perspicitur, quod Justino nondum ad Christum converso non congruebat sublimis illa et extra ordinem mysteriorum cognitio, sed fides et assensus fidei elementis, quæ senex ei tradere cœperat. Id confirmatur ex aliis locis. « Nobis igitur, inquit *Dialog.*, n. 100, Christus revelavit omnia, quæcunque ex Scripturis per gratiam ejus intelleximus, eum agnoscentes primogenitum Dei esse et ante res omnes creatas, et patriarcharum filium, ut qui ex Virgine ab eis orta caro factus, informis homo et inglorius et perpessionibus obnoxius fieri sustinuerit. » Et n. 119 : « Putatis futurum unquam fuisse, ut hæc in Scripturis intelligere possemus, nisi voluntate illius, qui hæc voluit, gratiam accepissemus intelligendi? » Hinc etiam n. 121 : « Nobis datum est, ut eum audiamus et intelligamus, et salvemur per hunc Christum, et res Patris omnes cognoscamus. » Non dubitabat Justinus, quin quos Deus *prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* [9], iis certissima ad salutem auxilia præparaverit. In *Dialogo* quem habuit cum Judæis, molestiam, quam ex illorum percipiebat

[6] Matth. XXII, 37. [7] Matth. IX, 13. [8] Jac. II, 23. [9] Rom. VIII, 29.

Digitized by Google

pertinacia, ea spe molliebat, horum *aliquem ex eo reperiri posse semine, quod reliquum ad salutem æternam factum est*, n. 32. Et n. 64 : « Nunc autem quia judicium Dei formido, de nullo ex vestro genere præjudico, utrum is non sit ex eorum genere, qui secundum gratiam Domini Sabaoth salvari possunt. Quapropter quamvis non probe agatis; pergam tamen quidquid a vobis propositum aut contra fuerit dictum, ad id respondere. » Quod gratuita misericordia aliis conceditur, id justo judicio aliis non concedi docet n. 55 : « Non eram, inquam, allaturus, Trypho, has demonstrationes, quibus eos condemnari scio, qui hæc et similia colunt, sed eas, quas contra nemo dicere poterit. Novæ autem tibi videbuntur, quamvis quotidie a vobis legantur, ut vel ex hoc perspectum habeamus, vobis ob vestram nequitiam a Deo potestatem sapientiæ, quæ illius verbis inest, intelligendæ absconditam fuisse, nonnullis exceptis, quibus secundum summæ suæ misericordiæ gratiam, ut ait Isaias, semen ad salutem reliquit, ne ut Sodomitarum et Gomorrhæorum, ita et genus vestrum periret. »

III. Quam potens sit quamque efficax Christi gratia, quæ nos ex servitute in libertatem vindicat, ex nonnullis testimoniis modo citatis existimari potest, velut ex iis quæ Justino a venerabili sene dicta retuli. Fidem illam in Deum incarnatum, quæ nos penitus renovat, ex illius omnipotenti voluntate repetit, qui Filium suum incarnari voluit. « Putatis futurum unquam fuisse, ut hæc in Scripturis intelligere possemus, ni voluntate illius qui hæc voluit, gratiam accepissemus intelligendi [10]? » Christi potentiam in gentium conversione mirifice elucere docet. « Hæc, inquit *Apol.* II, n. 10, Christus noster propria sua virtute perfecit. » Mox Christianorum constantiam describens, ait : « Hæc enim virtus Patris inenarrabilis fecit, non humani sermonis instrumenta. » Christi autem potentiam non tunc solum enituisse existimat, cum et apostolis invictam ad prædicandum Evangelium constantiam afflavit, et eorum qui apostolos audiebant corda aperuit, sed etiam cum magos ad præsepe, in quo infans jacebat, attraxit. Sic enim loquitur *Dialog.* n. 78 : « Nam et quod dicit Isaias : *Accipiet virtutem Damasci et spolia Samariæ* [11], significabat nefarii dæmonis, qui habitabat Damasci, potestatem a Christo statim atque natus esset, victum iri, quod quidem factum esse demonstratur. Magi enim, qui ut spolia rapti fuerant ad malas quasque actiones, ad quas eos ille dæmon impellebat, ubi Christum adoratum venerunt, defecere, ut manifestum est, ab ea, quæ illos ut spolia rapuerat, potestate, quam nobis arcane Scriptura Damasci habitare indicat. » Et n. 88 : « Atque illud etiam vobis testimonio sit, quod vobis dixi ab Arabiæ magis factum, qui cum statim ac puer natus est, venissent, adoraverunt eum. Nam ut in lucem editus est, suam virtutem habuit. » Quod ergo a dæmonibus liberamur et dæmones superamus, cum ex vitio ad virtutem emergimus, id Christi potentiæ tribuendum est; non minus profecto, quam cum dæmonia ex corporibus pelluntur. Id quoque declarat Justinus. « Adjutorem enim illum, inquit ejusdem *Dialog.*, n. 30, et Redemptorem appellamus, cujus vel nominis potentiam dæmonia ipsa perhorrescunt, ac hodie per nomen Jesu Christi sub Pontio Pilato Judææ præside crucifixi adjurata subjiciuntur. »

Concessa in deserto curatio his qui serpentum morsibus fuerant vulnerati, imago et figura exstitit salutis, quam a Christo accipimus. « Atque illam etiam figuram, illudque signum, inquit *Dialog.* n. 91, quod adversus serpentium morsus Israeli institutum est, ad eorum salutem erectum esse liquet, qui jam tum prænuntiatam fuisse credunt et mortem serpenti per eum, qui crucifigendus erat, futuram, et salutem iis qui serpentis morsibus læsi ad eum, a quo crucifixus ille Filius in mundum missus est, confugiunt. »

Crucis potentiam, quam unicornis cornibus in Scriptura designari putat, sic ibidem S. martyr prædicat : « Illud autem, *His cornibus gentes petet inde usque ab extremo terræ*, id quod hodie in omnibus gentibus factum videmus demonstrat. Cornu enim petiti, id est compuncti ex omnibus gentibus ab inanibus simulacris et dæmonibus ad Deum conversi sunt. » Charitas, quam Christus diffundit in corda nostra, sæpe a Justino depingitur sub imagine circumcisionis : et circumcisionem, quam Josue cultris lapideis peregit [12], figuram exstitisse putat illius circumcisionis, quam a Christo accipimus. « Præclare ergo in nobis agitur, inquit *Dialog.* n. 114, qui cultris lapideis circumcisi sumus secunda circumcisione. Prima enim illa vestra ferro peracta est et peragitur : duro enim corde permanetis. Nostra autem circumcisio, quæ secunda numero post vestram instituta est, per lapides acutos, id est per sermones apostolorum summi illius angularis lapidis et sine manibus abscissi, circumcidit nos a simulacrorum cultu et ab omni prorsus pravitate. Quorum corda ita sunt pravitate circumcisa, ut læti mortem oppetamus propter nomen præclaræ illius Petræ, quæ et in eorum corda, qui per ipsum diligunt Patrem universorum, aquam vivam emittit et eos potat, qui aquam vitæ sitiunt. »

Mirabilem illam cordis circumcisionem, quam a Christo accipimus, novam quamdam generationem et creationem esse pronuntiat S. martyr Scripturarum auctoritate fretus. « Nos, inquit, n. 135, ex Christi utero recisi verum sumus Israeliticum genus. » Et n. 138 : « Christus cum primogenitus esset omnis creaturæ, rursus etiam factus est principium alterius generis ab ipso regenerati per aquam et fidem et lignum, quo mysterium crucis continetur. »

[10] *Dialog.*, n. 119. [11] Isa. VIII, 4. [12] Josue V, 2.

Digitized by Google

Non minus elucet Christi potentia in perseverantiæ dono. « Stolam ejus, inquit n. 54, Spiritus sanctus eos vocavit, qui per eum remissionem peccatorum acceperunt, in quibus virtute quidem semper adest, manifeste autem aderit in secundo adventu. » Victores facit Christi gratia ex tentationibus, quibus nos diabolus impugnare non desinit. « Sed ut vobis rationem reddam, inquit n. 116, de revelatione Jesu Christi sancti, repeto sermonem, ac dico hanc quoque revelationem in nos factam esse, qui in Christum summum sacerdotem, hunc crucifixum, credimus; qui cum in stupris ac omni prorsus sordida actione versaremur, per gratiam a nostro Jesu, secundum voluntatem ipsius Patris, concessam, sordida omnia quibus induti eramus, mala exuimus : quibus diabolus instat semper adversans, ac omnes ad se trahere volens; sed angelus Dei, id est virtus Dei nobis per Jesum Christum immissa, increpat eum et a nobis discedit. Ac tanquam ex igne extracti sumus, cum prioribus peccatis exuti, tum ex tribulatione eruendi, et ex incendio nobis a diabolo ejusque omnibus ministris immisso; ex quibus nos etiam rursus se extracturum Jesus Dei Filius, ac præparatis vestibus nos induturum, si mandata ejus observemus, et regnum æternum provisurum promisit. »

Ex nova hac generatione, quam a Christo accepimus, sive ex illa charitate quam in corda nostra diffundit, præclara Justinus argumenta ducit ac defensionem religionis Christianæ. « Si ergo novum testamentum, inquit *Dialog.* n. 11, Deus instituturum irl prædicavit, illudque in lucem gentium, videmus autem ac persuasum habemus per nomen ipsius Jesu Christi crucifixi, a simulacris et ab alia nequitia homines ad Deum accedere, ac ne morte quidem proposita a confessione et pietate discedere; cum ex operibus, tum ex consequentibus miraculis licet intelligere hunc esse novam legem et novum testamentum, et exspectationem eorum qui ex omnibus gentibus a Deo bona exspectant. » Sæpe alias Christum esse novam illam legem in vetere promissam contendit, quia scilicet Christus ipse per Spiritum suum in nobis habitat [13], atque hanc legem in cordibus nostris scribit. Atque in hoc maximum Christiani et Judæi discrimen constituit. Fatetur *quæ natura præclara et pia et justa sunt, ea in lege Mosis his qui legi parent*, n. 45, *facienda præscribi.* Legem autem illam, quæ post mortem Mosis prodiit, utpote in psalmo XIX memorata, Christianorum propriam esse et in eorum cordibus scriptam sic probat, n. 30 : « Hæc autem judicia Domini nobis, quibus sapientiam præstiterunt dulciora super mel et favum videri, ex eo perspicitur, quod ne morte quidem proposita adducamur, ut nomen ejus abnegemus. » Judæos autem sic compellat, n. 93 : « Vos autem neque in Deum, neque in prophetas, neque in vosmetipsos amorem unquam aut charitatem declarastis, sed semper, ut manifestum est, et simulacrorum cultores et justorum interfectores vos præbuistis. » Hinc tam sæpe observat circumcisionem, Sabbata, ferias et sacrificia Judæis ob peccata, veluti jugum, imposita fuisse, atque ut eorum reprimeretur improbitas, n. 18, 19, 23, 91 et seqq. Christianorum autem baptismo Spiritum sanctum conferri; novum testamentum, non ut prius, sed sine metu et tremore et fulguribus institutum fuisse, n. 67, *ac duo intelligenda esse Judæ semina et duo genera, quemadmodum duas domus Jacob, alterum ex sanguine et carne, alterum ex spiritu*, n. 135. Tanti momenti esse ducit legem a gratia distinguere, ut in hac distinctione cognitionem omnium mysteriorum reponere non dubitet, n. 44; religionis Christianæ proprium esse docet hanc distinctionem demonstrare, n. 67.

IV. Fidem illam charitate animatam, quæ gratuitæ et potentis gratiæ donum est, semper ad salutem fuisse necessariam, id est sub lege Moysis et ante ipsam legem, pluribus locis luculenter docet Justinus. « Nam et ipse Abraham, inquit n. 23, cum in præputio esset, per fidem, qua credidit Deo, justificatus et benedictus est [14]. » Vid. n. 92. Nullos prorsus electos agnoscit qui non hanc Abrahæ fidem imitati fuerint. Sic enim refellit stultam illam opinionem, qua inflati Judæi salvos se ob deductam ab Abrahamo originem futuros putabant. « Nemo, inquit n. 44, ne ex illo quidem semine quidquam accipere potest, præter eos, qui animo assimilati fuerint fidei Abrahæ, et mysteria omnia cognoverint, id est alia quædam præcepta ad Dei cultum et justitiæ observationem, alia autem præcepta et opera vel ad Christi mysterium, vel ob duritiam cordis populi vestri similiter esse descripta. » Hanc distinctionem præceptorum requirit ad salutem, quia si quis justitiam in sola circumcisione et Sabbato et feriis positam existimet, et summa legis æternæ oblivione versabitur, nec proinde salvus esse poterit. Justinum autem de illis etiam temporibus loqui, quæ ante Incarnationem Domini fluxerunt, manifestum est ex his quæ statim addit : « Atque ita sese rem habere Deus apud Ezechielem pronuntiat in hæc verba : Si Noe, et Job et Daniel depoposcerint vel filios vel filias, non dabitur eis [15]. » Ipse Justinus paulo post declarat se de iis, qui sub lege fuerunt, hæc dixisse. Quærenti enim Tryphoni num ii, qui legem Mosis servarunt, salvi sint futuri cum justis, qui ante Mosem vixerunt, sic respondet Justinus : « Cum ea protuli, Trypho, quæ ab Ezechiele dicta sunt, *Etiamsi Noe, Daniel et Job filios et filias suas deprecentur*, minime eis concessum iri, sed pro se quemque sua ipsius videlicet justitia salvum fore; eos quoque qui secundum legem Moysis vixerunt, salvos similiter futuros dixi. »

Ad ea, quæ hoc loco disputat Justinus, infra re-

[13] Rom. VIII, 11. [14] Jac. II, 23. [15] Ezech. XIV, 20.

Digitized by Google

vocat Tryphonem, qui, n. 64, quasi non meminisset aut parum curaret quæ hactenus disputata fuerant, per se licere aiebat Christianis, ut Jesum Christum colant; at Judæis Deum ipsum colentibus nihil opus esse ut Christum confiteantur aut adorent. Tum Justinus leniter castigata hac Tryphonis pertinacia ait: « Si igitur animum ad ea, quæ ex Scripturis attuli, advertissetis, eos etiam, qui ex vestro genere salvantur, per hunc salvari, atque in ejus parte esse intellexissetis profecto, nec me videlicet ea de re essetis percontati. » Ea ergo revocat in memoriam, quæ, n. 44, de justis ante Incarnationem mortuis dixerat.

Causam suam profecto prodidisset Justinus, et arma adversariis ministrasset, si quem sine fide in Christum æternam salutem assecutum esse concessisset; sed unam semper ac eamdem salutis viam exstitisse contendit. « Ac nos quidem, inquit, n. 45, qui per Christum ad Deum accessimus, non istam carnis circumcisionem accepimus, sed spiritualem, quam Henoch ejusque similes custodierunt. » Et n. 113: « Lapideos igitur cultros verba ejus (Christi) intelligemus, per quæ tot a præputio homines, qui in errore versabantur, cordis circumcisione circumcisi sunt, qua quidem ut ii etiam circumciderentur, qui circumcisionem ab Abrahamo initium ducentem habebant, jam tum Deus per Jesum hortatur; quippe cum eos, qui in sanctam illam terram ingrediebantur, a Jesu circumcisionem cultris lapideis dicat accepisse.

Adeo constabat Justino fidem omnibus semper necessariam ad salutem fuisse, ut statuere non dubitet Deum calumniis expositum fore, si lex, quæ certis locis et temporibus definita fuit, justificasse dicatur. « Quod si hæc, inquit n. 23, fateri nolimus, eveniet nobis ut in absurdas cogitationes incidamus, quasi non idem Deus fuerit temporibus Henoch et aliorum, qui nec circumcisionem carnis habuere nec Sabbata et alia ejusmodi observarunt, quippe cum a Mose instituta fuerint; vel non eadem justa ab omni semper hominum genere observari voluerit. » Hinc etiam, n. 92, Judaica instituta contemptu digna plurimis visum iri demonstrat, nisi idem ac Christiani respondeant Judæi, si quis ex eis quærat, *cur cum Enoch et Noe cum filiis, et si qui alii ejusmodi, sine circumcisione et Sabbatis Deo placuerint; tot elapsis ætatibus Deus per alios duces et alia instituta justificari voluerit eos quidem, qui ab Abraham ad Mosem fuerunt, per circumcisionem; eos autem qui post Mosem, tum per circumcisionem, tum per alia præcepta, id est Sabbatum, victimas, libationes, dona.* Num ergo Judæos, qui justificationem in legis observatione ponebant, ejusmodi argumento confutasset Justinus, nisi ipse fidem, cui justificationem attribuit, ad omnes ætates et conditiones pertinere credidisset?

Ad omnes ergo ætates et conditiones referendum quod ait S. martyr, num. 28: « Quin etiam si quis Scytha sit aut Persa, habeat autem Dei cognitionem et Christi ejus et sempiterna justa observet, circumcisus est præclara et utili circumcisione, et amicus Deo, ejusque donis et oblationibus Deus delectatur. »

V. Postquam Justinus tam accuratum tamque vehementem redemptionis mysterii defensorem se præbuit; quis credidisset illum ob concessam Socrati et Heraclito et aliis ejusmodi æternam salutem aut laudari aut vituperari potuisse? Hanc tamen ei opinionem affingunt, non solum laudati in epist. select. 24 Simonii t. III, auctor *Nodi prædestinationis soluti* et Jacobus Payva in *Explicationibus orthodoxis*, sed etiam, quod magis mireris, doctissimus Senonensis abbas *Dissert. in Epist. Pauli*, pag. 67: « Justinus martyr, inquit, statuit veteres philosophos, qui consentanee rationi vixerunt, jam tum, etsi Jesum Christum non cognoscebant, fuisse Christianos, quia illius præcepta et doctrinam sequebantur, tales fuisse apud Græcos Socratem et Heraclitum et nonnullos alios. »

Locus ad Justini criminationem jactatus exstat *Apol.* 1, n. 46: Τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν, καὶ προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷοι ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς· ἐν βαρβάροις δὲ Ἀβραὰμ, καὶ Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ, καὶ Ἠλίας, καὶ ἄλλοι πολλοί, ὧν τὰς πράξεις, ἢ τὰ ὀνόματα καταλέγειν μακρὸν εἶναι ἐπιστάμενοι, τανῦν παραιτούμεθα, etc. « Christum primogenitum Dei esse ac rationem illam, cujus omne hominum genus particeps est, didicimus et supra declaravimus. Et qui cum ratione vixerunt, Christiani sunt, etiamsi athei existimati sint, quales apud Græcos fuere Socrates et Heraclitus et eorum similes; apud barbaros autem Abraham, Ananias, Azarias, Misael et Elias, quorum actionibus aut nominibus recensendis, quia longum id esse scimus, nunc supersedemus. Similiter qui olim absque ratione vixere, improbi et Christo inimici fuere, et eorum, qui cum ratione vivebant, homicidæ. Qui vero cum ratione vixerunt et vivunt, Christiani sunt et impavidi atque intrepidi. »

Illud primo observandum nobis est, non id hoc loco expendi a S. martyre, quomodo salutem assecuti sint, qui ante Christum in gentibus vixere, sed quomodo juste damnati. Sic enim ipse sibi hanc quæstionem proponit: *Ne qui autem a ratione aberrantes, ad ea quæ docuimus detorquenda, Christum dicant ante annos centum et quinquaginta natum a nobis dici sub Cyreuio, ac post illud tempus ea docuisse, quæ illum docuisse diximus sub Pontio Pilato; indeque consequi objiciant, ut insontes sint homines omnes qui ante illud tempus fuere; dubitationis solutionem occupabimus.* Quidquid igitur virtutis Socrati et Heraclito et eorum similibus attribuere videtur, id eo spectat, ut nulla juris naturalis violatio excusationis veniam habeat; quippe cum Christus ante Incarnationem, quatenus Verbum est, omnibus hominibus

Digitized by Google

lucem suam prætenderit. Idem docet *Dialog.* n. 93, nempe nihil prorsus prætexi posse ab his qui legem Dei violant, etiamsi perditissimi et corruptissimi sint.

2° Si Justinus salutem æternam philosophis, qui ante Christum fuerant, concessisse dicitur, eadem illi erga eos qui post Christum fuere, ac ipsi Justino æquales erant, lenitas et indulgentia erit attribuenda. Nam de utrisque dicit : *Qui cum ratione vixerunt et vivunt, Christiani sunt et impavidi ac intrepidi.*

3° Christianos esse dicit eos, qui vitam rationi consentaneam duxerunt, ut Socratem et Heraclitum ; non quod isti per fidem in Christi sanguinem liberati a peccatis fuerint, sed quia quidquid scientiæ et virtutis in eis eluxit, id Christianum est, utpote cum Christianis faciens et a Verbo omnem hominem illuminante donatum. « Quæcunque, inquit *Apol.* 2, n. 10, præclare unquam dixere aut excogitavere philosophi aut legum latores, hæc invento et considerato aliqua ex parte Verbo elaborarunt. » Et n. 13 : « Quæcunque apud alios omnes præclare dicta, ea nostra sunt Christianorum. » Sic Tertullianus omnes homines naturaliter Christianos esse dicit, quia, natura duce, nonnulla dicere solent, quæ Christiana sunt. Deus magnus et Deus bonus, et quod Deus dederit, omnium vox est. Judicem quoque contestatur illum, Deus videt, et Deo commendo et Deus mihi reddet. O testimonium animæ naturaliter Christianæ ! » Quid mirum ergo si Christianos vocat Justinus eos qui unum Deum esse docuerunt? « Horum omnium, inquit *Apol.* 2, n. 10, longe firmissimus hac in re Socrates in eadem ac nos crimina vocatus est. Nova enim dæmonia dixerunt ab eo induci, et quos civitas existimat deos, ab eo non existimari. » At minime dissimulavit Justinus quid ejusmodi hominibus in Verbum incarnatum non credentibus defuerit, tum in iis, quæ ad cognitionem veritatis spectant, tum in iis quæ ad vitam et mores. Postquam enim Verbi omne humanum genus particeps esse docuit, protinus revocat in memoriam, quæ antea de Incarnationis causa dixerat ; nimirum ut indicet quid intersit inter eos, qui a Verbo aliquam veritatis particulam acceperunt, et eos, qui in idem Verbum incarnatum crediderunt. Hinc in *Apol.* 2, n. 8 et 10, declarat Christianos *non ad partem aliquam disseminatæ rationis vitam instituere, sed ad totius, id est Christi cognitionem et contemplationem.* Particulam veritatis cognitam fuisse philosophis fatetur, sed obscure, ita ut secum ipsi pugnantia docuerint, n. 13, at eos tantum docet sanari posse, qui in Christum credunt. « Natum enim, inquit, ex ingenito et non enarrabili Deo Verbum secundum Deum adoramus ; quandoquidem propter nos homo factum est, ut perpessionum nostrarum particeps factum medelam illis faceret. »

4° Inest Justini verbis acuta ratiocinatio, quam observare debuissent qui de illo detraxerunt : statuit malorum dæmonum molitione persecutiones in Christianos excitari : quod quidem ne videatur incredibile, ea sumit argumenti loco, quæ viris virtutis laude insignibus evenerunt. Vera necne exstiterit illorum virtus non examinat : satis ei est demonstrare, *odio habitos fuisse, qui quovis modo secundum rationem vivere et vitium fugere studuerint, Apol.* 2, num. 8. Nemo sane dixerit veras virtutes a Justino in athletis laudatas fuisse ; quia tamen honorifica de illis erant hominum judicia, id ad usus suos adjungit ut Christianis, quorum tanta erat in morte oppetenda animi fortitudo, eadem laus non denegaretur. « Qui autem vera bona, inquit *Apol.* 2, n. 11, ac minime fucata internoscunt, ii virtutis beneficio incorrupti. Quod quidem et de Christianis ac de athletis, iisque qui res ejusmodi gessere quales poetæ de celebratis hominum opinione diis scripsere, non insulsissimus quisque existimare debet, hoc ductus argumento, quod mortem, quæ videtur fugienda, contemnamus. » Ut de athletis, ita et de philosophis loquitur Justinus : ex opinata utrorumque virtute id excerpit commodi ad defensionem religionis, ut qui de istis honorifice judicant, eos de Christianis non sine summa iniquitate detrahere demonstret.

VI. Præstantissimæ ad Diognetum epistolæ auctor observat tandiu homines in summo miseriæ statu relictos fuisse, ut tandem aliquando a Filio Dei redempti immeritos se gratiam accepisse faterentur. « Quandiu igitur, inquit n. 8, prudens suum consilium in mysterio retinebat, neglectui nos habere, nullamque nostri curam gerere videbatur..... Omnia igitur apud se sciebat una cum Filio, œconomica sua scientia. Cæterum usque ad superius tempus sivit nos pro libito incertis motibus agitari, dum a voluptatibus et cupiditatibus transversi raperemur : non quidem quod ullo modo peccatis nostris gauderet, sed ea tolerans ; neque illud quo injustitia exercebatur tempus approbans, sed mentem justitiæ creans, ut cum eo tempore convicti essemus e propriis operibus, vita esse indigni, tunc Dei benignitas nos ea dignaretur. »

Deum hominem factum fuisse probat ex illius adventus dignissimo monumento, cordium conversione et stabili ac firma justitia, quam ab eo Christiani accipiunt. Observat non ministrum aliquem aut angelum a Deo missum fuisse, sed ipsum opificem et Creatorem omnium. « Non vides, inquit n. 7, quo plures suppliciis afficiuntur, tanto majorem aliorum esse numerum? Hæc non videntur ab hominibus fieri : hæc adventus ejus sunt indicia? Quis enim ex hominibus omnibus norat quid esset Deus, priusquam ipse venisset? » Dei voluntati acceptum refert quidquid nobis inest charitatis. Postquam autem, inquit, n. 10, illum cognoveris, quanta te impletum iri lætitia existimas? Aut quantum diliges eum qui prior te ita dilexerit? Cum autem diligere cœperis, imitator benignitatis ejus

Digitized by Google

eris. Ac ne mireris posse hominem esse imitatorem Dei. Potest eo volente. »

Tatianus, qui nondum acceptam a S. Justino doctrinam projecerat, cum scripsit adversus gentiles, de auxilio Spiritus sancti, quem a Deo incarnato accipimus, nonnulla disserit, quæ prætermittenda hoc loco non videntur. « Per se anima, inquit num. 13, nihil aliud est quam tenebræ, nec quidquam in ea luminosum. Atque id ipsum est quod dicitur : *Tenebræ lucem non comprehenderunt*[16]. Neque enim anima spiritum servavit, sed ab eo servata est et lux tenebras apprehendit. Est autem Verbum divina lux ; tenebræ vero imperita anima. Quapropter si degat solitaria, deorsum ad materiam vergit, una cum carne moriens. Cum divino autem Spiritu copulata, non caret auxilio ; sed eo ascendit quo deducitur a Spiritu. Hujus enim sedes in supernis ; illius generatio in inferioribus locis. Ac initio quidem spiritus animæ convictor erat, sed eam sequi nolentem deseruit. » Et, n. 15 : « Ac talis quidem naturæ species, si se instar templi habeat, libenter illud incolit Deus per legatum Spiritum. Si vero tale non fuerit tabernaculum, præstat homo belluis sola voce articulata ; cætera vero ejusdem est ac illæ vivendi rationis, ut qui non sit similitudo Dei. » Et, n. 20 : « Alæ enim erant animæ Spiritus sanctus, quem cum peccando projecisset, volavit instar pulli et humi decidit ; cœlesti autem convictu delapsa inferiorum commercium appetivit..... Potest autem quisquis nudus est hoc ornamentum consequi et ad veterem cognationem redire. »

CAPUT VIII.

Expenditur S. Justini agendi ratio cum Christianis adhuc legem observantibus.

I. Communicat cum his hominibus Justinus, sed cautiones adhibet. II. Hanc lenitatem ipsum etiam tempus postulabat. III. Non solus ita sensit Justinus.

I. Qui Justinum cum Ebionitis Christi divinitatem negantibus pacem et communionem fovisse et fovendam existimasse volunt, his satis responsum est in observationibus ad n. 48 *Dialogi*, vel potius satis eos refellit ipsius loci, quo abutebantur, accuratior quam in superioribus editionibus interpretatio. Quod autem spectat ad eos, qui e circumcisione ad Christum conversi, nonnulla Judaica instituta cum accurata in Christum Dominum fide jungebant ; hos constat a S. martyre rejectos non fuisse. Non tamen vituperabitur concessa infirmis hominibus venia, si consideremus cum Tillemontio, quibus eam Justinus conditionibus restringat, quæque in Ecclesia de ejusmodi hominibus judicia aut paulo ante Justinum facta fuissent, aut tunc etiam fierent.

Justinum sic interrogat Trypho, n. 46 : « Si qui autem, inquit, etiamnum ita vivere velint, ut Moysis instituta servent, et credant in hunc Jesum Christum crucifixum, agnoscentes eum esse Christum Dei, eique datum esse omnes omnino judicare, ac regnum ejus esse sempiternum ; an ii quoque salvi esse possunt? » Visa est quæstio S. martyri non facilis ad solvendum : examinandum esse putat utrum hæc legis observatio ab imbecillitate quadam animi proficiscatur, an a stulta opinione quasi lex necessaria sit ad salutem. Quare breviter repetit quod pluribus antea disseruerat, legis Mosaicæ præcepta ob duritiam cordis Judæorum instituta esse, ut variis hisce rebus admoniti Deum semper ante oculos haberent, sed ne sic quidem illos a simulacrorum cultu revocatos fuisse : contra Christianos ne iis sacrificent, quibus olim sacrificaverant, extrema supplicia perferre, et persuasum habere, *quæ ob duritiam cordis Judæorum instituta sunt, ea nihil ad justitiæ et pietatis observationem conferre.*

Tum Trypho : « Si quis hæc ita se habere sciens, præterquam quod hunc Christum esse agnoscat eique videlicet credat et obediat, hæc quoque instituta servare voluerit ; utrum is salvabitur ? »

Sic respondet Justinus : « Ut mihi quidem videtur, o Trypho, ejusmodi hominem salvum dico futurum ; si modo cæteris hominibus, id est iis qui ex gentibus per Christum ab errore circumcisi sunt, omnino persuadere non conetur, ut eadem ac ipse observent. Quale est quod et initio disputationis faciebas, cum pronuntiares salvum me non futurum, nisi hæc observarem. »

Rursum sic interrogat Trypho : « Cur igitur dixisti : *Ut mihi quidem videtur, salvus erit*, nisi quia sunt, qui tales negent salvos futuros ? » Respondet Justinus : « Sunt, inquam, o Trypho, quique cum eis nec sermonis, nec hospitii communione conjungi audeant ; quibus ego non assentior. sed si ob animi infirmitatem etiam quæcunque nunc possunt ex iis, quæ a Mose propter duritiam cordis populi instituta novimus, cum spe in hunc Christum et æternorum ac naturalium justitiæ et pietatis præceptorum observatione conjungere voluerint ; modo cum Christianis et fidelibus vivere non recusent, nec iis, ut jam dixi, suadeant, ut similiter ac ipsi circumcidantur, aut Sabbata et alia ejusmodi custodiant, eos suscipiendos esse, et cum iis omnium rerum communionem, ut cum hominibus eodem modo affectis et fratribus tenendam esse censeo. » Si quos tamen ex Christianis Judæi ad legem fidei addendam adduxerint, eorum, qui fuerint decepti, salutem non omnino desperat. « Qui vero ab eis ad legis observationem cum confessione in Christum Dei conjungendam adducti fuerint, eos forsitan etiam salutem adepturos suspicor. » Liquet a Justino iis, quos ut fratres diligendos et omni charitatis ac communionis significatione devinciendos putat, duas tamen imponi conditiones. Prima est ut ne legem ad salutem necessariam existiment. Dat illis

[16] Joan 1, 5.

Digitized by Google

veniam, si *ob animi imbecillitatem* legem observent; A etiam Scripturarum auctoritate declinandos ; hujusmodi hominem si perurgeas ad communes hominum cibos, nec dicas eum aliter posse salvari, vel ad fidem Christi et gratiam pervenire, nisi sumptis his quos refugit cibis, tunc vere bonum spiritalis sententiæ blasphematur. » Idem Origenes initio libri II *contra Celsum* tria distinguit Judæorum Christianam fidem profitentium genera. Alii pristinos ritus reliquerant, cum eos spiritualiter intelligi debere existimarent; alii spirituali sensu interpretabantur, nec tamen observare desinebant ; alii denique litterali sensui affixi observabant. Qui cum spirituali explicatione conjungebant ipsam rituum observationem, non alii videntur esse, quam ii, qui legem ad salutem necessariam non esse fatebantur, ac solam spem in Christo ponendam, cujus divinitatem cum aliis omnibus Ecclesiæ dogmatibus credebant.

secus vero, si spem suam in Mosaicis institutis, non in Christi sanguine constituant. Ipse Trypho hanc conditionem acceperat; nam cum dixisset Justinus, *quæ ad duritiam cordis instituta sunt, nihil ad justitiæ et pietatis observationem conferre ;* sic eum excipit Trypho : *Quid si quis, cum hæc ita se habere sciat*, etc. Altera conditio est ut Judæi ad Christum conversi æquabili jure cum Christianis incircumcisis vivant, nec quemquam ad legis observationem adhortentur. Quamobrem non temere in hanc sententiam adductus est Justinus, sed inita subductaque ratione, nec sine provisione incommodorum, quæ ex ea consequi poterant.

II. Sed, quod Justinum maxime tutatur, tum cum hæc dissereret, vixdum viginti anni, ut observat B Tillemontius, effluxerant, ex quo lex Mosaica in Ecclesia Hierosolymitana desita erat observari. Certa et explorata res est ex Eusebii et Sulpicii Severi testimoniis. Eusebius sic loquitur *Hist.*, lib. IV, c. 5 : « Illud tantum ex veterum scriptorum monumentis didici, ad illam usque obsessionem Judæorum, quæ imperante Adriano contigit, quindecim episcopos continua successione illi Ecclesiæ præfuisse, quos omnes origine Hebræos fuisse memorant, et fidem Christi sincere atque ex animo suscepisse. Adeo ut ab illis, qui de hujusmodi rebus judicium ferre poterant, episcopali officio dignissimi censerentur. Quippe tunc temporis universa Hierosolymorum Ecclesia conflata erat ex Hebræis C fidelibus, qui jam inde ab apostolorum ætate ad illam usque obsidionem permanserant, quo Judæi iterum a Romanis deficientes, maximis præliis domiti atque expugnati sunt. » Sulpicius Severus de hac loquens extrema obsidione, hæc addit : « Quod quidem Christianæ fidei proficiebat; quia tum pene omnes Christum Deum sub legis observatione credebant. Nimirum id Domino ordinante dispositum, ut legis servitus a libertate fidei atque Ecclesiæ tolleretur. Ita tum primum Marcus ex gentibus apud Hierosolymam episcopus fuit. »

III. Non solus in lenitatem inclinabat Justinus ; paucos sibi adversari indicat. « Sunt, inquam, o Trypho, quique cum talibus nec colloquii nec hospitii communione conjungi audeant ; quibus ego D non assentior. » Lenitatem Justini confirmat Origenes lib. VII in Epist. ad Rom., ubi sic loquitur : « Christus etiamsi incarnatus non fuisset, tamen natura imperium in omnes haberet. Non vult rationabiles spiritus ad obedientiam legis suæ violenter inflectere, sed exspectat ut sponte veniant, et voluntate non necessitate bonum quærant, et docendo magis quam temperando, invitando potius quam extorquendo, persuadeat. Tametsi quis Judæus, verbi gratia, aut ex his, qui Severiani Tatianique appellantur, velit Christo credere ; putet tamen non parum inesse momenti in observantia continentiæ, vel eorum ciborum qui lege prohibentur, vel quos quasi castitati adversantes existimant nonnulli

Qui *Recognitionum* libros et *Clementinas homilias* S. Clementi supposuit, scriptor Justino æqualis aut suppar, videtur ex hoc Nazaræorum, sive Christianorum legem observantium numero fuisse. Nam cum Christi divinitatem pluribus locis prædicet, eumque Filium Dei et filium hominis, Filium ab initio existentem, Filium cœli et terræ constitutorem vocet homil. 18, idem tamen Mosaicæ legis retinentior videtur. Hinc Petrus sexcentis locis inducitur lustrationes Judaicas aut ipse usurpans, aut aliis præcipiens, nec cum ethnicis baptismo nondum initiatis comedens. Post epistolam Petri ad Jacobum, inducitur Jacobus graviter sanciens, ut libri *Prædicationis Petri*, nisi fideli circumciso, nemini committantur. Hunc Pseudo-Clementem eo tempore vixisse, quo legis observatio nondum ab omnibus instar hæresis damnabatur, argumento esse possunt, quæ et de Ecclesia et de episcopis præclare dicta interdum occurrunt. Ecclesiam navi comparat in ep. Clem. ad Jacob. p. 538, cujus proretam episcopum, nautas presbyteros appellat. Debitam episcopis obedientiam commendat pluribus locis, ut *Recogn.* lib. III, cap. 66, homil. 3, p. 597 et 598.

Laudanda sane eorum animi moderatio, qui Evangelium Mosaicis cæremoniis permiscere desierunt, ubi eas animadverterunt sine aliorum offensione observari non posse. At non defuerunt qui se ab his institutis, in quibus nati fuerant, abstrahi non paterentur. Nondum victa fuerat eorum pertinacia sæculo quarto, ut ex Hieronymo discimus. « Usque hodie, inquit in epist. 80, per totas Orientis Synagogas inter Judæos hæresis est, quæ dicitur Minæorum et a Pharisæis usque nunc damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Filium Dei natum de virgine Maria, et eum esse dicunt qui sub Pontio Pilato passus est et resurrexit, in quem et nos credimus. Sed dum volunt et Judæi esse et Christiani, nec Judæi sunt nec Christiani. » Non immerito Hieronymus tantam pertinaciam ut hæresim notavit, cum præsertim ejusmodi homines ab Ecclesia catholica discessissent.

Digitized by Google

Sed cum Justinus hunc *Dialogum* haberet, id est annis viginti postquam legem nemine interpellante Hierosolymis observaverant, nonne æquius fuit eos lenitate allicere, quam ut hæreticos tam cito aversari?

CAPUT IX.

De sacrosancto eucharistiæ sacramento.

I. Christianam de eucharistia doctrinam clare et nitide exponit Justinus. II. Nulla in illius verbis figuræ suspicio. III. Tam certo asseverat panem et vinum fieri carnem et sanguinem, quam Christum habuisse carnem et sanguinem. IV. Omnipotentia Christi æque mirabilis in utroque mysterio. V. Expenditur quid sibi velit apud Irenæum eucharistia ex duabus rebus constans, terrena et cœlesti. VI. Quo sensu dixit Tertullianus verba Christi idem valere atque, *hoc est figura corporis mei*. VII. Athenagoras adversus Allixium defenditur.

I. S. martyr cum probe intelligeret mysteria vulgari non debere, sic cum Judæis in *Dialogo* disseruit, ut de eucharistia, cujus tunc explicandæ nulla suberat necessitas, id tantum diceret, hoc sacrificium a Malachia prædictum esse, panem in eo et vinum adhiberi et Domini passionis memoriam recoli. Verum hac silentii lege astrictum se esse non putabat, cum Christianorum causam apud imperatorem Antoninum ageret. Tunc enim vidit totam rem oculis imperatoris exponendam esse, ut etiam si absurda et incredibilis, saltem non impia, non detestanda et capitali supplicio digna videretur; ac si minus imperator doctrinæ Christianorum assentiretur, saltem dum eos ingenue videt edisserere, quidquid maxime incredibile, maximeque absurdum videri poterat, nihil ab eis dissimulari, nullum in eorum mysteriis scelus admitti intelligeret. Narrat igitur panem ac poculum aquæ et vini ei, qui fratribus præest, post Scripturæ lectionem, post adhortationes et preces offerri; quibus acceptis eum universorum Parenti per nomen Filii et Spiritus sancti gloriam et laudem emittere et eucharistiam prolixe facere; hoc alimentum sic consecratum a sacerdote eucharistiam vocari, nec fas esse ut quisquam illius particeps fiat nisi qui vera esse credat quæ a Christianis docentur, et lavacro ad remissionem peccatorum et regenerationem ablutus sit, atque ita vitam instituat, ut Christus tradidit. Cur autem tanta sit eucharistiæ apud Christianos reverentia, sic rationem subjicit : Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ Λόγον Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντεταλθαι αὐτοῖς· τὸν Ἰησοῦν λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*· καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. « Neque enim ut communem panem, inquit *Apol.* 1, num. 66, neque ut communem potum ista sumimus. Sed quemadmodum per Dei Verbum caro factus Jesus Christus Salvator noster carnem et sanguinem habuit nostræ salutis causa; ita etiam illam, in qua per precem verba ipsius continentem gratiæ actæ sunt, alimoniam, ex qua sanguis et caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus. Nam apostoli in commentariis suis, quæ Evangelia vocantur, sic sibi mandatum esse tradiderunt: Jesum, accepto pane, cum gratias egisset, dixisse: *Hoc facite in meam commemorationem : Hoc est corpus meum*[17]: similiter accepto calice cum gratias egisset, dixisse : *Hic est sanguis meus*[18]; ac ipsis solis tradidisse. »

II. Nihil est in hoc testimonio, quod ad figuram pertrahi possit; nihil quod non astruat diserte mirabilem illam panis et vini conversionem, quam semper docuit Ecclesia. Illud 1° ex Justini verbis perspicitur, quam in sententiam Christiani sæculo secundo verba Christi acciperent. Nemo enim negare possit necesse omnino fuisse, si qua figura in Christi verbis latebat, ut in ea explicanda plurimum operæ insumeretur. Nam si idem semper ab omnibus dicebatur, nulla ejusmodi explicatione adhibita; si sacerdotes docebant panem consecratum esse corpus Christi, quia Christus, accepto pane, dixit: *Hoc est corpus meum*; vinum consecratum esse sanguinem Christi, quia Verbum illud incarnatum, accepto calice, dixit: *Hic est sanguis meus;* si Christiani omnes nihil aliud ex his Christi verbis concludebant, nisi eucharistiam esse carnem et sanguinem Christi; nonne in certissimi principii loco statuere possumus, idem veteres Christianos credidisse quod hodie credimus et tenemus? At quid Christiani sæculo secundo edocti fuerint, quid ex Christi verbis concluserint, an ambiguum esse possit, cum testis locuples Justinus ex eo quod Christus dixerit: *Hoc est corpus meum; hic est sanguis meus*, omnes concludere declaret eucharistiam esse carnem et sanguinem Verbi incarnati?

III. 2° Declarat S. martyr non minus constanter credere Christianos eucharistiam esse carnem et sanguinem Verbi incarnati, quam ipsum Verbum nostræ salutis causa carnem et sanguinem habuisse. *Quemadmodum Jesus Christus carnem et sanguinem habuit nostræ salutis causa, ita etiam eam alimoniam incarnati illius Jesu carnem et sanguinem esse edocti sumus.* Manifesta comparatio utriusque mysterii, Incarnationis et eucharistiæ. Christi carnem tunc impugnabant omnes fere hæreses; ut omittam Deum incarnatum ethnicis semper et Ju-

[17] Luc. xxii, 19. [18] Ibid.

Digitized by Google

dæis displicuisse. At quo majores incredulorum in hoc mysterio evertendo conatus, eo major in defendendo catholicorum constantia. Num ergo antiquæ fidei illustrius testimonium requiri possit, quam hoc Justini? Si eucharistiam absentis corporis figuram esse existimasset, an Christianos credere dixisset, panem et vinum post consecrationem esse carnem et sanguinem Domini, quemadmodum Christus non formam et figuram carnis et sanguinis, ut tot hæreses fingebant, sed veram carnem verumque sanguinem habuit?

IV. 3° Verbi omnipotentiam non minus admiratur S. martyr in eucharistia, quam in Incarnatione. His enim verbis: *Per Verbum Dei caro factus Jesus Christus*, persona Verbi non separatur ab homine ex Virgine genito, nec ulla hujus erroris in S. martyre suspicio; sed idem hic docet, quod tot aliis locis, ipsum Verbum sibi in utero Virginis carnem formasse. Quamobrem in eo eucharistiam cum Incarnatione comparat, quod quemadmodum in Incarnatione caro Verbi ab ipso Verbo corpus assumente perfecta est, ita etiam in eucharistia panis et vinum caro et sanguis fiant *per precem verba ipsius continentem*, id est omnipotentia ejusdem Verbi, cujus verba exhibet precatio. Credebat ergo Justinus carnem Christi eadem omnipotentia, qua in utero Virginis formata est, in eucharistiæ sacramento præsentem apponi.

4° Justinus imperatores alloquebatur; quos permagni intererat de rebus Christianorum apte et dilucide erudiri; quippe cum hactenus de Christianis ex iniquo rumore dijudicassent. Quare magna cautio exstitit, ne aut latentem in Christi verbis figuram non viderent, si corpus Christi vere eucharistiæ sacramento non continetur, aut, si vere continetur, ne totam rem, ut fabulam anilem, rejicerent. Primo incommodo facile occurri poterat: tantum voces explicaret Justinus, nihil supererat absurdi, sed soluta et expedita erant omnia. Ad alterum autem requirebatur, ut hoc mysterium non sine certissimis argumentis a Christianis credi demonstraret

Utram viam secutus sit in ambiguo esse non potest. Nusquam enim ad eam rei explicandæ rationem descendit, quæ tam facilis tamque expedita, ac simul tam necessaria fuisset, ut panem et vinum vere corpus Christi non esse, sed ad hoc corpus significandum adhiberi admoneret. Nihil ejusmodi factum a S. martyre; sed in id totus incumbit, ut hoc mysterium non sine gravissimis causis credi demonstret. Duo requirebantur in re tanti momenti: primo, ut omnipotens sit, qui eam a se perfici dixerat; deinde ut nulla ejus verbis insit obscuritas. Utroque argumento nititur Justinus, dum Christianorum fidem inde repetit, quod Verbum illud, quod sibi in utero Virginis carnem formavit, accepto pane, dixerit: *Hoc est corpus meum;* et, accepto calice: *Hic est sanguis meus.* Quo sensu nos eucharistia ali doceat, itidem ut alii Patres, A vide dissertationem 3 *in Iren.*, art. 7, n. 94 et 95.

V. Si Justino ethnicos alloquenti talem usum præbuit eucharistia; quanto magis adversus hæreticos scribenti arma ministravit, quorum ad errores profligandos maxime apposita est? Negabant illi Christum mundi Creatoris Filium esse: sed Patrem Christi Deum quemdam creatore excelsiorem sibi fingebant. At quomodo Christus aliena et a se non creata ad consecrationem eucharistiæ adhibuisset? Negabant carnis resurrectionem. At quomodo caro, quæ corpore et sanguine Domini pascitur, æterno addicta esse possit interitui? Negabant veram carnem a Christo assumptam. Hanc quoque impietatem refellebat eucharistia, quæ est communicatio corporis et sanguinis Christi. *Sanguis enim non est nisi a venis et carnibus et a reliqua, quæ secundum hominem est, substantia, quæ vere factum est Verbum Dei*, inquit Irenæus, lib. v, c. 2. Non dubium igitur quin S. martyr hæc argumenta ante Irenæum et Tertullianum frequentaverit tum in libro contra Marcionem, tum in alio adversus omnes hæreses scripto. Quare non mihi videbor ab illius defendendæ doctrinæ proposito discedere, si hoc loco explanare aggrediar duo magni momenti testimonia, alterum S. Irenæi, alterum Tertulliani, quæ etsi strenuos defensores habuere, videntur tamen uberiorem lucem ad contextuum intelligentiam requirere. Præterea hac Irenæi et Tertulliani adversus eos, qui carnem Christi negabant, disputatione in tuto collocabitur Athenagoræ doctrina, quem Petrus Allix a corporibus redivivis sanguinem removisse, ac in eucharistia sanguinem Christi non agnovisse contendit.

Sic igitur Irenæus, lib. IV, c. 18, n. 5: Πῶς... τὴν σάρκα λέγουσιν εἰς φθορὰν χωρεῖν, καὶ μὴ μετέχειν τῆς ζωῆς, τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τρεφομένην; ἢ τὴν γνώμην ἀλλαξάτωσαν, ἢ τὸ προσφέρειν τὰ εἰρημένα παραιτείσθωσαν. Ἡμῶν δὲ σύμφωνος ἡ γνώμη τῇ εὐχαριστίᾳ, καὶ ἡ εὐχαριστία... βεβαιοῖ τὴν γνώμην... προσφέρομεν δὲ αὐτῷ τὰ ἴδια, ἐμμελῶς κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀπαγγέλλοντες, καὶ ὁμολογοῦντες σαρκὸς καὶ πνεύματος ἔγερσιν. Ὡς γὰρ ἀπὸ γῆς ἄρτος προσλαμβάνομενος τὴν ἔκκλησιν τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι κοινὸς ἄρτος ἐστὶν, ἀλλ' εὐχαριστία, ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκυῖα, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου· οὕτως καὶ τὰ σώματα ἡμῶν μεταλαμβάνοντα τῆς εὐχαριστίας, μηκέτι εἶναι (ἐστὶ) φθαρτὰ, τὴν ἐλπίδα τῆς εἰς αἰῶνας ἀναστάσεως ἔχοντα. « Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem devenire, et non percipere vitam, quæ corpore Domini et sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutent aut abstineant offerendo quæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia eucharistiæ, et eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei quæ sunt ejus, congruenter communicationem et unitatem prædicantes [*Græce* confitentes resurrectionem] carnis et spiritus. Quemadmodum enim qui est a terra panis, percipiens invocationem Dei, jam non com-

Digitized by Google

munis est panis, sed eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena et cœlesti; sic et corpora nostra percipientia eucharistiam, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.» Sola Ecclesia in celebranda eucharistia communicationem et unitatem prædicat, quia sectæ non recte dividunt, ut n. 3 dicebat, *eam quæ est ad proximum communionem*. Resurrectio corporis et spiritus sive animæ, quam Ecclesia docet, loquendi ratio est apud antiquos usitata, ut observavi ad Theophili Antioch. lib. 1.

Sed quod præcipue observandum nobis est, in his verbis: *Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena et cœlesti*, duo diversi, pro diversis temporibus, eucharistiæ status considerantur. Primo res terrena est, sive *panis qui est a terra*, uno verbo, *panis communis*, deinde fit eucharistia, hoc est corpus et sanguis Domini. Duplicem illum ex successione statum præclare in alio etiam loco describit Irenæus: Καὶ ὅνπερ τρόπον τὸ ξύλον τῆς ἀμπέλου κλιθὲν εἰς τὴν γῆν τῷ ἰδίῳ καιρῷ ἐκαρποφόρησε, καὶ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν, καὶ διαλυθεὶς, πολλοστὸς ἠγέρθη διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, τοῦ συνέχοντος τὰ πάντα· ἔπειτα δὲ διὰ τῆς σοφίας εἰς χρῆσιν ἐλθόντα ἀνθρώποις, καὶ προσλαμβανόμενα τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ εὐχαριστία γίνεται, ὅπερ ἐστὶ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· οὕτως καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα ἐξ αὐτῆς τρεφόμενα, καὶ τεθέντα εἰς τὴν γῆν, καὶ διαλυθέντα ἐν αὐτῇ, ἀναστήσεται ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ, τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ τὴν ἔγερσιν αὐτοῖς χαριζομένου εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ Πατρός. « Et quemadmodum lignum vitis, inquit lib. v, cap. 2, n. 3, depositum in terram suo fructificat tempore, et granum tritici decidens in terram et dissolutum multiplex surgit per Spiritum Dei, qui continet omnia, quæ deinde per sapientiam in usum hominis veniunt et percipientia Verbum Dei eucharistia fiunt, quod est corpus et sanguis Christi; sic et nostra corpora ex ea nutrita et reposita in terram, et resoluta in ea resurgent in suo tempore, Verbo Dei resurrectionem eis donante, in gloriam Dei Patris.» Non potest hic successio diversorum statuum non animadverti, nisi quis cæcutiat. Primo res terrena est, nempe id *quod depositum in terram suo fructificat tempore* et venit in usum hominum, estque panis communis, deinde *corpus et sanguis Christi*, sive res cœlestis.

Ipsa etiam eucharistiæ cum duplici corporum nostrorum statu comparatio ante oculos ponit duorum in eucharistia statuum successionem. Comparatur mutatio cum mutatione, res terrena, quæ fit res cœlestis, sive panis communis, qui fit corpus Christi, cum corpore corruptibili, quod fit corpus incorruptibile. Res autem eodem tempore ac sine ulla successione terrena et cœlestis, corruptibilis et incorruptibilis quid afferret momenti ad corporum, quæ nunc corruptibilia sunt, futuram incorruptibilitatem?

Illud quidem inest discriminis inter illam mutationem, quæ fit in eucharistia, et eam quæ corporibus nostris promissa est, quod panis substantia mutetur in aliam longe dissimilem, nostris autem corporibus substantiam suam retinentibus qualitas tantum accessura sit. Sed ex hoc discrimine præclarior evenit comparatio. Probat enim Irenæus minus miraculum ex majore, ut controversum ex non controverso. Quin etiam absurda esset illius ratiocinatio, nisi substantiam panis penitus mutari ac nullam prorsus superesse dicamus. Quocunque enim honore panis augeatur; si panis esse non desinat, longe mirabilior erit corporum nostrorum mutatio, quæ non solum acquirent incorruptionis decus, sed etiam ex mortuis et dissolutis ac in varias mundi partes dissipatis eadem quoad substantiam fiant corpora, superaddito incorruptibilitatis dono.

Præterea duas mutationes in pane considerat Irenæus: primam qua ex tritico decidente in terram et dissoluto *multiplex surgit per Spiritum Dei*, fitque panis ad hominum usus; alteram qua percipiens Verbum Dei fit corpus Christi. Posterior mutatio longe mirabilior quam prima. Nam comparantur quidem cum utraque nostra corpora, *quæ ex eucharistia nutrita, et reposita in terram et resoluta in ea, resurgent suo tempore*. At resurrectionis effectrix est sola illa panis in corpus Christi mutatio, quæ nulla prorsus erit, si panis supersit substantia.

VI. Locus Tertulliani legitur in libro IV *adv. Marcionem*, c. 4, ubi sic loquitur: « Professus itaque se concupiscentia concupisse edere pascha et suum (indignum enim ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem et distributum discipulis corpus illum suum fecit: *Hoc est corpus meum* dicendo, id est figura corporis mei. Figura autem non esset, nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacua res, quæ est phantasma figuram capere non posset. Aut si propterea panem corpus sibi fecit, quia corporis carebat veritate; ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis ut panis pro nobis crucifigeretur.»

Hujus loci aliam explicationem Perronius, aliam auctores *Perpetuitatis fidei* attulerunt: sed utraque Tertulliani sententiam in tuto posuit et illius testimonio abutendi facultatem adversariis præripuit. Nihil obstat quominus tertiam afferamus quæ eidem proposito communiter conducat.

Figuram intelligit Tertullianus id quod substantiam aliquam exterioribus signis circumscribit; unde ait: *Vacua res, quæ est phantasma, figuram capere non posset:* solum corpus solidum sub figura latere potest. Quare Christi verbis hunc sensum assignat, *Hoc est corpus meum*, id est figura quæ corpus meum circumscribit, et sacramentum quo mei corporis substantia continetur.

Cur hanc Christi verbis explicationem subjiciat Tertullianus, facile causa repetitur ex Marcionis errore, quem refellendum susceperat. Christi corpus

Digitized by Google

Marcion phantasma esse dicebat, ac carnem humanam indignam prorsus esse sentiebat, quæ Dei caro fieret: error impius stare non poterat cum Ecclesiæ fide de eucharistiæ sacramento. Si corpus animale Christo et carnem cœlestem, ut Valentiniani, attribuisset Marcion, non tam absurde secum pugnasset in celebrando eucharistiæ sacramento. Sed cum Christi corpus merum phantasma esse contenderet, idem de illo asseverari poterat, quod de hæreticis idem sentientibus dixerat S. Ignatius in epist. ad Smyrn., eos non confiteri *eucharistiam esse carnem Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est.*

Sed tamen Marcion, quamvis sibi ipse necessitatem imposuisset idem sentiendi, ac vetustiores illi hæretici, nihil tamen in his, quæ ad eucharistiam spectant, turbare audebat: solitus ex Evangelio recidere quidquid cum erroribus suis conciliare posse desperabat, reveritus fuerat verba a Christo in consecranda eucharistia pronuntiata, ut testatur Tertullianus, lib. III, c. 19. Dubius ergo et incertus Tertullianus quonam evadat Marcion, duplici illum nodo constringere conatur, illumque eo redigere, ut vel errorem suum de Christi carne ejuret, si catholicam de eucharistia fidem retinet; vel si illam abnegat, impietatem suam aperte prodat.

Itaque observat Tertullianus corpus Christi in eucharistia non in eo statu nobis exhiberi, in quo exhibitum fuerat, dum in terris ab hominibus videretur, sed in figura, sive in sacramento panis et vini. Inde aptissima ducitur conclusio, solidum corpus, non phantasma Christo tribuendum; siquidem *phantasma figuram capere non potest*, res vacua circumscribi non potest signis exterioribus panis et vini, nec quidquam absurdius foret, quam a vacuo hominis phantasmate et vacua corporis humani effigie, aliam effigiem et figuram, sub qua delitescat, assumi.

Intererat ergo Tertulliani observare et admonere corpus Christi eucharisticum non in ea figura, sive effigie et specie apponi, quam habuit in terris, sed in figura et specie panis. Atque hæc illius ratiocinatio non solum Marcionem arctissime premebat, sed etiam duo nobis observanda et concludenda suppeditat; primo, verum Christi corpus in eucharistia nobis donari, siquidem in hoc sacramento figuram accipere non posset, si res vacua et phantasma esset: deinde nihil panis superesse præter speciem, sive figuram; si quidem ex Marcionis sententia sequeretur figuram vacuam sub vacua figura delitescere: quod quidem nunquam observasset Tertullianus, si panis substantiam cum ipsa figura et specie superesse sensisset.

Sed quia verisimile non erat de eucharistia Marcionem ac Ecclesiam sentire, suspicatur Tertullianus Christi verba, *Hoc est corpus meum*, sic a Marcione intelligi, quasi panem sibi Christus in corpus adoptasset; unde colligit panem pro nobis tradi et crucifigi debuisse, si Christi verba sic accipiantur, ut panis minime mutatus, sed a Christo corporis vice adoptatus dicatur: « Aut si propterea panem corpus sibi fecit, quia corporis carebat veritate: ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis, ut panis pro nobis crucifigeretur. » Suspicatur, non asseverat Tertullianus ita sensisse Marcionem: sed quid valeat hæc suspicio nobis expendendum est. 1° Absurda illa panis in corpus Christi adoptio nunquam Marcioni in mentem venisset, nisi hanc ei necessitatem imposuisset impium phantastici corporis Christi commentum; non existimasset panis substantiam in eucharistia manere, si suam Christi corpori substantiam reliquisset. Catholici ergo omnes, quibuscum Marcion adversa fronte pugnabat, non panem in eucharistia, sed verum Christi corpus esse credebant. Deinde illud saltem concessisset Marcion, si vera Tertulliani conjectura, Verbum in eucharistia cum pane hypostatice conjunctum adorari. At unde hanc opinionem aut Marcion suscipere, aut Marcioni potuit attribuere Tertullianus, nisi quia uterque verba Christi, *Hoc est corpus meum*, eo sensu, qui primus menti occurrit, accipiebat, ac inter utrumque conveniebat, clara esse et perspicua verba, rem grandem his verbis promitti et exhiberi?

Tertulliani conjecturam confirmat Euthymius *Panopl.*, part. II, tit. 2. Is enim testatur Armenos, qui unam in Christo naturam admittebant et corpus Christi in divinitatem conversum esse sentiebant, negasse eucharistiam esse corpus Christi, sed divinitatis corpus dicere solitos esse.

VII. Si ne illi quidem, qui Christo phantasticum corpus affingebant, Christum in eucharistia præsentem adorari et sumi negabant; quanto magis extra suspicionem esse debet egregius religionis defensor Athenagoras, etiamsi, ut contendit Petrus Allixius in dissert. *De sanguine D. N. J. C.*, corpora nostra post resurrectionem sine sanguine futura existimasset? Quin etiam ipse Allixius inter eos, quos sanguinem in corporibus redivivis negat admisisse, citat Petrum Mansur, qui in epist. inter opera S. Joannis Damasceni tom. I exstante asserit quidem corpus immortale sanguine carere, sed tamen, id quod astute tacuit Allixius, deterrimam hanc sententiam cum catholica de eucharistia fide sic conciliat, ut corpus Christi in eucharistia, non quale in cœlo est, sed quale in utero Virginis fuit, apponi declaret. Si qui ergo antiqui scriptores id sensissent, quod eos sensisse pertendit Allixius, non idcirco constaret eos a catholica de eucharistia fide discessisse. At nulla ratio probat Athenagoram hoc de corporibus redivivis errore laborasse. Hoc tantum contendit, ut observat in dissert. *advers. Allix.* vir doctissimus Jac. Boileau, art. 2, p. 39, sanguinem non, ut in hac mortali vita, ita etiam in immortali obnoxium corruptioni futurum.

Occurrit Athenagoras in libro *De resur. mort.*, n. 4, iis, qui huic dogmati opponunt corpora hu-

Digitized by Google

mana, quæ a belluis vorata inde in aliorum hominum corpus traducta sunt, vel ipsis hominibus tragico aliquo facinore in escam cesserunt. Ex quo concludunt vel iis, qui sic consumpti fuere, aliquid defuturum, si sua illis caro non restituatur; vel si restituatur, eorum, qui consumpserant, mancam et imperfectam carnem futuram.

Respondet Athenagoras humanam carnem cibum esse alteri homini contra naturam : itaque si quis aut proprio scelere aut aliena fraude humanam carnem comederit, nequaquam fore ut tam contrarius naturæ cibus cum partibus comedentis coalescat, sed ut noxium et inimicum rejectum iri. Atque etiam si detur hunc cibum *immutari in aliquid humidum aut siccum, aut calidum, aut frigidum*, negat Athenagoras ullam earum rerum aut partem esse, aut partis speciem occupare; imo non semper in partibus alimentum accipientibus permanere, nec cum resurgentibus resurgere, *nihil tum ad vitam conferente sanguine, sive pituita, sive bili, sive spiritu.* Non ergo sanguinem a resurrectione removet Athenagoras, sed tunc futurum negat, ut vita ex sanguine pendeat, quem idcirco necesse sit variis humoribus temperari. Sic Augustinus, quem Allixius in suas partes trahere conatur, sanguinem minime negat in epist. 205, sed sanguinem vult sine corruptione: « Non, ut opinor, inquit num. 15, dubitandum est, secundum hoc dictum : *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt* [19], quia non ibi erit corruptio et mortalitas carnis et sanguinis. Secundum enim has qualitates carnem et sanguinem hoc loco nominavit. » Mox de carne idem dicit Athenagoras, nempe etiamsi contraria naturæ alimonia ita digeratur, ut ad carnem usque permeet; ne id quidem difficile ad explicandum fore; *quippe cum nec ipsa caro quæ asciscit, eam semper retineat quam ascivit, nec quæ excita est, ibi constanter permaneat quo accessit, sed multam in diversa mutationem accipiat*, n. 7. Quis inde colligat carnem Athenagoram in redivivis corporibus non relinquere? Plura non dicam de illius sententia; satis est legere quæ ab eo dicuntur, n. 3, ut corpora nostra eadem potentia, qua primum fuere a Deo coagmentata, iterum ad vitam post dissolutionem revocatum iri demonstret.

CAPUT X.

Eucharistia verum ac proprie dictum sacrificium, cujus descriptio a Justino exposita consideratur.

I. Justinus veritatem religionis ex vero sacrificio demonstrat. II. Objecta a Pfaffio testimonia defenduntur. III. Observationes in liturgiam a S. Martyre expositam, ac primum de baptismo. IV. De conventus loco et prima liturgiæ parte. V. De secunda liturgiæ parte et precibus tum communibus, tum profixis. VI. De sacra communione et diaconorum perfunctionibus Justini verba explicantur.

I. Constituta panis et vini in carnem et sanguinem Christi mutatione, qualem a Justino stabilitam vidimus, nihil jam habent difficultatis, quæ ad sacrificii rationem attinent. Neque enim aliud causæ Lutheranis et Calvinistis stetit, cur eucharistiam sacrificium esse negarent, nisi quod isti Christum omnino in eucharistia non adesse, hi ante usum non adesse pertenderent. At si quis passionem Christi sic in eucharistia repræsentari fateatur, ut ipsa illa victima, quæ pro nobis olim occisa est, præsens in altari sistatur, is ambigere non possit, quin Christus in hoc statu sese Patri suo in manibus sacerdotum offerat : minime ergo mirum si S. martyr, qui non magis dubitabat, an eucharistia sit caro et sanguis Christi, quam utrum Filius Dei incarnatus sit, sacrificium Christianorum tot locis commendat.

Religionis Christianæ præstantiam contra Judæos ex sacrificii nostri præstantia demonstrat. « Similæ quoque, inquit, *Dialogi* n. 41, oblatio pro iis, qui a lepra purgabantur, instituta, imago erat panis eucharistiæ, quem Dominus noster Jesus Christus in passionis recordationem pro his, qui ab omni pravitate purgantur, susceptæ fieri præcepit; ut gratias simul agamus Deo, tum quod mundum et omnia quæ in eo sunt, propter hominem creaverit, tum quod nos a nequitia, in qua fuimus, liberaverit, et principatus et potestates funditus deleverit per eum, qui ejus voluntate passibilis factus est. De sacrificiis autem, quæ tunc a vobis offerebantur, sic Deus, ut jam dixi, per Malachiam unum ex duodecim loquitur: *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, et sacrificia non suscipiam de manibus vestris, propterea quod ab ortu solis ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus; et in omni loco offertur incensum nomini meo et victima pura, quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus* [20]. De iis autem, quæ ipsi in omni loco a nobis offeruntur, sacrificiis, id est de pane eucharistiæ et de calice similiter eucharistiæ jam tum prædicit, illud etiam addens nomen suum a nobis glorificari, a vobis autem profanari. »

In hoc testimonio illud 1° observandum est Judaicas oblationes umbram et imaginem fuisse sacrificii Christianorum; hoc sacrificium purum esse et Deo acceptum, et a Deo per prophetam Malachiam prænuntiatum. Quis ergo verum illud sacrificium esse dubitet, quod et figuris Veteris Testamenti adumbrari, et prophetarum oraculis clare et aperte prænuntiari necesse fuit?

2° Conceptis verbis sacrificium Christianorum appellat panem eucharistiæ et calicem eucharistiæ. *De iis autem, quæ ipsi in omni loco a nobis offeruntur sacrificiis, id est de pane eucharistiæ et de calice similiter eucharistiæ*, etc. Quid sit panis et calix eucharistiæ supra vidimus, ubi Justinus docet alimoniam εὐχαριστηθεῖσαν, *incarnati illius Jesu carnem et sanguinem esse.* Est ergo sacrificium Christianorum incarnati Jesu caro et sanguis, quæ Deo offeruntur.

[19] I Cor. xv, 50. [20] Malach. I, 10 11.

Digitized by Google

3° *Panem eucharistiæ Dominus noster Jesus Christus in passionis suæ recordationem fieri præcepit.* Hinc etiam, n. 117, declarat S. martyr Christianos in hoc sacrificio *passionis illius, quam propter eos passus est Dei Filius, recordari.* At quomodo passio Domini in hoc sacrificio repræsentatur? Res est ad discendum perfacilis ex Justino. Nam in loco, quem supra deprompsimus ex majore *Apologia*, postquam dixit alimoniam consecratam esse incarnati Jesu carnem et sanguinem, addit apostolos tradidisse, sic sibi a Christo mandatum, ut hoc facerent in ejus commemorationem. Credebat ergo S. martyr passionem Domini in eucharistia repræsentari, cum ipsius caro et sanguis, per verba ab ipso pronuntiata, in altari sistuntur, et Deo offeruntur.

Ex his facile refelliitur Pfaffii sententia, viri inter Lutheranos doctissimi, sed qui frustra sectæ suæ patrocinium a sanctis Patribus petit in dissert. *De oblatione veterum eucharistica*, ubi, n. 27, sic Justinum interpretatur, quasi in ejus testimoniis, *vel sola laicorum oblatio episcopo, non Deo facta, vel oblatio sacerdotum consecrationem præveniens innuatur.*

Sed hæc interpretatio longissime abludit a mente Justini. Nam neque oblatio laicorum facta sacerdoti, neque sacerdotalis ante consecrationem oblatio, victima et sacrificium Christianorum dicuntur apud Justinum, nec passionem Christi repræsentant; sed panis eucharistiæ et calix eucharistiæ, id est, ut ipse Justinus interpretatur, caro et sanguis Jesu incarnati, sunt victima et sacrificium Christianorum et ex Christi præcepto ad memoriam illius passionis celebrandam fiunt.

Non melius ei succedit in alio *Dialogi* testimonio, n. 117, ubi Justinus sic loquitur: « Ipse equidem preces et gratiarum actiones, quæ dignis peraguntur, sola esse perfecta et Deo accepta sacrificia concedo. Atque hæc sola facere Christiani didicerunt, cum per alimoniam suam siccam simul et liquidam passionis illius, quam propter eos Filius Dei passus est, recordationem celebrant. » Ex his duo concludit vir eruditus 1° *Oblationem eucharisticam non esse propriam aut perfectam, cum solæ preces hoc nomen mereantur.* 2° *Eamdem a Domino et apostolis non mandatam aut injunctam esse.*

Ludit semper in ambiguo Pfaffius, et oblationem eucharisticam intelligit eam, quæ aut a laicis sacerdoti, aut ab ipso ante consecrationem fit sacerdote. Sed alimonia sicca et liquida, per quam recordatio passionis Domini celebratur, nihil aliud esse potest, ut satis demonstratum est, quam caro et sanguis Jesu incarnati. Sed tamen ne nobis obtrudat Pfaffius solas preces sacrificii nomen mereri, paucis explicanda Justini sententia.

II. Non animadvertit Cl. Pfaffius quid Justino propositum sit. 1° Utebatur S. martyr argumento ad refellendos Judæos maxime apposito, et ex Malachiæ vaticinio monstrabat eos veræ religionis possessione excidisse, quia eorum sacrificia rejecta sunt, Christianos autem, quorum sacrificium ab ipso Deo commendatur, genus esse sacerdotale. Judæi, ut hoc argumentum eluderent, sic Malachiam interpretari solebant, teste ibidem Justino, ut eorum qui Jerosolymis habitabant, sacrificia a Deo rejici; eorum autem, qui in gentibus dispersi erant, preces Deo acceptas esse et idcirco sacrificia appellari dicerent. Soli ergo Judæi preces et gratiarum actiones etiam sine sacrificio exteriore ad veram religionem verumque sacrificium sufficere contendunt. At cum eis pugnat Justini sententia, qui hoc ipso in loco objicit eis exterius sacrificium Christianorum, in quo passionis Dominicæ sub panis et vini speciebus memoria recolitur. 2° Cum eis concedit preces et gratiarum actiones sola esse perfecta et Deo accepta sacrificia, non ea mente id facit, ut excludat exterioris rei oblationem, sed quia preces et gratiarum actiones cum hac oblatione conjungendas esse noverat, alioquin perfectum non fore sacrificium, nec ullum Deo honorem a nobis perventurum. Simili ratiocinatione Clemens Alex., *Strom.*, IV, pag. 481, concedit hæreticis, qui martyrium vituperabant, verum martyrium in Dei cognitione positum esse: Τινὲς δὲ τῶν αἱρετικῶν, τοῦ Κυρίου παρακηκοότες, ἀσεβῶς ἅμα καὶ δειλῶς φιλοζωοῦσι, μαρτυρίαν λέγοντες ἀληθῆ εἶναι τὴν τοῦ ὄντως ὄντος γνῶσιν Θεοῦ. Ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν. « Quidam hæretici, cum male Dominum intellexerint, impie simul et ignave vitam amant, verum esse testimonium dicentes cognitionem illius, qui vere est Deus: quod quidem et nos confitemur. »

3° Panem eucharisticum, ut jam dixi, conceptis verbis appellat sacrificium, n. 41, eumque distinguit a precibus, per quas consecratur, *Apol.* 1, n. 66.

4° Preces illæ, quas Christiani in celebranda passionis Dominicæ memoria facere didicerunt, nihil aliud sunt quam oblatio corporis et sanguinis Domini pro vivis et mortuis, ut videre est in antiquissima liturgia lib. VIII *Constitut. apostolicarum*, eique simillima quam in *Apol.* 1 describit Justinus. Sic enim habent preces, quæ post consecrationem funduntur: Προσφέρομέν σοι, *Offerimus tibi pro populo hoc*, etc. Non aliæ profecto sunt memoratæ a Justino preces in omnibus oblationibus pro æterna vita consequenda. *Apol.* 1, n. 66.

III. Gratum me legentibus facturum puto, si eorum oculis exponam venerandi Christianorum sacrificii descriptionem, qualis a Justino sub finem *Apol.* 1 summatim texitur. Initium ducit a baptismo. « Quomodo autem nos Deo consecraverimus, inquit, *Apol.* 1, n. 61, per Christum renovati, id quoque exponemus, ne quid improbe, si hoc prætermittamus, in enarrandis rebus agere videamur. Quicunque persuasum habuerint et crediderint vera esse, quæ a nobis docentur et dicuntur, seque ita vivere posse promiserint, ii precari et jejunantes priorum peccatorum veniam a Deo petere

Digitized by Google

docentur, nobis una precantibus et jejunantibus. Deinde eo ducuntur a nobis, ubi aqua est, et eodem regenerationis modo regenerantur, quo et ipsi sumus regenerati. Nam in nomine parentis universorum ac Domini Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi et Spiritus sancti lavacrum in aqua tunc suscipiunt. » Videtur Justinus non ea solum credendi et vivendi præcepta indicare, quæ quotidie catechumenis tradebantur, sed ea potissimum, quæ cum ipso baptismo jungebantur, nimirum interrogationes et responsiones, abrenuntiationes et professionem fidei. Id confirmat Justinus, n. 65. Ipsa illa verba, *Deinde eo ducuntur a nobis ubi aqua est*, aliud suspicari non sinunt. Ex quibus illud etiam patet hæc omnia in ipsa ecclesia peragi solita fuisse, antequam baptizandus ad sacrum fontem duceretur. Sic etiam jejunia hic memorata baptismum ipsum proxime antecedunt, et ab aliis Christianis una cum baptizando observantur, quale est illud jejunium quod Petrus pridie baptismi indicit in Clementina homil. 13, n. 12. Vid. *Constitut. apost.*, lib. VII, c. 22.

Nihil hic de sacramento confirmationis Justinus : neque id mirum. Non catholicis scribebat, sed imperatores ethnicos alloquebatur, apud quos minime necessaria erat hujus rei enuntiatio. Deinde vero baptismum ita describit Justinus, ut ipse illum (presbyterum enim fuisse Justinum non levis conjectura est) solebat administrare; nimirum sine confirmatione, quæ episcopis reservata erat. Sæpe eveniebant presbyteris baptizandi occasiones, nec maturi baptismo ob fervidam pietatem catechumeni solemnes baptismi dies exspectabant. Unde Tertullianus lib. *De baptismo*, c. 19 : « Cæterum omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo : si de solemnitate interest, de gratia nihil interest. »

IV. Necesse non est admonere id quod quisque satis perspicit, baptisma post dimissos catechumenos et pœnitentes dari solitum fuisse. Nam, ut patet ex testimonio, quod mox referemus, qui baptizatus fuerat, statim deducebatur ad ecclesiam, et liturgiæ preces fiebant. Synaxes, in quibus non dabatur baptismus, sic breviter describit, n. 67 : Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. Εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ, ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ, καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ Ἀμήν· καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. « Solis, ut dicitur, die, omnium sive urbes, sive agros incolentium A in eumdem locum fit conventus, et commentaria apostolorum, aut scripta prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector desiit, is qui præest admonitionem verbis et adhortationem ad res tam præclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus et preces emittimus, atque, ut jam diximus, ubi desiimus precari, panis affertur et vinum et aqua, et qui præest, preces et gratiarum actiones totis viribus emittit, et populus acclamat : *Amen*, et eorum, in quibus gratiæ actæ sunt, distributio fit et communicatio unicuique præsentium, et absentibus per diaconos mittitur. » Huic liturgiæ simillima est ea, quæ in *Constitutionibus apostolicis* exstat lib. VIII, et quidquid ibi articulate exponitur, id Justinus summatim indicat.

B Ille *omnium sive urbes sive agros incolentium in eumdem locum conventus*, non sine aliqua exceptione intelligendus. Nam ubi vehemens erat persecutio, id fieri non poterat : unde interrogatus a præfecto Justinus *quem in locum Christiani convenirent*, respondet *eo unumquemque convenire quo velit aut possit*. « An, inquit, existimas omnes nos in eumdem locum convenire solitos? Minime res ita se habet. » Præterea in magnis civitatibus unus omnes Christianos locus excipere non potuisset. Quinetiam Romæ videntur nonnullæ exstitisse ecclesiæ, in quibus ad commodum eorum, qui ex Oriente Romam veniebant, liturgia Græco ritu et Græca lingua celebraretur. Nam interrogatus C a præfecto, ut modo vidimus, Justinus declarat se manere *prope domum Martini cujusdam ad balneum cognomento Timiotinum, ac per totum tempus*, quod Romæ traduxit, *alium conventus locum* non cognovisse. In hac ergo domo mysteria celebrari solebant, idque Græcæ Ecclesiæ ritu et lingua; utpote ab ipso Justino, ut verisimile est, celebrata. Atque id causæ esse puto, cur liturgia a S. martyre exposita, non Romanæ, sed ei, quæ est in *Constitutionibus apostolicis*, similis sit. Qui cum Justino comprehensi sunt et morte damnati, videntur Justinum habuisse animarum suarum rectorem et ex iis locis, ubi Græca lingua vigebat, Romam venisse. Quærit enim ex iis præfectus an non eos Justinus Christianos fecerit? Evelpistus *se Justini* D *sermones magna cum voluptate* audire solitum dicit. Is e Cappadocia, Hierax Iconio Romam venerat.

Legebantur Scripturæ Veteris et Novi Testamenti, atque, ut præscribitur lib. II, c. 57, earumdem *Constitut.* populum hortabantur singuli presbyteri et postremo episcopus. Cum hoc præscripto non pugnat Justinus, qui summa rerum fastigia enarrat, et idcirco nihil de catechumenis et pœnitentibus dimitti solitis ait, ac præterea eam edisserit liturgiam, quæ etiam ecclesiis unum tantummodo presbyterum habentibus conveniebat, ὁ προεστώς, *is qui præest*, sive *præsidens* sæpe apud antiquos episcopum designat, interdum etiam presbyteri hoc donantur nomine, imo clerus generatim comprehendi-

Digitized by Google

tur, ut videre est apud Euseb., *Hist.*, lib. VIII, c. 6.

V. Secundam liturgiæ partem indicat his verbis Justinus : ***Postea omnes simul consurgimus ac preces emittimus.*** Preces illæ vocantur κηρύγματα, sive prædicationes in epist. 155 S. Basilii. Annuntiabat eas diaconus, ut videre est in lib. VIII *Constitut. apost.*, ubi sic describuntur, ut eas facile sit agnoscere in his Justini verbis n. 65 : « Nos autem postquam eum, qui fidem suam et assensum doctrinæ nostræ testatus est, sic abluimus, ad eos, qui dicuntur fratres, deducimus, ubi illi congregati sunt, communes preces et pro nobismetipsis, et pro eo qui illuminatus est, et pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut veritatis cognitionem adepti hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus vitam agentes et præceptorum custodes inveniamur, quo salutem æternam assequamur. » Recte dicit Justinus *pro aliis ubique omnibus* has preces fieri. Nam, ut videre est lib. II *Constitut.*, c. 57, orabant *pro universa Ecclesia, pro toto mundo et ejus partibus, et frugibus terræ, pro sacerdotibus et rectoribus, pro summo sacerdote, pro rege ac pace universali.* Plura vide lib. VIII, c. 11 et epist. 155 Basil.

Consecrationem eucharistiæ, quæ præcipua pars est liturgiæ, sic uberius edisserit n. 65 : Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν. Ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος, καὶ οὗτος λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει· καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται. Οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Τὸ δὲ *ἀμήν*, τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ, τὸ *γένοιτο* σημαίνει. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. « Invicem osculo salutamus, ubi desiimus precari. Deinde ei, qui fratribus præest, panis affertur et poculum aquæ et vini, quibus ille acceptis, laudem et gloriam universorum parenti per nomen Filii et Spiritus sancti emittit, et eucharistiam, sive gratiarum actionem, pro his ab illo acceptis donis prolixe exsequitur. Postquam preces et eucharistiam absolvit, populus omnis acclamat : *Amen*. Amen autem Hebræa lingua idem valet ac *Fiat*. Postquam vero is, qui præest, preces absolvit et populus omnis acclamavit; qui apud nos dicuntur diaconi panem, et vinum, et aquam, in quibus gratiæ actæ sunt, unicuique præsentium participanda distribuunt et ad absentes perferunt. » Non difficile est explicare cur dicat Justinus sacerdotem eucharistiam *prolixe* exsequi. Erat enim hæc oratio multo longior iis, quæ præcesserant, ut suis quisque oculis cernere potest lib. VIII *Constitut.*, cap. 12, et quamvis plurima et ante et post consecrationem complecteretur, nullo tamen diaconorum ministerio, nulla interrumpebatur admonitione, nec populus respondebat *Amen*, nisi omnino absoluta esset. Utrasque preces, id est, et eas, quæ dimissis catechumenis et pœnitentibus, et eas, quæ ad consecrationem eucharistiæ fiebant, indicat S. Firmilianus in epistola inter *Cyprianicas* 75, ubi de quadam muliere nequissima et prophetiam sibi arrogante sic loquitur : « Etiam hoc frequenter ausa est, ut et invocatione non contemptibili sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet, et sacrificium Domino non sine sacramento solitæ prædicationis offerret. » Invocatio illa non contemptibilis respondet prolixis ad consecrationem eucharistiæ precibus; sacramentum solitæ prædicationis congruit communibus precibus, quas jam dixi a sancto Basilio prædicationes vocari.

Paulo difficilius ad explicandum videtur, cur Justinus *communes preces* appellet eas, quæ dimissis catechumenis et pœnitentibus fiebant, easque hac notione secernat ab iis, quæ ad consecrationem eucharistiæ pertinent. Utrumque enim precationum genus communiter fiebat Ecclesiæ nomine; ad communes preces diaconus invitabat populum ejusque animi attentionem suscitabat; ad eucharisticas ipse sacerdos dicendo, *Sursum corda*. Discrimen inde ortum puto quod populi vox in primo precationis genere audiretur, in altero autem solius sacerdotis : unde S. Dionysius Alexandrinus de quodam laico ait apud Euseb. lib. VII, c. 9, eum frequenter audidisse eucharistiam, sive gratiarum actionem, et respondisse *Amen*. Sed aliud est, quod in hoc discrimine observando S. martyrem secutum existimo. Sciebat preces illas, quas communes vocat, ex eo esse genere, quod sacerdotalem characterem necessario non requirat; eucharisticas autem nullo in conventu effectum posse sortiri, nisi per eum celebrentur, qui hoc charactere signatus et impressus sit.

VI. De sacra communione non prætermittenda sunt hæc Justini verba : « Atque hoc alimentum apud nos vocatur eucharistia cujus nemini licet esse participi, nisi qui credat vera esse quæ docemus, atque illo ad remissionem peccatorum et regenerationem lavacro ablutus fuerit, et ita vivat ut Christus tradidit. » Videtur S. Martyr non solum sacerdotum indicare curam et sollicitudinem ut a communione arcerentur indigni, sed etiam ad ea respicere, quæ proxime ante communionem fiebant, cum sacerdos diceret : *Sancta sanctis*, et populus responderet : *Unus sanctus, unus Dominus Jesus Christus*.

Magno honore diaconos auget Justinus, si utramque speciem consecratam ab eis distribui testatur : qui quidem ritus nec in Romana Ecclesia vigebat, nec in Jerosolymitana, nec in ea cui addictus erat is qui apostolis *Constitutiones* supposuit. Sed duo loca, in quibus Justinus de eucharistiæ distributione loquitur, sic videntur intelligenda, ut panem

Digitized by Google

consecratum diaconi ad absentes pertulisse, calicem præsentibus distribuisse dicantur, quod quidem Ecclesiæ consuetudini consentaneum reperietur. Restringi profecto debent S. martyris verba, ubi de absentibus agitur, et de solo pane consecrato intelligendum quod ait : *Qui apud nos dicuntur diaconi panem, et vinum, et aquam, in quibus gratiæ actæ sunt, unicuique præsentium participanda distribuunt et ad absentes perferunt.* Ad absentes enim solus panis consecratus perferri solebat. Simili ratione restringendum id quod de præsentibus dicitur; hi enim ad altare accedebant et primam speciem de manu sacerdotis sumebant; calix distribuebatur a diaconis. Usitata erat Justino hæc duorum verborum ad res diversas pertinentium conjunctio; exemplum supra vidimus cap. 4, ubi de angelis Justini testimonium expendimus. Aliud habemus his in verbis *Dialog.*, n. 82. « Ne Scripturas et Christum blasphemiis appetatis aut prave interpretari studeatis. » Ut blasphemiæ ad Christum, prava interpretatio ad Scripturas referenda, ita in diaconorum muniis eadem adhibenda distinctio, ita ut calicem præsentibus distribuisse, alteram speciem ad absentes pertulisse dicantur. Sic etiam Tertullianus *De pudic.*, c. 1 : *Ex metu et voto æterni ignis et regni.* Altero in loco non dicit Justinus eucharistiam præsentibus distribui a diaconis, sed tantum ad absentes ferri, quod quidem facile est de prima specie intelligere. Ait enim : « Eorum, in quibus gratiæ actæ sunt, distributio fit et communicatio unicuique præsentium, et absentibus per diaconos mittitur. » Allata a Valesio exempla in notis ad *Hist.* Euseb., p. 136 et 318, de solo calice accipi debent. Quod enim ait auctor libelli *De septem gradibus Ecclesiæ*, t. V Hieronymi, p. 102 : *Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro est sacramenti dispensatio... ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat;* id ipse paulo post de calice exponit, quem *post consecrationem omnium sacramentorum* a diacono tradi testatur.

Diaconos Justinus excludere videtur ab earum rerum dispensatione, quas fideles ad cleri victum et cultum offerebant. Sic enim loquitur, n. 67 : « Qui abundant et volunt, suo arbitrio quod quisque vult largitur, et quod colligitur apud eum, qui præest, deponitur, ac ipse subvenit pupillis et viduis, et iis qui vel ob morbum, vel aliam ob causam egent, tum etiam iis qui in vinculis sunt et advenientibus peregre hospitibus; uno verbo omnium indigentium curam suscipit. » Hæc tamen sic explicari possunt, ut summa auctoritas penes episcopos fuisse dicatur, administratio episcopali auctoritati subjecta penes diaconos. Nam cum in *Constit. apost.*, lib. II, c. 25, eadem tribuatur episcopo potestas, ac in hac Justini narratione; postea, c. 31 et 32, præscribitur diaconis ut nihil prorsus injussu episcopi largiantur; quod argumento est eos dispensandarum oblationum partes aliquas sustinuisse.

CAPUT XI.

De animæ immortalitate et dæmonum ac malorum hominum ante extremum judicium statu.

I. Justini testimonia de immortalitate animarum. II. Cum his non pugnant quæ leguntur initio Dialogi. III. Tatianus defenditur adversus doctissimum abbatem de Longuerue. IV. Scripturæ et Patrum testimonia favent Justino et Tatiano. V. Dæmones nondum igne torqueri existimat Justinus. VI. De malis hominibus aliud sentit.

I. Postquam disserui de subsidiis a Christo Salvatore ad æternam vitam concessis, sequitur ut quid Justinus de animarum statu post mortem, quid de justorum resurrectione, sive de regno mille annorum senserit, examinem. Sed quia exstant nonnulla cum apud S. martyrem, tum apud discipulum ejus Tatianum, quæ cum animarum immortalitate pugnare non pauci existiment, nihil prius faciendum, quam ut accurate vestigem, quid uterque his de rebus senserit; an suppliciis animas ita imminutum iri crediderint, ut tandem aliquando ad nihilum redeant.

Quod spectat ad Justinum, didicerat ab ipso Platone immortalitatem animarum, nec probabile est eum in Christiana religione dedidicisse, si quid boni e Platonicis scholis attulisset. Quin potius æternitatem pœnarum, quæ impiis in altera vita infliguntur, ut proprium Christianæ religionis dogma, ne Platoni quidem cognitum defendit. « Similiter quidem Plato, dicit in Apologia 1, n. 8, improbos cum ad Rhadamanthum et Minoem venerint, punitum iri ab illis dixit. Nos autem idem illis eventurum dicimus, sed a Christo; idque exsistentibus in iisdem corporibus una cum suis animabus, ac æterna pœna plectendis, non mille annorum circuitu, ut iste dixit, definita. » Docet, n. 17, Christianos credere et persuasum habere unumquemque *pro meritis actionum suarum pœnas igne æterno daturum*, tum sic imperatores alloquitur, n. 18 : « Respicite finem cujusque superiorum imperatorum, qui communem omnibus mortem obierunt : quæ si in statum sensus expertem evaderet, de lucro esset improbis omnibus. Sed quia sensus manet in iis omnibus qui exstiterunt, ac supplicia æterna reposita sunt; ne vos pigeat hæc vera esse persuaderi ac credere. » Æterno igni nullum omnino finem statuere potuit, cum hunc errorem in Platone exagitet, ac improbis de lucro futurum dicat, si in statum sensus expertem evaderent. Hæc confirmantur ex n. 52, ubi sic ait : « Quod autem dictum est[20a] : *Gladius depascet vos*, non hanc vim et sententiam habet, ut gladio necandi sint qui non paruerint; sed gladius Dei ignis est, cujus esca fiunt, qui mala patrare in animum inducunt. Hinc ait : *Gladius depascet vos. Os enim Domini locutum est.* Quod si de secante et confestim dimittente gladio loqueretur, non diceret, *depascet.* »

[20a] Isai. I, 20.

Digitized by Google

In exordio *Apologiæ* alterius Christianos appellat eos quibus persuasum est *improbos et libidinosos æterno igne excruciatum iri, virtutis autem cultores extra omnem perpessionem cum Deo victuros.* Non magis ergo improborum suppliciis finem statuisse dicendus est, quam bonorum præmiis. Ibidem commemorat laudanda mulieris Christianæ studia, quæ ut maritum e flagitiis retraheret, denuntiabat ei *futura libidinose ac præter rectam rationem viventibus in æterno igne supplicia.*

II. Cum hac Justini doctrina conciliare aggrediar quæ in speciem pugnantia leguntur initio *Dialogi* cum Tryphone, non illa quidem ab ipso Justino disputata, sed a quodam sene Christiano, ex quo audita refert et probat S. martyr. Postquam Justino persuasit senex philosophos in suis de anima disputationibus totos errare, nec quid sit anima explicare posse, hæc addit : « Neque etiam immortalis anima dicenda est ; nam si immortalis etiam profecto ingenita. » Tum quærit ex Justino an mundum ingenitum credat. Negantem collaudat senex, ac ita ratiocinatur : « Quod si mundus genitus est, necesse est animas quoque genitas esse, ac posse non exsistere. Sunt enim factæ hominum ac cæterorum animalium causa, si omnino separatim ac non una cum propriis corporibus genitas dices. Non ergo immortales sunt. » Assentitur Justinus et quærit ex sene utrum idem de animabus dicat, quod Plato de mundo, quem corruptioni obnoxium, quatenus creatus est, sed tamen Dei voluntate permansurum statuit ; an vero hæc Platonem et Pythagoram latuisse velit. Tum senex : « Nihil Platonem moror nec Pythagoram, nec quemquam omnino, qui talia opinetur. Sic autem se veritas habet : idque inde perspicies : anima vel vita est, vel vitam habet. Quod si vita est, non ipsa a se, sed aliud ab eo vitam accipit, quemadmodum motus aliud quidpiam movet, quam seipsum. Animam autem vivere nemo negaverit. Sed si vivit, non ideo vivit, quod vita sit, sed quod vitæ particeps. Aliud autem id quod alicujus est particeps, aliud id ipsum cujus est particeps. Vitæ autem anima est particeps, eo quod eam Deus vivere velit ; similiter particeps aliquando non erit, cum eam Deus vivere nolet. Neque enim ut Dei, ita etiam animæ propria vita est. Sed quemadmodum homo non semper constat, neque perpetuo corpus cum anima conjunctum est, sed, cum solvi oportet harmoniam, relinquit corpus anima, nec jam exstat homo ; similiter, quando animam non jam esse oporteat, discedit ab ea spiritus vitalis, nec jam exstat anima, sed unde educta est, eo revertitur.

Si rite attendamus, non favent hæc testimonia absurdæ opinioni, quam Dodwellus non ita pridem apud Anglos defendit ac sanctis Patribus affinxit, animas eorum qui a Spiritu sancto regenerati per baptismum non fuere, interituras aliquando et in nihilum redituras. Nihil aliud hoc loco Justinus aut senex ille Christianus docent, nisi animas nostras non a seipsis, sed a Deo immortalitatem accipere. 1° Eam tantum immortalitatem animabus denegat Justinus, quæ cum rei creatæ conditione consistere non possit. « Neque etiam immortalis anima dicenda. Nam si immortalis, etiam profecto ingenita. » Non eam ergo immortalitatem rejicit, quæ ex Dei voluntate pendet, sed eam quam sibi philosophi nonnulli arrogabant, qui, ut antea dicebat, « cum immortalem et incorpoream animam esse ponant, nec pœnas daturos se putant, si quid mali fecerint (pati enim non potest quidquid incorporeum est), nec jam Deo, cum immortalis sit anima, quidquam indigent.

2° Hæc confirmantur ex his quæ addit senex : « Si mundus genitus est, necesse est animas quoque genitas esse, ac posse non exsistere. Non sunt ergo immortales. » In eo ergo immortales animas negat, quod possent non exsistere ; nec futurum statuit, ut aliquando exsistere desinant, sed id fieri posse contendit.

3° Cum animam victuram negat, si Deus eam vivere noluerit, tota disputatio versatur de animæ natura, nec magis de malorum animabus disserit senex, quam de justorum ; sed cujuslibet animæ sic comparatam esse naturam contendit, ut nec vita sit, nec vita ipsius propria sit. Quamobrem non magis dici potest malorum suppliciis finem statuisse, quam felicitati justorum.

4° Conceptis verbis declarat senex nullas animas mori. Sic enim reddenda sunt hæc illius verba, ut in notatione ad hunc locum observavi, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχάς ἐγώ, etc. « Non tamen perire dico ullas animas ; vere enim de lucro id esset improbis. Quid igitur ? Piorum quidem animas in meliore loco manere, iniquorum autem et malorum in deteriore, judicii tempus exspectantes. Sic istæ cum dignæ Deo judicatæ fuerint, non jam amplius moriuntur ; hæ vero puniuntur quandiu eas esse et puniri Deus voluerit. » Si de lucro esset improbis mori ; nullæ ergo animæ moriuntur ; nam justis astruitur æternitas. Usurpata a sene loquendi ratio sæpe idem significat ac nullum. Sic apud Paulum, Rom. III, 20 : Ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. *Ex operibus legis non justificabitur omnis caro.* Quod dixit serpens mulieri : Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς, οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου ; *Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi?* Gen. III, 1, in hoc mentitum esse serpentem existimant Irenæus, lib. V, cap. 23 ; Tertull., lib. II *contra Marcionem*, cap. 10 ; Ambros., lib. *De parad.* ; Chrysost., homil. 16 *in Genes.*, eumque prima avocandæ a Deo mulieris tentamenta sic molitum esse, quasi Deus nullius ligni usum concessisset.

5° Quæsierat Justinus ex sene an non, ut mundum Plato, sic ipse animas sua quidem sponte

Digitized by Google

immortales non esse, sed tamen Dei voluntate æternas fore diceret. Addebat idem Justinus Platonicus solum Deum nec genitum esse nec corruptioni obnoxium, cætera vero post eum genita et corruptioni obnoxia, et talia ut aboleri possint et jam nulla esse, atque hoc ipsum causæ esse, cur animæ moriantur et puniantur. Nam si ingenitæ essent, non futurum ut peccarent, et stultitia redundarent, et ignavæ aut feroces essent, aut sua sponte in sues migrarent et serpentes et canes. In hac sententia nihil de animarum immortalitate detrahitur; sed genitæ sunt ac tales ut aboleri possint. Mori autem dicuntur, quatenus mutationi ac vitiis obnoxiæ sunt. Hunc corruptionis statum sæpe mortem appellari modo videbimus : ipse senex paulo antea dicebat animas justorum, postquam æternum felicitatis statum adeptæ sunt, non jam amplius mori. Nulla ergo residet neque in hoc sene, neque in Justino erroris suspicio. Jam citatis Justini testimoniis illud addere libet ex *Dialogo*, n. 130. « Ex Isaia didicimus futurum, ut membra prævaricatorum a verme et igne inexstincto vorentur, immortalia permanentia, ita ut spectaculo sint omni carni. » Qui corpori immortalitatem tam asseveranter attribuit, an animæ potuit denegare?

III. Tatiani sententiam præclare expressam habemus in *Oratione adversus Græcos*, in qua sic loquitur, n. 25 : Σῶμά τις εἶναι λέγει Θεόν· ἐγὼ δὲ ἀσώματον· ἄλυτον εἶναι τὸν κόσμον, ἐγὼ λυόμενον· ἐκπύρωσιν ἀποβαίνειν κατὰ καιροὺς, ἐγὼ δὲ εἰσάπαξ. Κριτὰς εἶναι Μίνω καὶ Ῥαδάμανθον, ἐγὼ δὲ αὐτὸν τὸν Θεόν· ἀπαθανατίζεσθαι μόνην τὴν ψυχὴν, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ σὺν αὐτῇ σαρκίον. « Est qui Deum corpus esse dicat, ego incorporeum; mundum esse indissolubilem, ego dissolvendum; conflagrationem variis temporibus evenire, ego semel eventuram; judices esse Minoem et Rhadamanthum, ego Deum ipsum; solam animam immortalitate donari, ego carnem quoque cum anima. » Sed tamen animæ immortalitatem a Tatiano negari censet doctissimus abbas de Longuerue in dissertatione, quæ post orationem Tatiani exstat in edit. Oxon. « Tatianus, inquit, indocte juxta ac impie negat animam humanam natura immortalem esse. Pronuntiat enim quorumdam hominum animas mori una cum corporibus; aliorum vero solvi quidem, sed non mori. Atque hoc commentum novus inconsideratusque magister Græcos docet.» Locus ab erudito viro citatus occurrit, n. 13, ubi sic legitur : Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, θνητὴ δέ. Ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. Θνήσκει γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν, ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα· πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ, τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ πεποιημένη. « Non est immortalis anima, o Græci, per seipsam, sed mortalis; potest tamen eadem non mori. Moritur enim et dissolvitur cum corpore veritatis ignara; resurgit autem postea in fine mundi una cum corpore, mortem per supplicia in immortalitate accipiens. Rursus autem non moritur, etiamsi solvatur ad tempus, Dei cognitione instructa.»

Sed liquet mortis nomine non destructionem et abitionem in nihilum designari, sed miserum animæ a Deo alienæ statum. Nam ipsam immortalitatem reproborum *mortem in immortalitate* appellare non dubitat. Quæ sequuntur expressiora sunt ad illius mentem perspiciendam : Καθ' ἑαυτὴν γὰρ σκότος ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ φωτεινὸν, καὶ τοῦτό ἐστιν ἄρα τὸ εἰρημένον· « Ἡ σκοτία τὸ φῶς οὐ καταλαμβάνει. » Ψυχὴ γὰρ οὐκ αὐτὴ τὸ πνεῦμα ἔσωσεν, ἐσώθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς τὴν σκοτίαν κατέλαβεν. Ὁ Λόγος μὲν ἔστι τὸ τοῦ Θεοῦ φῶς, σκότος δὲ ἡ ἀνεπιστήμων ψυχή. Διὰ τοῦτο μόνη μὲν διαιτωμένη, πρὸς τὴν ὕλην νεύει κάτω, συναποθνήσκουσα τῇ σαρκί. Συζυγίαν δὲ κεκτημένη τὴν τοῦ θείου Πνεύματος, οὐκ ἔστιν ἀβοήθητος· ἀνέρχεται δὲ πρὸς ἅπερ αὐτὴν ὁδηγεῖ χωρία τὸ Πνεῦμα. « Per se enim anima nihil aliud est, quam tenebræ, nec quidquam in ea luminosum. Atque id ipsum est quod dicitur : *Tenebræ lucem non comprehendunt* [21]. Neque enim anima spiritum servavit, sed ipsa ab eo servata est, et lux tenebras apprehendit. Est autem Verbum divina lux; tenebræ vero imperita anima. Quapropter si degat solitaria, deorsum ad materiam vergit, una cum carne moriens. Cum divino autem Spiritu copulata, non caret auxilio, sed eo ascendit, quo deducitur a Spiritu.» Huc ergo redit illa mors animæ Dei cognitione destitutæ, ut deorsum vergat, nec Spiritus auxilio sursum feratur. At si deorsum vergit et materiam quærit, non est profecto mortua et destructa. Sine causa ergo vir doctissimus duo animarum genera distinxit apud Tatianum, quarum aliæ moriantur, aliæ solvantur. Nullas agnoscit Tatianus, quæ non solvantur a corpore ; nullas quæ moriantur cum corpore.

Multis aliis rebus declarat Tatianus animas etiam malorum usque ad resurrectionem permanere. Cum nonnulli animabus corpore solutis ea tribuerent quæ dæmonum operatione fieri solent ; sic eorum opinionem refellit, num. 16. « Porro dæmones, qui hominibus imperant, non sunt animæ hominum. Quo enim pacto efficaces etiam post mortem fierent? Nisi forte homo, quandiu vivit, insipiens et invalidus est ; mortuus autem efficaciore præditus facultate creditur. Sed neque res ita se habet, ut alibi demonstravimus; et perdifficile est existimare animam immortalem, cum e corpore, cujus membris impeditur, migraverit, sagaciorem fieri.» Vides Tatianum hic agere de animabus impiorum, a

[21] Joan. I, 5

Digitized by Google

quibus nonnulli plurima in humanum genus mala proficisci existimabant. Negat Tatianus ejusmodi animas eadem ac dæmones præstare, sed in certissimi principii loco statuit eas, cum e corpore migraverint, superesse et immortales esse. Hominem *immortalitatis imaginem* a Verbo creatum dicit, num. 7.

Non aliam ergo mortem animæ suspicatus est Tatianus, præter eam, quæ a peccatis Spiritum sanctum arcentibus proficiscitur. Sic enim statuit hominem, si templum sancti Spiritus non fuerit, *sola voce a belluis differre, cætera vero ejusdem esse ac illas conditionis, ut qui non sit similitudo Dei.* Minime ergo nimirum si mortuos existimat, qui se a Spiritu sancto abstraxerunt. De ejusmodi morte accipiendum quod ait, n. 9. « Quid est quod ex fato præ avaritia vigilas? Cur ex fato sæpe cupidus sæpe moreris? »

In eamdem sententiam ait dæmones et quotidie mori cum homines peccare docent, et tum maxime morituros, cum in supplicia detrudentur. « Dæmones non facile moriuntur, inquit, n. 14, sunt enim carnis expertes, sed viventes mortis instituta exercent; toties nimirum et ipsi morientes, quoties ad peccandum sectatores suos erudierint. Itaque quod nunc illis præcipuum est, ut similiter ac homines non moriantur, id minime effugient, cum incipient puniri, nec vitæ æternæ participes mortem quamdam in immortalitate sortientur. Quemadmodum enim nos, quibus nunc mori facile contingit, postea cum voluptate immortalitatem, vel dolorem cum immortalitate percipiemus; sic et dæmones qui præsenti vita ad peccandum abutuntur, ac per totam vitam moriuntur, rursus immortalitatem habebunt natura quidem eamdem ac dum viverent, supplicii autem ratione similem illorum hominum, qui ex animi sui sententia gessere, quidquid dæmones viventibus præscripserant. »

IV. Hue redigi potest tota Justini et Tatiani de animæ immortalitate doctrina: hanc negant sua natura immortalem esse, sed tantum Dei voluntate; mortalem illam dicunt quatenus in vitia labitur. Utraque loquendi ratio usitata apud antiquos. S. Irenæus animas Dei voluntate, non sua natura immortales esse docet. « Quemadmodum enim cœlum, inquit, lib. II, c. 34, n. 2, et reliquæ stellæ, et omnia ornamenta ipsorum, cum ante non essent, facta sunt, et multo tempore perseverant secundum voluntatem Dei; sic et de animabus, et de spiritibus, et omnino de omnibus his, quæ facta sunt, cogitans quis minime peccabit, quando omnia, quæ facta sunt, initium quidem facturæ suæ habeant, perseverant autem quoadusque ea Deus et esse et perseverare voluerit. » Quod autem spectat ad illam animæ mortem, quæ ex nequitia et æternis cruciatibus ducitur, nihil magis consentaneum Scripturæ et Patrum loquendi consuetudini. Nihil aliud sibi vult secunda mors in Apocalypsi pluribus locis memorata [22]. Mors illa, quæ per unum hominem intravit [23], mors est animæ et corporis. « Diabolus ad operandam duplam mortem nostram, inquit Augustinus, lib. IV *De Trin.*, n. 15, simplam attulit suam. Per impietatem namque mortuus est in spiritu. » Idem, lib. XIV, n. 6: « Habet quippe et anima mortem suam, cum vita beata caret. » Et lib. II, n. 15: « Ipsa mutabilitas non inconvenienter mortalitas dicitur, secundum quam et anima dicitur mori. » Plura colligere non libet in re manifesta et explorata.

V. Satis superque monstratum spero nihil Justinum de immortalitate animarum sensisse, quod non Christi martyre dignissimum sit; at alia non levis superest quæstio, an dæmones et malos homines jam nunc igne torqueri crediderit.

Vix dubium quin Justinus supplicia dæmonum ad extremum et generale judicium dilata putaverit. Id diserte docet in locis modo citatis discipulus illius Tatianus, qui nondum a magistri doctrina defecerat, cum orationem adversus Græcos scriberet. S. martyris sententia ex his verbis perspici potest in *Apol.*, I, n. 28: « Apud nos enim, inquit, princeps malorum dæmonum serpens vocatur et Satanas' et diabolus, ut potestis ex litteris nostris scrutando perspicere. Hunc præmonstravit Christus cum ipsius exercitu et assectantibus hominibus in ignem missum iri, ut in infinitum ævum excrucientur. Interposita enim mora, quominus id Deus hactenus perficeret, propter humanum genus contigit. » In eamdem sententiam spectat quod S. martyr Irenæo teste dicebat, dæmonem, antequam Christus veniret, nondum certo scivisse sese damnatum esse, ita ut seipse stulta illa opinione frustraretur, quasi Deum latuisset. « Bene, inquit, lib. V, c. 26, Irenæus, Justinus dixit quoniam ante Domini adventum nunquam ausus est Satanas blasphemare Deum: quippe nondum sciens suam damnationem. » Observat Petavius, lib. III, *De angelis*, c. 3 et 4, hanc Justini opinionem quoad ignorationem damnationis secutos esse auctorem carminum *in Marcionem*, l. I, c. 3; Eusebium, lib. IV *Hist.*, c. 18; Epiphanium hæres. 39; Isidorum Pelusiotam libr. II, epist. 90; Œcumenium in cap. ult., I Petr.; nec immerito inde sequi existimat hos scriptores diaboli in æterno igne supplicia in extremum judicium dilata credidisse.

At quod iisdem Patribus attribuit lib. I, cap. 8, *Dæmonem spem nonnullam habuisse obtinendæ per Christum salutis*, id Epiphanio quidem attribui potest; id enim aperte declarat; at Justini et eorum, qui illius verba aut retulerunt, ut Irenæus et

[22] Apoc. XX, 14; XXI, 8. [23] Rom. V, 12.

Digitized by Google

Eusebius, aut, ut auctor carminis *in Marcionem*, Isidorus et Œcumenius, imitati sunt, alia videtur esse causa. Hanc enim rationem affert Irenæus cur diabolo Justinus nondum de sua damnatione exploratum fuisse dixisset, « quoniam et in parabolis et allegoriis a prophetis sic de eo dictum est. Post autem adventum Domini ex sermonibus Christi et apostolorum ejus discens manifeste, quoniam ignis æternus ei præparatus est ex sua voluntate abscedenti a Deo, et omnibus qui sine pœnitentia perseverant in apostasia : per hujusmodi homines blasphemat eum Deum, qui judicium importat, quasi jam condemnatus, et peccatum suæ apostasiæ Conditori suo imputat, et non suæ voluntati et sententiæ : quemadmodum et qui supergrediuntur leges, et pœnas dant, queruntur de legislatoribus, sed non de semetipsis. » Nullum hic vestigium spei in Christum Dominum ; dubitationem Satanæ ac sortis suæ ignorationem ex eo repetit, quod illius condemnatio non tam aperte in Veteri Testamento, quam in Novo fuisset prædicata. Quin etiam Satanam Irenæus eo stultitiæ existimat pervenisse, ut Deum latere tentaret, non per seipsum, sed per hæreticos blasphemando. « Nam ipse per semetipsum, inquit ibidem Irenæus, nude non audet blasphemare suum Dominum, quemadmodum et initio per serpentem seduxit hominem, quasi lateas Deum. » Nunquam ergo Justinus et Irenæus opinati sunt Satanam sperasse in Christum ; sed potius summam illius stultitiam arguunt, qui se Deum latere posse existimaverit. Quod autem debita illi ignis supplicia ad extremum judicium rejiciunt ; hanc opinionem Petavius, lib. III, *De angelis*, cap. 4, spectatissimis quibusque Patribus, inter quos recensere poterat Hilarium in Psal. CXLIII, probatam, a S. Thoma sine erroris nota memoratam et a Cajetano sine erroris crimine fuisse propugnatam contendit. « Veterum opinio, inquit, etsi hoc tempore recepta non est, quia dæmones damnationis suæ pœnas omnes expendere, quæ quidem essentiales vocantur, theologi fere sentiunt; non est tamen erroris, nedum hæresis accusandus qui asserat diabolum, et ejus angelos, nondum extremo ac summo supplicio cruciari, sive ignis efficientiam experiri, in qua damnationis illorum, quod ad sensum et perpessionem attinet, summa consistit. » Idem de Cajetano sic loquitur : « Cajetani sententiam catholicæ fidei contrariam non esse certum est. Nam neque Scriptura, neque concilium ullum hactenus docuit dæmones extrema illa supplicia perpeti, quæ parata iis esse ipse judex dicit. » Unde eruditus operum S. Irenæi editor D. Renatus Massuet, dissert. 3, art. 9, captum in manifesta calumnia Grabium et constrictum tenet, Romanam Ecclesiam reprehendere ausum, quod *ut in aliis, ita et in hoc a sanctorum Patrum, ipsorumque sui fundatorum, Petri et Pauli, sententia discesserit.*

Cæterum sancti Patres, dum ignis supplicium ad extremum judicium rejiciunt, non idcirco videri debent diabolum interim cruciatu omni eximere. Quod quidem ex his S. Hilarii verbis probatur : « Adventu enim Domini, inquit in psalm. CXLIII, confracta et contrita diaboli potestas est, cum fidei sanctorum hominum subjectus est, non quod non adhuc potentiæ suæ maximas habeat vires, sed per id quod utcunque subjectus est, præsentis subjectionis conditione ultioni et pœnæ legitimæ præparatur : ut nunc per hanc eamdem subjectionem tactus fumet, licet nondum totus uratur : sed per id quod interim fumare potuit, et uri posse noscendus est. » His adjungere possumus quod ait idem Hilarius lib. *contra Constantium*, n. 8, dæmones ad martyrum *veneranda ossa mugire, et uri sine ignibus :* quod quidem multi alii antiqui scriptores testati sunt, ut eruditæ ad hunc S. Hilarii locum adnotationes probant.

VI. S. martyr nequaquam ut dæmonum, ita et malorum hominum cruciatus in extremum judicium rejicit. Videri tamen posset rejicere in testimoniis supra allatis, in quibus malos homines cum dæmonibus conjungit, et utrisque parata esse ignis supplicia decernit. At alibi diserte declarat malorum animas modo torqueri. Sic loquitur in *Cohort.*, n. 35 : « Nihil enim in majores vestros peccabitis, si nunc in contrariam illorum errori partem ferri velitis ; quos quidem verisimile est nunc in inferno sera pœnitentia ductos lugere; ac si fieri posset ut inde vobis nuntiarent, quæ sibi post finem hujus vitæ evenerunt, nosceretis profecto quantis vos malis liberatos velint. » Et in *Apologia* 1, n. 12 : « Vobis autem adjutores omnium hominum maxime et auxiliarii ad pacem sumus, qui hæc docemus, fieri omnino non posse, ut Deum lateat maleficus, aut avarus, aut insidiator, aut virtute præditus, ac unumquemque ad æternum sive pœnam, sive salutem pro meritis actionum proficisci. » Et n. 20 : « Cum autem iniquorum animas puniri sensu etiam post mortem præditas dicimus, bonorum autem a suppliciis liberatas præclare se habere, eadem ac poetæ et philosophi dicere videbimur. » Liquet Justinum de animarum ante resurrectionem statu agere jamque iniquos cruciatibus addictos pronuntiare. Sic etiam senex ille Christianus, cujus testimonium supra attuli, malorum animas in deteriore loco judicium dicebat exspectare. Quamobrem cum ait Justinus malos homines cum dæmonibus post judicium extremum æterno igni addictum iri, id de novo illo statu accipiendum, in quo non jam sola anima, sed ipsum etiam corpus cum anima torquebitur.

Ipsa Justini sententia de venturo ad Antichristum debellandum Christo, *ac illum et obedientes ei in stagnum ignis*, ut ait Irenæus, lib. IV, cap. 30, missuro, argumento est illum agnovisse inflicta malis hominibus ante extremum judicium ignis supplicia.

Digitized by Google

CAPUT XII.

De his quæ ad regnum mille annorum pertinent.

I. De animarum statu usque ad resurrectionem sententia Justini. II. De Antichristo. III. De Eliæ adventu et Judæorum conversione. IV. De secundo Christi adventu. Sic loquitur Justinus, quasi statim judicium futurum sit. V. Nihil Justinus admittit, quod redivivis corporibus non congruat.

I. Celeberrima Millenariorum sententia, in qua defendenda secundas post Papiam sustinuit Justinus, plura continet opinionum commenta, quorum alia S. martyri affingi non debent, alia ab eo propulsari non possunt. Accusantur Millenarii quod sanctis Dei visionem ante generalem omnium resurrectionem denegent; quod ante hanc generalem resurrectionem justos omnes in hanc vitam redituros, et mille annis cum Christo Jerosolymis B victuros dicant; quod in hoc terreno Christi regno circumcisionem et Sabbata, summamque voluptatum etiam corporearum copiam somnient. Expendendum nobis est his de rebus quid Justinus statuum habuerit; nec illud omittendum, an hoc erratum, quod ei cum pluribus Patribus commune est, tanti existimandum sit, ut eorum in aliis rebus testimonii auctoritas minuatur.

Quæ de sanctorum ante Incarnationem statu dixit Justinus, ea immerito nonnulli existimarunt, de his etiam, qui post Christi ascensionem obierunt, dicta esse. Cum sibi persuasisset S. martyr animam Samuelis vere artis magicæ opera evocatam fuisse, inde colligebat animas justorum nondum ab omni malarum virtutum dominatu liberas ante C Incarnationem fuisse. « Apparet autem, inquit *Dialog.*, n. 105, animas ejusmodi justorum et prophetarum, sub potestatem talium virtutum cecidisse, qualem virtutem et in ventriloqua illa fuisse rebus ipsis declaratur. » Absurda sane opinio, sed quæ multo absurdior foret, si, id quod neque Justino, neque aliis, qui similia dixerunt, affingi debet, is tribueretur malis virtutibus in sanctos dominatus, ut eos arbitrio suo vexarent et multarent. Hoc tantum ex Justini verbis colligitur, id dæmonibus interdum, Deo permittente, in sanctorum animas licuisse, quod semel diabolo in ipsius Christi corpus, non sine Christi permissu, licuit.

Quod autem spectat ad sanctos post Christi ascen- D sionem mortuos, vehemens sane exstitit Justinus in hæreticis illis refellendis, qui animas, statim atque e corpore solutæ essent, in cœlorum apsidem evehebant, ita ut nihil prorsus ad beatitudinem accessurum dicerent, nec ullam resurrectionis spem aut desiderium relinquerent. Sic loquitur *Dialog.*, n. 80 : « Si incidistis in nonnullos, qui Christiani quidem vocantur, hæc autem minime tenent, sed etiam Deum Abrahæ, et Deum Isaac, et Deum Jacob blasphemiis appetere audent, ac nullam esse mortuorum resurrectionem, sed statim atque moriantur, animas suas in cœlum suscipi dicunt; cavete ne eos existimetis Christianos. » Illa de animabus statim in cœlum avolantibus opinio non videtur Justino præcipuus esse hæreticorum error : inde illius potissimum orta indignatio, quod resurrectionis et Creatoris odio hæc diceret. In *Actis martyrii S. Justini* hæc legimus : « Tum præfectus conversus ad Justinum dixit : Audi tu qui eloquens esse diceris, et putas te veram disciplinam tenere. Si flagellis cæsus capite plectaris, persuasumne habes fore ut in cœlum ascendas? » Cui Justinus : « Spero, inquit, me habiturum quod habent qui Christi dogmata servaverint, si hæc ipsa quæ dicis perpessus fuero. Scio enim omnibus qui ita vixerint, divinam gratiam conservari, quoad totus mundus consummetur. » Ad hæc præfectus Rusticus : « Ergo futurum opinaris, ut in cœlum ascendas, mercedem aliquam recepturus? Non opinor, inquit Justinus, sed scio et hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem. » Difficile non est animadvertere quid intersit inter præfecti interrogationem et responsionem Justini. Præfectus putabat martyres sperare se in cœlum statim evolaturos, ac scire avet an Justinus eadem spe teneatur. Justinus non obscure mercedem illam in tempus resurrectionis rejicit, *ac divinam gratiam conservari*, ait, *quoad totus mundus consummetur.*

Sed quocunque in loco animas sanctorum ante resurrectionem collocet Justinus, jam tum eas beatitudine æterna et Dei visione perfrui non obscure declarat in utraque *Apologia*. Hanc enim causam affert cur Christiani libenter mortem oppetant pro Christo *Apol.*, 1, n. 8 : « Vivere nolumus obstricti mendacio. Æternæ enim ac puræ vitæ cupidi ad domicilium cum Deo universorum Patre et opifice promissum contendimus ac properamus ad confitendum, cum persuasum habeamus et credamus hæc bona ab illis comparari posse, qui factis suis testati Deo fuerint se illum sectatos esse, ac illud apud eum domicilium adamasse, ubi nulla vitiositas reluctatur. » In capite præcedenti duo alia ex eadem *Apologia* retuli testimonia, quorum in altero ait ab hac vita *unumquemque ad æternam sive pœnam, sive salutem pro meritis actionum proficisci*; in altero animas bonorum e corpore exeuntes beatas esse pronuntiat. In *Apol.* 2, n. 2, sic de Lucio martyre, abripi jusso ad supplicium, loquitur : « At ille gratias etiam agebat, cum se ab improbis ejusmodi dominis ad Patrem ac regem cœlorum proficisci cognosceret. » Vid. n. 4. Non solus inter eos, qui mille annorum regnum admittunt, ita sensit Justinus. Martyres eximios habere videtur Irenæus. Sic enim de illis loquitur lib. IV, c. 33, n. 9 : « Ecclesia omni in loco ob eam quam habet erga Deum dilectionem, multitudinem martyrum præmittit ad Patrem. » De omnibus sanctis Lactantius lib. III, cap. 12 : « Illi tamen, inquit, qui de immortalitate disputant animi, intelligere debuerunt ideo propositam nobis esse virtutem, ut perdomitis libidinibus, rerumque terrestrium cupiditate superata, puræ ac victrices animæ ad Deum, id est, ad originem suam revertantur. » S. Methodius, qui

Digitized by Google

in oratione nona regnum mille annorum adoptat, in octava cœlum virginibus e corpore solutis diserte promittit.

II. Quod spectat ad regnum mille annorum, nonnulla in hoc perperam exspectato eventu observanda et distinguenda sunt, ut doctrina Justini, quæ nequaquam ordine exponitur, sed variis locis inspersa est, colligatur et illustretur.

Antequam Christus gloriose e nubibus veniat, Antichristum in terris crudeliter regnaturum et horribilia in Dei servos mala ac supplicia excogitaturum putabant. Jam illum pro foribus adesse existimabat Justinus, *Dialog.*, n. 32. Ex quo sequitur nequaquam ab eo adventum Christi dilatum fuisse in longum tempus. Nam regnum Antichristi annis tribus et sex mensibus coercebat, ibid. Tunc autem Christum e cœlo cum gloria venturum asserit, *quando et defectionis homo grandia etiam adversus Altissimum in terris loquens, nefanda audebit in nos Christianos*, n. 110. Eadem habemus apud Irenæum, lib. v, c. 30, num. 4 : « Cum autem vastaverit Antichristus hic omnia in hoc mundo, regnans annis tribus et mensibus sex, et sederit in templo Hierosolymis, tunc veniet Dominus de cœlis in nubibus, in gloria Patris, illum quidem et obedientes ei in stagnum ignis mittens; adducens autem justis regni tempora, hoc est requietionem, septimam diem sanctificatam, et restituens Abrahæ promissionem hæreditatis : in quo regno, ait Dominus, multos ab Oriente et Occidente venientes, recumbere cum Abraham et Isaac et Jacob. » At inter Antichristi regnum et Christi adventum duo intercedunt memorabiles eventus, Eliæ missio et Judæorum conversio.

Quamvis Judæis minime dissimulet Justinus quidquid eorum obstinatus in errore animus merito audiebat; nusquam tamen eis exprobrat extremum illud scelus, quod Antichristum adorando seque illius legibus subjiciendo admissuri ferebantur. Id conceptis verbis declarat Irenæus, lib. III, c. 25, n. 4 : « Et Dominus autem hoc item non credentibus sibi dicebat : *Ego veni in nomine Patris mei et non recepistis me; cum alius venerit in nomine suo, illum recipietis*[24]; alium dicens Antichristum qui alienus est a Domino, et ipse est iniquus judex, qui a Domino dictus est, quoniam *Deum non timebat*[25], neque hominem reverebatur, ad quem fugit vidua oblita Dei, terrena Jerusalem ad ulciscendum de inimico. Quod et faciet in tempore regni sui : transferet regnum in eam et in templo Dei sedet, seducens eos qui adorant eum, quasi ipse sit Christus. » Hieronymo teste, Millenarii Judæos Antichristum sectaturos, ac postea illum relicturos sentiebant. Illud enim Osee, *seducam eam*, ex cap. II, 14, referebant *ad Antichristi tempus, ut qui Christi non receperint veritatem, illius recipiant mendacium, et postea Christo advenientes salventur.*

III. Hæc Judæorum conversio et Eliæ missio ad hoc opus exsequendum diserte a S. Justino memorantur. Declarat Eliam, cum gloria et splendore venturum, ut quemadmodum ejus spiritus in Joanne primi et humilis adventus præcursor exstitit, ita ipse secundi et gloriosi præcursor sit. Cum diceret Trypho nondum venisse Christum, quia nondum venit Elias qui illum uncturus est, respondet Justinus *Eliam terribilis et magni diei, id est secundi adventus, præcursorem futurum.* « Atque hoc ipsum, inquit, n. 49, Dominus noster inter ea quæ docuit, futurum esse tradidit, cum Eliam quoque dixit esse venturum. Quod quidem futurum nos esse scimus, cum e cœlis gloriose Dominus noster Jesus Christus venturus est; cujus quidem primi etiam adventus Spiritus Dei, qui erat in Elia, præco præcessit in Joanne vestri generis prophetæ. » Et paulo post : « Quemadmodum cum Moyses adhuc inter homines versaretur, transtulit Deus in Jesum ex eo spiritu, qui erat in Mose; ita ab Elia in Joannem transferre potuit Deus; ut quemadmodum Christus priore adventu inglorius apparuit, ita etiam illius spiritus, qui in Elia purus semper et integer manebat, itidem ut Christi inglorius primus adventus intelligeretur.

Hoc Eliæ ministerium Judæorum in primis conversioni destinatum videbatur. Non enim dubium erat Justino, quin Judæos Christus adveniens susceperus esset, et cum aliis fidelibus bonorum in urbe Jerusalem promissorum participes facturus. « His verbis, inquit, num. 33, *Juravit Dominus et non pœnitebit eum; tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*[26], jurejurando Deus propter incredulitatem vestram interposito, pontificem illum secundum ordinem Melchisedech esse declaravit : hoc est, quemadmodum Melchisedech sacerdos Altissimi fuisse a Mose scriptus est, isque eorum, qui in præputio, sacerdos erat, ac Abrahamo decimas ipsi in circumcisione offerenti benedixit; sic Deus æternum suum sacerdotem qui et Dominus a Spiritu sancto vocatus est, eorum qui in præputio sacerdotem futurum, et circumcisos quoque ipsos ad eum accedentes, id est in eum credentes et benedictionem ab eo quærentes susceperum et illis benedicturum declaravit. » Tertullianus ad hunc locum citatus hæc de Judaicæ gentis futura conversione intellexit.

Hæc confirmari possunt alio ex loco, ubi Trypho his, quæ ex Justino audierat de nova terrestri Jerusalem mirum in modum delectatus, quærit an vere et ex animo Justinus ita locutus fuerit : Εἰπὲ δέ μοι· ἀληθῶς ὑμεῖς ἀνοικοδομηθῆναι τὸν τόπον Ἱερουσαλὴμ τοῦτον ὁμολογεῖτε, καὶ συναχθήσεσθαι τὸν λαὸν ὑμῶν σὺν τῷ Χριστῷ ἅμα τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους, ἢ καὶ τῶν προσηλύτων γενομένων πρὶν ἐλθεῖν ὑμῶν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶτε, ἢ ἵνα δόξης περιχραεῖν

[24] Joan. v, 43. [25] Luc. xviii, 2. [26] Psal. cix, 4.

Digitized by Google

ἡμῶν ἐν ταῖς ζητήσεσι, πρὸς τὸ ταῦτα ὁμολογεῖν ἐχώρησας; « Sed age dic mihi : Vere hunc vos Jerosolymorum locum instauratum iri fatemini; ac populum vestrum congregatum iri, et cum Christo beate victurum exspectatis una cum patriarchis et prophetis, ac hominibus nostri generis, aut qui, antequam Christus vester adveniat, conversi fuerint; an ut nos videaris abunde in controversiis superare, eo confugisti ut hæc fatereris? » Credideram hæc verba, πρὶν ἐλθεῖν ὑμῶν τὸν Χριστόν, de primo adventu dicta esse, ac proinde quæ præcedunt, intelligenda de Judæis eorumque proselytis, qui fide ante Incarnationem salvi facti sunt; sed re accuratius considerata, Tryphonem locutum esse puto de secundo adventu ac de Judaica gente ad Christum, Eliæ ministerio, convertenda, et iis qui se ex illa gente ante generalem illam conversionem Christianis adjunxerant, aut adjuncturi erant. Quod enim concesserat Justinus, id Tryphonem tanta lætitia perfudit, ut vix illud credat : suspicatur Justinum ita egisse fiducia virium suarum, non quod vere et ex animo ita sentiret. At profecto si hoc tantum concessisset Justinus, Jerosolymam quidem instauratum iri, at Judæos in eam non ingressuros, sed cum Antichristo in summum exitium venturos; ejusmodi opinio delinire Tryphonem non debuit, sed potius ira et furiis incendere. Sed cum Judæi sperarent se Jerusalem ex captivitate, in quam inciderant, revocatum iri, ibique cum eo quem sibi fingebant Christo, omnibus imperaturos gentibus; non potuit Tryphoni gratum non accidere quidquid ad hanc sententiam accommodate Justinus et alii Millenarii de Judæis Jerosolymam revocandis opinati sunt. Deinde vero respicit Trypho ad ea quæ Justinus dixerat, n. 28, cum sic Judæos adhortaretur. « Ne differatis, neve dubitetis mihi, homini incircumciso, credere. Breve enim hoc vobis relinquitur ad nos accedendi tempus. Si Christus venire occupaverit, frustra vos pœnitebit, frustra plorabitis; neque enim vos exaudiet. » Hæc in memoria habens Trypho, ita se ad Justini monita accommodat, ut ex Judæis ante gentis conversionem mortuis aut morituris nullum in novam Jerusalem admittat, nisi qui Christo nomen dederit. Quare ejus verba, ἢ καὶ τῶν προσηλύτων γενομένων, non de Judæorum ante Incarnationem proselytis accipienda, sed de ipsis Judæis Christianorum factis proselytis ante secundum adventum atque illam populi Judaici sub Eliæ ministerio conversionem.

IV. Ut de Antichristi bellis et victoriis, ita et de pœnis, quas Christus gloriose e cœlo adveniens ab Antichristo et a regibus cum Antichristo conjunctis repetiturus erat, non multa habemus apud Justinum. Vix tamen dubium quin ea senserit quæ Irenæus et Lactantius his de bellis et victoriis scripserunt : ait enim, n. 39, fore ut Christus in glorioso adventu excidat omnes inimicos. « Christum crucifixum, inquit, n. 49, tremunt dæmonia et omnes prorsus principatus et potestates terræ. » Et, num. 121 : « Ipsi etiam dæmones ejus nomini subjiciuntur, ac principatus omnes et regna nomen ejus supra omnes defunctos reformidant. » Et, n. 11 : « Est enim et erat et erit unius ac solius ista vis, cujus vel nomen principatus omnis reformidat, tabescens quod per illum evertendus sit. » Vid. n. 131.

Illud autem maxime observandum est Justinum, etsi mille annos interponit inter secundum Christi adventum, et extremum judicium, sic tamen loqui solere quasi nihil intervalli inter utrumque eventum intercedat. Judæis, n. 35, salutem æternam credentibus promittit *in secundo adventu, qui gloriosus futurus est;* non credentibus æternum ignem minatur. Sic etiam, n. 45, futurum ait, ut *mors in secundo ipsius Christi adventu ab his, qui in eum credunt et ita vivunt ut ipsi placeant, penitus facessat, nec jam amplius ulla sit, cum alii in judicium et condemnationem ignis perpetuo cruciandi mittentur, alii vero perpessionis, et corruptionis, et doloris expertem statum atque immortalitatem consequentur.* Hinc sæpe Judæorum, qui Christum crucifixerunt, seram in secundo adventu pœnitentiam et inutiles planctus commemorat. Agit, n. 14, de duplici adventu, quorum in altero plangent Judæi interfectores Christi. Et, n. 32, revocans in memoriam ea quæ, n. 14, dixerat, sic loquitur : « Si non exposuissem duplicem illius adventum, alterum in quo agnoscetis in quem pupugistis, et plangent tribus vestræ, tribus ad tribum, mulieres seorsum et viri seorsum; obscura et incerta dicere viderer. » Planctum Justinus non eum intelligit, quem edent Judæi ad Christum accedentes, sed ploratum, et ejulatus, quos Christum, *si venire ocupaverit*, exauditurum negat, n. 28. Hortatur Judæos, n. 118, ut pœnitentiam agant, *antequam veniat magnus ille judicii dies, in quo plangent quicunque ex illorum tribubus Christum pupugerunt.*

Videtur Justinus idcirco judicium extremum cum secundo adventu conjungere, quamvis utrumque separaret, quia, antequam hanc de regno mille annorum doctrinam adoptaret, ita loqui assueverat, nec eum nova opinio a consuetudine communis sermonis abstraxit. Non enim verisimile est eum duo admisisse judicia, itidem ut Lactantium, lib. VII, c. 20, primum in ipso Christi adventu, in quo *judicabuntur ii tantum, qui sunt in Dei religione versati*, alterum post mille annos.

Valde dubito an hac regni terreni opinione imbutus fuerit Justinus, cum primam *Apologiam* scripsit. In hac enim nullum hujus commenti vestigium reperio, quamvis multæ occasiones occurrerent de his rebus disserendi, præcipue vero de tristi Romani imperii exitu, ex quo terror incuti poterat persecutoribus. Neque is erat Justinus, qui aut metu veritatem dissimularet, aut justam libertatem cum debita imperatori reverentia conciliare non posset. Quin etiam in hac *Apologia* resurrectionem

Digitized by Google

bonorum et malorum et judicium extremum cum secundo adventu sic conjungit, ut non sermonem tantum, sed et sententiam communem sequi videatur. « Duos enim illius adventus, inquit, n. 52, prædixerunt prophetæ, unum qui jam exhibitus est, tanquam despecti et passibilis hominis; alterum autem, quando cum gloria, e cœlis una cum angelico ipsius exercitu adventurus prædicatur, quando et corpora exsuscitabit omnium, quicunque exstiterunt, hominum, ac dignorum quidem corpora induet incorruptione, iniquorum autem in perpetuo sensu cum pravis dæmonibus in ignem æternum mittet. »

Quonam in loco judicium de omnibus hominibus facturus sit Christus, nec Irenæus, nec Lactantius dixerunt. At Justinus id non tacuit. Futurum enim ait *Dialog.*, n. 40, ut Judæi *in eodem Jerosolymorum loco* eum agnoscant, quem contumelia affecerunt.

V. Non magno conatu opus est, ut a Justino et Irenæo et aliis ejusmodi propulsemus quidquid regni terrestris opinio habuit maxime vitiosi, Sabbata, sacrificia, circumcisionem et corporeas voluptates. Quia tamen nonnulli, in his Tillemontius tom. II, p. 424, negant eos exclusisse ab hoc statu necessitatem edendi et bibendi; non leviter prætermittenda res est. Justinus *Dialog.*, num. 51, ait prædixisse Christum, *se multa a Scribis et Phariseis pati oportere, et crucifigi et tertio die resurgere, ac futurum, ut iterum Jerosolymam veniret, tumque una cum discipulis ederet ac biberet, ac interea dum veniret, in ipsius nomine sacerdotes et prophetæ falsi prodirent.* Cum Christum lego una cum discipulis edere et bibere, non metuo ne justos redivivos astringat Justinus quotidiana cibi et potus indigentia; sed spirituales delicias intelligo, quibus Christum in nova Jerusalem justos potaturum existimabat. Spiritualiter enim intelligit illud Christi, n. 120: *Venient enim ab Oriente et Occidente et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cœlorum* [27]. Vitam ab omni corruptione immunem in hoc terreno regno promittit, num. 24, ubi sic loquitur: « Adeste mihi, omnes, qui timetis Deum, qui bona Jerusalem videre cupitis. Venite, accedamus ad lucem Domini; liberavit enim populum suum, domum Jacob. Venite, omnes gentes, conveniamus in Jerusalem, quæ non amplius expugnatur propter peccata populorum. » Et, n. 139: « Christus secundum omnipotentis Patris virtutem ipsi traditam advenit, ac in amicitiam, et benedictionem, et pœnitentiam, et convictum vocans, futuram in eadem terra sanctorum omnium possessionem, ut jam demonstratum est, promisit. Unde quacunque ex regione sive servi, sive liberi, credentes in Christum, et eorum, quæ tum ab ipso, tum a prophetis tradita sunt, veritatem agnoscentes, sciunt se una cum eo in illa terra futuros, et æterna ac incorrupta bona hæreditate accepturos. » Multi opinionem Millenariorum sinistre prorsus interpretati sunt, dum minus animadvertunt Scripturæ testimonia, in quibus summa rerum ad victum et cultum pertinentium copia, ac magna filiorum multitudo promittitur, sic intellecta a Patribus fuisse, ut spiritualia bona justis redivivis, corporea iis attribuerent, quos Christus in terra vivos inveniet. Vid. Adnotationem ad n. 81. Manifesta est hæc distinctio apud Irenæum, qui, lib. v, c. 35, n. 1, testimonia Scripturæ *in resurrectionem justorum, sine controversia dicta esse contendit, quæ fit post adventum Antichristi, et illos quos Dominus in carne inveniet, exspectantes eum de cœlis, et perpessos tribulationem, qui et effugerunt iniqui manus. Ipsi autem sunt de quibus ait propheta: Et derelicti multiplicabuntur in terra* [28]. Haud dubium quin postremis etiam attribuat quæ sequuntur apud Isaiam LXV, 21, quæque paulo ante citata ab Irenæo fuerant: *Et ædificabunt domos, et ipsi inhabitabunt et pastinabunt vineas et manducabunt.* Quare quæ de justis cum Christo bibentibus de genimine vitis dicit Irenæus, c. 33, n. 1, non tam mihi videntur quotidianum cibi et potus indicare usum ad fulciendam indigentiam, quam facultatem edendi et bibendi, qualem Christus habuit post resurrectionem, ad carnis veritatem astruendam.

CAPUT XIII.

De nonnullis in Justino perperam reprehensis; atque utrum ea quæ merito reprehenduntur illius auctoritatem in aliis rebus minuant.

I. Leves nonnullæ reprehensiones obiter refelluntur. II. An merito Justinus laudaverit martyres, qui seipsos obtulerunt. III. Nonnulla errata Justini ejus auctoritatem minuere non debent. IV. Frustra ad evertendam traditionem objicitur opinio de regno mille annorum.

I. Tempus terere non libet in nonnullis uberius refellendis, quæ censoris malevolum potius animum declarant, quam nævum opportune castigatum arguunt. Justinum vellicat J. Barbeyracus in libro *De doctrina morali Patrum Ecclesiæ*, quod his Christi verbis: *Ne juretis omnino*, nulla prorsus exceptione restrictis *Apol.* 1, num. 16, cum ipse in ambiguo reliquerit, utrum jusjurandum etiam gravissima de causa legitimum duxerit, tum gentilibus credendi locum dederit jusjurandum a Christo prorsus sublatum et interdictum fuisse. Magnum sane piaculum a S. martyre admissum, magnique erroris data occasio gentilibus, quod per Jovem jurare solitos non docuerit quibus locis et temporibus jurare liceat, quodque illis persuaserit Christianos Christi præcepto parere, dum ne gravissimis quidem cruciatibus adduci possunt, ut per fortunam Cæsaris jurent. Sed tamen Christi verba non videtur Justinus sine ulla prorsus exceptione accipere. Sic enim illius de jurejurando præceptum refert: Περὶ δὲ τοῦ μὴ ὀμνύναι ὅλως, τάληθῆ δὲ λέγειν ἀεί, οὕτως παρεκελεύσατο· *Μὴ ὀμόσητε ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναί, ναί, καὶ τὸ οὔ, οὔ*, etc. « Ne autem juremus om-

[27] Matth. VIII, 11. [28] Isai. VI, 12.

Digitized by Google

nino, sed verum semper dicamus, sic præcepit : *Ne juretis omnino, sed sit vestrum, Est, est; non, non* [89], » etc. Non obscure docet Justinus nullum fore jurisjurandi usum, si vera semper homines dicerent, nec ullus esset mendacio locus. Sic enim interpretatur verba Christi, quasi dictum esset : Nolite omnino jurare, sed verum semper dicite. Itaque jusjurandum ob vigentia inter homines mendacia adhiberi statuit : consuetudini jurandi opponit consuetudinem vera in omnibus semper dicendi; alteram a Christo penitus sublatam putat, sed quatenus alteram Christus sancit et præscribit. Qui ita ratiocinatur, non eam jurisjurandi speciem damnatam existimat, cujus necessitatem nonnunquam imponunt justæ suspiciones ex dolis et mendaciis societatem turbantibus exortæ.

Vituperat auctor fragmenti de resurrectione, quod in *Appendice* edidimus, « iniquum ex cupiditate matrimonium, » τὸν δι' ἐπιθυμίας ἄνομον γάμον. Quomodo hanc sententiam carpere potuit idem scriptor? Quid enim magis consentaneum huic præcepto, ut omnia in charitate fiant et sive manducamus, sive bibimus, sive aliud quid facimus, *omnia in gloriam Dei* faciamus [90] ?

Quod spectat ad audaciam illius adolescentis qui præfectum Alexandriæ libello ob.ato rogavit, ut medico licentiam daret testes ipsi resecandi; hoc facto utitur Justinus, *Apol.* 1, n. 29, ut argumento innocentiæ Christianorum; rem ipsam legi divinæ consentaneam esse non dicit; adolescentem laudat, quod negata hac licentia perpetuam virginitatem coluerit, minime vero quod ipse, ut pravæ interpretationes pluribus persuaserant, exsecutus fuisset quod medici negaverant.

II. Paulo attentius consideranda S. Justini de martyrio sententia, quæ ejusdem eruditi viri censuram non effugit. Probati fuere (non enim dissimulanda res est) S. martyri, qui charitate ferventes et Spiritu sancto repleti, semetipsos, nemine accusante, Christianos esse judicibus nuntiarunt. Horum virtutis admiratione adductum fatetur se esse, ut innocentiam Christianorum agnosceret. « Nam et ipse ego, inquit, *Apol.* 2, n. 12, cum Platonis doctrina delectarer, ac de criminibus in Christianos conjectis audirem, eos autem ad mortem et ad alia omnia, quæ videntur metuenda, impavidos cernerem; fieri non posse intelligebam, ut in nequitia et in voluptatum amore viverent. Quis enim libidinosus et intemperans, ac humanæ carnis epulas in bonis numerans, mortem amplecti possit ut bonis suis careat, ac non potius in hac vita semper versari et magistratus latere conetur; nedum seipsum deferat morte damnandum? » Minime ergo mirum si laudes illius in eadem *Apol.*, n. 2, meruere cum Lucius martyr, qui S. Ptolemæum ad supplicium abripi videns iniquitatem judicis redarguit, et statim confessus se esse Christianum simul abreptus est; tum tertius quidam superveniens et eodem supplicio damnatus. Quomodo ejusmodi martyres vituperasset Justinus, qui non solum Christianum se esse a nemine in judicium vocatus ultro professus est, sed etiam Christianorum defensorem, ac ipsos imperatores pro tribunali sedentes adire non dubitavit?

Fugam in persecutionibus laudabilem esse ac sæpe omnino necessariam, res est Scripturæ et traditionis præceptis et exemplis ita certa et explorata, ut nemo refragari possit, nisi quem aut Montanistis aut persecutoribus S. Athanasii adjungi non pudeat. Sed tamen fugæ præcepto non omnes semper obstricti tenentur : alioqui nec magnus Polycarpus vituperium effugeret, nec multi alii, qui cum fuga sibi consulere possent, in manus satellitum venire maluerunt. Sic etiam debita tot martyribus, qui seipsos obtulerunt, reverentia, eos tantum notari et culpari sinit, quos temerarius magis impetus, quam charitas impulit.

Talis exstitit Quintus quidam, de quo Smyrnensis Ecclesia sic judicium suum interponit in epistola de martyrio S. Polycarpi, n. 4 : Εἷς δὲ ὀνόματι Κοῖντος, Φρὺξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος αὐτόν τε καί τινας προσελθεῖν ἑκόντας. Τοῦτον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. Διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς, ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκει τὸ Εὐαγγέλιον. « Quidam vero nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidisset bestias, timore perculsus est. Hic porro erat qui seipsum et alios quodam temerario impetu incitavit, ut ultro accederent. Huic proconsul multis obsecrationibus persuasit jurare et sacrificare. Propter hoc igitur, fratres, non probamus eos, qui sponte se offerunt; quandoquidem non ita docet Evangelium. » Solus hic Quintus vituperatur, nec cum eo probrum partiuntur, qui illius impetum, non lapsum secuti sunt. Verbum illud παραβιασάμενος sua sponte temerarium impetum declarat; sed accedit auctoritas Eusebii, qui hujus loci sensum non verba referens *Hist.*, IV, 15, ait hunc hominem προπετέστερον, ἀλλ' οὐ κατ' εὐλάβειαν, « temeritate quadam ac levitate ductum, non cum pio ac religioso motu, una cum aliquot aliis ad tribunal prosiluisse. » Pro eo quod in epistola legitur, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς, observat Eusebius, « non licere talibus hominibus » ῥιψοκινδύνως καὶ ἀνευλαβῶς κατατολμᾷν, « præcipiti audacia ac sine ullo infirmitatis suæ respectu periculis se objicere. » Unde hæc notavit Cotelerius : « In his enarrandis paulo liberius, nec satis fideliter versatus est Eusebius, metuens, opinor, ne martyribus plurimis, qui se judicibus, Deo instigante, obtulerunt, præjudicium fieret. » S. Clementis Alexandrini sententia, nisi eodem modo explicetur, quo epistolam Smyrnensem explicuit

[89] Matth. v, 38. [90] I Cor. x, 31.

Digitized by Google

Eusebius, immoderata videbitur, ac non eos solum vituperare qui seipsos offerunt, sed eos etiam, qui non fugiunt, *Strom.*, v, p. 508. Accuratius videtur S. Petrus Alexandrinus ea de re statuisse. In eis, qui sua sponte prodierant ad confitendum, prudentiam Christi et apostolorum exemplis consentaneam requirit, sed tamen cum eis communicandum declarat, « ut qui in Christi nomine hoc fecerint, » ἅτε δὴ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ παρερχομένοις εἰς τοῦτο, can. 9.

Nonnullæ certe exstitere occasiones in quibus seipsum offerre laudabile omnibus videretur; cum nimirum ii, qui primo certamine superati sacrificaverant, reparatis viribus ad pugnam redirent. Lapsis communionem justo citius poscentibus auctor est S. Cyprianus in epist. 14, ut ad pugnam redeundo optatam pacem consequantur. S. Petrus Alexandrinus, can. 8, eis, qui secundo prælio, ad quod ultro prodierant, victores fuerant, communionem concedit, eorumque actionem *perfectissimam pœnitentiam esse declarat.* Testatur vir doctissimus Eusebius Renaudot *Perpet. fid.*, tom. V, l. III, c. 7, lapsis apud Cophtas et Jacobitas præscribi ut ad certamen redeant. Lenius egerunt sancti Patres nec iis, qui luctuosa infirmitatis specimina dederant, tantum onus imponendum duxerunt. Cur probari non solerent, qui se ultro offerebant, in causa fuit eadem humanæ imbecillitatis consideratio, quæ nonnunquam in iis, qui sponte ad certamen prodibant, infelices exitus habuerat.

Præcipue vero in Justinum iniquus est idem scriptor, cum eum in eadem *Apologia*, n. 4, ethnicis Christianos ad mortem sibi ipsis inferendam hortantibus ita respondere ait, ut actionem illam non vituperet. Litigiosum hujus hominis animum agnoscet quisquis locum legere non gravabitur. Conceptis enim verbis declarat Justinus Christianos contra Dei voluntatem venturos, si ita se gerant.

III. Sed fatendum est nonnulla esse, in quibus verum Justinus non vidit. Præter regnum mille annorum, angelos cum mulieribus stupri consuetudinem habuisse, versionem LXX interpretum divinitus inspiratam fuisse existimavit, atque hi nævi communes ei cum pluribus aliis veteribus scriptoribus fuerunt. Quid inde colliget Cl. Barbeyracus? « Si tam oscitanter labi potuere, inquit, c. 2, p. 14, in ejusmodi rebus; quid auctoritatis tribuere possumus eorum consensui vel maxime unanimi in aliis rebus, in quibus æque saltem obnoxii fuere aberrationibus falsæ criticæ ac deterioris philosophiæ? Vel hoc unum exemplum inspirationis Septuaginta interpretum, quæ generatim credita fuit ante S. Hieronymum, ita nexum et colligatum est cum innumerabilibus erroribus, quos inde naturaliter consequi par erat, ut nihil amplius requiratur ad evertendam funditus Patrum et traditionis auctoritatem, quam Scripturæ audent adæquare.

Miræ profecto hominis eruditi ratiocinationes! Sancti Patres criticæ præsidio destituti aut malæ philosophiæ mysteriis initiati in nonnullis rebus erraverunt : nullius ergo ponderis in aliis rebus eorum consensus vel maxime unanimis. Quid absurdius in mentem venire poterat? Quorum enim dogmatum testes citamus sanctos Patres, ab his quidem avertere potuerunt criticæ defectus et vitiosa philosophia : minime vero ad ea excogitanda perducere. Testimonia petimus a sanctis Patribus, ut probemus materiam ex nihilo creatam, unum esse in tribus personis Deum, omnes homines Adami peccato condemnatos, quia omnes in Adamo peccaverunt; Filium Dei nostræ salutis causa ex Virgine vere genitum, verumque Deum et verum hominem esse; neminem justificari posse, nisi per fidem quæ per charitatem in corda nostra a Spiritu sancto diffusam operatur [31]; unam prorsus Ecclesiam esse, cujus nec unitas unquam rumpi, nec fides perverti poterit; extra quam Spiritus sanctus haberi non potest. Hæc et alia ejusmodi dogmata ex mentibus elabi poterant, dum aut libri hæretici sub sancti alicujus nomine inscienter leguntur, aut philosophi audiuntur incautius. At quis unquam aut hæreticos legendo, aut philosophos audiendo ad hanc doctrinam, cui patrocinium a sanctis Patribus petimus, pervenisse dicetur?

Scire etiam velim quænam sit illa errorum infinita multitudo, quam ex Septuaginta interpretum jactata inspiratione par erat perfluere. Nam cum ipsum Scripturæ contextum divinitus inspiratum esse inter omnes conveniret; periculosius multo non erat interpretationem divinitus inspiratam credere, quam accurate et diligenter elaboratam. In utraque enim opinione sensus, quem interpretatio in aliena lingua repræsentabat, æque a Deo traditus videri debuit. Non major ergo inducta pernicies ab his qui Septuaginta interpretes a Spiritu sancto afflatos fuisse dixerunt, quam ab his qui illorum in interpretando diligentiam laudarunt.

IV. Citat etiam cap. 1, idem scriptor ea, quæ auctores *Europæ eruditæ* ad annum 1718, de regno mille annorum a pluribus ecclesiasticis scriptoribus adoptato sic pronuntiant : « Annon fieri potuit ut qui cum apostolis vixerunt, eorum sententiam male intellexerint, sibique visi sint ab eis accepisse doctrinam, quæ tamen erronea esset? Hoc profecto fieri potest : non enim desunt exempla simillium errorum. Dicebat Papias se ab apostolis accepisse (Euseb., *Hist.*, v, 39), sanctos aliquando in terris regnaturos cum Christo per mille annos; atque hoc dogma, etsi falsum, adoptatum fuit a præstantissimis Christianismi viris, Justino, Irenæo, Nepote, Victorino, Lactantio, Sulpicio Severo, Quinto Julio Hilarione, Commodiano, qui illud defendendo videbantur sibi apostolicam traditionem defendere. Operæ ergo pretium esset nobis indicare quibus

[31] Rom. v, 5.

Digitized by Google

notis cognosci possit Patres non errare, cum ea nos docent, quæ ab apostolis accepisse se dicunt aut ab apostolicis viris. Ecce enim dogma falsum, traditione maxime venerabili fundatum. » Postquam hæc retulit Barbeyracus, de suo addit : « Diu exspectabit auctor *Diarii* solutionem suæ difficultatis. »

Si quod unquam exstitit sophisma, sive quatuor ex terminis constans syllogismus; hic profecto exstat et manifeste deprehenditur. Falsa reperitur opinio, quam ad se unus aliquis scriptor ab apostolicis viris pervenisse dicit : ergo in suspicionem venire debet tota illa traditio et dogmatum complexio, quam apostoli a Christo acceptam toti Ecclesiæ, non privato alicui, prædicandam et omnibus sæculis conservandam commiserunt. Unus ex scriptoribus ecclesiasticis erravit et errorem aliis propinavit, dum nonnulla se accepisse ab apostolicis viris ait ; suspecta ergo universa Ecclesia, dum summo consensu declarat se ab apostolis accepisse doctrinam. Plures ecclesiastici scriptores minus belle ratiocinati sunt, dum unum aliquem antiquiorem sequuntur ducem in rebus obscuris et incertis : nulla ergo illis attribuenda auctoritas, dum in manifestis et certissimis pro universæ Ecclesiæ fide decertant.

Haud quidem facile veritas inveniretur, vel potius inveniri omnino non posset, si illam apostoli privatis hominibus commisissent, qui eam arbitrio suo, ut in sectis philosophorum, tractarent : at pretiosum illud depositum Ecclesiæ per totum orbem diffusæ tradiderunt. Illud autem depositum, de quo Ecclesia nec detrahi quidquam nec superaddi patitur, non ita semper omnibus suis partibus clarum et perspicuum est, quin difficiles oriantur interdum quæstiones, ac dogmata nonnulla ab his ipsis, qui totius traditionis servantissimi sunt, minus considerate lædantur. Hoc unum ergo quæri deberet, quibus notis dignoscatur propria cujusque scriptoris opinio ab his, quæ commissam Ecclesiæ traditionem prædicant. At hunc laborem ipsi nobis sancti Patres minuerunt.

1° Ipsam dogmatis summam sedulo discernunt sancti Patres ab iis, quæ aut ad explicanda Scripturæ obscuriora loca aut ad solvendas hæreticorum tricas et cavillationes disserunt. *Primogenitum omnis creaturæ* Filium Dei nunc ob naturam humanam, nunc ob divinam dictum existimant; Arianorum et Eunomianorum sophismata non semper uno et eodem modo ab omnibus solvuntur; de diei ignoratione nunc hoc, nunc illud dici patiuntur; modo nihil Christo affingatur, quod Deo indignum sit. Num difficile est in ejusmodi rebus ipsum dogma ab iis, quæ ad illius defensionem afferuntur, distinguere? Origenes, dum conjiciendo luxuriat, nescio quo pacto in Virgine Deipara, quæ cruci tam generose tamque constanter astitit, constantiam ac firmam Filio patiente fidem desiderat, homil. 27 *in Lucam*. Origenem imitatus Basilius, epist. 260, ac nonnulli alii, quos recenset Petavius, lib. XIV *De Incarn.*, c. 1. Quis non videt ejusmodi conjecturam eruditis scriptoribus, ut est hominum ingenium, aliud agentibus excidisse? Quinetiam in iis, quæ traditioni et Scripturæ maxime consentanea disserunt, si tamen res sint nondum ab omnibus cognitæ et dijudicatæ, non eamdem fiduciam præseferunt ac in rebus Ecclesiæ judicio firmatis. Consultus ab Honorato episcopo S. Augustinus, num episcopo et clericis fugere liceat, imminente obsidionis aut excidii periculo, regulas statuit in epist. 228, in quibus summa ipsius sapientia enitescit ; sed tamen sic desinit : « Hæc tibi, quia me consuluisti, frater dilectissime, qua existimavi veritate et certa charitate rescripsi, sed ne meliorem, si inveneris, sequaris sententiam non præscripsi. »

2° Qui tam difficile esse putant veras et falsas traditiones internoscere, horum iniquitas eo manifestior, quod ipsi scriptores ecclesiastici, si qua in re aberrent a vero, opinionis commentum longe aliter defendant ac catholicam traditionem defendere solent. Ut pauca de innumeris afferam exempla ; num Justinus Septuaginta interpretum eodem modo ac prophetarum inspirationem prædicat? Judæos in hoc tantum castigat, n. 68, 71, 72, quod elaboratam apud Ptolemæum interpretationem immutare et vituperare audeant ; minime vero, quod divinitus inspiratam non credant. Christianos esse negat eos, qui resurrectionem non credunt, *Dial.*, n. 80. At ibidem regni terrestris commentum sic defendit, ut puræ et integræ fidei testimonium adversariis tribuat. Profitetur quidem se et resurrectionem et regnum mille annorum agnoscere, *et si qui recte in omnibus sentiunt Christiani*, id est in iis etiam, quæ obscura et minime decisa. Nam alibi, nempe n. 39, catholicos fatetur totius doctrinæ a Christo traditæ retinentissimos esse. Quis nescit Cyprianum et Firmilianum in ea concertatione, quam cum Stephano habuerunt, sic propriam opinionem tenuisse, ut aliter sentire fas esse concederent, atque id unum arctissime defenderent, quod ab adversariis non negari quidem, sed tamen suspiciendo hæreticorum baptismate lædi et everti putabant, nempe Spiritum sanctum extra Ecclesiam haberi non posse?

3° Quoties hæreses prodiere, magnum semper veritati præsidium in antiquis Patribus positum fuit; nec eorum testimonio auctoritatem detraxit, si quid aliis in rebus aut minus vidissent, aut minus accurate disseruissent. Nonnulla in Origene S. Athanasius non probabat; sed tamen illius testimonium de Verbo consubstantiali, ut telum ineluctabile, in Arianos vibravit, tom. I, p. 232. S. Augustinus in re obscura ac nondum decisa non patitur sibi, Origenis, Didymi, Eusebii Emiseni, Theodori Heracleotæ et S. Joannis Chrysostomi testimoniis, legem imponi ac eam libertatem eripi, quæ in ejusmodi rebus concedenda est, ep. 82, n. 3 et 23. At in defendenda peccati originalis et gratiæ doctrina Pelagianos premit testimoniis Cypriani, Hilarii,

Digitized by Google

Gregorii et Ambrosii, eosque sic alloquitur : « Nos hæreticos vos antiqua catholica fides, quam modo oppugnare cœpistis, a præclarissimis, qui fuerunt ante nos, doctoribus prædicata demonstrat. » *Op. imperf.* lib. 1, n. 9. Neque ergo nixa unius aut alterius hominis testimonio traditio fundatam totius Ecclesiæ consensu traditionem debilitat, nec de eorum pondere, quæ ad catholicæ doctrinæ defensionem antiqui scriptores docuerunt, detrahere debet leve aliquod in rebus obscuris erratum, aut minus commoda difficilis Scripturæ loci interpretatio.

4° Si quid sancti Patres minus commode senserint aut dixerint, id neque hæreticis tradi debet, neque ab hæreticis jure arripi potest. Docuerat Cyprianus baptismum extra Ecclesiam validum non esse : idem senserunt Donatistæ et Cypriani nomen erroris sui propugnaculum esse voluerunt. Sed tamen S. martyris testimonium Augustinus eripere Donatistis non dubitat, et secundum *De baptismo* librum sic exordiitur : « Quantum pro nobis, inquit, hoc est pro pace catholica faciant ea, quæ tanquam ex auctoritate beati Cypriani adversus nos a parte Donati proferuntur, et quantum sint adversus eos a quibus proferuntur, adjuvante Domino, demonstrare proposui. » Si quis igitur spreto Ecclesiæ consensu id nunc defendere audeat, quod olim Justinus de regno mille annorum opinatus est, huic maxime adversabitur Justinus, cui tanto in pretio fuit Ecclesiæ auctoritas. Quidquid enim de Christianæ religionis ornamentis et donis prædicat, quidquid eum de distinctione novi et veteris testamenti, quidquid de nova illa creatione, quam a Christo accipimus, disserentem in secunda hujus præfationis parte vidimus, id Ecclesiæ catholicæ, exclusis omnibus sectis, proprium esse ducebat. Id ipse testatur in *Dialogo*, n. 116, ubi sic loquitur : « Nos qui per nomen Jesu instar unius hominis omnes in Creatorem universorum Deum credimus, per nomen primogeniti illius Filii sordidis vestibus, id est peccatis, exuti et per verbum vocationis inflammati, verum genus sacerdotale Dei sumus. » His autem verbis, *instar unius hominis*, unitatem Ecclesiæ catholicæ designari cum per se patet, tum ex aliis locis confirmari potest. Ait, n. 42, pravos homines postquam Christo submissi et dociles facti sunt, *omnes instar unius puelli factos esse*, ac addit : « Quale est etiam quod in corpore videre licet, cum multa membra numerentur, omnia unum sunt et vocantur corpus. » Eadem de causa, n. 63, Ecclesiam in psalmo XLIV sic compellari observat : *Audi, filia, et vide.* Adeo autem exploratum erat Justino nec unitatem Ecclesiæ rumpi posse, nec traditam ei veritatem ab errore superari, ut quæcunque oriantur sectæ, has catholicis non metuendi et hærendi, sed firmius et acrius in fide et unitate perstandi occasionem esse declaret. « Ex eo etiam, inquit *Dialog.* n. 35, quod ejusmodi exstent homines, qui se esse Christianos profiteantur, et Jesum, qui crucifixus est, Dominum et Christum confiteri, nec tamen illius doctrinam teneant, sed eam, quæ est a spiritibus erroris ; nos qui veræ ac puræ Jesu Christi doctrinæ discipuli sumus, firmiores in fide et constantiores simus in spe ab eo nuntiata. Quæ enim in suo nomine eventura prædixit, ea oculis et effectu ad exitum perducta cernimus. Dixit enim : *Multi venient in nomine meo*[32], etc. Et : *Erunt schismata et hæreses*[33]. » Nihil aliud ergo catholicis afferunt schismata et hæreses, nisi ut prædictiones Christi ad exitum perduci intelligant et in fide firmiores evadant. Quod si unitas aut veritas in Ecclesia deficere possent, nullus esset error, qui non Ecclesiæ doctrinam in discrimen adduceret ; nullum schisma, a quo non esset evertendæ unitatis periculum.

PRÆFATIONIS PARS III.

De gestis et scriptis Justini, Tatiani, Athenagoræ et Theophili Antiocheni.

CAPUT PRIMUM.

De Justini patria et ortu, institutione puerili et conversione.

I. S. Justinus in Palæstina gentilis natus. II. Circa annum 114 natum conjicimus. III. De ejus studiis ac magistris. IV. Mirabilis conversionis modus. V. Qua in urbe et quo anno conversus.

I. De plerisque S. Justini gestis et scriptis, cum tam multæ sint tamque discrepantes eruditorum sententiæ, facile intelligo me in lubrico et difficili loco versari. Quapropter totam rem sic administrare et pertractare conabor, ut nec asseveranter proponam quæ dubia et incerta sunt, nec quæ maxime probabilia levibus ratiunculis posthabeam. Si quid autem certi et explorati occurrat, id instar principii adhibendum erit, tum ad refellenda opinionum commenta, tum ad confirmanda, quæ minus belle in dubium vocata fuerant.

S. martyr initio majoris *Apologiæ* patriam appellat Flaviam Neapolim Syriæ Palæstinæ, ac patrem sibi Priscum fuisse, avum Bacchium testatur[34] : *Justinus Prisci filius, Bacchii nepos, Flaviæ Neapolis in Syria Palæstinæ civium.* Hæc civitas,

[32] Matth. XXIV, 5. [33] I Cor. XI, 19. [34] Antiq. lib. XI, c. 8.

Digitized by Google

quæ olim Sichem dicebatur, et, teste Josepho, caput Samariæ fuerat Alexandri Magni tempore, Flaviæ Neapolis nomen ac jus civitatis videtur accepisse a Flavio Vespasiano. Neque enim colonia illuc deducta est ab ejus filiis, cum jam Neapolis vocata fuerit paulo post excidium Hierosolymitanum, ut ex libris Josephi de bello Judaico sub hoc tempus scriptis perspicitur [35]. Unus ex his colonis fuit Bacchius, cujus nepos Justinus. Samaritanos populares suos appellat, non quod ullam partem eorum instituti attigisset, sed quod in hac urbe ex Græcis colonis natus esset. Ubique enim sese inter ethnicos ad Christum conversos numerat; incircumcisum se esse declarat in *Dialogo cum Tryphone*. « Ne dubitetis, inquit, num. 28, mihi homini incircumciso credere. » Hinc etiam in *Apolog.* 1, n. 53 : « Nos ipsos cernimus ex gentibus plures ac veriores esse Christianos, quam ex Judæis et Samaritanis. » Graviter ergo errasset Epiphanius, si Justinum a Samaritano instituto ad religionem Christianam conversum fuisse existimasset. Sed hanc ei opinionem immerito Scaliger et Petavius affinxerunt. Sic enim loquitur [36] : *Tatianus Justini philosophi sanctissimi ac religiosissimi viri consuetudine usus est, qui e Samaritanis ad Christi fidem transierat. Erat enim Justinus genere Samaritanus.* Numerat ergo Justinum inter Samaritanos, non quod eorum instituta sectatus esset, sed quia in hac gente natus erat. Quo sensu ipse Justinus Samaritanos vocat in *Dialogo*, n. 120, genus suum, et in *Apol.* 2, n. 15, gentem suam.

II. Quo anno natus sit Justinus conjicere possumus, non asseverare. Plurimum lucis afferret Epiphanius, si ejus verba aut nævis carerent, aut apte emendarentur. Sic autem loquitur in hæres. 46 : Οὗτος γὰρ ὁ Ἰουστῖνος Σαμαρείτης ἦν τὸ γένος, εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς, καὶ μεγάλως ἐξασκηθεὶς, ἀρετῆς τε βίον ἐνδειξάμενος, τὸ τέλος ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας τελείου στεφάνου καταξιοῦται ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων, ἐπὶ Ῥουστικοῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεστώτῃ ἡλικίᾳ. « Hic enim Justinus genere Samaritanus, cum in Christum credidisset, ac magnopere exercitatus et sanctiorem vitam professus esset, tandem pro Christo martyrio perfunctus, perfectam coronam adeptus est Romæ sub Rustico præfecto, Adriano imperante, firma et constanti ætate, anno videlicet tricesimo. » Duo hic occurrunt nævi : primus quod sub Adriano; alter quod anno ætatis tricesimo passus dicitur Justinus. Verisimile non est ut Justinum Epiphanius anno ætatis tricesimo passum opinatus sit, cum tot libros ab eo scriptos haud ignoraret, eumque non obscure indicet in sanctiore vita diu multumque exercitatum. Minus mirum quod illius martyrium sub Adriano collocet; non enim semper accuratus est in rebus chronologicis. Papebrochius duplicem nævum tollere conatur; postrema verba librariorum negligentia loco suo excidisse, et ad conversionem Justini non ad martyrium referri debere pronuntiat; pro eo autem quod interpretatur Petavius, *sub Rustico præfecto, Adriano imperante*, ipse sic reddit : *Consulibus Rustico et Adriano imperatore.* Unde hæc conflatur sententia : *Justinus cum in Christum credidisset sub consulatu Rustici et Adriani, annos natus triginta, ætate firma*, etc. Sequitur ex hac interpretandi et emendandi ratione Justinum anno 119, quo Adrianus et Rusticus consules fuerunt, annum ætatis tricesimum attigisse, ac proinde anno 89 in lucem editum fuisse.

Sed assentiri non possum Papebrochio. Hæc interpretatio, ἐπὶ Ῥουστικοῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, *sub cs. Rustico et Adriano imperatore*, penitus repugnat, quamvis Grabio et Dodwello vehementer probetur. Atque etiamsi quo exemplo firmari posset, nullum sane afferri possit, ut observat Tillemontius, in quo imperatori consuli collega præponatur. Multa alia concurrunt quæ Papebrochii opinionem minuant. Credibilius multo est Justini martyrium præfecti notatione consignatum fuisse, quam conversionem ex consulibus notatam. Eum certe sub Rustico præfecto passum ex Actis perspicimus; sub cs. Rustico et Adriano conversum nullibi legimus : denique illius conversio serius ponenda, si ducem Eusebium sequamur, quo profecto his in rebus tutiorem nullum habemus.

Igitur satius est fateri Epiphanium errasse, dum Justini martyrium sub Adriano collocat, quam illius verba absurde interpretari. Sanabilior videtur alter nævus; nec tamen necesse est hæc verba, *firma et constanti ætate, anno ætatis tricesimo*, altius transferre, quasi ad conversionem pertineant, et loco suo a librariis dejecta fuerint. Nihil sane prohibet, quominus Justinus ætate adhuc firma vitam pro Christo profudisse dicatur; neque huic Epiphanii testimonio quidquam inest incommodi : id tantum vitii occurrit in ejus verbis, quod Justinus anno ætatis tricesimo passus dicatur. At facile fuit librariis errare in notis numeralibus, et triginta pro quinquaginta ponere; cum præsertim litterarum Λ et Ν quæ his numeris designandis adhibentur, dissimilitudo oculos non valde attentos latere potuerit. Si ergo Justinus anno ætatis circiter 50 aut 54 passus est (neque enim hæc Epiphanius nimium stricte ad calculos revocabat) cum facile intelligemus, cur ætate firma et constanti passus dicatur, id est nondum senex, tum etiam quo anno natus sit, nimirum non multo post annum 114. Nam illius martyrium multa rationum momenta addicunt anno circiter 168.

III. Traduxit adolescentiam Justinus in litterarum studiis; ac poetis, oratoribus et historicis, ut

[35] Lib. v, c. 4. [36] Hæres. 46.

Digitized by Google

mos erat, operam dedit utilem aliquando ad ethnicos refellendos futuram. Rhetoricæ artis non valde studiosum fuisse dicas, si pleraque illius scripta consideres, in quibus veritatem non ille quidem sine nervis, nec sine summa vi ingenii defendit; at nulla prorsus orationis ornamenta ad illius defensionem adhibenda existimavit. Quid tamen in hoc genere posset, indicio est *Cohortatio ad Græcos*, quæ elegantiori, quam alia ejus opera, dicendi genere splendescit. At nullius disciplinæ vehementius quam philosophiæ studiis exarsit : et cum eximium amorem veritatis considero, quem periclitandis philosophorum sectis declaravit, divinam Providentiam admiror, quæ sic illius animum ad amandam veritatem inclinabat, ut cum eam frustra apud philosophos quæsiisset, gratuito Christi dono ad ipsius oculos affulgentem arriperet avide, constanter defenderet.

Primum philosophiæ magistrum habuit Stoicum quemdam, ac satis diu cum eo versatus est. Sed cum se nihilo plura de Deo scire animadverteret (nam nec sciebat ipse Stoicus, neque hanc scientiam necessariam putabat), ab eo discessit, seque ad alium contulit, quem Peripateticum dicebant, hominem, ut sibi ipse videbatur, peracutum. Sed eum paucis post diebus de mercede agentem missum fecit, ne philosophum quidem existimans. Non tamen deterritus, quod sibi in duobus magistris adeundis parum successisset, confugit ad celeberrimum Pythagoreum, hominem de sapientia valde gloriantem. Sed is hanc conditionem Justino tulit, ut antequam ad ipsius boni, ac ipsius pulchri considerationem assurgeret, musicæ, astronomiæ et geometriæ daret operam. Permolestum id accidit Justino, qui cum tempus in his disciplinis conterere nollet, Platonicos adiit, seque viro prudenti, *qui recens*, inquit, *in urbem nostram advenerat*, in disciplinam tradidit.

IV. Plurimum proficiebat in hoc instituto Justinus ; sed illius in contemplandis rebus incorporeis progressus eo redibant, ut sapiens sibi ipse videretur evasisse, ac præ stoliditate in spem videndi protinus Dei veniret. Non ei profecto magis Platonica decreta, quam aliorum philosophorum sectæ ad interioris corruptelæ cognitionem, ad vitiorum emendationem profuissent, nisi eum Christus ad saniorem philosophiam vocasset. Quomodo id contigerit ex initio *Dialogi*, quemadmodum et ea quæ modo narravi, cognoscimus.

Elatus idearum contemplatione Justinus, commentandi causa in agrum non remotum a mari profectus est ; cumque fugiens hominum vestigia ei loco propinquaret, ubi secum ipse sine interpellatione versaturus esset ; præter illius exspectationem contigit, ut eum modico intervallo assectaretur senex quidam, cujus in vultu comis residebat gravitas. Conversus Justinus substitit, ac in eum oculos acrius defixit. Tum senex : « Mene, inquit, cognoscis? » Negavit Justinus. « Quid me igitur, inquit senex, ita contemplaris? » Mirari se respondit Justinus, quod ibi potissimum sibi occurrisset, ubi se a nemine visum iri sperabat. « Sollicitus sum, inquit senex, de meorum nonnullis : hi peregre mihi abierunt ; quamobrem spectatum veni an sese mihi alicunde ostensuri sint. Tu vero quidnam hic rerum geris? » Postquam demonstravit Justinus se philosophiæ studiosum esse ac meditandi causa illuc venisse ; tum senex oblata occasione ea disserit, quæ ex eo audita retulit Justinus initio *Dialogi cum Tryphone*. Longius colloquium quam ut illud hoc loco referam. Satis est observare eximiam senis prudentiam, qui cum Justinum videret de philosophis inflatius sentientem, sic ejus animum pertractavit, ut primo illius scientiæ, de qua tantopere gloriabatur, inanitatem ostenderet ; deinde quibus ex fontibus haurienda sit veritas edoceret. Postquam enim Justinus nec Pythagoram nec Platonem ad veri cognitionem pervenisse cognovit, quæsivit ex sene quibus tandem magistris utendum sit, si verum ne isti quidem viderint. Quare senex præclarum dicendi campum ingressus, veritatem a prophetis petendam esse demonstrat, eosque laudat et commendat ab antiquitate qua philosophos longe superant, a Spiritu sancto quo afflante vaticinati sunt, ab eventu prædictarum rerum, a summa in edendis oraculis libertate et constantia, a miraculis quibus vaticinia sua confirmarunt, ab ipsa denique oraculorum sanctitate Deum mundi creatorem ejusque Christum unice celebrantium. Tandem discedens Justinum hortatur, ut hæc meditando persequatur, eorumque intelligentiam a Deo postulet ; a nemine enim perspici et intelligi posse, nisi cui Deus intelligere dederit et Christus ejus.

Non amplius vidit hunc senem Justinus, sed se ejus colloquio adductum fatetur, ut Christianæ philosophiæ nomen daret. « Hæc ille, inquit in *Dialogo*, et multa alia cum dixisset, quæ referre non est hujus temporis, abiens præcepit ut ea meditando persequerer ; neque illum amplius vidi. Mihi vero statim in anima ignis exarsit, meque amor prophetarum et Christi amicorum invasit. Cumque illius sermones apud animum proponerem, hanc solam reperiebam philosophiam, quæ quidem tuta et utilis foret. Ad hunc ego modum atque hac de causa philosophus. » Multa igitur alia disseruerat senex, quæ Justinus hoc loco referenda non judicat ; nec generatim et subobscure, ut existimat Tillemontius, de Christo locutus fuerat ; sed ad accuratam descenderat religionis expositionem, ita ut Justinus ei acceptum referre non dubitet, quod in *Dialogo* exquisitis rationibus demonstrat, non ab operibus legis, sed ab incarnati Filii Dei gratia salutem proficisci, *Dialog.* n. 23.

Suspicatus est Halloixius angelorum aliquem sub forma senis Justino visum fuisse. Id vero simillimum videri debere pronuntiat Tillemontius, si consideretur subitus ille et improvisus hominis occursus in loco nullis hominum vestigiis trito, colloquium

Digitized by Google

de rebus gravissimis, quod non tam casu oblatum, quam consilio susceptum et quæsitum videatur, optatissimus denique exitus colloquii, Justino a superstitione ad veram religionem, a philosophiæ admiratione ad Christi amorem traducto. Quod autem aiebat senex sollicitum se esse de suorum nonnullis, qui peregre abierant, designari existimat idem Tillemontius ministrorum a Deo missorum sollicitudinem, ut homines a Deo peregrinantes et fugitivos, ex variis semitis, in quibus errabundi vagantur, ad veritatem et ad patriam reducant. Illud profecto videri non debet incredibile, Justinum miraculo quodam ad religionis cognitionem pervenisse, cum his temporibus idem multis aliis evenerit.

Minime dubium est, quin Justinus illud in primis faciendum sibi duxerit, quod ei senex præceperat, ut se precibus ac meditandis Scripturis totum daret. Inflammatum illius animum alia res confirmavit, consideratio constantiæ Christianorum in cruciatibus perferendis; sive senex hoc religionis argumentum inter alia protulerit, sive ipse Justinus post senis discessum rem oculis suis spectaverit. « Nam et ipse ego, inquit in *Apologia* 2, n. 12, cum Platonis doctrina delectarer, ac de criminibus in Christianos conjectis audirem, eos autem ad mortem et ad ea omnia, quæ terribilia existimantur, impavidos viderem; fieri non posse intelligebam, ut in nequitia et voluptatum amore viverent. Quis enim libidinosus et intemperans, et humanæ carnis epulas in bonis numerans, mortem amplecti possit, ut bonis suis careat, ac non potius semper in hac vita versari et magistratus latere conetur, nedum se ipse morte damnandum deferat? »

V. Quanam in urbe Justinus, dum locum mari proximum petit, a philosophia ad Christum conversus sit, aut quo anno tanta illi felicitas obtigerit, non facile statuitur. Quod ait de magistro Platonico : *Qui recens in urbem nostram advenerat*, persuasit omnibus, quos quidem sciam de illius rebus pertractasse, eum in patria sua, id est Neapoli in Syria Palæstinæ studuisse philosophiæ et Christianam religionem amplexum esse. Sed cum deambulatio in loco mari proximo occasionem Justini conversioni dederit; cumque Flavia Neapolis in mediterraneo Palæstinæ sita, ut observat doctissimus abbas de Longuerue in dissert. ms. de Gestis Justini, ejusmodi deambulationibus careret; longe probabilius est Justinum in insignem aliquam urbem studiorum causa venisse, ibique factum esse Christianum. In *Cohortatione ad Græcos*, quod opus scripsit non multo post conversionem, meminit eorum quæ Alexandriæ viderat, nec improbabile est eum in hac urbe litterarum studiis operam dedisse.

Videtur ætatem virilem attigisse Justinus aut saltem ad eam prope accessisse, cum Christum cognovit. Jam enim multos in philosophia progressus habebat, et cum plures philosophorum sectas gustasset, studia sua in Platonica fixerat. Eum sub Adriano conversum fuisse testatur Zonaras : de hac conversione Eusebius sub eodem imperatore loquitur, satisque ea de re inter eruditos convenit. Quo autem Adriani anno id contigerit, non una est sententia.

Hunc eventum nonnulli, in his eruditus auctor dissertationis modo laudatæ, referunt ad persecutionem Adriani, id est ad an. 126. Sed eorum opinionem penitus evertit Eusebius, qui postquam de Antinoi consecratione locutus est, statim addit de Justino : Κατὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἰουστῖνος γνήσιος τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐραστὴς ἔτι τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἀσκούμενος ἐνδιέτριβε λόγοις. « Eodem tempore Justinus, veræ philosophiæ amator sincerissimus, adhuc in gentilium litteris exercebatur. » Diserte ergo pronuntiat Eusebius Justinum religioni Christianæ nomen non dedisse, antequam Antinoum Adrianus ordinibus deorum ascriberet. Antinoum anno 132 consecratum fuisse multis rationibus probat Tillemontius, not. 9 *in Adr.*; quamobrem Justini conversio, quæ hanc consecrationem subsecuta est, male collocatur ante annum 126.

Hoc testimonio adductus est Tillemontius, ut conversionem Justini usque ad annum 133 differret. Sed paulo amplius videtur differenda, nempe usque ad annum circiter 137. Nam Justinus nondum senex, ut supra diximus, pro Christo passus est, in quem ætate jam matura crediderat. Quare non tot anni inter conversionem et martyrium videntur numerandi, quot a Tillemontio numerantur, qui conversionem refert ad annum 133, martyrium ad annum 168. Præterea nullum exstat Justini monumentum, quod eum tam cito conversum probet. *Cohortatio ad Græcos*, quæ conversionis primordia redolet, post Adrianum collocanda, ut modo videbimus. Denique Eusebius ante de bello Judaico [36], quod circa annum 136 confectum est, quam de Justini conversione, loquitur; et postquam dixit Justinum eodem tempore gentilium disciplinis operam dedisse, quo Antinous consecratus; tum mentionem injicit de bello Judaico, *quod tunc temporis gestum fuisse dicit*, id est cum Justinus adhuc gentilium disciplinis detineretur.

Justini conversionem idcirco ante bellum Judaicum collocat Tillemontius, quia tunc suppetebat otium assidue commentandi, et quædam deambulandi libertas, quæ belli tumultibus ac omnium rerum perturbationi minime congruisset. Sed ut omittam Justinum Neapoli abfuisse, cum conversus est; certe Tillemontii ratio pariter valet, ut conversio post bellum differatur.

Qui Justinum in persecutione Adriani, id est ante annum 126, conversum fuisse volunt, hoc utuntur argumento, quod Justinus innocentiam

[36] Lib. IV, c. 8.

Digitized by Google

Christianorum agnovisse se dicat, *cum eos ad mortem et ad omnia quæ terribilia existimantur, impavidos videret.*

Sed 1° etsi persecutio resedit anno 126, fieri tamen potuit, quod sæpe alias factum est, ut præsides vel populi clamoribus adducti, vel odio Christianæ religionis incitati, in Christianos injussu imperatoris sævirent. 2° Etiamsi nullum prorsus exstitisset martyrium, cum Justinus conversus est, Christianorum constantiam in cruciatibus agnoscere et laudare potuit, non solum quia recens memoria eorum, quæ in persecutione passi fuerant, hanc eis laudem omnium judicio tribuebat; sed etiam quia in ipsa pace impavidum præ se animum ferebant, religionem illam profitentes, quæ gravissimis semper objecta erat procellis. Hinc Justinus in *Dialogo*, quem cum Judæis habuit pacis tempore, constantiam Christianorum in morte perferenda perpetuo laudat, nec futurum sperat ut hanc religionem principes aliquando vexare desinant, n. 30. Ipse Tryphon fateri cogitur, n. 15, mirabilem esse hanc Christianorum constantiam; quin etiam in eos jocatur, n. 7, quod Christi causa misere pereant. Mirum ergo videri non deberet, si Justinus pacis tempore hanc in Christianis virtutem agnovisset.

CAPUT II.

De Justini vivendi genere, sacerdotio et primis adversus gentiles scriptis.

I. Videtur Justinus asceta et presbyter fuisse. II. Asseruntur illi duæ adversus Græcos orationes. III. Quo tempore scripta *Cohortatio*. IV. Refellitur Casimirus Oudinus. V. Alia oratio minus belle Justino videtur attributa. VI. Liber *De monarchia* minime mutilus. Eusebii locus, qui mutilum esse persuaserat, nova interpretatione explicatur.

I. Postquam S. martyr Christianorum mysteriis initiatus est, non segnem operam posuit in evolvendis Scripturis sacris, et ea Christianæ doctrinæ cognitione comparanda, quæ non cuivis e Christianorum vulgo, sed homini erudito et ad religionis defensionem nato congrueret. Quantum habuerit usum Scripturæ sacræ, declarat illius cum Judæo Tryphone *Dialogus*, in quo et immensam propemodum testimoniorum silvam depromit, quam quidem memoriter in ipso congressu et colloquio necesse fuit recitari, et Scripturam ipsam sic interpretatur, ut Judaicam pertinaciam perfringat. Non desunt tamen qui sanctum martyrem in hoc genere parvi faciant, et Scripturæ intelligentiam in eo desiderent, propterea quod allegoricis interpretationibus nimium, ut ipsi existimant, indulgeat. Haud equidem negavero nonnulla apud Justinum occurrere, quæ longius tracta videantur; sed inter has umbras eminent atque enitescunt alia plurima, quæ mirifice comprobant, hominum doctissimorum judicio, id quod S. martyr grati animi causa testatur, *hanc gratiam sibi a Deo concessam esse, ut illius Scripturas intelligeret, Dialog.* n. 58.

Non minus vitæ sanctitate quam doctrina micuit Justinus. Non obscure indicant Epiphanii verba, μεγάλως ἐξασκηθείς, eum ex ascetarum numero fuisse, qui communibus Christianorum omnium præceptis propria quædam austerioris vitæ instituta adjungebant, ut testatur Origenes, lib. v *contra Celsum*. Cum Epiphanii testimonio satis consentit tota Justini vita, quæ in scribendo et docendo ac augendis Ecclesiæ utilitatibus consumpta civilibus undis mersari non potuit. Forte hujus vitæ austerioris insigne fuit pallium illud, quod Justinus gerebat. Illum enim annis post conversionem circiter viginti in Ephesini Xysti spatiis ambulantem ex hoc ornatu philosophum esse Trypho et alii Judæi judicarunt. Observat Tillemontius non insuetum fuisse pallium austeriorem vitam profitentibus, ut Tertulliano, ut martyri Porphyrio apud Eusebium *De mart. Palæst.*, cap. 11. Si quis tamen Justinum hoc indumento, ut philosophiæ signi usum esse velit; negat idem scriptor id posse reprehendi, ac Justini hac in re imitatorem profert magnum Heraclam, Alexandrinum patriarcham, qui philosophicum pallium cum Christi sacerdotio conjungebat. Idem ante Justinum a S. Aristide factum testatur Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*.

Presbyterum fuisse Justinum opinatur Tillemontius, propterea quod baptismi cæremonias sic describit, ut illius administrandi munus sustinuisse videatur. « Nos autem, inquit *Apol.* 1, n. 65, postquam eum, qui credidit et assensus est, sic abluimus, ad eos qui dicuntur fratres, in locum ubi congregati sunt, adducimus, communes preces animo intento facturi. » Erat ergo Justinus ex eorum numero qui baptizabant, et baptizatum deducebant ad locum ubi fratres congregati erant. Alio in loco recenset se inter principes populi Christiani, seque in hoc perfungendo munere a principibus populi Judaici longe discrepare profitetur. « Et nos igitur timore adducti, inquit *Dialog.* n. 82, sermones secundum Scripturas conferre studemus, minime autem pecuniæ aut gloriæ cupiditate, aut amore voluptatis. Nullum enim ex his est vitiis, cujus nos quisquam arguere possit. Neque enim similiter ac principes populi vestri vivere volumus, quibus Deus hoc probrum objicit: *Principes vestri socii furum, diligentes munera, persequentes retributionem.* » Sacerdotium Justini ex ejus Actis confirmari potest, ex quibus illud saltem colligitur ecclesiam in ea domo, in qua degebat, fuisse, nec eum, quandiu Romæ fuit, alium conventus locum obire solitum fuisse. Quærenti enim præfecto quem in locum Christiani convenirent, et suos Justinus discipulos congregaret, respondet Justinus se *nullum alium conventus locum* cognoscere præter domum in qua manebat. Videtur ipse præfectus sacerdotalem in Justino dignitatem agnoscere, dum ejus socios sic interrogat: *Christianos vos fecit Justinus?* Gratiam sacerdotii in Justino vacuam non fuisse declarant eximia in Ecclesiam merita, quam non solum et viva voce et scriptis pietatem spirantibus, ut multi

Digitized by Google

alii Patres, defendit et ornavit, sed etiam, id quod perpaucis contigit, molestissimo tempore afflictam et vastatam, ex summa rerum perturbatione, dum imperatorem oblata apologia placat, in portum tranquillitatemque pro sua parte restituit. Sed quia de plerisque illius operibus multæ magnæque sunt quæstiones, an genuinus sint illius fetus, an integra ad nos pervenerint, et quo tempore in lucem edita; operæ pretium est in his rebus, si qua ratione possim, explicandis et illustrandis immorari.

II. Præter duas *Apologias*, de quibus modo agemus, duæ aliæ exstant S. martyris adversus ethnicos elucubrationes, quarum altera eaque brevissima inscribitur *Oratio adversus Græcos;* altera multo longior, *Cohortatio ad Græcos.* Totidem Justino adversus ethnicos libri, præter duas *Apologias*, tribuuntur ab Eusebio, Hieronymo et Photio; sed utrum iidem hodie exstent, qui olim a veteribus commemorati sunt, examinandum. Sic loquitur Eusebius de his duobus libris : Καὶ ἄλλος ὁ πρὸς Ἕλληνας ἐν ᾧ μακρὸν περὶ πλείστων παρ' ἡμῖν τε καὶ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις ζητουμένων κατατείνας λόγον, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως, ἃ οὐδὲν ἂν ἐπείγοι τανῦν παρατίθεσθαι. Καὶ αὖθις ἕτερον πρὸς Ἕλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν Ἔλεγχον. « Est et alius ejus liber adversus gentiles, in quo postquam de plurimis quæstionibus, quæ tam a nostris, quam a gentilium philosophis agitari solent, uberrime disputavit, suam de natura dæmonum sententiam exponit, quam quidem hic inserere nihil necesse est. Alius præterea ejusdem liber adversus gentiles ad nos pervenit, quem ille *Confutationem* inscripsit. » Similiter Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis :* « Exstat ejus et aliud volumen contra gentes, ubi de dæmonum quoque natura disputat; et quartum adversus gentes, cui titulum prænotavit Ἔλεγχος. » Et Photius, cod. 125 : Τέσσαρας δὲ πραγματείας κατὰ τῶν ἐθνῶν συνέταξε.... ἐν δὲ τῇ τρίτῃ περὶ φύσεως δαιμόνων διείλεκται. Ὁ δὲ τέταρτος αὐτῷ λόγος ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν συγκείμενος, Ἔλεγχος ἐπιγραφὴν ἔχει. « Porro quatuor adversus gentes tractatus composuit.... in tertio de dæmonum natura disseruit. Quartus etiam contra gentes ab eo compositus inscribitur *Confutatio.* »

Ex duabus Justini adversus gentes orationibus, quæ ad nos pervenerunt, neutra inscribitur *Confutatio*, neutra disserit de natura dæmonum. Quæ brevior est, Eusebio nota aut saltem memorata non fuit : nam neque de natura dæmonum, neque de aliis quæstionibus ab Eusebio indicatis tractat. Deos gentilium acute exagitat; sed eorum opiniones data opera non confutat. Quare non est ille Ἔλεγχος ab Eusebio laudatus. Mirum autem non est, si illius diligentiam fugit, cum sit brevissima. Nemo illam abjudicat S. martyri; nec profecto videtur abjudicanda. Scriptam fuisse non multo post conversionem Justini conjicitur ex ipso primordio, quod sic habet : « Ne existimate, Græci, nulla me cum ratione aut nullo cum judicio a vestris ritibus descivisse. »

Quod autem spectat ad longiorem orationem, quæ nunc inscribitur, *Cohortatio ad Græcos*, eam et antiquis notam fuisse et in germanissimis Justini scriptis numerandam multis rationibus demonstratur. Nihil in illa quidem legitur de dæmonum natura, nihil de quæstionibus tam apud nostros, quam apud gentiles philosophos agitari solitis. Quare eadem esse non potest ac illa pertractatio, quæ de dæmonum natura disserebat. At nihil vetat eamdem prorsus esse ac eam, quæ *Elenchus* sive *Confutatio* inscribebatur. Præterquam quod librorum tituli tot mutationes librariorum licentia experti sunt, ut ex tituli varietate nihil concludi possit; certe ex rebus in hac oratione pertractatis perspicitur eam optime inscribi potuisse *Elenchum* sive *Confutationem.* Nihil enim aliud agit, nisi ut gentiles domesticis argumentis profliget, et ex eorum scriptoribus inanitatem et insaniam ethnicæ superstitionis, antiquitatem veræ religionis demonstret. Nemo non videt quam apte congruat huic disserendi rationi *Elenchi* sive *Confutationis* titulus. Hinc cum Stephanus Gobarus Tritheita, qui sæculo sexto scribebat, unam aliquam S. martyris sententiam citasset, quæ in hac oratione legitur, eaque mirum in modum abuteretur, refellit eum Photius[86**] ex proposito S. Justini, quem hoc loco *Elenchum* sive *Confutationem* Platonis, *Elenchum* ethnicorum aggredi demonstrat. Videtur ergo hæc ipsa esse oratio quam antiqui *Elenchum* appellant, et quarto loco inter Justini contra ethnicos scripta commemorant.

Testis autem est Stephanus ille Gobarus hanc orationem sexto sæculo inter genuina S. martyris opera numeratam fuisse. Sed quod rem causamque maxime continet, ipsa oratio non pauca suppeditat ex quibus parentem Justinum agnoscas. Scripta est ab homine ab ethnicorum superstitionibus ad Christianam religionem converso; objicit enim ethnicis, quæ prius didicerat, cum inter eos versaretur. « Consentaneum arbitror, inquit n. 11, quæ prius apud vos his de rebus audivi, ea nunc in tempore contra vos depromere. » Quod autem de Moyse et prophetis dictum legitur in Langi interpretatione, n. 1 : *Majores nostri divini homines*, persuadere nonnullis posset auctorem hujus orationis ortum ex Judæis esse. Sed Græca verba οἱ ἡμέτεροι κατὰ Θεὸν πρόγονοι, sic reddi debent : *Nostri in rebus divinis majores;* quibus ex verbis perspicitur prophetas non idcirco ab hoc scriptore sic appellari, quod ex eorum gente ortus esset, sed quod religionis nostræ, ut ipse n. 10 testatur, magistri fuerint.

[86**] Cod. 232.

Digitized by Google

Pariter in Justinum optime convenit, quod auctor hujus operis vidisse se narrat Alexandriæ vestigia cellularum, in quibus Septuaginta interpretes elaborasse ferebantur, et Cumis in Campania sacellum Sibyllæ. Cum natus esset in Palæstina Justinus ac præterea studiorum causa, ut vidimus, peregrinatus sit, perfacile potuit Alexandriam proficisci, nec difficilius Cumas invisere, cum Romam peteret. Quod autem in tota oratione demonstrat veritatis cognitionem non ab ethnicis scriptoribus, sed a prophetis petendam esse; an quidquam Justino magis congruat, qui ad religionem Christianam conversus fuerat, cum eadem ex sene subito occurrente audiisset?

Stylum si quis consideret attentius, omnino cum aliis Justini operibus consentire fatebitur, ut observat Bullus probante Tillemontio. Inest tamen huic orationi quidam nitor, quem in aliis Justini scriptis desideres. Sed quid mirum, si Justinus, qui hanc orationem non multo post conversionem scripsit, expolitius dicendi genus in his primordiis persecutus est? Deinde vero idem illi propositum non fuit in hoc opere ac in *Apologiis*, quas obtulit imperatoribus. Hic leniter disputat cum ethnicis, et ea pertractat, quæ sermonis concinnitati locum dabant. *Apologiæ* autem non mansueta disputatione, sed acerrimis querelis continentur; nec Justinus in illo dolore, quem ex molestissimo Ecclesiæ tempore capiebat, valde laborabat, quam eleganter et ornate diceret.

III. Ex hac autem disserendi ratione existimare licet quo tempore scripta fuerit oratio. Videtur nulla tunc sæviisse persecutio. Neque enim, si quotidie fusus fuisset Christianorum sanguis, otium aut voluntas fuisset S. martyri de Platonis et Aristotelis dissensione, ac de aliis ejusmodi rebus tam copiose disserendi, et antiquitatis laudem ethnicis scriptoribus præripiendi, nulla interim de Christianorum suppliciis facta mentione. Verisimile ergo est hanc orationem scriptam fuisse primis Antonini annis, antequam persecutio, quæ sub hoc imperatore Ecclesiam afflixit, acriora Justini studia ad religionis defensionem excitaret. Illud certe vix dubitari possit, ante *Apologias* hoc opus elucubratum esse, quod quædam potius adversus ethnicos velitatio, quam plena religionis defensio esse videtur, et satis quidem scite profanam eruditionem ad ethnicos refellendos convertit, at in explicandis religionis Christianæ principiis non immoratur. Cur autem illud ad Antonini potius quam ad Adriani tempora referam, hoc utor argumento, quod citentur in eo Sibyllini versus. Quod enim legitur, n. 38, Sibyllæ libros toto orbe servari, eamque *de futuro Salvatoris adventu et de omnibus rebus quas gesturus erat, clare et aperte prænuntiare*, his verbis Sibyllini, quales hodie exstant, libri indicantur, in quibus tam aperta est rerum a Christo gerendarum prædictio, ut eam ex eventis fictam fuisse vix quisquam hodie non fateatur. Sed cum pluribus locis versuum Sibyllinorum, præsertim vero lib. VIII, M. Antoninus, qui ab Adriano adoptatus est anno 138, et M. Aurelius et Lucius Verus eodem anno ab Antonino adoptati, ut Adriani successores designentur; liquet hos libros ante annum 138, qui postremus fuit Adriani, fabricatos non fuisse; ac proinde elucubrationem Justini, in qua hi libri toto orbe asservari dicuntur, ad Antonini potius quam ad Adriani imperium esse referendam.

Romæ scriptum est hoc opus, siquidem Justinus Italiam peragraverat, ac proinde Romam venerat. At S. martyr postquam Romam advenit, semel tantum ex hac urbe egressus est, ut modo videbimus, idque post primam *Apologiam*, quæ hoc opere posterior est.

IV. Nec criticorum omnium consensus, nec tot notæ quibus Justinus hujus orationis parens dignoscitur, Casimirum Oudinum deterruerunt, quominus in suo *De scriptoribus ecclesiasticis* commentario suppositum S. martyri pronuntiaret. Quinque rationibus nititur [36****], de quibus judicium erit eruditi lectoris. 1° Negat in Justinum ex parentibus ethnicis natum convenire, quod ait auctor hujus orationis se *divinorum majorum sacra et pietatem sequi*. At Oudinum decepit minus accurata Langi, ut jam observavimus, interpretatio.

2° Observat Justinum in *Dialogo* Judæis objicere, quod interpretationem Septuaginta rejiciant, eamque corruperint; auctorem vero *Paræneticæ orationis* statuere *versionem Septuaginta interpretum incorrupte in Judæorum synagogis asservatam, a Judæis agnitam fuisse, et contra adversarios quoscunque adhibitam*. Sed annon fieri potuit ut Justinus, cum hanc orationem scriberet, nondum quidquam audiisset de Judæorum facinore? Quinetiam verisimile est nondum Judæos dedisse materiam criminationibus quibus eos in *Dialogo* premit Justinus: ibi enim, n. 73, recens esse eorum facinus declarat.

Non majoris ponderis tertia et quarta ratio. Sumit argumenti loco quod Justinus in *Apologia* lectionem Hystaspis et Sibyllarum et prophetarum capitali supplicio interdictam queritur, quod Platonem in omnibus operibus laudat impendio; contra auctor *Paræneticæ orationis* Platonem floccifacit et insectatur, ac non modo libros Sibyllinos per totum orbem sparsos esse testatur, sed etiam facile esse illis, qui sacras Scripturas legere nollent, ex Sibyllæ carmine primordia nostræ religionis addiscere. Unde etiam omnes ibidem ad illorum lectionem hortatur.

Vereor ne otio abuti videar, dum ejusmodi ratiunculas refello. Justinus ut in aliis operibus, ita etiam in hac oratione laudat in Platone nonnullarum sententiarum cum Moysis doctrina similitudi-

[36****] Cohort., t. I, p. 187

Digitized by Google

nem. Sed quod ait in *Cohortatione* Platonem secum pugnare nec belle accepisse, quæ ex Moysisfontibus hauserat, idem docet in *Apol.* n. 8 et 60. Quinetiam fatetur initio *Dialogi*, nihil Platonem, nihil Pythagoram vidisse in iis rebus, de quibus tunc Justinus cum sene disputabat. De Sibyllinis libris mirifice consentit *Cohortatio* cum *Apologia*. In prima enim Justinus hos libros toto orbe servari, a Christianis videlicet; in *Apologia* autem constanter a Christianis legi testatur.

Quinto denique loco sic ratiocinatur: « Observant Tatianus, Eusebius, Hieronymus et Photius Justinum in *Oratione parænetica* ad gentiles de dæmonum natura disseruisse; cujus tamen argumenti nulla in hoc sermone vestigia exstant. »

Citat Tatianus unum aliquod Justini de dæmonibus dictum; at sumptum esse ex *Parænetica oratione* non dicit. Neque etiam Eusebius, Hieronymus et Photius, cum Justinum de natura dæmonum disseruisse dicerent, de ea, quæ nunc in manibus est, oratione loquebantur, sed de alia, de qua nunc paucis agendum nobis est.

V. Oratio illa, in qua Justinum Eusebius de natura dæmonum disputare testatur et de pluribus rebus tum apud nos, tum apud gentiles philosophos agitari solitis, nihil aliud videtur esse, quam liber *De universo*, quem Photius Caio quidem presbytero proprium tradit, sed tamen Justino ab aliis, Irenæo et Josepho a nonnullis tribui fatetur. 1° Liber ille *De universo*, itidem ut *Oratio*, quam Eusebius Justino tribuit, contra Græcos scriptus erat, ut patet ex fragmento quod in notis Hœschelii sic incipit: Ἰωσήπου ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας. « Ex Josephi in Græcos oratione, quæ inscribitur contra Platonem de universi causa. » 2° Auctor libri *De universo* disserebat de natura dæmonum, ut patet ex initio fragmenti Hœscheliani: Καὶ οὕτως μὲν ὁ περὶ δαιμόνων τόπος, « Atque hic quidem de dæmonibus locus, » id est hactenus de dæmonibus pertractatum. 3° De variis etiam quæstionibus tum apud nos, tum apud philosophos poni solitis disputabat, velut de animæ natura, de animarum post mortem sede et statu, idque patet tum ex his, quæ refert Photius cod. 48, tum ex fragmento Hœscheliano. Continebat ergo liber ille *De universo* quidquid Eusebius in ea oratione, quam Justino attribuit, animadverterat: et cum liber ille Justini nomen in nonnullis exemplaribus haberet, Eusebius, ut verisimile est, viso aliquo ejusmodi exemplari deceptus est, ac Hieronymo et Photio persuasit opus aliquod a Justino scriptum esse contra gentiles, in quo de natura dæmonum disserebat.

VI. Post duas in Græcos orationes recensetur ab Eusebio, Hieronymo et Photio liber *De monarchia*, sive *De singularitate Dei*, de quo libro non levis est inter recentiores controversia, quamvis nulla sit inter antiquos. Hunc libellum Scultetus inter dubios numerat. Natalis Alexander Justino ab eruditis existimat abjudicari; Tillemontius, quem plerique alii secuti sunt, aut alium prorsus ab eo esse, quem Eusebius ex sacris et profanis testimoniis constare declarat, aut si idem sit, saltem illam partem, quæ Scripturæ testimonia referebat, totam periisse, cum nullum illius exstet vestigium. Satis lepide Halloixius Eusebium in hoc libro Scripturæ testimonia non vidisse, sed videre se putasse suspicatur.

Quamvis Eusebius eruditos viros in hanc varietatem sententiarum conjecerit; si tamen illius verba, ut par est, interpretemur, totum hunc librum Justino vindicat, nec illius integritatem in dubium venire patitur. Sic loquitur lib. IV, cap. 18: Παρὰ τούτους ἄλλος περὶ θεοῦ μοναρχίας· ἦν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν Γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων. Sic reddidit Valesius: « Præter hos libros est etiam alius *De monarchia Dei*, quam quidem non solum auctoritate sacrorum apud nos voluminum, sed gentilium etiam scriptorum testimoniis asserit. » Sed sic interpretandum esse multis rationibus et exemplis adductus contendo: « Præter hos libros, est etiam alius *De monarchia Dei*, quam quidem non modo non ex sacris apud nos Scripturis, sed etiam ex ipsis gentilium libris asserit. »

1° Sententia in hac interpretatione præclarior quam in prima. Laudat enim Eusebius singulare aliquid ac minime quotidianum. Quod si gentiles Justinus Scripturæ et profanorum scriptorum auctoritate oppugnasset, nihil fecisset quod valde miraremur, nihil præter suam et aliorum consuetudinem. Sed si omissa Scriptura, suis gentiles armis ab eo profligati, in hoc victoriæ fiducia et operis novitas merito laudabuntur.

2° Observarunt doctissimi grammatici sæpe apud veteres *non modo* idem valere ac *non modo non*, ut in hoc exemplo ex Ciceronis lib. II *De officiis*: « Ili simul ac juvenes esse cœperunt, magna spectare et ad ea rectis studiis debent contendere. Quod eo firmiore animo facient, quia non modo invidetur illi ætati, verum etiam favetur. » Alia ejusmodi exempla colligit Muretus *Var. lect.*, lib. X, cap. 7. Hæc autem Latinos de Græcis verisimile est sumpsisse, apud quos constat οὐχ οἷον idem valere ac *non modo non*. Sed quia fortasse non deerunt qui in animum non facile inducant οὐ μόνον apud Græcos interdum idem sonare ac οὐ μόνον οὐ, videtur exemplorum appositione res illustranda. Huic Eusebii loco gemellus occurrit apud ipsum Justinum in *Cohort.*, n. 9, ubi antiquitatem Moysis demonstrare instituens sic loquitur: Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν θείων καὶ παρ' ἡμῖν ἱστοριῶν μόνον ταῦτα ἀποδεῖξαι πειρῶμαι.... Ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων καὶ μηδὲν τῇ ἡμετέρᾳ θρησκείᾳ διαφερουσῶν ἱστοριῶν. Cum Justinus antiquitatem Moysis non ex sacris scriptoribus, sed ex profanis demonstret, illius verba sic reddere non dubitavi: « Nam non modo hæc ex divinis apud nos historiis demonstrare non aggre-

Digitized by Google

dior, sed etiam ex vestris et ad religionem nostram nihil pertinentibus. » Cur Eusebium in re et verbis simillimis eodem modo interpretari dubitemus? Si Scripturæ testimonia in libro *De monarchia* desideremus, similis fingenda erit lacuna in *Cohortatione ad Græcos;* quod opus mancum et imperfectum esse nemo dixerit.

In *Dialogo* S. Justini, num. 17, legendum esse οὐ μόνον μετενοήσατε, pro οὐ μόνον οὐ, probant vetustissimi codices *Historiæ* Eusebii, qui hunc Justini locum citavit lib. IV, cap. 18. Athenagoras, *Legat.* n. 1, de Christianis sic loquitur: Οὐ μόνον τὸ ἀντιπαίειν, οὐδὲ μὴν δικάζεσθαι τοῖς ἄγουσι καὶ ἁρπάζουσιν ἡμᾶς, μεμαθηκότες· ἀλλὰ, τοῖς μὲν, κἂν κατὰ κόρρης προπηλακίζωσι, καὶ τὸ ἕτερον παίειν παρέχειν τῆς κεφαλῆς· τοῖς δὲ, εἰ τὸν χιτῶνα ἀφαίρωντο, ἐπιδιδόναι καὶ τὸ ἱμάτιον. « Qui non modo non repercutere, nec invadentibus et rapientibus diem dicere, sed istis, etiamsi colaphum inflixerint, alteram capitis partem percutiendam præbere; his autem, si tunicam abstulerint, pallium superaddere didicimus. » Tatianus, n. 36: Πλὴν Ὅμηρος ἔστω μὴ μόνον ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτὸν ὑπειλήφθω τὸν τοῦ πολέμου καιρόν. « Sit sane Homerus non modo non junior Iliacis rebus, sed ipsi bello æqualis. » S. Cyprianus acceptam a S. Firmiliano epistolam, quæ est inter *Cyprianicas* 75, nemini Latine reddendam commisit, sed ipse hunc laborem, ut ex stylo perspici potest, suscepit. Hellenismos autem non paucos fidus interpres retinuit, ex quibus unum ad id, quod in manibus est, maxime idoneum apponam. Sic loquitur de angelis S. Firmilianus: « Utique contristantur, quando vident diversas quorumdam mentes et scissas voluntates, quasi non tantum unum et eumdem Dominum simul invocent, sed separatis et divisis ab invicem nec confabulatio jam possit esse, nec sermo communis. » Sensus est: *Ita ut non modo non unum et eumdem Dominum simul invocent*, sed, etc. Videtur in Græco contextu fuisse, ὡς οὐ μόνον.

3° Neque in exordio neque in clausula consilium aut voluntas ulla deprehenditur objiciendæ ethnicis sacræ Scripturæ. Quinetiam libellum sic S. martyr orditur, ut se *argumentis omnino usurum* promittat *ex vetusta Græcorum historiæ poesi repetitis:* sic perorat ut Græcos adhortetur, ad complectendum *verum illud et immutabile nomen non sua solum voce prædicatum, sed etiam eorum qui in prima litterarum elementa introducunt.* Quid mirum ergo si hoc opusculum ex versibus, quos vetusta Græcorum historia, id est vetustæ Græcorum litteræ suppeditarunt, totum est intertextum, nec quidquam delibat de sanctis Scripturis?

CAPUT III.

De Justini veritatis propagandæ studio ejusque adversus hæreticos scriptis.

I. Justinus Romæ occupatur in docendo. II. Amore veritatis incensus est. III. Scribit contra Marcionem et adversus omnes hæreses. IV. De operibus deperditis. V. De epistola ad Diognetum.

I. Cum temporis spatium, ut jam diximus, non modicum a Justini *Cohortatione* usque ad primam *Apologiam* effluxerit, totum illud tempus Romæ traduxit, et in docendo ac scribendo insumpsit. Unde Eusebius de S. martyre *Hist.* lib. IV, cap. 11: Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. « Nam in urbe Roma domicilium habebat. » Ubinam cubaret, et quid domi ageret, ex ipsius *martyrii Actis* discimus. « Ego, inquit, prope domum Martini cujusdam ad balneum cognomento Timiotinum hactenus mansi. Veni autem in urbem Romam secundo. Neque alium quempiam conventus locum, nisi quem dixi, cognosco; ac si quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam. » Unus ex illis, qui cum Justino passi sunt, Evelpistus nomine, testatur se *Justini sermones magna cum voluptate audivisse.* Ipsi etiam præfecto notum erat Justini studium in discipulis edocendis. Quærit enim *quem in locum conveniant et discipulos suos congreget Justinus.* Deinde conversus ad illius confessionis et martyrii socios: *An*, inquit, *Christianos vos fecit Justinus?*

II. Hoc munus S. martyr, ut a Deo commissum, tanto animi ardore, tanta observatione et diligentia gerebat, ut grandis peccati reum se in judicio futurum putaret, si quam docendi oblatam occasionem prætermisisset, si ipsius culpa contigisset, ut veritatis luce aliquis careret. Hanc illius animo sententiam insedisse perspicimus ex pluribus locis. « Nostrum igitur munus est, inquit *Apol.* 1, n. 3, ut vitæ et doctrinæ nostræ inspiciendæ copiam omnibus faciamus, ne pro iis, qui res nostras sibi videntur ignorare, pœnam eorum, quæ cæcutientes peccaverint, ipsi debeamus. » Perspectum sibi et exploratum esse dicit *Dialog.* n. 82: *Quicunque verum possit dicere nec dicat, eum a Deo judicatum iri.* Vid. num. 38 et 44. Sic loquitur n. 58: « Scripturas vobis referam, nec apparatum verborum ad solam artem ostentare volo; neque enim est mihi ejusmodi facultas; sed tantum gratia mihi a Deo concessa, ut ejus Scripturas intelligam: cujus gratiæ omnes adhortor ut gratis et copiose participes fiant, ne vel hac de causa condemner in judicio. » Latissime nimirum patebat Justini charitas: semper paratus ad docendum erat, sperans inter eos quos alloquebatur aliquem ex electorum numero inventum iri; et quod ei contigit Ephesi cum Judæis disputanti, ut per biduum eorum in contradicendo et iis, quæ prius concesserant, negandis pertinaciam ferret, eadem se lenitate et patientia *in omnes omnino ex omni hominum genere* uti declarat, n. 64. Ut Justini patientiam et charitatem

Digitized by Google

nulla hominum importunitas retardabat, ita constantiam et animi fortitudinem nulla pericula infringebant: quod quidem satis declarant oblatæ palam et aperte, ut modo videbimus, molestissimis temporibus *Apologiæ*. Præclare seipsum depingit his verbis, *Dialog.* n. 128: « Atque hæc quidem dixi, quia ita sum affectus animo, ut nihil prorsus dixerim, in quo aliud curem, quam ut verum dicam, neminem reveriturus, etiamsi e vestigio discerpi a vobis oporteat. »

III. Non Judæis solis atque ethnicis operam suam dicaverat Justinus, sed illius laborum magna pars hæretici fuerunt. Hos non solum colloquiis ab errore retrahere conabatur, ut ipse testatur *Dialog.* n. 84, sed etiam eruditis scriptis omnes hæreses confutavit, ac singulari opere aggressus est Marcionem, qui, Justino Romæ degente ac totum se augendis Ecclesiæ utilitatibus tradente, hæresim suam architectatus est circa annum 145. S. Irenæus ex Justini *adversus Marcionem* libro testimonium citat quod apposuimus in Appendice. Hoc opus vocatur ab Hieronymo, *contra Marcionem insignia volumina;* a Photio, cod. 125, ἀναγκαῖοι λόγοι. Hanc autem elucubrationem Justinus perfecerat, cum *Apologiam* primam obtulit imperatori; idque non obscure declarat Eusebius, qui de Justino sic loquitur lib IV, cap. 11: Ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος σύγγραμμα μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συνέταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τἀνδρός. « Qui quidem cum etiam opus adversus Marcionem scripsisset, meminit hominis, ut adhuc inter vivos exstantis cum scriberet. » Tum profert Eusebius illud Justini ex 1 *Apol.*, n. 26: « Præterea Marcionem quemdam Ponticum novimus, qui etiamnum superest. » Priora illa verba, ὃς δὴ καὶ γράψας, sic reddidit Valesius: *Qui in libro adversus Marcionem*, etc., neque aliter ea intellexit Nicephorus, qui testimonium Justini ab Eusebio citatum ex libro *contra Marcionem* depromptum esse putat. Unde alii Eusebio memoriam effluxisse, alii Justinum eadem de Marcione et in *Apologia* et in libro *adversus Marcionem* dixisse conjiciunt. Sed Eusebius librum, ex quo illud testimonium deprompsit, manifeste distinguit ab opere adversus Marcionem. Illud enim, ὃς δὴ καὶ γράψας, non idem valet ac *scribens*, sed idem ac: *Qui cum etiam scripsisset opus adversus Marcionem*, vel, *postquam etiam opus scripsit adversus Marcionem:* ac proinde duo Justini opera hic distinguit Eusebius; alterum *contra Marcionem*, alterum in quo Justinus de illo, ut adhuc exstante, loquebatur. Ipsa illa verba, *Præterea Marcionem quemdam novimus*, hominis sunt Marcionem non toto libro refellentis, sed obiter notantis. Quod autem addit Eusebius Justinum paucis interjectis subjungere: *Est etiam liber a nobis compositus adversus omnes, quæ unquam fuerunt, hæreses, quem librum vobis, si ita videbitur, legendum trademus*, inde manifestum est ab Eusebio indicari opus, in quo imperatores alloquebatur Justinus. Illud opus adversus hæreses utrum ante librum *adversus Marcionem* scriptum necne fuerit, statuere non possum; sed certe utrumque opus *Apologiis* antiquius.

IV. Aliud Justini opus recenset Eusebius, de quo sic loquitur: Καὶ ἄλλο σχολικὸν περὶ ψυχῆς, ἐν ᾧ διαφόρους πεύσεις προτείνας κατὰ τοῦ περὶ τὴν ὑπόθεσιν προβλήματος, τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων παρατίθεται τὰς δόξας· αἷς καὶ ἀντιλέξειν ὑπισχνεῖται, τήν τε αὐτὸς αὐτοῦ δόξαν ἐν ἑτέρῳ παραθήσεσθαι συγγράμματι. « Alius item excerptorum liber de anima, in qua propositis variis interrogationibus, quæ ad illud argumentum pertinent, gentilium philosophorum affert sententias: quibus etiam se contradicturum, suamque de his sententiam in alio opere prolaturum esse pollicetur. » Utrum promissis steterit Justinus nec certiores nos facit Eusebius, nec ipse videtur perspectum habuisse. Incertus hæreo utrum hoc opus in primordiis conversionis an sub vitæ finem elucubratum putem. Utrumque enim illud tempus Justini adversus philosophos disputationibus insigne exstitit. Non incommode ad initia referretur hic liber, qui videtur levis potius contra philosophos exercitatio fuisse, quam opus e media religione repetitum. Sed quia postquam Justinus Romam rediit, gravissimum cum philosophis bellum habuit; forte eo tempore hoc opus composuit, illudque mors absolvere prohibuit.

Ante hunc librum recensetur ab Eusebio *Psalter*, alia Justini elucubratio, de qua nihil videtur statui posse. De suppositis nomini Justini operibus, quæ in Appendicem rejecta sunt, præfixa unicuique admonitio quid sentiam exponit. Sed Eusebii tempore multa genuina exstabant, quæ nec ab Eusebio recensentur, neque ad nos pervenerunt. Sic enim loquitur: Πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ πόνων. « Exstant et alia plurima apud multos fratres illius laboris monumenta. » In his nec Apocalypsis explicationem numerandam duxerim (hanc enim Justinus et Irenæus interpretati dicuntur, quia nonnulla loca occasione data explanarunt), nec commentarium *in Hexaemeron*, nec librum *De resurrectione*, de quibus in Appendicis secunda parte egimus, nec citatum a S. Maximo, tom. II, pag. 154, *Tractatum de Providentia et fide adversus Euphrasium sophistam.*

V. At idem dici non potest de præstantissima ad Diognetum epistola, quam Justino tribuunt eruditi non pauci, aliis refragantibus et styli ac temporum discrimen objicientibus. Equidem etsi nemini concedo, qui magis aveat Justini nomini decus hoc eximio opere addere, non ei tam asseveranter illud tribuerim, quam alia opera, quæ et ab antiquis memorata sunt, et sua sponte plurimas parentis sui notas referunt. Neque etiam illis assentiar qui hanc epistolam Justino, ut ætati apostolicæ propiorem, penitus abjudicant. Si styli dissimilitudo excipiatur, cætera satis congruent, et sententiæ et tempus.

Non solum epistolæ ad Diognetum idem fere est exordium ac *Cohortationis ad Græcos*, sed etiam

Digitized by Google

nonnulla alia occurrunt num. 6 et 7, quibus similia indicavimus Justini loca.

Tillemontium, qui primus hanc epistolam Justino abjudicavit, in hanc sententiam adduxerunt præter styli dissimilitudinem, nonnullæ ætatis Justino superioris notæ, velut illa Diogneti quæstio, n. 1 : *Cur novum hoc genus aut institutum* Christianorum *in consuetudinem venire nunc cœperit ac non prius :* deinde etiam quod existimare Judæi dicuntur, n. 3, *se per sanguinem et nidorem et holocausta facere Deo sacrificia et his eum honoribus ornare :* ipse denique *apostolorum discipuli* titulus, quem sibi auctor epistolæ sumit, n. 11.

Non difficilia sunt ad solvendum quæ vir doctissimus objicit, ut hanc epistolam Justino antiquiorem esse probet. Cur enim Justini ævo religio Christiana non admodum recens videretur, cum Tertullianus dixerit, *Hesterni sumus* (*Apol.* cap. 37)? Justinus ipse in *Apol.* 1, n. 63, eadem loquendi ratione utitur. Ait enim *Jesum Christum, cum antea Verbum esset, ac modo in specie ignis, modo in imagine incorporea visus esset :* « nunc voluntate Patris pro hominum genere hominem factum, » νῦν δὲ διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος.

Sacrificia quidem Judæi offerre desierunt post urbis et templi anno 70 excidia. Sed tamen cum auctor epistolæ quid intersit Judæos inter et Christianos exponat, non immerito in Judæis aspernatur cruenta illa animalium sacrificia, quæ et Judaici cultus pars erant insignis, et sibi per vim erepta Judæi, si minus usu, saltem animo et voluntate retinebant. Pluribus aliis contigit Judæos eodem modo exagitare. S. Phileas martyr de Judæis sic loquitur, *Act. mart.*, p. 444 : « Solis Judæis præceptum fuerat sacrificare Deo soli in Hierosolyma. Nunc autem peccant Judæi in locis aliis solemnia sua celebrantes. » Eusebius in psalm. LXV, n. 15, Judæorum irridet ineptas fabulas, *Deum scilicet holocaustis, thymiamatis sensum moventibus, aut arietum, boum et hircorum sanguine delectari.* Julianus apud S. Cyrillum Alex., lib. IX, p. 305, quærit cur Christiani non saltem Deo sacrificent. Contendit Judæos etiamnum sacrificare in domibus suis et precari antequam sacrificent, et dextrum armum primitias dare sacerdotibus; sed orbatos templo et altari, aut, ut vulgo appellant, sanctuario, impediri quominus Deo victimarum primitias offerant. Hilarius sic de iisdem in psalm. LVIII, n. 12 : « Per diversa speciem sacerdotii illius legitimi et holocausti et circumcisionis imitantur : cum hæc tantum [*f.* tamen] nonnisi intra Hierosolymam sint legitima constituta. »

Immerito Tillemontius hæc epistolæ verba : *Cum apostolorum fuerim discipulus, fio gentium doctor,* hominis esse putat ab ipsis apostolis instituti ac Justino antiquioris. Accuratior erit interpretatio, si ita reddamus : *Factus apostolorum discipulus, fio gentium doctor.* Ut doctoris gentium ita et discipuli apostolorum titulus stricte intelligi non debet. Ut doctorem se gentium non dicit ob muneris dignitatem, sed ob studium prædicandæ doctrinæ, ita accepta ab apostolis disciplina, non illum honoris titulum significat, qui tunc magno in pretio erat, sed omnibus communis est quicunque spretis philosophis prædicatam ab apostolis fidem amplexi sunt. Omnes enim invitat auctor epistolæ, ut idem beneficium et honorem consequantur. « Quæ tradita sunt mihi subministro iis qui discipuli fiunt digni veritate. » Non alio sensu epistolæ Basilii 355 auctor, quem Basilium esse non puto, *piscatorum discipulum* se esse profitetur. Idem profiteri licuit Justino. Nihil ergo in hac epistola, quod cum ætate Justini non quadret; imo ad apostolicam ætatem referri non potest apostoli titulus, sub quo Paulus nomine tacito designatur num. 12. Sine ulla prorsus ratione hunc locum, imo extremam epistolæ partem ab his verbis οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς, ab alio assutam suspicatur Tillemontius; quanquam hanc conjecturam non suam facit, sed erudito viro, quem non appellat, acceptam refert.

Existimat idem doctissimus scriptor, etiamsi ea solvantur quæ objecit, ipsam styli discrepantiam satis argumenti futuram, cur hoc opus Justino non tribuatur. Haud dicam equidem me hac difficultate leviter moveri : et idcirco cum incertus hærerem, neque de operibus Justini epistolam disjunxi, neque eo loco collocavi, qui ei tribuendus fuisset, si certissimum esset Justini opus (1). Si quis enim Justinum, ut in *Cohortatione* magis elegans dicendi genus, quam in aliis operibus, secutus est, ita in hac epistola maxime elegans ac maxime sublime secutum esse velit; referenda erit ad primordia conversionis, et antiquior existimanda quam *Apologiæ*, in quibus studio religionis defendendæ inflammatus ornamenta dicendi minime sectatur. Pluribus eruditis probata Hallolxii conjectura, qui Diognetum, ad quem scripta est epistola, ipsum illum esse existimavit, quo M. Aurelius et pingendi magistro et aliarum rerum longe meliorum hortatore usus est.

CAPUT IV.

De prima S. Justini Apologia et trium criminum Christianis affictorum origine.

I. De præcipuis Christiano nomini affictis criminibus. II. Justinus missos refert a Judæis post ascensionem Domini legatos, qui hos rumores spargerent. III. Alii id ortum esse dicunt ex flagitiosa hæreticorum vita. Conciliantur dissidentes in speciem sententiæ. IV. Ante captam Jerosolymam collocanda criminum origo. V. Quandonam hæc crimina desiere jactari.

I. Odium Christianæ religionis sub Adriano Christianis favente compressum, semper in animis ethnicorum residebat, ac violenter erupit sub Antonino. Nullo sane optimi imperatoris edicto sæviit

(1) Reipsa certissimum non est Justini opus, imo certissime, unanimi fere editorum consensu qui post D. Maranum hoc opusculum recudendi curam susceperunt, ab ipso abjudicandum. Vide Prolegomena ad editionem nostram hujus *Epistolæ*, cui locum suum assignavimus inter scripta Patrum sæculi II, quos complectitur collectionis nostræ tomus secundus. EDIT. PATR.

Digitized by Google

persecutio, sed eam videntur incendisse populares tumultus, ut modo videbimus ex litteris Antonini, in primis vero exortæ in variis imperii partibus calamitates, quas stulte Christianorum sanguine averti posse sperabant. Pluribus ex locis delatæ Antonino a Christianis querelæ; nec difficilis fuit ad illius aures tam justæ causæ aditus. Enituit hac in re studium Justini, qui cum Romæ domicilium haberet, imperatori ejusque filiis adoptivis, et senatui populoque Romano insignem pro omnibus Christianis *Apologiam* obtulit.

Sed antequam examinemus quo anno hæc oblata *Apologia*, moræ pretium videtur de calumniis contra Christianos excogitatis pauca disserere, et a quibus auctoribus et a quo tempore sparsæ fuerint inquirere. Sic enim nonnulla S. martyris testimonia illustrabimus, quæ notarum angustiæ explanare non siverunt. Tria potissimum crimina Christianis afficta : quod athei essent, quod promiscuis flagitiis indulgerent, quod infantis occisi carnes in mysteriis suis vorarent. Magna est trium illorum criminum celebritas tum apud Græcos, tum apud Latinos religionis defensores, adeo ut nulla prorsus regio his commentis non personuisse videatur. Ad has pervulgatas calumnias aliæ nonnullæ interdum accesserunt. Nam, ut omittam magiam, cujus nomine Christianos accusat Celsus apud Origenem, lib. VI, p. 301, crucem vel etiam asini caput pro Deo colere ferebantur, saltem in Africa, ut ex Tertulliani *Apologet.*, c. 7, et lib. I *ad Nat.*, et ex Minucio Felice discimus. Novum calumniæ genus indicarent hæc Tertulliani verba, si sana essent et integra : « Igitur, inquit lib. I *ad Nat.*, c. 7, ætati nostræ nondum, an. 250, tot iniqui interea, tot cruces divinitatem consecutæ, etc. » Sed his vocibus, *tot iniqui*, vitium inest et coruptela, nec hujus accusationis ullum exstat vestigium. Quare legendum : *Tot onagri interea, tot cruces divinitatem consecutæ*, etc., idque perspicitur ex ejusdem libri cap. 11, ubi divinitatis crucibus attributæ commentum præcedit asinini Dei criminatio, quam quidem ex Cornelio Tacito ortam existimat Tertullianus. « Hanc, inquit, Cornelius Tacitus suspicionem fecit. Is enim... Judæos refert in expeditione vastis in locis aquæ inopia laborantes, onagris, qui de pastu aquam petituri æstimabantur, indicibus, fontibus usos evasisse ; ita ob eam gratiam consimilis bestiæ superficiem a Judæis coli. Inde arbitror præsumptum nos quoque, ut Judaicæ religionis propinquos eidem simulacro initiari. »

II. Quinam auctores teterrimæ fabulæ exstiterint, et quo tempore tantum nefas aggressi fuerint, ex duobus *Dialogi cum Tryphone* locis perspicimus. Sic enim Judæos alloquitur S. martyr, n. 17 : Οὐχ οὕτως γὰρ τὰ ἄλλα ἔθνη εἰς ταύτην τὴν ἀδικίαν τὴν εἰς ἡμᾶς καὶ τὸν Χριστὸν ἐνέχονται, ὅσον ὑμεῖς, οἱ κἀκείνοις τῆς κατὰ τοῦ δικαίου καὶ ἡμῶν τῶν ἀπ' ἐκείνου κακῆς προλήψεως αἴτιοι ὑπάρχετε. Μετὰ γὰρ τὸ σταυρῶσαι ὑμᾶς ἐκεῖνον τὸν μόνον ἄμωμον καὶ δίκαιον ἄνθρωπον, δι' οὗ τῶν μωλώπων ἴασις γίνεται τοῖς δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Πατέρα προσχωροῦσιν, ἐπειδὴ ἐγνώκατε αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανόν, ὡς αἱ προφητεῖαι προεμήνυον γενησόμενον, οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακῶς, ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐκλεξάμενοι τότε ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, λέγοντες, αἵρεσιν ἄθεον Χριστιανῶν πεφηνέναι, καταλέγοντές τε ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς πάντες λέγουσιν. Ὥστε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀδικίας αἴτιοι ὑπάρχετε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἁπλῶς ἀνθρώποις. . . . . Κατὰ οὖν τοῦ μόνου ἀμώμου καὶ δικαίου φωτὸς τοῖς ἀνθρώποις πεμφθέντος παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὰ πικρὰ καὶ σκοτεινὰ καὶ ἄδικα καταλεχθῆναι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐσπουδάσατε. « Non enim injuriæ nobis et Christo illatæ tanta in aliis gentibus culpa residet, quanta in vobis, qui illis etiam anticipatæ de justo et de nobis, qui ab eo orti sumus, malæ opinionis auctores estis. Postquam enim solum illum inculpatum et justum hominem, cujus vulneribus sanantur qui per eum ad Patrem accedunt, cruci affixistis ; cum eum sciretis ex mortuis resurrexisse et in cœlum ascendisse, ut prophetiæ futurum prædicebant, non modo pœnitentiam admissorum scelerum non egistis ; sed etiam selectos viros tunc Hierosolymis in universum orbem misistis, impiam Christianorum hæresim prodiisse dicentes, eaque spargentes, quæ in nos ab iis omnibus quibus noti non sumus, dicuntur. Itaque non vobis solum iniquitatis causa estis, sed aliis etiam omnibus prorsus hominibus. . . . . Itaque id vobis studio habuistis, ut in solam illam inculpatam et justam lucem, quæ hominibus a Deo missa fuerat, acerba et tenebricosa et injusta in toto terrarum orbe jactarentur crimina.» Eadem postridie repetiit S. martyr in gratiam eorum qui pridie non adfuerant. Καὶ οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε... ἀλλ' ὡς προεῖπον, ἄνδρας χειροτονήσαντες ἐκλεκτοὺς, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε, κηρύσσοντας ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινος Γαλιλαίου πλάνου· ὃν σταυρωσάντων ἡμῶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτὸς, ὁπόθεν κατετέθη ἀφηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, πλανῶσι τοὺς ἀνθρώπους λέγοντες ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι· κατειπόντες δεδιδαχέναι καὶ ταῦτα ἅπερ κατὰ τῶν ὁμολογούντων Χριστὸν καὶ διδάσκαλον καὶ Υἱὸν Θεοῦ εἶναι, παντὶ γένει ἀνθρώπων ἄθεα καὶ ἄνομα καὶ ἀνόσια λέγετε. Πρὸς τούτοις, καὶ ἁλούσης ὑμῶν τῆς πόλεως, καὶ τῆς γῆς ἐρημωθείσης, οὐ μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ καταρᾶσθαι αὐτοῦ καὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν πάντων τολμᾶτε. Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς καὶ τοὺς δι' ὑμᾶς τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ὑπειληφότας οὐ μισοῦμεν, ἀλλ' εὐχόμεθα κἂν νῦν μετανοήσαντας πάντας ἐλέους τυχεῖν παρὰ τοῦ εὐσπλάγχνου καὶ πολυελέου Πατρὸς τῶν ὅλων Θεοῦ. « Non modo pœnitentiam non egistis, inquit n. 108, sed etiam delectos homines constituistis, ac per eos in totum orbem terrarum missos præ-

Digitized by Google

dicastis impiam quamdam et exlegem sectam a plano quodam Jesu Galilæo excitatam esse, et cum illum a nobis crucifixum discipuli ex monumento, in quo, refixus e cruce, depositus fuerat, noctu subripuerint, decipi ab illis homines, dum eum ex mortuis resurrexisse et in cœlum ascendisse dictitant. Quinetiam docuisse illum addidistis impia illa et nefanda ac detestabilia facinora, quæ adversus eos, qui illum Christum et doctorem et Filium Dei profitentur, apud omne hominum genus spargitis. Ad hæc capta urbe vestra, et terra vastata pœnitentiam non agitis : sed illum etiam ac omnes, qui in illum credunt, diris devovere audetis. Nos autem nec vos odimus, nec eos qui talem de nobis opinionem a vobis accepere ; sed precamur ut nunc saltem pœnitentiam agentes, misericordiam omnes consequamini a perbenigno et mirum in modum misericorde universorum parente Deo.» Habemus in his duobus testimoniis stultæ et impiæ fabulæ evolutam originem. In utroque loco secta Christianorum ἄθεος dicitur ; in utroque Thyesteas cœnas et Œdipodeos concubitus designant acerba illa et tenebrosa, impia et nefanda facinora, quæ Christum ipsum docuisse Judæi fingebant. Uno verbo Judæorum nequitiæ attribuit Justinus quidquid de Christianis dictitabant ii, quibus hæc religio cognita non erat.

S. martyris testimonia confirmat Tertullianus. Sic enim de Judæo loquitur, a quo Christianorum Deus publice propositus fuerat cum *auribus canteriorum, et in toga, cum libro, altero pede ungulato depictus.* « Credidit vulgus Judæo, inquit lib. I *ad Nat.*, cap. 14 : Quod enim aliud genus seminarium est infamiæ nostræ! » Idem docet lib. III *in Marcionem*, cap. 23 : « Dehinc cum ex perseverantia furoris et nomen Domini per ipsos blasphemaretur sicut scriptum est : *Propter vos nomen meum blasphematur in nationibus* [37] (ab illis enim cœpit infamia) et tempus medium a Tiberio usque ad Vespasianum, non pœnitentiam intellexissent, facta est terra eorum deserta.»

Sic etiam Origenes, lib. VI *contra Celsum*, n. 27: Καὶ δοκεῖ μοι παραπλήσιον Ἰουδαίοις πεποιηκέναι τοῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ Χριστιανισμοῦ διδασκαλίας κατασκεδάσασι δυσφημίαν τοῦ λόγου· ὡς ἄρα καταθύσαντες παιδίον μεταλαμβάνουσιν αὐτοῦ τῶν σαρκῶν· καὶ πάλιν ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου τὰ τοῦ σώτηρος πράττειν βουλόμενοι σβεννύουσι μὲν τὸ φῶς, ἕκαστος δὲ τῇ παρατυχούσῃ μίγνυται. Ἥτις δυσφημία παραλόγως πάλαι μὲν πλείστων ὅσων ἐκράτει πείθουσα τοὺς ἀλλοτρίους τοῦ λόγου, ὅτι τοιοῦτοί εἰσι Χριστιανοί· καὶ νῦν δὲ ἔτι ἀπατᾷ τινας, ἀποτρεπομένους διὰ τὰ τοιαῦτα κἂν εἰς κοινωνίαν ἁπλουστέραν λόγων ἥκειν πρὸς Χριστιανούς. « Videtur mihi Celsus idem fecisse ac Judæi, qui initio Christianæ prædicationis malos rumores de Christianorum doctrina sparserunt, quasi de immolati pueri carnibus sumerent, et tenebrosa flagitia perpetrare volentes, lumen exstinguerent, et cum obvia quaque unusquisque misceretur. Quæ quidem absurda criminatio olim quamplurimos detinebat, extraneis persuadens tales esse Christianos ; nunc vero nonnullos adhuc decipit, ejusmodi commentis deterrens, quominus cum Christianis vel simplicis colloquii communionem ineant. »

Sed Justini sententiæ præcipuum pondus addit Eusebius, qui non solum Justini verba ex *Dialogo* excerpta refert *Hist.* lib IV, c. 18, sed etiam illud Isaiæ explanans : *Qui mittit in mare obsides et epistolas biblinas super aquam* [38], sic loquitur : Εὕρομεν ἐν τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν, ὡς οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ἱερεῖς καὶ πρεσβύτεροι γράμματα διαχαράξαντες εἰς πάντα διεπέμψαντο τὰ ἔθνη τοῖς ἁπανταχοῦ Ἰουδαίοις διαβάλλοντες τὴν Χριστοῦ διδασκαλίαν, ὡς αἵρεσιν καινὴν, καὶ ἀλλοτρίαν τοῦ Θεοῦ, παρήγγελλόν τε δι' ἐπιστολῶν μὴ παραδέξασθαι αὐτήν . . . οἵ τε ἀπόστολοι αὐτῶν ἐπιστολὰς βιβλίνας κομιζόμενοι ὑπεράνω τε τῶν ὑδάτων ναυτιλλόμενοι καὶ τὴν θάλασσαν ἐμπλέοντες ἁπανταχοῦ γῆς διέτρεχον, τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνδιαβάλλοντες λόγον. Ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ὀνομάζειν τοὺς ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν ἐπικομιζομένους. « In veterum scriptis reperimus Hierosolymitanos Judaicæ gentis sacerdotes et seniores litteras in omnes gentes misisse ad omnes ubique Judæos, quæ Christi doctrinam traducerent, ut novam et inimicam Deo sectam, ac epistolis monuisse ne illam reciperent. . . . . apostolique eorum epistolas biblinas deferentes ac supra dorsum aquarum et in mari navigantes, ubique terrarum discurrebant, famam Servatoris nostri calumniis vellicantes. Apostolos vero etiam nunc Judæi nuncupare solent eos, qui circulares principum suorum litteras circumquaque deportant. »

III. Eusebii testimonium eo majoris est ponderis, quod eamdem historiam non apud Justinum tantum legisse videatur, sed etiam apud alios scriptores, a quibus accepit id, quod a Justino non memoratur, Judæos litteras iis dedisse, quos in universum orbem mittebant. Sed quamvis magna sit hujus historiæ auctoritas ; quia tamen non desunt scriptores antiqui ac recentes, qui triplex illud crimen non a primordiis religionis, sed sub Adriano natum, atque ex pravis hæreticorum moribus, qui sub hoc imperatore prodierunt, in universos Christianos redundasse velint ; paulo accuratius examinanda res est.

Conceptis verbis declarat Eusebius, lib. IV, c. 7, nefarios hæreticos, Basilidem, Saturninum, Carpocratem et alios ejusmodi *amplam obtrectandi et calumniandi Evangelii materiam subministrasse, atque hinc factum esse ut absurda quædam et impia*

[37] Isa. LII, 5. [38] Isa. XVIII, 2.

Digitized by Google

de nobis opinio apud infideles tunc temporis spargeretur, quasi nefario concubitu cum sororibus et matribus misceri, et exsecrandis dapibus vesci soleremus. Idem testantur Irenæus, lib. I, c. 25; Clemens Alexandrinus, *Strom.*, IV, pag. 428; Origenes, tom. III in Epistolas Pauli; Epiphanius in hæresi Carpocratianorum. Videntur hæc prima specie pugnare cum Justino, nec mirum si Dodwellus, assentiente Tillemontio, tom. II, p. 245, a Carpocratianis et aliis ejusmodi hæreticis, qui sub Adriano eruperunt, aspersam nomini Christiano tot scelerum infamiam pronuntiat.

Sed conciliari possunt dissidentes in speciem sententiæ veterum, ita ut calumniarum origo partim ex Judæorum improbitate, partim ex flagitiosis hæreticorum moribus repetatur. Utrique rem iniquissimam, hæretici et Judæi, promoverunt; hæretici deterrime vivendo; Judæi ex eorum sceleribus ansam arripiendo ea in Christi doctrinam et Christianos fingendi, quæ quidem ignorare non poterant omnibus in sanctissima Christi disciplina viventibus detestata esse. Imo plus nocuit Judæorum perfidia, quam flagitia hæreticorum. Nam ut difficile est hæreticos nonnullos a promiscuo concubitu purgare; ita vix credibile infanticidium. Atheismi crimen roboravit contemptus deorum, quem Christiani præseferebant. Sic etiam invidiæ Christianorum novam flammam adjecerunt hæreses, quæ sub Adriano prodiere, sed ex vetustioribus hæreticis occasionem rapuerunt Judæi, præsertim ex Nicolaitis et Menandri discipulis, quorum primi videntur promiscuorum concubituum rumori materiam dedisse; alteri autem cum magiæ essent dediti, hujus sceleris invidiam, ex quo proclive fuit infanticidium suspicari, in omnes Christianos, teste Eusebio, *Hist.*, III, 26, derivarunt. Itaque si a primis hæreticis originem mali, a posterioribus incrementa repetantur, explicabimus quomodo Judæi et hæretici ad dedecus Christiani nominis concurrerint.

IV. Postulant Justini verba, ut apostolos a Judæis ante captam a Tito urbem missos fuisse dicamus. Duo enim Judæis exprobrat, et quod apostolos ad spargendas calumnias miserint, et quod præterea urbe capta Christianos diris devovere cœperint. Deinde vero cum missi fuerint a sacerdotibus Hierosolymitanis, id argumento est nondum Judæos sacerdotii splendorem et urbem amisisse. Eusebius idem facinus attribuit sacerdotibus Hierosolymitanis. Tertullianus modo citatus *infamiam a Judæis ortam dicit* ante captam Hierosolymam.

Quæ a sacerdotibus Hierosolymitanis acceperant Judæi, ea spargere in omne humanum genus non desierunt, ut testatur Justinus; ac gentilium animos his de Christiana religione pravis opinionibus jam dudum ante exortos sub Adriano hæreticos præoccupaverant, ut patet ex testimoniis Plinii et Cornelii Taciti. Cur enim Plinius in epistola, quam Trajano scripsit, an. 104, tam accurate describit, quid Christiani in cœtibus suis agerent; cur ait morem illis fuisse *coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium*, nisi quia jam flagrabant eorum agapæ malis infanticidii rumoribus? Cornelius Tacitus [39] etiam sub Nerone Christianos in hæc crimina vocatos fuisse existimabat. « Ergo abolendo rumori, inquit, Nero subdidit reos, et quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat. Exitiabilis superstitio rursus erumpebat non modo per Judæam originem ejus mali, sed per Urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. » S. Melito in *Apologia* M. Aurelio oblata observat Neronem et Domitianum voluisse religionem Christianam criminum notis inurere et *ab his ortum esse ut calumniæ contra Christianos mendacium consuetudine a ratione aliena diffunderetur.* Ἀφ' ὧν καὶ τὸ τῆς συκοφαντίας ἀλόγῳ συνηθείᾳ περὶ τοὺς τοιούτους ῥυῆναι συμβέβηκε, apud Euseb., IV, 26.

Collocandum ergo ante obsidionem Hierosolimitanam facinus Judæorum; sed tamen non multo ante collocandum, si fateri volumus hæreticos his criminibus materiam dedisse. Testatur enim Hegesippus apud Eusebium, *Hist.*, IV, 22, nefarias illas hæreses, ex quibus aliæ deinceps proseminatæ sunt, Hierosolymis nasci cœpisse, cum S. Simeon episcopus Hierosolymorum electus fuit. Non stricte sumendum quod ait Justinus legatos a Judæis missos fuisse, postquam Jesum ex mortuis resurrexisse et in cœlos ascendisse cognoverunt. Sic enim ait in *Apol.* 1, num. 29, *post Christi in cœlum ascensum* immissos fuisse a dæmonibus Simonem, Menandrum et Marcionem.

V. Incredibilia omnibus cordatis semper visa sunt hæc commenta : fatetur ea a vero abhorrere Trypho Judæus *Dialog.*, n. 10. « Plerique fidem talium temperant, » inquit Tertullianus 1 *ad Nat.*, c. 2. Sed tamen jactationem habebant, si minus fidem; et centies refutata exprobrari non desinebant. Tempore Origenis, ut patet ex testimonio supra allato, non jam quidem plurimos ut olim, sed tamen nonnullos adhuc decipiebant; nec videntur omnino, si Lactantio credimus, oblivione et silentio sepulta fuisse, nisi postquam Constantinus imperii gubernacula tenuit. Sic enim ille, lib. VII, c. 26 : « Verum illi hanc taciturnitatem nostram, veluti malam conscientiam, criminantur : unde etiam quasdam exsecrabiles opiniones de pudicis et innocentibus fingunt, et libenter his quæ finxerunt credunt. Sed omnia jam, sanctissime imperator, figmenta sopita sunt, ex quo te Deus summus ad restituendum justitiæ domicilium et ad tutelam generis humani excitavit. » Videtur Eusebius existimare has calumnias ante Constantinum exaruisse idque ex his colligitur quæ leguntur lib. IV, c. 7 :

[39] Annal. lib. XV.

Digitized by Google

« Exstincta est, inquit, temporis lapsu calumnia illa, quæ universæ religioni nostræ afficta fuerat.... adeo ut exinde nemo ad nostra usque tempora ausus sit ullam infamiæ labem fidei nostræ aspergere (ὡς μηδένα τῶν εἰς νῦν αἰσχρὰν ἐπιφέρειν ταύτῃ κατὰ τῆς πίστεως ἡμῶν δυσφημίαν) aut aliquam ejusmodi calumniam inferre, qualem veteres illi nostræ religionis hostes jactare consueverant. »

CAPUT V.

Quomodo et quo successu prima Apologia oblata et quo potissimum tempore.

I. Justinus Apologiam apud Acta deponi postulat. II. Consensus edicti imperatoris cum hac Apologia. III. Vindicatur Antonino hoc decretum. IV. Videtur circa annum 150 scripta. V. De epistola M. Aurelii.

I. *Apologia* prolixior Justini, quæ in omnibus editionibus, excepta Londinensi, post breviorem volvitur, omnium consensu prima agnoscitur. Hanc Justinus, ut ipse testatur in *Dialogo*, n. 120, ad *Acta* obtulit, ac petiit ut commentariis publicis inscriberetur. Ait enim se ἐγγράφως adiisse Cæsarem. Vocis ἐγγράφως hanc vim et sententiam esse observavi; sed præterea ut ita interpretarer auctor ipse Justinus fuit, qui hoc factum, ut animi non timidi specimen exhibet; quod nimirum ausus esset Samaritanos in scripto ad Acta oblato et publice asservato summæ impietatis, non formidata illorum iracundia, accusare. In ipsa *Apologia*, n. 26, postulat ab imperatore ut senatum populumque Romanum hujus libelli supplicis cognitores asciscat. In secunda *Apologia*, ut infra videbimus, primam ut notam et publice asservatam citat; quod quidem argumento est justæ petitioni nullam moram attulisse Antoninum.

Quæ in hac *Apologia* leguntur, non minus Justini constantiam et animi charitate fervidi fortitudinem declarant, quam ipsa offerendi ratio. Monere non dubitat imperatorem ejusque filios ex judicio, quod de Christianis lecta hac *Apologia* ferent, utrum vere *pii et philosophi et justitiæ custodes et doctrinæ amatores* sint, æstimatum iri. Quamvis non ignoraret quam immoderatus fuisset Antoninus in grati erga Adrianum animi significationibus; objicit tamen gentilibus id quod Adriani nomini sempiternam infamiam inussit, Antinoi inter deos consecrationem. Sed non is erat Antoninus, quem ejusmodi libertas offenderet. Quin potius, ut de Christianis æqua sentiret, ac eorum pietatem debitis laudibus ornaret, adduxisse eum videntur, eximius animi candor, qui in toto elucet opere, ac dogmatum Christianæ religionis, præceptorum Christi, prophetiarum quas eventus confirmaverat, virtutum quas Christiani colebant, rituum denique et cæremoniarum, quas in mysteriis suis observabant, sincera et accurata expositio.

II. *Testatur* Zonaras hunc *Apologiæ* S. Justini fructum *fuisse, ut* persecutionem Antoninus comprimeret. *Pluribus* rebus confirmatur hoc testimonium. Solus enim Justinus *Apologiam* obtulit, quæ de Christianorum rebus imperatorem edocere posset. Nonnulli quidem ex Asia fratres querelas suas apud Antoninum detulerunt[40]; sed ex ejusmodi querelis non videtur tanta religionis Christianæ cognitio percipi posse, quanta in litteris Antonini elucet. Soli Justino reservatum fuit Ecclesiæ causam dogmatibus et institutis accurate exponendis agere. Quinetiam tantus est decreti imperatoris cum Justini *Apologia* consensus, ut in sententiam S. martyris constructum videatur. Demonstrat Justinus atheos non esse Christianos, nec ullum hominum genus ab aliis criminibus, quæ ipsis affingebantur, magis esse alienum. Sic etiam imperator in litteris ad commune Asiæ datis Christianos immerito atheos vocari pronuntiat, et aliis criminibus, quæ probari non possunt, in invidiam adduci. Orat Justinus ut in Christianos eadem judiciorum forma ac in alios homines servetur. Sic etiam Antoninus statuit *nihil negotii exhibendum esse talibus hominibus, nisi quid adversus imperium Romanum moliri deprehendantur.* Apposuerat Justinus *Apologiæ* suæ epistolam Adriani ad Minucium Fundanum : Antoninus decretum Adriani commemorat, seque illius vestigia premere gloriatur. Declarat Justinus[41] Christianos occidi quidem posse, lædi vero nequaquam; optabile enim illis esse mortem oppetere, ut ea quæ sperant consequantur. Idem illis testimonium tribuit Antoninus. Non postulat Justinus[42], ut delatores Christianorum puniantur, vel potius pœnam illis quodammodo deprecatur. At imperator, dum eos puniri jubet, magis videtur, itidem ut Adrianus, considerasse quod justitia in homines nefarios decerni jubeat, quam quid Christiani inimicis suis peterent condonari. Quod autem ait gentiles *Dei colendi rationem ignorare, et idcirco iis, qui illum colunt, invidere et ad mortem usque insectari*, facile est quam consentanea hæc sint Justini *Apologiæ* animadvertere. Hæc enim illius operæ non minima pars exstitit, ut Christianos ob veri Dei cultum, dæmonum machinatione, in invidiam vocari demonstraret. Vid. n. 12 et 46.

Unum est in litteris imperatoris, de quo non videatur egisse Justinus, nimirum terræmotus, quorum causam repetebant gentiles ex contempto a Christianis deorum cultu. Sed cum hæc scriberet Justinus, nondum videntur hæ calamitates exortæ fuisse.

III. Non dissimulandum est has ad commune Asiæ litteras videri pluribus eruditis scriptoribus, ut Scaligero, Valesio, Grabio et aliis, non Antonini esse, sed Marci Aurelii. Sed eorum improbabilis prorsus opinio. Nam ut Tillemontii, qui eas Antonino vindicat, rationum momenta breviter referam. 1° Eusebii auctoritas[43], qui eas Antonino tribuit, maximi debet esse ponderis. 2° Soli Antonino conveniunt, qui Adrianum solus appellare potuit pa-

[40] *Vitæ Anton.* p. 206. [41] N. 2, 8, 11 12, 17. [42] N. 7. [43] Hist. IV, 26.

Digitized by Google

rentem suum, ac solus post Adrianum illa ætate favit Christianis. Hunc enim constat ea *ad civitates ac nominatim ad Larissæos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses, ad universos denique Græcos* scripsisse, quæ in litteris ad commune Asiæ leguntur, nempe *ne quid novi adversus Christianos molirentur*. At Marcus semper Christianis iniquus fuit.

Legitur quidem in titulo epistolæ ad commune Asiæ Μάρκος Αὐρήλιος, sed nævus est, antiquus ille quidem, cum sic habeat Ruffinus, sed tamen nævus; pro Αἴλιος, ut apud Justinum. Proclive fuit librariis in vocibus adeo similibus errare.

Frustra objicitur silentium Melitonis. Is enim, etsi inter epistolas ab Antonino pro Christianis scriptas, non eas nominatim recenset, quæ ad commune Asiæ datæ sunt, ab Eusebio tamen testis citatur harum Antonini litterarum. Postquam enim has litteras apposuit, statim addit[44]: « Hæc ita gesta esse Melito Sardensis Ecclesiæ episcopus, qui iisdem temporibus floruit, perspicue testatur in *Apologetico* illo longe utilissimo, quem ad imperatorem Verum pro nostra religione conscripsit. » Quomodo id tacuisse dicitur Melito, quod eum perspicue testatum esse asseverat Eusebius? Vel ergo illam ad commune Asiæ epistolam aliis in locis commemoravit Melito, vel, quod malim, illam Eusebius iis, quæ ad civitates et ad universos Græcos missæ fuerant, generatim comprehendi existimavit, quippe cum in eamdem omnes sententiam scriptæ fuerint, nec ad aliud tempus aut alium eventum ea, quæ est ad commune Asiæ, referri possit.

IV. Quo autem anno scripta sit *Apologia* Justini non una eruditorum opinio est. Scriptam anno 138 existimant Dodwellus et Pagius; Petavius ante exitum anni 139; alii anno 145; Tillemontius circa annum 150.

Quæ de *Cohortatione* Justini diximus annum 139 omnino rejicere cogunt. *Cohortationem* enim, quæ scribi non potuit nisi post an. 140, multa alia magni momenti opera subsecuta sunt, antequam Justinus *Apologiam* primam scriberet. Petavius et qui ei astipulantur, minus attenderunt, quam incommode Lucius Verus, qui anno 139 puer octennis erat, a Justino philosophus et doctrinæ amator vocetur. Sic enim in inscriptione legitur : *Lucio philosopho, Cæsaris natura filio, Pii autem adoptivo, doctrinæ amatori.* Frustra objiciunt legendum esse φιλοσόφου non φιλοσόφῳ, ita ut non Lucius philosophus dicatur, sed ipsius pater, qui Cæsar ab Adriano creatus fuit. At Lucius Verus et apud Justinum in traque *Apologia* et apud Ruffinum et in quatuor mss. codicibus Eusebii philosophus appellatur. Præferri ergo non debent editiones Eusebii, quibus tam multa refragantur. Titulus philosophi, quem Lucio Cæsari delatum fuisse non videmus, non male tribuitur ejus filio, quem philosophis Apollonio et Sexto deditum fuisse testatur Julius Capitolinus. Illud autem, ἐραστῇ παιδείας, *doctrinæ amatori*, quod cum philosophi titulo congruere negant, satis congruere observavimus in adnotatione ad hunc locum; atque etiamsi eruditionem potius quam philosophiam designaret; annon potuit Justinus utramque laudem Lucio deferre?

Natum Dominum dicit Justinus[45] ante annos 150, cui quidem calculo aliquid deesse aut superesse potest, non ita tamen ut undecim aut duodecim annis decurtatus sit; non enim hujus errati turpem notam effugeret Justinus, si an. 138 aut 139 scripsisset.

Quibus argumentis ostendit Tillemontius hæresim Marcionis citius an. 142 prodire non potuisse, iisdem constare debet *Apologiæ* Justini tempus. Quantos enim progressus haberet hæc hæresis, cum Justinus *Apologiam* scriberet, intelligimus ex his verbis[46] : « Marcionem etiam quemdam Ponticum novimus, qui etiamnum superest ac discipulos docet alium quemdam agnoscere majorem mundi opifice Deum. Hic in omni hominum genere dæmonum adjumento perfecit, ut multi in blasphemias erumperent, ac universi Creatorem Deum Christi Patrem esse negarent, et alium quemdam, utpote majorem, majora quam illum perfecisse profiterentur. »

Litteræ ad commune Asiæ, quibus cum *Apologia* Justini magnam affinitatem esse dixi, probant *Apologiam* circa annum 150 scriptam fuisse. Sunt enim consignatæ anno XV tribunitiæ potestatis Antonini, qui quidem congruit cum an. 152, quippe cum Antonino delata fuerit potestas die 25 Februarii anno 138. Sed tamen fateor me numeris in inscriptione hujus epistolæ notatis non plurimum confidere. Erant enim perversissimi apud Justinum, ubi sic legebatur : Δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατος πδ', (ex quo fecit Sylburgius τὸ δ') πατὴρ πατρίδος τὸ κα'. Itaque cum Eusebii codices mss. in his numeris consentirent, præferendam duxi hanc auctoritatem iis quæ tam corrupta erant apud Justinum. Sed tamen in hoc apud Eusebium numero, ὕπατος τὸ γ', manifestum est erratum, quod quidem non videtur incuria inductum fuisse, sed data opera, ut cum Marco Aurelio, cujus nomen exstat in inscriptione apud Eusebium, hic numerus quadraret. Is enim tertium tantummodo habuit consulatum. Sed cum Antoninus, cui hanc epistolam tam multa vindicant, consul IV in inscriptionibus dici soleat, legendum in inscriptione hujus epistolæ ὕπατος τὸ δ'. Sed alia suspicio in annos tribunitiæ potestatis exoritur : vereor enim ne de industria nomini M. Aurelii fuerint aptati. Peropportune cadunt in primum illius imperii annum, nempe 161. Huic enim delata potestas tribunitia anno 147. Quare si scriptum fuisset ιγ', aut ιδ', nihil id nocuisset nomini Antonini ; at necesse fuit scribere

[44] Hist. IV, 13. [45] N. 46. [46] N. 26.

Digitized by Google

æ, ut Marcus Aurelius epistolæ auctor videretur.

Si tantum tribueretur *Chronicis* Eusebii, quantum illius *Historiæ*, non levis difficultas obstaret, quominus *Apologia* hæc ad annum circiter 150 rejiciatur. Nam in *Chronicis* oblata dicitur an. 141. Sed antiquior Marcionis hæresi foret, quam tamen Eusebii *Historia* ante annum 142 collocare non sinit.

Objicit Petavius Marcum Aurelium in hac *Apologia* Verissimum vocari, quod nomen, teste Capitolino, post virilem togam deposuit; Cæsarem autem non vocari, quod argumento est hanc *Apologiam* anno 139 scriptam, antequam Marcus ab Antonino Cæsar appellatus fuisset.

Verissimi titulus nihil ad rem facit. Nam Marcus Aurelius virilem togam sumpserat ante annum 139, quo anno ipse Petavius ita eum a Justino appellatum fatetur. Cæsaris autem nomen vel imprudens omisit Justinus, vel librariorum culpa excidit; vel pro Antonino Pio Augusto Cæsare et Verissimo filio, legendum, *et Cæsari Verissimo filio*, ut admonuit Sylburgius.

Difficilius Tillemontio ad solvendum videtur, quod ab eodem Petavio et pluribus aliis objicitur, Justinum in hac *Apologia* de bello Judaico, quod anno 136 confectum est, ut de re admodum recenti et nuper gesta loqui, ut patet ex his verbis, n. 31, ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ. Sed jam observavi illud νῦν de rebus dudum gestis interdum usurpari, ac religionem Christianam in Epist. ad Diognet. νῦν exortam, Christum νῦν incarnatum dici in hac *Apologia*. In eadem *Apologia* Antinous, quem Adrianus inter deos consecravit anno 132, νῦν dicitur exstitisse, n. 23.

V. S. Justini *Apologiæ* subjunguntur epistolæ trium imperatorum, Adriani, Antonini et M. Aurelii, in gratiam Christianorum. Primam quidem ab ipso Justino subjunctam fuisse constat: ipse enim hujus rei testis est et monitor. Alteram ex Eusebii *Historia* huc translatam fuisse existimat Scaliger in *Animadversionibus* ad Euseb. an. MM. CLXXXIX; tertiam autem recentioris Græci, rerum Romanarum ignari facinus esse pronuntiat, infra sæculum Justiniani imperatoris.

Non videtur ambigi posse an olim exstiterint litteræ M. Aurelii, quibus et se et exercitum, cum siti premerentur ab hostibus circumdati, utrumque periculum precibus Christianorum effugisse testabatur. Has litteras non viderat Eusebius, cum *Chronica* scriberet, nec de illis præter auditum quidquam habebat. At Hieronymus ita hunc Eusebii locum reddit, ut illas exstare pronuntiet. Ipse Eusebius, *Hist.* lib. v, c. 5, rem ex testimonio Tertulliani certam et exploratam habet. Sic enim Tertullianus, *Apol.*, cap. 5: « At nos e contrario edimus protectorem; si litteræ Marci Aurelii requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur. Sicut non palam ab ejusmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adjecta etiam accusatoribus damnatione, et quidem tetriore. »

Iis verbis freti Scaliger et Tillemontius, primus quidem negat Tertullianum has litteras vidisse, alter longe potiori jure asseverat. Quomodo enim ad has litteras provocasset inimicos Christiani nominis, nisi rem exploratam habuisset? Quomodo tam accurate quid his litteris contineatur edissereret? Quæ post Justini *Apologiam* leguntur litteræ M. Aurelii, non eæ sunt de quibus Tertullianus et Hieronymus locuti: sed observandum nobis est quibusnam in rebus consentiant et in quibus discrepent.

Ac primo quidem de ipsa miraculi summa nihil occurrit discriminis. Ubique enim sitis ex longo collecta, hostium circumstantium terror, preces Christianorum, imber Romanis salutaris, fulmen in hostes memorantur. Adjecta apud Tertullianum damnatio accusatoribus Christianorum, *et quidem tetrior*, satis quadrat cum litteris post Justinum exstantibus, in quibus sancit Marcus ut ejusmodi delatores vivi comburantur. Quamvis Eusebius, *Hist.* lib. v, cap. 5, Tertulliani verbis capitalem pœnam generatim designari putet; vix tamen crediderim *damnatione tetriore* non gravissimum aliquod supplicium significari. Quinetiam inest verbis Tertulliani aliquid difficile, quod videtur ex litteris post Justini *Apologiam* servatis illustrari posse. Illud enim, *Christianorum forte militum precationibus*, significare Tillemontio videtur dubium et incertum animum, non quidem Tertulliani, sed Marci metuentis, ne asseveranter loquendo noceret superstitionibus gentilibus. Sed parum verisimile fit Marcum operam dedisse, ut dubitare videretur. Quid enim profuisset Tertulliano ad causæ patrocinium dubia et incerta testificatio? Deinde vero sic Tertulliani verba refert Eusebius, ut nulla in imperatore resideat dubitationis significatio. Sed illud *forte* libentius crediderim idem valere ac *casu quodam*; non quod in casum rejiciat Marcus impetratum precibus Christianorum imbrem, sed quod casu quodam sibi evenisse crederet, ut Christianos evocaret, de quibus antea nihil cogitabat, diis precandis intentus.

Sed si qua in re genuinis similes sunt hæ litteræ, longe discrepant in pluribus aliis. Christianis ex universo exercitu evocatis miraculum attribuunt; contra apud veteres laudem hujus rei reportat una legio, quam *exinde congruo rei vocabulo Fulmineam ab imperatore cognominatam esse* testatur Apollinaris apud Eusebium, lib. v, cap. 5. Litteræ, de quibus agimus, omnem prorsus pœnam a Christiano religionis tantum nomine accusato propulsant. At id penitus pugnat cum Tertulliano, et cum exemplis martyrum Viennensium et Apollonii, quorum primi cum in judicium vocati fuissent, morte damnati sunt, ipso jubente Marco: postremus vero cum in judicium a perditissimo quodam homine vocatus fuisset, accusator quidem confestim fractis cruri-

Digitized by Google

bus occisus est; ipse vero capitali sententia damnatus. Euseb., v, 21.

Pluribus jocatur Scaliger in artificem epistolæ, quod Christianos sine armis et telis in Romanis exercitibus conscripserit. At hunc locum explicare conatus sum. Idem observat non solere imperatores sacrum senatum appellare, ac laureatas litteras populo et senatui mittere, sed tantum senatui : hæc autem desumpta putat ex initio *Apologiæ* S. Justini. Sic inscribitur apud Baronium suppositilia illa epistola : Imp. Cæsar, M. Aurelius, Antoninus, Augustus, Parthicus, Germanicus, Sarmaticus, pontifex maximus, tribunitiæ potestatis XXVIII, imp. VII, cos. III, Pater patriæ, procos. S. P. Q. R. S. D.

CAPUT VI.

An merito Justinus Prophetarum lectionem a Romanis prohibitam, et Simoni Mago statuam ut deo erectam dixerit.

I. Lex a Justino memorata minus belle intellecta Baronio et Casaubono. II. Videtur de curiosa futurorum inquisitione intelligenda. III. Narrata a Justino historia de Simonis statua quomodo in suspicionem venit. IV. Non videtur errasse Justinus. V. Aut saltem erratum emendaturus non fuisse.

I. Convenienter huic loco examinare possumus, an capite sancitum fuerit ab ethnicis imperatoribus, ne quis Christianus Hystaspis et Sibyllæ et Prophetarum libros legeret. Id enim colligit Baronius ex his verbis S. Justini, *Apol.* I, n. 44 : Κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν Προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. Ἀφόβως γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. « Malorum autem dæmonum operatione sancita mors est in eos qui legunt Hystaspis aut Sibyllæ aut Prophetarum libros ; tum ut metu homines deterreant, quominus his legendis bonarum rerum cognitionem assequantur ; tum ut eos sibi servos retineant : quod quidem in perpetuum efficere non potuerunt. Impavide enim non solum illos legimus, sed vobis etiam, ut videtis, inspiciendos offerimus, cum futurum sciamus, ut grati omnibus videantur. »

S. martyris verba locum dederunt huic Baronii observationi : « Quam frequentes, inquit, *Apparat. ad Annal.*, num. 20, fuerint Christiani in legendis libris Sibyllinis, quantamque ad convincendos gentiles ex iis vim et auctoritatem sibi comparare studuerint, ex eo facile potest intelligi, quod pœna mortis ab eorum lectione eos absterrere legibus oportuerit : quod his verbis Justinus martyr testatur. » Hanc Baronii sententiam exagitat Casaubonus, exercit. 11, ac negat proprie ad Christianos illam prohibitionem pertinuisse. « Sed quod libros Prophetarum et Sibyllinos jungit Justinus, pium martyrem propterea id fecisse, quia nactus quædam vaticinia Sibyllarum, vera an falsa, de Christo, putavit totum volumen carminis Sibyllini, quod tanto studio Romæ servabatur, et a cujus lectione omnes arcebantur præter Quindecimviros, ejusdem esse argumenti. »

Dum unum errorem in Baronio refellit Casaubonus, plures alios Justino affingit. Non potest sane Baronii stare sententia, nec illa lex, quam nominatim Christianis positam fuisse putat, ullo exstat vestigio. Quidvis aliud significant verba S. martyris, qui dum prophetarum oracula imperatori considerauda proponit, gratum se illi ac cæteris omnibus facturum confidit, nedum mortem constitutam putaret Christianis hæc oracula legentibus. Quomodo enim, si tam severa lex sancita in Christianos fuisset, gratiam se illa violanda Justinus initurum sperasset? Deinde vero ait Justinus dæmones hac mente legem illam machinatos esse, ut homines a bonarum rerum cognitione averterent, ac sibi servientes detinerent. Non tam ergo Christianos petebat illa lex, quam eos qui adhuc dæmonibus emancipati erant. Denique ex testimonio Aureliani Augusti, quod modo referemus, perspicitur ethnicos ita de Christianis judicasse, ut invisum illis carmen Sibyllinum crederent, nedum illorum studia hujus libri legendi coercenda legibus viderentur. Atque hæc quidem de Baronii sententia.

Sed Baronii animadversor Casaubonus an acutius vidit in explicando Justino? Si eum audimus, S. martyr credidit Sibyllinos libros, qui a Quindecimviris asservabantur, ejusdem esse argumenti ac eos qui secundo sæculo supposiți Sibyllæ fuerunt; nescivit hos libros consuli solitos esse de placandorum deorum modis; finxit sibi eos de Verbo Dei Filio, ejusque Incarnatione, miraculis, morte et resurrectione apertissime loqui; atque id causæ exstitit, cur pœnam lectioni carminis Sibyllini constitutam ad ipsam etiam Prophetarum lectionem pertinere existimaret. Magnum sane erratum et vix credibile. Sed ecce aliud non levius. Necesse est enim ut hanc similitudinem argumenti, quam libris Romæ asservatis inesse cum aliis de Christo aperte loquentibus et cum ipsis etiam prophetis putabat, ita omnibus cognitam esse crederet, ut horum omnium lectio eadem pœna prohiberetur. Præterea si ita ducebatur errore Justinus, quomodo illud gratum in solis Christianis futurum putabat, quod ob eos solos vetitum et invisum credebat?

II. Alia ergo quærenda hujus loci explicatio, nec tamen longe quærenda. Duo tantum observentur velim in verbis Justini. Pœna illa capitalis ethnicos deterrebat a legendis Hystaspis, Sibyllæ et Prophetarum libris : at Christianos tam parum movebat, ut se his legendis libris deditos esse præ se ferrent, ac proferendis prophetarum oraculis neminі in offensionem venturos confiderent. Quænam ergo illa lex, tam ethnicis metuenda, Christianos vero nihil lædens? Non alia profecto videtur assignari

Digitized by Google

posse, præter eam quæ futurorum curiosam inquisitionem prohibebat. Erat enim hoc crimen longe maximum illis temporibus, ac novis rebus studere et nefaria consilia intendere videbatur, si quis de salute imperatoris responsa peteret. Unde Tertullianus, *Apol.* 35, ut probet immerito Christianos vocari publicos hostes, *quia imperatoribus, neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant*, observat eos, qui in his Cæsari deferendis magna studia significant, sæpe animo esse Cæsari non amico et astrologos de illius salute consulere, cujus rei suspicio in Christianos non cadit. « Eadem officia dependunt, inquit, et qui astrologos et augures et aruspices et magos de Cæsarum capite consultant, quas artes ab angelis desertoribus proditas et a Deo interdictas ne suis quidem causis adhibent Christiani. » Refert Lucianus in *Alexandro* callidum hujus hominis artificium, qui cum undique per libellos consuleretur, si qui ex divitibus de rebus magni momenti consulerent, non reddebat eorum libellos, sed apud se retinebat, ut cum illi captos se et constrictos intelligerent, periculum, in quod se ipsi stulte conjecerant, magnis muneribus redimerent.

Erat ergo capite sancitum ne quis de rebus Cæsari aut reipublicæ eventuris inquireret, ac libros evolveret, in quibus futura prædicuntur. Hanc legem Justinus dæmonum astu et molitione fixam fuisse existimat, nimirum ut homines a legendis Prophetis deterrerentur: sua illum experientia docere potuit, multos hoc metu detentos fuisse, quominus prophetarum scripta tangere auderent. At Christianorum alia exstitit causa. Notum omnibus erat eos detestari quidquid ad auguria et aruspicinam pertinet, ac grande piaculum arbitrari dæmones consulere; nec prophetas proferebant in iis quæ ad reipublicæ administrationem pertinent, sed in iis quæ ad salutem æternam; neque ut futura curiose cognoscerent, sed potius ut ea, quæ Jesu Christo et Christianis evenerant, multis ante sæculis prævisa et prædicta demonstrarent. Ab hominibus sic animo affectis, nihil Cæsaribus metuendum erat: impune poterant Sibyllæ et Hystaspis et Prophetarum libros evolvere; suspicio non erat futuros reipublicæ eventus ab eis inquiri; satisque lepide Aurelianus in epistola ad senatum, quam Vopiscus nobis prodidit, dicebat: « Miror vos, Patres sancti, tam diu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis. » Non mirum ergo si prophetarum scripta et alia his similia gentiles sine periculo legere non poterant; Christiani vero et sine suspicione ea legebant; et res prædictas ad exitum perductas esse ostendendo, gratam admirationem in animis excitabant.

III. Controversiæ non levi materiam dederunt, quæ a Justino in eadem *Apologia* de statua Simoni Magο erecta dicuntur. Sic enim, num. 26: « Dæmones immiserunt Simonem quemdam Samaritanum e vico Gittum dicto, qui sub Claudio Cæsare, cum magica miracula, dæmonum in eo operantium arte, in regia vestra urbe Roma edidisset, deus existimatus est et a vobis tanquam deus statua honoratus: quæ statua erecta est in insula Tiberina inter duos pontes, habens hanc Romanam inscriptionem: *Simoni deo sancto.* » Et num. 56: « Dæmones immiserunt Simonem et Menandrum Samaritanos, qui magicis miraculis editis multos deceperunt, atque etiamnum deceptos tenent. Nam cum apud vos in regia urbe Roma, ut jam dixi, imperante Claudio Cæsare, Simon versaretur: et sacrum senatum et populum Romanum ita admiratione perculsit, ut deus existimaretur, et statua velut alii, qui a vobis coluntur, dii donaretur. Quapropter oramus, ut et sacrum senatum et populum Romanum una vobiscum hujus nostri supplicis libelli cognitores asciscatis, ut si quis ejus doctrina implicatus sit, veritate cognita, errorem possit effugere; et statuam, si ita vobis placet, dejicite. »

Narrata a Justino historia semper in pretio et honore exstiterat, eique pondus addiderant Tertulliani, Eusebii, Cyrilli Jerosolymitani, Augustini et Theodoreti, a quibus idem asseveratur, testimonia, donec fidem et auctoritatem apud eruditos non paucos detraheret inventa sub Gregorio XIII quædam statua. « Ante annos puto quinque, inquit ad annum 44 Baronius, Gregorio XIII pontifice, in eadem insula Tiberina, e ruderibus lapis est effossus, tali inscriptione notatus:

SEMONI SANCO DEO FIDIO SACRUM
SEX. POMPEIUS S. P. E. COL. MUSSIANUS
QUINQUENNALIS DECUR. BIDENTALIS
DONUM DEDIT.

Præsefert lapis ipse basim, super quam statua locata esset, sed exiguam: nec enim cum valde angusta sit, capax esse videtur alicujus simulacri humanæ staturæ similis. » Nominum quædam est similitudo inter hanc inscriptionem et eam, quæ a Justino refertur; congruit etiam locus: reperta enim statua Semonis Sangi dei in insula Tiberina, in qua Simonem deum sanctum narrat Justinus fuisse consecratum. Inde nata pluribus eruditis non suspicio solum, sed etiam firma persuasio deceptum fuisse Justinum ignoratione Latinitatis, et ab eo Simonem deum sanctum ex Semone Sango deo fabricatum fuisse. Sed parte ex alia reclamant alii non ignobiles critici, imprimis Tillemontius, quorum rationibus, difficile est non assentiri.

IV. Unico prorsus argumento nituntur qui Justinum oscitantem errasse volunt, nempe nominum similitudine. Levissimi enim momenti est quod objicit Valesius (not. in Euseb. lib. II) non solere Romanos divinitatem hominibus vivis tribuere, aut deos appellare sanctos. Ut omittam exempla non deesse hominum ante mortem diis ascriptorum, ut Neryllini apud Athenagoram, num. 26, satis est meminisse tunc imperasse Claudium, cujus sub imperio nihil tam absurdum fuit, quod non impetrari et perfici

Digitized by Google

potuerit. Consecraverant Simonem Samaritæ, eorumque suffragio Romam deus advenerat, nec mirum est, si ibi eosdem honores consecutus est, *quo*, ut ait Tacitus [47], *cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque*. Sanctorum appellationem diis tributam fuisse observat Tillemontius in pluribus apud Gruterum inscriptionibus. Nihil est ergo quod Justinum premere possit præter inscriptionis ab eo memoratæ cum ea, quæ multis post sæculis reperta est, similitudinem. At utraque in multis diversa. Potuit quidem Simonis nomen cum Semone confundi : at neque Semon Sangus deus Fidius pro Simone deo sancto ab homine legendi perito sumi potuit, nec ab homine sano Sex. Pompeius S. P. E., col. Mussianus, etc., pro imperatore et senatu, nec imago dei Sangi pro imagine Simonis ab eo, qui hanc postremam in Samaria viderat.

A ea S. Augustinus et Theodoretus de hac statua dixere, quorum illis auctor non fuit Justinus. Primus enim Simoni et Helenæ erectam fuisse, alter æream fuisse testatur, quorum neutrum dixerat Justinus. Hæ rationes, quas magna ex parte Baronius et Tillemontius suppeditarunt, detinent me quominus id quod alii eruditi viri asseveranter pronuntiarunt, pluris esse quam conjecturam incertam existimem.

CAPUT VII.

De Dialogo cum Tryphone.

1. De Justini peregrinationibus. II. Dialogi occasio, quem Ephesi per biduum cum Tryphone ejusque sociis habuit. III. Quo id tempore contigerit inquiritur. IV. De Tryphone ejusque sociis, ac Justini disputandi ratione nonnullæ observationes. V. An Dialogus primæ diei fine et secundæ initio mutilus sit examinatur.

B I. Quod ait Eusebius, lib. IV, c. 11, Justinum Romæ domicilium habuisse, non ita accipiendum est, quasi Justinus vitam suam hac in urbe traduxerit. Diu enim abfuisse post oblatam imperatori *Apologiam* et in aliis regionibus commoratus videtur. Ait enim in *Actis martyrii : Veni autem in urbem Romam secundo :* ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ῥωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον. Quibus verbis rediisse se longo intervallo significat; neque enim, si ad breve tempus discessisset, interrupta perpetuitas commorationis fuisset. Quænam autem causæ S. martyrem in provincias traxerint, et quid absens egerit, ex illius in ipsa urbe occupationibus dijudicare possumus.

Præterea observandum est nec temere et inconsiderate Justinum postulasse ab imperatore, ut hanc Simonis Magi statuam tolleret. Hæc enim petenti magnum periculum imminebat a Samaritanis, ac ipse in *Dialogo*, n. 120, ut probet nihil aliud sibi curæ esse nisi ut verum dicat, *etiamsi e vestigio discerpi oporteat;* exemplum animi non timidi a se editum profert, cum Cæsarem deposito ad *Acta* scripto compellans dixit Samaritanos *errore decipi, ut qui Simoni gentis suæ Mago fidem habeant, quem deum supra omnem principatum et potestatem et virtutem esse dicunt.* Si id Justinus non aggressus, nisi considerato et perspecto periculo, quod ei a Samaritanis metuendum erat; vix dubium quin certa illi et explorata res fuerit. Quinetiam imperatorem rogat, ut senatum et populum hujus rei cognitores asciscat et statuam dejiciant. Videntur ipsi Samaritani statuam novisse et magni fecisse. In hoc enim metuendus fuit eorum furor, quod illos statuæ dejectio latere non potuisset, si impetrasset Justinus ut dejiceretur. At difficile fuit, ut quæ Justinus de Simone obiter scribebat, ea ad illorum cognitionem pervenirent.

C Existimat Tillemontius Justinum imitatum esse eximios illos apostolorum discipulos, quos narrat Eusebius evangelistarum munus variis in regionibus obiisse, partim Evangelio his, qui nondum illud audierant, prædicando; partim Ecclesiis, quas apostoli fundaverant, invisendis, ut eas in fide ac veritate confirmarent. Enituerat ante Justinum in hoc laudis genere Quadratus; post Justinum autem, teste Eusebio, lib. V, cap. 10, multi ejusmodi evangelistæ prodierunt, quos inter insignes fuere Pantænus et sæculo tertio ineunte Caius, quem Photius gentium episcopum ordinatum fuisse testatur. Hoc evangelistæ munere Justinum idem eximius scriptor perfunctum fuisse censet in Campania et Ægypto, quas regiones peragrasse se Justinus ipse testatur in *Cohort. ad Græcos;* tum etiam in Asia, D ubi eum versatum fuisse et Ephesi *Dialogum cum Tryphone* et aliis Judæis habuisse narrat Eusebius. Adjuvat hanc opinionem episcopi aut presbyteri dignitas, qua Justinum ornatum fuisse conjicit idem Tillemontius. Nihil præ se ferunt hæ conjecturæ quod repugnet, nihil quod non apte et commode cogitatum videatur; sed tamen non sine aliquo delectu adoptandæ.

V. Etiamsi errasset hac in re Justinus, saltem erratum agnoscere debuit, vel sua sponte dum per urbem incedens plures alias Semonis Sangi statuas reperit (plures enim Romæ exstitisse constat), vel monitus ab amicis, vel ab inimicis castigatus. Prima illius *Apologia* famam et celebritatem habuit. Quomodo ergo tam insigne erratum tamque ad feriendos oculos idoneum ita latuit, ut in *Dialogo* et in *Apologia* 2 fidens et tutus confirmet quod in prima dixerat? Cum eruditis viris pro Christiana religione pugnare solitus erat. Cur ergo acceptas ab eo plagas nemo ultus est, ac ne ille quidem Crescens quem a se fractum et convictum declarat, *Apol.* 2, num. 3. Quomodo erratum minime subodorati tot venerandi scriptores, qui idem ac Justinus dixere? Quinetiam, ut observat Tillemontius,

1° Minus accurate Tillemontius Campaniam et Ægyptum a Justino Evangelii prædicandi causa peragratas fuisse putat. Neque enim improbabile est eum in ipsa Ægypto Christianam religionem

[47] Annal., lib. XV.

Digitized by Google

amplexum esse, ac Cumis in Campania minime commoratum, sed diversatum cum Romam peteret; aut si has regiones peragravit, id profecto contigit ante illius Romam adventum, ante scriptam *ad Græcos Cohortationem*, ac proinde cum recens esset a conversione, necdum evangelistæ muneri maturus.

2° Nec illud statui potest utrum Justinus Roma discedens varias regiones peragraverit, an certum locum commorandi causa petierit. Hoc tantum scimus, nihil amplius, eum, postquam Roma discessit, Ephesi per duos dies cum Tryphone et aliis Judæis disseruisse. Hujus autem *Dialogi* hæc fuit occasio.

II. Paucis diebus ante quam Justinus discederet, ambulanti mane in Xysti spatiis occurrit Judæus quidam, Trypho nomine, cum aliis ex eadem gente, seque philosophiæ studiosum esse significat, et idcirco cum eo colloquendi cupidum. Quærit Justinus annon multo plus ei Moses et prophetæ, quam philosophi prodessent; et ab eo rogatus quid de Deo sentiat, quam philosophiam sectetur, narrat eis quomodo philosophiæ Platonicæ deditus a quodam sene, in quem forte inciderat, veritatem non a philosophis, sed a prophetis de Christo Dei Filio prædicentibus petendam didicisset. Rident socii Tryphonis; dolet Trypho sortem Justini, quod philosophis relictis spem in homine constituat, inanibus commentis deceptus. Spondet Justinus demonstraturum se, si audire velint, non fabulis Christianos, sed certissimis argumentis credidisse. Iterum socii Tryphonis rident et indecore clamant; discedere quærit Justinus; retinetur a Tryphone, sed ea lege ut socii aut abeant, aut silentio audiant. Tum Justinus et Trypho in medium Xysti stadium veniunt, ibique in sedilibus lapideis ex utraque parte positis considunt, cum duo ex sociis Tryphonis abiissent. Hæc proludia fuere longioris disputationis, quæ decedente die interpellata, postridie redeunte Tryphone cum sociis et aliis nonnullis, qui pridie non adfuerant, hora, ut verisimile est, composita repetita est.

Postquam ea per biduum disputata sunt, quorum seriem in præfixa operi analysi texuimus; Justinus et Trypho non sine perpolitis amicitiæ significationibus discesserunt. Declarat Trypho se hoc congressu majorem in modum delectatum esse; nec dubitare quin eodem animo affecti sint socii. Plus enim invenisse se quam exspectabant, aut quam exspectari unquam possit. Desiderium sæpius colloquendi significat; prosperam navigationem Justino precatur: Justinus nihil majus se illis precari posse ait, quam ut idem ac Christiani sentientes in Christum credant.

Opus dedicavit Justinus Marco Pompeio, quem cum amicissimum vocet, n. 8 et sub finem, Christianum fuisse et veritatis cultorem non immerito conjicimus. Sed eum cum Lango conjicere Marcum illum fuisse a quo profligati Judæi, vel cum Grabio Marcum Jerosolymitanum, otio abuti esset.

III. Sincerus Justini animus ac veritatis amans in omnibus operibus depingitur; sed ipse sibi in hoc *Dialogo* necessitatem imposuit accurate referendi quidquid cum Judæis disseruerat. Ne quid enim suspicionis in Judæorum animis resideret, promiserat eis, n. 80, se litteris mandaturum hanc disputationem, nec suam dissimulaturum de Jerosolymorum restitutione sententiam, quam multis minus placere fatebatur. Promissis stetit, et Romam, ut verisimile est, reversus (ibi enim domicilium habebat) hoc opus composuit, utrum Antonino an Marco imperante haud equidem dixerim. At sub Antonino *Dialogum* habitum fuisse colligitur ex his verbis [48]: Οὐ γὰρ ἐξουσίαν ἔχετε αὐτόχειρες γενέσθαι ἡμῶν διὰ τοὺς νῦν ἐπικρατοῦντας· ὁσάκις δ' ἂν ἐδυνήθητε, καὶ τοῦτο ἐπράξατε. « Neque enim ea vobis est potestas, ut manus nobis inferatis, propter eos qui nunc rerum potiuntur; quoties autem adfuit, rem confecistis. » Tum ergo favebat Christianis imperator, ejusque patrocinio tuti erant ab inimicorum insidiis. Si qua enim sæviisset persecutio, non defuisset Judæis facultas odii sui explendi, si minus per se occidendo Christianos, saltem se ethnicis, ut sæpe fecerunt, adjungendo et eorum furorem in Christianos incitando. Si eam Judæis ereptam potestatem diceret Justinus, quam tunc habuere, cum res suas armis et castris tuerentur, eam non ab iis, qui tunc rerum potiebantur, sed ab Adriano repressam dicere debuisset, a quo penitus profligati et omnibus rebus spoliati sunt. Etsi Judæi sub Barchocheba duce crudeliter in Christianos sævierint, ut testatur Justinus, *Apol.* 1, n. 31, hæc persecutio diuturna non fuit: at Judæi Christianos vexare non desierunt, quoties persecutionem ethnici moverunt. Dies festos Christianorum observabant, et cum ethnicis in ecclesiam irruebant, teste S. Hippolyto [49], ac nonnullos apprehensos ad tribunalia trahebant. Hinc in *Actis martyrum* multo vehementius clamant, quam ipsi gentiles. Vid. *Act. S. Polycarpi*, n. 12, et *S. Philippi Her.*, n. 6. Ipse Justinus in alio *Dialogi* loco conjunctionem Judæorum cum ethnicis adversus Christianos sic describit [50]: « Quantum in vobis est et cæteris omnibus hominibus, non solum ex propriis possessionibus unusquisque Christianorum pellitur, sed etiam ex toto terrarum orbe, nec ulli Christiano vitam liberam relinquitis. » Quod ergo nocendi potestatem ereptam Judæis dicit ab his, qui tunc rerum potiebantur, id non Marcum Aurelium, qui semper inimicis Christianorum deditus, nunquam amicus Christianis fuit, sed Antoninum designat, cujus beneficium nondum videtur, cum hæc dissereret Justinus, Christianis eripuisse imperii mutatio.

IV. Trypho Hebræus erat et circumcisus atque

[48] N. 16. [49] In Susannam apud Combefis. Auct., p. 53. [50] N 110.

Digitized by Google

ex bello, quod sub Adriano gestum fuerat, profugus, in Græciam venerat. Argis audierat Corinthum Socraticum, ac in Græcia et Corinthi ex illo tempore degere solebat. Minus belle Tillemontius hæc Tryphonis verba, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, de bello quodam, quod Antoninus Pius cum Judæis habuit, interpretatus est. Ut omittam illud bellum obscuram et levem fuisse expeditionem, nec sub Pio, sed sub Adriano Judæos in varias partes dispersos fuisse; significat Trypho ab eo bello, ex quo profugus erat, longum tempus effluxisse. Ex quo enim patriam fugerat, philosophiæ operam dederat, et in Græcia ac Corinthi ut plurimum degebat: quod argumento est eum non semper in hac urbe commoratum. Non possunt ergo hæc verba, τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, de bello tunc temporis flagrante intelligi. Jam observavi illud νῦν de rebus ante multos annos peractis usurpari, nec mirum videri debet si a Tryphone de bello ante annos forte viginti confecto usurpetur.

Tryphonem Eusebius omnium tunc temporis Hebræorum celeberrimum fuisse testatur. Sic enim de Justini *Dialogo* loquitur lib. IV *Hist.*, c. 18: Καὶ διάλογον δὲ πρὸς Ἰουδαίους συνέταξεν, ὃν ἐπὶ τῆς Ἐφέσου πόλεως πρὸς Τρύφωνα τῶν τότε Ἑβραίων ἐπισημότατον πεποίηται. « Composuit etiam *Dialogum* adversus Judæos, quem apud Ephesum habuit cum Tryphone Hebræorum tunc temporis celeberrimo. » His Eusebii verbis confirmari existimat Grabius conjecturam Cavei, qui hunc Tryphonem eumdem esse putat ac rabbi Tarphonem magni apud Judæos nominis, et vulgo כהן העשיר *sacerdotem divitem* appellatum. Sed si Trypho inter rabbinos numeratus fuit, ad hunc honorem non pervenit nisi post hunc cum Justino *Dialogum*. Nam initio colloquii, cum dixisset Trypho Christum, si jam natus est et alicubi exstat, ignotum prorsus esse ac ne sibi quidem ipsi cognitum, aut ulla potestate præditum, donec veniat Elias, qui illum ungat et omnibus ostendat; significat Justinus misereri se Tryphonis a rabbinis quidquid in mentem venit effutientibus decepti. In toto *Dialogi* decursu ita cum Tryphone et sociis agit, ut cum hominibus rabbinos duces more cæcorum sequentibus; et discedens ab eis hortatur, ut Christum rabbinis anteponant. Ipse Trypho rabbinis submissum se esse significat cum ait, n. 38: « Præclare faceremus, si magistris nostris morem gerentes, qui vestrum cuiquam venire in colloquium lege vetuerunt, ne horum quidem sermonum communionem tecum haberemus. » Interroganti Justino, n. 56, an cuiquam existimarent Dei et Domini nomen, nisi Deo Patri et Christo, deferri a Spiritu sancto, respondet Trypho aliorum nomine, imparatos se esse ad tam periculosas quæstiones, nec unquam a se auditum quemquam qui his de rebus dissereret. Videri etiam possit simplicior, cum irascitur et blasphemiæ Justinum accusat, quod is malas virtutes, quæ a Deo defecerunt, commemorasset, num. 70. Sed tamen inter socios, qui cum eo Justinum audierunt, jam tum auctoritate et scientia eminebat, nec improbabile est eum postea nomen et famam rabbini assecutum. Philosophiæ operam dederat sub magistro gentili, et quod eum discendi studiosum fuisse probat, sacros Christianorum libros legisse se testatur, *Dialog.*, n. 10.

Nec probitas deerat Tryphoni nec veritatis amor quidam, sed immoderatum legis studium videtur ei fructus præripuisse, quos ex Justini colloquio percipere potuisset. Non credebat quæ de Christianis falsus rumor in vulgus sparserat; fide indigna judicabat, n. 10; hoc tantum in eis vituperabat, quod cum summam præ se pietatem ferrent, nec festos dies, nec sabbata, nec circumcisionem tenerent, et spem in homine crucifixo ponerent. Postquam ejus rogatu Justinus probavit eximiis argumentis legem datam esse non ad justitiam, sed propter peccata; non idcirco movetur, n. 18. Urget iterum Justinus et quærit cur justis ante Abraham et Mosem circumcisionem et sabbata Deus non imposuerit; tum vero Trypho ingenue ignorationem suam confitetur, n. 28. Animo horrescere videtur, n. 38, ubi Christum audit eum esse qui cum Mose et Aaron in columna nubis locutus est; æquiorem se præstat argumentis a Justino allatis, ut Filium a Deo ante sæcula genitum probet; rem egregie demonstratam fatetur, n. 57 et 63, hoc tantum petit a Justino, ut hunc Dei Filium nasci et crucifigi voluisse ac resurrexisse et in cœlum ascendisse probet. Pene victum diceres Tryphonem, n. 89, ubi fatetur Christo congruere quidquid testimoniorum Scripturæ a Justino laudatum fuerat: una res eum deterret, supplicium crucis, cui lex maledictionem inflixit. Justinus multa præclare congerit ad hujus rei explicationem, sed tamen corda Judæorum superasse non videtur, quamvis eos interdum videatur permovisse. Nam post tot ac tanta religionis argumenta, cum pertenderet Justinus locum quemdam Isaiæ de Christo et illuminatis ab eo gentibus accipi debere, nonnulli eorum, qui postridie venerant, incondite ut in theatro clamorem ediderunt, n. 123.

Videtur Justinus interdum a sua lenitate in docendis Judæis discedere, eosque maximis probris sæpe onerare. Sed tamen ubi durioribus verbis utitur, non tam eos qui audiebant, quam obstinatam in omni scelere gentem compellat, velut cum ait num. 93: « Nam cum ex signis a Mose factis intelligendi copiam habeatis hunc esse Christum, non modo non vultis, sed etiam in angustias nos conjici posse existimantes, quæstiones ponitis quæcunque in medium veniunt, nec tamen ipsi habetis quid dicatis, si quem firmiorem Christianum offenderitis. » Ad hoc exemplum existimari possunt plurima alia, quibus Justinus Judaicam gentem perstringit, ut Judæos audientes a stultissima opinione, quam de gente sua et Synagogis suis ha-

Digitized by Google

bebant, ad verum Israelem et Dei populum agnoscendum revocaret. Enitescit patientia Justini cum eum desipere ait Trypho, n. 39, vel cum animum a doctrina Christiana vehementer abhorrentem significat, aut ea rejicit quæ antea concesserat, num. 67. His in locis Justinus justæ indignationi moderatur, nec de studio veritatis docendæ quidquam remittit, cum Dei judicium metuens si verum subtrahat, tum etiam sperans inter eos, qui audiebant, reperiri aliquem posse, qui e numero electorum sit; seque testatur ita agere cum omnibus hominibus solere, quicunque illum sciscitari voluerint.

Trypho cum sex sociis primo die occurrit Justino. Nam cum duo abiissent, eorum, qui remanserant, quartum numerat Justinus, n. 66, p. 152. Postridie frequentior fuit comitatus Tryphonis. Nam præter eos, qui pridie adfuerant, alii supervenerunt, ut Mnaseas, de quo, n. 85, et alius, n. 94. Præterea Justinus ait, ut jam dixi, n. 122, nonnullos ex iis, qui postridie venerant, inconditum ut in theatro clamorem edidisse.

V. Sed difficilis et magni momenti nobis examinanda quæstio est, utrum integrum hoc eximium opus ad nos pervenerit, an satis longa pars desideranda sit, ut visum est eruditis viris, quotquot de Justini scriptis pertractarunt. Videntur sane non leves causæ subesse, cur magnam aliquam lacunam suspicemur. Nam cum duos dies in disserendo insumpserit Justinus, cumque pridie disputata interdum repetat in gratiam eorum, qui non interfuerant, ut num. 78, 84, 92, 118, nusquam tamen prioris disputationis conclusionem, nusquam initium posterioris deprehendas; nulla prorsus et nocte cogente discedentium, et postridie redeuntium salutatio. Quæ quidem si exciderunt ex scripto Justini, lacuna necessario collocanda est intra n. 70 et 78. Nam Justinus, n. 78, pridie disputata de Mithræ mysteriis repetit in gratiam eorum qui non adfuerant. Hæc autem leguntur, n. 70. Unde necesse est medio inter utramque paginam intervallo hesterni colloquii finem, posterioris initium collocari. Locus ex n. 82 citatus apud S. Joan. Damascenum *Parallel.*, p. 754, dicitur desumptus, ἐκ τοῦ πρὸς Τρύφωνα β' λόγου, *ex secundo Dialogo cum Tryphone*, id est, ut eruditus editor observat, ex secunda parte *Dialogi*.

Sed tamen si ordinem et seriem consideremus, quam Justinus in omnibus argumentis dispensandis sequitur, amissæ *Dialogi* partis desiderio modum ponemus, ac injectus ex opinata lacuna dolor evanescet.

1° Totius *Dialogi* series, dum aliæ ex aliis quæstiones nascuntur, mirifice cohæret, neque a n. 70, ubi de Mithræ mysteriis agitur, ad n. 78, ubi hesterna Mithræ mysteriorum commemoratio propter eos, qui pridie non adfuerant, repetitur, disputatio videtur interrumpi potuisse. Postquam enim Justinus ex loco Isaiæ, quem Mithræ sacerdotes imitatos esse dicit, occasionem cepit castigandæ Judæorum in Scripturis interpretandis superbæ imperitiæ, et querendi, quod Septuaginta interpretationem vituperare audeant, et ex ea nonnulla testimonia sustulerint; tum vero ad promissam venit explicationem Isaiæ verborum, *Ecce virgo concipiet* [51], quæ fatetur a Judæis sublata non fuisse, sed tamen ita reddi, *Ecce adolescentula in utero habebit*. Interpellat Trypho, ac scire avet quænam testimonia ex Scripturis Judæi sustulerint. Morem gerit Justinus, et cum ex his verbis, *Dominus regnavit a ligno* [52], Judæos illud *a ligno* abstulisse dixisset, Tryphonem, qui totum hunc psalmum non de Christo passibili, sed de Deo omnium creatore dictum esse contendebat, refellere aggreditur, et majestatem regni in Christo cum passionis ignominia conjunctam esse probat pluribus Scripturæ testimoniis. Fatetur Trypho hæc magni esse ad persuadendum momenti, sed a Justino reposcit toties promissam Isaiæ verborum explicationem, quam quidem dum exsequitur Justinus, data occasione repetit quæ pridie dixerat de Mithræ mysteriis.

2° Ex his patet operam perdidisse qui, n. 74, ad hæc verba ὡς καὶ διὰ τῆς γῆς finem primæ dici et initium sequentis collocantes, opinatum vacuum aut excogitatis sententiis, aut ex S. Joanne Damasceno repetitis explere conati sunt. Verba desunt paucissima ac disputatio in eodem semper argumento versatur, ut in notis observatum est.

3° Sic totum *Dialogum* pertexit Justinus, ut intermissionis illius, quam nox attulit, nullam prorsus rationem habeat, sed omnia eadem serie comprehendat; sive id commodius ei visum est, nec lectorem rei non necessariæ narratione interpellare voluit, sive non omnia eodem ordine, quo fuerant disputata, retulit, sed, ut memoriam subibant, vel ut ad certa quædam genera revocari poterant. Res ante oculos facile ponitur. Rogat Justinum Trypho, num. 56, p. 155, ut, cum diem procedere videat, citius absolvat quod probandum susceperat, nempe præter Deum Patrem, alium esse qui ejus Filius et Deus dicendus sit. Pluribus ea de re disserit Justinus: sibi illum satis fecisse testatur Trypho, n. 65, ac amplissimam disserendi segetem Justino proponit, in quam fere insumetur quidquid *Dialogi* reliquum est, nempe de hujus Filii, quem Justinus Deum esse demonstraverat, incarnatione, cruce, resurrectione et ascensione. Onus libenter suscipit Justinus. Quomodo ergo utrumque cepit oblivio dici procedentis? Hæc enim a Tryphone postulata et a Justino promissa ante n. 70, id est antequam finis primæ diei observari possit. Quinetiam postquam Justinus probare cœpit Christum ex Virgine de-

[51] Isa. VII, 14. [52] Hymn. Eccles. in Domin. Palm., ex Psal.

Digitized by Google

buisse nasci, atque huic disputationi, partim interpellante Tryphone, partim sua sponte multa intexuit, ad eam, ut in uno et eodem colloquio promissam, ac nocte minime interruptam, ita a Tryphone revocatur. Sic enim Trypho, num. 77 : « Equidem tibi assentior satis inesse tot ac tantis rationibus ad persuadendum momenti : sed scias velim me a te Scripturam illam, quam sæpe demonstraturum pollicitus es, reposcere. » Argumento est hæc disserendi ratio noluisse Justinum accurate distinguere quid primo, quid secundo die disputatum sit, sed omnia una et eadem serie comprehendisse.

4° Nonnulla occurrunt in posteriore *Dialogi* parte, quæ frustra in priore quærantur, quamvis pridie dicta fuerint. Ait Justinus, n. 85, se antea usum esse his Psalmi verbis : *Laudate Dominum de cœlis* [53], et, n. 105, se demonstrasse animas post mortem manere. At ea alibi non leguntur. Sub finem *Dialogi* testatur Trypho Justinum dixisse se brevi soluturum. Hæc autem suspicari non debemus ex locis inter num. 70 et 78 interjectis excidisse. Nihil enim hic vacui et hiulci esse demonstravimus. Sed minime mirum si nonnulla Justinus alio loco commemorat, quæ suo non occurrerant memoriæ scribentis. Sic etiam quod ait Justinus, n. 80, se antea confessum esse multos sibi eosque *ex illo Christianorum genere, quod piam et puram sequitur sententiam*, non assentiri de restitutione Jerosolymorum, id cum nusquam antea occurrat, nequaquam in librarios culpa rejicienda, sed laudanda potius est scriptoris diligentia, qui res in prima parte vel de industria omissas, vel memoriæ elapsas apte in secunda commemorat.

Idem fecisse Justinus in vero *Dialogo* videtur, ac in fictis Plato, qui Socratem decem de republica libros una serie devolventem inducit, nulla prorsus intermissionum, quas identidem fieri par erat, habita ratione. Utar alio exemplo quod magis appositum videtur. Dialogus de Vita S. Joannis Chrysostomi inter Palladium episcopum et Theodorum diaconum habitus, usque ad diem quartum productus fuit, ut patet ex p. 162, ubi Palladius nonnullos commemorat, de quibus se nudiustertius egisse testatur, οὗτοί εἰσι περὶ ὧν τρίτην ἡμέραν διηγησάμεθα. Ea tamen est Dialogi continuatio, ut quamvis intermissus et repetitus fuerit, nullo vestigio aut finem unius colloquii animadvertas aut initium sequentis.

CAPUT VIII.

De secunda Apologia S. Justini.

1. Persecutio sub Marco. II. Justini concertationes cum Crescente. III. De martyribus in secunda Apologia laudatis. IV. Hanc Marco Aurelio et Lucio Vero probatur oblatam fuisse.

1. Quo anno Romam reversus sit Justinus, statuere non possumus : minime dubium, quin hac in urbe commoratus sit, cum gravissima persecutio sub M. Aurelio grassaretur. Non jusserat præstantissimus princeps vexari Christianos ; sed, ut observat Athenagoras [54], dum injuriam ab eis non propulsat, dum nullam partem in eos derivat paternæ illius sollicitudinis, qua universos imperii Romani cives tuebatur, omnibus inimicorum injuriis expositi fuere, nec ullum ab illis abfuit damnorum et suppliciorum genus. Hæc agendi ratio in optimo imperatore summum odium declarat Christianæ religionis ; nunquam enim suum illis patrocinium clausisset, si quid de illis æqui sensisset. Sed plus apud eum et nefaria philosophorum consilia, et Romanarum cæremoniarum amor, quam avi et patris exempla, et insita omnibus justitiæ et æquitatis elementa valuerunt. Cum ergo omni ope destituti essent Christiani, gravissimæ in eos undique exortæ tempestates. Testatur Justinus [55] ubique terrarum si quis ex gentilibus a Christiano patre aut vicino, aut filio aut amico aut fratre aut marito, aut uxore ob delictum reprehendatur, statim eum operam dare, ut censorem suum in judicium capitis arcessat. Si quis autem fateretur se esse Christianum, satis causæ judices habebant, cur eum statim morte damnarent.

II. Nemini sane tristissimum tempus plus doloris afferre debuit, quam S. martyri Justino, tum ob eximium Ecclesiæ amorem, quo totus videtur arsisse, tum quia cum pacem Ecclesiæ ab Antonino pro sua virili parte impetrasset, labores suos a dæmonibus everti videbat. Sed cum probe sciret Christianos, dum sic occiduntur, ab improbis dominis ad optimum patrem Deum proficisci, non dubitavit in medium discrimen sese conjicere, et ad confutandos philosophos, qui hujus incendii fax esse videbantur, omnem animi sui vim incitavit [56] : *Veritatem prædicans, gulæ et fraudis illos arguebat*, teste Tatiano, num. 19. Præcipue cum Cynico Crescente, homine omnibus vitiis notatissimo, gradum contulit multis audientibus, ejusque summam eorum, quæ asseverabat, ignorationem aut eorum, quæ sciebat, dissimulationem nemini dubiam reliquit, cum provideret, id quod usu evenit, superbissimum hominem acceptas plagas sanguine victoris expiaturum. Videtur latius manasse hujus colloquii fama ; ac dubitat ipse Justinus annon etiam ad aures imperatoris pervenerit. Quod si minus ad eos disputatio perlata, paratum se esse significat rursus illis audientibus Crescenti quæstiones ponere. Sin autem eis cognitæ interrogationes et responsiones, non dubitat quin Crescentem aut nihil Christianarum rerum scire, aut si sciat, ignavum eorum, quæ scit, dissimulatorem esse intellexerint. Sic enim peragebatur Justinum inter et Crescentem concertatio : cum publice prædicaret Crescens atheos esse et impios Christianos, interrogabat eum Justinus : respondebat ille et responsiones ejus sic

[53] Psal. CXLVIII, 1. [54] Apol. n. 1. [55] Apol. 2, n. 1, [56] Apol. 2, n. 3.

Digitized by Google

refellebat Justinus, ut eum aut ignoratæ aut dissimulatæ Christianorum doctrinæ crimine premeret. Hallucinati sunt qui Crescentem summæ omnium rerum ignorationis convictum fuisse putant. Non enim de rebus inter philosophos agitari solitis controversia erat, sed de Christiana religione; nec Crescentem Justinus omnium rerum ignarum esse declarat, sed *rerum nostrarum*. Non una aut altera exstitit tantum Justino cum Crescente certandi occasio. Sæpe iteratum prælium. Crescens insectari Justinum et Tatianum non desinebat. « Quosnam autem philosophorum, inquit Tatianus, num. 19, nisi nos solos insectari solebat? » Testatur Eusebius *sæpe in Dialogis victum a Justino multis audientibus Crescentem*, πλεονάκις ἐν Διαλόγοις ἀκροατῶν παρόντων εὐθύνας αὐτόν. *Hist.*, IV, 16.

III. Præter communem omnium Christianorum persecutionem, insigne quoddam crudelitatis specimen Romæ editum est, quod Justino animos addidit, ut alteram *Apologiam* imperatori M. Aurelio offerret. Christiana mulier, cum virum haberet omnibus vitiis deditum, nihil intentatum reliquit, ut eum ad saniorem mentem revocaret [87]. Sed cum nullam spem vitæ melioris afferret, tandem illum uxor repudiat. Ille statim eam accusat, quod sit Christiana. At mulier ab imperatore impetrat, ut sibi liceat domui providere, antequam vadimonio respondeat. Tum maritus in Ptolemæum, qui ipsius uxorem in Christiana religione erudierat, furorem suum convertit. Agit cum centurione, cui erat amicus, ut Ptolemæum comprehendat, idque unum interroget an Christianus sit, et confitentem in carcerem includat. Morem ei gerit centurio. Ptolemæus Christianum se esse profitetur, et in carcere diu afflictus, tandem coram Urbico præfecto sistitur; iterum confitetur, et morte damnatur. Tum cum ad supplicium duceretur, occurrit Lucius quidam et Urbico injustum judicium exprobrat. Tum præfectus ad eum: « Tu quoque ex hoc hominum genere esse mihi videris. » Lucius respondet: « Maxime; » ac simul cum Ptolemæo jussu præfecti abripitur. Tertio cuidam supervenienti eadem pœna irrogatur. Hæc a S. martyre narrantur in secunda *Apologia*, quam quidem, etsi in editionibus Operum Justini prima collocatur, ita tamen constat posteriorem esse, ut ea de re otiosum sit disserere.

IV. Inscribitur senatui hæc oratio; addi potuisset, ut in prima, *et populo Romano*. Ipse Justinus initio Romanos compellat; deinceps autem solos imperatores: ex quo colligi potest ad exemplum primæ oblatam fuisse imperatoribus, ut *libelli supplicis cognitores secum*, quemadmodum in prima loquitur, asciscerent senatum populumque Romanum. Illud autem mirari subit, cur non postulet Justinus in hac *Apologia*, ut Christiani eodem sint jure ac reliqui homines; cur non imperatoribus objiciat Antonini litteras in gratiam Christianorum. Ita enim se gesserat in prima *Apologia*. Non tam mihi videtur hæc omisisse Justinus, quod Marcum primæ *Apologiæ* memorem esse crederet, nec egere ut hæc ei in memoriam revocentur, quam quod malevolum illius animum molliter tractandum esse duceret, nec Antonini legum et exemplorum, a quibus prudens et sciens discedebat, commemoratione lædendum. Itaque sic cum eo agit, quasi nulla illius culpa, nullo mandato persecutio sæviret [88]. Hoc unum petit ab imperatoribus, ut supplicem hunc libellum auctoritate sua comprobent; tunc enim fore ut eum omnibus ostendat: quippe cum id propositum sibi fuerit, ut qui Christianos non norunt, nec tamen eos vexando excusabiles sunt, ab hac bonarum rerum ignoratione liberari possint, et perniciem, quam sibimetipsis inferunt, effugere. Dubitari possit annon petat Justinus, ut scripto aliquo ad judices misso libellus supplex promulgetur. Hanc enim in sententiam accipi possunt hæc verba, προθεῖναι τουτὶ τὸ βιβλίδιον, ἐὰν τοῦτο προγράψητε. Sed videtur Justinus ipse mentem suam aperire; promulgandi libelli rationem exponit his verbis, ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν, *subscribentes quod vobis placet*. Si libellum hoc modo promulgent, ipse illum omnibus ostendet. Ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προγράψητε, ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανερὸν ποιήσαιμεν, « Si illum promulgetis [*subscribentes quod vobis placet*], omnium illum oculis exponemus. »

Utri autem oblata sit imperatori, Antonino an M. Aurelio, id in controversiam eruditorum nonnulli vocarunt. Valesius Antonino oblatam fuisse contendit; cujus opinionis tenendæ necessitatem sibi imponunt, qui Justinum sub Antonino passum esse volunt. Papebrochius ad 13 April., cui præiverat Scaliger in not. ad Chron. Euseb., p. 219, fatetur Justinum obtulisse M. Aurelio *Apologiam*, sed eam hodie negat exstare; illam autem, quæ nunc in manibus est nihil aliud esse quam præfationem a Justino præfixam majori *Apologiæ*, quam obtulit Antonino.

Ruunt hæc opinionum commenta cum Eusebii testimonio, qui diserte declarat Justinum apud imperatorem M. Aurelium Ecclesiæ causam egisse, et ex illa *Apologia* ea citat, quæ in hac nostra legimus; tum etiam interioribus judicandi notis quæ ex ipsa oratione ducuntur. Nam 1° Justinus in hac secunda *Apologia* multa tangit, quæ jam alias sese indicat pertractasse, has voces intexens, ὡς προέφημεν, *ut jam diximus*, velut cum de Christi Incarnatione loquitur, n. 6, aut de Heraclito, n. 8, aut de mundi propter homines creatione, n. 4. Quod si hæc *Apologia* quædam veluti præfatio majoris fuit, dicere debuit Justinus, *ut modo dicemus*, nequaquam autem, *ut jam diximus*. Cur autem primam *Apologiam* citans Justinus his tantum vocibus utatur, *ut jam diximus*, nec nominatim appellat opus in quo hæc pertractaverat, id causæ exstitit;

[87] *Apol.* 2, n. 2. [88] N. 14 et 15

Apologia prima in silentio et oblivione non jacebat, sed in tabulariis publicis deposita erat ac hominum mentibus hærebat, præsertim imperatoris Marci Aurelii, quem latere non poterat Antoninum Justino benigne et liberaliter annuisse. Eadem de causa nomen suum brevi *Apologiæ* non inscripsit, cum id in majore non omisisset; quia scilicet notus erat tum ex ipso illo opere, quod tam optatos habuerat successus, tum ex fama, quam ipse sibi inter philosophos eruditis disputationibus pepererat.

2° Cum brevem *Apologiam* offerret Justinus, jam tum Crescentis in eum odia fervebant; diem ex die exspectabat, ut a Crescente in judicium capitis vocaretur, n. 4, nec sua illum decepit exspectatio, teste Eusebio, lib. IV, c. 16. Quare ab hac *Apologia* ad Justini mortem non tantum temporis, quantum a prima, quam multæ res gestæ Justini consecutæ sunt, effluere potuit.

3° Si utraque *Apologia* distinctum ac diversum opus, ut ex allatis rationum momentis patet, necesse est alteram sub Antonino, alteram sub M. Aurelio scriptam fateamur. Neque enim verisimile fit missum ab Antonino in omnes provincias æquissimum edictum ita Romæ sub ejusdem imperatoris oculis spretum et violatum fuisse, ut novam *Apologiam* Justinus offerre cogeretur.

4° Manifestum est inter utramque *Apologiam* ut materiæ, ita etiam temporum discrimen. Plus enim doloris et animi Justinus in secunda significat, quam in prima, id quod ex utriusque exordio satis appa- C ret. Crudeliora commemorat in Christianos facinora; et cum in prima [59] dixisset, nullum ex Christianis confessum esse de criminibus huic nomini affictis, sed si quis ob scelus damnatus sit, non ut Christianum condemnatum esse; narrat in secunda [60] gentiles tanto furore arsisse, ut Christianorum servos aut pueros aut mulierculas gravissimis cruciatibus fabulosa illa crimina cogerent confiteri. Tam inimica Christianis tempora non Antonini qui illis favit, sed M. Aurelii imperium redolent, qui ne maximo quidem beneficio provocatus æquum se illis præbuit.

Lucius imperator, Marci collega, eodem modo in hac *Apologia* designatur ac in prima. Sic enim Lucius martyr alloquitur Urbicum: « Non ut decet D Pium imperatorem, non ut philosophum Cæsaris filium, non ut sacrosanctum senatum, judicas, Urbice. » Si his in verbis non possumus Lucium non agnoscere; in titulo Pii, qui alteri imperatori tribuitur, non Antoninus agnoscendus est, sed Marcus, cui etsi nondum senatus hujus nominis honorem decreverat, mirum tamen aut incommodum videri non debet, si ei a privatis hominibus, quales erant Lucius et Justinus, defertur.

Unus compellatur imperator in hac *Apol.*, ubi de muliere in judicium a marito vocata dicitur: « Atque illa quidem libello tibi, imperator, oblato A postulavit, ut sibi prius domui suæ prospicere liceret.... Atque id quidem annuisti. » Inde Valesius hanc *Apologiam* Antonino oblatam colligit: at prorsus immerito. Nam Justinus, n. 3, 14 et 15, plures compellat, ut regia potestate præditos. Sic etiam in *Actis S. Justini* præfectus dicit Justino, n. 1: « Primo diis crede et imperatoribus obsequere. » At idem unum commemorat, dum sententiam capitalem profert: « Qui diis sacrificare et imperatoris præcepto parere noluerunt, flagello cæsi ad capitalem pœnam abducantur. » Videntur ergo nunc unus, nunc plures nominari imperatores soliti fuisse; nec proinde necesse est cum Tillemontio hanc *Apologiam* aut ante Lucii reditum ex Oriente aut post illius mortem oblatam suspicari.

B Aliud argumentum repetit Valesius ex Urbici nomine, quem sub Antonino præfectum Urbis fuisse ex *Apologia* Apuleii Antonino oblata contendit. At præterquam quod is, qui memoratos Justini *Apologia* martyres damnavit, prætorii præfectus esse potuit; nihil vetat eumdem Urbis præfectum fuisse sub Antonino et Marco. *Apologia* Apuleii, ut observat Tillemontius, sub Marco potius scripta quam sub Antonino, quem divum appellat.

CAPUT IX.

De Justini martyrio.

1. De Justini in oppugnandis philosophis constantia. II. Prædicit eos sibi insidiaturos, idque evenit. III. De tempore et Actis martyrii.

C I. Nihil Justino optatius evenire poterat, quam post tot labores et pericula vitam ipsam pro Christo profundere. Illum constantia Christianorum in cruciatibus perferendis magna ex parte permoverat ad amplectendam religionem Christianam, eique persuaserat eos insontes et puros esse a criminibus, quæ illis affingebantur. In defendenda religione [61] sæpissime hoc argumento utitur, nempe Christianorum in cruciatibus perferendis constantia, ut discrimen novæ ac veteris legis ostendat, et testamentum, quod olim Deus promiserat, impletum et omnibus conspicuum esse demonstret. Uno verbo tota Justini vita meditatio quædam exstitit martyrii. Nullam docendæ veritatis occasionem prætermittebat, semper sperans bonam se D terram inventurum, ac Dei judicium metuens, si per ipsum stetisset, quominus aliquis ad veritatis cognitionem perveniret. Neminem reveritus, etiamsi e vestigio discerpi oportuisset, unum id studio habebat, ut verum in omnibus diceret. Cum *Apologiam* offerret pro fratribus, atque audacter peteret ut ad *Acta* deponeretur; præter periculum, quod illi ab hac egregia actione imminebat, in aliud se ipse conjiciebat, Samaritanos, quæ gens improba erat et ad omne facinus parata, palam et aperte incusando, quod homini mago summi Dei titulum et honorem deferrent [62].

Sed haud scio an impavidi animi maximum spe-

[59] N. 2, 7, 8. [60] N. 12. [61] Apol. 2, n. 12. [62] Dialog. n. 120.

Digitized by Google

cimen ediderit Justinus, cum philosophos adortus est. Hi cum imperatoris animum in Christianos incenderent, ac philosophiæ nomine et virtutum simulacris auctoritatem iniquissimis criminationibus conciliarent; detraxit illis pellem Justinus ac introrsum turpissimos, fraudique et gulæ deditos esse demonstravit [63]. Itaque eo tempore, quo per totum orbem quisquis a Christiano reprehensus ob delicta fuerat [64], incommodum monitorem perfacile, nomine illius deferendo, tollebat, exspectandum fuit Justino ut ab eorum, quos reprehenderat, aliquo in judicium vocaretur. Sic ipse mentem suam aperit, *Apol.* 2, num. 3: « Ego etiam exspecto, ut ab eorum quos dixi aliquo insidiis appetar et ad stipitem affigar, aut certe ab illo strepitus et ostentationis amatore Crescente. »

II. Ex variis suppliciis, quæ Christianis infligi solebant, unum aliquod Justinus, *stipite*, designat, ut generatim indicet se inimicorum insidiis vitam amissurum. Sic Tertullianus varia supplicia uno appellato, nimirum igne, comprehendit [65]: « Cæterum, inquit, si ex conscientiæ, qua scimus Dei nomen et Domini et Patri et Filio et Spiritui convenire, deos et dominos nominaremus, exstinxissemus faces nostras etiam ad martyria timidiores, quibus evadendi quoque pateret occasio jurantibus statim per deos et dominos, ut quidam hæretici, quorum dii plures. » Idem hoc loco factum a Justino; martyrium a se exspectari significat, ac unum aut alterum de multis supplicium nominat. Solebant enim ad stipitem alligari et qui igne, ut in adnotatione ad hunc locum observavi, comburendi erant, et qui bestiis tradebantur. Unde Tertullianus, lib. *De pudic.*, c. 22, sic loquitur: « Puta nunc sub gladio, capite librato; puta in patibulo, jam capite expanso; puta in stipite, jam leone concesso; puta in axe, jam incendio astructo; in ipsa dico securitate et possessione martyrii, quis permittit homini donare quæ Deo reservanda sunt? » In ipsa axe alligabantur ad stipitem qui comburendi erant, ut ex alio Tertulliani testimonio, quod in adnotatione retuli, manifestum est. Vid. *Act. S. Polycarpi*, n. 14, et *S. Philippi Heracl.*, n. 13. Justini verba haud aliter intellexit Eusebius [66], qui ut probet id quod providerat Justinus ita evenisse ut prædixerat, martyrio illum coronatum fuisse asseverat, et Tatiani testimonio utitur, qui hoc tantum dicit, mortem Justino Crescentem machinatum fuisse. Ex quo patet his verbis, τῷ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, mortem certissime designari, non flagella tantum aut nervum; ac supplicii genus exempli causa nominari, ut martyrium generatim significetur.

Marcum Aurelium recenset Tertullianus, *Apol.*, c. 5, *inter* eos imperatores, a quibus leges adversus Christianos sancitæ non fuerunt. Sed tamen videtur aut secreta judicibus dedisse mandata, ut Christianos sacrificare cogerent, aut saltem judices gratum se illi facturos sperasse, si se ab eo hæc mandata habere dicerent. Sic enim Rusticus præfectus Justino dicebat [67]: Πρῶτον πείσθητι τοῖς θεοῖς καὶ ὑπάκουσον τοῖς βασιλεῦσιν· « Primo diis crede et imperatoribus obsequere. » Postquam se in Justino et sociis ejus operam ludere animadvertit, præcepit ut qui diis sacrificare, et imperatoris præcepto [68], τῷ τοῦ αὐτοκράτορος προστάγματι, parere noluerant, ad capitale supplicium abducerentur.

Sub tam infenso Christianis imperatore satis erat Christiani nomen deferre, ut statim necaretur, si se confiteretur esse Christianum. Videtur tamen Crescens in occidendo Justino plus negotii habuisse, quam si unum e multis aggressus fuisset. Machinationem enim quamdam et occultas molitiones indicat Tatianus, dum ait Crescentem « Justino mortem instar ingentis mali machinatum fuisse, » ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι. Forte virtutis et eruditionis fama aliquid gratiæ Justino conciliaverat, et imperatoris ac judicum animos ad tantum virum, quem Christianum esse non ignorabant, e medio tollendum tardiores faciebat.

III. Testatur Eusebius martyrium Justini secundam *Apologiam* proximo intervallo subsecutum esse. Ait enim illum in hac *Apologia* prædixisse exitum vitæ suæ *prout erat ipsi propediem eventurus*, ὥσπερ οὖν καὶ ἔμελλεν ὅσον οὔπω περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι. Passum Justinum circa annum 168 existimat Tillemontius, quia Eusebius illius martyrium refert post S. Polycarpi passionem, quam multa rationum momenta ad annum 166 referre cogunt, et ante Aniceti mortem, quam ipse Eusebius ad annum 168 referendam duxit. Eo libentius assentior erudito viro, quod illius sententia cum tota rerum a Justino gestarum serie præclare quadrat.

Acta martyrii S. Justini ejusque sociorum inter ea numerantur ab eruditis, quæ maxime sincera ac pura sunt. Si excipias quatuor priores lineas, quæ instar præfationis additæ fuerunt, nullum reperies manus audacioris facinus. Ex his nonnulla translata in Menæum Græcorum, sed penitus rejiciendi tres versus, qui inepte in contextum Menæi irrepserunt:

ΙΟΥΣΤΙΝΟΝ ΚΩΝΕΙΟΝ ΗΡΕΝ ΕΚ ΒΙΟΥ·
ΩΣ ΕΙΘΕ ΠΡΩΤΟΝ ΤΟΥΣ ΠΙΕΙΝ ΔΕΔΩΚΟΤΑΣ.
ΙΡΩΤΗ ΙΟΥΝΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΝ ΕΛΛΕΒΟΡΙΖΕΙ,

CICUTA MORTEM SÆVA JUSTINO ATTULIT.
O SI ERIBISSENT, QUI PRÆBUERUNT, PRIUS.
JUSTINUM JUNI PERSANAVERE KALENDÆ.

Hos versus ita reddidit Halloixius [69], sed accuratius ultimum versum reddemus, si illud ἐλλεβορίζει interpretemur *veneno occidit*. *Justinum Juni elleboro occidere Kalendæ*. Vituperandus profecto

[63] Tat., n. 19. [64] Apol. 2, n. 1. [65] Adv. Prax., c. 15. [66] Lib. IV, c. 16. [67] Act. n. 1. [68] N. 4 [69] Vit. S. Just., p. 188.

Digitized by Google

qui in contextum omnibus suis partibus præclare absolutum ineptissimos illos versus inseruit, et splendidissimo Justini martyrio probrum ausus est aspergere. Nam quidquid in Menæo de Justino ejusque sociis dicitur, mirifice cum *Actis martyrii* consentit, exceptis illis versibus. Justino autem non jam honor habendus esset, ut martyri, si venenum sponte sumpsisset, sed ut sui homicidæ dedecus inurendum esset; aut si clam veneno sublatus foret: non tantum habuisset martyrii splendorem, quantum tota antiquitas prædicavit. Haud dubium ergo quin tres illi versus hominis absurdi facinus exstiterint.

Conatus est huic incommodo mederi Halloixius, ac cicutam, quæ Justinum sustulit, venenum invidiæ esse existimavit, quæ Crescentem ad necem Justino moliendam impulit. Sed hanc interpretationem non patitur versus ille secundus: *O si ebibissent, qui præbuerunt, prius!*

Ex hoc de Justini morte commento data est occasio duos Justinos fingendi, alterum philosophum et eximium scriptorem, eumque veneno sublatum: alterum cum sociis Charitone, Charitina, Pæone, Liberiano (legitur Valeriano in Menæo), Evelpisto et Hierace passum. Sed huic opinioni ipsa *Acta*, in quibus Justinus in omni disciplinarum genere exercitatus fuisse, discipulos habere, cum omnibus adeuntibus doctrinam veritatis communicare, ac bis Romam venisse dicitur, ita reclamant, ut eam non magis libeat data opera refellere, quam quod Aponius scriptor sæculi septimi de Justino dixit [70], eum a philosophis occisum, cum *callide ix secreto vocatus* ab eis fuisset.

Magna jam ex parte explicata et soluta videntur, quæ adversus hæc *Acta* objici possint, nimirum quod unus memoratur imperator, quamvis duo Romanum imperium tunc regerent; quod edictum in Christianos dedisse dicitur, quamvis nullum Marcus tulisse perhibeatur; quod Iconium in Phrygia collocatur. Duabus primis difficultatibus jam occurri. Quod spectat ad tertiam, non desunt qui pro Phrygia Pisidiam (sic enim apud Basilium, ep. 138, Iconium Pisidiæ civitas dicitur), aut pro Iconio Lycaoniam reponant. Atque hæc responsio æquis rerum æstimatoribus satisfacere deberet, etiamsi non aliunde constaret ejusmodi in designando urbium situ errata sæpe ex notis margini appositis in contextum obrepsisse.

His quæ in *Græcorum Actorum* Latina interpretatione emendavi, unum est quod adjicere libeat. Præfectus dicit Justino, n. 4: Ἄκουε ὁ λεγόμενος λόγιος· « Audi tu qui eloquens esse diceris. » Malim, « qui doctus diceris. »

CAPUT X

De Tatiano ac primum de illius studiis litterarum et conversione.

I. Tatianus omnibus disciplinis dat operam. II. Quomodo factus Christianus. III. Ejus fervor sub Justino magistro

I. Tatianus in Assyriorum terra natum se esse testatur: Syrum vocat Epiphanius, hæres. 46, et in indiculo, pag. 231, *e Mesopotamia oriundum esse dicit*. Syrum etiam appellavit Tatianum Theodoretus [71]. Non inusitatum erat ut Assyrii vocarentur qui Palæstinam incolebant; cujus rei exemplum suppeditat Themistius in *Orat.* 7, ubi illud Scripturæ: *Cor regis in manu Dei* [72], ex Assyriorum libris depromptum esse asserit. Statui ergo non potest utrum in Syria, an in Assyria proprie dicta, aut, ut credidit Epiphanius, in Mesopotamia natus sit Tatianus, cum Assyrii nomen ipsis etiam Hebræis tribuatur.

Primum Tatiani institutum superstitio fuit et vehemens omnis litteraturæ studium. Docet ipse [73] tanta se superstitione laborasse, ut *variis in locis mysteriorum particeps fieret ac ubique religiones exploraret*. Nec tamen tot regiones obeunti id solum propositum erat, ut mysteriis initiaretur, sed illud etiam maxime, ut multiplicem eruditionem colligeret. Sic enim loquitur de iis quæ peregrinando cognoverat, n. 35: Ταῦτα μὲν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιφοιτήσας γῆν, καὶ τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμετέρα, τοῦτο δὲ τέχναις καὶ ἐπινοίαις ἐπικυρήσας πολλαῖς. « Hæc non ab alio accepta exposui, qui multas invisi regiones, ac partim vestris in disciplinis exercitatus sum, partim in artes et inventa multa incidi. » Quod ait Tatianus se in Græcorum disciplinis exercitatum fuisse, id Eusebius de Tatiano agens imitatione expressit. Τατιανὸς, inquit [74], ἀνὴρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἕλλησιν μαθήμασι. « Tatianus, vir primo vitæ suæ instituto in Græcorum disciplinis exercitatus. » Ruffinus illud σοφιστεύσας *magistrum eloquentiæ* vertit: hinc etiam Hieronymus Tatianum *primum oratoriam docentem non parvam sibi ex arte rhetorica gloriam comparasse*, Theodoretus sophistam fuisse dicit. Sed Valesius, qui hos duces in Eusebio latine reddendo secutus fuerat, ab eis discedit in suis adnotationibus, ac illud σοφιστεύσας nihil ad eloquentiam pertinere, sed omnem Græcorum sapientiam et liberales disciplinas complecti observat. Addit Tatianum ex peregrinationibus philosophum magis, quam professorem eloquentiæ; ex eo autem quod sine ordine ac methodo scripserit, parum in dicendo exercitatum argui. Auctor dissertationis in Tatianum, quæ post *Orationem* Tatiani editam Oxonii legitur (is autem est doctissimus abbas de Longuerue) assentitur Valesio, ejusque sententiam confirmat his Tatiani verbis [75]: Ὁ κατ' Ἐπίκουρον σοφιστεύων, « qui Epicuri

[70] Biblioth. Patr., t. I, p. 279. [71] N. 42. [72] Prov. xxi, 1. [73] N. 29. [74] Hist., iv, 16. [75] N. 15.

Digitized by Google

philosophiam sectatur. » Non immerito sane rejiciunt eruditi illi viri quod Tatianum Hieronymus et Ruffinus rhetoricam docuisse, Theodoretus sophistam fuisse parum belle dixerant. Nam ipse Tatianus non obscure philosophum se antequam Christianum fuisse declarat. Sic enim philosophos alloquitur, n. 26 : Δημοσίᾳ μὲν γὰρ πομπεύετε, τοὺς δὲ λόγους ἐπὶ γωνίας ἀποκρύπτετε. Τοιούτους ὑμᾶς ἐπιγνόντες καταλελοίπαμεν καὶ τῶν ὑμετέρων οὐκέτι ψαύομεν, Θεοῦ δὲ λόγῳ κατακολουθοῦμεν. « In publico pompas agitis; sermones autem in angulis occultatis. Missos vos fecimus, cum tales cognosceremus; nec jam de rebus vestris quidquam attingimus, sed verbum Dei sectamur. » Quinetiam Tatianus, etsi his verbis se Græcorum philosophiam missam fecisse indicat, videtur tamen in ipsa religione Christiana, Justini magistri exemplo, nomen philosophi ac ipsa etiam fortasse insignia retinuisse. Nam sese cum Justino inter philosophos numerat, cum de structis utrique a Crescente Cynico insidiis sic loquitur, n. 19 : Τίνας δὲ ἂν καὶ διῶξαι τῶν φιλοσόφων εἰ μὴ μόνους ἡμᾶς εἴωθεν; « Quosnam autem philosophorum nisi nos solos insectari solebat? »

Ex his patet philosophum fuisse Tatianum; sed tamen ita philosophiæ deditus fuit, ut non minus operæ et studii in poetis et oratoribus perlegendis, ac omni antiquitate investiganda posuisse videatur. Neque enim assentiri possum eruditis viris Eusebii locum ita ad philosophiam referentibus, ut non solum rhetoricæ professionem, sed etiam eloquentiæ laudem Tatiano abjudicent. Illius antiquitatis cognitionem declarat *Oratio adversus Græcos* recondita eruditione abundans; studiosum poetarum et oratorum fuisse demonstrat dicendi genus limatissimis picturis et poeticis venustatibus coloratum, ac verborum luminibus et ornamentis distinctum. Quinetiam disciplinas Græcorum, in quibus Tatianum exercitatum fuisse ex Eusebio atque etiam ex ipso Tatiano discimus, non philosophiam solum, sed alias etiam artes intelligi oportere perspicimus ex initio *Orationis adversus Græcos*, ubi Tatianus sic loquitur, n. 1 : Ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ, κἂν εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ.... Ῥητορικὴν μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστήσασθε.... ποιητικὴν δὲ μάχας ἵνα συντάσσητε καὶ θεῶν ἔρωτας καὶ ψυχῆς διαφθοράν. Τί γὰρ σεμνὸν φιλοσοφοῦντες ἐξηνέγκατε; τίς δὲ τῶν πάνυ σπουδαίων ἀλαζονείας ἔξω καθέστηκεν; « Sapientiæ vestræ nuntium remisimus, etiamsi plurimum in ea excellere videremur.... Nam et rhetoricam ad injustitiam et calumniam instituistis.... poeticam vero ut pugnas describeretis et deorum amores, et animæ corruptelam. Quid enim philosophando præclari protulistis, aut quis ex iis, qui præstantissimi habiti sunt, extra arrogantiam constitutus fuit? » Videntur ergo utrique errasse et qui Tatiano rhetoricæ professionem affinxerunt, et qui solam philosophiæ laudem detulerunt.

II. Sed hæc omnia ethnicorum instituta animum Tatiani inanibus studiis demulcere poterant, cupiditatem veri cognoscendi satiare non poterant. Fastidivit Græcorum religiones, postquam eas, ut ipse narrat [76], ab effeminatis et cinædis procurari vidit, et Jovem Latiarem apud Romanos sanguine humano delectari, ac Dianam non procul Megalopoli, et alios alibi dæmones ejusmodi sceleribus placari cognovit. Ipsæ etiam disciplinæ tædium illi moverunt, stylus Atticus, philosophorum sorites, geometria, astronomia, leges in publicis rebus administrandis sancitæ [77]. Tandem divino beneficio, cui tamen ingratum se et degenerem exhibuit, veritas ad ejus fulsit oculos, dum in sacras Christianorum Scripturas incidit. Sic ipse rem edisserit, n. 29 : Κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος ἐζήτουν ὅτῳ τρόπῳ τἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναμαι. Περινοοῦντι δέ μοι τὰ σπουδαῖα συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, πρεσβυτέραις μὲν ὡς πρὸς τὰ Ἑλλήνων δόγματα, θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων πλάνην. Καί μοι πεισθῆναι ταύταις συνέβη διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τῆς τοῦ παντὸς ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον, καὶ τῶν μελλόντων τὸ προγνωστικόν, καὶ τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον, καὶ τῶν ὅλων τὸ μοναρχικόν. « Cum me ipse collegissem, quomodo verum invenire possem inquirebam, cumque animum per optima quæque instituta versarem, in quosdam barbaricos libros incidi, antiquiores quam ut cum Græcorum disciplinis, diviniores quam ut cum eorum erroribus conferantur. Usu mihi evenit ut his fidem haberem propter dicendi genus minime arrogans, scriptorum ingenium artificii expers, universi creationis explicationem captu facilem, futurorum præcognitionem, præceptorum excellentiam, ac singularem universorum principatum. »

Illud etiam Tatianum maxime adducebat, ut Christianam religionem miraretur, quod per eam hominem ex servitute liberari, et in pristinum statum, ex quo misere decidimus, vindicari intelligeret. Sic enim pergit, ibid. : Θεοδιδάκτου δέ μου γενομένης τῆς ψυχῆς συνῆκα, ὅτι τὰ μὲν καταδίκης ἔχει τρόπον, τὰ δὲ ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν, καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ τυράννων, δίδωσι δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπερ μὴ ἐλάβομεν, ἀλλ' ὅπερ λαβόντες ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν. « Itaque mente mea divinitus edocta intellexi ista quidem condemnationi affinia esse, ab his autem servitutem illam quæ in mundo est dissolvi, nosque a multis principibus et infinitis tyrannis liberari, ac dono augeri non illo quidem alias non concesso, sed quod acceptum retinere error non siverat.

Romæ Tatianus Christianam religionem videtur amplexus esse. Nam cum se multis regionibus per-

[76] N. 29. [77] N. 27.

Digitized by Google

agratis *tandem in hac urbe commoratum esse dicat* [78]; cumque ex peregrinationibus, ut modo vidimus, id perceperit commodi, ut exploratis ubique falsis religionibus veritatem inquireret, ac in Christianorum libris cognitam amplecteretur, verisimile est Romam, ut peregrinationum, ita etiam errorum et superstitionum finem fuisse. Huc etiam spectat quod ait, n. 35 : Διόπερ χαίρειν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχίᾳ, καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ, δόγμασιν ἀσυναρτήτοις, τῆς καθ' ἡμᾶς βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην. « Vale igitur dicto et Romanorum jactantiæ et frigido Atheniensium sermoni, male sartis opinionibus, barbaram nostram philosophiam complexus sum. »

Videtur Tatianus non diu ante mortem Justini nomen inter Christianos professus esse. Nam in *Oratione*, quam scripsit post martyrium Justini, his occurrit Græcorum querelis [79] : Τατιανὸς ὑπὲρ Ἕλληνας, ὑπὲρ τὸ ἄπειρον τῶν φιλοσοφούντων πλῆθος, καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα. « Tatianus supra Græcos, supra infinitam philosophorum multitudinem, novus est barbarorum doctrinæ sectator. » Novitas exprobratur hoc loco non barbarorum doctrinæ, ut existimarunt interpretes, sed Tatiani hanc doctrinam sequentis consilio; idque confirmat Tatiani responsio, qui ad defensionem suam adhibet illud Solonis :

Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Semper ego addiscens multa senesco simul.

III. Præclarissima sane edidit initia Tatianus, et cum se Romæ ad Justinum contulisset, virum, ut ipse appellat, in primis admirandum, non parum videtur in hac sanctitatis et doctrinæ disciplina profecisse. Illius non solum discipulus erat, sed etiam adjutor, ita ut in defendenda religione, ac in philosophis refellendis secundas ferre videretur. Nam cum Crescens Cynicus nihil intentatum relinqueret, ut Justinum, a quo multis audientibus ignorationis convictus fuerat, e medio tolleret; eadem consilia de Tatiani pernicie instruebat : in utrumque nefarios furoris sui conatus meditabatur. Sic enim Tatianus, n. 19 : Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν, οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ καὶ ἐμὲ οἷον κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι... Τίνας δὲ ἂν καὶ διῶξαι τῶν φιλοσόφων, εἰ μὴ μόνους ἡμᾶς εἴωθεν; « Iste autem mortis contemptor, ita mortem metuebat, ut eam veluti malum aliquod Justino, non secus ac mihi, machinationibus suis inferre conatus sit... Quosnam autem philosophorum nisi nos solos insectari solebat? » Quantum fuerit Tatiani studium religionis defendendæ, ex hoc Crescentis in illum odio perspicitur.

Crescentis insidiis feliciter succubuit Justinus; non sine magno suo malo evasit Tatianus. Sed ut magistri laborum consors et socius fuerat, ita etiam illius ex asse hæres videtur fuisse. Hæc enim veluti schola, quam Justinus Romæ instituerat, illius morte ad Tatianum rediit, ut conjicimus ex Rhodone insigni sæculi secundi scriptore, qui se Romæ a Tatiano eruditum fuisse testatus est, ut narrat Eusebius, *Hist.* lib. v, c. 13.

CAPUT XI.

De hæresi in quam lapsus est Tatianus et de secta Encratitarum ab eo conflata.

1. Tatianus quo tempore hæreticus factus. II. Errores illi cum aliis communes. III. An putativam Christi carnem docuerit. IV. Salutem Adami negavit. V. De Encratitarum secta.

I. Justini præcepta et exempla non statim e memoria Tatiani efflUxere : magistri præclare facta et dicta prædicat in *Oratione adversus Græcos*, ac de Christi divinitate et Incarnatione, de mundi creatione in eamdem prorsus ac Justinus sententiam, nonnunquam in eadem verba disputat. Sed tamen non multo post amissa doctrinæ lumina, et vitæ sanctioris specimina, quæ in Justino habuerat, veluti cæcus ductore destitutus præcipitem se in errores nequissimos dedit, et ex veritatis defensore factus est impiæ hæresis artifex. Hanc hominis de Ecclesia bene meriti ruinam superbiæ attribuit Irenæus, qui de Tatiano sic loquitur, lib. I, c. 28 : Μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς Ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς, ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο. « Post vero illius (Justini) martyrium absistens ab Ecclesia, et præsumptione magistri elatus et inflatus, quasi præ cæteris esset, proprium characterem doctrinæ constituit. » Nunc examinandum nobis est quo tempore ab Ecclesia defecerit, quosque potissimum secutus sit errores.

Narrat Epiphanius [80] Tatianum in Mesopotamia novam sectam condere incœpisse circa annum duodecimum imperatoris Antonini, cognomento Pii. Vix integrum sit ab hac sententia discedere, his qui Justinum sub Antonino passum volunt; quod quidem cum arrideat erudito auctori dissertationis supra citatæ, Epiphanio in his, quæ ad Tatianum attinent, astipulatur, ita tamen ut annum duodecimum Antonini non currentem, sed exactum interpretetur, ac Tatiani hæresim ad annum Christi 151 referat. At quibus rationibus supra pugnatum est S. martyrem Justinum sub M. Aurelio passum esse, iisdem efficitur Tatianum ad hæresim sub Antonino deficere non potuisse. Verum hoc loco nonnulla proferre libet, quæ magis propria sint Tatiani.

Quo tempore scribebat Tatianus, perpetuo mortis periculo exposita erat Christianæ religionis professio; et cum auctores nonnulli essent Tatiano, ut mortem mentiendo subterfugeret, sic eorum consilia repellit : Τί μοι συμβουλεύεις ψεύσασθαι τὴν πολιτείαν; τί δὲ λέγων θανάτου καταφρονεῖν, διὰ τέχνης φεύγειν αὐτὸν καταγγέλλεις; Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω καρδίαν ἐλάφου. « Quid mihi auctor es ut

[78] N. 35. [79] N. 35. [80] Hæres. 46

Digitized by Google

meum institutum mentiar? Et qui mortem a te contemni dictitas; cur hortaris, ut eam astu declinem? At ego cor cervi non habeo. » Etsi in his non tam Antonini lene imperium, quam iniquus Marci in Christianos animus agnoscitur; non tamen hoc utar argumento; quia, ut supra observavi, paces sub Adriano et Antonino concessæ, induciæ quædam fuerunt, quæ nec Christianorum in cruciatibus constantiæ oblivionem inducerent, nec futurarum persecutionum metum tollerent. Certius argumentum suppeditat Eusebius, qui inter scriptores sub Marco Aurelio exortos Tatianum recenset ac etiam Musanum, a quo hæresim Tatiani, statim atque exorta est, debellatam fuisse dicit [81]: Καὶ Μουσάνου δὲ, ὃν ἐν τοῖς φθάσασι κατελέξαμεν, φέρεταί τις ἐπιστρεπτικώτατος λόγος πρός τινας αὐτῷ γραφεὶς ἀδελφοὺς, ἀποκλίναντας ἐπὶ τὴν τῶν λεγομένων Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν, ἄρτι τότε φύειν ἀρχομένην, ξένην τε καὶ φθοριμαίαν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσαν ἐν τῷ βίῳ. Ἧς παρεκτροπῆς ἀρχηγὸν καταστῆναι Τατιανὸν λόγος ἔχει. « Sed et Musani, cujus supra meminimus, elegantissimus quidam exstat liber ad quosdam fratres, qui ad Encratitarum hæresim desciverant : quæ tunc primum exorta novum quemdam ac perniciosum errorem orbi invexit. Hujus sectæ auctorem perhibent fuisse Tatianum. » Idem Eusebius in *Chronic.* ad annum duodecimum M. Aurelii collocat hæresim Tatiani.

Deinde vero Irenæus qui annis pene quadraginta aut saltem triginta post annum Christi 151 scribebat, hæresim Tatiani, ut recentem ac nuper inventam commemorat. *Contradicunt quoque*, inquit, lib. I, c. 28, *ejus saluti qui primus plasmatus est ; et hoc nuper inventum est apud eos : Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam.*

In *Oratione* Tatiani ante hæresim scripta exstat non illepidus quidam in Peregrinum sive Proteum jaculus, qui cum ea opinione, quam refellimus, conciliari non possit. Sic enim ille Cynicus exagitatur a Tatiano, ut jam tum sese vivum combussisse, quod quidem ab eo factum est in ludis Olympicis anno 165, aut saltem sub Protei nomine, quod ei sub finem vitæ impositum fuit, cognitus omnibus fuisse videatur. Sic loquitur Tatianus, n. 25 : Καὶ λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενός· κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτοδέψου μὲν χρῄζοντες διὰ τὴν πήραν, ὑφάντου δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον, καὶ διὰ τὸ ξύλον ὄρυκτόμου, διὰ δὲ τὴν γαστριμαργίαν τῶν πλουτούντων καὶ ὀψοποιοῦ. « Nullius quidem se egere dicunt philosophi, sed tamen Protei more modoque indigent coriario propter peram, textore propter vestem, lignario propter baculum, divitibus propter ingluviem et coquo. » Quod Tatianus imitationem Protei ut probrum objicit philosophis, id argumento est jam tum illum fabulam fuisse ob varios vitæ eventus ac præsertim ob stultissimum mortis genus. Illud saltem ex verbis Tatiani necessario constat, jam tum Protei cognomen omnium consensu et fama tributum Peregrino fuisse. At illud nec in Ægypto obtinuit, ut minus belle conjicit Tillemontius, nec in Italia in quam relicta Ægypto venit, sed in Græcia, in quam se Italia pulsus recepit, idque admodum sero, ut testatur Aulus Gellius. *Philosophum nomine Peregrinum*, inquit, lib. XII, c. 11, *cui postea cognomentum Proteus factum est, virum gravem atque constantem vidimus, cum Athenis essemus, diversantem in quodam tugurio extra urbem.* Non potuit ergo Tatianus hæresim suam anno Christi 151 spargere, veroque simillimum est Epiphanium pro anno M. Aurelii duodecimo, quo Eusebius hanc hæresim prodiisse declarat, duodecimum Antonini posuisse. Cum Eusebii [82] major est in ejusmodi quæstionibus auctoritas quam Epiphanii, tum vero illius sententia cum Tatiani et Justini rebus optime consentit. Dandum enim aliquod tempus Tatiano post Justinum Romæ docenti; nec statim ac Roma discessit, hæresim cœpit prædicare, cum *Oratio adversus Græcos*, quam post suam Roma discessionem scripsit, hæresis nota careat. Quamobrem cum Justinus circa annum 167 aut 168 vitam pro Christo profuderit, non incommode Tatiani hæresis ad annum 170 referetur. Quod enim Eusebius in *Chronicis* anno 172 exortam putat, id aut præfinito non dixit aut minus dixit accurate. Nam Montanistæ, quos anno 171 prodiisse gravissimis rationibus patet, paulo recentiores Tatiano videntur, et post eum recensentur, tum apud Tertullianum in libro *De præscriptionibus*, tum apud Epiphanium quanquam posterior nimium spatii inter Tatianum et Montanistas interponit.

Non me latet Montanistarum originem citius multo collocari a Blondello et Maresio [83], qui versus Sibyllinos, quos octo libris comprehensos habemus, Montani commentum esse contendunt. His assentitur vir a me non semel laudatus, Lud. Dufour de Longuerue [84]. Revera antiquiores multo essent Montanistæ, si versus Sibyllini facinus essent Montani, quos non solum ante Lucii Veri, sed etiam ante Adriani mortem fabricatos fuisse declarat falsa de utriusque morte prædictio. Nam tres post Adrianum futuri imperatores prædicuntur [85]: Tertius sero omnium dicitur potiturus, Ὁ δὲ τρίτος ὀψὲ κρατήσει ἁπάντων. Ipse autem Adrianus reste periturus, Ὁ δὲ λίνος αὐτὸν ὀλεῖται. Ex his merito concludit idem vir eruditissimus mendacem hunc scriptorem turpiter lapsum esse, quia non habebat, ut aliis in rebus, historiam rerum gestarum, quam ducem sequeretur, sed Adrianum reste periturum conjiciebat ex doloribus acutissimis, inter quos sibi ipse mortem consciscere volebat. Verisimile erat Lucium Verum, qui tenera admodum ætate erat, M. Aurelio superfuturum. Scripti ergo hi libri ante mortem Adriani. At eorum parentem esse

[81] Hist., lib. IV, c. 28. [82] Chronic. [83] Apud Gallæum dissert., p. 20. [84] In dissert. ms. [85] Lib. VII et VIII.

Digitized by Google

Montanum nulla probant rationum momenta, non Phrygiæ laudes, non vehemens Sibyllæ exstasis, non ipsa denique calamitatum imminentium prædictio. In his enim nihil est quod sectæ Montani proprium sit. Potiori jure auctor versuum Sibyllinorum existimaretur aliquis ex Christianis circumcisis et legem retinentibus. Nam hortatur ad Judaicas lustrationes, lib. IV, et futurum dicit ut justi in secundo adventu Domini corpus quotidie aquis lavent e lecto surgentes, lib. III.

II. Sic hæresim suam architectatus est Tatianus, ut dum aliud ex aliis hæreticis mutuatur, nec cum istis, nec secum ipse consentiret. Videtur in explicanda mundi creatione Valentini deliria compilasse. Dicebant Valentiniani omnia a vero Deo per ipsius Verbum fuisse condita, adhibito tamen Demiurgi sive Creatoris ministerio, quem quidem ita ignorasse fingebant operationem divinæ Sapientiæ, ut sibi solus Creator esse videretur. Paulo aliter Tatianus, sed non minus impie in quodam testimonio, quod in appendice retuli, illud Scripturæ : *Fiat lux*[86], optantis et precantis esse dicebat, non præcipientis. Fingebat etiam ad mundi explicationem, teste Irenæo, *Æones quosdam invisibiles*. Hinc apud Tertullianum *Præscr.*, cap. 52 : *Totus secundum Valentinum sapere* dicitur.

Ut Valentinus, ita etiam Tatianus legem Mosaicam rejiciebat, non a vero Deo, sed a Demiurgo institutam pronuntians, teste Clemente Alexandrino, *Strom.* III, p. 460, sed tamen lege et prophetis utebantur Severiani, ut ait Eusebius, qui primum auctorem et institutorem illorum fuisse Tatianum declarat. Ipse Tatianus utebatur quodam prophetæ Amos testimonio, ut vinum prohiberet [87]. Non erat necesse ejusmodi hæreticis Vetus Testamentum ab usu suo penitus removere, cum eam sibi, teste ibidem Eusebio, licentiam interpretandi sumerent, quæ nihil non posset eludere.

De Tatiano sic loquitur Clemens Alexandrinus, quasi is Valentini scholæ nomen dedisset ac inde abscessisset, ut propriam sectam conflaret. Vix enim aliter interpretari liceat hæc verba de Tatiano, *Strom.* III, pag. 465 : Ὁ δὲ ἐκ τῆς Οὐαλεντίνου ἐξεφοίτησε σχολῆς. Sed tamen Irenæus in testimonio quod modo retuli, Tatianum declarat ea mente ab Ecclesia discessisse, ut novam sectam conderet.

Valentini opinio, etsi in Deum mundi creatorem injuria erat et ad evertendam resurrectionis fidem excogitata, in hoc tamen lenior erat quam Marcionis, quod nec carnem Christi omnino tolleret, nec necessitatem imponeret ea detestandi, quæ per Demiurgum a vero Deo creata fatebatur. At Tatianus mutuari ex Marcione non dubitavit, quæ deesse Valentino ad summam impietatem videbantur. *Nuptias*, inquit Irenæus, *corruptionem esse et fornicationem similiter ut Marcion et Saturninus præ-*

dicavit. Quinetiam matrimonii institutionem diabolo acceptam referre visus est Clementi Alexandrino [88]. Nam Paulum sic interpretabatur, ut eum matrimonii usum permittendo prohibuisse et ut opus fornicationi et diabolo addictum interdixisse contenderet. Verba Tatiani habemus in Append., part. II

Illud etiam a Saturnino et Marcione Tatianus acceperat, teste Theodoreto, lib. I *Hæret. fab.*, cap. 20, ut animalium et vini usum, non modo nuptias, abominaretur. Abutebatur auctoritate Amos prophetæ ad impietatis defensionem : « De hoc loco, inquit Hieronymus in Amos, cap. 2, hæresim suam Tatianus Encratitarum princeps struere nititur, vinum asserens non bibendum, cum et lege præceptum sit, ne Nazaræi bibant vinum, et nunc accusentur a propheta, qui propinant Nazaræis vinum. » In mysteriis celebrandis solum aquam adhiberi voluit : « Similiter et mysteria quædam, inquit Epiphanius, » ad Ecclesiæ sanctæ imitationem instituit, sed ad ea tamen nihil « præter aquam adhibuit. »

III. Quæri non immerito possit annon putativam Christo carnem attribuerit Tatianus, et hac in re, ut in multis aliis, a Valentini partibus ad Marcionis castra transfugerit. Hæc enim de illo apud Hieronymum dicta legimus in *Comment. in cap.* VI ad Galat. « Tatianus qui putativam Christi carnem introducens omnem conjunctionem masculi ad feminam immundam arbitratur, Encratitarum vel acerrimus hæresiarches, tali adversum nos sub occasione præsentis testimonii usus est argumento, etc. » Hoc testimonio adductus Tillemontius Tatianum de Christi carne idem ac Marcionem docuisse existimat. Sed monet nos eruditus editor operum S. Hieronymi in perantiquo codice Cluniacensi, et in codice regio 3758, non Tatianum legi sed Cassianum. Equidem valde probaverim asservatam his in codicibus lectionem. Facile fuit et proclive, ut pro Cassiano, qui vix cuiquam præter Clementem Alexandrinum, cognitus fuit, nomen Tatiani longe celeberrimum obreperet. At multo difficilius ut pro Tatiano Cassianum librarii ponerent. Porro in Cassianum optime convenit Hieronymi testimonium. Is de matrimonio idem sentiebat ac Tatianus, ut diserte testatur Clemens, *Strom.* III, pag. 465. Quare non immerito vocari potuit Encratitarum vel acerrimus hæresiarches. Præterea ibidem Docetarum, id est eorum, qui putativam Christi carnem fingebant, princeps a Clemente appellatur, ὁ τῆς δοκήσεως ἐξάρχων. Quod quidem de Christi carne commentum illius de mundi creatione opinioni consequens erat. Dicebat enim Cassianus in libro *De continentia* : Εἰ γὰρ ἦν παρὰ Θεοῦ εἰς ὃν σπεύδομεν ἡ τοιαύτη διασκευή, οὐκ ἂν ἐμακάρισε τοὺς εὐνούχους. « Si ab eo Deo, ad quem tendimus, esset hæc corporis constitutio,

[86] Gen. I, 3. [87] Amos. II, 8. [88] Strom., III, p. 463.

Digitized by Google

non sane beasset eunuchos. » Ex quibus patet Cassianum non, ut Valentinum, omnia a vero Deo per Demiurgum creata sensisse, sed plane, ut Marcionem, vero Deo creationem mundi, aut saltem humani corporis abjudicasse. Nec proinde mirum est, si nullam prorsus carnem Christo relinquebat. At Tatianus in his quæ ad creationem spectant, totus est Valentinianus; nec quisquam de Christi carne idem illum ac Marcionem sensisse perhibet. Accurate colligunt Irenæus et Clemens et Epiphanius quid Valentinianis somniis suo marte excogitatum addiderit, quid ex Saturni et Marcionis fontibus derivaverit. At nihil prius aut potius commemorari debuit, quam hæc de Christi carne opinio, si modo ei astipulatus est Tatianus. Quinetiam Docetarum secta ab Encratitis secerni non debuit, sed una et eadem existimari, ejusque principatus non Cassiano deferendus erat, ut factum a Clemente vidimus, sed Tatiano, quem celebriorem fuisse constat, antiquiorem non obscure indicat Clemens, dum eum ante Cassianum recenset, eique Cassianum de matrimonio declarat assentiri. Videntur ergo librarii aliquid vulneris fecisse huic Hieronymi loco; atque etiamsi integer existimetur, haud tamen scio an minus hac in re Hieronymo tribuendum sit, quam aliis Patribus non modo hunc Tatiani errorem tacentibus, quem tamen maxime commemorare debuerant, sed etiam ab Encratitarum hæresi Docetas distinguentibus, et alteri Cassianum, alteri Tatianum ducem et signiferum assignantibus.

Sed forte quominus Cassiani nomen Tatiano apud Hieronymum substituamus, objicietur Tatiani facinus, qui ex Evangelio amputavit genealogias et alia omnia, *quæ Dominum*, ut ait Theodoretus, *ex semine David secundum carnem natum ostendunt.* At necesse non est ad phantasticam carnem confugere, ut hoc Tatiani scelus explicemus. Satis magnos illi stimulos ad id audendum subjicere potuit Valentinianorum hæresis, quæ Christum nihil ex Maria sumpsisse, sed carnem aliunde habuisse, et per Mariam veluti per canalem docebat transisse.

IV. Videbatur sibi Tatianus non multum laudis mereri, adjunctis ad usus suos Saturnini et Valentini commentis, nisi etiam aliquid pareret, quod novum ac proprie suum videretur. Itaque ut nomen suum posteris commendaret, salutem Adami negavit, quod ante illum nemini in mentem venerat. Hunc illius errorem, ut impietatem, detestati sunt Irenæus, Tertullianus, Epiphanius, Philastrius, Augustinus et Theodoretus. Sic autem refellit hanc hæresim Irenæus, lib. III, c. 23, ut cæteros homines salvari, si Adam non salvatus sit, ac diabolum Christo victum et superatum neget, si is, quem diabolus vicerat, et in vincula conjecerat, a Christo non sit ereptus ex ejus manibus et in libertatem vindicatus. Sic etiam Tertullianus in libro *De præscr.*, cap. 52, radicem salvam esse contendit, si rami salvi fiunt. Et Epiphanius, hæres. 46: Καὶ εἰ ὁ

A Ἀδὰμ οὐ σώζεται, τὸ φύραμα, οὐδέ τι τοῦ φυράματος σώζεται. « Si Adamus salutem minime est adeptus, hoc est ipsa quodammodo generis massa; nec ulla hujus massæ particula servari poterit. » Vix sane quidquam reperio quod Tatianum ad hæc effutienda impulerit, præter ineptum novitatis aucupium, ut existimavit Irenæus. Nam Valentiniani et alii pene omnes Gnostici, cum sophiam suam Adamo Demiurgi manibus formato semen spirituale dicerent injecisse, cumque neminem hoc semine ornatum sanctitate et salute excidere posse autumarent, necessitatem sibi imponebant agnoscendæ Adami salutis. Præterea ipse Tatianus, ut observat Epiphanius, quo magis nuptias oderat, eo in Adamum sine nuptiis creatum æquior esse debuit.

B Videtur tamen impia de matrimonio sententia illum adduxisse ut iniquum se Adamo præberet. Nam obtrectatores matrimonii, ut testatur Clemens Alex., *Strom.*, III, p. 470, gustum ligni vetiti interpretabantur usum matrimonii, quem a Creatore vetitum fingebant. Unde matrimonii non Creatorem, sed diabolum, qui Adamum et Evam pellexerat, auctorem dicebant. Sed tamen etsi Adamus præceptum Creatoris violaverat, id obstare non debebat quominus eum Christus, longe, ut negatores illi dicebant, potentior Creatore, eriperet. At matrimonii odio videtur Tatianus in matrimonii incœptorem virus suum evomuisse, eumque a Christo minime liberatum, sed irati Creatoris judicio (neminem enim a Christo damnari dicebant) relictum finxisse.

C Apud Tertullianum in loco jam citato docuisse dicitur Tatianus *Adam nec salutem consequi posse;* sed id eodem redit ac quod de Tatiano alii scriptores dixerunt. Posito enim injectum non fuisse Adamo commentitium illud semen spirituale, quod Achamoth, sive Sapientia, animabus electorum clam Creatore injiciebat; non jam salutem Adamus assequi poterat.

V. Tatiani sectatores appellantur Tatiani et Tatianitæ, Encratitæ, Severiani, Hydroparastatæ, Apotactitæ, Saccophori, Apostolici, quibus nominibus partim ipsa Tatiani secta, partim aliæ ex ista avulsæ designantur. Distinxit Epiphanius Tatianos a Severianis et Encratitis, ac Severianum D Tatiano, Tatianum Encratitis prælusisse censet. At Irenæus, Clemens, Eusebius et Theodoretus Encratitarum sectæ parentem et auctorem Tatianum dixerunt. Addit Eusebius *non multo post Severum quemdam, cum supradictæ hæresi robur ac vires addidisset, in causa fuisse, cur illius sectæ homines ex ipsius vocabulo Severiani dicerentur.* Late ergo manavit hæresis Tatiani; nec eam merito Antiochiæ et Ciliciæ et Pisidiæ finibus coercet Epiphanius, cum Encratitæ, ipso fatente, non solum in his regionibus, sed etiam in Phrygia adusta, in Isauria, Pamphylia et Galatia atque etiam in Romano tractu propagati fuerint. Adductus est etiam Epiphanius hac Tatianitarum et Encratitarum mi-

Digitized by Google

nus accurata distinctione, ut Tatiani sectam sæculo quarto interiisse crederet. At cum Encratitas hoc sæculo exstitisse ex ipso Epiphanio pateat, et maxime ex Basilio, apud quem non pauca de illorum baptismate leguntur [89], necessario sequitur institutam a Tatiano sectam, quæ non alia est quam Encratitarum, ad hoc tempus perseverasse. Basilius, etsi hæreticos solebat rebaptizare, duos tamen ex hac secta episcopos, Zoinum et Saturninum, magnæ utilitati consuetudinem posthabens, in episcopalem cathedram suscepit, ac eorum non solum baptisma, sed etiam ordinationem ratam habuit.

Suspicari videtur Epiphanius Encratitas, dum castitatem præ se ferunt, non tam a voluptatibus abhorruisse, quam latebras occultis flagitiis quæsivisse. Sic enim loquitur de Tatiano, hæres. 46: Ἐν τῷ προσχήματι τῆς ἐγκρατείας καὶ τοῦ ἐγκρατητικοῦ ἤθους κυβευτικὴν ἔσχε τὴν ἀγωγήν· ὡς λύκος ἅρπαξ ἐνδυόμενος προβάτου κώδιον, καὶ πλανῶν τῷ προσκαίρῳ προσχήματι τοὺς ἀπατωμένους. « Continentiæ ac pudicitiæ specie, velut illecebra proposita, homo vafer obrepsit; tanquam rapax quidam lupus ovem pellis induens, eoque cultu, quem ad tempus induerat, miseros homines in fraudem pelliciens. » Et de Encratitis, hæres. 47: Σεμνύνονται δὲ δῆθεν ἐγκράτειαν σφαλερῶς τὰ πάντα ἐργαζόμενοι, μέσον γυναικῶν εὑρισκόμενοι, καὶ γυναῖκας παντα-χόθεν ἀπατῶντες, καὶ συνδιαιτώμενοι, καὶ ἐξυπηρε-τούμενοι ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἔξω μὲν τῆς ἀληθείας ὄντες, μόρφωσιν δὲ μᾶλλον κεκτημένοι, τὴν δὲ δύνα-μιν αὐτῆς τῆς εὐσεβείας ἠρνημένοι. « Quod vero continentiam jactitant, lubricum est illorum quidem ac periculi plenum facinus. Nam inter mulierculas versantur assidue, quas undecunque pelliciunt: cum iis iter faciunt, ac communiter vivunt, earumque ministeriis utuntur. Quare cum a veritate longius absint, nihil præter ementitam illius speciem ostentant; vim ipsam sinceræ pietatis abnegant. » Nihil simile Irenæus et Clemens Alexandrinus Tatiano objecerunt, qui, si eis credimus, inconsideratum castitatis studium non ad tempus ostentavit, ut placet Epiphanio, sed pertinaciter retinuit. Quod ergo reprehendit Epiphanius in Encratitis, id temporum flexu in hanc sectam inductum videtur, cum eorum majores impiam illam quidem, sed tamen constantem castitatem professi fuissent. Opponit eos Irenæus aliis hæreticis in contrariam partem peccantibus ac omnem licentiam flagitio tribuentibus. Postquam enim de Tatiano locutus est, sic ad alios transit [90]. « Alii autem rursus a Basilide et Carpocrate occasiones accipientes, indifferentes coitus, et multas nuptias induxerunt, et negligentiam ipsorum, quæ sunt idolothyta ad manducandum; non valde hæc curare dicentes Deum. » Similiter Clemens Alexandrinus duas illas hæreses, ut adversis frontibus inter se pugnantes refellit in toto libro tertio *Stromatum* [91]: Φέρε εἰς δύο διελόντες πράγματα ἁπάσας τὰς αἱρέσεις, ἀποκρινώμεθα αὐτοῖς. Ἢ γὰρ τὸ ἀδιαφόρως ζῆν διδάσκουσιν, ἢ τὸ ὑπέρτονον ἄγουσαι, ἐγκράτειαν διὰ δυσσεβείας καὶ φιλαπεχθημοσύνης καταγγέλλουσι. « Age, inquit, bifariam dividamus omnes hæreses, eisque respondeamus: vel enim indifferenter vivere docent; vel ultra modum progressæ continentiam per impietatem et odium profitentur. »

Non magis consentit cum his duobus scriptoribus Epiphanius cum testatur Encratitas resurrectionem mortuorum credere. Sic enim apud Clementem [92] resurrectionem interpretantur, ut jam se illam adeptos esse, et idcirco a nuptiis refugere dicant. Unde illos sic verberat Clemens [93]: Εἰ γὰρ οὖν τὴν ἀνά-στασιν ἀπειλήφασιν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, καὶ διὰ τοῦτο ἀθετοῦσι τὸν γάμον, μηδὲ ἐσθιέτωσαν μηδὲ πινέτωσαν· καταργεῖσθαι γὰρ ἔφη τὴν κοιλίαν, καὶ τὰ βρώματα ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ ἀναστάσει. « Si ergo resurrectionem acceperunt, ut ipsi dicunt, et idcirco matrimonium abrogant, nec manducent nec bibant. Nam dixit Apostolus ventrem et cibos destructum iri in resurrectione [94]. » Irenæus ex hæreticis Creatorem rejicientibus nullum prorsus excipit, qui resurrectionem admiserit, et hac in re a nefariis suis de creatione discesserit principiis, lib. I, c. 22.

CAPUT XII.

De scriptis Tatiani.

I. De operibus Tatiani deperditis. II. Oratio adversus Græcos non pronuntiata sed scripta, idque postquam Roma abiit. III. Scriptam ante hæresim fuisse probatur adversus doctissimum abbatem de Longuerue. IV. De audacia Tatiani in Scripturis pervertendis. V. Non exstat illius Evangelium Διατεσσάρων. VI. Videtur idem esse ac Evangelium quod Ebionæis attribuit S. Epiphanius. VII. Idem etiam ac illud quod dicebatur secundum Petrum.

I. Ex maximo librorum numero, quem Eusebius et Hieronymus a Tatiano relictum testantur, pauci ad cognitionem nostram, unus tantum in manus nostras pervenit. Scripserat, teste Clemente Alexandrino, *Strom.*, III, pag. 460, librum *De perfectione secundum Salvatorem*. In *Oratione adversus Græcos*, num. 15, citat librum a se scriptum *De animalibus*. Forte in hoc libro pertractaverat [95], quod se alibi demonstrasse dicit mirabiles quosdam effectus, non in animas hominum mortuorum, sed in dæmones refundi debere. In eadem *Oratione* promittit librum adversus ethnicos scriptores qui de Christianorum et Judæorum instituto et sacris historiis temere judicaverant. Sic enim loquitur, n. 40: Περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, ἱστορίας τε τῆς κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὅσα τε εἰρήκασιν οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν λόγιοι, καὶ πόσοι καὶ τίνες εἰσὶ μνημονεύσαντες, ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀποφη-ναμένους τὰ περὶ Θεοῦ δειχθήσεται. « Sed de instituto nostro, et de legum nostrarum historia quænam apud Græcos eruditi dixerint, quamque multi et quales fuerint qui his de rebus meminere, in

[89] Epist. 188. [90] Lib. I, c. 28. [91] Pag. 448. [92] Hæres. 47, c. 1. [93] Strom., III, p. 446. [94] I Cor. VI, 13. [95] N. 10.

Digitized by Google

libro a versus eos (Græcos videlicet) qui de rebus divinis asseverarunt, demonstrabitur. » Non dissimulabo præclarum his verbis, πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους, sensum adjungi ab auctore dissertationis non semel laudatæ. Vertit enim, *adversus eos qui rebus divinis fidem detrahunt*. Sic etiam intellexit Tillemontius. Sed illud verbum ἀποφηναμένους non videtur hanc interpretationem pati. Quosnam refellendos sibi in hoc opere proponeret Tatianus in adoratione ad hunc locum explicare conatus sum. Perabsurde Gesnerus meditatum putat esse Tatianum eos refellere, *qui de Deo et rebus divinis demonstrationibus agunt*, hoc est Catholicos, qui fidem, quam Apelles apud Eusebium, *Hist.*, v, 13, examinandam esse negat, argumentis probabant et confirmabant.

Rhodon, insignis scriptor ecclesiasticus, qui Romæ a Tatiano eruditus fuerat, in libris adversus Marcionitas referebat, Eusebio teste, elucubratum fuisse a Tatiano librum *Problematum*, sive *Quæstionum in Scripturam sacram*. Φησὶ δὲ, inquit Eusebius [94], καὶ ἐσπουδάσθαι τῷ Τατιανῷ προβλημάτων βιβλίον, δι' ὧν τὸ ἀσαφὲς καὶ ἐπικεκρυμμένον τῶν θειῶν Γραφῶν παραστήσειν ὑποσχομένου τοῦ Τατιανοῦ, αὐτὸς ὁ Ῥόδων ἐν ἰδίῳ συγγράμματι τὰς τῶν ἐκείνου προβλημάτων ἐπιλύσεις ἐκθήσεσθαι ἐπαγγέλλεται. « Refert etiam elucubratum esse a Tatiano librum *Quæstionum*, per quas quidem cum Tatianus obscuras esse et reconditas Scripturas demonstrare instituisset, ipse Rhodon solutiones *Quæstionum* Tatiani peculiari opere editurum se esse pollicetur. » Videtur hæc hæreticus scripsisse Tatianus, et idcirco profligatus fuisse a Rhodone; quia scilicet Scripturas obscuras et reconditas dicebat, ut suam in eis detorquendis et pervertendis licentiam defenderet.

II. Omnium Tatiani operum, Eusebii et Hieronymi judicio, celeberrimum et florentissimum fuit, *Oratio adversus Græcos*. Conjicit Tillemontius hanc orationem coram ethnicis pronuntiatam fuisse; idque causæ esse suspicatur, cur nec satis elaborata, nec arte et ordine dispensata videatur. Revera auditores interdum alloqui videtur; velut cum ait : « Ego loquor et vos auditis, n. 5. Audite me tanquam ex loco excelso clamantem, n. 17. » At nemo nescit solemne esse his, qui scribunt, sic interdum lectorem compellare, quasi veris vocibus uterentur. Tatianus ipse non oratoris sed scriptoris partes sibi attribuit. Ait enim, n. 35 : « Quomodo nostra philosophia vestris antiquior sit disciplinis, cum scribere incœperim, sed propter urgentem disputationem distulerim, nunc, cum tempus est, de illius decretis dicere aggrediar. » Et perorans : « Hæc vobis, o Græci, ego Tatianus barbaræ philosophiæ addictus composui. »

Recte observat idem præstantissimus Tillemontius hanc orationem mortuo Crescentis insidiis A Justino scriptam esse; sed quod Romæ pronuntiatam existimat, id cum Tatiani verbis consistere non potest. Ridens enim Tatianus statuas apud Græcos partim meretricibus et hominibus impuris positas, partim ad memoriam rerum perabsurdarum erectas, sic fidem facit sui judicii : Ταῦτα μὲν οὖν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιφοιτήσας γῆν, καὶ τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα, τοῦτο δὲ τέχναις καὶ ἐπινοίαις ἐγκυρήσας πολλαῖς, ἔσχατον δὲ τῇ Ῥωμαίων ἐνδιατρίψας πόλει, καὶ τὰς ἀφ' ὑμῶν ὡς αὐτοὺς ἀνακομισθείσας ἀνδριάντων ποικιλίας καταμαθών. Οὐ γὰρ ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ἀλλοτρίαις δόξαις τάμαυτοῦ κρατύνειν πειρῶμαι· πάντων δὲ ὧν ἀποποιήσομαι αὐτὸς τὴν κατάληψιν, τούτων καὶ τὴν ἀναγραφὴν συντάσσειν βούλομαι. « Hæc equidem, inquit, n. 35, non ab alio accepta exposui, qui multas regiones peragravi, ac partim in vestris exercitatus sum disciplinis, partim in artes et inventa multa incidi, ac tandem in Romanorum urbe commoratus, statuarum varietates eo a vobis exportatas vidi. Non enim, ut plerique solent, alienis opinionibus mea confirmare, sed quæcunque vidi, litteris mandare aggredior. » Hæc narratio eorum quæ Romæ Tatianus viderat, hominis est Romæ non commorantis. Quæ supra retulimus in Crescentem dicta : *Crescens igitur ille, qui in magna urbe nidum posuerat, puerorum quidem amore superabat omnes*, etc., similiter probant Tatianum tunc a Crescente, aut saltem, si is mortuus erat, Roma abfuisse.

Elaboratum opus in Græciæ aliqua urbe existimat auctor dissertationis Oxoniensi editioni additæ. Cur ita sentiret vir longe doctissimus, id credo exstitisse causæ, quod Græcos in hac oratione alloquatur Tatianus. Sed an non potuit eos etiam Græcos, qui erant in Oriente, alloqui ? Quare nihil ea de re videtur certo posse constitui.

III. Sed aliud est, in quo ejusdem dissertationis auctor longius videtur a vero aberrare. Fatetur Tatianum in hoc opusculo adversariorum mucronem belle retundere. *Sed ibidem nigræ lolliginis succum æruginemque meram deprehendi* pronuntiat. « Nam errores, inquit, quos Tatianus a Gnosticorum penu depromptos dudum animo inseverat, et ante Justini mortem propter magistri reverentiam dissimulaverat, aperte defendere non erubuit. » Et infra : « Hoc in opusculo cum errores perabsurdos in propatulo doceat, eum a Christianæ veritatis forma et evangelica regula id temporis quam longissime abfuisse non ambigimus. Et cum primis hominem ex tribus veluti naturis conflatum tradit : ἐκ τῆς ὕλης, « ex materia; » ἐκ τῆς ψυχῆς, « ex anima quæ a materia originem ducit; » et ἐκ τοῦ πνεύματος, « ex spiritu qui a Deo seu a cœlis primordia capit. » Displicet etiam erudito scriptori illa apud Tatianum distinctio duorum spirituum, *quorum alter anima vocatur*, alter vero præstantius

[94] *Lib.* v, *c.* 13.

Digitized by Google

est anima, imago scilicet et similitudo Dei. Videtur sibi in his verbis *dilucide perspicere distinctionem* τοῦ ὑλικοῦ et τοῦ πνευματικοῦ, *quam Tatianus mutuatus est a Gnosticis et præsertim a Valentino.* Tatiano alios attribuit errores, nempe adversus animæ immortalitatem et simplicitatem, et Verbi æternitatem; ac ne cui in mentem veniat Tatiani patrocinium suscipere, sic concludit: « Nec mirum si male et improbe de augustioribus Christianæ religionis mysteriis sentiebat ille, qui conspiraverat jam cum Gnosticis, impiis consceleratisque hominibus, et a vera in Deum religione alienissimis. Sane quidem laterem lavabit, si quis ejus generis nugatores a culpa velit eximere; et singulatim Tatianum nemo purgare poterit, qui Valentini insanas de Æonibus opiniones animo imbiberat. »

Sententiam Tatiani de immortalitate animæ ejusque natura, et de Verbi æternitate satis explanatam puto in secunda parte præfationis et in adnotationibus. Neque etiam in eo refellendo immorandum quod ait vir eruditissimus, Tatianum etiam sub Justini disciplina nefariam hæresim esse meditatum: neque enim argumentis refellendum, quod sine ullo prorsus argumento profertur. Quod autem spectat ad ipsum opusculum Tatiani, multa in eo reperio cum Valentiniana hæresi pugnantia, nullum prorsus hujus erroris vestigium, ne in iis quidem quæ objiciuntur ab auctore dissertationis.

Fons et origo Tatiani errorum, ut supra vidimus, prava exstitit de mundi creatione sententia. Inde manarunt Æones, inde Demiurgus non lucem faciens, sed ut fiat optans et orans; inde de Christi carne, de resurrectione et de libero arbitrio stultissima commenta. At in *Oratione adversus Græcos* materiæ creationem data opera defendit. Æqualem Deo futuram contendit si increata esset [97]. Οὔτε γὰρ ἄναρχος ἡ ὕλη καθάπερ ὁ Θεὸς, οὐδὲ διὰ τὸ ἄναρχον ἰσοδύναμος τῷ Θεῷ· γεννητὴ δὲ καὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἄλλου γεγονυῖα, μόνου δὲ ὑπὸ τοῦ πάντων δημιούργου προβεβλημένη. « Non enim caret initio materia, quemadmodum Deus; nec Deo, ut principii expers, parem habet potestatem: verum creata est, nec ab alio facta; sed a solo universorum opifice producta. » Feriunt hæc verba Valentinianos, eorumque de materiæ æternitate ac vero supra creatorem Deo somnia. Ut Valentinianos materia increata, et Deus a creatore diversus eo ducebat, ut corpus humanum nec vero et sublimi Deo curæ esse, nec ab opifice restitui posse crederent; ita Tatianus ex eo quod materia creata sit, et a solo universorum opifice creata, corporum resurrectionem astruit. Addit enim protinus [98]: Καὶ διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν. « Propterea etiam corporum resurrectionem futuram credimus. » Humanam carnem, utpote ab inferiore deo ex materia increata conditam Valentiniani indignam judicabant, quam Filius Dei susciperet. Corpus illi tribuebant animale non ex Maria assumptum, sed per Mariam traductum, veluti per canalem quemdam. At pudori non est Tatiano Deus sub hominis forma natus [99]. Οὐ γὰρ μωραίνομεν, ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, Θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. « Non enim desipimus, o Græci, nec nugas prædicamus, Deum sub hominis forma natum nuntiantes. »

Præcipue vero in summam morum corruptelam Valentinianos præcipites dederat sublata hominis libertas, cum *semetipsos non per operationem, sed eo quod sint naturaliter spirituales, omnimodo salvari* dicerent, Iren., lib. I, c. 6. At Tatianus nihil in rebus creatis natura malum esse declarat [1]. Ἐπεὶ αὐτὸς μὲν πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον ἐδημιούργησεν· ἡ δὲ τῶν δαιμόνων ἀσωτία, τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ κακοποιεῖν ἐχρήσατο. « Deus, inquit, omnia bene se habentia creavit, sed dæmonum intemperantia iis, quæ in mundo sunt, ad male agendum abusa est. » Justini magistri vestigiis homines et angelos a Deo liberos docet fuisse creatos [2]. Ὅπως ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται δι' αὐτὸν γεγονὼς μοχθηρός· ὁ δὲ δίκαιος χάριν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἀξίως ἐπαινῆται. « Ut malus merito puniatur per se improbus factus, justus autem ob recte facta jure laudetur. » Quæ prædicta sunt, *libera eligentium voluntate docet evenire;* nec mali originem aliunde repetit quam ex libero arbitrio [3]. Οὐκ ἐγενόμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκομεν δὲ δι' ἑαυτούς. Ἀπώλεσεν ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον· δοῦλοι γεγόναμεν οἱ ἐλεύθεροι, διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπράθημεν. Οὐδὲν φαῦλον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεποίηται, τὴν πονηρίαν ἡμεῖς ἀνεδείξαμεν. Οἱ δὲ ἀναδείξαντες, δυνατοὶ πάλιν παραιτήσασθαι. « Non facti sumus ut moreremur: perdidit nos libera voluntas; servi facti sumus qui liberi eramus; per peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est a Deo; nos ipsi improbitatem produximus. Eam vero qui produxerunt, denuo repudiare possunt. » Quemadmodum homines omnes peccato Adami vitiatos fuisse, ita etiam omnibus, ut in secunda parte vidimus, necessarium esse Spiritus sancti auxilium docet, ut Dei imago in eis restituatur, nedum quemquam natura spiritualem esse crederet.

Nuptias in diis merito irridet Tatianus, n. 8, at in hominibus legitime contractas nusquam vituperat. Virgines Christianas laudat [4], *quæ divina oracula circum cola* recitabant, non ut hoc institutum instar legis omnibus præscribat, sed ut repellat dicteria ethnicorum, qui Christianos dictitabant *inter mulieres et adolescentes, inter virgines et anus nugari.* Sic etiam afflicta Christianis crimina propulsat [5], iniquam ob solum nomen condemnationem objicit ethnicis, ut catholicæ Ecclesiæ defensor, ac persecutorum telis præcipue expositus, nedum tunc inter hæreticos versaretur, quos aut

[97] N. 5. [98] N. 6. [99] N. 21. [1] N. 17. [2] N. 7. [3] N. 11. [4] N. 33 [5] N. 27.

Digitized by Google

persecutio tangere non solebat, aut negando eludebatur. Ecclesiæ catholicæ mores describit cum ait, n. 32 : Φιλοσοφοῦσί τε οὐ μόνον οἱ πλουτοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ πένητες προῖκα τῆς διδασκαλίας ἀπολαύοντι..... Τοὺς δὲ ἀκροᾶσθαι βουλομένους πάντας ὡσαύτως προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτιδες ὦσι, κἂν μειράκια· πᾶσά τε ἀπαξαπλῶς ἡλικία παρ' ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς. Τὰ δὲ τῆς ἀσελγείας πόρρω κεχώρισται. « Philosophantur non solum divites, sed et pauperes gratuito doctrina perfruuntur.... Quicunque autem audire voluerint, omnes hoc modo admittimus, etiam si anus, etiam si adolescentes fuerint, ac omni prorsus ætati suus est apud nos honor, sed longe abest lascivia. » Hærebant adhuc animo Tatiani, cum hæc scriberet, non solum Justini præcepta, quem virum in primis admirandum vocat, sed etiam præclari illi pietatis motus, quos olim persenserat, cum miraretur in libris sacris doctrinam hæreticis oppositam, *universæ creationis explicationem captu facilem, ac singularem universorum principatum* [6].

Immerito vituperat idem vir doctissimus quæ apud Tatianum de corpore, anima et spiritu, ac duorum spirituum distinctione dicuntur. Etiamsi Tatianus hominem ex corpore, anima et spiritu componeret, minime id reprehendi deberet, cum anima sæpe spiritus vocetur, ac Spiritus sancti donum sæpe hominis spiritus dicatur. At Tatianus animam distinguit a S. Spiritu, ut templum ab inhabitante Deo, n. 15. In hoc gravissime errabant Valentiniani, quod animæ suæ semen a Sapientia injectum dicerent, cujus beneficio salutem æternam sibi ne maximis quidem et perpetuis flagitiis eripi posse confidebant. Nihil simile Tatiano objici potest. Quinetiam in hoc laudandus quod Spiritum sanctum, quem Deum perfectum vocat, a spiritu materiam pervadente distinguat. Similis distinctio apud Theophilum, lib. I, n. 5 et 7 [7].

IV. Nequissimos errores Tatianus pervulgata hæreticorum via defendit, nec quidquam sibi in violandis Scripturis duxit impermissum. Recipiebat ille quidem plerasque Scripturas, licet prave interpretaretur. Nam, ut supra vidimus, illud Genesis : *Fiat lux* [8], precantis esse, non jubentis effutiebat : vinum ex quodam Amos testimonio [9], matrimonium ex alio Pauli interdictum esse contendebat. « Tentabat etiam, teste Irenæo, subinde uti hujusmodi a Paulo assidue dictis : *Quoniam in Adam omnes moriuntur.* [10] » Plurimi faciebat Epistolam ad Titum ; sed quamvis multa Pauli ad usus suos idonea duceret, nonnullas tamen illius epistolas rejecit, spe sublata eludendi et cavillandi. Hæc discimus ex Hieronymo, qui sic loquitur procem. comment. in Epist. ad Titum. « Sed Tatianus, inquit, Encratitarum patriarches, qui et ipse nonnullas Pauli Epistolas rejecit, hanc vel maxime, A hoc est ad Titum, apostoli pronuntiandam credidit, parvipendens Marcionis et aliorum, qui cum eo in hac parte consentiunt, assertionem. » Nonnulla etiam Apostoli dicta, inquit Eusebius, lib. IV, cap. 29, aliis verbis exprimere ausus esse fertur, quasi eorum compositionem emendans.

V. Sed præcipuum Tatiani facinus enituit in uno ex quatuor Evangeliis compingendo, quod idcirco *Διατεσσάρων* appellabat. Συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ *Διατεσσάρων* τοῦτο προσωνόμασεν. Ὅ καὶ παρά τισιν εἰσέτι νῦν φέρεται. « Catenam, inquit Eusebius [11], et collectionem nescio quam Evangeliorum contexuit, quam Διατεσσάρων nominavit : quod opus a quibusdam etiamnum habetur. » Et Epiphanius, hæres. 46 : Λέγεται δὲ τὸ *Διατεσσάρων* Εὐαγγέλιον ὑπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, ὅπερ *κατὰ Ἑβραίους* τινὲς καλοῦσι. « Ferunt opus illud, quod ex quatuor Evangeliis contextum est, quodque *secundum Hebræos* nonnulli vocant, ab eo esse conscriptum. « Plura narrat Theodoretus, ex quibus hoc Evangelium quale fuerit intelligi potest. Οὗτος καὶ τὸ *Διατεσσάρων* καλούμενον συντέθεικεν Εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγενημένον τὸν Κύριον δείκνυσιν. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οὐ μόνοι οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι δόγμασι, τὴν τῆς συνθήκης πανουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον Εὐαγγέλια. « Hic Evangelium, inquit [12], quod Diatessaron dicitur, composuit, amputatis genealogiis et aliis omnibus, quæ Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. Eoque usi sunt, non modo qui ejus erant sectæ, sed ii etiam qui apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tanquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros hujusmodi supra ducentos in honore habitos in Ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos seposui, et pro his quatuor evangelistarum Evangelia introduxi. »

Ex his patet *Harmoniam evangelicam*, quæ exstat sub nomine Tatiani in *Biblioth. Patr.* [13] non esse Tatiani ; quippe cum genealogias a Tatiano sublatas contineat. Hanc tamen Tatiano attribuebat sexto sæculo Victor Capuanus. Sed ea de re nulla jam inter eruditos dissensio. At Baronius et Caveus litem moverunt de alia *Harmonia* Ammonio in iisdem *Patrum Bibliothecis* tributa [14], quam quidem non Ammonii sed Tatiani esse contendunt. Sed postremum illud opus Latini scriptoris est germanissimus fetus, nec ullam prorsus notam habet, ex

[6] *Ibid.* [7] N. 15. [8] Gen. I, 3. [9] Amos II, 8. [10] I Cor. XV, 22. [11] Lib. IV, c. 29. [12] Hæret. Fab., lib. I, c. 20. [13] Edit. Paris., tom. VII ; Lug., tom. II. [14] Edit. Paris. t. VII Lug., t. III.

Digitized by Google

qua Latinum e Græco factum agnoscas. Deinde vero nulla prorsus in re Tatiani hæresi consulit [15], sed legem Mosis sic commendat, idque verbis in Scriptura non exstantibus (neque enim uti solet ipsis Scripturæ verbis) ut Tatiano affingi non possit.

VI. Cum tam late manaverit hujus Evangelii fama, accuratius investigandum nobis est, quid de eo veteres dixerint. Illud in primis observandum est, quod ait Epiphanius, hoc Tatiani Evangelium a nonnullis secundum Hebræos vocari. Vix profecto credibile est Hebræos illos, quorum alii, nempe Nazaræi, legis observationem cum Ecclesiæ catholicæ doctrina jungebant; alii vero, nempe Ebionæi [16], Christum simplicem hominem ex Virgine, vel etiam ex Josepho genitum dicebant, Evangelio Tatiani, quod ad dissimillimos errores insinuandos fabricatum fuerat, usos fuisse. Ac de Nazaræis quidem minime dubium, quin ad usus suos asciverint non Tatiani Evangelium, sed illud quod S. Hieronymus Græcis ac Latinis litteris illustravit. At quod spectat ad Ebionitas, Evangelium quod eis attribuit Epiphanius in hæresi 56, quæ est Ebionitarum, idem prorsus videtur esse ac illud Tatiani diatessaron.

1° In Evangelio, quod Epiphanius Ebionitis proprium tradit, amputatæ erant genealogiæ [17]. Ἐν τῷ γοῦν *παρὰ αὐτοῖς εὐαγγελίῳ κατὰ Ματθαῖον* ὀνομαζομένῳ, οὐχ ὅλῳ δὲ πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ, καὶ ἠκρωτηριασμένῳ, Ἑβραικὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν, ἐμφέρεται, κ. τ. λ. « Igitur in eo quod penes illos est Matthæi Evangelio, inquit cap. 13, quanquam ne integrum quidem illud habent, sed adulteratum ac mutilum, idque ipsum Hebraicum vocant, ita scriptum est, etc. » Et infra [18] : Κήρινθος καὶ Καρπόκρας τῷ αὐτῷ χρώμενοι δῆθεν παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου, διὰ τῆς γενεαλογίας βούλονται παριστᾶν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν Χριστόν. Οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται. Παρακόψαντες γὰρ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογίας, ἄρχονται τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι, ὡς προεῖπον. « Cerinthus enim et Carpocrates eodem Matthæi, ut quidem volunt, Evangelio freti, ex ejus initio Christique genealogia probare nituntur, Christum e Josephi et Mariæ semine esse procreatum. Illi (Ebionitæ) contra omnino statuunt. Nam omni genealogia amputata inde, unde diximus, initium ducunt. » Deerant ergo in illo secundum Hebræos Evangelio genealogiæ, quas ex Evangelio Διατεσσάρων, ut quæ Tatiani hæresi incommodarent, amputatas fuisse Theodoretus testatur, lib. I *Hæret. fab.*, c. 20.

2° In eodem Ebionitarum sive secundum Hebræos Evangelio multa alia occurrebant ad Tatiani de lege Mosis et de animalium usu errores accommodata. Sic loquebatur Christus in hoc Evangelio [19] : Ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσησθε τοῦ θύειν, οὐ παύσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ ὀργή. « Ego ad abroganda sacrificia veni, et nisi sacrificare desieritis, Dei in vos ira non cessabit. » Pro eo quod Joannes dicitur ἀκρίδας, id est locustas comedisse, isti ἐγκρίδας Epichyta mellita posuerant. Illud Christi apud Lucam : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum* [20], sic invertebatur in Evangelio Ebionitarum : quærentibus discipulis : *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha* [21] ? sic Christus respondebat : Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα κρέας τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; « Nunquid desiderio desideravi carnem hoc Pascha manducare vobiscum ? » In his agnoscere licet non solum Tatiani deliria, sed etiam illius in pervertendis ad arbitrium Scripturis audaciam, de qua Eusebius, *Hist.*, IV, 29.

3° Evangelium secundum Hebræos, quod Epiphanio notum fuit, non, ut illud quod Hieronymus interpretatus est, solo Matthæi contextu continebatur; sed plane ut Evangelium Tatiani Διατεσσάρων, ex aliis evangelistarum locis callide assutis constabat. Perspicua res est tum ex Lucæ verbis, quæ modo in hoc Evangelio maligne detorta vidimus, tum ex alio testimonio, quod ab Epiphanio appositum, n. 13, partim ex Matthæi, partim ex Marci et Lucæ verbis conflatum est.

4° In eodem secundum Hebræos Evangelio baptismus Christi describitur, ut apud magistrum Tatiani Justinum : hæ Patris voces auditæ narrantur : *Ego hodie genui te* [22] : magnum lumen in Jordane dicitur affulsisse.

Sensit Epiphanius multa esse in hoc Evangelio cum Ebionitis pugnantia [23]. Nam cum Christum ab eis simplicem hominem existimari sciret, mirari satis non poterat, cur hæc Christi verba : *Quæ est mater mea et fratres mei* [24] ? in hunc usum adhiberent, ut Christum probarent hominem non esse, sed eos putabat secum ipsos pugnare. At incredibilis est tanta inconstantia, ut eumdem et hominem ex hominibus genitum dixerint, et hominem esse negaverint. Multa alia Ebionitis attribuit Epiphanius, cum ea opinione, quam de illis tota antiquitas confirmat, omnino pugnantia. Detestatos illis esse omnes prophetas declarat, n. 15. *At quæ sunt prophetiæ*, si Irenæo credimus, lib. I, c. 26, *curiosius exponere* nitebantur. Addit Epiphanius eos ab omnibus animatis, propterea quod e concubitu genita sunt, abstinere, aqua tantum in mysteriis celebrandis uti, ac inter Jesum ac Christum id discriminis ponere, ut Christum Dei Filium in Jesum descendisse dicant. Credere equidem malim Ebionæos ab Epiphanio cum Cerinthi aut Carpocratis aut aliis ejusmodi sectis confundi, quæ Jesum quidem hominem ex hominibus genitum esse dicebant, sed cum Christum impassibilem esse statuerent, ac Deum veteris testamenti et Creatorem

[15] Cap. 12 et 13. [16] Hæres. 46, c. 1. [17] Hæres. 56, c. 13. [18] N. 14. [19] N. 22. [20] Luc. XXII, 15. [21] Matth. XXVI, 17. [22] Act. XIII, 33. [23] Hæres. 30, n. 14. [24] Matth. XII, 48.

Digitized by Google

mundi aversarentur, plurimum affinitatis cum Tatiano habuerunt, ac ejus Evangelio non incommode ad errores suos uti potuerunt.

VII. Facile crediderim illud etiam Evangelium, quod secundum Petrum dicebatur, Tatiani Evangelio diversum non esse. Tempus et res ipsæ mirifice conveniunt, ut discimus ex testimonio Serapionis Antiocheni episcopi apud Eusebium, VI, 12. Is antequam illud Petri Evangelium per se ipse examinasset, permiserat ut legeretur in parœcia Rhossensi, ne forte discordiæ, quibus materiam dederat illud Evangelium, graviores fierent. Sed postquam illud perlegit, in gratiam eorum, qui decepti fuerant, librum composuit, in quo sic loquebatur : Ἐδυνήθημεν γὰρ παρ' ἄλλων τῶν ἀσκηκάντων τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον, τουτέστι παρὰ τῶν διαδόχων τῶν καταρξαμένων αὐτοῦ, οὓς Δοκητὰς καλοῦμεν (τὰ γὰρ πλείονα φρονήματα ἐκείνων ἐστὶ τῆς διδασκαλίας) χρησάμενοι παρ' αὐτῶν διελθεῖν· καὶ εὑρεῖν τὰ μὲν πλείονα τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦ Σωτῆρος, τινὰ δὲ προσδιεσταλμένα, ἃ καὶ ὑπετάξαμεν ὑμῖν. « Mutuati enim supradictum Evangelium ab iis, qui illud usu et exercitatione promoverunt, id est a successoribus eorum qui illud incœperunt, quos Docetas vocamus (sunt enim pleræque sententiæ ex eorum doctrina) legendi copiam nacti sumus, et deprehendimus quidem in plerisque rectam Salvatoris doctrinam, sed tamen detorta esse nonnulla, quæ et vobis subjecimus. » Serapion, qui Ecclesiam Antiochenam rexit ab anno 190 usque ad annum 211, degebat cum Tatiani successoribus. Ut Tatiani diatessaron, ita illud etiam, quod Petri dicebatur, Evangelium tanta arte concinnatum erat ut Catholicis non doctissimis fucum faceret : utrumque ab eruditis episcopis, Theodoreto et Serapione, admoniti e manibus projecerunt. Præterea Docetarum usu terebatur Evangelium secundum Petrum : at pleraque commenta a Tatiano Docetæ acceperant, nec video cur non illud etiam Evangelium ab eo acceperint, aut cur novi architectandi operam susceperint, cum communibus erroribus satis provvidisset Tatianus, ac etiamsi quid inter eos de carne Christi non conveniret, in hoc tamen utrisque in commune genealogiis recisis consuluisset.

Neque illud omittendum, quod testatur Theodoretus, *Hæret. fab.*, lib. II, cap. 2, Evangelium Petri usui fuisse Nazaræis. Id profecto incredibile : nam Nazaræi id unum peccabant, quod legem Mosis obstinate retinerent. Sed cum Nazaræi sæpe confundantur cum Ebionitis, quos scribit Epiphanius Tatiani Evangelio usos fuisse, inde videtur errandi occasio oblata Theodoreto.

CAPUT XIII

De gestis et scriptis Athenagoræ.

I. Testimonium Philippi Sidetæ de Athenagora expenditur. II. An idem Athenagoras ac Athenogenes. III. Apologia ab eo oblata M. Aurelio ejusque filio Commodo. IV. Oblata anno 176, nec solum scripta. V. De alio illius libro, qui est de resurrectione mortuorum.

I. Athenagoram Atheniensem ac philosophum fuisse indicat ejus operum titulus. De rebus illius gestis non uberrima est dicendi seges, cum ipsius nomen pene oblivio deleverit. Nam si Methodium martyrem et Philippum Sidetam excipias, quorum alter unam aliquam Athenagoræ sententiam apud Epiphanium hæres. 64, et Photium cod. 224 citat, alter de illo breviter et quasi transiens locutus est, alium de hoc eximio scriptore in tota antiquitate silentium. Debuit tamen illius fama latius manare, si vera sunt quæ perhibet Philippus Sideta, præfuisse illum scholæ Alexandrinæ, eique in hoc munere discipulum Clementem successisse. Refertur hoc testimonium Philippi Sidetæ in quodam fragmento, quod ex Nicephori Callisti, ut conjicit Dodwellus, operibus excerptum ad calcem dissertationum Dodwelli in Irenæum legitur. Sic habent quæ de Athenagora ibi dicuntur : Καί φησι Φίλιππος ὁ Σιδητὴς ἐν λόγῳ κδ' · « Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο, κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν· ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανίσας τῷ τρίβωνι καὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος. Οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν γράψαι προθυμηθείς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις Γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον ἀγωνίσασθαι, οὕτως εἵλετο τῷ παναγίῳ Πνεύματι, ὥστε διδάσκαλον, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον, ἀντὶ διώκτου γενέσθαι τῆς πίστεως ἧς ἐδίωκεν. » Τούτου μαθητὴν γενέσθαι φησὶν ὁ Φίλιππος τὸν στρωματέα Κλήμεντα καὶ Πάνταινον τοῦ Κλήμεντος. « Ait Philippus Sideta in serm. 24 :— Scholæ Alexandrinæ primus præfuit Athenagoras, qui temporibus Adriani et Antonini floruit, quibus etiam legatoriam orationem pro Christianis inscripsit ; vir Christianam religionem in ipso pallio professus, ac scholæ academicæ præfectus. Is cum ante Celsum in animo haberet adversus Christianos scribere, legens divinas Scripturas ad accuratius pugnandum, sic Spiritu sancto captus est, ut more ac modo magni Pauli pro persecutore doctor fieret illius doctrinæ quam insectabatur. — Hujus discipulum fuisse ait Philippus Clementem Alexandrinum et Pantænum Clementis. »

Quamvis non maxima sit auctoritas Philippi, ejusque opus, quod *Historiam Christianam* inscripserat, doctis pariter et indoctis inutile judicet Socrates, lib. VII, cap. 27, cui assentitur Photius, cod. 35, eum tamen Dodwellus ipsi etiam Eusebio in hoc de Athenagora et aliis Alexandrinæ scholæ rectoribus testimonio anteponendum putat, propterea quod Rhodonis discipulus fuit, qui Alexan-

Digitized by Google

drinæ scholæ post Didymum præfuit, et eamdem scholam; in urbem Sidam transtulit, ubi eum a se auditum narrat Philippus teste excerpti modo laudati auctore, sive is Nicephorus sit, seu quilibet alius. Haud equidem negaverim Dodwelli rationem id valere, ut si quid narret Philippus, quod cum optimis monumentis non pugnet, id probetur. At nunquam impetrabit Dodwellus, ut scriptor non magni ponderis, Proclo et Sisinnio æqualis ac diaconi munere sub Joanne Chrysostomo perfunctus, Eusebio, qui et antiquior et accuratior est, ac multo plura scholæ Alexandrinæ monumenta, pluresque eruditos viros aut ei præfectos aut in ea institutos viderat, anteponatur. Quare ut omittam longe a vero aberrare Philippum, cum *Apologiam* Athenagoræ imperatoribus Adriano et Antonino inscriptam putat; multa in eodem testimonio leguntur partim haud valde probabilia, partim falsa prorsus et absurda. Non libenter crediderim Athenagoram Alexandrinæ scholæ præfuisse. Quomodo enim in tam alto et sublimi loco ita illius scripta latuere, ut nulla prorsus ad Eusebium aura perveniret? Illud certe dici non potest quod ait Philippus Athenagoram huic scholæ primum præfuisse. Nam diserte testatur Eusebius [25] litterarum sacrarum scholam jam inde a priscis temporibus, antequam ei præesset Pantænus, in urbe Alexandrina institutam fuisse.

Non minus absurde idem Philippus Athenagoram Clementis Alexandrini, Clementem Pantæni magistrum fuisse statuit. Dubitari non potest quin Clemens Alexandrinus non magister Pantæni sed discipulus fuerit. Acceptam a Pantæno doctrinam grato animo memorabat in *Hypotyposibus*. Rem testatur Eusebius, *Hist.*, v, cap. 11 : Ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεσιν ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. « Clemens in Institutionum libris a se conscriptis diserte Pantæni ut magistri meminit. » Et Photius, cod. 109, de eodem Clemente : Μαθητὴς δὲ, ὡς αὐτός φησι, γέγονε Πανταίνου. « Fuit autem, quemadmodum ipse testatur, discipulus Pantæni. » Fidem ergo non meretur Philippus, cum de rebus Clementis tantopere discrepat ab ipso Clemente. Atque hinc etiam perspici potest non inani conjectura, ut visum est Dodwello, sed firmis indiciis Eusebium niti, cum magistrum illum, quem Clemens ordine et tempore ultimum, at merito longe principem in Ægypto audierat, Pantænum fuisse concludit. Nam cum Clemens uni tantum magistro, ut ipse testatur, operam in Ægypto dederit, cumque Pantænus in Ægypto docuerit, et auditore usus sit Clemente, an inanis conclusio est magistrum illum, quem solum Clemens (*Strom.*, I, p. 271) in Ægypto audivit, non alium esse Pantæno? Fabulam itaque redolet ejusmodi historia. Nec tamen in Philippi Sidetæ testimonio pariter rejecerim, quæ de mirabili Athenagoræ conversione, et Christianæ religionis in ipso pallio professione narrantur. Hæc enim minime repugnant; sed certiora essent, si Philippus majorem in historia scribenda fidem ac diligentiam declarasset.

II. Suspicantur viri præstantissimi, Baronius [26] et Tillemontius Athenagoram eumdem esse ac S. Athenogenem martyrem, cujus hymnum quemdam laudavit Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. 29, compositum a S. martyre et discipulis relictum instar cujusdam amuleti, cum igne jamjam comburendus esset. Revera præter nominis similitudinem, quæ fucum librariis facere potuit, videtur Athenogenes eruditione ac discipulis floruisse, quod quidem non minus apte in philosophum Atheniensem convenit. Athenagoram passum esse pro Christo nulla perhibent historiæ monumenta. Sed ut ejus scripta pene in oblivione jacuerunt, ita et martyrium latere potuisset. Nec profecto mirarer si vitam pro Christo profudisset, qui sub eo imperatore, sub quo delatus Christianus pœnam capitalem non effugiebat, non modo seipsum deferre ausus est, sed etiam Christianam religionem sic defendere, ut imperatorem superstitioni addictissimum alloquens, Christiani cultus sanctitatem et intaminatos Christianorum mores cum turpibus gentilium sacrificiis et simulacris ac vita corruptissima compararet. Sed, ut observatum est ad laudatum Basilii locum, verisimilius est Athenogenem illum a S. Basilio memorari, quem sub Diocletiano *Martyrologia* ad diem 16 Julii cum nonnullis aliis passum esse Sebastiæ in Armenia testantur.

III. Cum plura non suppetant, quæ de rebus Athenagoræ disseramus, veniendum ad illius scripta quorum longe præstantissimum *Legatio*, sive *Apologia pro Christianis*. Oblatam fuisse M. Aurelio ejusque filio Commodo idque anno 177 Baronius, Petavius et Tillemontius existimant. Contra Labbæus, Pagius et Dodwellus, imperatoribus M. Aurelio et Lucio Vero inscriptam contendunt; Dodwellus quidem anno 168, Pagius vero anno 166. In hac sententiarum varietate non difficilis deliberatio est utros sequamur. Baronii enim et Tillemontii sententiam in clarissima luce exponunt hæc Athenagoræ verba [27] : Τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵτινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξησιν δὲ καὶ ἐπίδοσιν ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ὑποχειρίων γιγνομένων, λαμβάνῃ; « Quinam enim digniores, qui ea quæ petunt impetrent, quam qui pro imperio vestro precamur, ut filius a patre, prout æquissimum est, regnum accipiatis, et accessionibus ac incrementis imperium vestrum, omnibus ditioni vestræ subjectis, augeatur? » Hæc profecto ad M. Aurelium et L. Verum referri non possunt. Ambo adoptati fuerant ab Antonino; neuter alterius pater; nec æquissimum erat ut Lucius

[25] Hist., lib. v, c. 10. [26] Baron. ad 18 Jan. [27] N. 37.

Digitized by Google

a M. Aurelio, quicum pari jure jam tum imperabat, sed potius ut Marci filius regnum a patre aliquando acciperet.

In eamdem sententiam hæc leguntur, n. 18: Ἔχοιτε ἐφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχείρωται, ἄνωθεν τὴν βασιλείαν εἰληφόσιν (*βασιλέως γὰρ ψυχὴ ἐν χειρὶ θεοῦ* [28], φησὶ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα), οὕτως ἑνὶ θεῷ καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ Λόγῳ, Υἱῷ νοουμένῳ ἀμερίστῳ, πάντα ὑποτέτακται. « Licet autem ex vobismetipsis regnum cœleste spectetis. Quemadmodum enim vobis patri et filio, parent omnia, quippe cum sursum regnum acceperitis (*Anima enim regis in manu Dei*, inquit spiritus propheticus [28]), sic uni Deo ejusque Verbo, quem Filium ejus nunquam separabilem intelligimus, subjecta sunt omnia. » Præclara sane comparatio, si de M. Aurelio et Commodo agatur, cum præsertim satis indicet Athenagoras, quid intersit inter divinam et humanam generationem, dum Filium Dei a Patre separari non posse declarat. At indigna prorsus et absurda comparatio fuisset, si de M. Aurelio et Lucio Vero locutus fuisset Athenagoras, quos fratres fuisse non potuit ignorare. Atque etiam si sibi finxisset Lucium Verum a M. Aurelio adoptatum fuisse; nihil tamen magis pugnabat cum aliis ejus de Trinitate principiis, quam ut æternum Dei Filium cum adoptivo filio compararet.

Huc accedit quod *Oratio* in omnibus codicibus inscribitur imperatoribus *M. Aurelio Antonino, et L. Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis et, quod maximum est, philosophis.* Porro Lucius, ex quo Veri nomen cum imperio accepit, nunquam Commodus appellatus est, nisi forte ab Hieronymo non sine gravi hallucinatione, quæ in scriptorem æqualem non cadit. Neque etiam Lucio Vero congruit Sarmatici cognomen, quod ne ipse quidem M. Aurelius ante annum 170 aut forte etiam 174 assumpsit. Quod ait Athenagoras Proteum semetipsum περὶ τὴν Ὀλυμπίαν combussisse, id ita accipit Dodwellus, quasi idem valeret ac in hac Olympiade. At, etiamsi Olympicos ludos designasset hac voce Athenagoras, non eam Olympiadem designasset in qua scribebat: non magis profecto quam cum ait, n. 14, eædem a Theagene Ὀλυμπιάσι perpetratam. Ejusmodi vocibus antiqui nunc ipsam urbem, nunc cum urbe ipsos ludos designant. Sic Philostratus, *Vit. Apol.*, IV, 8: Ὄντων Ὀλυμπίων· cap. 9, ἐν Ὀλυμπίᾳ, κατ' Ὀλυμπίαν, et c. 11, μετὰ τὴν Ὀλυμπίαν· Ælianus, lib. IV, c. 9, ἐν Ὀλυμπίᾳ, et lib. IX, cap. 34, εἰς Ὀλύμπια.

IV. Hoc opus ante annum 176 aut 177 scribi non potuisse probat summa illa pax, quam toto orbe regnare ait Athenagoras, num. 1. Nam, ut observant Baronius et Tillemontius, in toto M. Aurelii imperio vix ullum tempus, præter annum 176 et 177, a bellis vacuum reperias.

A Placet Tillemontio annus 177, quia Commodus imperatoris titulum, quem ei Athenagoras defert, ante mensem Novembrem anni 176 non est adeptus. Sed cum paternos titulos manifestum sit cum Commodo communicari ob filii nomen et jus hæreditatis a natura acceptum; cur non etiam ei imperatoris titulus tribui potuit, antequam illum solemni decreto acciperet? Sic etiam cum ait Athenagoras: *Vobis patri ac filio parent omnia*, non ascitum esse in imperii societatem Commodum significat (etsi enim Augustus factus est anno 177, non tamen credibile est eum, quandiu vixit pater, gubernandarum rerum plurimas partes sustinuisse), sed civium affectum exprimit, filium patri in omni obsequio et observatione adjungentium. Tanti ergo esse non vi-
B detur allata a Tillemontio ratio, ut hanc *Apologiam* anno 177 addicamus. Sed illius ad annum 176 referendæ necessitatem imponere videtur susceptum hoc anno iter a M. Aurelio in Græciam, Syriam et Ægyptum. Sive enim Athenis vixerit Athenagoras, ut ex philosophi Atheniensis titulo colligi posset, sive Alexandriæ; imperatoris præsentia his in locis percommodam attulit occasionem offerendæ *Apologiæ*: nec quemquam dicturum puto Athenagoram prætermissa hac occasione Romam anno sequenti venisse, ut hoc sui in Ecclesiam amoris specimen ederet.

« Bælius in *Lexico historico* Gallice edito, inquit Fabricius [29], nunquam oblatam publico Christiano
C rum nomine putat, sed tantum scriptam privatim ab Athenagora, perinde ut in Gallia ab anno 1684 multi e reformatis persecutionem passis libellos ejusmodi supplices et apologias ad regem scripserunt ediderintque, regi nunquam oblatas. » Iniquam esse hanc de Athenagora opinionem fatebitur quisquis ipsam *Apologiam* accuratius expendet. Ipse titulus Athenagoram legati quodam munere perfungi docet. Eo spectat tota illius oratio, ut imperatoris benevolentiam Christianis conciliet; dissimulat imperatoris in Christianos odium causam esse per-
D secutionis, sed Christianos vexari et occidi ait, quia illos non tuetur patrocinio suo imperator: in exordio et conclusione et pluribus aliis in locis illius laudes plena manu in astra tollit, eique ac ejus domui Christianos maximo studio et obsequio affixos esse asseverat [30]. Quot adhibet argumenta, totidem utitur occasionibus deliniendi imperatoris et perhonorifice appellandi. Quis non videt ita disserenti scriptori idem ac Justino et Tatiano in *Orationibus adversus Græcos*, Clementi in *Protreptico*, Origeni in libris *contra Celsum*, propositum non esse, ut veritatem religionis Christianæ tantummodo demonstret ac errores gentilium arguat, sed illud etiam maxime ut persecutionis finem impetret? Videtur sibi ad imitandum proposuisse *Apologias S. Justini*, cujus exemplo nec atheismum cum sanctæ Trinitatis cultu, nec alia facinora cum moribus et doctrina Chri-

[28] Prov. XXI, 1. [29] Biblioth. Gr., tom. V. [30] N. 4 et 38.

Digitized by Google

stianorum consistere posse demonstrat. Ducem sequi Justinum videtur, cum queritur, quod solum nomen in Christianis damnetur, num. 2, cum postulat ut eadem in illos ac in alios homines judicii forma servetur ; cum persecutiones non aliunde oriri declarat, quam ex antiqua vitii cum virtute pugna, num. 3, cum Christianos ab hac vita ad aliam longe meliorem cum Deo et apud Deum traducendam proficisci docet, num. 12, et cum de angelorum lapsu loquitur, num. 24.

Justinum longe superat Athenagoras expolito dicendi genere, ordinis venustate et peracutis ad captandam benevolentiam circuitionibus. Simplicior enim Justinus et parcior in laudando. Quod si non tam multa e Scripturis et Christi mysteriis repetit Athenagoras, quam multa apud Justinum his de rebus occurrunt : videtur petitis ex ratione argumentis singularitatem Dei, et simulacrorum cultus stultitiam demonstrare maluisse et in his immorari, quia hanc disputandi rationem philosophi imperatoris auribus gratiorem futuram sperabat. Dum autem in his occupatur, visus est Petavio (lib. I, *De Deo*, pag. 85) accidentia in Deo admittere. Vocat ille [21] quidem Dei attributa τὰ ἐπισυμβεβηκότα, ac bonum Deo inesse dicit κατὰ συμβεβηκός, sed cum ipse mentem suam aperiat, non videtur ei ob verbum lis impingenda, ubi sententia in tuto est. Simili indulgentia utendum in Tertullianum, apud quem eodem sensu attributa Dei vocantur appendices, lib. I *in Marc.*, cap. 25.

V. Athenagoram multa scripsisse conjicere possumus ex initio libri *De resurrectione*, ubi testatur, *se nonnunquam sermones pro veritate iis, quæ de veritate habentur, præmittere*, idque illo in libro facere statuisse. Quo tempore hoc opus scriptum fuerit, statuere non possum ; sed tamen *Apologia* posterius videtur, quam sic absolvit, ut disputationem de resurrectione nondum suscepisse, sed in aliud tempus differre videatur. Sic enim loquitur : Ἀλλὰ ἀνακείσθω μὲν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος. « Sed hac de resurrectione disputatione supersedeamus. » Quamvis minime dubium sit quin hæc disputatio non pronuntiata sed scripta fuerit, sic tamen loquitur, n. 23, quasi ei propositum sit *summatim his, qui convenere, indicare quid de resurrectione sentiendum sit, et argumenta, quibus hoc dogma nititur, ad audientium facultatem accommodare.* Quamvis adhibita in hoc opere argumenta ipsos etiam hæreticos feriant, videtur tamen philosophos potissimum voluisse refellere. Nam quidquid objicitur ab adversariis, id ratiunculis continetur : quidquid argumentorum adhibet Athenagoras, id ex hominis natura et Dei justitia repetit. Unde etiam, n. 3, *informis, ut illi existimant*, nempe philosophi, materia dicitur. At ea non tangit quæ ex Scripturis et Christi mysteriis Catholici ad probandum hoc dogma, et hæretici ad evertendum ducebant. Sub nomine Athenagoræ prodiit anno 1569 opus *De vero et perfecto amore*, verbis quidem e Græco sermone Gallicum factum, sed revera a personato interprete Fumæo fabricatum, cui larvam egregie detractam vide apud Fabricium, tom. V, *Biblioth. Gr.*, p. 88.

Displicuit Petavio quod ait Athenagoras in hoc *De resurrectione* libro, n. 11, aut saltem quod doctissimo theologo visus est dicere, « quod Deus potest id eum velle, et quod vult id omnino posse, » καὶ τὸ δυνατὸν βουλητὸν καὶ τὸ τῷ Θεῷ βουλητὸν πάντως εἶναι δυνατόν. Sed nihil superest difficultatis si locus accurate expendatur. Non enim illud βουλητόν dicit Athenagoras, quod Deus facturum se decrevit, sed quod velle potest. Sic antea, n. 10, ἀβούλητον intelligit id quod Deus velle non potest. Ait enim idcirco ἀβούλητον esse, quia vel injustum est vel indignum Deo. Τὸ γὰρ ἀβούλητον, ἢ ὡς ἄδικον, αὐτῷ ἐστιν ἀβούλητον, ἢ ὡς ἀνάξιον. Itaque ἀβούλητον interpretari non dubitavi id quod in Dei voluntatem non cadit, et βουλητόν id quod velle potest. Quos refellit hoc in libro Athenagoras, hi minime inquirebant utrum resurrectionem Deus necne promiserit hominibus, sed eam fieri omnino non posse contendebant. Quare Athenagoras statuit eos, si cum aliquo rationis colore increduli esse velint, demonstrare debere resurrectionem vel in Dei potestatem, vel in ejus voluntatem non cadere.

CAPUT XIV.

An Athenagoras Montani sectæ adhæserit.

I. Athenagoræ loca ex quibus nata suspicio. II. Res dijudicanda ex primordiis Montanistarum. III. Multi anni fluxere antequam schisma conflarent. IV. Tertullianus ante Montanista quam schismaticus. V. Difficile est statuere quo tempore absolutum schisma. VI. Athenagoras eorum nec schismatis nec doctrinæ particeps. VII. Illorum exstases probatas ei fuisse nullo patet argumento.

I. Examinanda nobis quæstio non parvi et ad famam Athenagoræ et ad antiquitatem ecclesiasticam momenti. Tillemontius, cujus non minus laudanda in antiquis rebus dijudicandis æquitas, quam in comportandis et colligendis eruditio, suspicatur Athenagoram Montanistam fuisse. « Haud scio, inquit, t. II, p. 350, an adhibita ab eo et de prophetis, quo tempore exstases Montani Ecclesiam perturbare incipiebant, et de secundis nuptiis loquendi ratio, metuendi locum afferat ne his partibus implicatus fuerit. » De prophetis sic loquitur Athenagoras, *Apol.*, num. 9 : Οἳ κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν, κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ θείου Πνεύματος, ἃ ἐνηργοῦντο ἐξεφώνησαν· συγχρησαμένου τοῦ Πνεύματος ὡσεὶ καὶ αὐλητὴς αὐλὸν ἐμπνεύσαι. « Qui mente et animo extra se rapti, impellente Spiritu sancto, quæ ipsis inspirabantur, ea sunt loculi, utente illis Spiritu sancto, velut si tibiam inflet tibicen. » De secundis autem nuptiis hæc habemus, n. 33 : Οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα· ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. Ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπὴς

[21] N 23 et 24.

Digitized by Google

ἐπι μοιχεία. Ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησὶ, τὴν γυναῖκα A αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· οὔτε ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐπιγαμεῖν. Ὁ γὰρ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος, παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα· λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρὸς μίξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν. « Neque enim meditatione sermonum sed demonstratione et disciplina actionum res nostræ continentur, ut quisque vel qualis natus est, maneat, vel unicis in nuptiis. Secundæ enim decorum adulterium. *Quicunque enim dimiserit*, inquit, *uxorem suam et aliam duxerit, mœchatur*[32]; nec eam dimitti sinens, cujus virginitati finem quis imposuit, nec aliam insuper duci. Nam B qui se ipse prima uxore spoliat, etiamsi mortua sit, occulta quadam ratione est adulter; tum quod manum Dei transgrediatur (nam initio Deus unum hominem finxit ac unam mulierem), tum quod carnis cum carne conjunctionem quodam veluti vinculo ad commiscendum genus colligatam dissolvat. » Cum his nimium videntur congruere quæ apud Tertullianum leguntur de secundis nuptiis. Has *nuptialibus et dotalibus si forte tabulis a mœchiæ et fornicationis opere diversas* esse ait *De pud.*, c. 1. Ut neque repudium, ita nec matrimonii numerum ab initio fuisse observat *De monogam.*, cap. 9. Sic loquitur, cap. 14: « Neque lex abstulit repudium; habuit quod auferret: nova prophetia secundum matrimonium, C non minus repudium prioris. »

II. Sed tamen si consideremus quibus gradibus Montanistæ eo pervenerint, ut ab omnibus damnarentur; nec apertæ illorum hæresis affinem reperiemus Athenagoram; imo ne eorum quidem fautorem, quæ in primordiis moderatius sentiebant. Non enim statim atque prodiit Montanus, jejunia instar legis imponere, fugam in persecutionibus vetare, secundas nuptias adulterii notis ausus est inurere. Rem multo callidius administravit. Jejunia his, qui illum audiebant, ad alicujus causæ occasionem, non toti Ecclesiæ ad perpetuam annorum redeuntium vicem imponebat. « Spiritus sanctus, inquit Tertullianus *De jejun.*, c. 13, cum in quibus vellet terris et per quos vellet prædicaret, ex providentia D imminentium, sive ecclesiasticarum tentationum, sive mundialium plagarum, qua Paracletus, id est advocatus, ad exorandum judicem, hujusmodi officiorum remedia mandabat. Puta nunc, ad exercendam sobrietatis et abstinentiæ disciplinam, hunc qui recipimus, necessario etiam quæ tunc constituit observamus. » Neque etiam fugam omnino in persecutionibus damnabat. Testatur Tertullianus eum hortatum esse ad martyrium; fugam ab eo penitus prohibitam dicere non audet. « Spiritum vero si consulas, quid magis sermone illo Spiritus probat? Omnes pene ad martyrium exhortatur. »

Hæc ille in libro *De fuga*, c. 9, ubi etiam duo refert testimonia Montani, quæ exhortationem habent ad martyrium, at fugam minime condemnant. Secundas nuptias abstulerunt Montanistæ, nova sane et inaudita audacia, sed tamen in primordiis ita moderate, ut cum digamis in Ecclesia communicare non dubitarent. Quomodo enim se hac in re gesserint, spectari potest ex eorum in aliis rebus agendi ratione. Nescio quo pacto inducta fuerat in aliquas Ecclesias non consentanea præcepto Apostoli consuetudo, ut virgines in ecclesia velum excuterent. Virgines novis prophetiis addictæ velum servarunt, sed tamen aliis velo carentibus molestæ non erant; donec istæ impetrarunt, ut hoc discrimen, quod eas urebat, tollerctur. Sic rem enarrat Tertullianus, lib. *De vel. virg.*, cap. 3: « Tolerabilius apud nos usque proxime utrique consuetudini communicabatur. Arbitrio permissa res erat, ut quæque voluisset aut tegi aut prostitui, sicut et nubere: quod et ipsum neque cogitur neque prohibetur. Contenta era. veritatis pacisci cum consuetudine, ut tacite sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex parte, sed quoniam cœperat agnitio proficere, ut per licentiam utriusque moris indicium melioris partis emergeret; statim ille adversarius bonorum, multoque institutorum, fecit opus suum. Ambiunt virgines hominum adversus virgines Dei, nuda plane fronte in temerariam audaciam excitatæ.... Scandalizamur, inquiunt, quia aliter aliæ incedunt... Cur non magis hæ querantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiam ostentatitiæ virginitatis? »

Suam Montanum hæresim in primordiis aliquo lenitatis fuco dissimulasse, illud etiam argumento est, quod de ejus prophetiis variæ ac discrepantes fuere Catholicorum sententiæ. Nam ut prophetæ munus ac nomen sibi arrogare cœpit, multi illum, teste Eusebio[33], ejusmodi donis ornatum esse crediderunt, quæ tunc rara in Ecclesia non erant. At si statim ea vomuisset, quæ postea effutiit, nulla esse potuisset inter Catholicos ambigendi ratio. Illius anathemati moram non attulissent exstases, si sese aperiens statim dixisset, id quod ab eo aut ab ejus mulieribus dictum refert Tertullianus *De pudic.*, cap. 21: « Potest Ecclesia donare delictum; sed non faciam ne et alia delinquant. »

III. Operæ pretium est observare multos annos ab initio sectæ effluxisse, antequam aut tolerari desinerent Montanistæ, aut se ultro ab omnibus Ecclesiis abscinderent. Anno 177, id est, sex annis a sectæ primordio, confessores Lugdunenses et Viennenses, vel a fratribus Asiæ et Phrygiæ consulti de hac dissensione, vel charitate propria incitati, *partim ad fratres in Asia et Phrygia degentes*, inquit Eusebius, *Hist.*, lib. v, c. 3, *partim ad Eleutherum Romanæ urbis episcopum scripserant, pro pace Ecclesiarum quasi legatione fungentes.* Nullum hic

[32] Matth. XIX, 9. [33] Hist., v, 3.

Digitized by Google

schisma, sed vehemens dissensio, cujus sedandæ spes affulgebat.

Trium Romanorum pontificum communionem et approbationem sibi conciliare conati sunt Montanistæ, sed operam luserunt. Rem discimus ex his Tertulliani verbis *contra Prax.*, c. 1 : « Idem (Praxeas) tunc episcopum Romanum agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ et Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis prophetis et Ecclesiis eorum asseverando, et præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare jam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum concessare. » Hujus pontificis, qui pene a Montanistis deceptus fuit, præcessores indicati hoc loco alii esse non possunt, quam Soter sub quo secta prodiit, et Eleutherus cui Victor successit anno 192. Itaque Victore Ecclesiam Romanam regente aut saltem in primordiis illius pontificatus, id est annis viginti et amplius post Montani primordia, nondum Montanistæ ab Ecclesia discesserant, nondum ab ea erant ejecti. Verisimile est homines superbos repulsam hanc non tulisse patienter; sed tamen plures anni ab hoc eventu effluxerunt, antequam schisma palam et aperte erumperet. Nam Tertullianus, quem verisimile est Romæ, cum hæc agerentur, fuisse, in hac urbe Montanista factus est, si eam Hieronymo fidem habemus, quæ illi hac in re non videtur deneganda. Is enim in libro *De script. eccles.* narrat Tertullianum *invidia et contumeliis clericorum Ecclesiæ Romanæ ad Montani dogma delapsum.* Rediit tamen in Africam nondum schismaticus : nam Catholicis permistus erat, iisque audientibus Praxeam, qui ex Italia in Africam venerat, ibique errorem suum spargebat, fregit et convicit, atque hæresim coegit ejurare ; tum demum schisma conflatum. Totam rem sic ipse narrat, cap. 1 *in Prax.*: « Fruticaverant avenæ Praxeanæ, hic quoque superseminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ ; traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam avulsæ videbantur. Denique caverat pristinum doctor de emendatione sua : et manet chirographum apud psychicos, apud quos tunc gesta res est : exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti et defensio disjunxit a psychicis. » Accurata est Tertulliani ratio loquendi : non illum sola agnitio falsi Paracleti, sed maxime defensio disjunxit a Catholicis. Nimirum agnoverat antequam schismatice defenderet.

IV. Tertullianum non statim ac Montanista factus est, ab Ecclesiæ communione exteriore discessisse testis est liber *De velandis virginibus*, cujus scribendi occasio, ut jam vidimus, exstitit orta inter Montanistarum et Catholicorum virgines in iisdem ecclesiis et sub iisdem pastoribus dissensio. Necesse est enim utrasque in easdem convenisse ecclesias et eidem auctoritati paruisse; cum aliæ non velarentur, aliæ socias suas velari moleste ferrent, et idcirco apud eos, qui auctoritate præerant, agerent ut velum detraheretur. Tota res in Ecclesia agebatur, nec dum ab ea Tertullianus discesserat. « Apud nos usque proxime utrique consuetudini communicabatur. » Quinetiam in hoc libro opponit adversariis suis exteras ecclesias, quibuscum et se et adversarios communione conjunctos esse declarat. « Non possumus, inquit, cap. 2, respuere consuetudinem, quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus jus pacis et nomen fraternitatis. Una nobis et illis fides, unus Deus, unus Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta. Semel dixerim una Ecclesia sumus. » Quam dissimilia hæc sunt impiis et inhonestis conviciis, quæ postea Tertullianus nec modum ullum nec consilium retinens in Ecclesiam effudit : velut cum ait in libro *De pudicitia*, cap. 1 : « Erit igitur et hic adversus psychicos titulus, adversus meæ quoque sententiæ retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam levitatis objectent. Nunquam societatis repudium delicti præjudicium est, quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. » Scripturam Pastoris ait, cap. 11, inter apocrypha referri, *ab omni concilio Ecclesiarum etiam vestrarum*, inquit, Catholicos alloquens. Negat Catholicis inesse Spiritum sanctum quia illum in Montano non agnoscunt. « Itaque isti, inquit [81], qui alium Paracletum in apostolis et per apostolos receperunt, quem nec in prophetis propriis agnitum, jam nec in apostolis possident, age nunc vel de apostolico instrumento doceant maculas carnis post baptisma respersæ, pœnitentia dilui posse. » Et cap. 21 : « Quid nunc et ad Ecclesiam, et quidem tuam psychice? »

Tillemontius, qui Montanistas existimat sectam ab Ecclesia abscissam fuisse antequam ei nomen daret Tertullianus, hanc opinionem accepit ab his libri *De fuga* verbis : « Dicitis enim, quoniam incondite convenimus, simul convenimus et plures concurrimus in Ecclesiam; quærimur a nationibus et timemus ne turbentur nationes, » cap. III. Existimavit vir doctissimus hic describi synaxes Montanistarum : at ipsos Catholicos, a quibus consultus fuerat, hæc dicentes inducit Tertullianus, atque hanc causam afferentes, cur fugiendum sit, et a conventibus abstinendum, quia nimirum, si Christiani solitas synaxes obeant, hæc multitudo facile deprehendatur a gentilibus. Unde Tertullianus addit : Annon scitis quod Deus omnium sit Dominus? Et si velit Deus, tunc persecutionem patieris; si vero noluerit, tunc silebunt nationes. » Illinc etiam auctor est ei qui consulebat, ut si interdiu non potest, saltem nocte et cum paucis conveniat, si non licet cum multitudine. « Postremo, si colligere interdiu non

[81] Cap. 12.

Digitized by Google

potes, habes noctem luce Christi luminosam adversus eam. Non potes discurrere per singulos; sit tibi et in tribus Ecclesia. » In hoc igitur libro, in quo Paracletum suum citat, ac Montani deliriis ita addictus est, ut negare inter tormenta satius esse putet quam fugere, reverebatur tamen ecclesiasticos conventus, eisque præesse Christum putabat. Nihil enim aliud est hoc loco *Ecclesia in tribus*, nisi fidelium, quibus inest Spiritus sanctus, etiamsi pauci sint, conventus. His adde Fabium, qui Tertullianum consulnerat, catholicum fuisse; nec psychicos in hoc libro Catholicos appellari: hoc tantum in eis culpat, quod in multis rebus hærere et incerti esse debeant, quia Paracleti oracula non recipiunt. « Procuranda autem examinatio penes vos, si forte Paracletum non recipiendo deductorem omnis veritatis, merito adhuc etiam aliis quæstionibus obnixi (*forte* obnoxii) estis, cap. 1. Nec præterennda est S. Rutilii martyris honorifica in hoc libro commemoratio, quem Tertullianus, c. 5, sanctissimum martyrem vocat, quamvis *toties fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum ut putabat nummis redemisset.*

Ex his refelli possunt et qui a Tertulliano hæresis notam propulsant, quia unitatem videtur etiam Montanista retinere, et qui illius de auctoritate et unitate principia nullius volunt esse ponderis, quia hæc eum jam schismaticum disseruisse putant. Utrique errant graviter. A schismatis crimine non ideirco insons et purus erit, quia quibusdam veluti gradibus in hoc tristissimum exitium lapsus est. Premunt illum, non tuentur, unitatis aliquandiu retentæ indicia cum posterioribus manifesti schismatis notis collata. Quibus autem argumentis Ecclesiæ unitatem et infallibilitatem demonstravit, de eorum pondere et momento an detrahere debuit superveniens schisma.

Non dissimulandum est Tertullianum etiam in libris, quos schismaticus scripsit, Ecclesiæ apostolicæ auctoritate ad refellendos hæreticos uti. « Soleo, inquit, lib. v, *in Marcionem*, cap. 19, in præscriptione adversus hæreses omnes de testimonio temporum compendium figere, priorem vindicans regulam nostram omni hæretica posterioritate. » Idem argumentum tangit lib. 1, cap. 1; lib. IV, c. 4, et *adv. Praxeam*, c. 2. Atque in his quidem locis objicit hæreticis auctoritatem Ecclesiarum apostolicarum: at nequaquam, ut in iis quæ schisma præcesserunt, communione junctum se illis Ecclesiis esse gloriatur, non jus pacis et unitatis unamque Ecclesiam prædicat. Libenter utebatur præscriptionis argumento, quia nihil illud sectæ Montani officere putabat, utpote antiquam symboli fidem retinenti; necesse esse putabat [35], ut *ante quis de Deo hæreticus sit et tunc de instituto.* Paracleto controversiam fieri, et propter hoc novas prophetias recusari dicebat, *non quod alium Deum prædicent Montanus et Priscilla et Maximilla, nec quod Jesum Christum solvant, nec quod aliquam fidei aut spei regulam evertant; sed quod plane doceant sæpius jejunare quam nubere.* At pudorem adeo non projecerat Tertullianus, ut in ipso schismate communionem sibi cum apostolicis Ecclesiis attribueret. De universæ Ecclesiæ contra Montanistas consensu ita dijudicabat, quasi pauci cum pluribus ac non potius minuta secta cum universa Ecclesia pugnaret. « Nunquam societatis repudium, inquit [36], delicti præjudicium est, quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. » At in libro *De præscript.* Montanistas, qui apostolicam de secundis nuptiis, de pœnitentia, imo et de Ecclesiæ auctoritate doctrinam deseruerant, æque ac alios profligabat hac præclarissima sententia. « Age nunc omnes erraverint. Ecquid verisimile est ut tot ac tantæ in unam fidem erraverint? » In hoc præstantissimo libro multa alia occurrunt cum iis penitus pugnantia, quæ Tertullianus jam Montanista, licet nondum schismaticus, docuit: illud in primis quod in libro *De præscript.* [37] diserte probat Catholicis nihil jam quærendum superesse, quippe qui veritatem invenerint, aut saltem in Ecclesia et a fratribus quærendum. At in libro *De velandis virginibus* [38] auctoritatem omnem commentitio Paracleto attribuit in solvendis quæstionibus, et Catholicos in libro *De fuga* [39] multis quæstionibus obnoxios esse pronuntiat, quia non recipiunt *Paracletum deductorem omnis veritatis.* Statuere ergo licet librum *De præscriptionibus* non modo ante schisma, sed etiam ante adoptata Montani somnia scriptum fuisse.

V. Plurimum lucis huic quæstioni accederet, si statuere possemus quo potissimum anno Montanistæ ab Ecclesia penitus defecerint. Jam schisma penitus conflatum erat, cum scriberet Tertullianus quartum adversus Marcionem librum, id est anno, ut ipse declarat, decimo quinto imperatoris Severi. Ibi enim declarat inter Montanistas et psychicos controversiam esse de exstasi, cap. 22. Id confirmat S. Clemens Alexandrinus qui sub eodem imperatore scribebat. Nam, cum is librum quartum *Stromatum* componeret, Catholicos Montanistæ psychicos vocare incipiebant. Sic enim de illis Clemens, p. 511: Ἤδη γὰρ καὶ οὗτοι (Φρύγες) τοὺς τῇ νέᾳ προφητείᾳ μὴ προσέχοντας ψυχικοὺς καλοῦσι.. « Jam enim ii quoque eos, qui novæ prophetiæ non attendunt, animales appellant. » Idem in *Strom.*, VII, p. 765, Montanistas vocat hæresim ex gente denominatam. Testatur antiquus scriptor apud Eusebium, *Hist.*, v, 16, damnatos fuisse et excommunicatos in multis Asiæ conciliis Montanistas; sed quo tempore hæc concilia habita fuerint, minime declarat. Fieri potuit ut citius in nonnullis Ecclesiis, serius in aliis damnarentur.

Pseudoprophetas illos vocat Irenæus, eosque ut

[35] De monogam., c. 2; De jejun., c. 1. [36] De pudic., c. 1. [37] De præscript., c. 11, 12, 13, 14.
[38] Cap. 1. [39] Cap. 1.

Digitized by Google

prophetiæ insignia sine prophetica gratia sibi arrogantes egregie depingit, lib. IV, cap. 33, n°. 6. At schismatis scelus falsæ prophetiæ adjunctum ab eis fuisse non dicit. Non tamen dubium esset quin tunc schismatici fuerint, si de illis dictum esset illud Irenæi [40] : « Alii vero ut donum Spiritus frustrentur, quod in novissimis temporibus secundum placitum Patris effusum est in humanum genus, illam speciem non admittunt, quæ est secundum Joannis Evangelium, in qua Paracletum se missurum Dominus promisit ; sed simul et Evangelium et propheticum repellunt Spiritum. » Miror eruditis viris Tillemontio et novissimæ editionis auctori visum esse Irenæum de Montanistis loqui. Quomodo enim S. Joannis Evangelium ob sancti Spiritus promissionem rejecissent, quos constat in illis Joannis locis, ubi Spiritus promittitur, præcipuum sectæ suæ præsidium constituisse? Quæ sequuntur Irenæum de Montanistis non loqui confirmant, etsi augent difficultatem dignoscendi quosnam potissimum exagitet. Addit enim : « Infelices vere, qui pseudoprophetæ quidem esse volunt, propheticam vero gratiam repellunt ab Ecclesia ; similia patientes his qui propter eos qui in hypocrisi veniunt, etiam a fratrum communione se abstinent. Datur autem intelligi, quod hujusmodi neque apostolum Paulum recipiant. » Discimus ex his verbis nonnullos exstitisse, qui a communione sese removerent, ne cum hypocritis communicarent. Cum his comparat eos qui S. Joannis Evangelium rejiciebant, quia in hoc maxime Evangelio promittitur Spiritus sanctus. Utrique ergo peccabant inconsiderato eorum qui sanctis rebus abutuntur, odio; atque ut ii, qui a communione abscedebant, ita se gerebant, quia plus æquo infensi erant hypocritis communicantibus ; ita necesse est ut eos qui Evangelium Joannis et promissionem sancti Spiritus rejiciebant, id fecisse dicamus propter eos qui Evangelio et promissione abutebantur. Quare non Montanistæ Evangelium S. Joannis rejecisse dicendi sunt, sed potius dum eo, ad causæ suæ defensionem abutuntur, illius rejiciendi ansam immoderatis adversariis dedisse.

Si minus statuere possumus quo potissimum tempore Montanistæ schismatici fuerint ; illud saltem asseverare licet, scribente *Apologiam* Athenagora et multis post annis, nondum eos ab Ecclesia catholica discessisse.

VI. Hæc accurate explorare conatus sum, ut habeamus quid de fide Athenagoræ statuamus. Ac 1° quidem asseverare possumus secundas nuptias ab eo minime damnatas fuisse. Quomodo enim illas damnasset, quas ne Montanus quidem tunc temporis condemnare audebat? 2° Etiamsi Athenagoras Montani partibus se addixisset, non tamen illius nomini labes schismatis inhærere deberet, cum anno 176 quo scribebat, ac pluribus postea elapsis annis nondum ad extremum illud schismatis scelus nequitia Montanistarum pervenerit. 3° Ne illud quidem probabile est Athenagoram ulla cum Montano consuetudine aut doctrinæ consensione conjunctum fuisse. Nam quod de secundis nuptiis statuit, id ex Christi verbis, *Quicunque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, mœchatur* [41], subtiliter ratiocinando deducit : at novæ prophetiæ auctoritas minime illi in mentem venit. Atque in hoc manifesta est illius a Montanistis dissensio. Isti enim unicas nuptias neque a Christo neque ab apostolis præscriptas fatebantur, sed a Paracleto, quem a Christo datum Montano et Priscillæ et Maximillæ dicebant, *ut quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur et ordinaretur et ad perfectum perduceretur disciplina ab illo vicario Domini Spiritu sancto*, TERTULL. *De vel. virg.*, c. 1. Nihil simile Athenagoras designat ; solis Christi verbis nititur. Neque etiam de Montanistis, sed de Christianis ait, num. 33, unumquemque vel qualis natus est manere, *vel unicis in nuptiis.*

VII. Non justior accusandi Athenagoræ causa ex illius de prophetarum exstasi dictis ducitur. Nam 1° etiamsi non fuisset ex illorum numero, qui statim animadverterunt quid vitii inesset exstasibus Montanistarum et oritura ex his hominibus mala prospexerunt ; non idcirco Montani non dico schismati, sed vel doctrinæ addictus dici posset. In illa enim dissensione, quam de Montanistis inter Catholicos exortam narrat Eusebius, *Hist.*, IV, 3, quicunque prophetias Montani non damnabant vel etiam probabant, non idcirco Montano regendos se committebant : et quandiu Catholicis permisti fuere Montanistæ, haud dubium quin multi eos laudaverint et ab eis laudati fuerint, nec tamen eorum vivendi et sentiendi rationes secuti sint. Ex quo etiam patet quam iniquum quamque absurdum foret, exprobrare Ecclesiæ catholicæ cultum mulierum Montani sectæ addictarum, quia scilicet sanctæ Perpetuæ et sanctæ Felicitatis Acta collecta sunt ab homine *sicut prophetias*, ut est in præfatione, *ita et visiones novas* agnoscente et honorante. Difficile est Montanistis invidere scriptorem ita illis temporibus de novis prophetiis loquentem : Montani sectatorem fuisse contendit Valesius, negat Ruinartius. Sed si is Montanista fuit, non idcirco Montanistis sanctæ illæ martyres tradendæ; aut certe eamdem notam non effugiet S. Rutilius martyr, quem quidem, etsi Montanum sperneret, magnis tamen laudibus ornavit Tertullianus, lib. *De fuga in persec.*, c. 5.

2° Ne illud quidem dici potest Montanistas ab Athenagora rejectos et damnatos non fuisse. Nam S. Clemens Alex. hanc sectam inter hæreses recenset, sed tamen prophetas, itidem ut Athenagoras, in exstasi locutos agnoscit, et pseudoprophetas omnes, qui ante Christum fuerant, fores

[40] Lib. III, c. 11, n. 9. [41] Matth. XIX, 9.

Digitized by Google

fuisse probat [42], quia *revera prophetabant in extasi*, A nimirum imitante et suffurante diabolo propheticam exstasim. Vide S. Ambrosium in psal. XXXIX.

3° Nihil hic Athenagoræ cum Montanistis : tota illi cum ethnicis disputatio. Prophetas extra se raptos fuisse dicit, non quod necesse esse crederet, *ut in spiritu homo constitutus*, ut ait Tertullianus [43], *excidat sensu, obumbratus scilicet virtute divina*, sed quia cum exstasis in gentilium oraculis divinæ inspirationis nota haberetur, prophetas divinitus fuisse inspiratos argumento ad permovendos gentiles idoneo probare volebat. Non multo aliter locutus in *Cohortatione* Justinus [44], qui etiam Sibyllæ potentem afflatum laudat. Sic etiam Theophilus, lib. II, n. 9. Idem Philoni videtur propositum fuisse, cum de prophetarum exstasi loquitur, B nempe ut gloriam et decus eorum extollat ac inspirationem probet. Vid. lib. II, *Legis allegor.*, p. 52, et librum : *Quis rerum divinarum hæres.*

CAPUT XV.

De gestis et scriptis sancti Theophili Antiocheni episcopi.

I. De conversione et episcopatu S. Theophili. II. De illius deperditis operibus. III. Theophili non sunt commentarii in Evangelia. IV. Qua occasione scripti ad Autolycum tres libri. V. Sub Commodi imperio scripti. VI. Refellitur Dodwellus qui alium Theophilum excogitavit.

I. Natus est ac institutus Theophilus in superstitionum ethnicarum tenebris; idemque illi contigit, quod de se ipsi Justinus et Tatianus, de Athenagora Philippus Sideta testantur, ut legendis Scripturis ad Christianam religionem converteretur. Rem ipse sic narrat sub finem libri primi *ad* C *Autolycum* : « Ne sis igitur incredulus, sed potius crede. Nam et ipse non credebam resurrectionem futuram ; sed nunc credo, postquam hæc attentius consideravi ; simul quod in sacras Scripturas incidi sanctorum prophetarum, qui per Spiritum sanctum et præterita eodem quo gesta sunt modo, et præsentia eodem quo geruntur prædixerunt, et futura eodem ordine quo perficientur. Cum igitur ea quæ eveniunt et prædicta olim demonstrationem mihi exhibeant ; non sum incredulus, sed credo obtemperans Deo.

Hunc Theophilum Dodwellus, quem infra refellemus, justo longius ab apostolica ætate removere et episcopali dignitate spoliare ausus est; alii nonnulli cum eo, cui Actus apostolorum inscripti, minus belle confudere. Longe ab hoc Theophilo distat ille noster, qui mortuo Erote quinto Antiochiæ episcopo, circa annum M. Aurelii octavum, id est annum Christi 168, Antiochenæ sedi præfectus fuit. Testatur enim Eusebius anno hujus imperatoris octavo Romæ Soterem Aniceto, Alexandriæ Celadioni Agrippinum successisse ; ac statim addit [45] : Τηνικαῦτα καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Θεόφιλος ἔκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐγνωρίζετο. « Tunc autem et in Antiochena Ecclesia sextus ab apostolis Theophilus florebat. » Quibus verbis non id mihi videtur indicari tres illos patriarchas eodem M. Aurelii anno electos fuisse, sed tantum eodem illos tempore Ecclesiam gubernasse. Nam si Eusebii verba stricte sumantur, ex his illud potius sequetur, jam tum Antiochiæ floruisse Theophilum, cum Soter Aniceto, Agrippinus Celadioni successit.

II. Præter quotidianum laboris ac sollicitudinis pensum, quod omnibus episcopis impositum, haud parum negotii hæreses, quæ tunc Ecclesiam oppugnabant, Theophilo nostro addiderunt. Illius vigilantia et excubiæ pro commissis ovibus spectari possunt ex studio, quod in profligandis hæreticis et a grege suo avertendis significavit. Sic enim de illo Eusebius [46] : Τῶν γε μὴν αἱρετικῶν οὐδὲν χεῖρον B καὶ τότε ζιζανίων δίκην λυμαινομένων τὸν εἰλικρινῆ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας σπόρον, οἱ πανταχόσε τῶν Ἐκκλησιῶν ποιμένες, ὥσπερ τινὰς θῆρας ἀγρίους τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων ἀποσοβοῦντες αὐτοὺς ἀνεῖργον· τοτὲ μὲν, ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς νουθεσίαις καὶ παραινέσεσι· τοτὲ δὲ, πρὸς αὐτοὺς γυμνότερον ἀποδυόμενοι, ἀγράφοις τε εἰς πρόσωπον ζητήσεσι καὶ ἀνατροπαῖς· ἤδη δὲ καὶ δι' ἐγγράφων ὑπομνημάτων τὰς δόξας αὐτῶν ἀκριβεστάτοις ἐλέγχοις διευθύνοντες. Ὅ γέ τοι Θεόφιλος σὺν τοῖς ἄλλοις κατὰ τούτων στρατευσάμενος δῆλός ἐστιν ἀπό τινος οὐκ ἀγεννῶς αὐτῷ κατὰ Μαρκίωνος πεπονημένου λόγου, ὃς καὶ αὐτὸς μεθ' ὧν ἄλλων εἰρήκαμεν, εἰσέτι νῦν διασέσωσται. Τοῦτον μὲν οὖν ἕβδομος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας διαδέχεται Μαξιμῖνος. « Porro cum nihilominus hac etiam tempestate hæretici zizaniorum instar sinceram apostolicæ doctrinæ sementem labefactarent, Ecclesiarum toto orbe pastores, eos tanquam feras atque immanes belluas ab ovili Christi fugare atque arcere properabant; partim hortando et commonendo fratres, partim adversus ipsos hæreticos fortiter colluctando : quos vel propositis cominus interrogationibus viva voce, vel libris accuratissime scriptis, opiniones eorum refellendo, confutabant. Theophilus igitur una cum cæteris adversus illos hæreticos depugnavit, ut constat ex quodam illius libro haudquaquam spernendo, quem contra Marcionem elaboravit, qui liber cum aliis quos retuli etiamnum exstat. » Scripserat etiam Theophilus, D Eusebio et Hieronymo testibus, alium adversus Hermogenis hæresim librum, in quo testimoniis ex Joannis Apocalypsi desumptis utebatur. Cum his adversus hæreticos elucubrationibus interière alii ejusdem libri, *in quibus elementa fidei exposita fuisse* testatur Eusebius : Καὶ ἕτερα δέ τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ βιβλία, sive, ut interpretatur Hieronymus, *breves elegantesque tractatus ad ædificationem Ecclesiæ pertinentes.*

Forte in his pertractationibus numerandi sunt libri, quos a se scriptos testatur Theophilus. In lib. II *Ad Autolycum* citat primum *De historiis li-*

[42] Strom., I, p. 349. [43] L. IV in Marc., c. 22. [44] N. 9 et 37. [45] Hist., lib. IV, c. 19 et 20. [46] Hist., IV, 24.

Digitized by Google

brum, in quo de generationibus primorum hominum egerat. Sic autem loquitur, num. 30 : Καὶ γὰρ ἐκ μέρους ἤδη γεγένηται ἡμῖν λόγος ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ὡς ἐπάνω προειρήκαμεν, τῆς γενεαλογίας ἡ τάξις ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῇ *περὶ ἱστοριῶν*. « Jam enim a nobis aliqua ex parte instituta est hæc disputatio in alio opere, ut supra diximus, nempe genealogiæ series in primo *De historiis* libro. » Ait paulo post se in eodem libro egisse de rebus Noe. Libri illi *Historiarum*, quorum in primo Theophilus genealogiæ seriem texebat, inscripti videntur fuisse *Genesis mundi*. Ait enim, n. 28, se disputationem de dæmone prætermittere, quia longa est oratio, ac ea de re alibi egit. Mox, n. 29, sic loquitur : Τὰ μὲν οὖν κατ' αὐτοὺς πλείω ἔχει τὴν ἱστορίαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐξηγήσεως · διὸ τὰ τῆς ἱστορίας δύναται ἀκριβέστερον διδάξαι αὐτὴ ἡ βίβλος ἥτις ἐπιγράφεται *Γένεσις κόσμου*. « Ac ea quidem, quæ ad illos spectant (Abelem et Cain) plurimam habent historiam, imo narrationis œconomiam : quare discendi cupidos accuratius potest de hac historia liber ipse, qui *Genesis mundi* inscribitur, edocere. » Videtur prima specie hic indicari primus Pentateuchi liber, quem eruditus Wolfius Genesim mundi observat appellari in ms. Alexandrino et apud Epiphanium in libro *De ponderibus et mensuris*. Hæ voces, *liber ipse*, ipsam Genesim apte designant, ut fontem ex quo omnis de his rebus disputatio deducitur. Sed tamen cum primus Pentateuchi liber non soleat inscribi, *Genesis mundi*, sed tantum *Genesis*, nihil prohibebat Theophilum quominus opus suum inscriberet *Genesim mundi;* et cum paulo ante dixisset se in alio opere egisse de dæmone, qui Adam et Evam tentavit, mox discendi cupidos ad ipsum librum dimittere potuit. Sed quod mihi necessitatem imposuit hujus libri, qui inscribebatur *Genesis mundi*, Theophilo attribuendi; cum Theophilus dicat, n. 30, a se jam citatum fuisse librum in quo de genealogiis agebat; nullus alius occurrit locus, in quo hoc opus citet præter eum, in quo legendi studiosos dimittit ad *Genesim mundi*, Cum de rebus Noe declaret se in eodem libro egisse, non alium videtur indicare in libro tertio, num. 19, ubi ait se alibi demonstrasse arcam non a Deucalione, sed a Noe, cujus nomen idem sonat ac requies, constructam fuisse.

III. De commentario Theophili in Evangelium et in Proverbia sic loquitur Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis :* « Legi sub nomine ejus in Evangelium et in Proverbia Salomonis commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia et phrasi non videntur congruere. » Idem in epistola ad Algasiam, quæst. 6, utitur testimonio quodam Theophili Antiocheni, quod in Appendice referimus. Quo autem ex opere Theophili desumptum sit, Hieronymus declarat. « Theophilus, inquit, Antiochenæ Ecclesiæ septimus post Petrum apostolum episcopus, qui quatuor evangelistarum in unum opus dicta compingens, ingenii sui nobis monumenta dimisit, hæc super hac parabola in suis commentariis est locutus. » Duo ergo navavit Theophilus : primo evangelistarum dicta collegit, et quæ similia erant ita contexuit, quasi unum essent opus. Deinde commentarios suos adjunxit. Opus profecto longe ab eo diversum quod Tatianus elaboravit; nec merito suspicatus est Valesius memoria lapsum esse Hieronymum, et Theophilo attribuisse opus Tatiani. Nam Tatianus commentarios non adjunxerat evangelistarum dictis. Narrat alibi Hieronymus legisse se commentarios Theophili [47].

Ex hac observatione illud etiam manifestum fit, Theophilo nostro attribui non posse breves illos commentarios, qui sub ejus nomine in Bibliothecis Patrum editi singulos evangelistas separatim libris quatuor exponunt. Præterea quis Latinum scriptorem non agnoscat his in verbis [48]? « Per iota, Vetus significat Testamentum, quo Decalogus continetur; iota enim pro decem est apud Græcos. Apex autem quatuor litteras habens, per Evangelium quadruplex, Testamentum indicat Novum. » His adde nonnulla in his commentariis occurrere ex Latinis Patribus desumpta [49]; ex Hieronymo quatuor causas, cur ex desponsata Christus natus sit, ex S. Cypriani epistola ad Magnum insignem locum de corpore et sanguine Domini; ex eodem Hieronymo interpretationem Latinam eorum quæ Theophilus de parabola œconomi disseruerat. Inutili prorsus labore Grabius hæc S. Cyprianum et S. Hieronymum a Theophilo mutuatos esse opinatur [50]. Sed si hæc Theophilus Græce scripsisset, haud libenter crediderim interpretem illius tam accurate venatum esse citata a Latinis Patribus loca, ut eorum verba in suam interpretationem transferret. Præterea si Hieronymus a Theophilo acceperat quatuor illas causas, ob quas Christus ex desponsata natus, cur quartam S. Ignatio, nullam prorsus S. Theophilo acceptam refert?

IV. Nunc de tribus *ad Autolycum* libris examinandum nobis est quæ fuerit illorum scribendorum causa, et quo potissimum tempore scripti fuerint.

Videtur Autolycus amicitia cum Theophilo nostro conjunctus fuisse. Amicum enim illum vocat Theophilus sub finem libri primi, et ad frequens colloquium invitat sub finem secundi. Inerant huic homini non parva ethnicarum virtutum ornamenta, et indefessum legendi studium. Optimum illum salutat Theophilus eique prudentiæ laudem tribuit : plurima legisse testatur, ac in omni eruditione, sive, ut ipse appellat, in omnibus operosis nugis tanto studio versari, ut noctes in bibliothecis consumere non dubitaret. Sed has Autolyci laudes penitus obruebat indigna homine docto in omne si-

[47] Prolog. in Matth. [48] Lib. I. [49] Lib. II et III. [50] Spicileg., p. CCXXI.

Digitized by Google

malacrorum genus pietas, et periniqua de Christianis ex rumore populari opinio. Nam qui cæterarum rerum diligens erat indagator, Christianos negligenter audiebat, eosque malesanis commentis credulus cum sororibus misceri, et carnes humanas vorare existimabat. Talem nobis Autolycum variis in locis depingit Theophilus.

Opinatus est Tillemontius scriptum ab Autolyco adversus Christianos librum Theophilo nostro hujus elucubrationis occasionem ministrasse. At nullum omnino hujus adversus Christianos libri vestigium. Obtuderat Theophilum Autolycus inanibus sermonibus, fictos ac pictos deos venditans; Christiani nomen instar probri objecerat; ac tandem quæsierat ut Deum suum ostenderet. Sed hæc dicteria, quæ Theophilus in primo libro refellit, non scripto fuisse consignata, ut visum est Tillemontio, sed in quodam colloquio jactata, ex initio libri secundi perspicimus, ubi Theophilus breviter recensens quæ inter eos hactenus intercesserant, ait: Ἐπειδὴ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἐγένετο λόγος ἡμῖν, ὦ ἀγαθώτατε Αὐτόλυκε, πυθομένου σου τίς μου ὁ Θεὸς, καὶ δι' ὀλίγου παρασχόντος σου τὰ ὦτα τῇ ὁμιλίᾳ ἡμῶν, περὶ τῆς θεοσεβείας μου ἐξεθέμην σοι· ἔτι δὲ καὶ ἀποταξάμενοι ἑαυτοῖς, μετὰ πλείστης φιλίας ἐπορεύθημεν ἕκαστος εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, καίπερ σκληρῶς τὰ πρῶτα ἔχοντος (σοῦ) πρὸς ἡμᾶς· οἶδας γὰρ καὶ μέμνησαι, ὅτι ὑπέλαβες μωρίαν εἶναι τὸν λόγον ἡμῶν. « Cum ante hos dies sermonem inter nos, optime Autolyce, haberemus; quærenti tibi quisnam meus esset Deus, ac disputationi meæ aures aliquandiu præbenti religionem meam exposui. Ita tum discessimus, ut amicissimi domum rediremus, quamvis antea duriuscule mecum egisses. Nosti enim et meministi stultitiam tibi videri nostram doctrinam. »

Ex his liquet Autolycum non scripto sed mero sermone sic in Deum ac nomen Christianorum jocatum esse, ut Theophilum ad has nugas refellendas incitaret. Videtur ergo primus *ad Autolycum* liber non tam ad refellendum data opera compositus, quam ad ea litteris consignanda, quæ Theophilus Autolyco jam responderat. Hinc librum secundum hortatu Autolyci sic exorditur Theophilus, quasi nihil antea de industria scripsisset: Κἂν ἰδιώτης ὦ τῷ λόγῳ, πλὴν βούλομαί σοι καὶ νῦν διὰ τοῦδε τοῦ συγγράμματος ἀκριβέστερον ἐπιδεῖξαι τὴν ματαιοπονίαν καὶ ματαίαν θρησκείαν ἐν ᾗ κατέχῃ, ἀλλὰ καὶ δι' ὀλίγων τῶν κατὰ σὲ ἱστοριῶν, ὧν ἀναγινώσκεις ἴσως καὶ οὐδέπω γινώσκεις, τὸ ἀληθὲς φανερὸν ποιῆσαι. « Nunc autem hortatu tuo, inquit, quamvis imperitus sim dicendi, volo tamen hoc quoque libello accuratius tibi demonstrare inutilem laborem et inanem superstitionem qua detineris; imo ex vestrarum historiarum nonnullis, quæ a te leguntur quidem, forte autem nondum intelliguntur, verum tibi ante oculos ponere. » Invitat Autolycum Theophilus ad frequens colloquium; idque videtur iste non neglexisse; sed cum adhuc post hos congressus veritatem instar delirii haberet, ac recentes esse litteras nostras sibi fingeret, eorum antiquitatem Theophilus in libro tertio demonstrare instituit.

V. Suppeditant hi libri non obscuras notas, quibus dijudicare possimus, quo tempore scripti fuerint. Nam chronologiam in libro tertio pertexit Theophilus ab origine mundi usque ad M. Aurelium, quem 19 annos, dies 10, imperasse testatur. Citat etiam Chryserotem M. Aurelii libertum, qui, teste Theophilo nostro, temporum seriem ab Urbe condita usque ad obitum patroni sui imperatoris M. Aurelii descripserat. Ex his patet hos libros sub Commodo scriptos esse, nec serius aut citius collocari posse; si quidem aliud causæ esse non potest, cur Theophilus temporum descriptionem ad suam usque ætatem pollicitus, annos Commodi non recenseat, nisi quia is adhuc imperabat.

Quo autem Commodi anno collocandum sit opus, non facile statuitur. Non longe ab initiis Commodi collocabimus, si auctorem sequamur Nicephorum, qui tres et decem episcopatus annos Theophilo tribuit. Cum enim Theophilum Eusebius, ut supra vidimus, Eroti circa annum 168 successisse testetur; si cum Nicephoro annos 13 episcopatus ei demus; sequetur circa annum 181 mortuum esse, ac proinde extremum hoc opus, ut non longe ante mortem, ita sub Commodi imperatoris initia elucubrasse. Theophilum Eutychius Antiochenæ sedi annos 21 præfuisse refert, ex quo sequeretur eum circa annum 188 obiisse. Sed antiquior Nicephorus, ut Tillemontius observat, ac majoris quam Eutychius auctoritatis. Quod autem in Eusebii Chronicis Maximus Theophilo nostro dicitur anno 177 aut 178 successisse, id manifestum est erratum.

Aliud argumentum cur hoc opus ad extrema Commodi tempora rejici non debeat, ab Irenæo, qui nonnulla e Theophilo nostro mutuatus est, suppeditatur. Scribebat Irenæus librum tertium contra hæreses sub Commodo et Eleuthero, ac proinde ante annum 192 quo Commodus occisus, Eleuthero Victor successit. Porro quinque libros adversus hæreses non simul vulgavit Irenæus, sed, ut inter omnes convenit, aliquid spatii intercessit inter duos priores, et eos qui consecuti sunt, licet forte non magnum fuerit intervallum. Exstat autem in libro secundo quædam sententia, quam mihi videor e Theophilo decerptam non incertis indiciis perspicere. Sic refellit Irenæus hæreticorum commenta de Deo creatore verum ac supremum Deum ignorante [81]: « Aut nunquid hi qui sub Romanorum imperio sunt, quamvis nunquam viderint imperatorem, sed valde et per terram et per mare separati ab eo, cognoscent propter dominium eum, qui maximam habet potestatem principatus; qui

[81] Lib. II, c. 6, n. 2.

Digitized by Google

autem super nos erant angeli, vel ille, quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent omnipotentem? » Sic autem Theophilus, libro I, num. 5 : Εἶτα βασιλεὺς μὲν ἐπίγειος εἶναι πιστεύεται, καίπερ μὴ πᾶσιν βλεπόμενος, διὰ δὲ νόμων καὶ διατάξεων αὐτοῦ καὶ ἐξουσιῶν, καὶ δυνάμεων καὶ εἰκόνων νοεῖται· τὸν δὲ Θεὸν οὐ βούλει σὺ νοεῖσθαι διὰ ἔργων καὶ δυνάμεων ; « Deinde vero terrenus rex exsistere creditur, quamvis ab omnibus non videatur, sed per leges et mandata, et principatus et potestates, et imagines cognoscitur. Deum vero ex ejus operibus et potestatibus non vis intelligere? » Manifesta est in utroque scriptore sententiæ similitudo ; sed illam Irenæum e Theophilo, non Theophilum ex Irenæo mutuatum esse inde patet, quod apud Theophilum clara et splendida est, apud Irenæum vero enervata quodammodo et subobscura : quæ vitia imitatores effugere non solent. Multo enim præclarius quod ait Theophilus imperatorem per *leges et mandata*, *per principatus et potestates* (id est per duces et præfectos), ac per imagines cognosci, quam quod Irenæus *propter dominium cognosci*. In quo quidem crediderim Irenæi interpretem, ut sæpe alias, ita etiam hoc loco unius litteræ errore deceptum legisse δι' ἐξουσίαν pro δι' ἐξουσιῶν, et reddidisse *propter dominium*, pro eo quod reddere debuisset per *potestates*, sive per duces et præfectos. Quinetiam adhibita ab utroque comparatio magis apposita videtur adversus gentiles, qui Deum ex conspicuis in hoc mundo operibus non agnoscebant, quam adversus hæreticos, qui hujus mundi Creatori et angelis ejus supremum Deum fingebant ignotum fuisse. Imitatus est etiam Irenæus, quæ de puerili Adami statu apud Theophilum nostrum in libro secundo leguntur : utriusque testimonia in Præfat. I parte[81] inspici et inter se conferri possunt. Ambiguum non erit uter imitator alterius, cum Theophilus magno conatu hanc sententiam tueatur, Irenæus quasi transiens proponat. Ex his concludimus libros *ad Autolycum* procul ab initiis Commodi non distare, cum ex eis Irenæus, qui sub Commodo scribebat, nonnulla in opus suum transtulerit.

Sed adversus ea quæ statuimus objici possit hos *ad Autolycum* libros nec hominis in scribendo exercitati, nec episcopi gravissimis curis implicati fetum redolere; quamobrem satius esse hoc opus a Theophilo nondum ætate provecto elucubratum, ac postea ab ipso iis, quæ de M. Aurelii morte leguntur, auctum existimare. Invitatus ad scribendum ab Autolyco Theophilus imperitum se dicendi fatetur, nec sine summa timiditate oneri succedit. An sic loquatur, objiciet aliquis, qui jam multos ex hæreticis triumphos reportarit, ac plurimum scribendi usum habeat, qualem tunc habere debuit Theophilus, si extremum hoc opus paulo ante mortem scribebat? Forte etiam eruditio profana qua hoc opus refertum est, tot poetarum testimonia, tam reconditæ de philosophorum sententiis ac de chronologia disputationes, frequentia cum homine litterato colloquia, episcopo tantæ sedis, gravissimis rebus occupato, minus convenire videantur.

Sed minime mirum si et de seipso demisse sentiens episcopus imperitum se existimat, et de rebus profanis multa vir eruditus disserit, quia illius proposito conducebant; quanquam plurima Theophilus e media religione Christiana repetit. Frequentia illa cum Autolyco colloquia non hominis erant otio abundantis, sed episcopi charitate ferventis, qui hoc præcipue impositum sibi ducebat, errantes ad veritatem adducere.

Haud equidem negaverim libros *ad Autolycum*, ut observat Grabius *Spicileg.* tom. II, non simul prodiisse; at brevissimum temporis spatium intercessisse contendo. Nam initio libri secundi commemorat sermonem a se ante aliquot dies cum Autolyco habitum, qui sermo libri primi materia fuit. Sub finem libri secundi hortatur Autolycum ut sæpe congrediatur secum; cumque is congressus esset cum Theophilo nec tamen veritati manus dedisset, tertium librum elucubravit Theophilus, ut anticipatas opiniones, quæ ejus animo insederant, radicitus evelleret. Ea est ergo trium librorum series et junctura, ut divelli ac dissociari non debeant. Eo autem scriptos fuisse ordine, quo nunc habentur, inde patet, quod in tertio primus designetur, num. 3 ; secundus vero nominatim citetur, num. 19. Neque etiam superaddita videri debent, quæ in tertio libro de M. Aurelii imperio leguntur. Nam cum omnes numerorum rationes, quæ a Theophilo expenduntur, in hujus finem imperii, veluti in commune punctum desinant; nihil est in toto libro quod minus suspectum esse debeat.

VI. Non immorabor in refellendo Dodwello, qui nodum in scirpo quærens, tres libros, de quibus nunc agimus, non a Theophilo Antiochiæ episcopo scriptos fuisse pronuntiat, sed ab alio Theophilo Antiocheno, quem sub Severo scripsisse contendit[83].

Reclamant huic commento Eusebius et Hieronymus : reclamat Irenæus, qui sub Commodo hos libros ad usus suos adjunxit. Quænam ergo Dodwellum rationes virum sane doctissimum impulerunt, ut contra antiquitatis consensum veniret? At eæ tam leves, vel potius tam nihil sunt, ut Tillemontio, cujus summa animi moderatio omnibus nota, stomachum fecerint, et temeritatis notam Dodwello inurere coegerint. Prima ratiuncula inde ducitur, quod auctor librorum *ad Autolycum* Chryserotem citet, qui ante annum 180 scribere non potuit. At quid vetat quominus Theophilus sub Commodo scribens eos citaverit, qui sub eodem imperatore ante illum scripserant?

Objicit secundo loco Dodwellus hos libros vigente

[81] Cap. 5. [83] Dissert. 2, Iren., n. 44, p. 171.

Digitized by Google

persecutione scriptos fuisse. Ait enim Theophilus Christianos ab ethnicis quotidie vexari, et eos qui ad virtutem festinant ac in sanctiore vita exercentur, partim lapidibus obrutos fuisse, partim interfectos, ac etiamnum crudelissimis plagis affici. At nulla persecutio a Marco usque ad Severum orta est; nec alius quam Severus Proselytos et Ascetas, qui hic designantur insectatus est.

Nullam veri partem attingit Dodwellus. Negatur ei Severum in solos Ascetas et Proselytos sæviisse. Negatur Proselytos et Ascetas a Theophilo designari; negatur denique singularem persecutionem a Theophilo indicari; sed idem prorsus facit, quod a multis aliis scriptoribus factitatum observavimus, qui, quamvis nulla persecutio sæviret tum cum scriberent, tamen ob inveteratum in Christianos odium, ac frequentes persecutiones, Ecclesiam exagitari et vexari non desinere dixerunt. His adde fieri potuisse, ut persecutio, a qua sub Marco nulla fuit relaxatio, non statim ac Commodus gubernacula tenuit, sedaretur. Marcia illa, quæ Commodi animum Christianis conciliavit, non statim ac ille regnavit ab eo amata est, sed tertio imperii ejus anno.

LECTORI.

Ienæ anno 1842 prodiit nova S. Justini Operum editio, curante Joan. Carolo Theod. Ottone, Ienensi, philosophiæ doctore, quam in limine operis Lectoribus commendat vir cl. D. L. F. O. Baumgarten-Crusius, in Academia Ienensi professor. Hujus novissimæ recensionis textum non sine fructu contulimus cum editione D. Prudentii Marani. Adnotationes Editoris, ut magni faciendas, modo contractas, modo etiam integras multoties adhibuimus. Ut autem Lectori fontes innotescant e quibus hausit cl. Otto, hanc Prolegomenon ejus partem seleginus hic sistendam in qua Justini editiones enumerat et mss. codices recenset in variis usque nobilissimis Europæ bibliothecis exstantes, quorum subsidio editionem suam adornavit. Accuratiorem tamen omnium codicum Parisiensium notitiam ex Doctoris Nolte descriptione cum lectoribus ad calcem libr. communicabimus. EDIT. PATR.

I. DE JUSTINI CODICIBUS EDITIS

S. Justini, philosophi et martyris Opera. Recensuit Joan. Carol. Theod. OTTO, Ienensis. Ienæ, ap. Frider. Mauke 1842, tom. I, Proleg., p. XXXI. Genuina tantum S. Justini scripta complectitur hæc editio.)

S. Justini philosophi et martyris scripta multo post renatas litteras artemque typographicam introductam lucem videre. Etenim demum a. 1539 in-4° emissus est : *D. Justini admonitorius ad gentes liber, Græce, Parisiis in ædibus Carolæ Quillard; excudebat Joannes Lodoicus.* Quem librum ut ipsi nanciscerēmur, nobis non contigit.

Fere omnia autem Justini opera (genuina et supposititia) ex bibliotheca Regia et regiis typis Græce primus edidit Robertus Stephanus, typographus regius, Lutetiæ a. 1551, fol. : *ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ, ΖΗΝΑ καὶ Σεήρῳ. ΛΟΓΟΣ παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας. ΠΡΟΣ ΤΡΥΦΩΝΑ Ἰουδαῖον διάλογος. ΑΠΟΛΟΓΙΑ ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς τὴν Ῥωμαίων Σύγκλητον. ΑΠΟΛΟΓΙΑ β' ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ. ΠΕΡΙ Θεοῦ μοναρχίας. ΕΚΘΕΣΙΣ πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. ΑΝΑΤΡΟΠΗ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν. ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ Χριστιανικαὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, καὶ Ἑλληνικαὶ ἀποκρίσεις, καὶ τῶν αὐτῶν ἀποκρίσεων ἔλεγχοι. ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους περὶ τινων ἀναγκαίων ζητημάτων. ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ Ἑλληνικαὶ πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς περὶ τοῦ ἀσωμάτου, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, καὶ πρὸς τὰς αὐτὰς ἐρωτήσεις ἀποκρίσεις Χριστιανικαί.* Illo enim ordine disposita sunt opera in bibliothecæ Regiæ codice msto nunc numero 450 notato, quem, ut jam Nic. le Nourry (*Apparatus ad Bibliothecam maximam veterum Patrum*, etc. Paris. 1703, fol. p. I, p. 468) observavit, Stephanus egregia diligentia curavit exscribendum; pauca tantum aliter, atque in codice msto exstabant, partim consulto, partim imprudenter excudit. Præterea in editi operis fine adjecit « locorum, qui aliter, quam impressi sunt, in aliis codicibus leguntur aut legi videntur, adnotationes. » Hujus editionis principis et nitidæ symbolum : *Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ* (1).

Cum vero vir ille celeberrimus omisisset *Orationem ad Græcos* et *Epistolam ad Diognetum*, eas cum versione Latina et adnotationibus Henricus Stephanus, Roberti filius, Parisiis a. 1592 (2) in-4° excudit. Idem addidit Joannis Jacobi Beureri de quorumdam locorum partim interpretatione, partim emendatione judicium; insuper adnexit Tatiani

(1) J. Alb. Fabricius (*Biblioth. Græc.* cur. Harles. vol. VII. Hamb. 1801, 4, p. 61) utramque refert Apologiam Græce pridem Romæ (in-8°) impressam esse a Zannero una cum Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii M., Gregorii Naz. et J. Chrysostomi nonnullis, curante Hieronymo Bunello, S. J. At vero de hac editione valde dubitandum est.

(2) De alia editione a. 1595 jam Mich. Maittaire (*Annall. typograph.* Hagæ Comit. 1725, 4, tom. III, p. II, p. 810, not. b) dubitavit.

Digitized by Google

quædam. Codex autem instus, quem typis describendum curavit, nunc Lugduni Batavorum asservatur. Editio quidem jam e prelo exierat, tamen nondum prodierat in publicum, quia illius theologi Friburgensis interpretatio et emendationes diu exspectatæ nondum in Stephani manus venerant. « Et quoniam, inquit p. 97 sq., illum quosdam difficiles locos aliter interpretatum esse videbam, ac præsertim diversas a meis conjecturas illius inveniebam, cum alibi, tum vero ubi lacunæ aut lacunulæ aut saltem litteræ ἐξίτηλοι et oculos fugientes in nostro exemplari erant (uno enim eodemque usi sumus; sed ego ante illum), et te, lector, tanti viri fraudandum judicio non censebam : adnotationes aliquot, in quibus vel diversas a meis ejus emendationes vel diversam interpretationem tibi proponerem, superioribus adjicere decrevi, atque id ut decreveram effectum reddidi. » Sed Stephanus doctissimus grammaticus in scriptis illis emendandis sic versatur, quasi Platonis essent aut Demosthenis opera; quapropter interdum non tam sanandi quam ornandi textus partes sustinet.

Omnia illa S. Justini opera, ab utroque Stephano in lucem prolata, Græce cum versione J. Langi passim emendata, notis et indicibus copiosis edidit Fridericus Sylburgius, Heidelbergæ ex typographeio Hieron. Commelini a. 1593, fol., tom. III in uno volumine. Libros ita collocavit : tom. I, p. 1-167 : *Cohortatio ad Græcos, Oratio ad Græcos, Utraque apologia, De monarchia liber, Aristotelicorum quorumdam dogmatum eversio, Quæstiones Christianorum ad Græcos cum Græcorum responsione et responsionis illius confutatione, Appendix ad Græcos, qua et Aristotelis et aliorum philosophorum dogmata quædam confutantur, Quæstiones Græcorum ad Christianos de incorporeo*, etc.; tom. II, p. 167-291 : *Dialogus cum Tryphone;* tom. III, p. 292-398 : *Expositio rectæ fidei, Responsiones ad orthodoxos de quibusdam necessariis quæstionibus, Epistola ad Diognetum, Epistola ad Zenam et Serenum.* Textus est Stephanianus. « Ad hanc editionem, inquit (p. 401) vir ille diligentissimus, Henrici Stephani discipulus, contribuerunt Joann. Arcerius, e Belgio, et Dav. Hœschelius, e Vindelicorum Augusta. Idem hic Hœschelius ultra suam symbolam addidit etiam Hieron. Wolfii adnotationes, e libro ejus sua manu excerptas, ut eo pacto et boni præceptoris memoriam propagaret et rei litterariæ commoda plenius adjuvaret. » Insuper apposuit (p. 432 sqq.) selectas Joach. Perionii notas una cum iis quæ Jacob. Billius in *Observationum sacrarum* (Paris. 1585, fol.) lib. II, cap. 6, ad Justini *Apologiam I* notaverat. Adjecit denique quæ R. Stephanus in editionis calce atque H. Stephanus et Beurerus de textu *Orationis ad Græcos* et *Epistolæ ad Diognetum* emendando monuerant.

Hæc Sylburgii editio recusa est cur. Fed. Morello, professore regio, Lutetiæ Paris. apud Michaelem Sonnium (alia exempl. inscripta sunt : *apud Claud. Morellum*), via Jacobea sub scuto Basiliensi, a. 1615, fol., et dehinc apud Claud. Sonnium (in aliis exempl. : *apud Carol. Morellum*), via Jacob., ad insigne scuti Basiliensis, a. 1636, fol. (tom. III in I vol.). Adjuncta est in utraque editione Petri Lansselii, Gravelingani, Soc. Jesu presbyteri, dispunctio animadversionum in Justinum, quas Isaac. Casaubonus Exercitationibus suis adversus Baronium inseruit. Præterea accedunt tanquam corollaria Athenagoræ, Theophili, Tatiani et Hermiæ tractatus. Præfixa est quædam Justini effigies cum hoc lemmate :

Ἡνίδ' Ἰουστίνου διττοῖς στέφεσιν κάρα κασθέν,
Οὐρανίης σοφίης μαρτυρίου θ' ὁσίου.

Repræsentatur ætate in senium vergente, sed robusto corporis habitu; digitis micat in modum disputantis, ita tamen, ut unius Dei veritatem, quam index sinistræ extentus significat, demonstratione evincat syllogistica, per tres priores dextræ digitos denotata. Aut vetus ille pictor unum in essentia, in Personis trinum Deum exprimere voluit.

Exemplar Parisiense a. 1636 foras emissum ex asse exprimit editio, quæ Coloniæ, vel potius Vitebergæ (3) apud Jerem. Schrey et Henr. J. Meyerum a. 1686, fol., tom. III in I vol. prodiit. Prioribus auctior est Christ. Kortholti, professoris Kiloniensis, in Justinum, Athenagoram, Theophilum Antiochenum, Tatianum commentario, primum separatim publici juris facto Kiloniæ a. 1675, fol. Pervagatissima hæc editio Coloniensis innumerabilibus scatet mendis, lacunis mutilisque periodis.

Et hæc quidem de iis Justinianorum operum editionibus, quæ lectionem Stephanianam secutæ sunt.

Novam recensionem exhibet splendida editio Benedictina, etc. (4).

Maraniana editio, paginis paulisper mutatis, est repetita Venetiis apud Augustin. Savioli, a. 1747, fol. maj. Sed permulti hoc in libro inveniuntur errores typographici. Ad idem illud exemplar recusa sunt Opera Græce et Latine in *Opp. Patrum Græcorum* (cura Frid. Oberthür), vol. I-III, Wirceburgi ex officina libraria Staheliana, 1777-1779, 8, ita quidem, ut vol. I *Orationem ad Græcos, Cohortationem ad Græcos, Librum de monarchia, Utramque apologiam;* vol. II, *Dialogum cum Tryphone*, et vol. III, p. 2-23, *Epistolam ad Diognetum* contineat.

Ex illo Marani tempore per centum annos Justinus noster caruit novo editore. Fuere tantum, qui, ut ante illud tempus a nonnullis factum est, sic et postea singulos ederent ejus libros vel junctim plu-

(3) Vide Wilh. Ern. Tentzel, *Miscellann. eccles.* (Lips. 1708, 4), p. I, p. 165.

(4) Recensionem editionis Benedictinæ, quæ in nostra reviviscit, omittimus. EDIT. PATR.

Digitized by Google

res ex omnibus selectos. Quos editores nunc recensemus.

S. Justini phil. et mart. Apologia prima pro Christianis ad Antoninum Pium, cum Latina Joannis Langi versione quamplurimis in locis correcta; subjunctis emendationibus et notis Roberti et Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Scaligeri, Halloixii, Casauboni, Montacutii, Grotii, Salmasii, Valesii, Cotelerii, pluribusque novis additis; annexis insuper ad calcem adnotationibus Langi et Kortholti, præmissa vero Langi præfatione, qua summam hujus apologiæ enarravit; edita a Joanne Ernesto Grabe, Oxoniæ, e theatro Sheldoniano a. Dom. 1700, 8. Prostant venales apud Henr. Clements. Alter titulus : *Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου Ἀπολογία πρώτη ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ,αψ'.* In præfatione dolet vir ille clarissimus, mstos præsto non fuisse codices, quorum paucissima supersint exemplaria. Quapropter textum Stephanianum curavit exprimendum; ipse ad scriptoris intelligentiam pro viribus contulit. — Nonnullas observationes ad hanc editionem dedit J. Alb. Fabricius in *Bibliotheca Græca*, cur. Harles. vol. VII (Hamb. 1801, 4), p. 59 sq.

Ad editionem Grabianam in omnibus conformata est hæcce : *S. Justini phil. et mart. Apologia secunda pro Christianis, Oratio cohortatoria, Oratio ad Græcos et de monarchia liber: cum Latina J. Langi versione quamplurimis in locis correcta; subjunctis emendationibus et notis Roberti et Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, J. Ern. Grabii, J. Potteri, pluribusque aliis additis; annexis insuper ad calcem adnotationibus Langi et Kortholti, præmissis vero Langi præfationibus, quibus summam eorum, quæ in hoc volumine continentur, enarravit: edita ab H. Hutchin, A. M. ex æde Christi. Oxoniæ, e theatro Sheldon.* 1703, 8. Alter titulus : *Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου Ἀπολογία δευτέρα ὑπὲρ Χριστιανῶν, Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας, Λόγος πρὸς Ἕλληνας, Περὶ μοναρχίας. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ,αψγ'. Impensis Tho. Bennet, ad insigne Lunæ Falcatæ in Cœmeterio D. Pauli, Londini.* Plurima ad hunc librum contulit Grabius, editor suo Marte pauca dedit. Ad Paræneſin, ut in præfatione refert, duo bibliothecæ Regiæ Parisiensis codices mssti (hodie, ut accurate inquirendo cognovi, num. 451 et 174 insigniti; illum vocat ms. Reg. 1, hunc designat verbis ms. Reg. 2) lectiones præbuerunt, quas Michael Lequien transmiserat Thomæ Creech, editionem Justini martyris paranti: post cujus mortem cum in manus Roberti Bartholomæi, collegii Lincolniensis socii, venissent, easdem ille cum Hutchino communicavit. Hic vero tantum aberat, ut codicum antiquissimorum lectiones ad textum adhiberet emendandum, ut in adnotationem eas relegaret.

Justini operibus Oxoniæ prelo commissis hæc quoque editio conformis est : *S. Justini phil. et mart. cum Tryphone Judæo Dialogus, cum Latina Joannis Langi versione quamplurimis in locis correcta; subjunctis emendationibus et notis Roberti Stephani, Perionii, Sylburgii, Halloixii, Montacutii, Drusii, Colomesii, Cavii, Bulli, Grabii, pluribusque novis additis; annexis insuper ad calcem adnotationibus Langi et Kortholti; præmissis vero Langi præfatione, qua summam hujus Dialogi enarravit, Actisque martyrii S. Justini et sociorum. Edita a Samuele Jebb. Londini: impensis Gul. et Joh. Innys, bibliopolarum Londinensium.* 1719, 8. Vir doctus in edendo hoc *Dialogo* Grabii et Hutchini viam ingressus est; in eo tantum ab illis differt, quod paucissimas notas easque fere semper ex Sylburgio depromptas adjecit. In præfatione de tempore quo dialogus habitus sit, breviter disserit, in calcem vero (p. 405 sqq.) fragmenta deperditorum ex Grabii *Spicilegio SS. Patrum* sæculi secundi (Oxon. 1700, 8), p. 171 sqq. transtulit, omisso tamen fragmento *de resurrectione*.

Novo posthac vestitu prodierunt *Justini phil. et mart. Apologiæ duæ et Dialogus cum Tryphone Judæo. Cum notis et emendationibus Styani Thirlbii. Londini, impensis Richardi Sare, juxta portum australem Hospitii Greiani, in vico dicto Holbourn.* 1722, fol. maj. Ut ipsissima illius verba huc reducam : « Codices mss. — inquit in præfatione — horum scriptorum Justini in Anglia nulli sunt, neque alibi gentium usquam, quod quidem sciam, præterquam in Gallia, ubi duo sunt, quorum utriusque accuratam collationem mihi desponderam; alioqui nunquam sane huic operi manum admovissem. Verum accidit, duorum doctissimorum hominum, quorum opera ad eam rem usurus eram, alterius immatura morte, alterius temporis angustiis, ut nihil obtineri posset amplius, quam ut loci quidam selecti cum uno eorum conferrentur. In quo ipso hoc insuper accessit infortunii, ut is unus (quo casu vel errore nescio, nisi agnosco fortunam meam) ille esset, unde Roberti Stephani editio expressa est, ut minime mirum sit, si ista collatio non ita multum nobis profuit (5-6). Destituti itaque sperato codicum auxilio, editionem Stephani summa fide et diligentia exhibendam duximus. » Addidit vir doctus versionem Joann. Langi, sed multum mutatam. Magnum porro laborem impendit in conferendis locis Scripturæ cum editionibus Bibliorum et Patribus. Præterea textui subjunxit aliorum notas, adnexis insuper ad calcem adnotationibus Pearsoni et Joann. Davisii; illæ Pearsonianæ nunc primum ex bibliotheca regia Cantabrigiensi prodierunt, hæ (in *Apologiam* primam) a Davisio erant ultro missæ, simul ut ederentur. Thirlbius autem, cæteros editores Justini Anglicanos superemines,

(5-6) Codex ille mstus, quem V. D. consulendum curavit, fuit Claromontanus, Regio a Stephano typis descripto consimillimus.

Digitized by Google

in sua editione multa præclara præstitit doctrinæque haud vulgaris prodidit documenta; qui etsi nullis instructus codicibus mstis ad rem accessit, tamen ingeniose interdum emendavit sustulitque vitia exempli Stephaniani: sed nimia sanandi cupiditate adductus, sæpenumero etiam locos integros tentavit, quos, anteaquam sanos esse eos intellexit, veluti corruptos ausus sit emendare. Controversias vero theologicas optimo jure nuspiam attigit. Sunt teste Harlesio in Fabricii *Biblioth. Gr.*, l. c., p. 58, qui sub Thirlbii nomine Marklandum, philologum celeberrimum, putent latuisse. — Animadversiones in Justini mart. *Apologiam I*, et *Dialogum c. Tryph.* ex editione Thirlbiana dat anonymus scriptor in *Miscellann. observationn.* in auctores veteres et recentiores vol. I, tom. III (Amstelædami 1732, 8), p. 363 sqq. Coll. T. Row: *Critique on Thirlby's Justin martyr in: Gentleman's Magazine for the year* 1783, m. sept., p. 750 sqq.

In Andreæ Gallandii *Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum* continet tom. I (Venetiis 1765, fol. maj.; ex typographia J. Bapt. Albritii Hieron. fil.), p. 411 sqq., Justini *Apologias*, *Dialogum et Fragmenta Græce et Latine* cum Marani adnotationibus, quibus doctus ille presbyter congregationis Oratorii paucas alias, præsertim Thirlbianas, aspersit.

Commodæ sunt et compendiariæ *Apologiarum* editiones hæcce:

S. Justini mart. Apologiæ e recensione Grabiana, var. lect. et conjecturas VV. DD. et suas addidit Christianus Guil. Thalemannus, A. M. et s. theol. Baccal. Lipsiæ apud J. Chr. Langenhemium 1755, 8. In lectionum usum hanc editionem curavit; quare notas præbuit paucissimas. « Grabianum exemplar propterea præplacebat, quod in minores sectiones erat divisum atque adeo lectionibus magis accommodatum. Visum autem est nudum textum Græcum sine versione exhibere, tum ut parabilius opusculum esset, tum ut diligentia acueretur atque excitaretur iis, qui lectioni et explicationi ejus vellent interesse. » Præfixit argumenta utriusque *Apologiæ*, ex editione monachi Benedictini deprompta, brevemque vocum et phrasium indicem addidit. Perraro V. D. discessit a lectione vulgata.

S. Justini phil. et mart. Apologiæ duæ pro Christianis. Græce et Latine, interpretationem Lat. ad Græca aptius accommodavit et adnotationes adjecit Carolus Ashton. Cantabrig. 1768, 8. Hanc vero editionem prorsus non licuit asciscere; quocirca non habeo, quæ de ea referam.

Justinus des Märtyrers zweite Apologie und Beweis der Alleinherrschaft Gottes. Griech. u. teutsch mit erläuternden Anmerkungen. Nebst einem Anhange über das Leben, die Schriften und Lehren dieses Kirchenvaters für junge Freunde der Theologie von Joh. Adam Göz, Conrektor der Sebalder Schule zu Nürnberg. Nürnb. u. Altdorf bei J. C. Monath u. J. F. Kussler 1796, 8. Refert (Præfat. p. IV sq.), se in exscribendo *Apologiæ II* textu Thirlbianam editionem, Stephanianam in libro *De monarchia* secutum esse. Quod autem ad *Apologiam* attinet, nonnullas recepit Thirlbii et Marani conjecturas

S. Justini mart. et phil. Apologiæ. Edidit J. Wil. Jos. Braunius, in univers. Fridericia Wilhelmia Rhenana professor publicus extraordinarius, s. theologiæ et philos. D. In usum prælectionum. Bonnæ ad Rhenum, impensis T. Habichti. 1830, 8. Eruditæ hujus editionis textus ad Marani exemplum expressus est; adjectæ sunt Braunii aliorumque animadversiones, lectionum varietas et index rerum, præmissa vero Prud. Marani summaria. — Hæc potissimum editio respicitur in Animadversionibus in primam S. Justini M. Apologiam, quas J. Ign. Ritter, novi rectoris solemnem inaugurationem indicens, Vratislaviæ typis Universitatis 1836, 4, publici juris fecit.

Hæc de editionibus dicta sunto. Liceat jam nonnulla addere de *Epistola ad Diognetum*, de prolixo *Περὶ ἀναστάσεως* fragmento et de *Martyrologio* (i. e. de Actis martyrii) Justini.

Epistola ad Diognetum ex Marani editione in *Bibliothecam Gallandianam* tom. I, p. 320 sqq. transiit, nec non exstat brevi adnotatione instructa in *Opuscc. Patrum selectt.* [edid. Georg. Bohl] p. 1 (Berolini 1826, 8, venditur ab E. Franclino), p. 124 sqq. atque in *Patrum apostolicorum Opp.*, edidit Carolus Josephus Hefele, theologiæ doctor ejusdemque in acad. Tubing. P. P. extr. (Tubingæ in bibliopolio Henr. Laupp 1839, 8), p. 125 sqq.

De resurrectione carnis fragmentum, a S. Joanne Damasceno in *Parallelis sacris* servatum, primum Latine lucem vidit in Damasceni Operibus ex editione Jacobi Billii Parisiis a. 1619, fol. Haud ita multo post Petrus Halloixius in *S. Justini phil. et mart. Vita et documentis* (Duaci 1622, fol.), rec. in *Illustrium Ecclesiæ Orientalis scriptorum, qui sanctitate juxta et eruditione secundo Christi sæculo floruerunt, vitis et documentis* (ibid. ex officina typographica Petri Bogardi 1636, fol.), p. 299 sqq., ex *Parallelorum* codice msto, quem cardinalis Franciscus Rupefucaldus bibliothecæ collegii Parisiensis Societatis Jesu dono dederat, fragmentum illud Græce cum Latina versione typis describendum curavit. — Proxime ab hoc repetiit J. Ern. Grabius in *Spicilegio SS. Patrum* sæculi II (Oxon. 1700, 8), p. 177 sqq. Inde ex illo codice Rupefucaldino Græce ac Latine edidit inter cætera *Parallela* Michaelis Lequien: Joannis Damasc. Opp., tom. II (Paris. 1712, fol.), p. 756 sqq. Græce et Anglice notisque evulgavit Dav. Humphreys (*A curious Fragment of Justin Martyr on the Resurrection, not published in his Works, with the original Greek, done into English, with Notes*) una cum versione sua Athenagoræ. Londini 1714, 8. In editione Benedictina legitur in Append., p. II, p. 588 sqq. Usui fuit Marano, ut ipse p. 588, not. b, di-

Digitized by Google

cit, « antiquissimus codex Coislinianus, » nisi egregie fallor, numero 276 insignitus : is est membranaceus, decimi sæculi circiter, foliorum 278; fuit Lauræ S. Athanasii in monte Atho, in catechumenis ibi repositus per Sophronium monachum, ut dicitur fol. 271 verso. Cf. Bernardus de Montfaucon : *Bibliotheca Coisliniana, olim Segueriana, sive mss. omnium Græcorum, quæ in ea continentur, accurata descriptio*, etc. (Parisiis 1715, fol.), p. 389 sq. Separatim cum versione Latina prodiit : *Justini Mart. ἀπόδειξις resurrectionis carnis. Fragmentum in solemnitate paschali* a. C. 1766 editum cum observationibus historico-criticis a Guil. Abrah. Teller. Helmstadii in typograph. acad. vid. Schnorriæ; apud J. D. G. Schnorrium. Textum Maranianum dedit, Grabianum in tribus aut quatuor tantum retinens locis. Denique duntaxat Græce invenitur illud fragmentum in : *Chrestomathia patristica ad usus eorum qui historiam dogmatum Christianorum accuratius discere cupiunt adornata a J. Christ. Guil. Augusti.* Vol. I (Lips. apud J. Theoph. Dykium 1812, 8), p. 3 sqq.

Acta martyrii Justini et sociorum ex Latina cardinalis Guilielmi Sirleti interpretatione primus ad diem 12 Junii evulgavit Aloys. Lipomanus in *Vitt. Sanctt. Patrum*, tom. VII, p. II (Rom. 1558, 4), p. 184; editor Vitas omnes, quæ illius tomi parte II continentur, refert per Simeonem Metaphrasten partim descriptas, partim collectas in monasterio Cryptæ Ferratæ (7) inventas fuisse. Sirletiana Actorum Justinianorum versio posthac repetita est in Laur. Surii Sanctorum vitis ad diem 12 Junii jam supra memoratum, quo die illa habet Metaphrastes (Colon. Agripp. 1618, fol.), p. 182 sq., in Cæs. Baronii *Annalibus ecclesiasticis*, ad ann. 165, tom. II (edit. noviss. Colon. Agr. 1685, fol.), p. 165 sqq., et liberius in Petri Halloixii *S. Justini phil. et mart. vita et documentis*, l. c., p. 181 sqq. Ex illo autem Cryptæ Ferratæ msto codice beneficio Emmanuelis Schellstratii, bibliothecæ istius præfecti, Acta passionis Justini ad Kalend. Jun. Græce, cum adnotationibus primus edidit Dan. Papebrochius in *Actis sanctorum Junii*, illustr. a God. Henschenio, Dan. Papebrochio, Franc. Bærtio et Conr. Janningo, tom. I (Antwerp. 1695, fol.), p. 20 sq., ista translatione Sirletiana e regione posita. Quam, in paucis diversam, etiam Theodoricus Ruinartus in sua *Acta primorum martyrum sincera et selecta* (Amstelæd. 1713, fol.), p. 58 sqq. intulit. Ex Baronii *Annalibus* desumpsit ac *Dialogo cum Tryphone*, Londini a. 1719 edito præmisit Sam. Jebb. In editione Benedictina exstant in Append., p. II, p. 585 sqq. « Hæc Acta — ait Maranus, p. 584 — non nunc primum Græce prodeunt, sed tamen accurate eruditi sodalis manu, domini Petri Maloët, congregationis nostræ in curia Romana olim procuratoris, e codice Vaticano 655 fuere descripta. » Est haud dubie idem ille codex mstus, qui in bibliotheca Cryptæ Ferratæ quondam servabatur (8). Ex editione Benedictina transiit martyrium in Andr. Gallandii *Bibliothecam vett. Patrum*, etc., tom. I, p. 624 sqq. Optime vero illud edidit Alexius Symmachus Mazochius : *Commentar. in vetus marmoreum Neapolitanæ ecclesiæ Kalendarium* (Neapol. 1763), tom. II, p. 443 sqq. (rec. in Gallandii *Biblioth.*, l. c., p. 711 sqq.). Hic Græcum Bollandianorum exemplar, unde etiam J. A. Göz (*Justin. d. Märt. zweite Apol.*, etc., p. 143 sqq.) textum repetiit, versionem adjiciens germanicam, secutus, vetus (Sirleti) interpretatio cum plerumque sententias venetur magis quam verba, novam castiorem ac simpliciorem interpretationem exhibuit, quam in perpaucis tantum mutatam nos quoque transtulimus; præterea martyrium prolixis notis et disquisitionibus illustrare conatus est.

Excerpta ex Justini scriptis sunt in J. F. Burgii *Chrestomath. patrist. Græc.*, fasc. I (Vratisl. 1756, 8), p. 1 sqq.; plura, sed Latine, reperiuntur in Francisci Rous *Mella Patrum*, etc. (Lond. 1650, 8), p. 21 sqq.

II. — DE JUSTINI CODICIBUS IN ALIAS LINGUAS VERSIS.

Paulo post editionem Stephani principem, Græce nescientes ut Justinum adire possent, prodierunt Latinæ operum Justinianorum interpretationes, auctoribus Joachimo Perionio, Benedictino Cormœriacensi, qui observationes quoque ad textum illustrandum addidit, Lutetiæ Paris. apud Jac. Dupuys 1554, fol., tom. II in 1 vol. (rec. in *Biblioth. magna vett. Patrum*, Colon. 1618, fol., tom. II, p. 1 sqq.); Sigismundo Gelenio, Bojemo, Basileæ apud Hier. Frobenium 1555, fol., atque inde Parisiis apud Guil. Julianum 1575, 8 (9), et Joanne Lango, Silesio, qui etiam commentarios indicesque adjecit, Basil. per Ambrosium et Aurelium, Frobenios fratres, 1565, fol., tom. III in 1 vol. (rec. sine commentt. in *Max. Biblioth. vett. Patrum*, Lugd. 1677, fol., tom. II, p. II, p. 5 sqq.). Hæc versio, licet duobus cæteris, elegantibus magis quam accuratis, longe præstantior sit, tamen ipsa vitiis cujuslibet generis scatet; quorum haud pauca Langus evitasset, si Perionii et Gelenii elucubra-

(7) De hujus monasterii (ordinis S. Basilii) bibliotheca vid. Frider. Blume : *Iter Italicum*, tom. II (Hal. 1827, 8), p. 191 sqq.

(8) Cf. Fr. Blume l. c., tom. III (Hal. 1830, 8), p. 72.

(9) Huic editioni Parisiensi adjuncta est B. Hippolyti *Oratio de consummatione mundi et Antichristo et secundo adventu Domini Jesu Christi*, ex interpretatione Joannis Pici.

Digitized by Google

tiones cum sua diligenter contulisset. Sed—ut narrat in epist. nuncupat. p. 26—opus ante absolverat, quam illæ in ipsius manus venerunt.

Jam vero ante tres illos interpretes, textum Stephanianum secutos, *Cohortationem ad Græcos* Latine (ex antiquo quodam codice msto) vertit Joann. Francisc. Picus Mirandulanus; quæ interpretatio edita est in Pici Opp.; Argentor. 1507, atque iterum Basil. 1601, fol., in Joann. Sichardi *Antidoto contra diversas omnium fere sæculorum hæreses*, etc. (Basil. 1528, fol.), p. 112 sqq., in *Μικροχρεσβυτικῷ vett. quorumdam theologorum* (Basil. 1550, fol.), pag. 31 sqq., et in Joann. Jac. Grynæi *Monumentis SS. Patrum orthodoxographis, h. e. theologiæ sacræ ac fidei doctt. LXXXV*, etc. (Basil. 1569, fol.), p. 1947 sqq. Separatim : *Justini phil. et mart. admonitorius gentium liber, Latine, Joann. Francisc. Pico, Mirandulæ domino, interprete, nunc denuo ad exemplar Græcum collatus et qua licuit fide recognitus. Parisiis in ædibus Carolæ Guillardæ.* 1538, in-4°.

Hæc monenda erant de translationibus Latinis (10); præterea exstant :

Gallicæ : *Les Œuvres de saint Justin, philosophe et martyr, mises de grec en françois par Jean de Maumont, avec brièves annotations et emendations de faultes. A Paris, de l'imprimerie de Michel de Vascosan*, 1554, fol. Hæc interpretatio emendatior apud eumdem anno 1559 denuo excusa est.

Exhortation aux Grecs, traduite en françois par Martin Dupin. A Paris, 1580, in-8°.

Seconde Apologie de saint Justin pour les Chrétiens, traduite en françois par Pierre Fondet. A Paris, chez veuve Charl. Savreux, 1670, in-12. Sub illius nomine cum Chanutus delituisset, iterum hæc interpretatio typis est anno 1686 descripta sub vero interpretis nomine.

Epistre à Diognet, attribuée à saint Justin, dans laquelle l'auteur, sur les ruines de l'idololâtrie et du judaisme, établit les fondemens de la religion chrestienne ; traduite de l'original grec [par P. Le Gras]. *A Paris, chez Nic. Pierre Armand*, 1725, in-12.

Non tam integram versionem quam excerpta præbet hocce opus : *Les Pères de l'Eglise, traduits en français, ouvrage publié par M. de Genoude et dédié à Monseigneur l'archevêque de Paris. Tom. I. (A Paris, chez Sapia, libraire-éditeur, rues de Sèvres*, 16, *et du Doyenné*, 12, 1837, in-8°), p. 305 sqq.

Anglicæ : *The Apologies of Justin Martyr, Tertullian and Minucius Felix in defense of the christian religion, with the Commonitory of Vincentius Lirinensis, concerning the primitive rule of faith, translated from their originals with notes for the advantage chiefly of english readers and a preliminary discourse upon each author. Together with a prefatory dissertation about the right use of the Fathers. By William Reever, M. A. Rector of Cranefort in Middlesex. London, printed for A. and J. Churchill at the Black-Swan in Pater-Noster-Row.* 1710, in-8°. Voll. II. Eadem interpretatio ibid. a. 1716 recusa est.

Justin Martyr's Dialogue with Trypho the Jew ; translated from the greek into english, with notes, chiefly for the advantage of english readers, a preliminary dissertation and a short analysis. By H. Brown, M. A. Vicar of Ther-swell in Glocestershire. Rivington, 1755, in-8°. Voll. II.

St. Justin, the Philosopher and Martyr, his Exhortations to the gentiles ; translated from the greek by the Rev. Thom. Moses. London, Ilitch. 1757, in-8°

Germanicæ : *Das Buch Justini, eines Philosophi und Martyrs, an die Heiden. In welchem er ermanet, dieweil sy den waren Gotsdienst von irn Poeten und Philosophen nit lernen mögen, das sy Mosi, den Propheten und Christo glauben sollen*, in : *Chronica der alten Christlichen Kirchen auss Eusebio, Ruffino, Sozomeno, Theodoreto, Tertulliano, Justino, Cypriano und Plinio durch D. Caspar Hedio verteutscht* (Strasb. 1529, fol.), p. CCXCIV b. sqq. Uti non Eusebium, sed Rufinum Germanice illustravit, sic in *Cohortatione* reddenda haud dubie Pici est interpretationem secutus.

S. Justini zwey Briefe an Diognetum, Zenam una Serenum, verteutscht durch Joh. Otto Glüsing, in ejusdem : *Briefe und Schriften der Apostol. Männer* (Hamb. 1723, in-8°), p. 425 sqq.

S. Justini Brief an den Diognet, aus dem Griechischen übersetzt durch Augustin Gabriel Gehlen, in : *Bremer und Verdensche Biblioth.* Vol. I, p. II (Hamb. 1753, in 8°), p. 221 sqq.

Eamdem epistolam vertit J. M. Sailer : *Briefe aus allen Jahrhunderten der christl. Zeitrechnung*, fasc. I (Monac. 1800, in-8°), p. 39 sqq.

Justins des Märtyrers, eines christl. Philosophen aus dem Anfang des zweiten Jahrhunderts, Gespräch von der Wahrheit und Göttlichkeit der christ. Religion mit dem Juden Tryphon. Aus dem Griech. übersetzt und mit einer Vorrede nebst dem Leben Justins begleitet von N. von Brunn, Pfarrer zu St. Martin. Basel 1822, in-8°. — Fere nihil nisi titulum *Dialogus* præbuit huic libro: *Tryphon und Justin oder vom Judentum. Mit einer Vorrede an Herrn Moses Mendelssohn von Franz Güssmann.* Wien 1785, in-8°.

Des heiligen Weisen und Blutzeugen Justinus (I.) *Schutzschrift für die Christen*, in : *Denkmale der christl. Glaubens-u. Sittenlehre aus allen Jahrhunderten gewählt und übersetzt von J. M. Denis.* T. I, fasc. II (Vindob. 1795, in-8°), p. 21 sqq.

Justinus des Märtyrers zweite Apologie und Beweis

(10) Restant tantummodo hæc Pseudo-Justini scripta : *Justini Epistola [ad Zenam et Serenum] de vita Christiana*, Latine, in Claudii Chantelou, mon. Bened. *Bibliotheca Patrum ascetica*, etc. Tom. I (Paris. 1661, 4), p. 1 sqq., atque : *S. Justini mart. Eversio falsorum Aristotelis dogmatum*, Latine, *Guil. Postello, in tenebrarum Babylonicarum dispulsionem interprete. Paris. apud Sebast. Nivellium* 1552, 16.

Digitized by Google

der Alleinherrschaft Gottes. Griech. u. teutsch. — vom Joh. Adam Göz. Vid. supra col. 214.

Excerpta ex *Apologia* utraque, *Dialogo cum Tryph.* et fragmento *De resurrectione* Germanice dedit notisque illustravit Christ. Frid. Rössler : *Bibliothek* A *der Kirchen-Väter in Übersetzungen und Auszügen.*, tom. I (Lips. 1776, in-8°), p. 201 sqq.

Italica : *S. Giustino Mart. tradotto con alcune riflessioni dal. Giov. Bapt. Galliccioli.* Venezia 1799, in-8°. Voll. II.

III. DE JUSTINI CODICIBUS MANUSCRIPTIS.

Valde est dolendum, quod pauci tantum supersunt in bibliothecis codices operum Justinianorum manu scripti ; quorum plerique vel *Cohortationem ad Græcos* vel suppositos tractatus continent. Referam autem de iis genuinorum Justini librorum codicibus mstis (11), quos diligentissime inquirendo reperi.

In Francia et Parisiis quidem in bibliotheca Regia plurimi asservantur, ut præter Maranum, qui justo brevius de iis exposuit, Catalogorum bibliothecæ Regiæ pars secunda complectens codices manu scriptos Græcos (ex typographia Regia 1740, fol.) testatur. Jam his in catalogis observata afferam, ita tamen, ut passim addam, quæ Carolus Benedictus Hase, Instituti Regii Franciæ socius, in schola Regia Polytechnica Regiaque speciali linguarum orientalium professor, in bibliothecæ Regiæ parte codd. mstos complectente conservator, mecum benignissime communicavit. Facere non possum, quin insignem viri clarissimi in me adjuvando humanitatem grato animo commemorem.

I. *Codex Regius CDL*, olim numero 1428, postea 2270 notatus, chartaceus, in fol. min., foliorum 461, quo (vid. Catalogg. p. 63, coll. Nic. le Nourry *Apparatus*, t. I, p. 467) continentur : 1° *Sancti Justini, philosophi et martyris, Epistola ad Zenam et Serenum* (incipit fol. 6 b verbis : Ἐκ παρασκευῆς ἀνδραγαθεῖν· ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ νῦν αἰῶνος [p. 408 C. ed. Maran.], unde apparet eam minime integram esse, ut jam vidit scriba, unam paginam dimidiatam litteris non implens ; finitur autem fol. 16 b : Εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν). Præmittuntur (fol. 1. — 5 b). Excerpta e Photii *Myriobiblo* de scriptis sancti Justini, et ex Eusebii *Historia ecclesiastica* de sanctis Justino, Polycarpo et Irenæo. 2° *Ejusdem Sermo paræneticus ad Græcos* (fol. 17 — 50). 3° *Ejusdem Dialogus cum Tryphone Judæo de veritate religionis Christianæ* (fol. 50 — 193). 4° *Ejusdem Apologiæ duæ pro Christianis*, una brevior ad senatum Romanum (fol. 193-201), altera prolixior ad Antoninum Pium (fol. 201-238 b). Sequuntur Epistolæ tres, eædem quæ in editis (fol. 238 b — 241). 5° *Ejusdem liber de monarchia sive de Dei unitate* (fol. 241—247). 6° *Ejusdem Expositio orthodoxæ fidei* (fol. 247 — 261). 7° *Ejusdem Confutatio dogmatum quorumdam Aristotelicorum* (fol. 261 — 300 v. Explicit : Καὶ γίνονται ἐξ ἀλλήλων [p. 583 E. ed. Maran.] ; statim autem sequuntur in cod. msto : β'. Ἡ φύσις ἡ ποιοῦσα τὰ φυσικὰ, etc. [p. 533 B. ed. Maran.] usque ad fol. 302 b : Ἀγένητα [sic] ἐν τῷ ἐνιαυτῷ [p. 535 D. ed. Maran.]). 8° *Ejusdem Quæsita et responsa ad Græcos* (fol. 302 b — 433, ubi quemadmodum apud Maranum p. 547 E, desinunt in verba : τῆς ἀλόγου αὐτῶν ἀπιστίας). Hæc excipit Athenagoræ liber *Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*, cujus initium : Παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ, etc., et finis : τιμῆς ἢ δίκης, ut apud Maranum ed. Opp. Just. p. 315 A et 336 E.— Is codex anno 1364 exaratus est ; clauditur enim, ut etiam Bernard. de Montfaucon in *Palæograph. Gr.* (Paris. 1708, fol.), p. 71, observavit, hac nota : Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον ἐπὶ ἔτους ,ϛωοβ'. ἰνδ. β'. ἐν μηνὶ Σεπτεβρίῳ [sic] τα, h. e. *Absolutus est hic liber a.* 6872 (Christi 1364), *indictione secunda, mensis Septembris die* 11. Idem est hic codex, quem, perpaucis tantum immutatis, Robertus Stephanus in principe sua operum Justinianorum editione « ex bibliotheca Regia » typis describendum curavit. Ut brevitate solito more utamur, cum Marano eum in *Cohortatione ad Græcos* per notam compendiariam *Cod. Reg.* 3, in cæteris vero scriptis κατ' ἐξοχὴν per notam *Cod. Reg.* indicavimus.

II. *Codex Regius CDLI*, olim sub numeris 1169 et 2271, membranaceus, in fol., foliis constans 403, quo (vid. Catalogg. l. c.) continentur : 1° *Clementis Alexandrini liber adhortatorius ad Græcos.* Accedunt scholia marginalia, eaque non contemnenda, cum in huncce tractatum, tum in alios qui sequuntur (fol. 1 — 56 b). 2° *Ejusdem Pædagogus, in tres libros divisus.* Libri primi decem capita priora et undecimi initium desiderantur (fol. 57—154 b). 3° *Justini ad Zenam et Serenum fratres epistola* (fol. 154-163 b : Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν). 4° *Ejusdem Oratio paræneticа ad Græcos* (fol. 163 b — 187 b. Ultima verba : Οἱ δὲ μετ' αὐτόν· desunt enim in codice msto quatuor quaterniones [τετράδια], h. e. triginta duo folia sive sexaginta quatuor paginæ, quæ jam sæculo decimo quarto desiderabantur, ut liquet ex verbis illo tempore subscriptis : Ἐντεῦθεν ἐλλείπουσι τετράδια δ'). 5° *Eusebii Pamphili evangelicæ Præparationis libri quinque priores* (liber I est principio mutilus : ἡμῖν ἡ [deficiunt igitur tria vocabula] μετὰ χεῖρας [sic] ἐκπονεῖται πρόθεσις, etc., vid. edit. Viger. Colon. 1688, fol., p. 7 A ; finitur fol. 322, eadem ratione qua apud Viger. p. 234 C). 6° *Athenagoræ Atheniensis Legatio pro Christianis*

(11) De suppositorum Justino librorum codicibus mstis adeas Fabricium, *Biblioth. Græc.*, ed. Harles, Hamburgi 1801, in-4°, t. VII, p. 68 sqq.

Digitized by Google

(fol. 322 b — 348). 7° *Idem de resurrectione mortuorum* (fol. 348 b — 367 b). 8° *Eusebii Pamphili adversus Hieroclem liber* (fol. 368 — 401 b). 9° *Anonymi fragmentum de loco, unde accersivit asinam Servator* (addidit hoc fragmentum [fol. 402 sq.] litteris uncialibus minoribus exaratum alius scriba, qui ex Hasii, veteris rei diplomaticæ peritissimi, conjectura sæculo decimo vixit (12). — Is codex manu Baanis, notarii Aretæ Cæsareæ archiepiscopi, anno Christi 914 exaratus est; etenim ad calcem (fol. 401 b) habet : Ἐγράφη χειρὶ Βαάνους, νοταρίου Ἀρέτα ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἔτει κόσμου ,ϛυκϐ' (a. 6422, h. e. Christi 914). Quidam VV. DD., ut Hutchinus (in præfat. ad edit. *Apolog.* sec., etc.) et Nourrius (l. c., p. 468), perperam legerunt *Βαάνους νότου*, id quod jam Bern. de Montfaucon (l. c. p. 275, coll. p. 35 et 43) vituperavit. Idem ex hoc eximiæ notæ codice msto, eodem quo scriptus est elegantissimo charactere exemplum proposuit (l. c. p. 274, n. III). Videtur Hasio observante ille νοτάριος, h. e. calligraphus, linguam Græcam probe cognitam habuisse, ita ut vitia passim obvia codici sint imputandi, quem transcripsit. Egregio autem hoc libro msto, cujus auctoritati præ cæteris, ut par est, obsequendum censuimus, jam antea in Paræsesin usi sunt Hutchinus et Maranus, quibuscum *Cod. Reg.* 1 appellavimus.

III. *Codex Regius CLXXIV*, olim 1358, tum 2919, membranaceus, formæ quadratæ, Fonteblandensis, h. e. ex Regia bibliotheca olim in arce Fonteblandensi asservata originem trahens. Folia sunt 190. Ibi (vid. Catalogg. p. 27 sq.) continentur : 1° *Olympiodori Commentarius in Ecclesiasten.* 2° *Scholia in Proverbia Salomonis*, e Basilii, Diadecti, Didymi, Evagrii, Hippolyti et Palladii scriptis excerpta. Laudatur etiam Aristoteles. 3° *Athanasii locus de Psalmis.* 4° *Decem veteris legis mandata.* 5° *Maximi confessoris Quæstiones, interrogationes et responsiones breviores; item diversorum capitum difficilium selecta explicatio.* 6° *Scholia in Ezechielem prophetam*, ex Apollinarii, Gregorii Nysseni, Origenis, Polychronii et Theodoreti scriptis excerpta. 7° *Scholia in Danielem*; ibi sæpenumero laudantur Africanus, Ammonius, Chrysostomus, Cyrillus, Hippolytus et Polychronius. 8° *Excerpta e Theodoreti Dialogis tribus*, ἐρανιστὴν *inter et orthodoxum.* 9° *Sancti Justini martyris ad Zenam et Serenum epistola* (fol. 85-92; prima et extrema verba leguntur uti apud Maranum p. 408 A.—417 B). 10° *Ejusdem Oratio parænetica ad Græcos.* Conjecta ad marginem brevia quædam scholia hactenus inedita (fol. 92 b—112). Ea autem, Hasio judice, cum fere nihil nisi rubricas, h. e. indices rerum de quibus in textu agitur, vel breves notas grammatico-asceticas contineant, vix ac ne vix quidem digna sunt quæ nostro tempore typis describantur. Ut exemplum afferam, quod haud scio an sit instar omnium, fol. 108, ad verba (*Cohort.* c. 31) : *Καὶ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβίμ*, adnotatur : Καὶ τό, Ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη· ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμου· ἆρ' οὐ σαφέστερον; Et paulo post : *Οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Κύριος.* Τοῦτο ἐν τῇ καθ' Ἡλίαν γέγραπται θεοπτίᾳ· ὡς οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Θεοῦ ἐμφανιζομένου ἀνθρώποις, οὐκ ἐν τῷ συσσεισμῷ, οὐκ ἐν τῷ πυρί. Ψυχὴ γὰρ ἀνθρώπου, τῇ περὶ Θεὸν ἐνασχολεῖσθαι ἀρξαμένη θεωρίᾳ, πρὸς τοῦτον μὲν οἱά τινι βιαίῳ πνεύματι αἴρεται, ἀπὸ τῶν χαμαὶ ἐρχομένων ἁπάντων. 11° *Tatiani Oratio ad Græcos.* Accedunt scholia paulo uberiora, nec indigna omnino quæ lucem publicam aspiciant. Variæ autem codicis illius Orationis lectiones in editione Oxoniensi anni 1700 repræsentatæ sunt. 12° *Athenagoræ, Atheniensis philosophi, Legatio pro Christianis*, cum similibus scholiis. 13° *Ejusdem tractatus de mortuorum resurrectione.* 14° *Eusebii Pamphili liber adversus Hieroclem.* — Is codex, cujus specimen dedit Bernard. de Montfaucon (l. c., p. 279, n. I), sæculo undecimo exaratus videtur (13) a *diversis* quidem manibus, quæ tamen omnes ejusdem fere temporis sunt. In fine (fol. 190 b) reperitur hæc possessoris nota inferiorem ætatem prodens : Ἡ βίβλος αὕτη εὐτελοῦς χαρτοφύλακος πέλει Γεωργίου τοῦ Σκληράτου διακόνου τῆς Πάφου. Id est enim signum crucis, quod, ut Hasius abhinc quatuor annos in Græcia vidit, nostris quoque temporibus homines natu grandes atque pii ponunt, quotiescunque aliquid sunt scripturi; nuncupant *τὸ σταυρὲ βοήθει*. Codicem autem illum Orationis parænetica haud contemnendum, qui, ut ex mirifica consensione patescit, ejusdem familiæ est atque Reg. 1. (n. 451), Hutchini et Marani siglo *Cod. Reg.* 2, designavimus.

IV. *Codex Regius XIX*, olim Colbertinus 3581; inde ab anno 1732, cum Colberti nepos, comes de Seignelay, mstos libros hæreditate acceptos Ludovico XV vendidisset, Regius 2854, chartaceus, formæ quadratæ. Ibi (vid. Catalogg. p. 9) continentur : 1° *Job.* 2° *Justini philosophi et martyris Cohortatio ad Græcos.* 3° *Apocalypsis.* — Is codex, cujus folia non numerata sunt, sæculo decimo sexto exaratus videtur idque Hasio admonente ab aliquo Europæo, h. e. occidentalis terræ, sive Italiæ sive Galliæ, incola, qui hoc fortasse modo quamdam in Græcis litteris exercitationem sibi voluit parare;

(12) Montefalconius autem (*Palæogr. Gr.*, p. 276) ista duo folia integra a Baane exercitii et animi causa unciali charactere opinatur descripta esse.

(13) Idem Montefalconius (l. c. p. 277 sqq.) decimo hunc codicem sæculo judicat scriptum esse. « Nam, inquit, in aliquot ejusdem formæ codices incidi, anni notam ferentes, qui omnes eodem sæculo exarati sunt. Hic dativo ι ascribitur, ut in ἐπιστολῇ, quod in aliquot exemplaribus observatur; in pluribus omittitur. Accentus non ita accurate ubique notantur, sed haud raro negliguntur, et spiritus similiter, qui prisca forma plerumque describuntur. »

Digitized by Google

adhibuit autem pennam, non calamum scriptorium, quo solo aut pennis æneis Græci usque ad imperii occasum utebantur. Hunc codicem, qui licet proprias lectiones multas habeat, haud dubie tamen ex eodem fluxit fonte ac Reg. 2 (n. 174), non, ut Maranus, Colbertinum, sed *Cod. Reg.* 4 vocavi.

V. *Codex Regius CXC.* (Vid. *Supplément grec*, quod supplementum eos continet codices mstos, qui post annum 1740 in bibliothecam Regiam pervenerunt) sæculo decimo septimo in charta vulgari papyrea exaratus foliisque constans 340. Qui octonariæ formæ liber mstus, excerpta ex Epiphanio, Clemente Alexandrino, Origene aliisque Patribus ecclesiasticis continens, paucas præbet (fol. 286—304 b) collectiones ex S. Justino additis brevibus Latinis adnotationibus; sed istum nihil, quod operæ pretium esset, ad textum emendandum præsidii afferre posse, Hasius fidem fecit. — Statim adjiciatur

VI. *Codex Claromontanus*, ita a Marano appellatus, quod bibliotheca collegii Parisiensis Societatis Jesu eum subministravit. Ejectis autem e Gallia Jesuitis (a. 1764), cum illius bibliothecæ libri publice venderentur, codex ille mstus in Meermani manus pervenit. Quo mortuo cum aliis scriptis (a. 1824) in Angliam transiit, ut illustrissimi Thomæ Phillipps bibliothecæ in villa Middlehill ad oppidum Broadway (in comitatu Vorcestr. situm) institutæ adjungeretur. Vid. Catalog. mstorum codicum collegii Claromontani (Paris. 1764, 8) p. 25 sq., num. LXXXII, et Bibliothec. Meerman. sive catalog. librorum impressorum et codicum mstorum, quos — morte dereliquit Joannes Meerman, tom. IV (Hagæ Comit. 1824, 8), p. 7, num. LVII; coll. Gust. Hänel: Catalogi librorum mstorum, etc. (Lips. 1830, 4), p. 894. Hic codex chartaceus, infol., complectens folia 377, sæculo decimo sexto exaratus est (14) eoque continentur: 1° *Justini philosophi et martyris Epistola ad Zenam et Serenum fratres.* Præmittuntur nonnulla de Justino ex Suida, Photio aliis. 2° *Paræneticus ad gentes.* 3° *Dialogus cum Tryphone.* 4° *Apologia utraque pro Christianis* cum epistolis Antonini et Marci imperatorum. 5° *De monarchia.* 6° *Expositio fidei seu de sancta Trinitate.* 7° *Refutatio dogmatum Aristotelis.* 8° *Quæstiones Christianæ ad gentiles.* 9° *Responsiones ad orthodoxos de quæstionibus necessariis et pertractatio adv. gentiles.* 10° *Quæstiones Græcanicæ ad Christianos de incorporeo, de Deo et de resurrectione mortuorum.* 11° *Responsiones Christianæ ad prædictas quæstiones ex pietate naturalium rationum.* 12° *Athenagoras De resurrectione mortuorum.* 13° *Justini Epistola* (eadem quæ supra) *ad Zenam et Serenum.* 14° *Expositio* (eadem quæ supra) *confessionis orthodoxæ.* Is codex mstus Regio numero 450 insignito simillimus est; etenim non tantum opera eodem ordine complectitur, sed et *Epistola ad Zenam et Serenum*, primo loco collocata, initio detruncata est. Huc accedit, quod ejus lectiones plerumque cum Regio ita conveniunt, eodem ex codice ut uterque descriptus videatur vel alter ex altero. Sirmondus narrante Nourrio (l. c., p. 468) summa diligentia Claromontanum codicem pervolutavit eique manu sua et initium epistolæ ad Zenam et Serenum mutilum supplevit præfixitque omnium quæ continet operum elenchum. Idem est ille codex, quocum selectos quosdam locos conferendos Thirlbius curavit.

In Gallia præter codices mstos supra nominatos unus tantum reperitur, quo equidem primus usus sum; est enim

VII. *Codex Argentoratensis*, bombycinus (ex charta gossympina: vid. Hænel., l. c., p. 466), in fol. minimo, cujus folia recentiori tempore 260 numerata sunt. Fuit quondam Joann. Reuchlini, quod inscriptio indicat manu illius in aversa parte involucri lignei facta (*Liber Græcus Johannis Reuchlin Phorcen.*); postea in Maurimonasterium (*Maurmünster*) situm in Alsatia superiore (*Ex. libb. Abb. Maurimonast.* 1560), denique violenta Francici regni conversione in publicam Argentorati bibliothecam pervenit. A muribus autem nidum sibi in eo parantibus admodum corrosus est (15), sed tantummodo altera ejus pars detrimentum cepit. Hoc codice comprehenduntur: 1° *Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Περὶ μοναρχίας.* 2° *Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας.* 3° *Ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ Τριάδος.* 4° *Πρὸς Ἕλληνας.* 5° *Πρὸς Διόγνητον.* Ab alia eaque recentiori manu adjectæ sunt: 6° *Τῆς Σιβύλλης Ἐρυθρ. στοῖχοι* (tres tantum paginas continentes). 7° *Χρησμοὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν.* A priori autem manu est: 8° *Athenagoræ Πρεσβεία* et 9° *Ejusdem liber περὶ ἀναστάσεως.* Quæ denique sequuntur scripta Cyrilli Alexandrini atque posterioris ætatis tractatus contra Armenios, Ismaelitas alios aperte recentiorem manum produnt. Pars codicis antiquior sæculo decimo tertio quartove exaratus est (16). Illas observationes vir summe venerabilis Eduardus Cunitz, theologiæ doctor Argentoratensis, benevole mecum communicavit. Jam quæ præterea de hoc codice mihi perscripsit, ipsissimis ejus verbis afferam: « Die Zeilen, in dem Theile der Justin enthält, sind vorgezeichnet durch in das starke Baumwollenpapier eingeritzte Linien, unter welche die Buchstaben geschrieben sind. Die

(14) At. Nic. le Nourry (*Apparat. ad biblioth. max. vett. PP.*, etc. p. 1, p. 467) hunc certe non elegantem codicem sæculo opinatur decimo quarto conscriptum esse.

(15) Hoc jam Gust. Hænel. adnotavit: Catalogg. librorum mstorum, etc., p. 466.

(16) Hic codex mstus quidem passim habet lectiones deteriores, veras tamen plurimis locis conservavit; idem, ut ex multis potest concludi, non ad Codd. Reg. 3 et Clarom. familiam, sed ad egregiam Codd. Regg. 1, 2 et 4 pertinet maximeque convenit cum Reg. 2.

Digitized by Google

Verschränkungen und Zusammenziehungen der Buchstaben sind meistens dieselben wie in den Stephanischen Drucken (u. a. fehlt z. B. das in letzteren so häufige ϗ oder), ϖ aber bei Weitem nicht durchgängig angewandt; dasselbe ist der Fall mit den eigentlichen Abkürzungen, die auch ganz die bei Stephanus eingeführten sind (von einigen jedoch erinnere ich mich nicht, ob sie bei Stephanus vorkommen: $\overset{\text{ς}}{\text{α}} = \alpha\varsigma$ und $\overset{\text{ς}}{\text{ου}} = ου\varsigma$; erstere wird von unserm Scriba besonders oft gebraucht. Beinahe durchweg bedient er sich auch der bekannten $\overline{\text{ανος}} = ἄνθρωπος$, $\overline{\text{ουνος}} = οὐρανός$, $\overline{\text{πα}}$, $\overline{\text{πς}} = πνεῦμα$ etc., $\overline{\text{θυ}} = θεοῦ$; letzteres findet sich nur ausnahmsweise). Übrigens hat bei dem Allem die Schrift nichts weniger als ein currentes Aussehen wegen ihres gedehnten, ins Breite gezogenen, immer noch alterthümlichen Charakters. Was andere Merkzeichen betrifft, so wenig genau Bestimmtes sich auch daraus ziehen lässt, so mag das Hauptsächlichste Folgendes sein: Die Schrift ist durchweg ziemlich gleichförmig und sorgfältig gehalten; auffallend sind die unleserlichen Stellen, die gerade mit den in dem gedruckten Texte vorkommenden Lücken zusammenfallen, obgleich meistens sich noch erkennen lässt, dass sie ursprünglich beschrieben waren; doch sind, im Allgemeinen, besonders die ersten Blätter sehr verblichen und auch auf manchen folgenden die Schlusswörter der Zeilen und auch die oberen Ecken der Seiten oft sowohl durch Feuchtigkeit als auch durch Reibung sehr verwischt. Die Randglossen, die übrigens in unsern Büchern nicht sehr häufig vorkommen, sind von der Hand des ursprünglichen Librarius, aber mit rother Dinte, wie auch die Titel. Das α, wo es nicht angehängt ist, hat gewöhnlich die Gestalt ⍺. Das β wird oft durch υ ersetzt. Das ι subscriptum fehlt durchweg. Meistens wird die Form θ, seltener ϑ gebraucht. Für κ findet sich öfters auch k. — Die sehr auffallende Übereinstimmung unseres Strasburg. Codex mit den Lesarten des Beurerischen Apographon, welche in den Noten Sylburgs angegeben sind, liessen mich anfangs glauben, unsere Handschrift sey dieses Apographon selbst, da es sich leicht denken liess, dass der Freiburger Professor von dem Codex zu Maurmünster Kenntniss hatte; aber es finden sich doch auch manche ausdrückliche Abweichungen, die wohl hinreichen, die Verschiedenheit dieser Handschriften zu beweisen. Übrigens wurde unser Codex oder wenigstens die drei ersten darin enthaltenen Bücher (*de Monarchia*, der *Paræneticus* und die *Ekthesis*) schon früher verglichen, wie daraus erhellt, dass bei diesen Schriften die Varianten des gedruckten Textes ziemlich sorgfältig am Rande angegeben sind (im *Λόγ. πρὸς Ἕλλ.* und im *Brief an Diognet* ist diess nicht der Fall). Jedoch scheint diese frühere Collation nicht zu etwas Weiterem gedient zu haben oder das Resultat davon bekannt gemacht worden zu seyn. » Nunc viri plurimum reverendi Cunitzius *Cohortationem et Orationem ad Græcos Epistolamque ad Diognetum*, Eduardus Reuss vero, theologiæ professor Argentoratensis, *De monarchia* tractatum summa diligentia cum illo codice msto contulerunt, omnes scripturas ab editionis Benedictinæ textu diversas quam fieri poterat accuratissime descripserunt mihique edendas concesserunt. Qua de re quid mihi jucundius esse potest, quam his viris de re litteraria optime meritis justas ac debitas agere gratias?

Subjungam quæ præterea ad Galliam pertinent:

VIII. *Manuscriptus Stephani* a me appellatur variarum ad *Cohortationem ad Græcos* et librum *De monarchia* lectionum farrago, quam Rob. Stephanus editionis suæ (Lutet. 1551) calci adjecit. Pleræque fere omnes ex codicibus Parisinis desumptæ sunt. — Ad *Apologias* et *Dialogum* interdum lectiones affert Codicis Regii oræ marginali ascriptas.

IX. *Manuscriptus Pici* a me *Cohortationis ad Græcos* translatio vocatur, quam Pico Mirandulano debemus. Adhibuit procul dubio mstum quemdam codicem ad conficiendam illam, quippe quæ jam prius quam editio Stephani princeps, Argentorati (a. 1507) lucem viderit. Tales vero versiones critico respiciendas esse constat. Ac Picus quamvis interdum summo verterit arbitrio, tamen sæpe efficit, de genuina Justini lectione ut queat recte judicari. Codex autem mstus quem usurpavit ad antiquiores eosdemque meliores referendus est; pertinet nimirum ad familiam *Codd. Reg.* 1, 2, 4 et Argentor.

In Germania et Helvetia frustra inquisivi in permultas easque copiosissimas bibliothecas. Reperitur tantum

X. *Codex Vimariensis*, membranaceus, formæ quadratæ, sæculo decimo quinto sextove eleganter exaratus, cujus folia, numeris a scriba non insignita a me numerantur 50. Fuit olim cujusdam Antonii Mauclercy, posthac Cornelii a Maersche, Lugd. Bat. (a. 1673), ut cognoscitur ex nota in fronte libri collocata. Ibidem aureo charactere scriptum est: *Divi Justini philosophi et martyris Oratio ad Græcos. Ejusdem de monarchia Dei liber.* Atramento adjungitur: *Dominicus Lampsonus vertit.* Uterque enim liber, et *Cohortatio ad Gr.* (fol. 1 — 40 b) et *de monarchia* tractatus (fol. 41 — 50 a), haud dubie ex Græco quodam mstο codice in linguam Latinam conversus est. Quare codicem contuli ex eoque scripturæ dedi discrepantiam, in quantum fieri poterat; nam versio ipsa, elegans et oratoria, interdum liberior est, ut, quæ exemplaris Græci verba fuerint, neutiquam possis divinare. Cæterum codex mstus, quo Lampsonus usus est, ad recentiorem videtur familiam pertinere, cujus sunt codd. Regius 3 et Claromontanus bonitate Regiis 1, 2, 4 et Argentoratensi cedentes.

X *bis*. Beureri apographon, *Orationem ad Græcos* et *Epistolam ad Diognetum* continens. Siquidem Beurerus, professor Friburgensis, eumdem descri-

Digitized by Google

vit codicem atque H. Stephanus (vide supra), quemquam alium præterea inspexit, scilicet aut eum qui hodie Argentorati asservatur aut huic certe consimillimum; nam lacunas, in Stephani exemplari obvias, persæpe in apographo iisdem explevit verbis, quæ in Cod. Argentor. exstant a manu prima. Hoc autem apographon, cujus diversas lectiones Stephanus accuratiusque Sylburgius exscripserunt, nescimus ubi hodie asservetur. Forsitan Glascovii (vide infra. n. XII)? Certe etiam *Epistola ad Diognetum* nomine orationis appellabatur, id quod ex Stephani hujus epist. edit. p. 104 apparet.

Ad Bataviam quod attinet, invenitur

XI. *Codex Leidensis*, chartaceus, formæ quadratæ, qui olim penes Isaacum Vossium fuit (in Anglia), postea vero Lugdunum Batavorum pervenit. In eo cum testibus Catalogis librorum mss. Angliæ et Hiberniæ (Oxon. 1697, fol. tom. II, p. I, p. 60, n. 2205) quibus astipulatur Catalogus librorum tam impressorum quam mstorum bibliothecæ publicæ universitatis Lugduno-Batavæ (Lugd. apud Batav., 1716, fol., p. 396, n. 30; coll. Bern. de Montfaucon: *Bibioth. bibliothecarum mstorum nov.*, Paris. 1739, fol. tom. I, p. 676), *Epistola ad Diognetum* insit, per litteras rogavi præstantissimum bibliothecæ Leidensis præfectum Jacobum Geelium, varias mihi lectiones ex illo codice msto excerptas mitteret. Vir doctissimus, cujus prædicanda est erga me benevolentia, inter alia respondit: « Diligenter explorando persuasi mihi, Justini M. *Epistolam ad Diognetum*, quam cum multis aliis scriptis continet cod. Vossian. 30 (Catal. p. 396), ipsum esse exemplum quod Henr. Stephanus ex nescio quo codice descripsit, quodque editioni primæ (1592) inserviit. Stephani manus est, nisi vehementer fallor; in margine ascriptæ sunt eædem conjecturæ, quas Stephanum fecisse recentiores Justini editores testantur (ipsam enim editionem a. 1592 ad manum non habeo); quod autem rem conficit: in codice post *Epistolam ad Diognetum* sequitur *Adhortatio ad Græcos*, quam Stephanus una cum *Ep. ad Diogn.* separatim vulgavit. Partim contuli cum edit. Paris. 1742. — Nihil discriminis. Itaque non video, quid tibi scripti exempli inspectio prodesse possit.»

In Anglia quoque ad Justinum adjuvandum nihil est. Exstat quidem præter Cod. Clarom. (Cf. supra num. VI.)

XII. *Codex Glascoviensis*, membranaceus, formæ quadratæ, et anno 1453 exaratus, qui teste Hænelio (l. c., p. 790), Justini *Orationes* continet, sed cum nuntium de eo adhuc acceperim nullum, nescio equidem, quænam Justini scripta voce *Orationum* significentur. Certe in codicibus mstis etiam *Epistola ad Zenam et Serenum* Orationis nomine appellatur.

Ex Italia aliquid præsidii exspectabam. Etenim magnam mihi spem injiciebat Friedericus Blume, A referens (cfr. *Bibliotheca librorum mstorum Italica*; Gotting. 1834, 8, p. 137) Romæ in bibliotheca Angelica (*S. Agostino* (17) haberi Justinum et Athenagoram: fol. B. 1, 10. Statim commendante Goettlingio, præceptore charissimo, Emilium Braunium, instituti Archæologici quod Romæ est secretarium, per epistolam adii, benigne ut curaret illum codicem diligenter conferendum. Doctissimus vir, cujus in me voluntas celebranda est, se rescribit inspexisse dictum codicem, at eo contineri tantummodo spuriam *Epistolam ad Zenam et Serenum*. In bibliotheca Vaticana se reperisse quidem codices quinque manu exaratos, eos autem minime ad genuina martyris opera pertinere. Sola bibliotheca Reginæ præberi codicem mstum (55, f. 232, a. t.), ἈποσπάB σματα ἐν τῇ δογματικῇ παρόπλῃ Εὐθυμίου τοῦ Ζιγαβηνοῦ complectentem; ea vero exigui esse momenti.

Tres omnino in Italia veri Justini exstant codices msti iique nonnisi ad *Cohortationem* pertinentes, quorum tamen lectiones aut emendationes inde forte colligendas arcessere nondum licuit. Sunt enim

XIII. *Codex Florentinus* XXXII, n. IX, plut. X, in Bibliotheca Laurentiana Medicea: *Sermo exhortatorius ad gentiles*. Cfr. Ang. Mar. Bandinius: *Catal. Codd. mss. bibliothecæ Med. Laurent.* varia continens opera, tom. I (Florent. 1764, fol.) p. 496.

XIV. *Codex Bononiensis* in bibliotheca Canonicorum regularium S. Augustini, quo continentur: C 1° *Athenagoræ Legatio*. 2° *Ejusdem de resurrectione corporum*. 3° *Justini martyris moralis oratio: Περὶ μὲν τῆς κατὰ πρόβλημά τινων ἀλογίστου*, etc. (= *Epistola ad Zenam et Seren.*). 4° *Ejusdem Parænesis ad Græcos*. 5° *Ejusdem de recta fide*. 6° *Origenis Epistola ad Africanum*. 7° *Cleomedis κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων*. 8° *Heron de machinis bellicis: amanuense Valeriano Albino*. Codex melioris notæ videtur esse. Cfr. Joann. Mabillon: *Museum Italicum, seu collectio vett. script. ex bibliothec. Italicis* tom. I, p. I. (Lutet. Par. 1687, 4), p. 196; add. Bern. de Montfaucon: *Diarium Italicum, sive monumentt. vett. bibliothecarum, museorum*, etc., *notitiæ* (Paris. 1702, 4), p. 407 sq.

D XV. *Codex Mutinensis* in bibliotheca Ducali. 1° *Clementis Alexandrini Προτρεπτικός*. 2° *Ejusdem Παιδαγωγός et Hymnus*, ut in editis. 3° *Justini ad Zenam*. 4° *Ejusdem contra Græcos*. 5° *Athenagoræ Legatio*. 6° *Tatiani Oratio*. 7° *De Sibyllis*. Codex mstus elegantissimus decimi sæculi membranaceus, cui consimillimus est codex in bibliotheca Regia Parisiensi numero 451 insignitus, auctore Montefalconio, l. c., p. 31.

De codicibus denique mstis ad fragmentum *De resurrectione*, et ad Acta martyrii Justini pertinentibus adeas supra p. XXIII, (col. 212.) seq. a me exposita.

(17) De egregia hac bibliotheca videsis Fr. Blume: *Iter Italicum*, tom. III, p. 122 sqq.

Digitized by Google

SANCTI JUSTINI

PHILOSOPHI ET MARTYRIS

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA.

(S. P. N. Justini, philosophi et martyris, Opera quæ exstant omnia; nec non Tatiani adversus Græcos Oratio; Athenagoræ philosophi Atheniensis Legatio pro Christianis; S. Theophili Antiocheni tres ad Autolycum libri; Hermiæ philosophi Irrisio gentilium philosophorum; item in Appendice supposita Justino opera cum Actis illius martyrii et excerptis operum deperditorum ejusdem Justini et Tatiani et Theophili; — cum mss codd. collata, ac novis interpretationibus, notis, admonitionibus et præfatione illustrata, cum indicibus copiosis; opera et studio unius ex monachis congregationis S. Mauri (D. Prudentii Maran). — Parisiis, sumptibus Caroli Osmont, via San-Jacobæa, 1742, in-fol., cum approbatione et privilegio regis.)

ANALYSIS

ORATIONIS SANCTI JUSTINI AD GRÆCOS.

Oratio S. Justini ad Græcos brevis est expositio rationum, quibus adductus gentiles missos fecit et Christianus factus est. Fastidium illi moverunt instituta, nihil prorsus habentia quod Deo placere possit, dii scelerum notis insti apud Homerum et Hesiodum, heroes effeminati, solemnes conventus, in quibus luxus, tibiæ, unguenta, coronæ, pudoris pernicies et flagitiorum vigent irritamenta. Cum hi conventus in honorem deorum instituti essent, ac in eis scelera et flagitia deorum aut agerentur aut acta referrentur, statuit Justinus nec patres in filiis, nec maritos in uxoribus ea reprehendere et castigare posse, quæ in diis columtur. Conjunxit Justinus cum superstitionum fastidio amorem et admirationem Christianæ doctrinæ. Hortatur gentiles ut cum olim fuerit id quod sunt, id quod nunc est ipsi fiant. Captum se fuisse declarat doctrinæ vi divina et Verbi efficacia, quod sedatis vitiosis affectibus tranquillitatem animæ affert. Simili modo Justinus in Dialogo cum Tryphone, postquam se Scripturæ divinæ admiratione perculsum ad Christianam religionem accessisse dixit, hæc addit : « Vellem equidem ut omnes rationem meæ similem ineuntes a Salvatoris doctrina non aberrarent. Habet enim in se terribilem quamdam majestatem, et ad eos permovendos idonea est, qui de recta via deflexerunt : his autem, qui eam meditantur, suavissima est requies. » Confirmat utriusque loci similitudo consensum eruditorum in hac Oratione ad Græcos S. Justino adjudicanda.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΛΟΓΟΣ
ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ

—

SANCTI PATRIS NOSTRI JUSTINI
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
ORATIO AD GRÆCOS

Ex Henr. Stephani interpretatione, pluribus locis emendata.

—

1. Μὴ ὑπολάβητε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἄλογον ἢ ἀνεπίκριτον εἶναί μου τὸν ἐκ τῶν ὑμετέρων ἐθῶν χωρισμόν. Οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς εὗρον ὅσιον ἢ θεοφιλές. Αὐτὰ γὰρ τὰ τῶν ποιητῶν ὑμῶν συνθέματα, λύσσης καὶ ἀκρασίας ἐστὶ μνημεῖα. Τῷ γὰρ ἐν παιδείᾳ παρ' ὑμῖν προὐχοντι (1) φοιτῶν τις, πάντων ἀνθρώπων ἐστὶν ἀργαλεώτατος (2). Πρώτιστα μὲν γάρ φασι τὸν Ἀγαμέμνονα τῇ τοῦ ἀδελφοῦ ἀκρασίᾳ ἐπιτεταμένῃ, λύσσῃ, καὶ ἀκατασχέτῳ ἐπιθυμίᾳ συνεργοῦντα, καὶ τὴν θυγατέρα πρὸς θυσίαν εὐδοκήσαντα δοῦναι, καὶ πᾶσαν ταράξαι τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ῥύσηται τὴν Ἑλένην, ἀπὸ λέπρου (3) ποιμένος ἡρπασμένην. Ὁπότε δὲ καὶ τοῦ πολέμου κατασχόντος αἰχμαλώτους ἤγαγον, αὐτὸς Ἀγαμέμνων ὑπὸ Χρυσηΐδος αἰχμάλωτος ἦγετο, πρὸς τὸν Θέτιδος (4) παῖδα Βρισηΐδος ἕνεκεν ἔχθραν ἤρατο. Αὐτὸς δὲ Πηληϊάδης,

A

B

1 Ne existimate, Græci, nulla me cum ratione, aut nullo cum judicio a vestris ritibus descivisse. Nihil enim in illis sanctum aut Deo acceptum inveni. Illa si quidem ipsa quæ poetæ vestri composuerunt, rabiei et vinolentæ cujusdam petulantiæ sunt monumenta. Nam si quis ad eum, qui apud vos doctrina excellit, discendi gratia accedat, in plures quam quisquam hominum difficultates delabitur. Primum enim dicunt Agamemnonem, magnæ fratris libidini, 2 rabiei, et effreni cupiditati auxiliantem, filiam ad sacrificium haud gravate dedisse, et totam Græciam turbasse, ut Helenam recuperaret, quæ a scabioso pastore rapta erat. Cum autem bello etiam superveniente captivos abduxerunt, ipse Agamemnon a Chryseide captivus abductus est, et adversus Thetidis filium propter

(1) *Τῷ... προὐχοντι.* Hæc de principe poetarum Homero dicta existimat Stephanus; quamobrem ut quadrent quæ sequuntur, *Primum enim dicunt*, conjicit legendum esse: *Si quis ad eum qui apud vos doctrina excellit* καὶ τοῖς ἄλλοις *et ad alios accedat.* At non necessaria videtur emendatio. Quod enim Justinus ait: *Si quis ad eum qui apud vos doctrina excellit*, id de grammaticis, qui in interpretandis poetis operam insumebant, intelligi potest. Ad hos grammaticos generatim referri possunt quæ sequuntur, *Primum enim dicunt*, etc. In his enim nonnulla sunt quæ apud Homerum non legi notat Stephanus, quale est quod de Iphigenia dicitur.

(2) *Ἀργαλεώτατος.* Vox difficilis visa Stephano, utpote rebus inanimis congruens, non hominibus. Sed tamen legitur ἀργαλέος Ὀλύμπιος, *Iliad. A, v.* 589.

(3) *Ἀπὸ λέπρου.* Legit Casaubonus ἀπ' ὀλέθρου. Probat H. Stephanus, modo legatur ὑπ' ὀλέθρου. Conjicit Potterus legendum λιπαροῦ, id est *nitidi* et *elegantis.* At nulla videtur mutandi necessitas. Nam, ut observat Sylburgius, sic incultum et horridum esse solet pastorum vitæ genus, ut scabiosi non illepide dicantur. Atque hinc forte natum esse addit idem Sylburgius, ut Israelitæ, cum pastores essent, ob lepram ex Ægypto pulsi fuisse fingerentur. Quod quidem commentum a Manethone et aliis nonnullis venditatum refellit Josephus, I *App.*, et ejus vestigiis Theophilus Antiochenus, lib. III, *ad Autol.* Legendum ὑπὸ λέπρου, nisi referatur ad verbum ῥύσηται.

(4) *Πρὸς τὸν Θέτιδος.* Conjunctionem καί præmittendam putat H. Stephanus.

Digitized by Google

Briseidem inimicitias suscepit. Ipse autem Pelides, qui fluvium saltu transiliit, qui Trojam evertit, qui Hectorem in potestatem redegit, vester ille heros, Polyxenæ servitutem serviebat, ab Amazone mortua superatus erat : cum arma a deo fabricata exuisset, et vestem, qualem sponsi gerunt, induisset, amoris conciliatrix victima in Apollinis templo fuit. At Ithacensis Laertiades, ex improbitate famam virtutis lucratus est. Fuisse autem bonæ prudentiæ expertem, illa circa locum, ubi Sirenes erant, navigatio declaravit : cum prudentia aures obturare non potuerit. Telamonius ille Ajax, septemplicis clypei gestator, judicio quod de armis Achillis adversus Ulyssem intenderat, superatus, furore corripiebatur. Hæc doceri nolo. Non enim de tali virtute contendo, ut Homeri fabulis fidem præbeam. Est enim tota rhapsodia, ac Iliadis et Odysseæ principium ac finis mulier.

A ὁ ποταμὸν πηδήσας (5), Τροίαν καταστρέψας, Ἕκτορα χειρωσάμενος, Πολυξένης ὁ ἥρως ὑμῶν δοῦλος ἦν. ὑπὸ Ἀμαζόνος νεκρᾶς νενίκητο· τὰ θεότευκτα ὅπλα ἀποδυσάμενος, νυμφικὴν στολὴν (6) ἐνδυσάμενος, φίλτρων θῦμα ἐγίνετο ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος νηῷ. Ὁ γὰρ Ἰθακήσιος Λαερτιάδης ἐκ κακίας ἀρετὴν ἐνεπορεύσατο. Ὅτι δὲ ἀγαθῆς φρονήσεως ἄμοιρος ἦν, ὁ κατὰ [τὰς] Σειρῆνας διάπλους ἐδήλωσεν, ὅτι μὴ ἠδυνήθη φρονῆσαι (7) ἐμφράξαι τὴν ἀκοήν. Ὁ Τελαμώνιος Αἴας, ὁ τὸ ἑπταβόειον φέρων σάκος, διὰ τὴν πρὸς Ὀδυσσέα περὶ τῶν ὅπλων κρίσιν ἡττηθεὶς ὑπὸ μανίας ἠλίσκετο. Ταῦτα παιδεύεσθαι οὐ θέλω. Οὐ γὰρ τοιαύτης ἀρετῆς ἐπιδικάζομαι (8), ἵνα τοῖς Ὁμήρου μύθοις πείθωμαι. Ἔστι γὰρ ἡ πᾶσα ῥαψῳδία, Ἰλιάδος τε καὶ Ὀδυσσείας ἀρχὴ καὶ τέλος, B γυνή.

2. Sed quoniam post Homerum Hesiodus, Opera et Dies conscripsit, quis nugaci ejus Theogoniæ assentietur? Aiunt Saturnum Cœli filium imperium patri abrogasse, et sceptra cepisse : cumque ortus ei metus esset ne similia pateretur, in animum induxisse liberos comedere; sed Jovem, cum Curetum solertia furto sublatus esset et latuisset, vinculis patrem constrinxisse : ac partitione, ut aiunt,

2. Ἀλλ' ἐπεὶ Ἡσίοδος μεθ' Ὅμηρον (9) Ἔργα τε καὶ Ἡμέρας συνέγραψε, τίς αὐτοῦ τῇ ληρώδει (10) θεογονίᾳ συνθήσεται; Φασὶ [γὰρ] Κρόνον τὸν Οὐρανοῦ παῖδα, τῆς ἀρχῆς καθελεῖν τὸν πατέρα, καὶ τῶν σκήπτρων λαβέσθαι· καὶ διευλαβηθέντα τὸ ὅμοιον παθεῖν, τεκνοφαγεῖν ἐλέσθαι· τῇ δὲ τῶν Κουρήτων ἐπινοίᾳ τὸν Δία κλαπέντα καὶ λαθόντα, δεσμοῖς καθεῖρξαι τὸν πατέρα, καὶ διανείμασθαι, ὡς λόγος,

(5) *Ὁ ποταμὸν πηδήσας.* Difficultas inextricabilis si nihil mutetur : nusquam enim legitur Achilles fluvium saltu superasse. Sed si legamus πιδύσας, *qui fluvium excivit*, res illustrari potest ex Lycophrone et ejus scholiaste. Sic igitur Lycophron in *Alexandra*, vers. 245 :

Ὅταν πελασγὸν ἅλμα λαιψηροῦ ποδὸς
Εἰς θῖν' ἐρείσας λοισθίαν ἄλθων λύκος,
Κρηναῖον ἐξ ἄμμοιο ῥοιβδήσῃ γάνος
Πηγὰς ἀνοίξας τὰς πάλαι κεκρυμμένας.
Quando Thessalicum celeris saltum pedis
In ripam imprimens ultimam ravus lupus
Fontanam ex arena ciebit aquam
Fontes olim opertos aperiens.

Scilicet cum Græcis prædictum fuisset, ut narrat Lycophronis scholiastes, primum omnium perituram, qui primus e navibus in terram irruisset; cumque Protesilaus, qui primus desiluerat, ab Hectore aut ab alio occisus fuisset, Achilles, ejus casu eruditus, omnium ultimus desiluit, sed tanto impetu, ut ex terra, quam pedibus percusserat, fons eruperit. Non aliam profecto fabulam hoc loco Justinus attingere videtur. [Ne cui displiceat sensus, quem verbo πιδύσας adjunxi, monebo ῥοιβδήσας eodem prorsus sensu usurpari in Lycophronis versibus ibidem citatis. Stephanus animadvertit corruptum esse hunc locum : doctissimus Potterus nihil mutat, sed, quod quidem probare non possim, hæc verba ὁ ποταμὸν πηδήσας idem valere existimat ac *insiluit in Scamandrum*, vel *fluvium saltu excitavit*. Non satis accurate mihi videtur H. Stephanus reddidisse illud de Ulysse dictum, ἐκ κακίας ἀρετὴν ἐνεπορεύσατο. Sic enim vertit : *Ex improbitate famam virtutis lucratus est.* Accuratius erit ipsam virtutem ex vitio, nimirum prudentiam ex dolo conflatam interpretari. Mox probat Justinus veræ prudentiæ expertem Ulyssem fuisse : qui quidem locus sic videtur, nihil prorsus mutando, reddi posse : *Quod autem spectat ad illius ignorationem bonæ prudentiæ, declarat illa circa Sirenes navigatio, eum, quia sapere non poterat, aures obturasse.* Plurima occurrunt apud Justinum ejusmodi exempla, in quibus illud ὅτι δέ idem valet ac *quod spectat.* Vid. Apol. I, n. 35, 45, 47, 50. Non dissimulandum est aculeum illum, quo Ulyssem Justinus figit, benigna interpretatione indigere. Cur enim peccandi occasionis fuga instar probri objicitur? Ipse Justinus in *Cohort.*, exemplum Ulyssis ad imitandum proponit, atque auctor est ut aures cera obturemus, n. 36. Videtur idem factum hoc loco exagitare, quia adhibitam ab Ulysse cautionem a vera peccati fugiendi ratione, quæ solis Christianis cognita precationem et spem divini auxilii adjunctam habet, longe distare intelligebat.] — *Ex ad dendis et emendandis.*

(6) *Νυμφικὴν στολήν.* Longe aberrabat a Justini sententia hæc Stephani interpretatio : *Cum vestem, qualem sponsæ gerunt, induisset.* Non tunc muliebrem vestem induit Achilles, cum Polyxenam Priami filiam in templo Apollinis Thymbræi uxorem ducens, a Paride ex insidiis occisus est. Olim quidem sub hac veste apud Lycomedem delitescens militiam subterfugerat; at idem ab eo factum non legitur, cum conjugis tædas in templo Apollinis prætenderet.

(7) *Φρονῆσαι.* Legit Stephanus φρονήσει ἐμφράξαι. Sed haud scio an aptior et commodior futura sit emendatio, si legamus : ὅτε μὴ ἠδυνήθη φρονῆσαι, ἐνέφραξε τὴν ἀκοήν. *Cum sapere non posset, aures obturavit.* : ὅτε probat Sanppe

(8) *Ἐπιδικάζομαι.* id est, non talem virtutem appeto, non cupidus sum ac tenax ejusmodi virtutis. Quo sensu Christus dicitur apud Origenem (l. IV *adv. Cels.*, p. 139) prætulisse plebi eos qui ipsius sapientiæ cupidi erant, τοὺς τῆς σοφίας αὐτοῦ ἐπιδικαζομένους.

(9) *Μεθ' Ὅμηρον.* Nodum in hoc scirpo quærit Stephanus, ac post has voces addendum putat ἐγένετο, ὅς, *Post Homerum fuit Hesiodus, qui*, etc. Mox legendum φησί vel eodem modo ac supra intelligendum illud φασί.

(10) *Ληρώδει.* Legitur λήρῳ apud Stephanum qui hanc vocem adjective sumendam putat, aut legendum ληρώσει. Recte Steohan., cujus cf. *Thesaur.* ed. Paris. in h. v.

Digitized by Google

Δία μὲν, τὸν αἰθέρα, Ποσειδῶνα δὲ, τὸν βύθον· καὶ Πλουτέα τὴν καθ' ᾅδου μοῖραν λαχεῖν. Ἀλλ' ὁ μὲν Πλουτεὺς τὴν Κόρην ἥρπασε· καὶ ἡ Δήμητρα ἀλωμένη κατὰ τὰς ἐρήμους, τὸ τέκνον ἐζήτει. Καὶ τοῦτον τὸν μῦθον εἰς ὕψος ἤγαγε τὸ ἐν Ἐλευσῖνι πῦρ. Ἐκ τούτων ὁ Ποσειδῶν Μελανίππην μὲν ἥρπασεν ὑδρευομένην, ὄχλῳ δὲ Νηρηΐδων οὐκ ὀλίγων (11) κατεχρήσατο· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν διηγώμεθα, πολὺ πλῆθος λόγων κατατρίψομεν. Ὁ μὲν οὖν Ζεὺς, μοιχὸς πολλαχῆ, ἐπ' Ἀντιόπῃ μὲν ὡς σάτυρος, καὶ Δανάῃ (12) χρυσὸς, καὶ ἐπ' Εὐρώπῃ ταῦρος ἦν· ἐπτεροῦτο δὲ παρὰ Λήδᾳ. Ὁ γὰρ Σεμέλης ἔρως, καὶ αὐτοῦ τὴν ἀκρασίαν ἤλεγξε, καὶ τῆς Σεμέλης (13) τὸν ζῆλον. Τὸν γὰρ Φρύγα Γανυμήδην, φασὶν, εἰς τὸ οἰνοχοεῖν ἁνήρπασε. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ Κρονίδαι ἐποίησαν. Ὁ γὰρ μεγαλώνυμος ὑμῶν ὁ Λητοΐδης, ὁ μαντικὴν ἐπαγγειλάμενος, ἑαυτὸν ἤλεγξεν ὅτι ψεύδεται. Δάφνην ἐδίωκεν, ἣν οὐ κατέλαβε· καὶ τῷ ἐρομένῳ αὐτὸν Αἰακίδῃ σκεύωντι (14) τὸν αὐτοῦ θάνατον οὐκ ἐμαντεύσατο. Ἀθηνᾶς γὰρ τὸ ἀνδρικὸν σιγῶ, καὶ Διονύσου τὸ θηλυκὸν, καὶ Ἀφροδίτης τὸ πορνικόν. Ἀνάγνωτε τῷ Διΐ, ἄνδρες Ἕλληνες, τὸν κατὰ πατραλοιῶν νόμον, καὶ τὸ μοιχείας πρόστιμον, καὶ τὴν παιδεραστίας αἰσχρότητα (15). Διδάξατε Ἀθηνᾶν καὶ Ἄρτεμιν τὰ τῶν γυναικῶν ἔργα, καὶ Διόνυσον τὰ ἀνδρῶν. Τί σεμνὸν ἐπιδείκνυται γυνὴ ὅπλοις κεκοσμημένη, ἀνὴρ δὲ κυμβάλοις καὶ στέμμασι καὶ ἐσθῆτι γυναικείᾳ καλλωπιζόμενος, καὶ ὀργιῶν σὺν ἀγέλῃ γυναικῶν;

A facta, Jovem quidem æthere potitum esse; Neptunum autem profundo : at Plutonem inferos pro sua portione sortitum esse. Verum Pluto quidem Coren, id est Proserpinam, rapuit : et Ceres per deserta errans, filiam quærebat. Atque hanc fabulam in altum ignis Eleusinius extulit. Alia autem ex parte Neptunus Melanippæ pudorem rapuit, dum illa aquaretur; quinetiam turba Nereidum non paucarum abusus est : 3 quarum nomina si commemoremus, magnam verborum multitudinem consumeremus. Ad Jovem autem quod attinet, is multis modis adulter, in Antiope, ut satyrus; in Danae, ut aurum; in Europa, taurus erat; apud Ledam vero, alas sumebat. Nam Semeles amor, et ejus petulantiam, et ipsius Semeles zelotypiam coarB guit. At Ganymedem Phrygem, ceu ferunt, ut pincernæ officio fungeretur, rapuit. Ac Saturnii quidem ita se gesserunt. Ac vester ille Latoides, id est Apollo, qui magni est nominis, cum se artis vaticinandi peritum professus esset, seipsum mendacii convictum reddidit. Daphnen enim cum persequeretur, eam non est assecutus; et Æacidæ illum sciscitato mortem vaticinatus non est. Nam Minervæ virile vitæ genus, Dionysii muliebre, Veneris meretricium taceo. Legite Jovi, Græci, legem adversus eos latam qui parentem pulsant, et pœnam adulterio irrogatam, et pædicationis turpitudinem. Docete Minervam et Dianam quæ sint mulierum opera; et Dionysum, quæ sint virorum. Quid majestate aliqua dignum præstat mulier armis ornata? quid vir ille qui cymbala et corollas ac muliebrem vestem pro suo cultu habet, et cum mulierum grege orgia celebrat?

3. Τὸν γὰρ τριέσπερον (16) Ἀλκείδην, τῶν ἀγώνων ἡγήτορα (17) ᾀδόμενον, τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν (18),

C 3. Nam trivesperum Alcidem, certaminum clarum ducem, Jovis filium, qui occidit leonem, et

(11) *Οὐκ ὀλίγων*. Legendum conjicit Sylburgius οὐκ ὀλίγῳ. Sed in hac emendatione ut in multis aliis tum Sylburgius, tum etiam ipse Stephanus non tam sanandi, quam ornandi contextus partes sustinent.

(12) *Καὶ Δανάῃ*. Immerito Stephanus et Sylburgius legendum putant ἐπὶ Δανάῃ δέ. Sequitur enim mox ἐπτεροῦτο δέ. Uterque observat quatuor Jovis adulteria hoc disticho exprimi :

Ζεὺς πύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

(13) *Σεμέλης*. Stephanus adnotat in ms. exemplari verbum esse inter Σεμέλης et τὸν ζῆλον quod legi non possit. Beurerus legit καὶ τῆς Ἥρας τὸν ζῆλον, quam lectionem probat etiam Stephanus, ideoque locum sic reddi mavult : *Nam Semeles amor et illius* (Jovis) *petulantiam et Junonis zelotypiam coarguit*. Paulo post legitur ἐδίωξεν in Beureri exemplari. Sylburgius. Τῆς σεμ. Ἥρας τὸν ζ. cod. Argent.

(14) *Σκεύωντι*. Corruptus locus videtur emendari posse si legamus ἐρωμένῳ αὐτοῦ Ὑακίνθῳ, *Amasio suo Hyacintho*. Sic enim Tatianus cap. 8 et Theoph. Antioch. lib. 1, cap. 9, Hyacinthum cum Daphne conjungunt, ut Apollinis in futuris rebus prævidendis imperitiam arguant. Illa enim et vatem et vitium effugit, ut ait Clemens *Protrept.*, p. 21; Hyacinthum autem imprudens occidit Apollo, cum discum jecit, quem Zephyrus flatu suo in caput pueri convertit. Eo libentius huic voci σκεύωντι Hyacinthum substituo, quod Apollinem ait Justinus a seipso argui, id est a propriis et domesticis rebus. Illud autem Αἰακίδῃ videtur in textum obrepsisse ex margine, ubi forte hoc nomen appositum fuerat, ut indicaretur ambiguum illud Pyrrho datum ab Apolline responsum :

Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.

Sed res Pyrrhi non videntur huic Justini loco congruere.

(15) *Αἰσχρότητα*. Id est legite Jovi turpitudinis notas huic vitio inurendas. Frustra ergo addendum ait Stephanus διδάξατε, quod ideo excidisse putat, quia idem verbum protinus repetitur.

(16) *Τριέσπερον*. Vulgo creditur Trivesperum Herculem appellari, quia Jupiter, cum absente Amphitryone ad ejus uxorem Alcmenam venisset, tres noctes in unam conjunxerat. Aliam rationem afD ferunt Lycophron, ejusque scholiastes : quia videlicet tres dies in ceti immanis ventre Hercules traduxerat. Sic rem enarrat Lycophronis scholiastes : Cum Neptunus mercede fraudatus cetum immane in Laomedontis regionem immisisset, ac filiam Hesionem Laomedon oraculi jussu vorandam belluæ exponeret, Hercules, ut rem adventu suo cognovit, promissis a Laomedonte equis immortalibus, quos Jupiter Laomedonti pretium rapti Ganymedis dederat, in os monstri hiantis irruit, ejusque intestina per tres dies contudit, ac tandem bellua mortua vivus evasit amissis tantum in hoc viscerum foco capillis. Alii, ut observat eruditissimus Potterus, Herculem, cum gravissima tempestate exorta navem fregisset, ab immani bellua absorptum fuisse et mirabiliter servatum dixerunt.

(17) *Ἡγήτορα*. Duæ tantum primæ syllabæ erant in cod. ms. Stephani, qui non dubitat ita scripsisse Justinum, ac legendum putat τὸν ᾀδόμενον.

(18) *Τὸν τοῦ Διὸς υἱόν*. Omissum fuisse puto verbum σιγῶ aut aliud simile.

Digitized by Google

capitum multorum hydram stravit. Verum is qui aprum robore infatigabili præditum morti dedit; qui aves hominum voratrices potuit volantes deturbare; qui canem tricipitem ex inferis sursum abduxit, qui Augiæ validum murum purgare stercoribus potuit; qui tauros et cervam interfecit naribus ignem spirantes, et fructum aureum ab ipso trunco accepit; qui serpentem venenum jaculantem confecit (et Acheloum quam ob causam occiderit, fas non est dicere, et hospitum interfectorem Busirin); qui montes saltu transiliit, ut aquam acciperet quæ vocem articulatam edebat, sicut fama est; qui tam multa et talia tantaque facere potuit, is tanquam puerulus, aures suas personare strepitu cymbalorum, quæ satyri pulsabant, passus, et feminæ amore superatus, se a Lyde ridente in nates cædi lætabatur. 4 Ac tandem, cum Nesseam tunicam exuere non potuisset, sua ipsius a se exstructa pyra, vitæ finem statuit. Deponat zelotypiam Vulcanus, et ne invideat si, cum senex et claudus esset, odio haberetur, at Mars charus foret, qui juvenis ac formosus erat. Vestri igitur dii, o Græci, præ libidine tales esse convicti sunt; vestri autem heroes, effeminati, ut declararunt vestræ historiæ, quæ tragœdiis argumenta suppeditarunt, Atrei piacula, Thyestæ concubitus et Pelopidarum exsecranda facinora; et Danaum invidia impellente cædes perpetrantem, et filiis carentem ebrium; et Thyesteas cœnas, quas Erinnyes struebant. Ac Procne ad hunc usque diem pennata gemit; et hujus soror Atheniensis post abscissam linguam stridorem quemdam edit. Nam Œdipodis transfixos fibulis pedes quid attinet referre? et Laii cædem, et cum matre initas nuptias, et quomodo fratres ejus simul ac filii mutuis vulneribus occubuerint?

A ὃς κατέπεφνε (19) λέοντα, καὶ πολύχρανον ὤλεσεν ὕδραν. Ὑγὲ δ' ἄγριον ἀχάματον ὁ νεκρώσας, ὄρνιθας δ' ἀνδροβόρους ἱπταμένας καθελεῖν ὁ δυνηθείς, καὶ κύνα τρικάρηνον ἐξ ᾅδου ἀναγαγών, Αὐγείου δ' ὀχυρὸν τεῖχος σκυβάλων καθελεῖν ὁ δυνηθείς, ταύρους δὲ καὶ ἔλαφον ἀνελών, ὧν μυξωτῆρες ἔπνεον πῦρ· καὶ καρπὸν χρύσεον στελέχους (20) ἔλαβεν, ἑρπετὸν ἰοβόλον ἀνελών (καὶ Ἀχελῷον τίνος ἕνεκεν ἔκτανεν, οὐ θέμις εἰπεῖν, καὶ τὸν ξενοκτόνον Βούσιριν)· καὶ δρῦ πηδήσας (21), ἵνα λάβῃ ὕδωρ ἔναρθρον φωνὴν ἀποδιδόν, ὡς λόγος· ὁ τὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα δρᾶσαι δυνηθείς, ὡς νήπιος ὑπὸ σατύρων κατακυμβαλισθείς, καὶ ὑπὸ γυναικείου ἔρωτος ἡττηθείς, ὑπὸ Λυδῆς γελώσης κατὰ γλουτῶν τυπτόμενος ἥδετο. Καὶ τέλος, τὸν Νέσσειον χιτῶνα ἀποδύσασθαι μὴ δυνηθείς, πυρὰν αὐτοῦ αὐτὸς (22) ποιήσας, τέλος ἔλαβε τοῦ βίου. Θέτω τὸ ζῆλος Ἥφαιστος, καὶ μὴ φθονείτω εἰ πρεσβύτης ὢν καὶ κυλλὸς τὸν πόδα μεμίσητο, Ἄρης δὲ πεφίλητο, νέος ὢν καὶ ὡραῖος. Ἐπεὶ οὖν (23), ἄνδρες Ἕλληνες, οἱ μὲν θεοὶ ὑμῶν ὑπὸ ἀκρασίας (24) ἠλέγχθησαν, ἀνανδροι δὲ οἱ ἥρωες ὑμῶν, ὡς αἱ παρ' ὑμῖν δραματουργοὶ ἱστορίαι ἐδήλωσαν, τὰ μὲν Ἀτρέως ἄγη, Θυέστου λέχη, καὶ Πελοπιδῶν μύση, καὶ Δαναὸν φθόνῳ φονεύοντα, καὶ ἀτεκνοῦντα (25) μεμεθυσμένον· καὶ τὰ Θυέστεια δεῖπνα (26) Ἐρινύες ἤρτυον. Καὶ Πρόκνη μέχρι νῦν ἐπτερωμένη γοᾷ, καὶ ταύτης ἀδελφὴ γλωσσότμητος τέτριγεν ἡ Κεκροπίς. Τὰ γὰρ Οἰδιπόδου (27) κέντρα τί δεῖ καὶ λέγειν; καὶ τὸν Λαΐου φόνον, καὶ μητρὸς γάμον, καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ τέκνων ἅμα ἀλληλοκτονίαν;

B

C

4. Vestros etiam conventus panegyricos odio prosequor. Ibi enim luxui immensum in modum et multo plus quam ad satietatem, indulgetur: ibi sunt artificio exquisito factæ tibiæ, quæ ad motus

4. Καὶ τὰς πανηγύρεις ὑμῶν μεμίσηκα. Ἀμετροι γὰρ ἐκεῖ πλησμοναί, καὶ αὐλοὶ γλαφυροί, ἐκκαλούμενοι πρὸς οἰστρώδεις κινήσεις· καὶ μύρων περίεργοι χρίσεις, καὶ στεφάνων περιθέσεις. Καὶ [τῷ]

(19) *Ὃς κατέπεφνε.* Stephanus legendum conjicit ὃς βριαρὸν vel σθεναρὸν κατέπεφνε λέοντα, quia inerat in exemplari vacuum aliquod spatium, cui explendo alterutram harum vocum melius congruere putat, quam si legatur Νεμαῖον. Hic enim agitur de leone Nemæo. Sylburgius mallet βλοσυρόν· ac paulo post legendum ait, ἔλαφον δὲ καὶ ταύρους, quia non cerva sed tauri naribus ignem spirabant.

(20) *Στελέχους.* Stephanus et Sylburgius legendum censent, ἀπὸ στελέχους.

(21) *Ὄρη πηδήσας.* Non video quid sententiæ ex hac Stephani interpretatione extundi possit, *qui montes saltu transiliit*, *ut aquam acciperet*, etc. Quare legendum videtur, ut antea, πιδύσας pro πηδήσας, *qui montes fontem effecit*, sive eduxit fontem ex montibus. Multa ethnici e Scripturis nostris in Herculis nomen transtulerunt, velut quod eum in monstri ventre tres dies fuisse fingebant. Minime ergo mirum, si illum ex colle et edita rupe aquas eduxisse dixerunt. Fontem ab eo repertum Troezenii monstrabant, teste Pausania in *Corinthiacis*, pag. 166.

(22) *Πυρὰν αὐτοῦ αὐτός.* Sine causa Stephanus legendum censuit κατ' αὐτοῦ, *Pyra adversus seipsum structa.* Mox lege τὸν ζῆλον. — Κατ' recte Steph. add. habetque cod. Argent.

(23) *Ἐπεὶ οὖν.* Aliquid deesse putat Stephanus, quod huic voci respondeat. Sed sæpe alias Justinus, dum vehemens est in dicendo, longiores periodos devolvit, quæ aut imperfectæ sint, aut parenthesi distinguendæ. Parenthesis huic loco apponi posset ab his verbis τὰ μὲν Ἀτρέως usque ad ista εἰώθατε μίξεσιν.

(24) *Ὑπὸ ἀκρασίας.* Frustra hic aliquid deesse putat Stephanus. Is enim sensus est, sua illos arguit intemperantia.

(25) *Καὶ ἀτεκνοῦντα.* Ante hanc vocem vel post existimat Stephanus deesse Αἴγυπτον.

(26) *Δεῖπνα.* Recte Steph. legendum docet δεῖπνα & Ἐρινύες.

(27) *Οἰδιπόδου.* Idem mallet Οἰδίπ οδος vel Οἰδιπόδεια. [*Τὰ γὰρ Οἰδιπόδου κέντρα* doctissimus Potterus, cujus multæ exstant adnotationes in editione Oxoniensi anni 1703, interpretatur *fibulas aureas*, quibus sibi oculos eruit Œdipus. Sed hæc conjectura minime mihi probatur. Nemo est enim cui non illa κέντρα transfixos potius Œdipi pedes, quam oculos effossos in memoriam revocent; cum præsertim ab his fibulis incipiat Justinus varios Œdipi eventus perstringere.] — *Ex Addendis et Emendandis.* Οἰδίποδος est in cod. Argent.

Digitized by Google

τοσούτῳ σωρῷ τῶν κακῶν τὴν αἰδῶ περιγράφετε· καὶ νοῦν πληροῦσθε, ὑπὸ ἀκρασίας ἐκβακχευόμενοι· καὶ ταῖς ἀνοσίαις καὶ λυσσώδεσι χρᾶσθαι εἰώθατε μίξεσιν. Εἰποιμι δ' ἂν ὑμῖν ἔτι καὶ τοῦτο· τί ἀγανακτεῖς, Ἕλλην ὤν, πρὸς τὸ τέκνον σου, εἰ τὸν Δία μιμούμενος ἐπιβουλεύει σοι, καί σου τὸν γάμον (28) σεσύληκε; Τί τοῦτον ἐχθρὸν ἡγῇ, τὸν δὲ ὅμοιον αὐτῷ σέβῃ; Τί δὲ μέμφῃ σου τὴν γυναῖκα ἀκολάστως ζῶσαν, τὴν δὲ Ἀφροδίτην ναοῖς τετίμηκας; Καὶ εἰ μὲν ταῦτα ὑφ' ἑτέρων ἦν εἰρημένα, κατηγορία ἔδοξεν εἶναι ψιλή, καὶ οὐκ ἀλήθεια. Νῦν δὲ ταῦτα οἱ ὑμέτεροι ᾄδουσι ποιηταί, καὶ αἱ παρ' ὑμῖν κεκράγασιν ἱστορίαι.

A incitant, quales sunt œstro percitorum; et unctiones curiosæ ac supervacaneæ, quæ unguentis fiunt, quod et de corollis dici potest quibus capita redimiuntur. Ac tanto malorum acervo verecundiam circumscribitis: impleturque vobis mens, dum præ intemperantia et petulantia in Bacchicum quemdam furorem prorumpitis: unde etiam rabiosis uti concubitibus soliti estis. Dixerim autem vobis hoc quoque: Quid tu, cum Græcus sis, filio tuo succenses, si Jovem imitans, tibi insidiatur, et nuptias tuas furatus est? Cur hunc esse inimicum censes; at illi similia perpetrantem veneraris? Cur item de uxore tua expostulas, quod petulanter vivat et libidinose; at Venerem templis honorasti? Ac, si quidem ista ab aliis dicta essent, accusatio mera esse visa fuissent, ac non veritas; sed contra poetæ vestri hæc canunt, hæc clamant ea quæ apud vos sunt historiæ.

5. Ἔλθετε λοιπόν, ἄνδρες Ἕλληνες, καὶ σοφίᾳ ἀπαραμιλλήτῳ κοινωνήσατε· καὶ θείῳ λόγῳ παιδεύθητε, καὶ μάθετε, βασιλέα ἄφθαρτον· καὶ τούτους (28*) τοὺς ἥρωας ἐπίγνωτε οὐχ ὅτε λαοῖς φόνον ἐργαζομένους. Αὐτὸς γὰρ ἡμῶν (29), οὐ βούλεται σωμάτων ἀλκὴν, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγενείας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχήν τε καθαρὰν, ὁσιότητι (30) τετειχισμένην, ἤδη (31) δὲ διηνεκῶς ἐπιστατῶν ἡμῖν ὁ θεῖος Λόγος, καὶ τὰ τοῦ βασιλέως ἡμῶν συνθήματα, πράξεις θείας, ὡς διὰ Λόγου (32) δυνάμεως εἰς ψυχὴν διϊκνουμένης, (ὡς σάλπιγξ (33) εἰρηνικῆς (34) ψυχῆς πολεμουμένης, ὦ παθῶν δεινῶν φυγαδευτήριον, ὦ πυρὸς ἐμψύχου σβεστικὸν διδασκάλιον·) ἥτις οὐ (35) ποιητὰς ποιεῖ, οὐ φιλοσόφους κατασκευάζει, οὐδὲ ῥήτορας δεινούς· ἀλλά, παιδεύουσα, ποιεῖ τοὺς θνητοὺς ἀθανάτους, τοὺς βροτοὺς θεοὺς, ἐκ γῆς δὲ μετάγει εἰς τοὺς ὑπὲρ Ὄλυμπον ὄρους. Ἔλθετε, παιδεύθητε· γένεσθε ὡς ἐγώ· ὅτι κἀγὼ ἦμην ὡς ὑμεῖς. Ταῦτά με εἶλε, τό τε τῆς παιδείας ἔνθεον καὶ τὸ τοῦ Λόγου δυνατόν· ὅτι καθάπερ ἐπαοιδὸς ἀγαθὸς, ἐκ φωλεοῦ ἑξερπύσαι ποιήσας, φυγαδεύει δεινὸν ἑρπετόν· οὕτως ὁ Λόγος ἐξ αὐτῶν τῶν τῆς ψυχῆς μυχῶν τὰ δεινὰ τῆς αἰσθήσεως ἀπελαύνει πάθη· πρῶτον ἐπιθυμίαν, δι' ἧς πᾶν δεινὸν

5. Accedite in posterum, Græci, et sapientiæ incomparabilis participes estote; ac divinis sermonibus docemini, et regis corruptioni non obnoxii notitiam capite; minimeque heroes istos agnoscite, qui cædes patrant in hominum turba. Noster enim ille imperator, Verbum divinum, quod nobis assidue præest, non vult corporis strenuitatem, et neque faciei pulchritudinem, neque nobilitatis elatos spiritus; sed animam puram, sanctimonia munitam, et regis nostri tesseras, divinas actiones; quippe cum per Verbum vis quædam in animam pervadat, (o tibia pacifica animæ bello appetitæ! o gravium affectuum fugatorium instrumentum! o ignis animæ insiti exstinctorium magisterium!) quæ nos non efficit poetas, non philosophos reddit, neque oratores excellentes; sed docens ex morti obnoxiis immortales, et deos ex mortalibus facit; e terra autem in ea loca transfert, quorum termini sunt ultra Olympum. Accedite, Græci, docemini. Estote ut ego; quoniam et ego eram ut vos. Hæc me ceperunt, et doctrinæ vis enthea, et Verbi efficacia; quoniam sicut incantator peritus formidabilem serpentem fugat, postquam fecit ut e suo latibulo ereperet, sic Verbum ex intimis animi pe-

B C D

(28) *Καὶ σου τὸν γάμον.* Erat in exemplari Beurreri (est in cod. Argent.), καὶ ἐπὶ σοῦ. Sed legendum putat Sylburgius ἐπίσου, *pariter*.

(28*) *Καὶ τούτους.* Legend. putat Steph. τούτου, *hujus regis heroes*. Beurerus in suo exemplari scripserat τοὺς τούτου (quod et cod. Argent. recte habet). Ibidem Stephano suspectum est illud ὅτε, et aliquid deesse putat, vel saltem legendum, οὐ τοὺς ἐν λαοῖς.

(29) *Αὐτὸς γὰρ ἡμῶν.* In exemplari videntur superesse vestigia vocis στρατηγός, articulo præfixo. Quadrare quidem huic loco nemo, ut opinor, inficiabitur, ait Stephanus. — Hanc conjecturam confirmat auctoritas codicis Argentor., ap. D. Otto. Ed. Patr.

(30) *Ὁσιότητι.* Præmittendum καί, ut monet Stephanus.

(31) *Ἤδη δὲ.... ὁ θεῖος λόγος.* Hæc verba, quæ loco suo videntur excidisse, conjungi debent cum superioribus his vocibus, αὐτὸς γὰρ ἡμῶν, etc., vel saltem ad eas referri: quod cum minus vidisset Stephanus, ac novam periodum incœpisset ab his verbis, ἤδη δὲ διηνεκῶς, sensum hujus loci minime assecutus est.

(32) *Ὡς διὰ λόγου.* Frustra Stephanus legendum putat ὡς δὴ λόγου. [*Doctrinam divinam* interpretatus est Stephanus hoc in loco et infra. Verbum Dei Filium designari existimo, de quo paulo ante agitur. Id enim videtur postulare tota orationis series. *Verbum divinum quod nobis assidue præest, non vult corporis strenuitatem..... sed animam puram sanctimonia munitam, et regis nostri tesseras, divinas actiones, quippe cum per Verbum vis quædam in animam pervadat.* Divinas actiones vocat ea quæ a Christianis præclare fiunt, quia hæc gratia sua Verbum operatur. De eadem gratia intelligo quæ sequuntur: *O tibia pacifica animæ bello appetitæ*, etc.] — *Ex Addendis et Emendandis.*

(33) *Ὡς σάλπιγξ.* Legendum ὦ σάλπιγξ.

(34) *Εἰρηνικῆς.* Legendum εἰρηνικῇ, atque ita legit Stephanus.

(35) *Ἥτις οὐ.* Novæ periodi initium ab his vocibus ducebat Stephanus; sed prorsus referendæ sunt ad superiores, δυνάμεως εἰς ψυχὴν διϊκνουμένης, idque satis perspicitur ex parenthesi, cujus ope difficili et obscuro loco lucem me attulisse spero.

Digitized by Google

netralibus formidabiles sensuum affectus expellit: se primum cupiditatem, ex qua quidquid formidabile est nascitur, inimicitiæ, rixæ, invidia, æmulationes, iræ, et his similia. Cupiditate igitur expulsa, tranquillitatem et serenitatem anima consequitur. Soluta autem malis quæ cervicem ejus circumfluunt, ad eum abit qui ipsam condidit. In eum enim locum oportet restitui unde abscessit.

A φύεται, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλος, ἐρίθειαι, (36) θυμοὶ, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. Ἐπιθυμίας οὖν ἀπελαθείσης, εὔδιος ἡ ψυχὴ καὶ γαληνιῶσα γίνεται. Περιλυθεῖσα (37) δὲ τῶν περὶ τὸν τράχηλον αὐτῆς κακῶν περιῤῥεόντων, ἀπέρχεται πρὸς τὸν ποιήσαντα αὐτήν. Δεῖ γὰρ ἀποκατασταθῆναι ὅθεν ἀπέστη, ὅθεν τις ἐγένετο, ἢ ἐστιν.

(36) Fritsche commentar. in Paul. Ep. ad Rom. tom. I, pag. 143 seqq.

(37) *Περιλυθεῖσα.* Hanc vocem mutandam esse in παραλυθεῖσα ausim acriter contendere, inquit Stephanus. Dein δέ om. cod. Argent. Verba ὅθεν — ἐστιν Ottoni glossam olere visa sunt.

ANALYSIS COHORTATIONIS AD GRÆCOS.

Hæc ad Græcos Cohortatio, cum leniori disputatione, non vehementibus querelis contineatur, scripta non videtur inter persecutionum incendia, quæ sancti martyris majorem vim et animi dolorem excitassent, sed potius inter eas veluti inducias, quibus Ecclesia, tum cum Justinus ad fidem conversus est, perfruebatur. Atque id quidem causæ esse arbitror, cur hujus orationis stylus, etsi Justinum omnino redolet, nitidior tamen et paulo expolitior sit, quam in aliis operibus. Vix dubium quin Romæ scripta fuerit. Jam enim Italiam peragraverat Justinus, ut patet ex his quæ se Cumis audivisse et vidisse narrat. Sed de his uberius agimus in Præfatione, ubi eorum etiam opiniones refellimus, qui hoc opus vel Justini nomini suppositum fuisse, vel mutilum ad nos pervenisse existimant. Propositum est sancto martyri veritatis cognitionem non a Græcis scriptoribus, sed a prophetis petendam demonstrare. Qua enim via ad fidem adductus fuerat, eadem alios adducere conabatur; et cum initium Christi cognoscendi habuisset ex cujusdam senis sermone, qui quantum philosophi a prophetis distent egregie disseruerat, visus est sibi pretium operæ facturus, si in eodem argumento versaretur.

Constat oratio duabus potissimum partibus, quarum in prima S. martyr demonstrat nihil de vera religione ex scriptoribus Græcis cognosci posse; in altera autem, si quid veri dixerint, id ad commendationem Christianæ religionis valere, utpote hausturn ex Hebræorum fontibus.

In prima parte S. martyr inquirit quosnam et quales religionis suæ magistros habuerint ethnici et Christiani, quibusque exstiterint temporibus. Probat (n. 2) *veritatem neque ex poetis, quorum adhuc absurdiores recenset opiniones* (n. 3, 4), *disci posse. Plato et Aristoteles* (n 5, 6) *non solum inter se, verum etiam secum ipsi pugnant* (n. 7). *Longe dissimiles prophetæ* (n. 8) *qui veritatem dono divinitus accepto cognoverunt. Horum primus Moyses, cujus antiquitas pluribus testimoniis probatur, ac cæteri deinceps cœleste illud donum acceperunt* (n. 9, 10). *Quod si ad oracula confugiant Græci* (n. 11), *relictis philosophis; ea fuvent Christianis. Huc accedit* (n. 12) *quod recentes admodum Græcorum magistri Nihil accurate scriptum ante Olympiades. Nondum inventæ erant litteræ Græcorum, cum Moyses scripsit. Quod si* (n. 13) *Moysis, et aliorum prophetarum libri Græce exstant, id ortum ex Ptolemæo rege Ægypti, cujus rogatu in Græcum sermonem conversi fuere.*

In altera parte (n. 14) *ethnicos hortatur ut judicii futuri metu ad usus suos adjungant, si quid veri eorum magistri dixerint. Divina enim providentia factum, ut multa cum Christianis facientia* 6 *vel inviti dicerent, ii præsertim, qui in Ægypto versati sunt, et ibi asservatas Mosis doctrinæ reliquias collegerunt. In hunc usum citantur* (n. 15) *Orphei de uno Deo ejusque Verbo testimonia: Sibyllæ etiam, Homeri et Sophoclis de uno et singulari Deo* (n. 16, 17, 18). *Pythagoras quoque unum admittit Deum* (n. 19). *Platonis varia sententia* (n. 20). *Deos admittit ob metum Atheniensium, sed videtur in Ægypto cognovisse illud Dei dictum: « Ego sum exsistens ille. » Quibus ex verbis patet* (n. 21) *nullum Deo esse nomen, ac error refellitur a serpente insinuatus primis hominibus. Non absimile illud Platonis* (n. 22): *« Quod semper est, minime vero genitum. » De diis autem contraria statuentem inducit* (n. 23) *Deum opificem. Unde immerito vituperat Homerum* (n. 24), *qui et ipse in Ægypto cognovit de singulari Deo. In metum Atheniensium rejicitur* (n. 25) *hæc varietas sententiæ Platonis. Multa alia ex Mose mutuatus Plato, de prophetis Deo afflatis* (n. 26), *de judicio et resurrectione* (n. 27). *Sic etiam Homerus* (n. 28), *cujus testimonia referuntur de anima in inferis cum corpore cruciata, de creatione, de paradiso, de turre, de diabolo e cœlis præcipitato. Ideæ Platonis* (n. 29, 30) *ex Mose minus belle intellecto ortum habuere. His adde* (n. 31) *currum Jovis et igneam essentiam, in qua Deum esse dicit. Videtur etiam* (n. 32) *aliquid cognovisse de dono cœlitus descendente in sanctos homines. Ex Mose desumptum quod ait* (n. 33) *tempus cum mundo creatum. Ipsi etiam auctores simulacrorum videntur aliquid audiisse de divina historia* (n. 34), *illud nempe: « Faciamus hominem ad imaginem. etc. » Hortatur ergo Justinus* (n. 34) *ut ad sacros Christianorum libros ethnici confugiant, cum philosophi ipsi nihil se scire fateantur* (n. 25): *aut saltem Orpheum audiant, et ex parte veram religionem ex Sibylla discant* (n. 36 37), *et antiquos philosophos Mercurium et Acmonem consulant.*

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ
ΛΟΓΟΣ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΣ
ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

EJUSDEM JUSTINI
COHORTATIO AD GRÆCOS.

Ἀρχόμενος (37) τῆς πρὸς ὑμᾶς παραινέσεως, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εὔχομαι τῷ Θεῷ, ἐμοὶ μὲν ὑπάρξαι τὰ δέοντα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν· ὑμᾶς δὲ, τῆς προτέρας ἀφεμένους φιλονεικίας, καὶ τῆς τῶν προγόνων πλάνης ἀπαλλαγέντας, ἐλέσθαι τὰ λυσιτελοῦντα νυνί (38)· οὐδὲν οἰομένους περὶ τοὺς προγόνους ὑμῶν ἔσεσθαι πλημμελὲς παρ' ὑμῶν, εἰ τἀναντία νυνὶ τῶν πρότερον (39) μὴ καλῶς δοξάντων αὐτοῖς χρήσιμα φαίνοιτο (40) παρ' ὑμῖν. Ἡ γὰρ τῶν πραγμάτων ἀκριβὴς ἐξέτασις, καὶ τὰ δόξαντα πολλάκις καλῶς ἔχειν ἀλλοιότερα δείκνυσιν, ἀκριβεστέρᾳ πείρᾳ τἀληθὲς βασανίσασα. Ἐπεὶ τοίνυν ἡμῖν ὁ περὶ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πρόκειται λόγος, (ἧς οὐδὲν (41), οἶμαι, προτιμότερον τοῖς ἀκινδύνως βιοῦν προῃρημένοις εἶναι νενόμισται, διὰ τὴν μέλλουσαν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ βίου ἔσεσθαι κρίσιν· ἣν οὐ μόνον οἱ ἡμέτεροι κατὰ Θεὸν κηρύττουσι (42) πρόγονοι, προφῆταί τε καὶ νομοθέται, ἀλλὰ καὶ οἱ παρ' ὑμῖν νομισθέντες εἶναι σοφοὶ, οὐ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλόσοφοι (43) οἱ τὴν ἀληθῆ καὶ θείαν ἐπαγγελλόμενοι παρ' ὑμῖν εἰδέναι γνῶσιν·) ἔδοξέ μοι καλῶς ἔχειν, πρῶτον μὲν τοὺς τῆς θεοσεβείας (44) ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν ἐξετάσαι διδασκάλους, οἵ τινες καὶ ὅσοι, καὶ καθ' οὓς γεγόνασι χρόνους· ἵν' οἱ μὲν πρότερον τὴν ψευδώνυμον θεοσέβειαν παρὰ τῶν προγόνων παρειληφότες, νῦν γοῦν αἰσθόμενοι, τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀπαλλαγῶσι πλάνης· ἡμεῖς δὲ, σαφῶς καὶ φανερῶς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποδείξωμεν τῇ τῶν κατὰ Θεὸν προγόνων ἑπομένους θεοσεβείᾳ.

2. Τίνας τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, τῆς θεοσεβείας ὑμῶν διδασκάλους εἶναί φατε; Τοὺς ποιητάς;

A Cohortationem apud vos, Græci, instituens, Deum precor, ut mihi quidem apud vos, ut par est, dicere contingat; vos autem pristinam pertinaciam relinquentes, et a majorum discedentes errore, quæ utilia sunt in præsentia eligatis, nec quidquam a vobis in majores vestros peccatum iri existimetis, si quæ pugnant cum iis, quæ olim minus belle opinati sunt, nunc vobis utilia videantur. Accurata enim rerum investigatio, ea etiam quæ præclare se habere visa fuerant, sæpe alia esse demonstrat, postquam accuratiore trutina verum exploravit. Itaque cum propositum nobis sit de vera religione disserere (qua quidem nihil iis qui vivere extra periculum volunt, antiquius esse arbitror propter futurum post finem hujus vitæ judicium, quod quidem non nostri solum in Dei cultu progenitores B prædicant, prophetæ et legislatores, sed ii etiam qui apud vos sapientiæ opinionem habuere, tum poetæ, tum veram ac divinam apud vos scientiam assecutos se esse profitentes philosophi) præclarum factu judicavi, primo quidem de religionis nostræ simul atque vestræ magistris inquirere, 7 qui et quales, quibusque temporibus fuerint, ut et qui prius falso appellatam religionem a majoribus accepere, nunc re cognita, inveterato illo liberentur errore; sed et nosmetipsos clare et aperte demonstremus eorum religionem sequi, quos in Dei cultu progenitores habuimus.

2. Quosnam igitur, o Græci, religionis vestræ C magistros dicitis? Poetas? At id vobis dicere non

(37) *Ἀρχόμενος*. Perionius et Sylburgius observant Justinum imitari exordium orationis Demosthenis pro Ctesiphonte.

(38) *Νυνί*. Colbert. νῦν. Mox idem cum Reg. 2, παρ' ὑμῶν πλημμελές.

(39) *Τῶν πρότερον*. Colb. τῶν προτέρων.

(40) *Φαίνοιτο*. Reg. 3 et Clarom. φάνοιτο, Colb. 2, φάνοιντο. Mox Reg. 1 et 2, et Colb. τὰ δόξαντα πολλάκις καλῶς ἔχειν.

(41) *Ἧς οὐδέν*. Reg. 3 et Clarom. οἷς οὐδέν. Legit Perionius νενομίσθαι.

(42) *Κηρύττουσι*. Quidam R. Stephani codex cum Reg. 1, et Colbertino προκηρύττουσι.

(43) *Φιλόσοφοι*. Colbert. οἱ φιλόσοφοι. — Καὶ οἱ φιλόσοφοι οἱ τὴν ἀληθῆ καὶ θείαν εἰδέναι παρ' ὑμῖν ἐπαγγελλόμενοι γνῶσιν, κ. τ. λ., legit D. Otto ex codd. Reg. 1 et 2 et Argentorat. Ed. Patr.

(44) *Τῆς θευσεβείας*. Deest articulus in Colbert. Legitur supra lineam θεολογίας in Reg. 3 et Clarom.

Digitized by Google

proderit apud eos qui in poetis versati sunt. Norunt enim illorum perridiculam de deorum origine sententiam, quemadmodum ex celeberrimo apud vos et principe poetarum Homero discere possumus. Primo enim ille generationem deorum ex aqua initium habuisse dicit. Ita enim scribit:

Oceanum deorum originem et matrem Tethyn.

Deinde vero et quid de primo apud eos opinato dicat Deo, quem etiam sæpe patrem appellat hominumque deumque, necessarium est subjicere: inquit enim:

Jupiter qui hominum dispensator belli est.

Hunc sane non tantum copiis militaribus auctorem belli, sed Trojanis etiam, per filiam ejus, perjurii causam fuisse dicit (45); eumdemque amantem et lamentantem et insidiis ab aliis diis appetitum Homerus inducit, et nunc de filio suo dicentem:

Hei mihi, quod mihi Sarpedonem charissimum vi-
[rorum
Fatale est a Patroclo Menœtiade interfici,

nunc autem de Hectore:

Proh malum, certe dilectum virum fugatum circa
[murum
Oculis video: meum autem angitur cor.

Quæ vero de aliorum deorum adversus Jovem insidiis memoret, intelligunt qui versus hosce legunt:

Quo tempore eum colligare cælites voluerunt cæteri,
Junoque, et Neptunus, et Pallas Minerva.

Ac nisi quem Briarea vocant dii, extimuissent beata illa numina, vinctus ab eis fuisset Jupiter. Enimvero quæ etiam de impotentibus Jovis amoribus Homerus canat, necesse est vobis, totidem illius verbis referendis, exponere. Sic enim illum ait cum Junone loqui:

Non enim unquam mihi sic deæ amor, neque mu-
[lieris
Animum pectoribus circumfusus domuit:
Neque quando captus fui amore Ixioniæ uxoris,
Neque quando Danaes formosæ Acrisii filiæ,
Neque quando captus fui amore Phœnicis filiæ in-
[clyti,
Neque quando Semeles, neque Alcmenes in Thebis,
Neque quando Cereris pulchricomæ reginæ,
Nec quando Latonæ valde illustris, neque tui ipsius.

§ Quæ porro de aliis ibidem diis ex Homeri poemate cognoscere liceat, et quot et quanta ab hominibus pertulerint, consentaneum est nunc com-

A ἀλλ' οὐ συνοίσει ὑμῖν πρὸς ἄνδρας τὰ τῶν ποιητῶν εἰδότας λέγειν· ἴσασι γὰρ τὴν ὑπ' αὐτῶν γελοιοτάτην περὶ θεῶν θεογονίαν (46) λεγομένην, ὡς ἔστιν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ (47) κορυφαιοτάτου παρ' ὑμῖν καὶ πρώτου τῶν ποιητῶν Ὁμήρου μανθάνειν. Οὗτος γὰρ πρῶτον μὲν τὴν τῶν θεῶν γένεσιν ἐξ ὕδατος τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι φησίν· οὕτω γὰρ γέγραφεν,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Ἔπειτα δὲ καὶ ἃ περὶ τοῦ πρώτου παρ' αὐτοῖς νομιζομένου θεοῦ λέγει, ὃν καὶ πατέρα ὀνομάζει πολλάκις ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι· ἔφη γάρ,

Ζεὺς ὅστ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται[1].

Αὐτὸν τοίνυν οὐ πολέμου ταμίαν μόνον τῷ στρατεύματι, ἀλλὰ καὶ ἐπιορκίας (48) Τρωσὶ διὰ τῆς αὐ-
B τοῦ θυγατρὸς αἴτιον γεγενῆσθαί φησι· καὶ τοῦτον ἐρῶντα, καὶ σχετλιάζοντα, καὶ ὀλοφυρόμενον, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων θεῶν ἐπιβουλευόμενον Ὅμηρος εἰσάγει, καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ παιδὸς λέγοντα,

Ὤ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι[2]·

ποτὲ δὲ ὑπὲρ τοῦ Ἕκτορος·

Ὤ πόποι, ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ τεῖχος
Ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ[3].

Τίνα δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων θεῶν κατὰ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιβουλῆς λέγει, ἴσασιν οἱ ἐντυγχάνοντες τοῖς ἔπεσι τούτοις·

Ὀππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
C *Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη*[4].

Καὶ εἰ μὴ τὸν, ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ὑπέδεισαν οἱ μάκαρες θεοί, ἐδέδετο ἂν ὑπ' αὐτῶν ὁ Ζεύς. Ὅσα δὲ καὶ περὶ τῆς ἐρωτικῆς τοῦ Διὸς ἀκολασίας Ὅμηρος λέγει, ἀναγκαῖον δι' αὐτῶν (49) ὑμᾶς ὑπομνῆσαι ὧν εἴρηκε ῥητῶν. Ἔφη γὰρ αὐτὸν οὕτω (50) πρὸς τὴν Ἥραν λέγειν·

Οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικὸς
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν·
Οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,
Οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης,
Οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο (51),
Οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, οὐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ,
Οὐδ' ὅτε Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης,
Οὐδ' ὁπότε Λητοῦς ἐρικυδέος, οὐδέ σευ αὐτῆς[5].

D Τίνα δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων θεῶν ἐκ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἔξεστι μανθάνειν, καὶ ὅσα ὑπὸ ἀνθρώπων πεπόνθασιν, ἀκόλουθόν ἐστιν ὑπομνῆσαι νυνί. Ἄρεα

[1] Iliad. Ξ, v. 311. [2] Iliad. T. v. 224. [3] Iliad. Π. v. 433. [4] Iliad. X. v. 168. [5] Iliad. A, v. 399. [6] Iliad. Ξ, v. 325.

(45) Observat Perionius Jovem perjurii causam exstitisse Trojanis, quia, cum Menelaum Paris ad certamen singulare provocasset, ac Trojanos inter et Græcos jurejurando interposito convenisset, ut uter vinceret, is Helenam haberet, Venus, quam pater reprimere debuisset, victum Paridem eripuit et Helenam simul abduxit, ut in libro tertio Iliadis narratur.

(46) *Θεογονίαν*. Θεολογίαν in quodam codice R. St.

(47) *Ἀπὸ τοῦ*. Sic emendavimus ope Colbertini codicis. Male in editis ἀπὸ τῶν τοῦ.

(48) *Ἐπιορκίας*. Legitur πολιορκίας in Colbert. ad marg. et alia manu.

(49) *Δι' αὐτῶν*. Sic habet Reg. 3: Ἀναγκαῖον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, δι' ὧν εἴρηκε ῥητῶν.

(50) *Οὕτω*. Clarom. οὕτως.

(51) *Τηλεκλειτοῖο*. Reg. 3, et Clarom. τηλεκλητοῖο.

Digitized by Google

μὲν γὰρ καὶ Ἀφροδίτην ὑπὸ Διομήδους τετρῶσθαι λέγει, πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων θεῶν διηγεῖται πάθη. Οὕτω γὰρ ἔστιν ἡμῖν ἀπὸ τῆς παραμυθουμένης τὴν θυγατέρα Διώνης μανθάνειν· ἔφη γὰρ πρὸς αὐτήν[7]·

Τέτλαθι, τέκνον ἐμόν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ.
Πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Ἐξ ἀνδρῶν, χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες.
Τλῆ μὲν Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος κρατερὸς τ' Ἐφιάλ-
[σης,
Παῖδες Ἀλωῆος δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ,
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας·
Τλῆ δ' Ἥρη, ὅτε μιν κρατερὸς παῖς Ἀμφιτρύω-
[νος
Δεξιτερὸν κατὰ μαζὸν ὀϊστῷ τριγλώχινι
Βεβλήκει· τότε κέν μιν (52) ἀνήκεστον λάβεν
[ἄλγος.
Τλῆ δ' Ἀΐδης ἐν τοῖσι πελώριος ὠκὺν ὀϊστὸν,
Εὖτέ μιν ὠὺτὸς ἀνὴρ υἱὸς Διὸς αἰγιόχοιο
Ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι βαλὼν ὀδύνῃσιν ἔδωκεν·

Αὐτὰρ ἔβη πρὸς δῶμα Διὸς, καὶ μακρὸν Ὄλυμπον,
Κῆρ ἀχέων, ὀδύνῃσι πεπαρμένος· αὐτὰρ ὀϊστὸς
Ὤμῳ ἐνὶ στιβαρῷ ἠλήλατο, κῆδε δὲ θυμόν.

Εἰ δὲ καὶ τῆς τῶν λοιπῶν θεῶν ἐξ ἐναντίας μάχης ὑπομνησθῆναι ὑμᾶς προσήκει, αὐτὸς ὑμᾶς ὁ ὑμέτερος ποιητὴς ὑπομνήσει λέγων[8],

Τόσσος ἄρα κτύπος ὦρτο θεῶν ἐριδι ξυνιόντων·

Ἥτοι μὲν γὰρ ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος
Ἵστατ' Ἀπόλλων Φοῖβος, ἔχων ἰὰ πτερόεντα·
Ἄντα δ' Ἐνυαλίοιο θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἥρῃ δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος κελαδεινὴ
Ἄρτεμις ἰοχέαιρα, κασιγνήτη Ἑκάτοιο·

Λητοῖ δ' ἀντέστη σῶκος ἐριούνιος Ἑρμῆς.

Ταῦτα καὶ τοιαῦτα περὶ θεῶν ἐδίδαξεν ὑμᾶς (53) Ὅμηρος, καὶ οὐχ Ὅμηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἡσίοδος. Ὥστε εἰ μὲν πιστεύετε τοῖς κορυφαιοτάτοις ὑμῶν ποιηταῖς, τοῖς γενεαλογήσασι (54) τοὺς θεοὺς ὑμῶν, ἀνάγκη ὑμᾶς ἢ τοιούτους αὐτοὺς εἶναι νομίζειν, ἢ μηδ' ὅλως θεοὺς αὐτοὺς (55) εἶναι πιστεύειν.

3. Εἰ δὲ τοὺς ποιητὰς παραιτεῖσθε λέγειν, ἐπειδὴ μύθους τε αὐτοῖς πλάττειν ἐξεῖναί φατε, καὶ πολλὰ πόρρω τῆς ἀληθείας περὶ θεῶν μυθωδῶς διεξιέναι, τίνας ἑτέρους τῆς θεοσεβείας ὑμῶν διδασκάλους ἔχειν οἴεσθε, ἢ πῶς ταύτην αὐτοὺς μεμαθηκέναι φατέ; ἀδύνατον γὰρ τοὺς μὴ πρότερον παρὰ τῶν εἰδότων μεμαθηκότας τὰ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα πράγματα γινώσκειν. Τοὺς σοφοὺς πάντως δήπου καὶ φιλοσόφους (56) λέξετε· ἐπὶ τούτους γὰρ, ὥσπερ ἐπὶ τεῖχος ὀχυρὸν, καταφεύγειν εἰώθατε, ἐπειδάν τις ὑμῖν

memorare. Nam Martem et Venerem a Diomede vulnera accepisse ait, et præterea multorum aliorum deorum ærumnas recenset. Sic enim licet nobis ex Dione filiam consolante discere. Ait enim ad illam :

Perfer filia mea, et tolera, angaris licet.
Multi enim jam pertulimus cœlestes domos habitantes
Ab hominibus, gravibus malis invicem illatis.
Passus est quidem Mars, quando ipsum Otus fortis-
[que Ephialtes
Filii Aloei ligaverunt validis vinculis.
Æreo autem in carcere ligatus fuit tredecim menses:
Passa est et Juno quando eam fortis filius Amphi-
[tryonis
Dextram ad papillam sagitta tricuspide
Vulneravit; tunc ipsam immedicabilis cepit dolor.

Passus est et Pluto inter hos ingens velocem sagittam.
Quando ipsum idem vir filius Jovis ægiochi,
Ad portam inferorum inter mortuos asseculus dolo-
[ribus tradidit:
Sed is ivit ad domum Jovis magnumque Olympum
Corde dolens, doloribus cruciatus; nam sagitta
Humerum per fortem adacta erat, et angebat ani-
[mum.

Si vero cæterorum quoque deorum commissam inter ipsos pugnam referre vobis oporteat, ipse vos poeta vester edocebit, dum ait:

Tantus adeo sonitus ortus est deorum contentione
[congredientium.
Etenim contra Neptunum regem
Stabat Apollo Phœbus, habens sagittas pennatas:
Contra Martem dea cæsia Minerva:
Contra Junonem stabat, aurea tela gerens, sonora,
Diana sagittis gaudens, soror procul jaculantis Apol-
[linis:
Contra Latonam stabat servator perutilis Mercurius.

Hæc vos de diis et alia ejusmodi docuit Homerus, nec Homerus solum, sed etiam Hesiodus. Quapropter si creditis poetarum vestrorum præstantissimis, qui genealogias deorum vestrorum scripsere, necesse est ut eos vel tales existimetis esse, vel ne deos quidem omnino esse credatis.

3. Sin autem poetas refugitis allegare, propterea quod licere illis fingere dicitis, et multa a vero remota de diis fabulose disserere; quos tandem alios religionis vestræ magistros habere vobis videmini, et quomodo eam illos dicitis accepisse? Fieri enim non potest ut tam magna et divina cognoscant, nisi qui prius a scientibus didicerint. 9 Sapientes profecto et philosophos dicetis. Ad hos enim tanquam ad murum communitum confugere soletis, si quis vobis poetarum de diis objiciat opiniones.

[7] Iliad. E, v. 383. [8] Iliad. Υ, v. 66.

(52) *Τότε κέν μιν.* Colbert. et Reg. 3 : τότε κέν περ.

(53) *Ὑμᾶς.* Colbert. ἡμᾶς.

(54) *Γενεαλογήσασι.* Editi præmittunt καί, sed hæc particula melius videtur deesse in Colbert. et Reg. 2.

(55) *Ἢ μηδ' ὅλως θεοὺς αὐτούς.* Colbert. et Reg. 2 habent ἢ μήθ' ὅλως τοὺς θεοὺς αὐτούς. Is est Justini sensus : Necesse est, ut deos vitiosos a vobis coli fateamini; vel, si fabulas ad physiologiam revocatis, ne deos quidem illos esse dicatis. Sic Tertullianus II *ad Nat.*, cap. 12, demonstrat Saturnum ne hominem quidem esse, si tempus dicatur. Vide Athenag. *Apol.*, n. 22.

(56) *Καὶ φιλοσόφους.* Robertus St. ad calcem habet καὶ διδασκάλους φιλοσόφους. Sic etiam ad marg. Reg. 3, et Clarom. nisi quod habent τοὺς φιλοσόφους. Paulo post Colb. ἑκάστου γνώμην. Quod autem ait Justinus philosophorum sententiam magis ridiculam esse quam poetarum, id confirmari potest auctoritate Plutarchi, qui idem statuit de Stoicis, lib. *De repug. Stoic.*

Digitized by Google

Quamobrem cum a veteribus et primis ordiri conveniat, inde incipiam et cujusque opinionem, multo sane poetarum theologia magis ridiculam, exponam. Thales quidem Milesius, qui naturalis philosophiæ pertractandæ princeps exstitit, rerum omnium principium aquam esse pronuntiavit; ex aqua enim ait omnia fieri et in aquam omnia resolvi. Post hunc Anaximander ex eadem Mileto infinitum principium omnium constituit. Ex eo enim fieri omnia et in illud redire omnia. Tertius Anaximenes, Milesius et ipse, aerem omnium principium esse decernit. Ex eo enim omnia fieri et in illud resolvi. Heraclitus et Hippasus Metapontinus principium omnium ignem esse pronuntiant. Ex igne enim nasci omnia et in ignem omnia desinere. Anaxagoras Clazomenius similitudines partium; Archelaus Atheniensis, Apollodori filius, aerem infinitum, illiusque densitatem et raritatem omnium principium esse dicit. Hi omnes a Thalete orti eam philosophiam persecuti sunt, quam ipsi naturalem vocant.

A τὰς τῶν ποιητῶν περὶ θεῶν ἀπαγγέλλῃ δόξας. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀπὸ τῶν παλαιῶν καὶ πρώτων ἄρξασθαι προσήκει, ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, τὴν ἑκάστου δόξαν ἐκθήσομαι, πολλῷ γελοιοτέραν τῆς τῶν ποιητῶν θεολογίας οὖσαν. Θαλῆς μὲν (57) γὰρ ὁ Μιλήσιος, ὁ πρῶτος τῆς φυσικῆς φιλοσοφίας ἄρξας, ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων ἁπάντων τὸ ὕδωρ ἀπεφήνατο· ἐξ ὕδατος γάρ φησι τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ τὰ πάντα ἀναλύεσθαι (58). Ἀναξίμανδρος δὲ μετὰ τοῦτον, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὁρμώμενος Μιλήτου, τὸ ἄπειρον ἀρχὴν ἁπάντων ἔφησεν εἶναι· ἐκ τούτου γὰρ δὴ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτο τὰ πάντα φθείρεσθαι. Τρίτος Ἀναξιμένης, καὶ οὗτος ἐκ τῆς Μιλήτου ὑπάρχων, ἀέρα τοῦ παντὸς ἀρχὴν εἶναι λέγει· ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτον πάντα (59) ἀναλύεσθαί φησιν. Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος (60) ὁ Μεταπόντιος ἀρχὴν τῶν πάντων τὸ πῦρ εἶναι· ἐκ τοῦ πυρὸς γὰρ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ πῦρ τὰ πάντα τελευτᾶν, λέγουσι. Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος ἀρχὰς τῶν πάντων τὰς ὁμοιομερείας (61) εἶναι ἔφη. Ἀρχέλαος ὁ Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος, ἀέρα ἄπειρον, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν πυκνότητα καὶ μάνωσιν (62), ἀρχὴν ἁπάντων εἶναι λέγει. Οὗτοι πάντες, ἀπὸ Θαλοῦ τὰς διαδοχὰς ἐσχηκότες, τὴν φυσικὴν ὑπ' αὐτῶν καλουμένην μετῆλθον φιλοσοφίαν.

B

4. Rursus autem ab alio capite et fonte Pythagoras Samius, Mnesarchi filius, principia numeros vocat, eorumque proportiones et concentus, et composita ex utrisque elementa, tum etiam Monadem et infinitam Dyadem. Epicurus Atheniensis,

4. Εἶθ' ἑξῆς ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς Πυθαγόρας Μνησάρχου Σάμιος, ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς, καὶ τὰς συμμετρίας καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ἁρμονίας καλεῖ, τά τ' ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετα στοιχεῖα· ἔτι μέντοι μονάδα καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα (63). Ἐπίκουρος Νεοκλέους,

C

(57) *Θαλῆς μέν.* Quæ de principiis philosophorum disserit Justinus, ea ad verbum desumit ex libro primo Plutarchi *De placitis philosophorum*, ubi paulo fusius exponuntur.

(58) *Ἀναλύεσθαι.* Reg. 3, et Clarom. διαλύεσθαι. Sic etiam R. St. ad calcem.

(59) *Πάντα.* Colb. τὰ πάντα.

(60) *Καὶ Ἵππασος.* Male in codicibus Justini tum editis, tum manu exaratis legitur, Ἡράκλειτος, ὁ Μεταπόντιος, ἀρχὴν τῶν πάντων τὸ πῦρ εἶναι λέγει. Auctore Plutarcho manifestum in his vocibus errorem sustuli, et pro λέγει, quod in medio periodi legebatur, in fine apposui λέγουσι, ut legitur apud Plutarchum et apud Eusebium, qui hunc Plutarchi locum transtulit in *Præp. Evang.*, lib. XIV, c. 14. Mox legitur in Reg. 3 et Clarom.: Καὶ εἰς τοῦτο τὰ πάντα ἀναλύεσθαί φησιν. Sic etiam ad calcem. R. Stephani. — *Ἡράκλειτος... τελευτᾶν.* Maranus, refragantibus prorsus omnibus codd. mss., ex Plutarcho in textum recepit: Ἡράκλ. καὶ Ἵππασος ὁ Μεταπ... εἶναι· ἐκ... τελευτᾶν λέγουσι. Nonne Justinus ipse errorem committere potuit? Otto.

D

(61) *Ὁμοιομερείας.* Idcirco has ὁμοιομερείας, sive partium similitudines, Anaxagoras principia omnium esse ducebat, quia statuebat in iis, ex quibus alia gignuntur, inesse partes quasdam, quæ sub aspectum non caderent, sed sola ratione considerari possent, atque iis similes essent, quæ ex illis gignuntur. Plutarchus, seu quicunque alius auctor exstitit librorum *De placitis philosophorum*, observat Anaxagoram, præter illas ὁμοιομερείας, causam efficientem admittere. Sed mihi videtur Justinus non magnum discrimen inter Anaxagoram et superiores philosophos ponere. Etsi enim mentem admittebat effectricem omnium; tamen, ut ait Plato, lib. *De anima*, hac mente minime utebatur, quod ex æthere, aere, aquis et aliis ejusmodi causas omnium repetebat. Unde etiam Clemens Alexandrinus testatur eum, etsi mentem rebus primus adjunxit, non tamen servasse dignitatem effectricem, sed ipsi menti inertiam attribuisse. Ἀλλ' οὐδ' οὗτος ἐτήρησε τὴν ἀξίαν τὴν ποιητικήν, δίνους τινὰς ἀνοήτους ἀναζωγραφῶν σὺν τῇ τοῦ νοῦ ἀπραξίᾳ τε καὶ ἀνοίᾳ. *Strom.*, II, p. 364.

(62) *Πυκνότητα καὶ μάνωσιν.* Densitatem aeris terram intelligebat, ut adjicit Plutarchus, ignem vero raritatem. Sicque idem fere de aere, ac Heraclitus et Hippasus de igne, dicebat. Hi enim, ut ibidem testatur Plutarchus, crassissimas ignis partes, dum in sese coeunt, terram fieri dicebant; deinde vi ignis laxata terra aquam effici.

(63) *Τὴν ἀόριστον δυάδα.* Binarius numerus indefinitus secundum Pythagoreos, quia id quod imperfectum est et confusum designat, et idcirco opponitur unitati, id quod omnibus numeris absolutum est, ac eodem semper modo se habet, designanti. Hinc Philo pag. 305, unitatem ait *aliquid esse ab omni permistione purum; binarium vero mistum esse ac minime simplex, quippe cum compositionem et divisionem accipiat. Eumdem binarium*, inquit Plutarchus, libr. *De Is. et Osir.*, *contentionem et audaciam*, ἔριν καὶ τόλμαν vocaverunt. Idem Plutarchus in eo loco, quem S. Justinus integrum non descripsit, sic loquitur: Πάλιν δὲ τὴν μονάδα καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς. Σπεύδει δὲ αὐτῷ τῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον καὶ εἰδικὸν (ὅπερ ἐστὶ νοῦς ὁ Θεός·) ἡ δὲ ἐπὶ τὸ παθητικόν τε καὶ ὑλικὸν (ὅπερ ἐστὶν ὁ ὁρατὸς κόσμος·) *Rursus unitatem et indefinitum binarium in principiis. Ex his autem principiis alterum refert ad efficientem causam et exemplarem, quæ est mens Deus; alterum vero ad patibilem et materialem, quæ est visibilis mundus.* Et in eodem libro *De placit. philosoph.*, cap. 7: Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα, Θεὸν... τὴν δ' ἀόριστον δυάδα καὶ δαίμονα καὶ

Digitized by Google

Ἀθηναῖος, ἀρχὰς τῶν ὄντων σώματα λόγῳ θεωρητὰ εἶναι λέγει, ἀμέτοχα κενοῦ, ἀγέννητα, ἄφθαρτα, οὔτε θραυσθῆναι δυνάμενα, οὔτε διάπλασιν (64) ἐκ τῶν μερῶν λαβεῖν, οὔτε ἀλλοιωθῆναι· διὰ τοῦτο καὶ λόγῳ θεωρητά. Ἐμπεδοκλῆς Μέτωνος, ὁ Ἀκραγαντῖνος, τέτταρα στοιχεῖα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις, φιλίαν τε καὶ νεῖκος· ὧν ἡ μὲν ἔστιν ἑνωτική, τὸ δὲ διαιρετικόν. Ὁρᾶτε τοίνυν τὴν ἀταξίαν τῶν παρ' ὑμῖν νομισθέντων γεγενῆσθαι σοφῶν, οὓς διδασκάλους ὑμῶν τῆς θεοσεβείας γεγενῆσθαί φατε, τῶν μὲν, ὕδωρ ἀποφηναμένων ἀρχὴν ἁπάντων εἶναι· τῶν δὲ ἀέρα (65)· τῶν δὲ πῦρ· τῶν δὲ ἄλλο τι τῶν προειρημένων· καὶ πάντων τούτων πιθανοῖς τισι λόγοις πρὸς κατασκευὴν τῶν μὴ καλῶς δοξάντων αὐτοῖς χρωμένων, καὶ τὸ ἴδιον δόγμα προτιμότερον ἐπιχειρούντων δεικνύναι. Ταῦθ' ὑπ' αὐτῶν εἴρηται. Πῶς οὖν ἀσφαλὲς, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, τοῖς σώζεσθαι βουλομένοις (66), παρὰ τούτων οἴεσθαι δύνασθαι τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν μανθάνειν, τῶν μηδὲ αὐτοὺς (67) πεῖσαι δυνηθέντων τὸ μὴ πρὸς ἀλλήλους στασιάζειν, μηδ' ἐναντίοι τῆς ἀλλήλων φαίνεσθαι δόξης;

filius Neoclis, rerum principia esse statuit corpora, quæ ratione percipiuntur, vacui expertia et ingenita, quæque nec corrumpi nec frangi possunt, nec ex partibus conformari aut immutari, ac propterea ratione percipiuntur. Empedocles Agrigentinus, Metonis filius, quatuor elementa, ignem, aerem, aquam, terram, vimque duplicem imperantem, 10 amicitiam et discordiam, quarum altera copulandi, altera separandi facultate prædita. Videtis igitur perturbationem eorum, qui apud vos sapientes habiti sunt, quosque vobis magistros religionis fuisse dicitis; aliis aquam omnium principium esse pronuntiantibus, aliis aerem, aliis ignem, aliis aliud quidpiam eorum, quæ prædiximus; omnibus vendibili quadam oratione ad eorum, quæ non belle statuerunt, confirmationem utentibus, ac ut propria opinio præstantior videatur, enitentibus. Hæc ab illis dicta. Quomodo igitur his, qui salutem adipisci cupiunt, tutum sit existimare, o Græci, se veram religionem ab his posse perdiscere, qui ne sibi ipsis quidem persuadere potuerunt, ut ne inter se litigarent, et a suis invicem opinionibus dissidere viderentur?

5. Ἀλλ' ἴσως οἱ τῆς ἀρχαίας καὶ παλαιᾶς ἐκείνης ἀποστῆναι μὴ βουλόμενοι πλάνης, οὐ φασι παρὰ τῶν προειρημένων, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων καὶ τελειοτάτων ἐν ἀρετῇ νομισθέντων εἶναι παρ' αὐτοῖς φιλοσόφων, τὸν περὶ τῆς θεοσεβείας παρειληφέναι (68) λόγον, Πλάτωνός τε (69) καὶ Ἀριστοτέλους. Τούτους γὰρ τὴν τελείαν καὶ ἀληθῆ φασι μεμαθηκέναι θεοσέβειαν. Ἐγὼ δὲ πρῶτον μὲν ἡδέως ἂν πυθοίμην τῶν ταῦτα λεγόντων, παρὰ τίνων αὐτοὺς μεμαθηκόταις εἰδέναι φασίν· ἀδύνατον (70) γὰρ τοὺς τὰ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα μὴ παρά τινων εἰδότων μεμαθηκότας, ἢ αὐτοὺς εἰδέναι, ἢ ἑτέρους δύνασθαι διδάσκειν ὀρθῶς· δεύτερον δὲ οἶμαι δεῖν καὶ τὰς τούτων ἐξετάσαι δόξας. Εἰσόμεθα γὰρ εἰ μὴ (71) καὶ τούτων ἑκάτερος τἀναντία θατέρῳ (72) φανήσεται λέγων. Εἰ δὲ καὶ τούτους μὴ συμφωνοῦντας ἀλλήλοις εὑροιμεν, ῥᾴδιον οἶμαι καὶ τὴν τούτων ἄγνοιαν γινώσκειν σαφῶς. Πλάτων μὲν γὰρ, ὡς ἄνωθεν κατεληλυθὼς, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἅπαντα ἀκριβῶς μεμαθηκὼς (73) καὶ

5. Sed forte qui ab antiquo illo et inveterato discedere nolunt errore, non ab istis, quos recensuimus, doctrinam religionis sese accepisse dicunt, sed a celeberrimis apud eos et perfectissimæ virtutis opinionem adeptis philosophis, Platone et Aristotele. Hos enim perfectam et veram aiunt didicisse religionem. Equidem primo ex his, qui ita dicunt, libenter quæsierim, quibus illos magistris usos hæc cognovisse dicant. Fieri enim non potest ut qui tam magna et divina a peritis non didicerunt, et aut sciant ipsi, aut alios recte valeant edocere. Deinde vero eorum quoque opiniones expendi arbitror oportere. Videbimus enim an non horum etiam uterque cum altero pugnare videatur. Quod si ne hos quidem inter se consentire reperimus, non difficile, arbitror, erit eorum quoque ignorationem manifeste deprehendere. Plato igitur tanquam e supernis descendisset, et quæ in cœlo sunt accurate omnia didicisset et vidisset, sum-

τὸ κακὸν, περὶ ἣν ἐστι τὸ ὑλικὸν πλῆθος, ἔστι καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος. *Pythagoras ex principiis alterum vocat unitatem, Deum; alterum vero indefinitum binarium, et dæmonem et malum, ad quod refertur materialis multitudo et visibilis mundus.* Origenes, *in Cels.*, p. 205, præclarissimum vocat illud dogma, quo malum esse indefinitum statuitur, δόγμα κάλλιστον περὶ τοῦ ἀόριστον εἶναι τὴν κακίαν.

(64) *Διάπλασιν.* Plut. et Euseb. διαπλασμόν.

(65) *Τῶν δὲ ἀέρα.* Hæc desunt in codice Colb.

(66) *Τοῖς σώζεσθαι βουλομένοις.* Ita Reg. 1 et 2, et Colbert. Editi τοὺς σώζεσθαι βουλομένους.

(67) *Μηδὲ αὐτούς.* Sic tres iidem codices. Editi μηδ' ἑαυτούς.

(68) *Παρειληφέναι.* Colbert. εἰληφέναι.

(69) *Πλάτωνός τε.* Particula addita ex Reg. 1 et 4, et Colbert.

(70) *Ἀδύνατον.* Hæc didicerat Justinus ex illo sane, quem primum Christianæ religionis amplectendæ hortatorem habuit, ut perspicitur ex initio dialogi. Idem docet Athenagoras *Legat.*, n. 7. Sic etiam Lactantius, *Institut.*, l. III, c. 1, demonstrat philosophos vere loqui nullo modo potuisse, *quia veritatem non didicerant ab eo qui ejus potens esset*, scilicet a Deo. Vid. lib. VII, c. 7, et Cyrillum Alex., lib. I *Adv. Julianum*, pag. 16. Quærit Clemens Alex., *Strom*, VI, p. 696, itidem ut Justinus, quosnam magistros habuerint Græci, qui veritatis cognitionem sibi arrogant. Præclare Tertullianus, lib. *De anima*, cap. 1: *Cui enim*, inquit, *veritas comperta sine Deo? Cui Deus cognitus sine Christo? cui Christus exploratus sine Spiritu sancto? Cui Spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento?* Vide Origenem, l. IV *Adv. Celsum*, p. 207, et lib. VII, p. 359 et 361.

(71) *Εἰ μή.* Deest prima vocula in Colbert.

(72) *Θατέρῳ.* Legitur ea vox in marg. Reg. 2, nec necessaria est.

(73) *Μεμαθηκώς.* Deest illud verbum in Reg. 1 et 2, et Colbert.

Digitized by Google

mum Deum in ignea substantia esse dicit. Aristoteles autem in libro, quem scripsit ad Alexandrum Macedonem, brevem quamdam philosophiæ suæ rationem exponens, clare et aperte Platonis evertit sententiam, ac Deum in ignea substantia esse negat; sed quintum quoddam æthereum et immutabile effingens corpus, in eo ipsum versari pronuntiat. Sic quippe scribit: *Non ut quidam circa res divinas hallucinati Deum in ignea substantia esse dicunt.* Deinde quasi hoc in Platonem maledicto parum contentus esset; illum etiam ab eo ejectum civitate, ut mendacem et tertium veritatis imaginum (ita enim appellat Plato [9]) imitatorem Homerum, ad ea, **11** quæ de corpore æthereo dicit, demonstranda testem advocat. Scribit enim: *Ad hunc ergo modum et Homerus ait:*

Jupiter sortitus est latum cœlum in æthere et nubibus.

In quo quidem ex Homeri testimonio auctoritatem opinioni suæ arcessere conatur; sed non videt, si Homero, ut verum a se dici demonstret, teste utatur, futurum ut multæ ipsius opiniones non veræ esse videantur. Thales enim Milesius, qui primus apud eos philosophari cœpit, ansa ab eo accepta, primas ejus de principiis opiniones evertet. Nam cum Aristoteles Deum et materiam omnium principia esse dicat, antiquissimus omnium apud eos philosophorum Thales principium rerum aquam constituit; ex aqua enim omnia fieri dicit, et in aquam omnia resolvi. Duplici autem conjectura ducitur: prima, quod principium omnium animalium semen, humidum sit; altera, quod plantæ omnes humore alantur et fructus ferant, eodemque destitutæ

A ἑωρακὼς, τὸν ἀνωτάτω Θεὸν ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ (74) εἶναι λέγει· Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λόγῳ σύντομόν τινα τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας ἐκτιθέμενος ὅρον, σαφῶς καὶ φανερῶς τὴν Πλάτωνος ἀναιρεῖ δόξαν, οὐκ ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τὸν Θεὸν εἶναι λέγων· ἀλλὰ πέμπτον αἰθέριόν τι καὶ ἀμετάβλητον ἀναπλάττων σῶμα, ἐν τούτῳ αὐτὸν εἶναί φησι. Γέγραφε γοῦν οὕτως· *Οὐχ ὡς ἔνιοι τῶν περὶ τὸ Θεῖον πλημμελούντων, ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τὸν Θεὸν εἶναί φασιν.* Εἶτα, ὥσπερ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τῇ κατὰ Πλάτωνος βλασφημίᾳ, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ τῆς πολιτείας ἐκβληθέντα ὡς ψεύστην καὶ τρίτον τῶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἰδώλων, ὡς αὐτὸς ἔφη, μιμητὴν ὄντα Ὁμηρον (75), εἰς ἀπόδειξιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ περὶ τοῦ αἰθερίου σώματος λεγομένων

B καλεῖ μάρτυρα· γέγραφε γάρ· *Οὕτω γοῦν καὶ Ὁμηρος ἔφη·*

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι [10]·

βουλόμενος ἐκ τῆς Ὁμήρου μαρτυρίας ἀξιόπιστον τὴν ἑαυτοῦ δεικνύναι δόξαν· ἀγνοῶν ὅτι εἰ Ὁμήρῳ πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῆ ἑαυτὸν λέγειν μάρτυρι χρῷτο, πολλὰ τῶν αὐτῷ δοξάντων οὐκ ἀληθῆ φανήσεται ὄντα. Θαλῆς γὰρ ὁ Μιλήσιος ὁ πρῶτος παρ' αὐτοῖς τῆς φιλοσοφίας ἄρξας, τὴν πρόφασιν παρ' αὐτοῦ (76) λαβὼν, τὰς πρώτας αὐτοῦ περὶ ἀρχῶν ἀθετήσει δόξας. Αὐτοῦ γὰρ Ἀριστοτέλους Θεὸν καὶ ὕλην ἀρχὰς εἶναι τῶν πάντων εἰρηκότος, ὁ πρεσβύτατος τῶν κατ' αὐτοὺς ἁπάντων Θαλῆς ἀρχὴν τῶν ὄντων ὕδωρ εἶναι

C λέγει· ἐξ ὕδατος γάρ φησι τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ ἀναλύεσθαι τὰ πάντα. Στοχάζεται δὲ πρῶτον μὲν, ἀπὸ τοῦ, πάντων τῶν ζώων τὴν γονὴν, ἀρχὴν οὖσαν, ὑγρὰν εἶναι· δεύτερον δὲ, ὅτι πάντα τὰ φυτὰ ὑγρῷ τρέφεται καὶ καρποφορεῖ, ἀμοιροῦντα δὲ τοῦ

[9] Lib. III et X, *De rep.* [10] Iliad. O, v. 192.

(74) *Ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ.* Idem infra pronuntiat Justinus, n. 31, sed Platonis sententiam non videtur hac in re satis perspectam habuisse. Testem citat hujus rei Aristotelem, cujus tamen verba non Platonem petere videntur, sed tum Democritum, qui, ut est apud Plutarchum, I *De placit. philosophor.*, Deum in igne collocabat, tum etiam Stoicos, qui Deum dicebant ignem esse artificiosum. Sic etiam in quodam Apollinis oraculo apud Lactantium, lib. I, c. 7, Deus dicitur in igne habitare, ἐν πυρὶ ναίων. At eadem sententia cum omnibus pugnat Platonis principiis. Ignem enim in rebus corporeis et visibilibus numerat; docet in Timæo corpora mortalia ex igne, aere, aqua et terra constare, et animam, quæ minus bene vixerit, tandiu in varia corpora migrare, dum ex omni igne, aere, aqua et terra expurgata sit. Astra vocat deos igneos, ut quæ ex solo igne constent; at ea longe infra summum Deum amandat, quem ἐπέκεινα *οὐσίας, substantia omni longe superiorem esse* docet, libr. VI *De rep.* et in mundo intelligibili regnare, libr. VII. Parum ergo verisimile est Deum a Platone in ignea essentia collocatum fuisse. Vide n. 51.

(75) Perionii apposita in editione Oxoniensi adnotatio, in qua vir eruditus monet Homerum a Platone ejici e civitate, lib. III *De rep.* Sed quod Justinus eum ab Homero vocari dicit τρίτον τῶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἰδώλων μιμητήν, *tertium veritatis imaginum imitatorem*, id obscurum et ex decimo libro Platonis *De republica* corruptum Perionius existimat, quia Homerum Plato non tertium imaginum imitatorem, sed tertium opificem, utpote imitatorem dicit. Sic enim Plato: Ὦ φίλε Ὅμηρε, εἰ περ μὴ τρίτος ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἶ ἀρετῆς περὶ εἰδώλου δημιουργὸς, ὃν δὴ μιμητὴν ὡρισάμεθα, ἀλλὰ καὶ δεύτερος. *Mi Homere, si non tertius post veritatem es virtutis in simulacro opifex, quem imitatorem esse definivimus, sed etiam secundus.* Sed si Platonis verba non accuratissime refert Justinus, quod quidem minime mirum est, cum illa memoriter citasse videatur; at profecto a Platonis sententia non aberrat. Nam tres operum curatores recenset Plato, Deum qui ideæ, sive exemplaris, est auctor; fabrum qui hanc ideam, hoc exemplar intuens operatur; pictorem, sive imitatorem, qui fabricata ab alio opera pingit. Ex hoc tertio genere poetas esse contendit. Qua re illos non immerito censetur tertios imitatores appellasse; siquidem et ipse faber, sive secundus opifex, imitator est exemplaris in quo contemplando opus suum absolvit.

(76) *Παρ' αὐτοῦ.* Supra has voces in cod. Colbert. legitur Ὁμήρου, et mox supra istas *πρώτας* αὐτοῦ legitur Ἀριστοτ. Sed cum obscura sit lectura oratio, si primum illud αὐτοῦ ad Homerum, alterum referamus ad Aristotelem, satis satius videtur utrumque ad Aristotelem referre.

Digitized by Google

ὑγροῦ; ξηραίνεται. Εἶθ' ὥσπερ μὴ ἀρκούμενος οἷς στηρίζεται, καὶ τὸν Ὅμηρον ὡς ἀξιόπιστον μαρτύρεται, οὕτως λέγοντα·

Ὠκεανὸς, ὅσπερ (77) *γένεσις πάντεσσι τέτυκται*[11].

Πῶς οὖν οὐκ εἰκότως (78) πρὸς αὐτὸν ὁ Θαλῆς φήσει; Δι' ἣν αἰτίαν, ὦ Ἀριστοτέλες, τὰς μὲν Πλάτωνος ἀναιρεῖν ἐθέλων δόξας, ὡς ἀληθεύοντι προσέχεις ὑμῖν· ἡμῶν δὲ τὴν ἐναντίαν ἀποφηνάμενος (79) δόξαν, οὐκ ἀληθεύειν Ὅμηρον οἴει;

6. Ὅτι τοίνυν (80) οἱ σφόδρα θαυμαστοὶ καθ' ὑμᾶς σοφοὶ οὐδ' ἐν τοῖς ἄλλοις συμφωνοῦντες φαίνονται, καὶ ἀπὸ τούτων γνῶναι ῥᾴδιον. Τοῦ γὰρ Πλάτωνος τρεῖς ἀρχὰς τοῦ παντὸς εἶναι λέγοντος, Θεὸν καὶ ὕλην καὶ εἶδος· Θεὸν μὲν, τὸν πάντων ποιητήν· ὕλην δὲ, τὴν ὑποκειμένην τῇ πρώτῃ τῶν γενομένων γενέσει, τὴν πρόφασιν αὐτῷ τῆς δημιουργίας παρέχουσαν· εἶδος δὲ, τὸ ἑκάστου τῶν γινομένων παράδειγμα· Ἀριστοτέλης τοῦ μὲν εἴδους ὡς ἀρχῆς (81) οὐδαμῶς μέμνηται· δύο δὲ ἀρχὰς Θεὸν καὶ ὕλην εἶναί φησι. Καὶ αὖθις τοῦ Πλάτωνος ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνωτάτω τοῦ οὐρανοῦ ἀπλανεῖ σφαῖρᾳ τόν τε πρῶτον Θεὸν καὶ τὰς ἰδέας εἶναι λέγοντος, Ἀριστοτέλης μετὰ τὸν πρῶτον Θεὸν οὐ τὰς ἰδέας, ἀλλά τινας νοητοὺς θεοὺς εἶναι λέγει. Οὕτω μὲν οὖν περὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς πρὸς ἀλλήλους διαφέρονται πραγμάτων. Ὥστε εἰδέναι προσήκει ὅτι οἱ μηδὲ τὰ παρ' ἡμῖν (82) ἐνταῦθα γνῶναι δυνηθέντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντες, οὐκ ἀξιόπιστοι φανήσονται περὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς διηγούμενοι. Ὅτι τοίνυν οὐδὲ ὁ περὶ τῆς ἐνταῦθα ἀνθρωπίνης ψυχῆς αὐτοῖς συμφωνήσει λόγος, δῆλον ἀπὸ τῶν ὑφ' ἑκατέρου αὐτῶν περὶ αὐτῆς λεχθέντων. Πλάτων μὲν γὰρ (83) τριμερῆ αὐτὴν εἶναί φησι, καὶ τὸ μὲν λογικὸν αὐτῆς, τὸ δὲ θυμικὸν, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν εἶναι λέγει. Ἀριστοτέλης δὲ οὐ κοινοτέραν τὴν ψυχὴν εἶναί φησιν, ἐν ᾧ περιείληπται (84) καὶ τὰ φθαρτὰ μόρια, ἀλλὰ τὸ λογικὸν μόνον. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων, *Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος*, κέκραγε λέγων· Ἀριστοτέλης δὲ, ἐντελέχειαν αὐτὴν ὀνομάζων, οὐκ ἀθάνατον, ἀλλὰ θνητὴν αὐτὴν εἶναι βούλεται. Καὶ ὁ μὲν, ἀεικίνητον αὐτὴν εἶναι λέγει· Ἀριστοτέλης δὲ ἀκίνητον αὐτὴν εἶναί φησιν, ἁπάσης κινήσεως προηγουμένην.

7. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ὑπεναντία φρονοῦντες ἀλλήλοις ἐλέγχονται. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς τὰ κατ' αὐτοὺς σκοπεῖν (85) ἐθέλοι, οὐδὲ ταῖς ἑαυτῶν δόξαις ἐμμέ-

exarescant. Deinde quasi parum contentus his conjecturis, Homerum insuper, ut idoneum testem, citat ita dicentem:

Oceanus qui origo omnibus exstitit.

Quomodo igitur non eum merito sic Thales alloquatur? Qua de causa, Aristoteles, dum Platonis sententias evertere vis, Homero, ut vera dicenti, plurimum tribuis; dum autem sententiam nostræ contrariam statuis, vera illum dicere non putas?

6. Porro nec cæteris in rebus vestros illos valde admirabiles sapientes inter se consentire, ex his etiam facile perspicitur. Nam cum Plato tria universorum principia esse dicat, Deum, materiam et formam; Deum quidem omnium creatorem, materiam vero primæ rerum generationi subjectam, et Deo unde creet suppeditantem; formam autem, cujusque rerum creatarum exemplar: Aristoteles nusquam formæ, ut principii, meminit, sed duo principia esse ait, Deum et materiam. Rursus cum Plato primum Deum et ideas in prima summi cœli et immobili sphæra esse doceat; Aristoteles post primum Deum non ideas, sed deos quosdam mente perceptos collocat. Sic igitur illi de rebus cœlestibus inter se dissident. Sed in promptu esse debet, qui ne hæc quidem nostra cognoscere potuerint, sed de his quoque inter se dissentiant, eos parum idoneos visum iri cœlestium narratores. Porro nec de humana, quæ hic versatur, anima inter eos convenire, ex utriusque dictis perspicitur. Illam enim Plato tripartitam esse ait, **12** atque aliud quidem in ea quod ratione præditum est, aliud quod irascitur, aliud qnod concupiscit. Aristoteles autem non tam late patere animam docet, ut partes etiam corruptioni obnoxias comprehendat, sed id tantummodo quod rationis est particeps. Ac Plato quidem, *Anima omnis immortalis*, clamat; Aristoteles vero perfectionem et actum illam appellans, non immortalem, sed mortalem esse decernit. Ille continenter eam moveri; Aristoteles vero immobilem esse dicit, cum motioni omni præsit.

7. Atque in his quidem dissentire a se invicem deprehenduntur. Quod si quis accurate illorum scripta expendere velit, ne in suis quidem ipsi opi-

[11] Iliad. Ξ, v. 256.

(77) *Ὅσπερ.* Male in edit. Paris. ὅπερ.

(78) *Εἰκότως.* Deest negatio in Reg. 1 et 2, et Colbert. in quibus etiam legitur φησίν.

(79) *Ἀποφηνάμενος.* R. St. ad calcem, Reg. 3 et Clarom. habent ad marginem ἀποφαινομένων, quam lectionem Langus in interpretando secutus est.

(80) *Ὅτι τοίνυν.* Nota sunt omnibus Platonis et Aristotelis dissidia, quorum hanc originem refert Ælianus, lib. III, quod Aristotelem Plato nimium lxu diffluere moleste ferret, Platoni autem Aristoteles jam octoginta annos nato negotium de industria facesseret quæstionibus ad solvendum difficilibus proponendis. Imitatus est hunc Justini locum Cyrillus Alexandrinus, lib. I *Contra Jul.*, sic ut interdum *ipsis* Justini verbis utatur. Eusebius autem multo uberius has Platonis et Aristotelis dissensiones, adductis Attici Platonici longioribus testimoniis, exponit. Deest θαυμαστοὶ in Reg. 3.

(81) *Ὡς ἀρχῆς.* Colbert. τῆς ἀρχῆς. Mox legendum τοῦ ἀνωτάτω οὐρανοῦ, ut monet Sylburgius.

(82) *Τὰ παρ' ἡμῖν.* Reg. 2 et Colb. τὰ παρ' ὑμῖν.

(83) *Πλάτων μὲν γάρ.* Deest postrema particula in Colb.

(84) *Ἐν ᾧ περιείληπται.* Legit Perionius οὐ περιείληπται. Sed nihil mutandum esse jam observavit Sylburgius. Observat idem Perionius Platonicam illam animæ divisionem exstare initio lib IX *De rep.*

(85) *Αὐτοὺς σκοπεῖν.* R. St. αὐτοὺς γνῶναι ad calcem.

Digitized by Google

nionibus permanendum sibi esse statuerunt. Nunc enim Plato tria universi principia docet, Deum, materiam et formam, nunc quatuor. Addit enim illam omnia permeantem animam. Rursus qui prius materiam non factam dixit, factam deinceps asserit; et qui prius singularis principii rationem formæ attribuit, eamque per se substantiam esse pronuntiat, postea illam in mentis notionibus recenset. Quinetiam postquam quidquid factum est corruptioni obnoxium esse decrevit, deinceps nonnulla, quæ facta sunt, dissolutionem et corruptionem effugere posse declarat. Quid igitur causæ est, cur non solum inter se, sed etiam secum ipsi pugnent, qui apud vos habiti sunt sapientes? Nimirum quod a peritis discere noluerint, sed sese existimaverint mentis humanæ solertia claram cœlestium rerum cognitionem assequi posse, cum ne terrestrium quidem potuerint. Quidam enim ex vestris philosophis animam humanam in nobis, alii circa nos esse dicunt. Nam nec ea de re consentire inter se voluerunt, sed quasi ignorationem variis modis partiti essent, etiam de anima litigare inter se et digladiari statuerunt. Horum enim alii animam ignem esse dicunt, alii aerem, alii mentem, alii motionem, alii exhalationem; quidam vim ex astris fluentem, nonnulli numerum movendi facultate præditum, alii denique aquam genitalem. Ac omnino incondita apud eos et discors quædam inveteravit sententia, quæ hac una re æquis judicibus laudanda videatur, quod sese invicem conati sint erroris et ignorantiæ veritatis crimine premere.

8. Igitur cum veri nihil ex magistris vestris de religione disci possit, ut qui vobis idonea suæ rerum ignorationis documenta mutuis dissensionibus præbuerint; sequi mihi videtur, ut ad majores nostros recurramus, qui et multo antiquiores vestris fuere, nec quidquam proprio marte excogitatum nos docuerunt; nec inter se digladiati aut suas invicem opiniones evertere conati sunt, sed sine ullo contentionis et partium studio scientiam a Deo acceperunt, eamque nos docuerunt. Neque enim natura, **13** aut humani ingenii acie res tam magnæ ac divinæ cognosci ab hominibus possunt; sed eo, quod tum in sanctos homines descendebat, dono, quibus quidem nec verborum artificio opus fuit, nec pugnaciter quidquam et rixandi studio dicere, sed puros seipsos divini Spiritus operationi præbere, ut divinum illud delapsum e cœlis plectrum, velut quodam citharæ aut lyræ instrumento, ita justis

νειν προῄρηνται. Ὁ γοῦν Πλάτων ποτὲ μὲν τρεῖς ἀρχὰς τοῦ παντὸς εἶναι λέγει, Θεὸν καὶ ὕλην καὶ εἶδος· ποτὲ δὲ τέσσαρας· προστίθησι γὰρ καὶ τὴν καθόλου ψυχήν. Καὶ αὖθις τὴν ὕλην ἀγέννητον πρότερον εἰρηκὼς, ὕστερον γεννητὴν αὐτὴν εἶναι λέγει· καὶ τῷ εἴδει (86) δὲ ἀρχὴν ἰδίαν πρότερον δεδωκὼς, καὶ καθ' ἑαυτὸ οὐσιῶσθαι ἀποφήσας, ὕστερον ἐν τοῖς νοήμασιν αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγει. Ἔτι μέν τοί γε καὶ πᾶν τὸ γενόμενον φθαρτὸν πρότερον ἀποφηνάμενος εἶναι, ὕστερον ἔνια τῶν γινομένων ἄλυτα καὶ ἄφθαρτα δύνασθαι εἶναί φησι. Τί τοίνυν αἴτιον τοῦ μὴ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς στασιάζειν τοὺς παρ' ὑμῖν νομισθέντας γεγενῆσθαι σοφούς; Τὸ μὴ βουληθῆναι δηλονότι παρὰ τῶν εἰδότων μανθάνειν, ἀλλ' ἑαυτοὺς οἴεσθαι τῇ ἀνθρωπίνῃ αὐτῶν περινοίᾳ τὰ ἐν οὐρανοῖς δύνασθαι γινώσκειν σαφῶς· καίτοι γε μηδὲ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς γνῶναι δυνηθέντες. Τὴν γοῦν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἔνιοι μὲν τῶν παρ' ὑμῖν φιλοσόφων, ἐν ἡμῖν, ἕτεροι δὲ περὶ ἡμᾶς εἶναί φασι. Οὐδὲ γὰρ ἐν τούτῳ συμφωνεῖν ἀλλήλοις προῄρηνται, ἀλλ' ὥσπερ τὴν ἄγνοιαν διαφόρως μερισάμενοι, καὶ περὶ ψυχῆς φιλονεικεῖν καὶ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους προῄρηνται. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν φασι πῦρ εἶναι τὴν ψυχὴν, οἱ δὲ τὸν ἀέρα· οἱ δὲ τὸν νοῦν· οἱ δὲ τὴν κίνησιν· οἱ δὲ τὴν ἀναθυμίασιν· ἄλλοι δέ τινες δύναμιν ἀπὸ τῶν ἄστρων ῥέουσαν· οἱ δὲ ἀριθμὸν κινητικόν· ἕτεροι δὲ ὕδωρ γονοποιόν. Καὶ ὅλως ἄτακτός τις καὶ ἀσύμφωνος ἡ παρ' αὐτοῖς κεκράτηκε δόξα, ἑνὶ μόνῳ τοῖς ὀρθῶς κρίνειν δυναμένοις ἐπαίνου ἀξία φαινομένη, ὅτι πλανωμένους (87) καὶ μὴ τἀληθῆ λέγοντας ἀλλήλους ἐλέγχειν προῄρηνται.

8. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐδὲν ἀληθὲς περὶ θεοσεβείας παρὰ τῶν ὑμετέρων διδασκάλων μανθάνειν ἐστὶ δυνατὸν, ἱκανὴν ὑμῖν ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν ἀγνοίας διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους στάσεως παρεσχηκότων, ἀκόλουθον ἡγοῦμαι ἀνελθεῖν ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους, τοὺς καὶ τοὺς χρόνους τῶν παρ' ὑμῖν διδασκάλων πολλῷ προειληφότας, καὶ μηδὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτῶν φαντασίας διδάξαντας ἡμᾶς, μηδὲ πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας, ἢ τὰ ἀλλήλων ἀνατρέπειν πειρωμένους, ἀλλ' ἀφιλονείκως καὶ ἀστασιάστως τὴν παρὰ Θεοῦ (88) δεξαμένους γνῶσιν, καὶ ταύτην διδάσκοντας ἡμᾶς. Οὔτε γὰρ φύσει, οὔτε ἀνθρωπίνῃ ἐννοίᾳ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα γινώσκειν ἀνθρώποις δυνατὸν, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας πνευματοφόρῳ κατελθούσῃ δωρεᾷ (89), οἷς οὐ λόγων ἐδέησε τέχνης, οὐδὲ τοῦ ἐριστικῶς τι καὶ φιλονείκως εἰπεῖν, ἀλλὰ καθαροὺς ἑαυτοὺς τῇ τοῦ θείου Πνεύματος παρασχεῖν ἐνεργείᾳ, ἵν' αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατ-

(86) *Καὶ τῷ εἴδει.* Hic quoque Justinum imitatur Cyrillus loco citato; sed, quod pace utriusque dixerim, nusquam Plato ideam, ut ens aliquod a Deo separatum describit. Conceptis verbis Plutarchus, I *De placitis philosoph.* ideas Platonis in Dei cogitationibus reponit. Assentitur ei Theodoretus, lib. IV *Contra Græcos.* Atticus apud Eusebium, *Præp. evang.*, lib. XV, c. 13, etsi ideas vocat *proprias quasdam naturas, primas ac maxime principes naturas*, eas tamen nihil aliud esse quam Dei cogitationes fatetur, ac Platonem, ut has Dei cogitationes omnium rerum exempla esse ac omnibus antiquiora statueret, ex eo adductum esse dicit, quod perspiceret artificem, id quod effecturus sit ante animo informare, et cum illius speciem consideraverit, eam in ipsis rebus similitudine quadam exprimere.

(87) *Πλανωμένους.* R. St. ad calcem πεπλανημένους.

(88) *Τὴν παρὰ Θεοῦ.* Colbert. τὴν περὶ Θεοῦ.

(89) *Δωρεᾷ.* Eodem nomine Spiritus sanctus infra designatur, n. 10. Vide adnotationem nostram ad n. 32.

Digitized by Google

ὡν (90) τὴκτρον, ὥσπερ ὀργάνῳ κιθάρας τινὸς ἡ λύρας, τοῖς δικαίοις ἀνδράσι χρώμενον, τὴν τῶν θείων ἡμῖν καὶ οὐρανίων ἀποκαλύψῃ γνῶσιν. Διὰ τοῦτο τοίνυν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς γλώττης καὶ περὶ Θεοῦ, καὶ περὶ κόσμου κτίσεως, καὶ περὶ πλάσεως ἀνθρώπου, καὶ περὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἀθανασίας, καὶ τῆς μετὰ τὸν βίον τοῦτον μελλούσης ἔσεσθαι κρίσεως, καὶ περὶ πάντων ὧν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστιν εἰδέναι, ἀκολούθως καὶ συμφώνως ἀλλήλοις ἐδίδαξαν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα ἐν διαφόροις τόποις τε καὶ χρόνοις τὴν θείαν ἡμῖν διδασκαλίαν παρεσχηκότες. A

9. Ἀρξομαι τοίνυν ἀπὸ τοῦ πρώτου παρ' ἡμῖν προφήτου τε καὶ νομοθέτου Μωϋσέως, πρότερον τοὺς χρόνους καθ' οὓς γέγονε, μετὰ πάσης ἀξιοπίστου παρ' ὑμῖν μαρτυρίας ἐκθέμενος. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν θείων καὶ παρ' ἡμῖν ἱστοριῶν μόνον ταῦτα ἀποδεῖξαι πειρῶμαι, αἷς ὑμεῖς οὐδέπω διὰ τὴν παλαιὰν τῶν προγόνων ὑμῶν πλάνην πιστεύειν βούλεσθε, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων, καὶ μηδὲν τῇ ἡμετέρᾳ θρησκείᾳ διαφερουσῶν ἱστοριῶν· ἵνα γνῶτε ὅτι πάντων τῶν παρ' ὑμῖν εἴτε σοφῶν, εἴτε ποιητῶν, εἴτε ἱστοριογράφων, ἢ φιλοσόφων, ἢ νομοθετῶν, πολλῷ πρεσβύτατος γέγονεν ὁ πρῶτος τῆς θεοσεβείας διδάσκαλος ἡμῶν Μωϋσῆς γεγονώς, ὡς δηλοῦσιν ἡμῖν αἱ τῶν Ἑλλήνων ἱστορίαι. Ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις Ὠγύγου τε καὶ Ἰνάχου, οὓς καὶ γηγενεῖς τινες τῶν παρ' ὑμῖν ὑπειλήφασι γεγενῆσθαι, Μωϋσέως μέμνηνται ὡς ἡγεμόνος τε καὶ ἄρχοντος τοῦ τῶν Ἰουδαίων γένους. Οὕτω γὰρ Πολέμων (90*) τε ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν (91) μέμνηται, καὶ Ἀππίων ὁ Ποσειδωνίου ἐν τῇ κατὰ Ἰουδαίων βίβλῳ (92), καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν, λέγων, κατὰ Ἴναχον Ἄργους βασιλέα, Ἀμάσιδος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωϋσέα. Καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Μενδήσιος, τὰ Αἰγυπτίων ἱστορῶν, ἅπασι τούτοις συντρέχει. Καὶ οἱ τὰ Ἀθηναίων δὲ ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος ὁ τὰς Ἀτθίδας, Κάστωρ τε καὶ Θαλλὸς, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, ἔτι δὲ καὶ οἱ σοφώτατοι Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος, οἱ τὰ κατὰ Ἰουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται. Ὁ γοῦν Ἰώσηπος, τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημῆναι βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας, οὕτω γέγραφε· *Φλαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας ἀρχαιολογίαν* (93) ὀνομάζων. Καὶ ὁ ἐνδοξότατος δὲ παρ' ὑμῖν τῶν ἱστοριογράφων Διόδωρος, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμὼν (94) ἐν τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν, Ἀσίαν τε καὶ B C D

9. Ducam igitur initium a primo apud nos propheta et legislatore Moyse; ac prius quidem quibus temporibus fuerit, ex gravissimis apud vos testimoniis exponam. Nam non modo ex divinis apud nos historiis, quibus nondum ob veterem majorum errorem assentiri vultis, hæc demonstrare non aggredior, sed etiam ex vestris ac nihil ad religionem nostram pertinentibus; ut intelligatis omnibus apud vos sive sapientibus, sive poetis, sive historiæ scriptoribus, sive philosophis, sive legislatoribus multo antiquiorem fuisse primum religionis nostræ magistrum Moysen, quemadmodum nobis declarant historiæ Græcorum. Illæ enim Ogygis et Inachi temporibus, quos etiam nonnulli ex vestris terra genitos crediderunt, Moysen, ut ducem et principem nationis Judæorum, commemorant. Ita enim Polemon in primo Græcorum historiæ libro, tum etiam Appion Posidonii, qui in suo adversus Judæos opere, et in quarto historiarum libro scribit regnante Argis Inacho Judæos ab Amaside Ægyptiorum rege defecisse, quorum ducem fuisse Moysen. Ptolemæus quoque Mendesius res gestas Ægyptiorum scribens his omnibus assentitur. Et qui res Atheniensium litteris mandarunt, Hellanicus et auctor *Atticorum* Philochorus, Castor et Thallus, et Alexander Polyhistor, tum etiam sapientissimi Judaicarum rerum scriptores Philo et Josephus Moysis, ut antiquissimi et vetustissimi Judæorum ducis, meminere. Ac Josephus quidem, cum antiquitatem historiæ ex ipsa librorum inscriptione declarare vellet, ita in primordio historiæ scripsit: *Flavii Josephi Judaicarum antiquitatum libri*, vetustatem historiæ antiquitatum nomine designans. Huc accedit celeberrimus vestrorum historiæ scriptorum Diodorus, qui bibliothecas in compendium redegit per triginta ipsos annos, et cum Asiam et Europam, ut ipse scribit, ob summam in explorandis rebus diligentiam peragrasset, ac plurima oculis suis vidisset, qua-

90) *Κατιόν*. Reg. 3 et Clarom. κατελθόν. Sic et R. St. ad calcem.

(90*) *Πολέμων*. De historicis a Justino deinceps laudatis plura dabit G. I. Vossius *De historicis Græcis*, ed. A. Westerman (Lipsiæ 1838, 8°), p. 28 sqq., 154 sqq., 202 sq., 234 sq. Otto.

(40) *Χριστιανοί.* Sylburgius, Langus et Grabius legendum putant hoc in loco et in alio simili n. 7, χρηστιανοί; propterea quod Justinus hanc vocem idem esse putat ac τὸ χρηστόν, unde etiam supra, *quantum ad ipsum nomen* χρηστότατοι *sumus.* In quo quidem S. martyrem respicere putant ad usitatam, ut eruditorum non pauci opinati sunt, Chresti C per ridiculum pronuntiandi rationem. Sed hæc sententia parum mihi, fateor, arridet. Nam 1° Justinus Christi nomen deducit ab ungendo in *Apol.* 2, n. 5. 2° Cum ait hoc loco Christianos, quantum ad nomen attinet, esse optimos, atque hoc nomen odio haberi non debere, quia τὸ χρηστόν odisse injustum est; minime derivat hanc vocem ἀπὸ τοῦ χρηστοῦ, sive a bonitate, sed ab unctione, quam rem utilem et optimam judicat. Hoc nomen si deduxisset ἀπὸ τοῦ χρηστοῦ, non dixisset, χρηστότατοι, *optimi sumus,* nec superlativo usus fuisset, qui satis commode apponi potuit, si Christianorum nomen ex re optima derivetur : at perabsurde adhiberetur, si ἀπὸ τοῦ χρηστοῦ deducatur. 3° Justini sententiam illustrat Theophilus Antiochenus, qui in lib. I, n. 1, ait : « Fateor me esse Christianum, ac fero hoc nomen Deo acceptum, sperans me utilem esse Deo, ἐλπίζων εὔχρηστος εἶναι τῷ Θεῷ. » Quibus verbis designat necessitudinem intercedentem inter Christianos D et τὸ χρηστόν, non quod prima vox ab altera derivetur, sed quia, ut ipse ait n. 12, τὸ Χριστὸν ἡδὺ καὶ εὔχρηστόν ἐστι, *id quod unctum est, suave et bonum est.*

(41) *Τὸ δὲ χρηστόν.* Chresti pronuntiandi ratio non tam pervulgata fuit apud ethnicos, quam existimarunt eruditi viri. Nam si perpauca excipias, ut dialogum, qui *Philopatris* inscribitur apud Lucianum, ubi Chrestus legitur, et Suetonium qui Judæos, « impulsore Chresto, assidue tumultuantes » Roma a Claudio expulsos narrat, ubique pronuntiatur Christus et Christiani, in epistola Plinii ad Trajanum, atque etiam Adriani apud Vopisc. in *Saturn.* p. 245; apud Cornelium Tacitum *Annal.* lib. XV, apud Lucianum in *Proteo et Alexandro*, et in libris Celsi, cujus tam multa in Christum et Christianos contumeliose dicta referuntur ab Origene. Hinc illa ethnicorum dicta : « Christianos ad leonem. » Tert., *De spectac.* : « Bonus vir Caius Seius tantum quod Christianus. » *Apol.* c. 3. Quamobrem vitiosa pronuntiatio apud paucos obrepserat, neque id contumeliæ causa, ut viri docti existimarunt, sed errore, ut patet ex Tertulliano et Lactantio. « Etiam cum corrupte a vobis, inquit Tertullianus, I *ad Nat.* cap. 3, Chrestiani pronuntiamur (nam ne nominis quidem ipsius liquido certi estis), sic quoque de suavitate vel bonitate modulatum est. » Et Lactantius lib. IV, cap. 7 : « Sed exponenda hujus nominis ratio propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Christum (*lege* Chrestum) solent dicere. » — *Τὸ δὲ χρηστόν.* Non ignorat S. Martyr veram nominis Christiani originem, ut apparet ex *Apol.* I, c. 12, p. 60 A. et II, c. 6, p. 44. E. ; nec ideo cum Sylburgio, Lango et Grabio legendum Χρηστιανοί. Vehementer vero antiqui tum sacri tum profani scriptores, Attici imprimis, Plato et Demosthenes in ejusmodi lusibus etymologicis et quidem in hac ipsa voce χρηστός elaborarunt. Cf. Grotius ad Matth. I, 21, et Dionys. Petav. in *Epiph.*, tom. II, p. 55. Braunius. Cf. et Wolf. ad Theoph. I, 2 p. 7.

(42) *Ὁμολογήσῃ.* Judiciorum iniquitatem non omittunt cæteri religionis defensores, in primis Tertullianus, qui *Apologeticum* ab hoc exorditur argumento, ac præsides, cum Christianos negare cogerent, sic loqui solitos refert : « Sic autem soletis, inquit, dicere homicidæ : Nega, laniari jubete sacrilegum, si confiteri perseveraverit. » Corruptus locus sic videtur emendari posse : « Sic enim soletis dicere : Homicida, nega : laniari jubeo te sacrilegum, si confiteri perseveraveris. »

(43) *Παρακελεύονται.* Sic Tertullianus sub finem *Apologetici* : « Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. » Unde etiam martyres vocantur a Gregorio Nazianzeno σιγῶντα κηρύγματα, orat. 20, p. 319. Vid. Clem. *Strom.* IV, p. 503.

(44) *Τοῖς ἄλλως.* Ita H. Steph. et mss. Male in editionibus τοῖς ἄλλοις, quæ scriptura placuit Grabio, quia non vidit hanc esse debere horum verborum constructionem, τοῖς ἄλλως αἱρουμένοις καταλέγειν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν τῶν πάντων Χριστιανῶν. Thirlbius non plus vidit quam Grabius. Legendum enim putat ἄλλοις et ὡς addendum ante ἀσέβειαν.

(45) *Τῶν παλαιῶν.* Sic construenda hæc verba, οἱ τῶν παλαιῶν, nec vertendum, *qui contraria veteribus senserunt.* Vide infra n. 7; Athenagoram, n. 2; Tertull., I *ad Nat.*, ubi sic loquitur : « Quot denique

Digitized by Google

sophos. Ac eorum quidem nonnulli nullos deos esse docuerunt. Jovem etiam poetæ una cum ejus filiis impudicum decantant, quorum fabulas qui agunt, non prohibentur a vobis, sed deos sonora voce exagitantibus præmia et honores ponitis.

5. Quid hæc igitur sibi volunt? Erga nos, qui nihil mali facturos, nec impia illa opinaturos pollicemur, non judicia examinatis, sed affectu a ratione alieno, ac malorum dæmonum flagello agitati, animadvertere indicta causa parvi penditis. Dicetur enim id quod res est. Pravi olim dæmones, cum præsentiam suam exhiberent, stupra mulieribus et pueris intulerunt, ac terricula hominibus monstrarunt, ita ut percellerentur qui id quod fiebat non ratione dijudicabant, sed metu correpti, ac malos dæmones esse ignari, deos appellabant, et eo quemque designabant nomine, quod sibi quisque dæmon imposuisset. Postquam autem Socrates vera et exquisita ratione hæc in lucem proferre, et a dæmonibus homines abducere conatus est; ipsi dæmones hominum nequitia gaudentium opera perfecerunt, ut velut atheus et impius necaretur, nova ab eo dæmonia **47** induci dictitantes. Hoc idem contra nos pariter moliuntur. Neque enim apud Græcos solum hæc a Verbo per Socratem convicta, sed apud barbaros etiam ab ipso illo Verbo forma induto, et homine facto ac Jesu Christo appellato. Cui cum credamus, dæmones, qui hæc perpetrarunt, non modo bonos esse non dicimus, sed etiam malos et nefandos dæmones, qui ne hominibus quidem virtutis cupidis similes actiones habeant.

6. Inde ortum ut athei appellaremur. Atque atheos quidem nos esse confitemur, si de opinatis ejusmodi diis agatur; secus vero si de verissimo illo, et justitiæ ac temperantiæ, ac cæterarum virtutum Patre, nulla admisto vitiositate Deo. Sed eum et Filium qui ab eo venit ac nos ista docuit, et cæterorum qui illum assectantur, eique assimilati sunt, bonorum angelorum exercitum, et Spiritum

A ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι· καὶ τούτων τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν. Καὶ τὸν Δία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι· κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν· ἆθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τούτους (46) τίθετε.

5. Τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη; ἐφ' ἡμῶν ὑπισχνουμένων μηδὲν ἀδικεῖν, μηδὲ τὰ ἄθεα ταῦτα δοξάζειν, οὐ κρίσεις (47) ἐξετάζετε, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει καὶ μάστιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι, ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντίζοντες. Εἰρήσεται γὰρ τἀληθές (48)· ἐπεὶ τὸ παλαιὸν δαίμονες φαῦλοι, ἐπιφανείας ποιησάμενοι, καὶ γυναῖκας ἐμοίχευσαν, καὶ παῖδας διέφθειραν, καὶ φόβητρα ἀνθρώποις ἔδειξαν, ὡς καταπλαγῆναι τοὺς οἳ λόγῳ τὰς γινομένας πράξεις οὐκ ἔκρινον,
B ἀλλὰ δέει συνηρπασμένοι, καὶ μὴ ἐπιστάμενοι, δαίμονας εἶναι φαύλους, θεοὺς προσωνόμαζον, καὶ ὀνόματι ἕκαστον προσηγόρευον, ὅπερ ἕκαστος αὐτῷ τῶν δαιμόνων ἐτίθετο. Ὅτε δὲ Σωκράτης λόγῳ ἀληθεῖ καὶ ἐξεταστικῶς ταῦτα εἰς φανερὸν ἐπειρᾶτο φέρειν, καὶ ἀπάγειν τῶν δαιμόνων τοὺς ἀνθρώπους, καὶ αὐτοὶ (49) οἱ δαίμονες διὰ τῶν χαιρόντων τῇ κακίᾳ ἀνθρώπων ἐνήργησαν ὡς ἄθεον καὶ ἀσεβῆ ἀποκτεῖναι, λέγοντες καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια. Καὶ ὁμοίως ἐφ' ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσιν. Οὐ γὰρ μόνον Ἕλλησι (50) διὰ Σωκράτους ὑπὸ Λόγου ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐν βαρβάροις ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ
C κληθέντος. Ὧ πεισθέντες ἡμεῖς, τοὺς ταῦτα πράξαντας δαίμονας οὐ μόνον μὴ ὀρθοὺς εἶναι φαμὲν, ἀλλὰ κακοὺς καὶ ἀνοσίους δαίμονας, οἳ οὐδὲ τοῖς ἀρετὴν ποθοῦσιν ἀνθρώποις τὰς πράξεις ὁμοίας ἔχουσι.

6. Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. Καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας Θεοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα (51), καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν, Πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα,

philosophi dicuntur, nec tamen legem philosophiæ adimplent? Omnes nomen de professionibus gestant; seducant nomen (*forte*, sed vacat nomen) professionis præstantia. Qui superficie vocabuli infamant veritatem, non statim sunt qui dicuntur, sed D quia non sunt, frustra dicuntur, cap. 5.

(46) *Ὑβρίζουσι τούτους.* Ita codex Regius et Claromontanus. Editi ὑβρίζουσι τούτοις, quam scripturam vitio non carere animadverterant Billius, Sylburg. et Grab. Hic tria testimonia satis similia citat Thirlbius ex lib. III Theophili Antioch. et aliud ex Lactantio lib. V, c. 20.

(47) *Οὐ κρίσεις.* Grabius legit οὐ κρίσει. Totum hunc locum illustravimus mutata interpunctione. Sic enim antea legebatur : τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ἡμῶν... δοξάζειν. Paulo ante, illud ἐφ' ἡμῶν eodem modo usurpatur.

(48) *Εἰρήσεται γὰρ τἀληθές.* Quod palam et aperte declarat Justinus, dæmonum flagellis incitari qui ita judicant, id Tertullianus lenius et obscurius insinuat : « Suspecta sit vobis ista perversitas, inquit, *Apol.* c. 2, ne qua vis lateat in occulto, quæ vos adversus formam, adversus naturam judicandi, contra ipsas quoque leges ministret. » Quod quidem verbum positum videtur pro administret, sive regat et incitet. De dæmonibus eadem habes in *Apol.* 2, n. 4.

(49) *Καὶ αὐτοί.* Legendum pronuntiat καὶ αὐτόν Thirlbius, et paulo post μὴ θεούς, pro μὴ ὀρθούς. Huic postremæ emendationi tantum tribuit, ut « rem tam claram exemplis aut rationibus confirmare nihil aliud esse dicat nisi lectoribus convicium facere. » Nihil sane incommodi esset, si scripsisset Justinus καὶ αὐτόν, et μὴ θεούς ; sed cum aliter scriptum habeamus, et utraque scriptura apte et commode posita sit, quid opus est sana ac minime corrupta emendare?—*Καινὰ δαιμόνια.* Cf. Xenoph. *Memorabil.*, c. 1, et Platonis *Apol. Socr.* Otto.

(50) *Ἕλλησι.* Legendum ἐν Ἕλλησι jam multi post Perionium observarunt.

(51) *Καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα.* Cum magna exstiterit protestantium de hoc Justini testimonio adversus catholicos dimicatio, interpretationis meæ defensionem, quæ satis commode finibus notæ includi non poterat, in Præfationem conjeci.

Digitized by Google

καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες.

7. Ἀλλὰ φήσει τις, ἤδη τινὲς ληφθέντες ἠλέγχθησαν κακοῦργοι. Καὶ γὰρ πολλοὺς πολλάκις (52), ὅταν ἑκάστοτε τῶν κατηγορουμένων τὸν βίον ἐξετάζητε, ἀλλ' οὐ διὰ τοὺς προλεχθέντας (53) καταδικάζετε. Καθόλου μὲν οὖν κἀκεῖνο ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὃν τρόπον οἱ ἐν Ἕλλησι τὰ αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες, ἐκ παντὸς τῷ ἑνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων· οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάροις γενομένων καὶ δοξάντων (54) σοφῶν, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα κοινόν ἐστι. Χριστιανοὶ γὰρ πάντες προσαγορεύονται. Ὅθεν πάντων τῶν καταγγελλομένων ὑμῖν, τὰς πράξεις κρίνεσθαι ἀξιοῦμεν, ἵνα ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς ἄδικος κολάζηται, ἀλλὰ μὴ ὡς Χριστιανός. Ἐὰν δέ τις ἀνέλεγκτος φανῇται, ἀπολύηται, ὡς Χριστιανὸς οὐδὲν ἀδικῶν. Οὐ γὰρ τοὺς κατηγοροῦντας κολάζειν ὑμᾶς ἀξιώσομεν· ἀρκοῦνται γὰρ τῇ προσούσῃ πονηρίᾳ, καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀγνοίᾳ.

8. Λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν, ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ἀρνεῖσθαι ἐξεταζομένους. Ἀλλ' οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες. Τοῦ γὰρ αἰωνίου καὶ καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦντες, τῆς μετὰ Θεοῦ τοῦ πάντων Πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα, καὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν, οἱ πεπεισμένοι καὶ πιστεύοντες τυχεῖν τούτων δύνασθαι τοὺς τὸν Θεὸν δι' ἔργων πείσαντας, ὅτι αὐτῷ εἵποντο, καὶ τῆς παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἥρων, ἔνθα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ. Ὡς μὲν οὖν διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἃ τε προσδοκῶμεν, καὶ μεμαθήκαμεν διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ διδάσκομεν, ταῦτά ἐστι. Πλάτων (55) δὲ ὁμοίως ἔφη Ῥαδάμανθυν καὶ Μίνω κολάσειν τοὺς ἀδίκους παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας. Ἡμεῖς δὲ, τὸ αὐτὸ πρᾶγμα φαμὲν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν γινομένων (56), καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον, ὡς ἐκεῖνος ἔφη, μόνον. Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, ἡ δὲ πλάνη (57) ἐστὶν ἄλλου

prophetic um colimus et adoramus, ratione et veritate venerantes, et ut quisque discere voluerit, citra invidiam, ut edocti sumus, impertientes.

7. Sed dicet aliquis: Jam nonnulli, cum comprehensi fuissent, convicti sunt malefacti. Ac multos quidem persæpe, cum in vitam inquiritis reorum, condemnatis; non tamen propter eos, qui prius fuere convicti, condemnatis. Illud ergo generatim confitemur, quemadmodum qui apud Græcos arridentes sibi opiniones docuere, uno omnino philosophiæ nomine appellantur, quamvis contrariæ sint eorum sententiæ; ita et iis qui apud barbaros exstitere aut existimati sunt sapientes, commune impositum esse nomen. Christiani enim appellantur omnes. Rogamus itaque ut omnium, qui apud vos accusantur, dijudicentur actiones, ut qui convictus fuerit, puniatur ut improbus, nequaquam autem ut Christianus; si quem autem extra noxiam esse pateat, dimittatur ut innocens Christianus. Nam ut in ipsos delatores animadvertatis minime rogabimus; satis enim illis est supplicii sua ipsorum nequitia ac bonarum rerum ignoratio.

8. Vestra autem causa hæc a nobis dicta esse ex eo intelligite, quod in nobis situm sit negare cum interrogamur. Sed vivere nolumus obstricti mendacio. Æternæ enim ac puræ vitæ cupidi ad domicilium cum Deo universorum Patre et opifice promissum contendimus; ac properamus ad confitendum, cum persuasum habeamus et credamus, hæc bona ab illis comparari posse, qui factis suis testati Deo fuerint se illum sectatos esse, ac illud apud eum domicilium adamasse, ubi nulla vitiositas reluctatur. Ut igitur brevissime dici potest, hæc sunt quæ exspectamus, quæque a Christo didicimus et docemus. Similiter quidem Plato improbos, **48** cum ad Minoem et Rhadamanthum venerint, punitum iri ab illis dixit: nos autem idem illis eventurum dicimus, sed a Christo; idque exsistentibus in iisdem corporibus, una cum suis animabus, ut pœna æterna puniantur, non mille annorum, ut iste dixit, circuitu definita. Si quis

(52) *Καὶ γὰρ πολλοὺς πολλάκις.* Subintelligit Grabius ἐλέγχετε, sed prorsus immerito. Nam clara est verborum constructio, πολλοὺς πολλάκις... καταδικάζετε. Quod autem Justinus multos sæpe condemnari ait, id de Christianis accipi non potest (quomodo enim multos ex illis convictos fuisse fateretur, cum paucos tantum objicerent adversarii?); sed generatim docet quanti intersit in reorum vitam inquirere, ut idem jus impetret Christianis.

(53) *Διὰ τοὺς προλεχθέντας.* Legit Grabius διὰ τοῦτο προλεχθέντας, sed inutilis prorsus hæc conjectura. Multo aptius et commodius Perionius et Billius legunt διὰ τοὺς προελεγχθέντας. Multos sane condemnatis, cum de cujusque vita inquiritis, sed eos non condemnatis propter eos qui jam convicti fuere. Quare etiamsi nonnulli ex Christianis convicti fuerint, non idcirco ceteri condemnandi.

(54) *Καὶ δοξάντων.* Illud καί idem valet hoc loco ac ἤ. Declarat enim commune esse Christianorum nomen iis qui re aut nomine sunt Christiani.

(55) *Πλάτων.* Observat Grabius his de rebus agere Platonem in *Gorg.* tom. I edit. Serrani, p. 524, et in *Apologia Socratis*, et de suppliciis mille annorum in *Timæo*, p. 42. Addit eruditus Thirlbius lib. x *De rep.*, p. 761, et in *Gorg.*, p. 357, et in *Phædr.*, p. 1223.

(56) *Γινομένων.* Supple αὐτῶν vel ἀνθρώπων γινομένων αὐτοῖς σώμασι vel ἐν αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν. Necesse non est cum Thirlbio legere γινομένοις et κολασθησομένοις.

(57) *Ἡ δὲ πλάνη.* Corruptum putat hunc locum Grabius. Langus et Perionius sic interpretantur ut dicant eos, qui judicium negant, ex uno errore in alium delabi, donec tandem hoc judicio peracto nihil mali a Christianis fieri pateat. At nihil aliud sibi vult Justinus, nisi hunc errorem de judicio, si modo error sit, levissimi esse momenti, quandiu opere et factis nihil deliquisse arguentur Christiani. Voces illæ, ἤδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, idem sonant ac πλάνη ἀλλοπρόσαλλος, error communis et quotidianus, quem si quis nobis objiciat, facile sit in ipso censore simile aliquod vitium

Digitized by Google

putem nobis incredibile id esse, ac fieri non posse dicat, levis sane est ac quotidianus hic error, quandiu nullius malefacti arguimur.

9. Neque etiam victimarum copia, et florum coronis colimus quos homines, postquam effinxere et in fanis collocavere, deos appellarunt. Si quidem inanimata et mortua hæc esse, nec Dei forma prædita (neque enim talem Deo inesse formam putamus, qualem quidam colendi causa simulatam dicunt), sed malorum illorum, qui apparuerunt, dæmonum et nomina et figuras referre novimus. Quid enim attinet vobis, qui probe scitis, exponere quonam artifices modo materiam tractent, scalpendo, cædendo, fundendo et tundendo? Quinetiam sæpe ex vasis inhonestis, cum speciem tantum arte immutaverint, ac effigiem induxerint, cognominant deos. Quod quidem non solum a ratione alienum esse, sed etiam contumeliose, in Deum fieri censemus; qui cum gloriam et formam non enarrabilem habeat, ejus nomen rebus corruptioni obnoxiis et assiduam curam requirentibus imponitur. Atque horum artifices vitio omni, ne singula recenseam, deditos esse accurate nostis; adeo ut suas etiam ancillas, dum secum laborant, constuprent. O stuporem attonitæ mentis! id hominibus incontinentibus tribui, ut deos ad colendum fingere et transformare dicantur, ac fanorum, in quibus illi collocantur, tales constitui custodes! Nimirum non vident et cogitatu et dictu nefas esse, homines deorum esse custodes,

10. Neque etiam materialibus hominum donis Deum indigere accepimus, cum illum videamus cuncta præbentem. Sed eos solos illi probari didicimus, et persuasum habemus et credimus, qui insita illi bona imitantur, temperantiam, justitiam et humanitatem, et quæcunque Dei, qui nullo imposito nomine vocatur, propria sunt. Et cum bonus sit, omnia illum ab initio ex informi materia propter homines condidisse accepimus. Quos **49** quidem, si dignos se per opera illius consilio ac

A πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα.

9. Ἀλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν τιμῶμεν οὓς (58) ἄνθρωποι μορφώσαντες, καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες, θεοὺς προσωνόμασαν· ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα γινώσκομεν, καὶ Θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα, (οὐ γὰρ τοιαύτην ἡγούμεθα τὸν Θεὸν ἔχειν τὴν μορφὴν ἣν φασί τινες εἰς τιμὴν μεμιμῆσθαι·) ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμόνων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. Τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι, ξέοντες καὶ τέμνοντες, καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες; καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες (59), θεοὺς ἐπονο-
B μάζουσιν. Ὅπερ οὐ μόνον ἄλογον ἡγούμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὕβρει τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι, ὃς ἄῤῥητον δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων, ἐπὶ φθαρτοῖς καὶ δεομένοις θεραπείας πράγμασιν ἐπονομάζεται. Καὶ ὅτι οἱ τούτων τεχνῖται ἀσελγεῖς τε, καὶ πᾶσαν κακίαν, ἵνα μὴ καταριθμῶμεν, ἔχουσιν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε· καὶ τὰς ἑαυτῶν παιδίσκας συνεργαζομένας φθείρουσιν. Ὦ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους, θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθαι (60), καὶ μεταποιεῖν· καὶ τῶν ἱερῶν, ἔνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιούτους καθιστάναι· μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας.

C 10. Ἀλλ' οὐ δέεσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσφορᾶς προσειλήφαμεν (61) τὸν Θεὸν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶντες. Ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάγμεθα, καὶ πεπείσμεθα καὶ πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ μιμουμένους, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ ὅσα οἰκεῖα Θεῷ ἐστι, τῷ μηδενὶ ὀνόματι θετῷ καλουμένῳ. Καὶ πάντα τὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα δημιουργῆσαι αὐτὸν ἐξ ἀμόρφου ὕλης (62) δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα· οἱ, ἐὰν ἀξίους τῷ ἐκείνου βουλεύματι (63)

castigare. Non inusitata est Justino et aliis religionis defensoribus hæc ratiocinatio. Postulat in eadem *Apologia* Justinus n. 20, ut Christiani, dum Filium Dei natum et crucifixum prædicant, non absurdiora dicere videantur, quam poetæ, qui de filiis deorum multa finxerunt. In conclusione *Apologiæ* rogat imperatores, ut si nimus eis placeat Christianorum doctrina, illam quidem instar nugarum habeant, ac nequaquam in Christianos tanquam in hostes capitalem pœnam decernant. Tertullianus *Apolog.*, cap. 21, *De Verbi Incarnatione* loquens: « Recipite interim, inquit, hanc fabulam, similis est vestris. » Vide cap. 49. Legit Thirlbius: Πρὸς ἡμᾶς ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πρὸς ἕτερον· *Ad nos error iste pertinet, non ad alium quemvis.*

(58) *Τιμῶμεν οὓς.* Ita Clarom. codex. Editi τιμωμένους.

(59) *Μορφοποιήσαντες.* Frustra H. Steph. addit ante hanc vocem ἀνθρώπους vel ἀνθρώπων εἰκόνας. Sic enim paulo ante legimus οὓς ἄνθρωποι μορφώσαντες, et n. 6 λόγου μορφωθέντος.

(60) *Λέγεσθαι.* Legitur in codicibus mss. et R. Steph. λέγεσθε. Sed recte emendatus hic nævus in edit. Paris. Homines deorum custodes, ut observat Grabius, irrident Baruch. VI, 17, Pseudoclemens, *Recogn.* lib. VI, Arnobius lib. VI, Cyprianus *contra Demetrianum*. Vide *Epist. ad Diognetum*, et Tertull. *Apol.* 29 et I *ad Nat.*, c. 10.

D (61) *Προσειλήφαμεν.* Grabius post H. Steph. et Sylburgium legit προειλήφαμεν tum hoc in loco, tum in alio qui paulo post occurrit. Sed Justinus vix ullam vocem frequentius usurpat, cum acceptam a Christo et apostolis traditionem commemorat. Huc accedit, quod sua sponte minime vitiosa est, vel potius longe alteri præferenda, ad ea significanda quæ a Christo et apostolis edocti sumus.

(62) *Ἐξ ἀμόρφου ὕλης.* Hæc verba Halloixius *Vit. S. Just.* p. 529, e S. martyris contextu recidit, ut plane subdita et materiæ æternitatem, præter Justini sententiam, affingentia. Aliter emendavit Langus; vertit enim: *ex nihilo et non ex informi materia.* Sed nihil corruptum aut interpolatum, nihil quod Justinum in erroris suspicionem possit adducere, ut in Præfatione ostendimus.

(63) *Βουλεύματι.* Sine ratione Sylburgius legit βουλήματι, et paulo post συμβασιλεύσοντας.

Digitized by Google

ἑαυτοὺς δι' ἔργων δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους. Ὃν τρόπον γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε, τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον, διὰ τὸ ἐλέσθαι τοὺς αἱρουμένους τὰ αὐτῷ ἀρεστὰ, καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας καταξιωθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν· τὸ δ' ἑξακολουθῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἱρουμένους δι' ὧν αὐτὸς ἐδωρήσατο λογικῶν δυνάμεων, πείθει τε καὶ εἰς πίστιν ἄγει ἡμᾶς. Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι, τῷ μὴ εἴργεσθαι (64) ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα. Ὅπερ (65) γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι, ταῦτα ὁ λόγος (66) θεῖος ὢν εἰργάσατο, εἰ μὴ οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα, σύμμαχον λαβόντες τὴν ἐν ἑκάστῳ κακὴν πρὸς πάντα καὶ ποικίλην φύσει ἐπιθυμίαν, ὧν οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν.

11. Καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ Θεοῦ λεγόντων, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἀνεταζομένους ὑφ' ὑμῶν ὁμολογεῖν εἶναι Χριστιανοὺς, γινώσκοντες τῷ ὁμολογοῦντι θάνατον τὴν ζημίαν κεῖσθαι, φαίνεται. Εἰ γὰρ ἀνθρώπινον βασιλείαν προσεδοκῶμεν, κἂν ἠρνούμεθα ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα, ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, τοῦ καὶ πάντως (67) ἀποθανεῖν ὀφειλομένου.

12. Ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, οἱ ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν Θεὸν, κακοεργὸν, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἐπίβουλον, ἢ ἐνάρετον, ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι. Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἄνθρωποι ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ ἄν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ᾑρεῖτο, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτὸν συνεῖχε καὶ ἐκόσμει ἀρετῇ, ὅπως τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τύχῃ ἀγαθῶν, καὶ τῶν κολαστηρίων ἀπηλλαγμένος εἴη. Οὐ γὰρ διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κειμένους νόμους (68) καὶ κολάσεις πειρῶν-

A voluntati exhibuerint, adepturos accepimus, ut cum eo degant, atque una regnent corruptionis et perpessionis expertes. Quemadmodum enim ab initio non exsistentes creavit, eodem modo futurum credimus, ut qui elegerint quæ ipsi placent, ob hanc eligendi rationem immortalitate et Dei convictu et consuetudine dignentur. Nam ut a principio fieremus, in nobis situm non erat; ut autem ea sequamur quæ ipsi placent, adhibitis ad eligendum rationalibus facultatibus, quas ab eo accepimus, id ipse nobis persuadet et ad fidem nos adducit. Atque id quidem ad omnes homines pertinere arbitramur, eo quod non arceantur ab his discendis, sed potius hortatu ad ea incitentur. Quod enim non potuerant leges humanæ perficere, id verbum B divinum præstitisset, nisi mali dæmones sociam ad omnia et adjutricem adhibentes malam in unoquoque et variam natura cupiditatem, multa falsa et impia crimina, quorum nullius conscii nobis sumus, in vulgus sparsissent.

11. Vos autem, cum regnum a nobis exspectari auditis, humanum perperam suspicamini, cum illud, quod cum Deo est, dicamus; ut vel ex eo patet quod a vobis interrogati fateamur nos esse Christianos, quamvis mortis pœnam confitenti positam sciamus. Nam si humanum regnum exspectaremus, negaremus profecto interitus vitandi causa, et latere conaremur, ad ea quæ exspectamus consequenda. Sed quia spes in rebus præsentibus positas non habemus, interfectores parvi pendimus, C cum præsertim mors omnino declinari non possit.

12. Vobis autem adjutores omnium hominum maxime et auxiliarii ad pacem sumus, qui hæc docemus, fieri omnino non posse ut Deum lateat maleficus, aut avarus, aut insidiator, aut virtute præditus, ac unumquemque ad æternam, sive pœnam, sive salutem pro meritis actionum suarum proficisci. Nam si hæc cognita omnibus hominibus essent, nemo vitium ad breve tempus eligeret, cum se ad æternam ignis condemnationem proficisci sciret; sed sese omnino contineret ac virtute exornaret, tum ad bona, quæ a Deo promittuntur, consequen-

(64) *Τῷ μὴ εἴργεσθαι.* Frustra hic nonnulli legunt τὸ μὴ εἴργεσθαι. Sic reddimus hunc locum, ut nulla supersit difficultas. Confirmat hunc sensum D Justinus, dum ait Evangelium latius manaturum fuisse, nisi falsa crimina obstitissent.

(65) *Ἅπερ.* Hoc pro vulg. ὅπερ legendum probe Davisius notavit, astipulantibus Gallandio et Braunio; ergo recepi. Otto.

(66) *Ταῦτα ὁ λόγος.* Legit Perionius τοῦτο ὁ λόγος θεῖος ἂν εἰργάσατο, et infra γινώσκοντας τῷ ὁμολογοῦντι. Sed ejus emendatio, si prima vox excipiatur, aliis non probatur. Libenter legerem ὁ Λόγος Θεὸς ὤν, *Verbum, cum Deus sit, hæc præstitisset.* Sic etiam legit Thirlbius. Quod spectat ad illud γινώσκοντες, similia passim apud Justinum exempla occurrunt.

(67) *Τοῦ καὶ πάντως.* H. Steph. legendum putat τοῦ σώματος καὶ πάντως. Sed hæc absurda emendatio loci integri et sani. Infra eadem occurrit loquendi ratio n. 53. Grabius putat excidisse ex utroque loco vocem παντός ob proximum illud πάντως. Sed si quid addendum esset huic loco, qui profecto mendosus non est, addendum esset παντί ut in *Apol.* II, n. 11, non vero παντός. Nihil etiam mutat eruditus editor Londinensis, qui Justini vulgatam lectionem firmat hoc versu Euripidis, βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

(68) *Κειμένους νόμους.* Satis præclare Tertullianus S. Martyris vestigiis, « Sed quanta auctoritas, inquit, legum humanarum, cum illas et evadere homini contingat plerumque in admissis delitescenti, et aliquando contemnere ex involuntate vel necessitate delinquenti.... enimvero nos, qui sub Deo omnium speculatore dispungimur, quique æternam ab eo pœnam providemus, merito soli innocentiæ occurrimus, et pro scientiæ plenitudine et pro latebrarum difficultate et pro magnitudine cruciatus, non diuturni, verum sempiterni, eum timentes quem timere debebit et ipse qui timentes judicat, Deum non proconsulem timentes. » *Apol.* c. 45. Similia apud Origenem leguntur, lib. IV *contra Cels.*, p. 200, et apud Euseb. *Præp.* lib. XV, c. 5.

Digitized by Google

da, tum ad fugienda supplicia. Neque enim qui peccant, li propter positas a vobis leges et pœnas latere conantur; sed cum se consequi posse sciant, ut vos, ut pote homines, lateant, iniqua faciunt. At si didicissent et persuasum 50 haberent fieri non posse, ut Deum quidquam lateat, non modo factum, sed etiam cogitatum; saltem propter impendentia supplicia honestatem omnino colerent; id quod et a vobis concederetur. Sed speciem datis metuentium, ne omnes æqua faciant, nec jam habeatis, in quos animadvertatis. Carnificum sane id foret, non bonorum principum. Persuasum autem habemus, malorum dæmonum operatione, qui hostias et cultum ab hominibus præter rationem viventibus petunt, hæc quoque, ut jam diximus, fieri. Vos autem, qui pietatis et philosophiæ studiosi estis, nihil præter rationem facturos arbitramur. Quod si ipsi quoque, itidem ut homines insipientes, veritati consuetudinem anteponitis, quod in vestra potestate situm est, facite. Plus autem non possunt ne ipsi quidem principes, si veritati opinionem anteponant, quam latrones in solitudine. At vos minime litaturos Verbum declarat, quo magis regium, magisque justum principem, secundum genitorem illius Deum,

A ται λανθάνειν ἀδικοῦντες · ἀνθρώπους δ' ὄντας λανθάνειν ὑμᾶς δυνατὸν ἐπιστάμενοι ἀδικοῦσιν. Εἰ ἔμαθον (69) καὶ ἐπείσθησαν Θεὸν ἀδύνατον εἶναι λαθεῖν τι, οὐ μόνον πραττόμενον, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον, κἂν διὰ τὰ ἐπικείμενα (70) ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν, ὡς καὶ ὑμεῖς συμφήσετε. Ἀλλ' εἰκότως δεδιέναι μὴ πάντες δικαιοπραγήσωσι, καὶ ὑμεῖς οὓς κολάζετε (71) ἔτι οὐχ ἕξετε. Δημίων δ' ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' οὐκ ἀρχόντων ἀγαθῶν. Πεπείσμεθα δ' ἐκ δαιμόνων φαύλων, οἳ καὶ παρὰ τῶν ἀλόγως βιούντων αἰτοῦσι θύματα καὶ θεραπείας, καὶ ταῦτα (72), ὡς προέφημεν, ἐνεργεῖσθαι · ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς, οἵ γε εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας ὀρέγεσθε, ἄλογόν τι πρᾶξαι (73) ὑπειλήφαμεν. Εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμᾶτε, πράττετε ὃ δύνασθε.

B Τοσοῦτον (74) δὲ δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ. Ὅτι δ' οὐ καλλιερήσετε (75), ὁ Λόγος ἀποδείκνυσιν, οὗ βασιλικώτατον (76) καὶ δικαιότατον ἄρχοντα μετὰ τὸν γεννήσαντα Θεὸν, οὐδένα οἴδαμεν ὄντα. Ὃν γὰρ τρόπον διαδέχεσθαι πενίας, ἢ πάθη, ἢ ἀδοξίας πατρικὰς ὑφαιροῦνται πάντες · οὕτως καὶ ὅσα ἂν ὑπαγορεύσῃ ὁ Λόγος μὴ δεῖν αἱρεῖσθαι, ὁ νουνεχὴς οὐχ αἱρήσεται (77). Γενήσεσθαι ταῦτα πάντα προεῖπε, φημὶ (78), ὁ ἡμέ-

(69) *Εἰ ἔμαθον.* Legit Sylburgius εἰ δ' ἔμαθον. Nihil addit Thirlbius, sed legit οἱ γὰρ διὰ τοὺς, etc. « Qui enim propter leges et pœnas a vobis constitutas contendunt latere injuste agentes (quoniam vero sciunt fieri posse ut vos, utpote qui homines estis, lateant, injuste agunt), si edocti essent, » etc. Hæc legendi ratio prima specie arridere possit, sed prorsus rejicietur, si expendatur attentius. Hic enim Justinus quam potentior sit humanis legibus Christiana doctrina demonstrat hoc argumento, quod spem fallendi ista præripiat, hæ vero relinquant. Statuit itaque latendi studio in hominibus improbis non auctoritatem legum commendari, sed infirmitatem argui, nec legum metu ac reverentia latebras ad facinus quæri, sed spe facinoris abscondendi, quæ si tollatur, non jam facinus committetur. Utrum hæc *inepta et falsa* videri debent ac *fœda depravatio*, an peracuta sententia, in qua pervertenda vir doctissimus desudavit?

(70) *Διὰ τὰ ἐπικείμενα.* Impendentia videlicet a Deo supplicia.

(71) *Κολάζετε.* Legendum videtur κολάζητε, vel, ut Sylburgius posuit, κολάσετε. — [Ut hanc libertatem dicendi leniamus eamque cum debita regiæ majestati reverentia, quantum fieri potest, conciliemus, observandum est Justinum imperatori ejusque filiis quos alloquebatur, nequaquam attribuere tam perversum consilium, ut eos metuere suspicetur ne omnes æqua faciant. Hanc cogitationem improbis hominibus injici a dæmonibus declarat : imperatores *nihil præter rationem facturos* confidit. Non suam ergo propriam opinionem aut suspicionem profert, sed id objicit, quod nonnulli ex imperatorum agendi ratione colligere possent; quasi diceret : Christianos persequi, quorum tam utilis ad vitium exstirpandum doctrina, hominum videtur esse metuentium, ne omnes æqua faciant. In his quæ sequuntur, *Carnificum sane id foret, non bonorum principum*, fidenter hujus vitii turpitudinem declarat, ut illud in imperatorem ejusque filios minime cadere demonstret.] *Ex Addendis et Emendandis.*

(72) *Καὶ ταῦτα.* Nempe absurdissimam illam cogitationem et metum ne omnes æqua faciant.

(73) *Πρᾶξαι.* H. Steph. mallet πράξειν, sed nihil videtur mutandum.

(74) *Τοσοῦτον.* Hæc citata a Joan. Damasc., 1 *Parall.*, cap. 58, ut monet Grabius.

(75) *Οὐ καλλιερήσετε.* Hanc vocem Langus et alii sic accipiunt, quasi S. Martyr imperatores litaturos (h. e. *prosperos successus habituros*) neget, si C dæmones colere, ac victimas illis offerre pergant. At perspicuum est Justinum de injusta Christianorum nece expostulare, ac imperatores litaturos negare, si veritatem consuetudini posthabeant, et, ut solent latrones in solitudine, Christianos furori suo immolent. Simili sensu, sed non sine ironia Demonax, teste Luciano in ejus Vita, p. 549 : Ἄνδρες γὰρ Ἀθηναῖοι, inquit, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ καταθύσατε. Τὸ γὰρ πρότερον οὐ καλλιερήσατε. *Cum me coronatum, Athenienses, videatis, mactate me. Hactenus enim non litastis.* Provocat ergo Athenienses Demonax, ut se coronatum mactent, si litare velint. Contra imperatoribus denuntiat Justinus eos non litaturos, si Christianos immolent : idque ab ipso Verbo demonstratum esse declarat.

(76) *Οὗ βασιλικώτατον.* Verbi omnipotentiam hic prædicat Justinus, ut ostendat nunquam defuturos, qui ab eo adjuti præcepta ejus sequi malint, D quam patrias superstitiones.

(77) *Οὐχ αἱρήσεται.* Non male Grabius subintelligendum putat, *etiamsi patrio more sint recepta*, ut accurata sit comparatio inter ea quæ a Verbo prohibita vir prudens non eliget, et ea quæ quisque a patribus hæreditate accipere reformidat.

(78) *Φημί.* Refertur hoc verbum ad ea quæ paulo ante dixit Justinus, nempe imperatores non litaturos, si Christianos mactent, idque a Verbo demonstrari et doceri. Quare non incommode illud, *inquam*, usurpat, ubi explicare instituit quomodo Verbum docuerit inanes fore persecutorum conatus. Duplici enim rationis momento veritatem Christi prædictionis demonstrat. Ac primum quidem repetit ex ipsius Christi majestate, qui, cum summum exerceat cum Patre imperium, Christianos suos ita roborabit, ut quæcunque fugere præceperit, ab iis refugiant, ut alii homines a paupertate et morbis et ignominia refugere solent. Sed quia de Christi di-

Digitized by Google

τερος διδάσκαλος καὶ τοῦ Πατρὸς πάντων καὶ Δεσπότου Θεοῦ Υἱὸς καὶ ἀπόστολος ὢν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Χριστιανοὶ ἐπονομάζεσθαι ἐσχήκαμεν· ὅθεν καὶ βέβαιοι γινόμεθα πρὸς τὰ δεδιδαγμένα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, ἐπειδὴ ἔργῳ φαίνεται γινόμενα ὅσα φθάσας γενέσθαι προεῖπεν· ὅπερ Θεοῦ ἔργον ἐστί· πρὶν ἢ γενέσθαι εἶπε (79), καὶ οὕτως δειχθῆναι γινόμενον ὡς προείρηται. Ἦν μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις παυσαμένους μηδὲν προστιθέναι, λογισαμένους ὅτι δίκαιά τε καὶ ἀληθῆ ἀξιοῦμεν· ἀλλ' ἐπεὶ γνωρίζομεν οὐ ῥᾷον (80) ἀγνοίᾳ κατεχομένην ψυχὴν συντόμως μεταβάλλειν, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι τοὺς φιλαλήθεις, μικρὰ προσθεῖναι προεθυμήθημεν, εἰδότες ὅτι οὐκ ἀδύνατον, ἀληθείας παρατεθείσης, ἄγνοιαν φυγεῖν.

A novimus neminem. Quemadmodum enim nemo est, qui paupertatem aut morbos aut ignominiam hæreditate a parentibus accipere non refugiat; sic quæcunque Verbum eligi non debere docuerit, ea vir sanæ mentis haud eliget. Futura hæc, inquam, omnia prædixit magister noster, Parentis et Domini omnium Dei Filius et apostolus Jesus Christus, a quo etiam habuimus, ut Christiani appellaremur. Unde et confirmamur in omnibus, quæ ille docuit: quandoquidem reipsa videmus evenire, quæcunque futura prædixit. Quod quidem Dei opus est, res antequam fiant prædicere, easque quemadmodum prædictæ fuerunt, ita factas exhiberi. Licebat igitur hoc loco desinentibus nihil amplius addere, justa a nobis et vera postulari cogitantibus. Sed quia difficile esse novimus mentem ignoratione obsessam subito immutari, pauca statuimus adjicere, ut veritatis amatoribus persuadeamus: haud ignari posse fieri, ut veritate in medio posita, ignoratio pellatur.

13. Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμὲν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν (81), ὅση δύναμις αἰνοῦντες (μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατροφὴν γενόμενα, οὐ πυρὶ δαπανᾶν, ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις προσφέρειν (82), ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας, διὰ λόγου πομπὰς καὶ ὕμνους (83) πέμπειν) ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι (84), καὶ τῶν εἰς εὐρωστίαν πόρων πάντων, ποιοτήτων μὲν γενῶν, καὶ μεταβολῶν ὡρῶν, καὶ τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν αὐτῷ αἰτήσεις πέμποντες, τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει; Τὸν διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν, καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ

B 13. Quis igitur sanæ mentis homo non fateatur atheos nequaquam nos esse, qui opificem hujusce universitatis colimus, eum nec sanguinis, nec libaminum, nec suffimentorum indigum esse, ut edocti sumus, asserentes; sed verbis precationem et gratiarum actionem **51** habentibus, in his omnibus quæ offerimus, eum, quantum possumus, laudantes pro creationis beneficio, pro omnibus ad bonam valetudinem adjumentis, pro diversarum rerum qualitatibus, ac vicissitudinibus tempestatum, et propter fidem, qua illi credimus, precibus eum orantes ut rursus incorrupti fiamus; quippe cum hanc solam colendi rationem illo dignam esse edocti simus, quæ ab eo ad alendum creata sunt, non igne consumere, sed ad nostros et pauperum usus offerre, ac gratum ei animum præstantes, rationa-

C

vinitate non fatebantur ethnici, aliud argumentum repetit Justinus ex ipso prædicationis eventu, quo Christianos ita firmari et roborari docet, ut ipsa persecutio addat animos, nedum persecutores optatos sibi successus polliceri possint. Grabius cum sententiæ seriem minus videret, lacunam et hiatum suspicatus est.

(79) *Εἶπε* Legendum εἰπεῖν.

(80) *Οὐ ῥᾷον.* Hæc Irenæus pene ad verbum describit lib. III, cap. 2, ut ante observavit Grabius. « Si non facile est ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnino impossibile est errorem effugere apposita veritate. »

(81) *Ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν. In his omnibus quæ offerimus*, id est, in omnibus sacrificiis nostris, sive quoties sacrificamus. Neque enim apud Christianos varia erant, ut apud Judæos atque ethnicos, sacrificiorum genera.

(82) *Προσφέρειν. Ad nostros et pauperum usus offerre*, quia scilicet eorum, quæ oblata fuerant a fidelibus, pars in pauperum usus servabatur.

(83) *Πομπὰς καὶ ὕμνους.* Satis perspicitur hymnos hic vocari tum Psalmos Davidis, tum a Christianis ipsis composita carmina, quæ in ecclesia cantari solebant. Pompæ autem nihil aliud videntur esse, quam ritus et cæremoniæ in administrandis sacramentis, eucharistiæ præsertim et baptismi, solitæ observari. Pompæ autem vocari non solent mysteria religionis Christianæ. Quid enim aliud sunt pompæ, nisi « theatrorum insania, ut ait Cyrillus Hierosolym., catech. mystagog. 1, equorum cursus in hippodromiis, venationes in circo, et reliqua hujuscemodi vanitas? » Sed quia hæc in honorem deorum fiebant, et Christiani qui has fugiebant superstitiones, nullum numinis cultum retinere videbantur, docet Justinus suas illos pompas celebrare, sed cum ratione et veritate. Non absimili sensu Tertullianus mysteria religionis Christianæ comparat cum spectaculis gentilium. « Hæ voluptates, inquit, hæc spectacula Christianorum, sancta, perpetua, gratuita, » etc., lib. *De spectac.*, c. 29. Et auctor libri *De spectaculis*, apud Cyprianum: « Habet, inquit, Christianus spectacula meliora, si velit. » —[Infra Justinus, nempe n. 65, declarat Christianos per nomen Filii et Spiritus sancti, et n. 67, *in omnibus oblationibus Deum per Filium ejus Jesum Christum et per Spiritum sanctum laudari.* Sed hoc loco illud διὰ λόγου non videtur idem valere ac *per Verbum*, sed rationalem cultum designare, ut apud Athenagoram *Legat.* n. 13, ubi laudatur Christianorum victima inerruenta et cultus rationalis, δέον ἀναίμακτον θυσίαν καὶ τὴν λογικὴν προσάγειν λατρείαν. Interdum διὰ λόγου apud Justinum idem est ac *verbis*, ut n. 55. Is qui præest dicitur n. 67, *admonitionem et adhortationem* διὰ λόγου suscipere. Quod si διὰ λόγου πομπὰς καὶ ὕμνους πέμπειν idem esse velimus, ac *verbis pompas et hymnos mittere*, quem sensum Perionius et Gelenius secuti sunt; pompæ illæ idem erunt ac preces, quod quidem fateor mihi non multum arridere.] — *Ex Addendis et Emendandis.*

(84) *Ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι.* Parenthesis, quam apposui, satis idonea videtur ad Græcam orationem illustrandum. Sed quia eumdem usum in Latina interpretatione præbere non poterat, mutandus fuit ordo verborum, et quæ media erant, postrema fect.

Digitized by Google

libus eum pompis et hymnis celebrare? Nostrum autem harum rerum doctorem, natum ad hoc munus Jesum Christum, ac sub Pontio Pilato, Judææ, temporibus Tiberii Cæsaris, præside crucifixum, veri Dei Filium esse edocti, ipsumque secundo loco, Spiritum autem propheticum tertio habentes ordine, non sine ratione a nobis coli demonstrabimus. Hoc enim loco insaniæ nos accusant, post immutabilem et sempiternum et Patrem omnium Deum homini crucifixo alterum locum a nobis dictitantes deferri, mysterium hujus rei ignorantes, quod dum exponimus, ut attente audiatis hortamur.

A γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, Πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. Ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεὸν, καὶ γεννήτορατῶν ἁπάντων, ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες· ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον, ᾧ προσέχειν ὑμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτρεπόμεθα.

14. Nam ne supra exagitati a nobis dæmones vos decipiant, atque ab his, quæ dicimus, omnino legendis atque intelligendis avertant, cavendum B vobis denuntiamus (contendunt enim summopere, ut vos servos et ministros habeant; ac nunc quidem per somniorum visa, nunc per magicas præstigias eos omnes capiunt, qui de sua salute nihil laborant): quemadmodum et nos, postquam Verbo credidimus, ab istis quidem descivimus, ac solum ingenitum Deum per ejus Filium sequimur; et qui olim stupris gaudebamus, nunc castimoniam unice amplectimur; qui magicis etiam artibus utebamur, bono et ingenito nos consecravimus Deo; qui pecuniarum et possessionum vias omnibus antiquiores habebamus, nunc etiam ea quæ possidemus in commune conferimus, et cum indigentibus quibusque communicamus; qui mutuis odiis et cædibus pugnabamus, et cum iis qui tribules nostri non C essent, communem focum ob diversa instituta non habebamus, nunc postquam **52** Christus apparuit, convictores sumus, et pro inimicis oramus; et qui nos iniquis odiis prosequuntur, eos suadendo flectere conamur, ut qui secundum præclara Christi præcepta vixerint, bonam spem habeant eadem se ac nos a dominatore omnium Deo consecuturos. Sed ne vobis verba dare videamur, operæ pretium

14. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάξασθαι μὴ οἱ προδιαβεβλημένοι (85) ὑφ' ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς, καὶ ἀποτρέψωσι τοῦ ὅλως ἐντυχεῖν καὶ συνιέναι τὰ λεγόμενα· (ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφανείας, ποτὲ δ' αὖ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας τοὺς οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους·) ὃν τρόπον (86) καὶ ἡμεῖς, μετὰ τὸ τῷ Λόγῳ πεισθῆναι, ἐκείνων μὲν ἀπέστημεν, Θεῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἑπόμεθα, οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι· οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες· χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες, καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες· οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι, καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθη (87) ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι, νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ (88) καλὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες, εὐέλπιδες ὦσι, σὺν ἡμῖν τῶν αὐτῶν παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ τυχεῖν. Ἵνα δὲ μὴ σοφίζεσθαι ὑμᾶς δόξωμεν, ὀλίγων τινῶν τῶν παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διδαγμάτων

(85) *Προδιαβεβλημένοι.* Ad ea respicit quæ antea in dæmones dixit; quo sensu dicebat Tertullianus in libro *Ad Scapulam*, cap. 2: « Dæmones autem non tantum respuimus, verum et revincimus, et quotidie traducimus, et de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. »

(86) *Ὃν τρόπον.* Hæc referenda sunt ad cautionem adversus dæmonum insidias. Ethnicos monet Justinus, ut caveant ne decipiantur a dæmonibus et a Christiana religione abducantur: tum ait Christianos ad hunc modum, id est, dum fraudes dæmonum perspiciunt, et Christianæ doctrinæ assentiuntur, a dæmonibus discessisse.

(87) *Διὰ τὰ ἔθη.* Tangit S. Martyr argumentum longe præclarissimum, cæteris religionis defensoribus frequentatum, conversionem totius orbis ex omni vitiorum ac superstitionum genere ad veri Dei cultum, ex perpetuis interneciombus ad conspirantem in omnibus rebus consensum. Illa autem institutorum varietas, quæ ne focum quidem inter eos qui ejusdem tribus non essent, communem esse sinebat, cum ad legum in reipublicæ administratione, tum etiam ad religionum dissimilitudinem videtur pertinere. Primum dissensionis genus depingit Eusebius in orat. *De laud. Const.*, p. 647. Summam etiam distractionem pariebat varietas religionum, cum alii alios deos colerent, et eadem res alibi Deus, alibi victima esset. Hujus rei apud Eusebium *Præpar. Evangel.* lib. III, cap. 1, insigne testimonium habemus ex libro Plutarchi *De Dædalis Platæensibus*, corruptum illud quidem, sed tamen quod facile emendetur: Οὐ νομίζουσιν οὐδὲ ἀξιοῦσι κοινωνίαν εἶναι πρὸς Διόνυσον Ἥρᾳ· φυλάσσονται δὲ συμμιγνύναι τὰ ἱερὰ, καὶ τὰς Ἀθήνησιν ἱερείας ἁπαντώσας φασὶν ἀλλήλαις προσαγορεύειν, μηδὲ ὅλως κιττὸν εἰς τὸ τῆς Ἥρας κομίζεσθαι τέμενος. Legendum putat Vigerus προαγορεύειν; at soluta omnia si legatur οὐ προσαγορεύειν. *Nullam prorsus Junoni cum Baccho societatem et communionem esse pronuntiant, eoque diligenter cavent ne amborum sacra misceantur; ac sacerdotes narrant Athenis, si sibi invicem occurrant, inter se non salutare, nec omnino hederam in templum Junonis inferri.* Ex religionum varietate bella, seditiones ac cædes exoriri observat Athanasius in *Orat. contra gentes*, n. 25.

(88) *Οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ.* Quamvis illud οἱ non repugnet, commode tamen posset expungi, isque sensus exstaret: Eos suadendo flectere conamur, ut secundum præclara Christi præcepta viventes, bonam spem habeant, etc.

Digitized by Google

ἐπιμνηοθῆναι καλῶς ἔχειν πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἡγησάμεθα, καὶ ὑμέτερον ἔστω, ὡς δυνατῶν (89) βασιλέων, ἐξετάσαι εἰ ἀληθῶς (90) ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. Βραχεῖς δὲ καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν. Οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις (91) Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν.

A esse duximus, pauca quædam ex ipsius Christi præceptis, antequam ad demonstrationem veniamus, commemorare. Vobis autem convenit, ut potentibus regibus, expendere an revera hæc didicerimus et doceamus. Breve autem et concisum fuit illius dicendi genus; non enim sophista erat, sed ejus oratio virtus Dei fuit.

15. Περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης τοσοῦτον εἶπεν· *Ὃς ἂν ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ καρδίᾳ παρὰ τῷ Θεῷ.* Καί· *Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτόν· συμφέρει γάρ σοι μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μετὰ τῶν δύο πεμφθῆναι εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ.* Καί· *Ὃς γαμεῖ ἀπολελυμένην ἀφ' ἑτέρου ἀνδρὸς, μοιχᾶται.* Καί· *Εἰσί τινες οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ* B *τῶν ἀνθρώπων· εἰσὶ δὲ οἳ ἐγεννήθησαν εὐνοῦχοι· εἰσὶ δὲ οἳ εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· πλὴν οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν.* Ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας (92) ποιούμενοι, ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ Διδασκάλῳ εἰσὶ, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. Οὐ γὰρ (93) μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοιχεῦσαι βουλόμενος· ὡς οὐ τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. Καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαὶ, ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι· καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. Τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον C πλῆθος τῶν ἐξ ἀκολασίας μεταβαλόντων καὶ ταῦτα μαθόντων; Οὐ γὰρ τοὺς δικαίους, οὐδὲ τοὺς σώφρονας εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀδίκους. Εἶπε δὲ οὕτως· *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.* Θέλει γὰρ ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἢ τὴν κόλασιν αὐτοῦ. Περὶ δὲ τοῦ στέργειν ἅπαντας, ταῦτα ἐδίδαξεν· *Εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί καινὸν ποιεῖτε;*

15. Itaque de castitate tantumdem dixit: *Qui inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde apud Deum.* Et: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Expedit enim tibi unum oculum habentem ingredi in regnum cœlorum, potius quam cum duobus mitti in ignem æternum.* Et: *Qui ducit repudiatam ab altero viro, mœchatur*[36]. Et: *Sunt quidam qui eunuchi facti sunt ab* B *hominibus; sunt autem qui nati sunt eunuchi; sunt qui seipsos eunuchos fecerunt propter regnum cœlorum: sed non omnes hoc capiunt*[37]. Quemadmodum etiam ii qui ex lege humana duplex matrimonium ineunt, ita et qui mulierem aspiciunt ad concupiscendum eam, peccatores sunt apud Magistrum nostrum. Non enim is solum ab eo ejicitur, qui re et actu mœchatur, sed etiam qui mœchari vult; quippe cum Deo non facta solum, sed etiam cogitata pateant. Ac multi quidem et multæ annos sexaginta et septuaginta nati, qui a pueris Christi disciplina imbuti sunt, incorrupti perseverant; talesque in omni hominum genere monstraturum me profiteor. Quid enim innumerabilem eorum multitudinem dicam, qui ex lascivia sese receperunt atque hæc C didicerunt? Non enim justos neque castos ad pœnitentiam vocavit Christus, sed impios, et incontinentes, et injustos. Sic enim inquit: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*[38]. Pœnitentiam namque mavult quam pœnam cœlestis Pater. De cunctis autem hominibus diligendis ita docuit: *Si diligitis eos qui vos diligunt, quid novi facitis? hoc enim et fornicatores faciunt. Ego vero dico vobis: Orate pro inimicis vestris, et diligite eos*

[36] Matth. v, 28, 29, 32. [37] Matth. xix, 12. [38] Matth. ix, 13.

(89) *Ὡς δυνατῶν.* Legendum putavit H. Stephanus ὡς δὴ συνετῶν, quia ad ejusmodi rerum considerationem non potentia opus est, sed sapientia. Sed quo major erat imperatorum potestas, eo magis illos decebat veritatis inquisitio, præsertim in D his rebus ob quas homines innocentes damnabantur. Hinc Justinus *Apol.* 2, n. 3, paratum se esse demonstrans coram imperatoribus Crescentem refellere, ait: *Regium sane hoc opus fuerit.*

(90) Ambigua videri possent hæc Justini verba, *εἰ ἀληθῶς*, etc. Is enim sensus esse possit: *Utrum hæc, quæ didicimus et docemus, vera sint.* Sed Justinus Christi præcepta in medio ponere statuit, ne verba dare videatur, dum tantam esse Christianorum sanctitatem asseverat. Itaque non dubitat quin Christianorum innocentia in tuto futura sit, si hæc illos a Christo accepisse et docere constet: atque id unum ad expendendum et examinandum proponit.

(91) *Ἀλλὰ δύναμις.* Langus et Grabius sic reddunt: *Virtus Dei et Verbum ejus fuit.* Est sane Christus Dei virtus et Verbum; sed Justinus id hoc loco non tangit; de adhibito a Christo disserendi genere loquitur. Quamobrem multo aptius et commodius reddideris: *Neque enim erat sophista, sed ipsius sermo virtus Dei erat*, quia videlicet Christi sermo cum rebus inanimis imperabat, tum etiam, ut ait Origenes lib. 1 *contr. Cels.*, p. 55, « occultam quamdam in audientium animis persuasionem efficiebat. »

(92) *Διγαμίας.* Non secundæ nuptiæ hic a Justino vituperantur, sed quæ non soluto priore vinculo contrahuntur. Illius enim mens ex testimoniis, quæ ab eo referuntur, existimanda; et cum in testimoniis citatis nihil sit de secundis nuptiis, probabile non est illum ea de re loqui voluisse. Posset etiam διγαμίας nomine adulterium intelligi, quasi scriptum esset: Ὥσπερ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ οἱ διγαμίας ποιούμενοι, etc. *Quemadmodum apud leges humanas peccatores sunt, qui duplex matrimonium ineunt, ita*, etc. Sed sensus, quem in interpretando secutus sum, magis mihi arridet.

(93) *Οὐ γὰρ... βουλόμενος.* Irenæus quoque *Adv. hæres.*, II, 32, § 1, p. 165, ed. Massuet, S. Martyris vestigiis: *Apud quem*, inquit, *non solum qui mœchatur expellitur, sed et qui mœchari vult.* Otto

Digitized by Google

qui odio vos persequuntur [39]. *Benedicite maledicentibus vobis, et orate pro calumniantibus vos* [40]. Ut autem nostra communicemus cum egentibus, nec quidquam gloriæ causa faciamus, hæc dixit: *Omni petenti date, et mutuo sumere volentem ne aversemini* [41]. *Si namque mutuo his datis a quibus vos recepturos speratis, quid novi facitis? faciunt hoc et publicani* [42]. *Vos autem nolite thesaurizare vobis* **53** *thesauros in terra, ubi ærugo et tinea demolitur, et prædones effodiunt: sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur* [43]. *Quid enim prodest homini, si mundum totum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit commutationem pro ea* [44]? *Thesaurizate ergo thesauros in cœlis, ubi nec ærugo nec tinea demolitur* [45]. Et: *Estote autem benigni et misericordes, sicut Pater vester benignus est et misericors* [46], *ac solem suum oriri facit super peccatores, et justos et malos* [47]. *Ne sollicite curetis quid esuri sitis, aut quibus usuri vestimentis. An vos volucribus et feris non præstatis? et Deus alit illa. Ne igitur solliciti sitis quid esuri sitis, aut quibus usuri indumentis. Novit enim Pater vester cœlestis, vos hisce indigere. Quærite autem regnum cœlorum, et omnia hæc adjicientur vobis* [48]. *Ubi enim thesaurus, illic et mens hominis est* [49]. Et: *Ne ista feceritis, ut spectaculo sitis hominibus; alioquin mercedem non habebitis a Patre vestro qui in cœlis est* [50].

A καὶ γὰρ οἱ πορνοι τοῦτο ποιοῦσιν. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω· Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. Εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις, καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, ταῦτα ἔφη· Παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, καὶ τὸν βουλόμενον δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῆτε. Εἰ γὰρ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν. Ὑμεῖς δὲ μὴ θησαυρίζετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ λῃσταὶ διορύσσουσι· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; B Ἢ τί δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; Θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. Καὶ, Γίνεσθε δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν χρηστός ἐστι καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς, καὶ δικαίους καὶ πονηρούς. Μὴ μεριμνᾶτε δὲ τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οὐχ ὑμεῖς τῶν πετεινῶν καὶ τῶν θηρίων διαφέρετε; καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτά. Μὴ οὖν μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι τούτων χρείαν ἔχετε· ζητεῖτε δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου. Καί· Μὴ ποιῆτε ταῦτα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

16. Patientes autem ut simus et ad serviendum omnibus parati ac iræ expertes, quæ ab eo dicta sunt, ita se habent: *Qui te percutit in maxillam, præbe et alteram. Et ab eo, qui aufert tibi tunicam, aut vestimentum, noli prohibere* [51]. *Qui vero iru exanduerit, ad ignem condemnationi obnoxius fuerit* [52]. *Omnem autem adigentem te ad milliare unum, duobus illum comitare* [53]. *Luceant vero benefacta vestra coram hominibus, ut illi ea cernentes, admirentur Patrem vestrum qui in cœlis est* [54]. Non enim reluctari oportet, neque nos imitatores esse malorum vult Deus; sed ut patientia et lenitate omnes a dedecore et cupiditate malorum abducamus hortatus est. Quod quidem et de multis qui apud vos fuerunt, demonstrare possumus, qui ex violentis et tyrannis immutati sunt, vel vestigata vicinorum vitæ constantia victi, vel perspecta viæ comitum in injuriis perferendis mira patientia,

C 16. Περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι, καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι, καὶ ἀοργήτους, ἃ ἔφη, ταῦτά ἐστι· Τῷ τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα, ἢ τὸ ἱμάτιον (94), μὴ κωλύσῃς. Ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ. Παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σοι μίλιον ἕν, ἀκολούθησον δύο. Λαμψάτω δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες, θαυμάζωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐ γὰρ ἀνταίρειν δεῖ· οὐδὲ μιμητὰς εἶναι τῶν φαύλων βεβούληται ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ πραότητος ἐξ αἰσχύνης καὶ ἐπιθυμίας τῶν κακῶν ἄγειν πάντας προετρέψατο. Ὅ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν (95) τῶν παρ' ἡμῖν (96) γεγενημένων ἀποδεῖξαι ἔχομεν, ἐκ βιαίων καὶ τυράννων μετέβαλον ἠττηθέντες, ἢ γειτόνων καρτερίαν βίου παρακολουθήσαντες, ἢ σύνοδοι πόρων πλεονεκτουμένων ὑπομονὴν ξένην κατανοήσαντες, ἢ συμπραγματευομένων

[39] Matth. v, 46, 44. [40] Luc. vi, 28. [41] Ibid., 30. [42] Ibid., 34. [43] Matth. vi, 19. [44] Matth. xvi, 26. [45] Matth. vi, 20. [46] Luc. vi, 36. [47] Matth. v, 45. [48] Matth. vi, 25, 26, 33. [49] Ibid., 21. [50] Ibid., 1. [51] Luc. vi, 29. [52] Matth. v, 22. [53] Ibid., 41. [54] Ibid., 16.

(94) *Ἢ τὸ ἱμάτιον.* Legit Thirlbius καὶ τὸ ἱμάτιον, ut sit sensus, *nec pallium prohibueris.* Sed hæc memoriter videtur referre Justinus, ac proinde non accuratissime. Si quis tamen emendare velit, legendum potius esset, αἴροντά σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς.

(95) *Ὅ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν.* Melius ὅ γε καὶ ἐπὶ πολλῶν.

(96) *Τῶν παρ' ἡμῖν.* Vel legendum τῶν παρ' ὑμῖν, id quod secutus sum in interpretando, vel παρ' ἡμῖν γεγενημένων, *quod quidem pluribus nostrorum evenisse possumus demonstrare.* Ibidem non dubium quin legendum sit οἱ ἐκ βιαίου. Legit Thirlbius, ὅγε καὶ... γεγενημένων.

Digitized by Google

πειραθέντες. Περὶ δὲ τοῦ μὴ ὀμνύναι ὅλως, τάληθῆ A vel exploratis eorum moribus quibuscum contrahebant. Ne autem juremus omnino, sed vera semper dicamus, sic præcepit: *Ne juretis omnino, sed sit vestrum: Est, est; et: Non, non; quod autem his abundantius est, a malo est* [55]. Deum porro solum colendum esse, ita suasit, dicens: *Maximum mandatum est: Dominum Deum tuum adorabis, atque illum solum coles ex toto corde tuo, et ex tota fortitudine tua; Dominum Deum tuum, qui fecit te* [56]. Et accedente ad eum quodam, atque dicente: *Magister bone:* respondit inquiens: *Nemo bonus, præterquam solus Deus* [57], qui condidit omnia. Qui autem non ita comperiuntur vivere, quemadmodum docuit, eos pro certo constet non esse Christianos, quamvis lingua pronuntient Christi doctrinam. B Non enim eos qui tantummodo dicunt, sed qui facta etiam exhibent, salvos esse futuros dixit. Sic enim ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum; sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est* [58]. *Nam qui me audit, et quæ dico facit, eum audit qui misit me* [59]. *Permulti autem dicent mihi: Domine, Domine, nonne in nomine tuo edimus et bibimus, et virtutes præstitimus* [60]? *Et tunc dicam eis: Discedite a me* **54** *qui operamini iniquitatem* [61]. *Ibi tum fletus erit et stridor dentium, cum justi quidem ut sol fulgebunt, injusti autem mittentur in ignem sempiternum* [62]. *Multi siquidem venient sub nomine meo, extrinsecus ovium pellibus induti, cum intrinsecus* C *lupi sint rapaces. Ex operibus eorum cognoscetis illos. Omnis autem arbor non faciens fructum bonum, exciditur, et in ignem conjicitur* [63]. Cæterum qui non consentanee præceptis illius vivunt, ac nomine tenus Christiani sunt, hi ut a vobis quoque puniantur, rogamus.

δὲ λέγειν ἀεί, οὕτως παρεκελεύσατο· *Μὴ ὀμόσητε ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ Ναὶ ναί· καὶ τὸ Οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ.* Ὡς δὲ καὶ τὸν Θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν, εἰπών· *Μεγίστη ἐντολή ἐστι· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, Κύριον τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε.* Καὶ προσελθόντος αὐτῷ τινος, καὶ εἰπόντος· *Διδάσκαλε ἀγαθέ,* ἀπεκρίνατο λέγων· *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὰ πάντα.* Οἳ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοὶ, κἂν λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας, ἀλλὰ τοὺς καὶ τὰ ἔργα πράττοντας, σωθήσεσθαι ἔφη. Εἶπε γὰρ οὕτως· *Οὐχὶ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὃς γὰρ ἀκούει μου, καὶ ποιεῖ ἃ λέγω, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. Πολλοὶ δὲ ἐροῦσί μοι· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν, καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀνομίας. Τότε κλαυθμὸς ἔσται, καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος· οἱ δὲ ἄδικοι πέκπωνται* (96') *εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. Πολλοὶ γὰρ ἥξουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν μὲν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δὲ ὄντες λύκοι ἅρπαγες· ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Πᾶν δὲ δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.* Κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς ἐδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανοὺς, καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν.

17. Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ. Κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ προσελθόντες τινὲς, ἠρώτων αὐτὸν, εἰ δεῖ Καίσαρι φόρους τελεῖν· καὶ ἀπεκρίνατο· *Εἰπατέ μοι, τίνος εἰκόνα τὸ νόμισμα ἔχει;* Οἱ δὲ ἔφασαν· *Καίσαρος·* καὶ πάλιν ἀνταπεκρίνατο αὐτοῖς· *Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.* Ὅθεν Θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν· D ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες, καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὑρεθῆναι. Εἰ δὲ καὶ ἡμῶν εὐχομένων καὶ πάντα εἰς φανερὸν τιθέντων ἀφροντιστήσετε, οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, πιστεύοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον τίσειν διὰ πυρὸς αἰωνίου δίκας, καὶ πρὸς ἀναλογίαν ὧν ἔλαβε δυνάμεων παρὰ θεοῦ, τὸν λόγον ἀπαιτηθήσεσθαι, ὡς ὁ Χριστὸς

17. Illud etiam studio nobis est, ut vectigalia et census iis, quibus hoc munus commisistis, primi omnium pendamus, quemadmodum ab eo sumus instituti. Illo namque tempore accedentes quidam, percunctati sunt ex illo, an Cæsari vectigalia pendere oporteat? qui responsum hoc ab eo retulere: *Dicite,* inquit, *mihi, cujus imaginem nummus habet?* Qui ubi dixissent, *Cæsaris: Reddite igitur,* ait, *quæ Cæsaris sunt, Cæsari; et quæ Dei, Deo* [64]. Proinde nos solum Deum adoramus; vobis autem in rebus aliis læti servimus, reges ac principes hominum esse agnoscentes, et simul precantes, ut cum regia potestate sanam quoque mentem obtinere comperiamini. Quod si nos precantes, atque omnia in lucem proferentes non curaveritis: nihil nos quidem capiemus detrimenti, quippe cum credamus, vel potius persuasum habeamus, pro actionum meritis unumquemque pœnas per æternum ignem daturum, et pro ratione acceptarum a Deo

[55] Matth. v, 34, 37. [56] Marc. xii, 30. [57] Matth. xix, 6, 17. [58] Matth. vii, 21. [59] Ib., 24. [60] ib 21. [61] Luc. xiii, 26. [62] Matth. xiii, 42. [63] Matth. vii, 15, 16, 19. [64] Matth. xxii, 17, 19, 20, 21.

(96') Πέμψωνται conj. Davis., sed pessime.

Digitized by Google

facultatum rationem ei redditurum, quemadmodum Christus declaravit, dicens : *Cui plus contulit Deus, plus etiam reposcetur ab eo* [65].

18. Respicite enim exitum cujusque superiorum imperatorum ; communem omnibus mortem obierunt, quæ si in statum sensus expertem evaderet, de lucro id esset improbis omnibus. Sed quia et sensus manet iis omnibus qui exstiterunt, et supplicia æterna reposita sunt, ne hæc pro certis habere ac vera credere negligatis. Nam ei necyomantiæ, et incorruptorum puerorum inspectiones, et animarum humanarum evocationes, et qui apud magos dicuntur somniorum immissores et assessores, et quæ a peritis illarum rerum fiunt, persuadeant vobis animas etiam post mortem sensu præditas esse : et qui ab animabus mortuorum correpti projiciuntur, dæmoniaci et furiosi ab omnibus appellati, et quæ dicuntur apud vos oracula, Amphilochi, Dodonæ et Pythiæ, et quæcunque alia ejusmodi, et scriptorum sententiæ, Empedoclis et Pythagoræ, Platonis et Socratis, et illa apud Homerum fossa et descensus Ulyssis horum videndorum causa, et eorum testimonia qui eadem ac isti dixerunt : quibus nos saltem æque approbate, **55** qui non minus quam illi, imo magis Deo credimus, quippe cum nostra corpora etiam mortua et in terram conjecta nos rursus recepturos speremus, nihil non posse a Deo fieri asserentes.

19. Et sane quid incredibilius videatur attente consideranti, quam si in corpore non essemus, nobisque diceret aliquis ex parva quadam humani seminis gutta ossa et carnes ea, quam videmus, forma fieri posse? Id enim nunc fingendo dicamus. Si tales non esetis, neque orti ex talibus, vobisque aliquis hominis semen et pictam imaginem demonstrans, ex tali re eum generari posse asseveraret ;

A ἐμήνυσεν εἰπών· Ὧ πλέον ἔδωκεν ὁ Θεὸς, πλέον καὶ ἀπαιτηθήσεται παρ' αὐτοῦ.

18. Ἀποβλέψατε γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἑκάστου τῶν γενομένων βασιλέων, ὅτι τὸν κοινὸν πᾶσι θάνατον ἀπέθανον· ὅπερ (97) εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἔρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἴσθησις πᾶσι γενομένοις μένει, καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται, μὴ ἀμελήσητε πεισθῆναί τε καὶ πιστεῦσαι ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστι. Νεκυομαντεῖαι (98) μὲν, καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις, καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι (99), καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδότων, πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί· B καὶ οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι (1) καὶ ῥιπτούμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες, καὶ τὰ παρ' ὑμῖν λεγόμενα μαντεῖα Ἀμφιλόχου καὶ Δωδώνης καὶ Πυθοῦς, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου, Πλάτωνός τε καὶ Σωκράτους, καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος, καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων· οἷς κἂν ὁμοίως ἡμᾶς ἀποδέξασθε οὐχ ἧττον ἐκείνων Θεῷ πιστεύοντας, ἀλλὰ μᾶλλον, οἳ καὶ τὰ νεκρούμενα καὶ εἰς γῆν βαλλόμενα, πάλιν ἀπολήψεσθαι ἑαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν· ἀδύνατον μηδὲν εἶναι Θεῷ λέγοντες.

19. Καὶ κατανοοῦντι (2) ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ ἐν σώματι μὴ ὑπήρχομεν, καί τις ἔλεγεν, ἐκ C μικρᾶς τινὸς ῥανίδος τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σπέρματος, δυνατὸν ὀστέα τε καὶ νεῦρα καὶ σάρκας εἰκονοποιηθέντα, οἷα ὁρῶμεν, γενέσθαι. Ἔστω γὰρ νῦν ἐφ' ὑποθέσεως λεγόμενον· εἴ τις ὑμῖν μὴ οὖσι τοιούτοις, μηδὲ τοιούτων, ἔλεγε τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπειον δεικνὺς, καὶ εἰκόνα γραπτὴν, ἐκ τοῦ τοιοῦδε οἷόν τε

[65] Luc. XII, 48.

(97) *Ὅπερ.* Legendum censet Stephanus ὅσπερ et ἀπογενομένοις, pro γενομένοις, ut de mortuis Justinum loqui clarius pateat. Deinde ante μὴ ἀμελήσητε addendum putat *καί*, vel δέ post eamdem vocem. Sed hæc prorsus inutilia. Non animadvertit vir longe doctissimus hac voce, γενομένοις, non tam mortuos designari, quam generatim omnes quicunque ante exstiterunt. Eodem sensu Justinus dicebat supra, n. 4, οἱ γενόμενοι ποιηταί. Hinc eadem vox designat posteros, sive eos qui deinceps fuerunt in his Juliani verbis apud Cyrillum lib. VII, p. 238 : « Cum legislator vetuisset ne diis serviret... et addidisset : *Non maledices diis ;* ἡ τῶν γινομένων βδελυρία τε καὶ τόλμα, *posterorum scelus et audacia* volens religionem omnem multitudini adimere, statuit ex eo quod non sit diis serviendum, consequens esse ut iis maledicendum sit. »

(98) *Νεκυομαντεῖαι.* Omnes, quas Justinus enumerat, inquit Grabius, magicarum præstigiarum species, junctim quoque memorat Tertullianus in *Apologet.* c. 23 : « Si et magi phantasmata edunt, et jam defunctorum inclamant animas, si pueros in eloquium oraculi eliciunt, si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt, si et somnia immittunt, habentes semel invitatorum angelorum et dæmonum assistentem sibi potestatem, » etc.

(99) *Ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι.* Valesio ad Euseb. *Hist. eccl.* IV, c. 7, recte notante, *paredros* dixere spiritus magis assistentes, vel etiam quos magi aliis immittebant ut perpetuo eis ad tutelam assisterent ; *oniropompos* vero istos qui somnia hominibus injiciebant ut de eventibus edocerentur futuris. Otto.

(1) *Ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι.* Negat Tatianus Justini discipulus effectus ejusmodi in animas defunctorum conferri debere. Sed Justinus hoc loco argumenta colligit non ex suis, sed ex ethnicorum principiis. Hinc fossam homericam citat ex *Odyss.* λ, v. 93 et philosophos metempsychosis defensores. Hinc etiam sumit argumenti loco inspectiones illas puerorum incorruptorum, quia scilicet ethnici existimabant eos, qui violentam et immaturam mortem obierant, ad ipsum corpus mortuum detineri. Vide adnotationes ad n. 17 Tatiani.

(2) *Κατανοοῦντι.* Post hanc vocem excidit aliud τί, quod quidem restituendum esse monuit Grabius. Citatur a Thirlbio similis sententia Irenæi ex pag. 295, edit. Massuet.

Digitized by Google

γενέσθαι διαβεβαιούμενος, πρὶν ἰδεῖν γενόμενον, ἐπιστεύσατε; Οὐκ ἂν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν. Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον, διὰ τὸ μήπω ἑωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν, ἀπιστία ἔχει. Ἀλλ' ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶτε γινομένους· τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε, ὅτι διαλυθέντα (3), καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν διαλυθέντα τὰ ἀνθρώπεια σώματα, κατὰ καιρὸν προστάξει Θεοῦ ἀναστῆναι, καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι, οὐκ ἀδύνατον. Ποίαν γὰρ ἀξίαν Θεοῦ δύναμιν λέγουσιν οἱ φάσκοντες εἰς ἐκεῖνο χωρεῖν ἕκαστον, ἐξ οὗ περ ἐγένετο, καὶ παρὰ ταῦτα μηδὲν ἄλλο δύνασθαι μηδὲ τὸν Θεὸν, οὐκ ἔχομεν λέγειν· ἀλλ' ἐκεῖνο συνορῶμεν, ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν δυνατὸν εἶναι τοιούτους ποτὲ γενέσθαι, ὁποίους καὶ ἑαυτοὺς, καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, καὶ ἐξ ὁποίων γεγενημένα ὁρῶσι. Κρεῖττον δὲ πιστεύειν καὶ τὰ τῇ ἑαυτῶν φύσει καὶ ἀνθρώποις ἀδύνατα, ἢ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπιστεῖν, προειλήφαμεν· ἐπειδὴ καὶ τὸν ἡμέτερον Διδάσκαλον Ἰησοῦν Χριστὸν ἔγνωμεν εἰπόντα· *Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις δυνατὰ παρὰ Θεῷ.* Καὶ· *Μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι, εἶπε· φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν.* Ἡ δὲ γέεννά ἐστι τόπος ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες, καὶ μὴ πιστεύοντες ταῦτα γενήσεσθαι ὅσα ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξε.

20. Καὶ Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστασπις (4) γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν. Ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νοοῦμεν τὸν πάντων ποιητὴν Θεόν. Εἰ οὖν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἵνα δὲ καὶ μειζόνως καὶ θείως (5), καὶ μόνοι μετὰ ἀποδείξεως, τί παρὰ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς, ὑπὸ Θεοῦ πάντα κεκοσμῆσθαι καὶ γεγενῆσθαι, Πλάτωνος δόξομεν λέγειν δόγμα· τῷ δὲ ἐκπύρωσιν γενέσθαι, Στωϊκῶν· τῷ δὲ κολάζεσθαι ἐν αἰσθήσει καὶ μετὰ θάνατον οὔσας τὰς τῶν ἀδίκων ψυχὰς, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων ἀπηλλαγμένας τῶν τιμωριῶν εὖ διάγειν, ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δόξομεν. Τῷ δὲ καὶ μὴ δεῖν χειρῶν ἀνθρώποις (6) προσκυνεῖν, Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ, καὶ

A num priusquam videretis factum, credideretis? Nemo contradicere audebit. Eodem modo quia nondum vidistis mortuum ad vitam revocatum, increduli estis. Sed quemadmodum nunquam omnino credidissetis tales vos ex parva gutta fieri posse, et tamen factos videtis; eodem modo fieri posse existimate, ut dissoluta hominum corpora, et instar seminum in terram resoluta, Dei jussu, certo tempore resurgant et incorruptionem induant. Nam qui unumquodque in id unde exstitit redire, ac præterea ne Deum quidem quidquam aliud posse dicunt, ii statuere non possumus ecquam Deo dignam potentiam relinquant. Sed illud perspicimus, nequaquam eos credituros fuisse tales se et universum mundum fieri posse, quales et ex qualibus factos

B vident. Satius autem esse ea credere, quæ et nostræ naturæ et aliorum hominum vires superant, quam pariter cum aliis incredulos esse, accepimus. Quandoquidem et Magistrum nostrum Jesum Christum ita dixisse scimus: *Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum* [66]. Item: *Ne timeatis eos qui occidunt vos, ac deinceps nihil facere possunt; eum vero timete qui post mortem potest et animam et corpus conjicere in gehennam* [67]. Est autem gehenna locus ubi punientur qui injuste vixerint, nec ea crediderint futura, quæcunque Deus per Christum docuit.

20. Ac Sibylla quidem et Hystaspes ea, quæ corruptioni obnoxia sunt, igne consumptum iri dixe-

C runt. Philosophi illi, qui dicuntur Stoici, Deum ipsum in ignem resolvi docent, ac mundum post immutationem rursus oriri dicunt. Nos autem præstantius aliquid mutabilibus rebus creatorem omnium Deum credimus. Igitur si quædam similia his, qui apud vos in pretio sunt, poetis et philosophis, quædam autem plenius et divinius disserimus, idque soli cum demonstratione; cur supra omnes injustis odiis flagramus? Dum enim a Deo dicimus ornata et facta omnia, Platonis sententiam proferre videbimur: dum conflagrationem fore, Stoicorum: dum autem improborum animas, etiam post mortem, sensu præditas puniri, bonorum a suppliciis liberas beate agere; eadem ac poetæ et philosophi dicere videbimur. Dum homines **56** id quod ipsis

D pejus est colere non debere; idem dicimus quod

[66] Matth. XIX, 26. [67] Matth. X, 28.

(3) *Διαλυθέντα.* In codice Claromontano legitur ad marg. ἀναλυθέντα. Satius videtur ita legere quam διαλαθέντα cum Grabio.

(4) *Ὑστασπις.* Legendum esse Ὑστάσπης, ut infra et apud Lactantium lib. VII, cap. 15, Sylburgius et Grabius admonuerunt. Vide infra *De Sibylla quæst.* et *resp.* 74 *ad orthodoxos.*

(5) *Καὶ θείως.* Legendum θειοτέρως jam multi monuerunt.

(6) *Χειρῶν ἀνθρώποις.* Hunc locum emendat H. Stephanus legendo χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους. Sed legendum potius χείρονι ἀνθρώπους. Cum enim levior erit mutatio, tum etiam sententiæ Justini aptior. Cur enim ait ex Menandro et aliis poetis opificem esse majorem opere, nisi ut probet deos qui ab hominibus fabricantur, pejores esse hominibus ac proinde ab iis coli non debere? Vide supra versus Menandri, lib. *De monarchia.* — *Χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους.* Vulgo vitiose χειρῶν ἀνθρώποις. Wolfius conjicit ἔργα χειρῶν ἀνθρώπου; H. Stephan. (in edit. *Epist. ad Diogn.* p. 44), χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους, vel ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων aut ἀνθρωπίνων; Davis., χειρῶν ἀνθρώπων ἔργοις; Maran, χείρονι ἀνθρώπους. Sylburg. et Braun. probant χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργοις, sed vulgatæ lectioni propius est haud dubie χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους, id quod præ cæteris etiam H. Stephano, Grabio et Thalemanno placet. Egregie facit ad nostram seri

Digitized by Google

Menander comicus, et qui similia locuti sunt. Majorem enim esse opere opificem pronuntiarunt.

21. Dum autem Verbum, quæ prima est Dei progenies, sine mistione genitum dicimus, Jesum Christum Magistrum nostrum, eumdemque crucifixum et mortuum et redivivum ascendisse in cœlum; nihil ab iis, qui apud vos dicuntur, Jovis filiis alienum et novum afferimus. Scitis enim quot Jovis filios commemorent spectati apud vos scriptores, Mercurium, sive sermonem interpretem et omnium magistrum; Æsculapium, postquam fulmine etiam ob medici munus percussus est, evectum in cœlum; Bacchum postquam dilaniatus; Herculem postquam seipsum fuga laborum igni tradidit; Dioscuros ex Leda, Perseum ex Danae genitos, et genitum ex hominibus Bellerophontem, equo Pegaso sublatum. Quid enim dicamus Ariadnem et qui similiter ac ista recepti inter sidera feruntur? Nam et morientes apud vos imperatores semper immortalitati consecrandos judicatis, ac producitis qui etiam juratus vidisse se crematum Cæsarem in cœlum abeuntem dicat. Qualia autem cujusque eorum, qui dicuntur, Jovis filiorum facta perhibeantur, necesse non est apud scientes dicere; sed hæc certe ad corruptelam et depravationem discentium litteris mandata sunt. Deos enim imitari præclarum omnibus videtur. Absit autem a sana mente hæc de

A τοῖς ταῦτα φήσασι, ταὐτὰ φράζομεν. Μείζονα γαρ τὸν δημιουργὸν τοῦ σκευαζομένου ἀπεφήναντο.

21. Τῷ δὲ καὶ τὸν Λόγον, ὅ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς γεγενῆσθαι (7) Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Διδάσκαλον ἡμῶν, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ ἀναστάντα ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐ παρὰ τοὺς παρ' ὑμῖν λεγομένους υἱοὺς τῷ Διὶ καινόν τι φέρομεν. Πόσους γὰρ υἱοὺς φάσκουσι τοῦ Διὸς οἱ παρ' ὑμῖν τιμώμενοι συγγραφεῖς ἐπίστασθε, Ἑρμῆν μὲν λόγον τὸν ἑρμηνευτικὸν (8) καὶ πάντων διδάσκαλον· Ἀσκληπιὸν δὲ καὶ θεραπευτὴν γενόμενον, κεραυνωθέντα ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανόν· Διόνυσον δὲ διασπαραχθέντα· Ἡρακλέα δὲ φυγῇ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα· τοὺς ἐκ Λήδας δὲ Διοσκούρους, καὶ τὸν ἐκ Δανάης Περσέα, B καὶ τὸν ἐξ ἀνθρώπων (9) δὲ ὑφ' ἵππου (10) Πηγάσου Βελλεροφόντην. Τί γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδνην, καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτῇ κατηστερίσθαι λεγομένους; Καὶ τί γὰρ (11) τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ὁμνύντα τινὰ προάγετε (12) ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα; καὶ ὁποῖαι ἑκάστου τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς ἱστοροῦνται αἱ πράξεις, πρὸς εἰδότας λέγειν οὐκ ἀνάγκη, πλὴν ὅτι εἰς διαφορὰν (13) καὶ προτροπὴν τῶν ἐκπαιδευομένων ταῦτα γέγραπται· μιμητὰς γὰρ θεῶν καλὸν εἶναι πάντες ἡγοῦνται. Ἀπείη δὲ σωφρονούσης

pturam probandam geminus locus c. 53, p. 88, C, quo Martyr ait: Ἔθνη χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα. Quare recipere non dubitavi. Otto.

(7) *Γεγενῆσθαι*. Miror cur hæc Grabius de generatione ex Maria intelligenda pronuntiet. Hic profecto agitur de generatione Verbi, quatenus Verbum est. Hanc enim doctrinam comparat Justinus cum fabulis ethnicorum de Jovis filiis ac præsertim de Mercurio quem sermonem interpretem, et n. 22 sermonem a Deo internuntium vocabant. At Christi ex Maria generationem comparat Justinus n. 22 cum fabulosa Persei generatione.

(8) *Λόγον τὸν ἑρμηνευτικόν*. Sic etiam Clemens Alexandrinus testatur *Strom.* VI, p. 979, Mercurium apud Græcos vocari Λόγον. Non tamen probabile est ethnicos credidisse Λόγον esse Personam a Deo Patre distinctam. Quinetiam tunc Mercurium dicebant esse Λόγον, cum fabulosum illum deum ad physiologiam, id est ad res inanimas, revocarent. Hinc Porphyrius apud Eusebium *Præp. evang.* l. III, c. 11, dum absurdas de diis fabulas lenire conatur, Mercurium ait esse symbolum Λόγου omnium efficientis et interpretis, statimque addit eum Λόγον, qui est in sole, Mercurium dici; eum qui est in luna, Hecaten; eum qui in universo, Hermopan. Sic etiam Eustathius in *Iliad.* lib. I, p. 10, docet in veterum fabulis Jovem esse mentem, Musas scientiam, Mercurium Λόγον. Ammianus Marcellinus ait lib. XVI Mercurium mundi « velociorem sensum esse, » et idcirco Julianum illi occulte supplicasse.

(9) *Τὸν ἐξ ἀνθρώπων*. Opinati sunt eruditi homines post has voces subaudiendum esse ἀνηρπασμένον vel aliquid simile, quasi dicat Justinus eum *ex hominum conspectu sublatum*. Sed quod semel de Æsculapio dixit Justinus, eum in cœlum ascendisse, id ad eos, qui deinceps recensentur, et proinde ad ipsum etiam Bellerophontem referendum est. Illud autem ἐξ ἀνθρώπων non significat Bellerophontem ex hominibus sublatum esse, sed ex hominibus genitum, ita ut aliis opponatur, qui ex Jove geniti in cœlum ascenderant. Sic enim C infra n. 54 Bellerophontem ait Justinus ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου γενόμενον.

(10) *Ὑφ' ἵππου*. Infra n. 54, ἐφ' ἵππου.

(11) *Καὶ τί γάρ*. Legendum καί τοι γάρ. Is enim est sensus: Quid necesse est antiqua recensere, cum quotidie ejusmodi consecrationes apud vos celebrentur?

(12) *Καὶ ὁμνύντα τινὰ προάγετε*. Sylburgius et Grabius Justini diligentiam hoc loco desiderant, quasi *latius extendat, quod de Romulo et de Julio Cæsare narratur*, nec animadvertat in aliorum imperatorum exsequiis non ejusmodi jusjurandum dari, sed aquilam e rogo emitti solitam esse, quæ defuncti animam in cœlum efferre putaretur. Non viderunt eruditi viri utramque consuetudinem usurpatam fuisse. Sic loquitur Suetonius in Augusti Vita: « Non defuit, inquit, vir prætorius, qui se effigiem cremati euntem in cœlum vidisse juraret. » Sic jocatur in hanc consuetudinem Seneca D in *Colocyntosi*, sive ludo de Claudii Apotheosi: « Quærite, inquit, ab eo qui Drusillam in cœlum euntem vidit. Idem Claudium vidisse se dicet iter facientem non passibus æquis. Velit nolit, necesse est illi omnia videre quæ in cœlo agantur. Appiæ viæ curator est: qua scis et divum Augustum et Tiberium Cæsarem ad deos iisse. Hunc si interrogaveris, soli narrabit: coram pluribus nunquam verbum faciet. Nam ex quo in senatu juravit se Drusillam vidisse cœlum ascendentem, et illi pro tam bono nuntio nemo credidit quod viderit, verbis conceptis affirmavit se non indicaturum etiamsi in medio foro hominem vidisset occisum. » Justini testimonium confirmat Tatianus n. 10. Tertullianus idem perjurium exagitat, I *ad Nat.*, c. 10 et lib. II, c. 7.

(13) *Εἰς διαφορὰν*. Legendum esse διαφθορὰν καὶ παρατροπὴν jam multi observarunt. — At ironia usus est Justinus.

Digitized by Google

ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γεννήτορα πάντων κατ' αὐτοὺς Δία, πατροφόντην τε καὶ πατρὸς τοιούτου γεγονέναι, ἐρωτί τε κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γενόμενον, ἐπὶ Γανυμήδην καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν, καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας τὰ ὅμοια πράξαντας παραδέξασθαι (14)! Ἀλλ', ὡς προέφημεν, οἱ φαῦλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν. Ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνους δεδιδάγμεθα τοὺς ὁσίως καὶ ἐναρέτως ἐγγὺς θεῷ βιοῦντας, κολάζεσθαι δὲ τοὺς ἀδίκως, καὶ μὴ μεταβάλλοντας, ἐν αἰωνίῳ πυρὶ πιστεύομεν.

22. Υἱὸς δὲ Θεοῦ (15) ὁ Ἰησοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ κοινῶς μόνον ἄνθρωπος, διὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι· πατέρα γὰρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε πάντες συγγραφεῖς τὸν Θεὸν καλοῦσιν (16). Εἰ δὲ καὶ ἰδίως (17) παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεγενῆσθαι αὐτὸν ἐκ Θεοῦ λέγομεν Λόγον Θεοῦ, ὡς προέφημεν, κοινὸν τοῦτο ἔστω ὑμῖν τοῖς τὸν Ἑρμῆν λόγον τὸν παρὰ Θεοῦ ἀγγελτικὸν λέγουσιν. Εἰ δὲ αἰτιάσαιτό τις ἐσταυρῶσθαι αὐτὸν, καὶ τοῦτο κοινὸν τοῖς προκατηριθμημένοις παθοῦσιν υἱοῖς, καθ' ὑμᾶς, τοῦ Διὸς ὑπάρχει. Ἐκείνων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ θανάτου, ἀλλὰ διάφορα ἱστορεῖται· ὥστε μηδὲ τὸ ἴδιον τοῦ πάθους ἧττονα δοκεῖν εἶναι τοῦτον. Ἀλλ', ὡς ὑπεσχόμεθα, προϊόντος τοῦ λόγου καὶ κρείττονα ἀποδείξομεν· μᾶλλον δὲ καὶ ἀποδέδεικται. Ὁ γὰρ κρείττων (18) ἐκ τῶν πράξεων φαίνεται. Εἰ δὲ καὶ διὰ παρθένου γεγεννῆσθαι (19) φέρομεν, κοινὸν καὶ τοῦτο πρὸς τὸν Περσέα ἔστω ὑμῖν. ὯΙ δὲ λέγομεν χωλοὺς,

A diis cogitatio, ut ipsum ducem ac genitorem omnium secundum illos Jovem, parricidam et ex patre parricida ortum fuisse, ac malarum et turpium voluptatum amore captum ad Ganymedem multasque mulieres ab eo constupratas venisse, ac ejus filios similia fecisse credat! Sed hæc, ut diximus, pravi dæmones perpetrarunt. Nos autem immortalitatem eos consequi solos didicimus, qui Deum vitæ sanctitate et virtute propius contingunt; qui autem improbe vivunt nec immutantur, eos igne æterno credimus puniri.

57 22. Filius autem Dei, qui Jesus vocatur, etiam si homo tantum esset communi conditione, propter sapientiam dignus foret, qui Filius Dei diceretur. Parentem enim virumque deumque scriB ptores omnes appellant Deum. Quod si modo singulari et a communi creatione diverso genitum illum ex Deo dicimus Verbum Dei; id ei, ut jam diximus, commune esse credite cum iis qui Mercurium sermonem a Deo internuntium appellant. Si quis autem crucifixum esse objiciat: est id quoque commune cum supradictis Jovis, ut vestra fert opinio, filiis, qui perpessiones non effugerunt. Illorum enim non similes, sed diversæ mortis perpessiones narrantur, ita ut Jesus, ne ob singulare quidem perpessionis genus, inferior sit. Sed et præstantiorem esse, ut promisimus, procedente oratione demonstrabimus; vel potius jam demonstratum est. Præstantior enim quisque ex actionibus

(14) *Παραδέξασθαι.* Illud verbum non idem valet ac filios suscipere, ut interpretes existimarunt, sed idem ac credere et assentiri. Ex hoc enim verbo pendet tota verborum complexio.

(15) *Υἱὸς δὲ Θεοῦ.* Similis prorsus apud Arnobium sententia lib. I *Adversus Gentes*: « Sed concedamus, inquit, interdum manum vestris opinationibus dantes, unum Christum fuisse de nobis, mentis, animæ, corporis fragilitatis et conditionis unius; nonne dignus a nobis est tantorum ob munerum gratiam Deus dici, Deusque sentiri? »

(16) Præ cæteris Homerus. Vide *Cohort. ad Græc.*, c. 2. Οττο.

(17) *Εἰ δὲ καὶ ἰδίως.* Hujus loci ea videtur esse sententia: Ne mirum vobis videatur, si Verbum Dei non sonum vocalem, non rem inanimam, sed verum Filium, veramque personam dicimus, non factam, sed genitam. Commune id esse ducite cum iis, qui ipsum etiam Mercurium, sermonem a Deo internuntium appellant. Vide dialog. n. 61 et 128.

(18) *Ὁ γὰρ κρείττων.* Hæc Irenæus imitatur libr. II, c. 3, n. 5, ut a Grabio observatum est: « Qui enim melior est, inquit, ex operibus ostenditur. » Similem sententiam, ut ex profano aliquo scriptore, citat Isidorus Pelusiota epist. 158, lib. III: Τὰ ἔργα δείξει τῶν λόγων σαφέστερον. *Opera probabunt clarius sermonibus.*

(19) *Διὰ παρθένου γεγεννῆσθαι.* Molesta fuit Lango hæc ratio loquendi, ut ad Valentinianorum errores accommodata: eam exagitat Tertullianus in libro *De carne Christi*, cap. 20, et in Scripturis invenire negat. Displicet etiam Hieronymo, qui in *Comment. in epist. ad Galat.* p. 267, sic loquitur: « Diligenter attendite, inquit, quod non dixerit, factum per mulierem, quod Marcion et cæteræ hæreses volunt, quæ putativam Christi carnem simulant, sed ex muliere, ut non per illam, sed ex illa natus esse credatur. » Sed, quod pace S. Hieronymi dixerim, nec Marcion dicebat Jesum per Virginem natum esse, is enim Christum subito Capharnaum e cœlo venisse fingebat; nec merito negetur hanc loquendi rationem in Scriptura exstare. Demonstrat enim Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. 5, utramque præpositionem διά et ἐξ idem sonare, et argumenti loco sumit quod Paulus, qui in epist. ad Galatas dixit: Γενόμενος ἐκ γυναικός, *factus ex muliere*, idem in epist. ad Cor. dixerit: Ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός, *vir per mulierem*. Hinc idem Basilius in orat. 20, p. 538: Ἐγεννήθη διὰ γυναικὸς, ἵνα τοὺς γεννηθέντας ἀναγεννήσῃ. *Genitus est per mulierem, ut eos qui nati erant regeneraret.* Multa occurrunt ejusmodi exempla apud sanctos Patres. Justinus non eo solum in loco, qui nunc in manibus est, sed etiam in multis aliis ita loquitur. Sic etiam apud Eusebium lib. I *contra Marcel.* cap. 35: Πρὸ μὲν τοῦ κατελθεῖν καὶ διὰ τῆς παρθένου τεχθῆναι, Λόγος ἦν μόνον. Vide p. 40 Julius Firmicus *De profan. relig.*: « Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum Christus natus. » Hilarius lib. IV *De Trin.* n. 42: « Per virginem natus ex Spiritu sancto. » Augustinus in lib. I *De anima* n. 27: « Mulier ex viro facta est, ut postea vir per mulierem nasceretur. » Eamdem vocem usurpat Cyrillus Alexandrinus *Thesaur.* p. 96. In hymno, quem canimus in honorem B. V. Mariæ:

Beata cœli nuntio,
Fecunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus
Cujus per alvum fusus est.

Non ergo in eo, si proprie loquamur, Valentiniani peccabant, quod Filium per Mariam genitum dicerent; sed quod ex Maria genitum negarent, atque, ut ait Tertullianus, c. 27 *contra Valentinianos*, « delatum in Virginem transmeatorio potius quam generatorio more processisse; per ipsam, non ex ipsa; non matrem eam, sed viam passum » docerent.

Digitized by Google

dijudicatur. (Quod autem natum ex Virgine tenemus, commune id cum Perseo existimate. Quod claudos denique et paralyticos, et ab ipso ortu mutilos sanitati ab eo restitutos, et mortuos ad vitam revocatos dicimus, similia hæc quoque dicere videbimur iis, quæ ab Æsculapio facta narrantur.

A καὶ παραλυτικοὺς, καὶ ἐκ γενετῆς πονηροὺς (20), ὑγιεῖς πεποιηκέναι αὐτὸν, καὶ νεκροὺς ἀνεγεῖραι, ὅμοια τοῖς ὑπὸ Ἀσκληπιοῦ γεγενῆσθαι λεγομένοις καὶ ταὐτὰ φάσκειν δόξομεν.

23. Atque ut illud etiam perspectum habeatis, quæcunque a Christo et a prophetis, qui eum antecesserunt, edocti dicimus, sola esse vera et scriptoribus omnibus antiquiora; nec quia eadem ac illi scriptores dicimus, idcirco petere ut probemur, sed quia vera loquimur; tum etiam ut vobis constet Jesum Christum, cum Dei Verbum et primogenitus et virtus sit, solum proprie Filium ex eo genitum esse: ejusque voluntate factum hominem instaurandi et revocandi hominum generis causa, hæc nos docuisse; ac denique priusquam inter homines **58** homo versaretur, quosdam in antecessum, eos scilicet, quos jam diximus, malos dæmones ea per poetas velut facta dixisse, quæ fabulose isti confinxerunt, quemadmodum perfecere ut nefanda in nos et impia facinora decantarentur, quorum nec testis nec argumentum exstat ullum; ut hæc, inquam, vobis explorata sint, his argumentis utemur.

23. (21) Ἵνα δὲ ἤδη καὶ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν γένηται, ὅτι ὁπόσα λέγομεν, μαθόντες παρὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν προελθόντων αὐτοῦ προφητῶν, μόνα ἀληθῆ ἐστι, καὶ πρεσβύτερα πάντων τῶν γεγενημένων συγγραφέων· καὶ οὐχὶ διὰ τὸ ταὐτὰ λέγειν αὐτοῖς, παραδεχθῆναι ἀξιοῦμεν, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀληθὲς λέγομεν· καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς μόνος ἰδίως υἱὸς τῷ Θεῷ γεγέννηται, Λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος καὶ δύναμις· καὶ τῇ βουλῇ αὐτοῦ γενόμενος ἄνθρωπος, B ταῦτα ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ἐπ' ἀλλαγῇ καὶ ἐπαναγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους· πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις (22) αὐτὸν γενέσθαι ἄνθρωπον, φθάσαντές τινες διὰ τοὺς προειρημένους (23) κακοὺς δαίμονας, διὰ τῶν ποιητῶν ὡς γενόμενα εἶπον, ἃ μυθοποιήσαντες ἔφησαν· ὃν τρόπον καὶ τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα ἐνήργησαν (24), ὧν οὐδεὶς μάρτυς οὐδὲ ἀπόδειξίς ἐστι, τοῦτον ἔλεγχον ποιησόμεθα.

24. Primo, quia cum similia Græcis dicamus, soli odio habemur propter nomen Christi; et cum nihil faciamus mali, velut improbi necamur; aliis alibi et arbores et fluvios et mures et feles et crocodilos et plurimas brutas animantes colentibus, C

24. Πρῶτον μὲν ὅτι (25) τὰ ὅμοια τοῖς Ἕλλησι λέγοντες, μόνοι μισούμεθα δι' ὄνομα τοῦ Χριστοῦ· καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες, ὡς ἁμαρτωλοὶ ἀναιρούμεθα, ἄλλων ἀλλαχοῦ καὶ δένδρα σεβομένων, καὶ ποταμοὺς, καὶ μῦς, καὶ αἰλούρους, καὶ χροκοδείλους, καὶ

(20) *Πονηρούς*. Legendum πηρούς admonuit R. Stephanus, idque confirmat Grabius ex simili loco dialogi n. 69; πηρούς autem idem esse ac cæcos contendit Thirlbius ex eodem dialogi loco, et alio hujus *Apol.* n. 60.

(21) *Ἵνα δὲ ἤδη*, etc. Observat Ritterus (*Animadvv. in primam S. Just. apolog.*, p. 19 sq.): « Restat ut scriptor, si ultra progressurus sit, demonstret, quæ Christiani proliteantur non solum verisimilia et æque vera ac fabulas Græcorum, sed omnino reapse vera esse et testimoniis confirmari, quorum fides in dubium vocari non possit. Et hoc quidem præstitit a capite 30-65; sed quæ a capite 23-30 tractantur, plane nobis abundare videntur. — Itaque fortasse sic series membrorum restitui possit: Primum ejice primam partem capitis 23 usque ad verba καὶ Ἰησοῦς Χριστός; hac enim ratione doctrina de persona Jesu Christi, quæ cap. 21 D incipit, continuatur et absolvitur. Tum transpone ejectam partem capitis 23 ad finem capitis 30, ita ut rerum argumenti tractandarum partem secundam efficiat, hoc est scriptorem cogita se demonstraturum polliceri, doctrinam Christianam non tantum veram esse, sed solam esse veram (*μόνα ἀληθῆ*). Et quæ cap. 24 et seqq. dicuntur, non male quadrant in extremam partem cap. 24. » Sed Justinus tam raro certum quemdam ordinem et methodum servat (coll. Semisch. *Justin. d. Märt.* p. 1, p. 208 sq.), ut confusionem istam absque codicis manu exarati auctoritate librariis imputandam esse non censeam. Otto.

(22) *Πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις*. Præmittenda his verbis conjunctio καί aut legendum πρὶν δὲ ἢ ἐν ἀνθρώποις. Si quis tamen legendum esse velit, καὶ ὅτι πρίν et antea καὶ ὅτι Ἰησοῦς Χριστός, nihil id contextui nocebit. Sed nihil amplius requiri debet ad intelligentiam hujus loci, in quo interpretando non plurimum viderunt interpretes. Longam hanc verborum complexionem existimavit Grabius, nec cum iis quæ præcedunt, nec cum iis quæ sequuntur, connecti posse, et idcirco ad contextus corruptelam et ad lacunas confugit. Facilis tamen et aperta sententiarum junctura. Tria pollicetur Justinus sese demonstraturum. 1° Quæ a Christianis docentur, sola vera esse, quod quidem aptum et nexum est ex iis, quæ proxime dicebat, nempe ex illa similitudine, quæ Christianæ doctrinæ videtur inesse cum nonnullis philosophorum et poetarum placitis. 2° Promittit se probaturum Filium Dei incarnatum esse. 3° Dæmones ante illius incarnationem multa per poetas finxisse, ut homines ab hoc mysterio credendo averterent. In his tribus argumentis deinceps versatur Justinus. Probat 1°, n. 24, Christianos solos esse qui veritatem defendant. Deinde num. 30, Filium Dei incarnatum esse. Tum n. 53 venit ad fabulas poetarum, quas dæmonum fraude ad hominum perniciem inventas fuisse docet

(23) *Διὰ τοὺς προειρημένους*. Hic profecto aliquid emendandum. Quinam enim illi sunt qui propter dæmones, sive impulsu dæmonum per poetas hæc finxerunt? Nemo sane divinare possit. At si legamus λέγῳ δὲ τούς, etc., nihil supererit difficultatis, idque ex Latina interpretatione perspici potest.

(24) *Ἐνήργησαν*. Necesse non est cum Sylburgio subintelligere διαθρυλλεῖσθαι.

(25) *Πρῶτον μὲν ὅτι*. Ut probet veritatem penes solos esse Christianos (hoc enim ex tripartita divisione primum erat) hoc utitur argumento, quod cum alii summam habeant suæ religionis colendæ licentiam, solis Christianis eodem jure esse non liceat.

Digitized by Google

τῶν ἀλόγων ζώων τὰ πολλά· καὶ οὐ τῶν αὐτῶν ὑπὸ πάντων τιμωμένων, ἀλλὰ ἄλλων ἀλλαχόσε, ὥστ' εἶναι ἀσεβεῖς ἀλλήλοις πάντας, διὰ τὸ μὴ τὰ αὐτὰ σέβειν· ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεούς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσσας, καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους (26) καὶ θυσίας φέρομεν. Ὅτι γὰρ οὐ τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοὶ (27), παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστὶν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.

A nec eadem omnibus, sed alia alibi venerantibus, ita ut omnes sibi invicem, quia non eadem colunt, impii sint. Quæ quidem una res est, quam in crimĭnis loco nobis objicere possitis, quod non eosdem ac vos colamus deos, nec mortuis libamina et nidores et coronas imaginibus apponi solitas et victimas offeramus. Ipsi enim res easdem alibi deos, alibi feras, alibi victimas legitimas esse accurate scitis.

25. Δεύτερον (28) δὲ, ὅτι ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων οἱ παλαιοὶ (29) σεβόμενοι Διόνυσον τὸν Σεμέλης, καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην, οἳ δι' ἔρωτας ἀρσένων ὅσα ἔπραξαν, αἴσχος καὶ λέγειν, καὶ οἱ Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν οἰστρηθείσας (30), ὧν καὶ τὰ μυστήρια ἄγετε· ἢ Ἀσκληπιὸν, ἢ τινὰ τῶν ἄλλων ὀνομαζομένων θεῶν, καίπερ θανάτου ἀπειλουμένου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ (31) τούτων μὲν κατεφρονήσαμεν, Θεῷ δὲ τῷ ἀγενήτῳ καὶ ἀπαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, ὃν οὔτε ἐπ' Ἀντιόπην καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως, οὐδὲ ἐπὶ Γανυμήδην δι' οἶστρον ἐληλυθέναι πειθόμεθα, οὐδὲ λυθῆναι βοηθείας τυχόντα διὰ Θέτιδος ὑπὸ τοῦ ἑκατοντάχειρος ἐκείνου, οὐδὲ μεριμνῶντα διὰ τοῦτο τὸν τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηΐδα ὁλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλή-

25. Secundo, quod ex omni hominum genere qui olim Bacchum Semeles filium, et Latonæ Apollinem, qui etiam turpe dictu est quæ et quanta masculorum amore designaverint, qui Proserpinam et Venerem, œstro propter Adonidem concitatas, quarum etiam mysteria celebratis, aut Æsculapium aut alium aliquem eorum, quos appellant B deos, colebamus, eos quamvis morte proposita per Jesum Christum contempsimus, nosque ingenito et perpessionis experti consecravimus Deo, quem neque ad Antiopen aliasve similes, neque ad Ganymedem œstro libidinis incitatum venisse credimus, nec vinculis solutum auxilio illius Centimani per Tethydem impetrato, neque ob hoc beneficium sollicitum fuisse, ut plurimis Græcis Achilles pro-

(26) *Καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους.* Meursius, Clericus et Fabricius legunt ἐν ταφαῖς, *in sepulcris*, cui conjecturæ favet illud ex dialogo Minuc. Fel.: « Coronas etiam sepulcris denegatis. » Salmasius aliter emendat in notis ad Vitam M. Anton. ac legendum putat ἐν ῥαφαῖς στεφάνους pro ῥαπτούς, *sutiles coronas*, quemadmodum dicuntur *marmora in exemplis*. figuris ornata; *pocilla in gemmis*, id est gemmata, ἄρτοι ἐν τύποις, *panes figuris vel formis expressi*. At eruditæ et acutæ hominum doctissimorum emendationes non videntur necessariæ. Loquitur Justinus de coronis quæ mortuorum statuis apponi solebant. Vox illa γραφαί non picturas solum, ut videtur eruditis illis viris, designat, sed etiam statuas, ut multis exemplis demonstrari potest. Himerius apud Photium cod. 243, pag. 1127, Lysippi insignis statuarii ingenium ex eo commendat, quod Occasionem pereleganter finxerit. Utitur autem his vocibus: Ἐγγράφει τοῖς θεοῖς τὸν Καιρόν, *diis Occasionem effinxit*. Basilius seu quivis alius in lib. *De bapt.* c. 2, n. 23, ut probet baptizatum, sive liber, sive servus sit, modo veterem hominem exuerit, Deo acceptum esse, utitur hoc exemplo: Ἡ σανὶς ἐξ ὁποίας δήποτε ὕλης οὖσα, ἀποθεμένη τὸ ἀνώμαλον καὶ ἀποξυσθεῖσα τὸ τραχὺ, οὕτως ἐνδύεται τὴν γραφὴν τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως· καὶ τότε οὐκ ἐν τῇ τοῦ ξύλου, ἢ χρυσοῦ ἢ ἀργύρου διαφορᾷ γνωρίζεται τις διαφορὰ τῆς εἰκόνος, etc. Liquet in hoc exemplo γραφὴν vocari statuam auream aut argenteam aut ligneam. Tam fictæ quam pictæ imagines vocantur γραφαί apud Gregorium Naz. orat. 3, p. 83. Loquens enim de imaginibus imperatorum ἐν πλάσμασί τε καὶ χρώμασι, id est tum fictis tum pictis, ait imperatores ejusmodi imaginibus solere aliud alios προσπαραγράφεσθαι; Julianus vero ut Christianis insidias struerent, ταῖς εἰκόσι συμπαραγράφων τοὺς δαίμονας, ὡς δή τινας ἄλλας ἐξ ἔθους γραφὰς, προυτίθει δήμοις καὶ πόλεσι.

(27) *Οὐ τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί.* Frustra Grabius retinendum esse contendit illud οὐ. Tollendum omnino si quid sententiæ velis ex hoc loco eruere; vel legendum ὅτι γὰρ οὖν. Solent enim alii scriptores id exprobrare gentilibus, quod eadem res nunc victima sit, nunc Deus. Hoc argumento utitur Athanasius orat. *in gentes*, n. 23. Vide Tatianum n. 10 et Athenagoram. *Apol.* n. 14. His adjungere libet Anaxandridis versus, quos refert Athe- C næus lib. VII, p. 299:

Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς·
Τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα,
Ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παραπολύ.

Bovem colis tu, dis ego hostiam immolo.
Anguillam adoptas maximos inter deos,
Obsoniorum ducimus nos maximum.

(28) *Δεύτερον.* Secundum argumentum, cur veritas solis Christianis nota sit, inde deducit Justinus, quod a cultu deorum, qui flagitia patrasse narrantur, ad purissimum unius Dei cultum, quamvis morte proposita, conversi fuerint.

(29) *Οἱ παλαιοί.* Liquet legendum esse οἱ πάλαι, ut antea n. 14, idque jam multi observaverunt.

(30) *Οἰστρηθείσας.* Scribit Apollodorus lib. III, inquit illustrissimus Huetius *Demonstr. evang.* p. 58, in Adonidis etiamnum infantis forma commo- D tam Venerem, clam diis omnibus eum occuluisse in arca, et Proserpinæ tradidisse; hanc pupum tam bellum conspicatam retinuisse, atque ea re excitatam inter deas contentionem Jovem sedasse, hac lege atque omine, ut tertiam anni partem penes se maneret Adonis, tertiam penes Venerem, penes Proserpinam tertiam. Itaque illud verbum οἰστρηθείσας de contentionis œstro simul et libidinis accipi debet. Legitur in utroque cod. ms. ad marg. et apud R. Stephanum ad calcem κόρην καὶ Ἀφροδίτην τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν ἐρηθείσας. Legendum ἐριsθείσας, *Puellam et Venerem, quæ de Adonide inter se contenderunt*. Frustra ergo Sylburgius et Grabius legunt: Τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Ἀΐδωνέα οἰστρηθεῖσαν.

(31) *Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Eadem loquendi ratio occurrit n. 49 et n. 61. Quare frustra Sylburgius et Grabius non minus apte legi posse existimant, διὰ Ἰησοῦν Χριστόν, *propter Jesum Christum*.

Digitized by Google

pter Briseidem 59 pellicem perniciem afferret [68]. Miseret nos eorum qui ista credunt, horumque auctores esse dæmones novimus.

26. Tertio, post Christi in cœlum ascensum dæmones immisere homines quosdam, qui se deos esse dicerent; quos non modo non insectati estis, sed etiam auctoritatis honoribus. Simonem quemdam Samaritanum e vico Gittum dicto, qui sub Claudio Cæsare, cum magica miracula, dæmonum in eo operantium arte, in regia vestra urbe Romæ edidisset, deus existimatus est, et a vobis, tanquam deus, statua honoratus, quæ statua erecta est in insula Tiberina inter duos pontes, habens hanc Romanam inscriptionem : *Simoni deo sancto*. Hunc Samaritani pene omnes et ex aliis gentibus nonnulli primum deum esse confitentur, eumque adorant : ac Helenam quandam, quæ eum hoc tempore ubique assectata est, cum antea in lupanari prostitisset, primam ejus notionem esse dictitant. Menandrum etiam quemdam, pariter Samaritanum e vico Capparetæa, ac Simonis discipulum, dæmonum quoque operatione fretum multis, cum Antiochiæ versaretur, arte magica illusisse scimus. Is sectatoribus suis illud etiam persuasit, nunquam ipsos esse morituros ; et ex illius disciplina adhuc supersunt nonnulli hoc profitentes. Marcionem etiam quemdam Ponticum, qui etiamnum superest ac discipulos docet alium quemdam agnoscere majorem mundi opifice Deum. Hic in omni hominum genere dæmonum adjumento perfecit, ut multi in

νων· καὶ τοὺς πειθομένους ἐλεοῦμεν· τοὺς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας γνωρίζομεν.

26. Τρίτον δ' ὅτι (32) καὶ μετὰ τὴν ἀνέλευσιν (33) τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν, προεβάλοντο (34) οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς· οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν κατηξιώθησαν. Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γίττων (35), ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει (36) ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ, θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται (37) ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, *Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ* (38). Καὶ σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, προσκυνοῦσι (39)· καὶ Ἑλένην τινὰ, τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν (40), τὴν ἀπ' αὐτοῦ (41) ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. Μένανδρον δέ τινα, καὶ αὐτὸν Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης Καππαρεταΐας, γενόμενον μαθητὴν τοῦ Σίμωνος, ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμονίων, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν. Ὃς καὶ τοὺς αὐτῷ ἑπομένους ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν ἔπεισε· καὶ νῦν εἰσί τινες ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες. Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα (42) τοῦ δημιουργοῦ Θεόν· ὃς κατὰ

[68] Iliad. VI.

(32) *Τρίτον δ' ὅτι*. Tertium hoc argumentum, ut veritatem in Christianis solam odio haberi constet. Si quis a dæmonibus immissus Christianam religionem erroribus corrumpat, hunc persecutio non attingit. Inde manifesta conclusio persecutionum auctores esse dæmones, ac solam illos veritatem insectari.

(33) *Μετὰ τὴν ἀνέλευσιν*. Legitur ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου apud Eusebium, qui totum hunc de Simone locum inseruit lib. II *Hist.*, cap. 13. Habent etiam ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου Syncellus *Chronograph.* p. 333 et Zonoras *Annal.* tom. II, p. 187, ut observat Thirlbius, qui ἀνέλευσιν aut ἄνοδον a Justino usurpari solere ait, non vero ἀνάληψιν, ac exempla repetit ex dialog. n. 39, 82, 87.

(34) *Προεβάλοντο*. Ita ex Eusebio posui. Editi nostri προεβάλλοντο.

(35) *Γίττων*. Ita Eusebius. At R. Stephanus et uterque codex mss. τρίτον.

(36) *Ἐν τῇ πόλει*. Euseb. ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ.

(37) *Ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται*. Hæc desunt apud Eusebium ; vitiosam esse Eusebii scripturam adversus Antonium Van Dale probat Thirlbius ex verborum constructione absurda admodum, si hæc verba desint, futura, ἀνδριάντι ὡς θεὸς τετίμηται μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν ἔχων ἐπιγραφὴν, etc. Equidem verba hæc non delebo, sed his textum carere posse fateor.

(38) *Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ*. Vide Præfationis tertiam partem, ubi de hac Justini narratione disserimus.

(39) *Προσκυνοῦσι*. Male in editionibus Justini legebatur, ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι. Melius Eusebius quem secuti sumus.

(40) *Σταθεῖσαν*. Addit Eusebius ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης. Paulo ante translata ex Eusebio in editiones Græco-Latinas vox συμπερινοστήσασαν, cum R. Stephanus et mss. habeant περινοστήσασαν.

(41) *Τὴν ἀπ' αὐτοῦ*. Sic emendavi Eusebio auctore fretus, pro ὑπ' αὐτοῦ. Tertullianus ἔννοιαν reddidit injectionem. « Et se quidem, inquit, lib. *De anima*, cap. 34, finxit summum patrem, illam vero injectionem suam primam, qua injecerat angelos et archangelos condere. » Injectio aliis in locis apud Tertullianum eodem sensu usurpatur velut cum in lib. *De pudic.* c. 13, citat illud ex secunda ad Cor. *Non ignoramus injectiones ejus*. Corrupta sunt quæ de Simone apud eumdem leguntur in appendice ad librum *De præscript.* « Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum, mundum autem ab angelis suis institutum. A dæmone se oberrante, qui esset sapientia, descendisse quærendum apud Judæos. » Liquet legendum, « ad Æonem se oberrantem, » etc. Docebant Gnostici, quorum parens erat Simon magus, unum ex Æonibus, quem vocabant Achamoth, id est sapientiam, a summo Deo in inferiora decidisse. Hæc autem erat Helena Simonis, quam quidem, velut ovem perditam, Simon a se quæsitam esse, seque eo consilio descendisse dicebat, ut post Irenæum testatur Tertullianus *De anima* cap. 34. Mox Euseb. διστρηθέντα καὶ αὐτὸν ὑπό.

(42) *Μείζονα*. Euseb. εἶναι νομίζειν μείζω, *Hist.* lib. IV, c. 11.

Digitized by Google

πᾶν (43) γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλ- A
λήψεως, πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν, καὶ
ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Θεόν· ἄλλον
δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα (44) παρὰ τοῦ-
τον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. Πάντες οἱ ἀπὸ τούτων (45)
ὁρμώμενοι, ὡς ἔφημεν (46), Χριστιανοὶ καλοῦνται,
ὃν τρόπον καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμά-
των τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα
τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα
ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν
ἀνατροπὴν, καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις, καὶ ἀνθρωπείων
σαρκῶν βοράς (47), οὐ γινώσκομεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώ-
κονται, μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δόγ-
ματα (48), ἐπιστάμεθα. Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα
κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων συντεταγμέ-
νον (49)· ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. B

27. Ἡμεῖς δὲ, ἵνα μηδένα διώκωμεν (50), μηδὲ
ἀσεβῶμεν, ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα (51), πονη-
ρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μὲν, ὅτι τοὺς πάν-
τας σχεδὸν ὁρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας οὐ μόνον
τὰς κόρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας· καὶ ὃν τρόπον λέ-
γονται οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν ἢ αἰγῶν ἢ προβάτων
τρέφειν, ἢ ἵππων φορβάδων, οὕτω νῦν καὶ παῖδας (52)

blasphemias erumperent, ac universi creatorem Deum Christi patrem esse negarent, et alium quemdam, utpote majorem, majora quam illum perfecisse profiterentur. Qui ab istorum disciplina profecti sunt, ii omnes, ut diximus, appellantur Christiani; quemadmodum et qui judicia cum philosophis communia non habent, commune nomen ex philosophia ductum habent. An vero etiam nefanda illa et fabulosa facinora perpetrent, lucernæ eversionem, promiscuos concubitus, carnium humanarum epulas, non scimus. At 60 eos a vobis nec vexari nec occidi, saltem ob ipsorum opiniones, novimus. Est autem liber a nobis contra omnes quæ exstiterunt hæreses compositus, quem, si legere libeat, vobis trademus.

27. Nos autem ne quem vexemus, aut quidquam impie faciamus, pueros etiam recens natos exponere hominum improborum esse didicimus. Primo quidem quia omnes fere hujusmodi videmus ad stupra non puellas solum, sed etiam masculos produci: et quemadmodum narrantur antiqui greges et armenta boum vel caprarum, vel ovium, vel gre-

(43) *Ὃς κατὰ πᾶν*, etc. Euseb. ὃς καὶ κατὰ πᾶν... πέπεικε βλάσφημα λέγειν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ. — Duos Marcion inducebat deos, alterum opificem, qui mundum fabricavit, alterum majorem, qui præstantiora condidit; illum negandum docebat, hunc confitendum. Otto.

(44) *Τὰ μείζονα.* Hæc desunt apud Eusebium; unde magnum in Valesii interpretatione erratum. Sic enim reddit: *Alium vero quemdam longe illo præstantiorem hoc universum condidisse affirmarent.* Nihil magis pugnat cum principiis Marcionis, qui mundum a summo illo Christi Patre conditum negabat. Ipse Valesius in notis agnoscit legendum esse τὰ μείζονα ut apud Justinum. Cum Marcion hunc mundum a vero Deo creatum negaret, dicebat esse et illi conditionem suam et suum mundum et suum cœlum; Tertull. I, *Marc.*, c. 15. Itaque « Deo suo invisibilia » tribuebat, ibid. c. 16. Sed cum probarent catholici absurdum dictu esse; « ejus esse invisibilia, qui nihil visibile præmiserit » magisque congruere, « ejus esse majora, cujus et magna; » respondebant Marcionitæ: « Sufficit unicum hoc opus Deo nostro, quod hominem liberavit summa et præcipua bonitate sua, et omnibus locustis anteponenda. »

(45) *Πάντες οἱ ἀπὸ τούτων.* Eusebius καὶ πάντες.

(46) *Ὡς ἔφημεν.* Euseb. ὡς ἔφαμεν, et mox: Καὶ D
οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπι-
καλούμενον, etc.

(47) *Αυχνίας... βοράς.* De horrendis istis criminibus, quæ Christianis gentiles (coll. *Apoll.* II, c. 12) et Judæi (*Dial. Tr.* c. 10, 17, c. 108) affingere solebant, nempe Θυέστεια δεῖπνα et Οἰδιποδείους μίξεις (Athenag. *Legat. p. Chr.*, c. 3. *Hist. eccl.* et *Epist. Eccl. Vien. et Lugdun.* ap. Euseb. V, c. 1. [Tom. II.] p. 11.) audias Cæcilium paganum in Minuc. Felic. *Octavio* c. 9 et c. 30. Otto.

(48) *Κἂν διὰ τὰ δόγματα.* Duo docet S. Martyr: primo, hæreticos a persecutione tutos et immunes esse. Deinde, si qui ex illis occidantur, saltem non occidi ob ipsorum opiniones, sed quia (sic enim intelligendum videtur) facinus aliquod commisere. Quo autem argumento utitur S. Justinus, ut probet solum in Christianis veritatem puniri et damnari, eodem alii Patres usi sunt, ut veritatem in sola re-

periri catholica Ecclesia probarent. Ait Cyprianus ep. 58, omnem sæcularem potestatem adversus Ecclesiam Christi subito prorupisse, « ut... ostenderet Dominus quæ esset Ecclesia... qui essent quos inimicus lacesseret, quibus ut suis parceret. Neque enim persequitur et impugnat Christi adversarius nisi castra et milites Christi. Hæreticos prostratos semel et suos factos contemnit et præterit. » Vide C
ep. 57 et S. Iren. lib. IV, c. 33, n. 9 et Acta S. Montani martyris et sociorum n. 14.

(49) *Συντεταγμένον.* Deest apud Eusebium.

(50) *Διώκωμεν.* H. Steph. et Grabius legendum esse contendunt μηδὲν ἀδικῶμεν. Legit etiam ἀδικῶμεν Billius approbante Thirlbio. Sed cur emendemus quod minime mendosum est? Imo illud verbum, διώκωμεν, aptius mihi videtur ad significandum homicidium. Hæc enim est S. Justini sententia. Nata occasione ex hæreticis, de quibus nescire se dixerat, utrum nefanda illa committerent necne, asseverat de Christianis, eos ita ab his sceleribus remotos esse, ut etiam pueros exponere nefas ducant, ne aut aliquem vexent et opprimant, committendo ut puer non susceptus intereat aut impietatis rei fiant; si susceptus ad nefanda et impia, ut ipse appellat, flagitia educetur. Hæc enim duo gravissima mala ex puerorum exponendorum more consequi docet. Adducti sunt viri doctissimi, ut ἀδικῶμεν huc intruderent, quia infra n. 28, Justinus injustitiam cum impietate conjungit. Sed ibi alia de re loquitur.

(51) *Καὶ τὰ γεννώμενα.* Mallet Thirlbius καὶ ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα. Piget referre alias conjecturas, tum H. Stephani qui legendum putat ἐκτιθέναι παραιτούμεθα ὅτε, tum Perionii et Grabii, quorum primus legit γενόμενα, alter πονηρόν.

(52) *Καὶ παῖδας.* Legendum putat Grabius παῖδες vel παίδων. Sed necesse non est quidquam mutare, idque ex interpungendi ratione a nobis adhibita satis perspicitur. De his gregibus citantur a Grabio Tatianus n. 26 et Clemens Alex. II, *Pædag.*, c. 4, de vectigalibus, quæ ad imperatores redibant, vide Sueton. in Calig. et Lamprid. in Alex. Sever. Abrogatum hoc vectigal lege ult. tit. XI, lib. XI, cod. Just. Ita Thirlbius qui et de incestis flagitiis inde consequentibus citat Clem. Alex. *Pædag.* lib. III, p. 265; Lactantium lib. VI, c. 20; Minucium c. 31 Tertull. *Apol.* cap. 9 et 1 *ad Nat.* cap. 16.

Digitized by Google

galium equorum aluisse, ita nunc et pueros ad turpes duntaxat usus; et feminarum pariter ac ambigui sexus hominum, ac nefanda patrantium turba ad hoc piaculum apud omnes gentes prostat. Atque ex his mercedes et tributa et vectigalia percipitis, cum eos ex orbe vestro exterminari oporteret. Quibus qui utitur, is præter nefandum et impium ac impudicum concubitum cum filio, si ita sors ferat, aut cognato aut fratre miscetur. Sunt qui liberos etiam suos et uxores prostituant. Ac palam et aperte quidam ad cynædicam turpitudinem evirantur, atque in matrem deorum hæc mysteria referunt; atque apud unumquemque eorum, quos existimatis, deorum, magnum serpens symbolum ac mysterium recensetur. Igitur quæ palam et aperte a vobis aguntur et coluntur, ea nobis ascribitis, quasi ea divino lumine everso et exstincto perpetremus. Quod quidem nobis, qui non ii sumus ut quidquam ejusmodi faciamus, minime nocet, sed iis potius, qui ea ipsi faciunt et in alios falso conferunt.

A εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον· καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ ἀνδρογύνων καὶ ἀῤῥητοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἕστηκε. Καὶ τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ὑμετέρας (53) οἰκουμένης. Καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τὶς, πρὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ ἢ συγγενεῖ, ἢ ἀδελφῷ μίγνυται. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα καὶ τὰς ὁμοζύγους προαγωγεύονται. Καὶ φανερῶς εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτονταί τινες, καὶ εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι, καὶ παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν θεῷ (54), ὅφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται. Καὶ τὰ φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώμενα, ὡς ἀνατετραμμένου (55) καὶ οὐ παρόντος φωτὸς θείου (56), ἡμῖν προσγράφετε. Ὅπερ ἀπηλλαγμένοις ἡμῖν τοῦ πράτ-
B τειν τι τούτων οὐ βλάβην φέρει, ἀλλὰ τοῖς πράττουσι καὶ ψευδομαρτυροῦσι μᾶλλον.

28. Apud nos enim princeps malorum dæmonum serpens vocatur et Satana et diabolus, ut potestis ex litteris nostris scrutando perspicere. Hunc Christus præmonstravit cum ipsius exercitu et assectantibus hominibus in ignem missum iri, ut in infinitum ævum excrucientur. **61** Interposita enim mora, quominus id Deus hactenus perficeret, propter humanum genus contigit. Prævidet enim quosdam ex pœnitentia salutem consecuturos, quosdam vero nondum esse natos. Et ab initio quidem humanum genus intelligentia et vera eligendi ac
C recta faciendi facultate præditum creavit, ita ut omnibus hominibus nulla apud Deum relinquatur excusatio. Ratione enim præditi et ad intelligendum apti et habiles creati sunt. Si quis autem hæc Deum curare neget, is vel eum non esse astute profitebitur; vel si sit, pravitate gaudere aut lapidi similem manere dicet, nec quidquam esse virtutem aut vitium, sed sola opinione hæc ab hominibus bona aut mala judicari; quæ sane maxima impietas et injustitia est.

28. Παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων, ὅφις καλεῖται, καὶ σατανᾶς, καὶ διάβολος, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων ἐρευνήσαντες μαθεῖν δύνασθε· ὃν εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἐπομένων ἀνθρώπων, κολασθησομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμήνυσεν ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πρᾶξαι τὸν Θεὸν, διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται. Προγινώσκει γάρ τινας ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι μέλλοντας, καί τινας μηδέπω ἴσως γεννηθέντας. Καὶ τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι τἀληθῆ, καὶ εὖ πράττειν, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποίηκεν, ὥστ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις παρὰ τῷ Θεῷ· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ μέλειν τούτων τῷ Θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν διὰ τέχνης (57) ὁμολογήσει· ἢ ὄντα χαίρειν κακίᾳ φήσει, ἢ λίθῳ ἐοικότα μένειν, καὶ μηθὲν εἶναι ἀρετὴν μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ ταῦτα ἡγεῖσθαι· ἥπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί.

(53) Vide initium *Apol.* Athenagoræ.

(54) Θεῷ. Legi posset θεῶν. Sylburgius.

(55) *Ὡς ἀνατετραμμένου.* Huc redit tota sententia : Quæ palam et aperte facitis, ea a nobis in tenebris fieri dictitatis. Sic interpretari malui, quam
D cum aliis interpretibus hæc ad ipsos ethnicos referre, *quasi divinum lumen sive ratio inversa in illis esset, dum hæc agunt.* Videtur Justinus ethnicorum mores cum afflictis nomini Christiano criminibus sic comparare, ut etiamsi ea Christiani admitterent, ethnicis tamen palam et aperte perpetrantibus concederent. Iniquitatem ethnicorum eodem modo castigat Tertullianus I *ad Nat.*, cap. 16. « Verum jam laudate, inquit, consilium incesti verecundi, quod adulteram noctem commenti sumus, ne aut lucem aut veram noctem contaminaremus, quod etiam luminibus terrenis parcendum existimavimus, quod nostram quoque conscientiam ludimus : quodcunque enim facimus, si volumus (leg. si velamus) suspicamur. Cæterum incesta vestra pro sua libertate et luce omni et nocte omni et tota cœli conscientia fruuntur, quodque felicius proveniat cum palam miscetis incesta toto conscio cœlo, soli ipsi ignoratis : nos vero etiam in tenebris scelera nostra recognoscere possumus. » Vide *Apol.* 2, n. 14. Item Athenag. *Apol.* n. 34.

(56) *Φωτὸς θείου.* Lumen illud Dei non rationem hoc loco, sed lucem oculis corporis affulgentem designat. Sic Clemens *Pædag.* lib. III, cap. XI, præcipit vetulis ut canos non inficiant, sed *in lucem Dei efferant, id quod maxime venerandum est,* ἀναδεικτέον ὑπ' αὐγὰς τοῦ Θεοῦ τὸ τίμημα. Essæi, teste Josepho II, *Bel. Jud.* cap. 7, cum naturæ darent operam, diligenter sese veste contegebant ne αὐγὰς Θεοῦ *lucem divinam* contaminarent. Observat Eustathius in *Iliad.* p. 832. Diem ab Homero saeram vocari, ac ipsam noctem apud Hesiodum eodem modo appellari. Hinc etiam terram sacram, muros sacros dici solere idem scriptor docet, pag. 789, in *Iliad.*

(57) *Διὰ τέχνης.* Legendum putat Billius διαχεῦνῆς vel ἀτεχνῶς lib. II *Observ. sacr.*, cap. 6. Reddit Grabius : *Non confitebitur ex arte sive opificio Dei eum exsistere.* At διὰ τέχνης aliquid asserere, idem est ac non palam et aperte illud statuere, sed cum artificio quodam. Nam qui Deum humana non

Digitized by Google

29. Καὶ πάλιν (58), μὴ τῶν ἐκτεθέντων τις μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῇ, καὶ ὦμεν ἀνδροφόνοι. Ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεγκρατευόμεθα. Καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φίληκι (59) ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν. Ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Καὶ μηδόλως βουληθέντος Φίληκος ὑπογράψαι, ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας (60) ὁ νεανίσκος, ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν διὰ φόβου (61) σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.

30. Ὅπως δὲ μή τις ἀντιτιθεὶς ἡμῖν, τί κωλύει καὶ τὸν παρ' ἡμῖν λεγόμενον Χριστὸν, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων ὄντα, μαγικῇ τέχνῃ ἃς λέγομεν δυνάμεις πεποιηκέναι, καὶ δόξαι διὰ τοῦτο Υἱὸν Θεοῦ εἶναι, τὴν ἀπόδειξιν (62) ἤδη ποιησόμεθα, οὐ τοῖς λέγουσι πιστεύοντες, ἀλλὰ τοῖς προφητεύουσι (63) πρὶν ἢ γενέσθαι, κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ ὄψει

29. Deinde vero metuimus, ne quis ex iis, qui exponuntur, non susceptus intereat, et homicidæ simus. Sed vel omnino matrimonium non inimus nisi ad liberorum educationem; vel si a nuptiis refugimus, perpetuo nos continemus. Jamque nostrorum quidam, ut vobis persuaderet non esse mysterium apud nos promiscuum concubitum, obtulit libellum Felici Alexandriæ præfecto, rogans ut medico licentiam daret testes ipsi resecandi. Id enim sine præfecti licentia facere interdictum sibi illius urbis medici dicebant. Sed cum Felix omnino subscribere noluisset, adolescens in continentia et virginitate permanens, sua et eorum, qui idem ac ipse sentiebant, conscientia contentus fuit. Mihi autem haud absurdum videtur hoc loco mentionem injicere illius, qui nuper exstitit, Antinoi, quem omnes ut deum cum metu colere cœperunt, cum quis esset et unde perspectum haberent.

30. Sed ne quis nobis opponat nihil obstare, quominus et is qui apud nos dicitur Christus, homo ex hominibus arte magica quæ dicimus miracula ediderit, ac propterea Filius Dei esse visus sit, jam demonstrationem instituemus, non dicentibus credentes, sed futura antequam 62 fiant, prædicentibus necessario fidem habentes, eo quod ipsis

curare dicebant, hi palam et aperte non dicebant Deum non esse, aut eum vitiis gaudere aut lapidi similem esse. Sed cum nefanda hæc commenta ex eorum sententia sequerentur, videbantur Justino astute profiteri quod totidem verbis efferre non audebant. In *Dialogo cum Tryphone* n. 54, colligit Justinus ex his verbis: *Lavabit in sanguine uvæ amictum suum*, sanguinem Christi, ut sanguinem uvæ, a solo Deo formatum fuisse. Sed quia res totidem verbis non declaratur, sed figura quadam involvitur, ait Justinus hoc mysterium per artem quamdam a Scriptura indicari, διὰ τῆς τέχνης. Legit Thirlbius δι' ἀνάγκης ac reddit, *aut eum non esse confiteatur necesse est*, ridetque illud Perionii, *arte et astutia*.

(58) *Καὶ πάλιν*. Aliam affert rationem cur Christiani ab exponendis liberis abhorreant.

(59) *Φίληκι*. Ita R. Stephanus et mss. Sylburgius posuit Φήλικι et mox Φήλικος. Qui præerat Ægypto vocabatur præfectus Augustalis, ejusque sedes erat Alexandriæ, ut patet ex cod. Theod. tom. V, p. 270.

(60) *Ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας*. His verbis indicat Justinus adolescentem in virginitatis proposito perseverasse, et cum hujus laudis testimonium ab ipsis ethnicis impetrare non posset, sua et aliorum idem sentientium conscientia contentum fuisse. Propositum continentiæ sic designant antiqui. Mos est Christianis, inquit Athenagoras Legat. n. 33: ἢ οἷος τις ἐτέχθη μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ, *vel qualis quisque natus est permanere, vel semel nubere*. Clemens Alex. *Strom.* III, p. 461, de eo qui secundis nuptiis abstinet: Δόξαν δὲ αὐτῷ οὐράνιον περιποιεῖ μείνας ἐφ' ἑαυτοῦ, *Gloriam sibi cœlestem conciliat in seipso manens*. In libro III *Constitut. apost.*, cap. 1, de juniore vidua sic statuitur: « Si manserit in se singularis (εἰ μείνῃ ἐφ' ἑαυτῆς) donum habens viduitatis, beata reperietur. » Hinc etiam in libr. II Hermæ mandat. 4: « Qui nubit non peccat: sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum. » Forte legendum « si super se manserit; » sic enim legitur in eodem capite n. 1: « Præceptum est vobis ut cœlibes maneatis; » pro quibus verbis legitur ad marginem, « super vos manere. » S. Methodius orat. 3 apud Combefis. p. 85, ait Paulum hortari μένειν ἐφ' ἑαυτῷ, unicis nuptiis contentum. Eodem modo loquitur S. Basilius ep. 217, can. 60. Gregorius Nyssenus in Vita S. Macrinæ p. 180, testatur eam, defuncto adolescente cui destinata erat, statuisse perpetuam virginitatem servare, μένειν ἐφ' ἑαυτῆς τὸ λοιπὸν ἧξίου.

(61) *Διὰ φόβου*. Putarunt interpretes ipsius Adriani metu adductos esse homines, ut Antinoum colerent. Atque ita quidem statuendum esset, si legeremus ut apud Eusebium διὰ φόβον, *per vim et metum*, ut interpretatur Valesius. Sed longe præclarior ac verior erit sententia, si legamus διὰ φόβου, ac ita reddamus: *Tanquam Deum cum metu colere cœperunt*, vel *ut Deum metuere et colere cœperunt*. Non enim ipse Adrianus imperii sui auctoritate homines terruit, sed ipsius Antinoi, tanquam magni cujusdam Dei, metus animis incussus. Huic enim attributa, teste Spartiano in Adriani Vita, urbs de ejusdem dicta nomine, templa in illius honorem, sacri ludi, sacerdotes et prophetæ. Hæc hominibus timorem incusserunt. At vim non intulit, qui id humanitate sua consecutus est, ut testatur Athenagoras n. 30 *Apol.* Nititur Thirlbius testimonio S. Athanasii, qui in orat. *contra Gentes*, p. 9, ait Antinoum adorari διὰ φόβον τοῦ προστάξαντος, *ob metum illius qui id jusserat*. Maxima sane auctoritas S. Athanasii, sed eum cum Athenagora conciliabimus in adnotatione ad hunc locum Athenagoræ. At Justinus conciliari non posset, si legamus διὰ φόβον nihil aliud addendo; tunc enim terror intelligi hac voce deberet.

(62) *Τὴν ἀπόδειξιν*. Exsequitur quod secundo loco promiserat sese probaturum, nempe Filium Dei hominem factum fuisse. Paulo ante legendum ἀντιθείη, idque vidit Thirlbius qui eidem objectioni observat Irenæum eodem modo occurrere lib. II, c. 57 et Lactantium lib. V, c. 3.

(63) *Τοῖς προφητεύουσι*. Clarom. Τοῖς προφητεύσασι, sed tamen ad marg. apposita lectio vulgata.

Digitized by Google

oculis ita, ut prædicta fuerant, evenisse et evenire videamus ; quæ sane demonstratio vobis quoque, ut arbitramur, maxima et verissima videbitur.

31. Quidam igitur homines inter Judæos Dei prophetæ exstitere, per quos Spiritus propheticus futura prænuntiavit antequam fierent. Horum vaticinia diligenter asservabant, qui secundum temporum seriem in Judæa regnarunt, cum ea, ut ex ore vaticinantium emissa fuerant, propria Hebræorum lingua in libris ab ipsis prophetis conscripta possiderent. Ptolemæus autem rex Ægyptiorum, cum bibliothecam construeret, ac omnium hominum scripta comportare conaretur, certior de his quoque vaticiniis factus, Herodem tunc Judæorum regem per legatos rogavit, ut libros prophetarum ad se mitteret. Ac rex quidem Herodes ea quam diximus Hebræorum lingua scriptos misit. Sed cum nota Ægyptiis non essent, quæ scripta in illis erant, iterum legatis missis ab eo petiit, ut ad se mitteret, qui hos libros in Græcum sermonem transferrent. Quod cum factum esset, apud Ægyptios quoque hactenus libri manserunt, ac ubique apud omnes exstant Judæos, qui quamvis legant, non tamen quid dicatur intelligunt, sed nos pro inimicis et hostibus habent, et non secus ac vos, necem nobis, cum hujus rei potestatem nacti sunt, et supplicia inferunt ; id quod vobis facile persuaderi potest. Nam in bello Judaico, quod nuper confectum est, dux Judæorum defectionis Barchochebas solos Christianos ad gravia supplicia, nisi Jesum Christum negarent et blasphemiis appeterent, abripi

A ὡς προεφητεύθη ὁρᾷν γενόμενα καὶ γινόμενα· ἥπερ μεγίστη καὶ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις καὶ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται.

31. Ἄνθρωποι οὖν τινες ἐν Ἰουδαίοις γεγένηνται Θεοῦ προφῆται, δι' ὧν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι· καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίοις κατὰ καιροὺς γενόμενοι βασιλεῖς, τὰς προφητείας ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι, περιεῖπον. Ὅτε δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην κατεσκεύαζε (64), καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε
B τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ (65), ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τοὺς μεταβαλοῦντας αὐτὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ἀποστεῖλαι. Καὶ τούτου γενομένου, ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ πανταχοῦ παρὰ πᾶσίν εἰσιν Ἰουδαίοις· οἱ καὶ ἀναγινώσκοντες οὐ συνιᾶσι τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἐχθροὺς
C ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπόταν δύνωνται, ὡς καὶ πεισθῆναι δύνασθε. Καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ (66) Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ, Βαρχοχέβας ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς (67), εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰη-

(64) *Κατεσκεύαζε.* Ita R. Stephanus et mss. Sylburg. κατεσκεύασε.

(65) *Ἡρώδῃ.* Manifestus nævus ; sed qui imperitis potius librariis, quam Justino tribui debeat. Certe redundat illud vocabulum, saltem post has voces ὁ βασιλεύς. Videtur ergo ex margine in contextum irrepsisse. Grabius legendum putat βασιλεύοντι ἱερεῖ, et paulo post βασιλεύων ἱερεύς pro βασιλεὺς Ἡρώδης. Firmat hanc legendi rationem Philonis testimonio, qui pontificem, ad quem legatos misit Ptolemæus, regnum cum sacerdotio obtinuisse scribit lib. II *De vit. Moys.*, p. 658 : Πρέσβεις εὐθὺς ἔπεμψε πρὸς τὸν τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερέα καὶ βασιλέα· ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν. *Legatos confestim misit ad Judæorum pontificem et regem : idem enim tunc erat.* Aliam init viam Usserius dissert. 2, *in LXX interpr.*, p. 31. Nihil prorsus emendat, sed ex dictis
D Justini conjicit Cleopatram, quæ priore bibliotheca in cineres redacta novam in Serapeo constituit, ab Herode idem fere beneficium, ac olim a summo sacerdote Ptolemæum, impetrasse, ut codices Hebræos ac Græcam interpretationem eruditis manibus castigatam ad se mitteret ; quamobrem Justinum temporibus quidem graviter errasse, sed tamen aliquam veri umbram assecutum esse.—*Τῷ τῶν Ἰουδ. τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ*, κ.τ.λ. Manifestus anachronismus, cum certum sit Ptolemæum (Philadelphum) multum tempore Herodem præcessisse. Langus igitur Sylburgio astipulante Justinum notavit pro βασιλ. Ἡρ. scribere debuisse ἀρχιερεύοντι Ἐλεαζάρῳ itemque paulo post ἀρχιερεὺς Ἐλεάζαρος pro βασιλεὺς Ἡρώδης. Grabius, omnem culpam illius erroris transferens in scribam aliquem « reipublicæ Judaicæ minus gnarum, » conjicit Martyrem non Ἡρώδῃ, sed ἱερεῖ scripsisse et mox βασιλεύων ἱερεύς, id quod firmare studet Philonis testimonio (vid. *Cohort. ad Gr.* n. 13, ubi etiam Alexandrinæ versionis origo narratur), qui pontificem, ad quem legatos misit Ptolemæus, regnum cum sacerdotio obtinuisse scribit. Thalemannus vocem Ἡρώδης opinatur ex margine irrepsisse, cui ascripsisset imperitus quidam nesciens, pontificem quoque regem dici posse ; idem jam Pearsonus et Maranus statuerant. Fabricius (*Biblioth. gr.* ed. Harl. vol. VII, p. 60) Usserio assentitur existimanti (*De Græca LXX interpretum versione synt.* Lond. 1655, 4, p. 31), Justinum mira quadam ἀβλεψίᾳ Philadelphi et Cleopatræ bibliothecarum historiam commiscuisse. Istarum quæpiam conjecturarum si cui placuerit, ego non invidebo ; scilicet nævus videtur potius Justino quam librariis attribuendus esse. Otto.

(66) *Γεγενημένῳ.* Euseb. loco mox citato habet γενομένῳ et Βαρχωχέβας et ἐκέλευεν ἄγεσθαι.

(67) *Μόνους εἰς τιμωρίας δεινάς.* Hanc narrationem non docte interpretatus Banagius ac narratorem haud liberaliter refellit. « Queritur Justinus martyr, inquit *Hist. Jud.* lib. VI, part. 1, cap. 9, n. 21, quod Barchochebas solos impugnaret Christianos, solosque illos trucidaret, quia religionem suam ejurare nolebant.... sed quis credat ethnicos, quibus bellum intulerat, ab ejus crudelitate tutos fuisse ? » Levis animadversio Banagium errore exsolvere poterat. Non enim negat Justinus crudelem in ipsos etiam ethnicos fuisse Barchochebam, sed barbarum in solos Christianos fuisse tortorem, iisque solis horrenda supplicia, nisi religionem suam ejurarent, parasse testatur.

Digitized by Google

σοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι. Ἐν δὴ ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις εὑρομεν προκηρυσσόμενον, παραγινόμενον, γεννώμενον διὰ παρθένου, καὶ ἀνδρούμενον, καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ νεκροὺς ἀνεγείροντα, καὶ φθονούμενον καὶ ἀγνοούμενον καὶ σταυρούμενον Ἰησοῦν τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, καὶ ἀποθνήσκοντα, καὶ ἀνεγειρόμενον, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενον, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ὄντα καὶ κεκλημένον, καί τινας πεμπομένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων κηρύξοντας ταῦτα, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀνθρώπους μᾶλλον αὐτῷ πιστεύειν. Προεφητεύθη δὲ πρὶν ἢ φανῆναι αὐτὸν, ἔτεσι ποτὲ μὲν πεντακισχιλίοις (68), ποτὲ δὲ τρισχιλίοις, ποτὲ δὲ δισχιλίοις, καὶ πάλιν χιλίοις (69), καὶ ἄλλοτε ὀκτακοσίοις. Κατὰ γὰρ τὰς διαδοχὰς τῶν γενῶν (70) ἕτεροι καὶ ἕτεροι ἐγένοντο προφῆται.

jubebat. In his autem prophetarum libris prænuntiatum reperimus Jesum Christum nostrum advenientem atque ex Virgine nascentem, ad ætatem virilem pervenientem, morbos omnes et ægritudines curantem, et mortuos ad vitam revocantem, invisum, ignoratum et crucifixum, morientem et resurgentem, ac in cœlos ascendentem; eumque esse et vocari Filium Dei, et nonnullos ab eo mitti ad omne hominum genus, qui hæc prædicent, magisque illi credere eos qui sunt ex gentibus. Prænuntiatus autem est, antequam prodiret, annis nunc quinquies mille, nunc ter mille, nunc bis mille, interdum mille, nonnunquam octingentis. **63** Nam secundum generationum successiones alii atque alii prophetæ exstiterunt.

32. Μωϋσῆς μὲν οὖν, πρῶτος τῶν προφητῶν (71) γενόμενος, εἶπεν αὐτολεξεὶ οὕτως· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται* (72)· *καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, πλύνων ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν στολὴν αὐτοῦ.* Ὑμέτερον οὖν ἐστιν ἀκριβῶς ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν, μέχρι τίνος ἦν ἄρχων καὶ βασιλεὺς ἐν Ἰουδαίοις ἴδιος αὐτῶν. Μέχρι τῆς φανερώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου, καὶ τῶν ἀγνοουμένων προφητειῶν ἐξηγητοῦ, ὡς προερρέθη ὑπὸ τοῦ θείου ἁγίου προφητικοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ Μωϋσέως, μὴ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἀπὸ Ἰουδαίων ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται τὸ βασίλειον. Ἰούδας γὰρ προπάτωρ Ἰουδαίων, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Ἰουδαῖοι καλεῖσθαι ἐσχήκασι· καὶ ὑμεῖς μετὰ τὴν γενομένην αὐτοῦ φανέρωσιν καὶ Ἰουδαίων ἐβασιλεύσατε, καὶ τῆς ἐκείνων πάσης γῆς ἐκρατήσατε. Τὸ δὲ, *Αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν*, μηνυτικὸν ἦν ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν προσδοκήσου-

32. Moyses quidem, qui primus exstitit prophetarum, sic ad verbum scripsit: *Non deficiet princeps e Juda, neque dux e femore ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lavans in sanguine uvæ stolam suam*[69]. Vestrum est igitur accurate inquirere et pernoscere quoadusque Judæis suus fuerit proprius princeps et rex. Nimirum quoad apparuit Jesus Christus magister noster, et latentium oraculorum interpres, quemadmodum prædictum est a Spiritu prophetico per Moysem, non defecturum e Judæis principem, donec veniret ille cui repositum erat regnum. Judas enim auctor generis Judæorum exstitit, a quo etiam ut Judæi vocarentur habuerunt; et postquam ille prodiit, vos Judæis imperastis, et omnem eorum terram ditioni vestræ adjecistis. Illud autem, *Ipse erit expectatio gentium*, significabat fore ex omnibus gentibus, qui eum denuo venturum exspectarent. Quod quidem vobis licet cernere et

[69] Gen. XLIX, 10.

(68) *Πεντακισχιλίοις*. Demonstrat Martianæus noster in defensione text. Hebr. tom. II, cap. 1, primum illum prophetam, qui Christi adventum quinque annorum millibus præcessit, non Henochum esse, ut placebat Perionio, sed Adamum, cujus prophetia sacris et ecclesiasticis scriptoribus laudata. Quod autem idem Martianæus ex verbis Justini colligit, eum non amplius quam quinque annorum millia a mundi creatione ad Christi ortum numerasse, id vereor ut certum et exploratum sit. Neque enim in ejusmodi numeris accuratissime versatur Justinus, qui etiam infra n. 42. Davidem annis mille et quingentis ante Christum collocat.

(69) *Χιλίοις*. Post Adamum, Noe et Moysem, proprius Davidi locus videtur assignari. Sed cum ab eo usque ad Christum annos mille et quingentos infra numeret Justinus, nihil certi videtur statui posse.

(70) *Γενῶν*. Legit γενεῶν eruditus Londinensis editor. Sed nihil prorsus mutandum. Sic enim infra κατὰ γένους διαδοχήν. Sic etiam Africanus apud Euseb. Hist. lib. I, c. 7 : τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν δηγήσομαι.

(71) *Πρῶτος τῶν προφητῶν*. Non video cur Moysen Grabius contendat dignitate, non tempore, primum prophetarum dici. Quem enim Justinus in Cohort. ut scriptorum omnium antiquissimum citat, quid mirum est, si eum hoc loco inter sacros scriptores primum recenset?

(72) *ὯΙ ἀπόκειται*. Regius codex et R. Stephanus habent ὃ ἀπόκειται, Clarom. τὸ ἀπόκειται. Legitur in nostris editionibus LXX interpretum τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Magna est hac in re apud scriptores ecclesiasticos varietas, sed non dubium est quin legerit Justinus ᾧ ἀπόκειται, tum quia paulo post addit post has voces τὸ βασίλειον, tum quia in *Dialogo* n. 120, contendit ita reddidisse Septuaginta interpretes, ac Judæos aliam lectionem excogitasse, nempe τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Lectionem, quam tuetur Justinus, magis usitatam apud Christianos fuisse colligimus ex testimonio Juliani, qui eos accusat apud Cyrill. Alex. lib. VIII, p. 253, quod Scripturam depravaverint, inducenda hac lectione ᾧ ἀπόκειται. Sic interpretatus est Symmachus, teste Eusebio *Demonstr. Evang.* p. 372. Interdum eadem lectio occurrit apud Eusebium, ut lib. VII *Demonstr.* cap. ult. Sed ipse lib. VIII, cap. 1, sic explicat τὰ ἀποκείμενα Christo, ut aliter legisse non videatur. Legimus apud Archelaum p. 78 : *Donec veniat cujus est.* Quod quidem librariorum erratum videtur esse, pro *cui jus est.* Longius foret in aliis scriptoribus recensendis immorari.

Digitized by Google

rei experientia credere. Ex omni enim hominum genere exspectant illum in Judæa crucifixum, post quem statim bello capta Judæorum terra vobis tradita est. Istud porro, *ligans ad vitem pullum suum, et lavans in sanguine uvæ stolam suam*, symbolum erat res significans partim Christo eventuras, partim ab ipso gerendas. Nam pullus quidam asinæ stabat in quodam introitu vici ad vitem alligatus; quem cum sibi a discipulis tunc adduci jussisset, adductum conscendit, eique insidens Jerosolymam ingressus est, ubi maximum Judæorum templum erat, quod postea a vobis eversum est. Ac postea in crucem actus est, ut quod reliquum erat prophetiæ expleretur. Nam illud *lavans in sanguine uvæ stolam suam*, passionem illam prænuntiabat, quam erat passurus, sanguine eos expians qui ipsi credunt. Nam quæ dicitur a divino Spiritu per prophetam stola, homines sunt ei credentes, in quibus illud a Deo semen habitat Verbum. Quod autem dicitur sanguis uvæ, id significabat eum, qui apparitus erat, sanguinem quidem habiturum, sed non ex humano semine, verum ex divina virtute. Prima autem secundum parentem omnium et Dominum Virtus et Filius, Verbum est; quod quomodo incarnatum homo factum sit, deinceps dicemus. Quemadmodum enim uvæ sanguinem 64 non homo fecit, sed Deus : ita et hic sanguis significabatur non ex humano sanguine, sed ex virtute Dei, ut jam diximus, futurus. Atque Isaias alius propheta eadem verbis diversis prædicens sic fatur : *Orietur stella ex Jacob et flos e radice Jesse ascendet, et in brachium ejus gentes sperabunt* [76]. Stella sane lucida exorta est, et flos ascendit e radice Jesse, hic Christus. Nam ex Virgine seminis Jacobi, qui Judæ pater exstitit (Judam autem Judæorum patrem esse ostendimus) per virtutem Dei genitus est. Ac Jesse quidem proavus Christi secundum oraculum fuit; Jacobi autem et Judæ filius secundum generis successionem.

A σιν αὐτὸν πάλιν παραγενησόμενον· ὅπερ δῆλον ὑμῖν πάρεστιν ἰδεῖν, καὶ ἔργῳ πεισθῆναι. Ἐκ πάντων γὰρ γενῶν ἀνθρώπων προσδοκῶσι τὸν ἐν Ἰουδαίᾳ σταυρωθέντα, μεθ' ὃν εὐθὺς δοριάλωτος ὑμῖν ἡ γῆ Ἰουδαίων παρεδόθη. Τὸ δὲ, *Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς*, σύμβολον δηλωτικὸν ἦν τῶν γενησομένων τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραχθησομένων. Πῶλος γάρ τις ὄνου εἱστήκει ἔν τινι εἰσόδῳ κώμης πρὸς ἄμπελον (73) δεδεμένος, ὃν ἐκέλευσεν ἀγαγεῖν αὐτῷ τότε τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ, καὶ ἀχθέντος ἐπιβὰς ἐκάθισε, καὶ εἰσελήλυθεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα τὸ μέγιστον ἱερὸν ἦν Ἰουδαίων, ὃ ὑφ' ὑμῶν ὕστερον κατεστράφη. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐσταυρώθη, ὅπως τὸ λεῖπον τῆς προφητείας συντε-
B λεσθῇ. Τὸ γὰρ, *Πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς*, προαγγελτικὸν ἦν τοῦ πάθους οὗ πάσχειν ἔμελλε, δι' αἵματος καθαίρων τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ. Ἡ γὰρ κεκλημένη ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος διὰ τοῦ προφήτου στολὴ, οἱ πιστεύοντες αὐτῷ εἰσιν ἄνθρωποι, ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα, ὁ Λόγος (74). Τὸ δὲ εἰρημένον αἷμα τῆς σταφυλῆς σημαντικὸν τοῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανησόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος, ἀλλ' ἐκ θείας δυνάμεως. Ἡ δὲ πρώτη δύναμις (75) μετὰ τὸν Πατέρα πάντων καὶ Δεσπότην Θεὸν, καὶ Υἱὸς, ὁ Λόγος ἐστίν· ὃς τίνα τρόπον σαρκοποιηθεὶς ἄνθρωπος γέγονεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν. Ὃν τρόπον γὰρ τὸ τῆς
C ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος πεποίηκεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς, οὕτως καὶ τοῦτο ἐμηνύετο (76) οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος γενήσεσθαι τὸ αἷμα, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, ὡς προέφημεν. Καὶ Ἡσαΐας δὲ ἄλλος προφήτης τὰ αὐτὰ δι' ἄλλων ῥήσεων προφητεύων, οὕτως εἶπεν· *Ἀνατελεῖ ἄστρον* (77) *ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἄνθος ἀναβήσεται ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.* Ἄστρον δὲ φωτεινὸν ἀνέτειλε, καὶ ἄνθος ἀνέβη ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, οὗτος ὁ Χριστός. Διὰ γὰρ παρθένου τῆς ἀπὸ τοῦ σπέρματος Ἰακὼβ, τοῦ γενομένου πατρὸς Ἰούδα, τοῦ δεδηλωμένου Ἰουδαίων πατρὸς, διὰ δυνάμεως Θεοῦ ἀπεκυήθη· καὶ Ἰεσσαὶ προπάτωρ μὲν κατὰ τὸ λόγιον γεγένηται· τοῦ δὲ Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ἰούδα κατὰ γένους διαδοχὴν υἱὸς ὑπῆρχεν.

33. Jam vero quemadmodum ex virgine oriturum conceptis verbis Isaias prædixerit, audite. Sic au-

33. Καὶ πάλιν ὡς αὐτολεξεὶ διὰ παρθένου μὲν τεχθησόμενος διὰ τοῦ Ἡσαΐου προεφητεύθη, ἀκού-

[76] Isa. xi, 1.

(73) *Πρὸς ἄμπελον.* Hunc pullum ad vitem alligatum fuisse nec Evangelistæ narrant, nec ipse Justinus in *Dialogo* n. 75, ubi hanc prophetiam uberius explicat.

(74) *Τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα, ὁ Λόγος.* Legendum existimat Grabius τὸ πνεῦμα, tum quia Spiritui melius convenit, ut in fidelibus dicatur habitare; tum quia non multo post, nempe n. 33, Verbum vocatur Spiritus. Scio equidem Verbo interdum a Justino Spiritus nomen attribui; at hoc loco non incommode vocatur semen. Sic in *Apol.* 2, n. 6 : Ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ Λόγου, et n. 7 : κατὰ σπερματικοῦ Λόγου μέρος.

(75) *Ἡ δὲ πρώτη δύναμις.* Quod ait Justinus Verbum esse virtutem illam, quæ obumbravit Virgini; quodque illud num. sequenti vocat Spiritum
D sanctum, id novum videri non debet, sed usitatum fuit apud sanctos Patres ante et post Justinum, ut pluribus demonstrat doctissimus S. Hilarii Operum editor, Præfat. n. 2.

(76) *Τοῦτο ἐμηνύετο.* Legit τούτου Thirlbius, quæ quidem emendatio satis apta videtur, sed minime necessaria.

(77) *Ἀνατελεῖ ἄστρον.* Observat Grabius hoc Balaami oraculum, *Orietur stella ex Jacob*, apud Irenæum citari lib. III, c. 9, et Isaiæ in antiquissimo Vossii codice attribui, ut eidem prophetæ a Justino tribuitur. Sed hæc ratio non me deterret quominus credam Justinum, dum Scripturam memoriter citat, ex duobus oraculis, Balaam et Isaiæ, unum fecisse.

Digitized by Google

σατε. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.* Ἃ γὰρ ἦν ἄπιστα καὶ ἀδύνατα νομιζόμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενήσεσθαι, ταῦτα ὁ Θεὸς προεμήνυσε διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος μέλλειν γίνεσθαι, ἵν', ὅταν γένηται, μὴ ἀπιστηθῇ, ἀλλ' ἐκ τοῦ προειρῆσθαι πιστευθῇ. Ὅπως δέ τινες (78) μὴ νοήσαντες τὴν δεδηλωμένην προφητείαν, ἐγκαλέσωσιν ἡμῖν ἅπερ ἐνεκάλεσαμεν τοῖς ποιηταῖς εἰποῦσιν ἀφροδισίων χάριν ἐληλυθέναι ἐπὶ γυναῖκας τὸν Δία, διασαφῆσαι τοὺς λόγους πειρασώμεθα. Τὸ οὖν, *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει*, σημαίνει οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν. Εἰ γὰρ ἐσυνουσιάσθη ὑπὸ ὁτουοῦν, οὐκ ἔτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ, ἐπελθοῦσα τῇ Παρθένῳ, ἐπεσκίασεν αὐτὴν, καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. Καὶ ὁ ἀποσταλεὶς δὲ πρὸς αὐτὴν τὴν παρθένον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἄγγελος Θεοῦ, εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπών· *Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν·* ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξαν· οἷς ἐπιστεύσαμεν· ἐπειδὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προδεδηλωμένου τὸ προφητικὸν Πνεῦμα τοῦτον γενησόμενον, ὡς προεμηνύομεν (79), ἔφη. Τὸ Πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν Λόγον, ὃς καὶ πρωτότοκος τῷ Θεῷ ἐστι, Μωσῆς (80) ὁ προδεδηλωμένος προφήτης ἐμήνυσε. Καὶ τοῦτο, ἐλθὸν ἐπὶ τὴν Παρθένον καὶ ἐπισκιάσαν, οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγκύμονα κατέστησε. Τὸ δὲ Ἰησοῦς ὄνομα τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ σωτὴρ τῇ Ἑλληνίδι διαλέκτῳ δηλοῖ. Ὅθεν καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον εἶπε, *καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.* Ὅτι δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ θεοφοροῦνται οἱ προφητεύοντες εἰ μὴ λόγῳ θείῳ (81), καὶ ὑμεῖς, ὡς ὑπολαμβάνω, φήσετε.

tem locutus est : *Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium, et dicent super nomine ejus : Nobiscum Deus*[71]. Quæ enim incredibilia erant et fieri non posse hominibus videbantur, ea Deus per Spiritum propheticum futura prænuntiavit, ut cum evenissent, fides eis non derogaretur, sed ex eo quod essent prædicta, crederentur. Ne qui autem prolatam prophetiam minus intelligentes, eadem nobis objiciant, quæ poetis, Jovem dicentibus ad mulieres rei venereæ causa ventitasse, objecimus ; verba explanare tentemus. Illud igitur : *Ecce Virgo in utero habebit*, significat absque concubitu concepturam. Nam si cum aliquo consuevisset, non jam esset virgo. Sed virtus Dei superveniens Virgini obumbravit eam, fecitque ut tum, cum esset Virgo, prægnaret. Et qui tunc ad ipsam Virginem missus est Angelus Dei, sic lætum ei nuntium attulit : *Ecce concipies in utero ex Spiritu sancto, et paries filium, et Filius Altissimi vocabitur : et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*[72] quemadmodum docuerunt, qui omnia ad Salvatorem nostrum Jesum Christum pertinentia litteris mandarunt ; quibus quidem credimus, quia per eum etiam, quem jam diximus, Isaiam Spiritus propheticus illum ita, uti exposuimus, nasciturum dixit. Spiritum igitur et virtutem quæ a Deo est, nihil aliud fas est intelligere, quam Verbum, quod et Deo primogenitum est, ut is, quem jam diximus, Moyses propheta indicavit. Atque hic Spiritus cum in Virginem illapsus esset, eique obumbrasset, illam non ex concubitu, sed ex virtute prægnantem effecit. Jesus autem, Hebraicæ linguæ nomen, idem sonat Græco sermone ac Salvator. Unde angelus ad virginem dixit : *Et vocabis nomen Jesum ; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Vaticinantes autem dum divinitus efferuntur, nulla alia re efferri, quam verbo divino, vos quoque, arbitror, dicetis.

65 34. Ὅπου δὲ καὶ τῆς γῆς γεννᾶσθαι ἔμελλεν, ὡς προεῖπεν ἕτερος προφήτης ὁ Μιχαίας, ἀκούσατε. Ἔφη δὲ οὕτως· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς*

65 34. Ubi autem terrarum nasciturus esset, quomodo alius propheta Michæas prædixerit, audite. Sic autem dixit : *Et tu, Bethlehem terra Judæ,*

[71] Isa. VII, 14. [72] Luc. I, 3, 32 ; Matth. I, 21.

(78) *Ὅπως δέ τινες.* Legendum monet Thirlbius ὅπως δὲ μή τινες.

(79) *Ὡς προεμηνύομεν.* Clarom. προσμηνύομεν.

(80) *Μωσῆς.* Nemo est, qui non advertat legendum esse ὡς Μωσῆς. Sed Grabius longe diversam emendandi hujus loci rationem sequitur. Legendum enim putat, ὡς Ἡσαΐας, atque errorem inde ortum putat quod scriptum fuisset brevitatis causa ὡς Ἡσ. unde factum Μωσῆς. Necesse non est commentum hominis eruditi pluribus refellere. Liquet enim Justinum, qui hoc loco Verbum ante incarnationem primogenitum esse docet, minime respexisse ad Isaiæ de Filio incarnato et Virgine Deum pariente oracula. At Moysis auctoritate Justinus utitur dialog. n. 50, ut probet Verbum esse primogenitum. Quare non debet Isaias in Moysis locum huc intrudi. Vide hunc *Dialogi* locum.

(81) *Λόγῳ θείῳ.* Nequaquam hæc de Verbo Dei Filio, ut existimarunt interpretes Justini, accipienda sunt, sed de eloquiis Dei, quæ inflammant prophetas, ut de Josepho dictum est in psalmo CIV : τὸ λόγιον τοῦ Κυρίου ἐπύρωσεν αὐτόν. Quanquam Verbum aspirat prophetis per Spiritum sanctum ; non tamen quadrabat, ut Justinus, qui tertiam Trinitatis Personam appellare solet Spiritum propheticum (ut num. 6, 13 et 33), prophetas ab alia, quam Verbo, Persona negaret afflari. Præterea hæc verba, *vos quoque, arbitror, dicetis*, Justinum probant de re facili et pervulgata loqui. Porro Trinitatis mysterium ethnicis notum non erat, vel potius invisum erat et stultum videbatur, ut observat Justinus num. 13. At vates eloquiis divinis inflammari et efferri, res erat ad omnium intelligentiam accommodata.

Digitized by Google

nequaquam minima es in principibus Judæ : ex te enim egredietur dux, qui pascet populum meum[73]. Est autem vicus quidam in terra Judæorum, stadiis triginta quinque Hierosolymis distans, ubi natus est Jesus Christus, quemadmodum et ex descriptionibus census discere potestis, quæ sub Cyrenio, primo vestro in Judæa præside, confectæ sunt.

A ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου. Κώμη δέ τις ἐστὶν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰουδαίων, ἀπέχουσα σταδίους τριακονταπέντε Ἱεροσολύμων, ἐν ᾗ ἐγεννήθη (82) Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς καὶ μαθεῖν δύνασθε ἐκ τῶν ἀπογραφῶν τῶν γενομένων ἐπὶ Κυρηνίου τοῦ ὑμετέρου, ἐν Ἰουδαίᾳ πρώτου γενομένου ἐπιτρόπου (83).

35. Quod autem futurum erat ut Christus natus cæteros homines usque ad ætatem virilem lateret, id quod evenit ; quæ prædicta sint ea de re audite. Sic autem habent : *Puer natus est nobis, et adolescentulus datus est nobis : cujus super humeros imperium ejus*[74], indicium potentiæ crucis, cui affixus humeros applicuit, quemadmodum progressu orationis clarius demonstrabitur. Rursus idem propheta Isaias divinitus afflatus a Spiritu prophetico dixit : *Expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, ad eos qui incedunt in via non bona. Postulant nunc a me judicium et appropinquare Deo audent*[75]. Ac rursus aliis verbis per alium prophetam ait : *Ipsi foderunt meas manus et pedes, et jecerunt sortem super vestimentum meum*[76]. Ac David quidem, rex et propheta, qui hæc dixit, nihil horum passus est. Christi autem Jesu manus expansæ fuerunt, cum a Judæis crucifigeretur contradicentibus et asserentibus eum non esse Christum. Nam et illum, ut dixit propheta, per ludibrium in tribunali collocarunt et dixerunt, *Judica nobis*. Illud autem, *Foderunt meas manus et pedes*, narratio erat clavorum, qui in cruce manibus ejus et pedibus infixi sunt. Et postquam eum crucifixerunt, sorte duxerunt ejus vestimentum, illudque inter se partiti sunt qui eum crucifixerant. Atque hæc ita gesta esse ex actis sub Pontio Pilato confectis discere potestis. Quod autem diserte prædictum fuerat eum asinæ pullo sessurum et Hierosolymam ingressurum, pronuntiata ab alio propheta Sophonia vaticinii verba dabimus. Sic autem habent : *Lætare vehementer fi-*

35. Ὡς δὲ καὶ λήσειν ἔμελλε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους γεννηθεὶς ὁ Χριστὸς, ἄχρις ἀνδρωθῇ (84), ὅπερ καὶ γέγονεν, ἀκούσατε τῶν προειρημένων εἰς τοῦτο. Ἔστι δὲ ταῦτα (85)· *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ νεανίσκος ἡμῖν ἀπεδόθη· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τῶν ὤμων*, μηνυτικὸν τῆς δυνάμεως τοῦ σταυροῦ, ᾧ προσέθηκε τοὺς ὤμους σταυρωθεὶς, ὡς προϊόντος τοῦ λόγου B σαφέστερον δειχθήσεται. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης Ἡσαΐας θεοφορούμενος τῷ Πνεύματι τῷ προφητικῷ, ἔφη· *Ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ. Αἰτοῦσί με νῦν κρίσιν, καὶ ἐγγίζειν Θεῷ τολμῶσιν.* Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις δι' ἑτέρου προφήτου λέγει· *Αὐτοὶ ὤρυξάν μου πόδας καὶ χεῖρας, καὶ ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου.* Καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ, ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης, ὁ εἰπὼν ταῦτα, οὐδὲν τούτων ἔπαθεν. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ἐξετάθη τὰς χεῖρας, σταυρωθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀντιλεγόντων αὐτῷ καὶ φασκόντων μὴ εἶναι αὐτὸν Χριστόν. Καὶ γὰρ, ὡς εἶπεν ὁ Προφήτης, διασύροντες αὐτὸν, ἐκάθισαν ἐπὶ βήματος, καὶ εἶπον· C *Κρῖνον ἡμῖν* (86). Τὸ δὲ, *ὤρυξάν μου χεῖρας καὶ πόδας*, ἐξήγησις τῶν ἐν τῷ σταυρῷ παγέντων ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἦλων ἦν. Καὶ μετὰ τὸ σταυρῶσαι αὐτὸν, ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ, καὶ ἐμερίσαντο ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτόν. Καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε, δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων. Καὶ ὅτι ῥητῶς καθεσθησόμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου, καὶ εἰσελευσόμενος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα προεφήτευτο (86*), ἑτέρου προφήτου τοῦ Σοφονίου (87) τὰς τῆς προφητείας λέξεις

[73] Mich. v, 2. [74] Isa. ix, 6. [75] Isa. lxv, 2 ; lviii, 2. [76] Psal. xxi, 18.

(82) *Ἐν ᾗ ἐγεννήθη.* Vide *Dialog.* n. 77.

(83) *Ἐπιτρόπου.* Negat Grabius hac voce significari procuratorem, sed præfectum; hujusque observationis auctorem citat Grotium. Sed tamen accuratius mihi videtur rectorem aut præsidem Judææ aut Syriæ attribuere, quam præfectum. De hoc Cyrenio, sive Quirinio, vide Vales. *in Euseb.* v, 5.

(84) *Ἄχρις ἀνδρωθῇ.* Non hic agitur de Christi silentio et vita obscuriore usque ad baptismum, sed de Judæorum erga illum animo, qui eum regem et Deum suum esse non cognoverunt. Dixerat enim antea Justinus, nempe n. 31, Christum a prophetis, ut « invisum et ignotum et crucifixum » prænuntiari. Probat hoc loco Christum ignotum fuisse Judæis, quia principatum ex ipsa cruce adeptus est, in quam scilicet Judæi illum ignorantes egerunt. Et n. 49 : « Christum non modo non cognoverunt, sed etiam crucifixerunt. » Quare cum ignoratio et invidia et crux simul conjuncta sint, illud ἄχρις ἀνδρωθῇ virilem ætatem non excludit, sed potius includit, ac Christum ab ipso ortu usque ad ætatem virilem et extremum vitæ tempus Judæis invisum et ignotum fuisse demonstrat.

(85) *Ἔστι δὲ ταῦτα.* Longam huc inducit lacu- D nam Grabius et non solum cum Lango aliquod de obscura Christi vita testimonium, sed etiam promissa n. 31, de Christi miraculis et de invidia Judæorum oracula excidisse ex hoc loco pronuntiat ; sed prorsus immerito. Nam ex his quæ promisit Justinus, duo exsequitur hoc loco, nempe Christum singulos ætatum gradus peracturum, et invisum ac ignotum ac crucifixum iri. Id autem optime probat ex testimonio, in quo et varii gradus ætatis Christi commemorantur, et imperium illius ex ipsa cruce repetitur. Quid ergo huic orationi deesse possit? De miraculis aget n. 48, de invidia Judæorum agit hoc ipso in loco, ut per se patet.

(86) *Κρῖνον ἡμῖν.* Sententiæ, non verborum allegatio Matth. xxvii, inquit Langus.

(86*) Legendum προεπεφήτευτο.

(87) *Τοῦ Σοφονίου.* Μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sunt enim hæc Zachariæ, non Sophoniæ verba, inquit R. Stephanus. Zachariæ tribuuntur in *Dialogo* n. 53, ut observat Grabius.

Digitized by Google

ἐροῦμεν. Εἰσὶ δὲ αὗται· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσσε, θύγατερ Ἰερουσαλήμ· Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶος, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.*

36. Ὅταν δὲ τὰς λέξεις τῶν προφητῶν λεγομένας ὡς ἀπὸ προσώπου ἀκούητε, μὴ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐμπεπνευσμένων λέγεσθαι νομίσητε, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κινοῦντος αὐτοὺς θείου λόγου (88). Ποτὲ μὲν γὰρ ὡς προαγγελτικῶς τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι λέγει, ποτὲ δ' ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ Δεσπότου πάντων καὶ Πατρὸς Θεοῦ φθέγγεται, ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν ἀποκρινομένων τῷ Κυρίῳ, ἢ τῷ Πατρὶ αὐτοῦ· ὁποῖον καὶ ἐπὶ τῶν παρ' ὑμῖν συγγραφέων ἰδεῖν ἔστιν, ἕνα μὲν τὸν τὰ πάντα συγγράφοντα ὄντα, πρόσωπα δὲ τὰ διαλεγόμενα παραφέροντα (89). Ὅπερ μὴ νοήσαντες οἱ ἔχοντες τὰς βίβλους τῶν προφητῶν Ἰουδαῖοι, οὐκ ἐγνώρισαν οὔτε παραγενόμενον τὸν Χριστόν, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς λέγοντας παραγεγενῆσθαι αὐτὸν, καὶ ὡς προεκηρύχθη ἀποδεικνύντας ἐσταυρῶσθαι ὑπ' αὐτῶν, μισοῦσιν.

37. Ἵνα δὲ καὶ τοῦτο ὑμῖν φανερὸν γένηται, ἀπὸ προσώπου τοῦ Πατρὸς (90) ἐλέχθησαν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προειρημένου προφήτου οἵδε οἱ λόγοι· *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου* (91) *οὐ συνῆκεν. Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρόν! υἱοὶ ἄνομοι, ἐγκατελίπετε τὸν Κύριον.* Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, ὅταν λέγῃ ὁ αὐτὸς προφήτης ὁμοίως ἀπὸ τοῦ Πατρός· *Ποῖόν μοι οἶκον οἰκοδομήσετε; λέγει Κύριος. Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου.* Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· *Τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ μεγάλην ἡμέραν νηστείας καὶ ἀργίαν οὐκ ἀνέχομαι· οὐδ' ἂν ἔρχησθε ἐφθῆναί μοι, εἰσακούσομαι ὑμῶν. Πλήρεις αἵματος αἱ χεῖρες ὑμῶν. Κἂν φέρητε σεμίδαλιν, θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστί· στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων οὐ βούλομαι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;* Ἀλλὰ *διάλυε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάσπα στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων· ἄστεγον καὶ γυμνὸν σκέπε, διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου.* Ὁποῖα μὲν οὖν ἐστι καὶ τὰ διδασκόμενα διὰ τῶν προφητῶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ (92), νοεῖν δύνασθε.

38. Ὅταν δὲ ἀπὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λέγῃ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, οὕτως φθέγγεται· *Ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀν-*

A *lia Sion : prædica filia Hierusalem : Ecce rex tuus venit tibi mitis, asino insidens et pullo filio subjugalis*[77].

36. Sed cum prophetarum verba velut aliqua ex persona efferri auditis, non ab his qui afflati fuerunt, sed ab eo, quod illos movebat, verbo divino dicta existimate. Interdum enim prænuntiantis more futura exponit, interdum ut ex persona Domini omnium et Patris Dei loquitur, interdum ut ex persona Christi, interdum **66** ut ex persona populorum Domino aut ejus Patri respondentium loquitur. Quale est quod et apud vestros scriptores cernere licet, apud quos unus quidem scribit omnia, colloquentes autem personas inducit. Quod cum non in- B tellexissent Judæi, quorum in manibus sunt libri prophetarum, nec Christum advenientem cognoverunt, sed et nos, qui advenisse dicimus, et ab illis, ut prædictum fuerat, crucifixum demonstramus odio prosequuntur.

37. Atque ut id etiam perspectum habeatis; dicta sunt ex persona Patris per eum, quem diximus, prophetam Isaiam hæc verba : *Cognovit bos possessorem suum et asinus præsepe domini sui : Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit. Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam. Filii iniqui, deseruistis Dominum*[78]. Et rursum alibi, cum idem propheta similiter ex persona Patris dicit : *Qualem mihi ædificabitis domum? dicit Dominus. Cœlum sedes mea, et terra scabellum* C *pedum meorum*[79]. Ac rursum alibi : *Neomenias vestras, et Sabbata odit anima mea. Et diem magnum jejunii, et otium non fero; neque si veniatis ut appareatis mihi, exaudiam vos. Plenæ sunt manus vestræ sanguine. Etiamsi offeratis similam, incensum, abominatio mihi est. Adipem agnorum et sanguinem hircorum nolo. Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris?*[80] *Sed dissolve omnem colligaturam iniquitatis; disrumpe obligationes violentorum contractuum; vagam et nudum tege; frange esurienti panem tuum*[81]. Qualia ergo sint ea, quæ per prophetas docentur ex persona Dei, intelligere potestis.

D

38. Quando autem ex persona Christi loquitur Spiritus propheticus, sic fatur : *Expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, ad*

[77] Zach. IX, 9. [78] Isa. I, 3. [79] Isa. LXVI, 1. [80] Isa. I, 14. [81] Isa. XVIII, 6.

(88) *Κινοῦντος αὐτοὺς θείου λόγου.* Divinum verbum prophetas movere dicitur, quia quidquid verborum proferebant, id eis inspirabatur. Dicuntur n. 13 nulla alia re efferri quam verbo divino. *Ea loquebantur quæ ipsis inspirabantur*, inquit Athenagoras *Legat.* n. 8, ἃ ἐνηργοῦντο ἐξεφώνησαν.

(89) *Παραφέροντα.* Non male legeretur διαφέροντα, *personæ colloquentes diversæ.* Atque ita videtur legisse Langus. Sed tamen nihil mutandum duxi, quia verbum παραφέρειν nonnunquam apud Justinum idem valet ac inducere. Vide *Dialog.*, n. 69. Illud ergo παραφέροντα refertur ad τὸν συγγράφοντα.

(90) *Τοῦ Πατρός.* Miror unde in mentem venerit Langio et Sylburgio nomen Filii hic Patris nomini substituere. Utrumque merito reprehendit Grabius.

(91) *Λαός μου.* Legendum esse λαός με monet Grabius, atque ita legi infra n. 59.

(92) *Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.* Non dicit ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, sed ita accipienda hæc verba quasi scriptum esset ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, Patris videlicet. Ita hæc verba intellexit Thirlbius. Vide infra n. 44.

Digitized by Google

eos qui incedunt in via non bona[82]. Et iterum : *Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas : et faciem meam non averti a confusione sputorum, et Dominus auxiliator meus factus est : propterea non sum confusus, sed posui faciem meam, sicut solidam petram : et novi quoniam non confundar ; quia juxta est, qui justificavit me*[83]. Ac rursum cum dicit : *Super vestem meam miserunt sortem, et foderunt pedes meos et manus*[84]. *Ego autem dormivi et somnum cepi, et exsurrexi ; quia Dominus suscepit me*[85]. Et rursum cum ait : *Locuti sunt labiis, moverunt caput, dicentes : Liberet seipsum*[86]. Quæ omnia a Judæis Christo accidisse cognoscere potestis. Nam crucifixo eo distorserunt labia, et capita moverunt, dicentes : *Qui mortuos excitavit, liberet seipsum*[87].

A τιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ. Καὶ πάλιν· Τὸν νῶτόν μου τέθεικα εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· καὶ ὁ Κύριος βοηθός μου ἐγένετο· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· Αὐτοὶ ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου, καὶ ὤρυξάν μου πόδας καὶ χεῖρας. Ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, καὶ ἀνέστην, ὅτι Κύριος ἀντελάβετό μου. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· Ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν, λέγοντες· Ῥυσάσθω ἑαυτόν. Ἅτινα πάντα γέγονεν (93) ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων τῷ Χριστῷ, μαθεῖν δύνασθε. Σταυρωθέντος γὰρ αὐτοῦ, ἐξέστρεφον τὰ χείλη, καὶ ἐκίνουν τὰς κεφαλάς, λέγοντες· Ὁ νεκροὺς ἀνεγείρας ῥυσάσθω ἑαυτόν.

39. Quando autem Spiritus propheticus ut futura vaticinans loquitur, sic ait : *Ex Sion enim exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem. Et judicabit inter gentes, et arguet populum multum. Et contundent gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces ; et non levabit gens contra gentem* **67** *gladium, et non discent amplius belligerare*[88]. Atque id ita evenisse persuaderi vobis potest. Hierosolymis enim viri numero duodecim in mundum profecti sunt, iique imperiti nec dicendi facultate prædíti ; sed Dei virtute communiti denuntiarunt omni hominum generi missos se esse a Christo, ut omnes verbum Dei docerent ; et qui olim cædibus mutuis grassabamur, non modo cum inimicis bellum non gerimus, sed etiam ne mentiamur, aut eos qui interrogant decipiamus, libenter Christum confitendo morimur. Facile enim erat, ut quod dicitur :

B 39. Ὅταν δὲ ὡς προφητεῦον τὰ μέλλοντα γίνεσθαι λαλῇ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, οὕτως λέγει· Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν, καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν. Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ λήψονται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. Καὶ ὅτι οὕτως γέγονε, πεισθῆναι δύνασθε. Ἀπὸ γὰρ Ἰερουσαλὴμ ἄνδρες δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὗτοι ἰδιῶται, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι· διὰ δὲ Θεοῦ δυνάμεως ἐμήνυσαν παντὶ γένει ἀνθρώπων, ὡς ἀπεστάλησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διδάξαι πάντας τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· καὶ οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται οὐ μόνον οὐ πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθρούς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μηδὲ ψεύδεσθαι, μηδ' ἐξαπατῆσαι τοὺς ἐξετάζοντας, ἡδέως, ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, ἀποθνήσκομεν. Δυνατὸν γὰρ ἦν τὸ λεγόμενον·

C

Jurata lingua, non tamen jurata mens,

nos quoque imitaremur. Sed ridiculum foret, ut obstricti a vobis sacramento et conscripti milites fidem vobis datam, qui nihil illis potestis incorrupti præstare, et suæ ipsorum vitæ et parentibus et patriæ et omnibus propinquis præponant ; nos autem, qui incorruptæ vitæ cupidi sumus, non perferamus omnia, ut optata ab eo, qui potest præstare, consequamur.

Ἡ γλῶσσ' (94) ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, ποιεῖν ἡμᾶς εἰς τοῦτο. Γελοῖον ἤδη (95) πρᾶγμα, ὑμῖν μὲν τοὺς συντιθεμένους καὶ καταλεγομένους στρατιώτας, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς, καὶ γονέων, καὶ πατρίδος, καὶ πάντων τῶν οἰκείων, τὴν ὑμετέραν ἀσπάζεσθαι ὁμολογίαν, μηδὲν ἄφθαρτον δυναμένων ὑμῶν αὐτοῖς παρασχεῖν· ἡμᾶς δὲ, ἀφθαρσίας ἐρῶντας, μὴ πάνθ' ὑπομεῖναι ὑπὲρ τοῦ τὰ ποθούμενα παρὰ τοῦ δυναμένου δοῦναι λαβεῖν.

40. Audite quomodo et de iis prædictum sit, qui ejus doctrinam prædicaverunt et adventum nuntiarunt, supradicto propheta et rege sic dicente per Spiritum propheticum : *Dies diei eructat verbum, et nox nocti annuntiat sermonem. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.*

D 40. Ἀκούσατε δὲ πῶς καὶ περὶ τῶν κηρυξάντων (96) τὴν διδαχὴν αὐτοῦ, καὶ μηνυσάντων τὴν ἐπιφάνειαν, προερρέθη, τοῦ προειρημένου προφήτου καὶ βασιλέως οὕτως εἰπόντος διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος· Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ

[82] Isa. LXV, 2. [83] Isa. L, 6. [84] Psal. XXI, 19. [85] Psal. III, 6. [86] Psal. XXI, 8. [87] Matth. XXVII, 39. [88] Isa. II, 3.

(93) *Γέγονεν*. Vel præmittendum ὡς alterutri verbo γέγονεν aut μαθεῖν, ut placet Sylburgio, vel potius cum Grabio legendum γεγονέναι.

(94) *Ἡ γλῶσσα*. Monet Grabius post Halloixium hæc desumpta esse ex medio Euripidis *Hippolyto*, et a Cicerone sic reddi sub finem lib. III *Offic.* : « Jurata lingua, animum injuratum gero. »

(95) *Γελοῖον ἤδη*. Billius legit δέ, Sylburg. δ' ἦν vel δ' εἴη, Thirlb. ἦ δέ vel εἴη δέ. Ex levissima mutatione Otto post Grabium edidit ἤ δή. EDIT. PATROL.

(96) *Περὶ τῶν κηρυξάντων*. De SS. apostolis hæc Davidis verba in mystico sensu accepit Justinus, præeunte ipso S. Paulo Rom. X, 18. Ita Grabius, cujus nota a Thirlbio adoptata.

Digitized by Google

οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς, ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ λόγων ἑτέρων τῶν προφητευθέντων δι' αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ, καλῶς ἔχον καὶ οἰκείως ἐπιμνησθῆναι λελογίσμεθα· ἐξ ὧν μαθεῖν ὑμῖν πάρεστι, πῶς προτρέπεται ζῆν τοὺς ἀνθρώπους τὸ προφητικὸν Πνεῦμα· καὶ πῶς μηνύει τὴν γεγενημένην Ἡρώδου τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων, καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων, καὶ Πιλάτου τοῦ ὑμετέρου παρ' αὐτοῖς γενομένου ἐπιτρόπου, σὺν τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις κατὰ τοῦ Χριστοῦ συνέλευσιν (97)· καὶ ὅτι πιστεύεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων· καὶ ὅτι αὐτὸν Υἱὸν καλεῖ ὁ Θεὸς, καὶ ὑποτάσσειν αὐτῷ πάντας ἐχθροὺς ἐπήγγελται· καὶ πῶς οἱ δαίμονες (98), ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, τήν τε τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου Θεοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐξουσίαν φυγεῖν πειρῶνται· καὶ ὡς εἰς μετάνοιαν καλεῖ πάντας ὁ Θεὸς, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. Εἴρηνται δὲ οὕτως· Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά (99); Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, λέγοντες· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε, παιδεύθητε,

In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo exsultabit ut gigas ad currendam viam [89]. His autem alia quoque ejusdem Davidis vaticinia adjicere, præclarum ac hujus loci proprium esse duximus, ex quibus discere potestis, quomodo homines vivere Spiritus propheticus hortetur, quomodo factam ab Herode Judæorum rege ipsisque Judæis cum Pilato, vestro apud eos procuratore, ejusque militibus adversus Christum coitionem narret; quomodo credituros in illum qui ex omni hominum genere vocati sunt, eumque a Deo Filium vocari dicat, ac Patrem polliceri subjecturum se illi omnes inimicos; tum etiam quomodo dæmones, quantum in ipsis est, parentis universorum et Domini Dei, ipsiusque Christi potestatem effugere conentur; quomodo denique omnes Deus ad pœnitentiam vocet, antequam dies judicii adveniat. Sunt autem his elata verbis: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: et in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege Domini voluntas ejus: et in lege ejus meditabitur die, ac nocte. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum; quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium ejus non defluet; et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Non sic impii, non sic; sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum. Quoniam novit Dominus viam justorum; et iter impiorum peribit.* **68** *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ: et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus, dicentes: Dirumpamus vincula eorum: et projiciamus a nobis jugum ipsorum. Qui habitat in cœlis, irridebit eos: et Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum Domini. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea: tanquam vasa figuli confringes eos. Et nunc, reges, intelligite: erudimini, omnes qui judicatis terram. Servite Domino in timore: et exsultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, et pereatis de via justa. Cum exarserit in brevi ira ejus: beati omnes qui confidunt in eo* [90].

[89] Psal. XVIII, 2. [90] Psal. I et II, per totum.

(97) *Συνέλευσιν.* Hic quoque apostolorum vestigiis in Scriptura interpretanda insistit Justinus. Vide Act. IV, 27. GRABIUS et THIRLBIUS.

(98) *Καὶ πῶς οἱ δαίμονες.* Dæmones ergo existimabat in hoc psalmo, quem mox referet, dicere, *dirumpamus vincula eorum*. Quare videtur principes illos, qui initio psalmi memorantur, dæmones intellexisse.

(99) *Κενά.* Manifestum librariorum erratum pro κενά.— *Καινά.* Omnes editores legi volunt κενά. Cum vero etiam octo versionis Alexandrinæ (ed. Holm.) codd. mss. nostram exhibeant lectionem, prorsus non est mutanda. OTTO.

Digitized by Google

πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Δράξασθε παιδείας, μή ποτε ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ· μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτόν.

41. Ac rursus in alia prophetia per eumdem David ostendens Spiritus propheticus Christum post crucis supplicium regnaturum esse, sic fatur: *Cantate Domino, omnis terra, et annuntiate de die in diem salutare ejus. Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis: terribilis super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium simulacra dæmoniorum sunt; Deus autem cœlos fecit. Gloria et laus in conspectu ejus, et fortitudo et gloriatio in loco sanctificationis ejus. Date Domino Patri sæculorum gloriam; accipite gratiam, et ingredimini in conspectum ejus, et adorate in atriis sanctis ejus. Metuat a facie ejus omnis terra, et prosperetur recte agendo, et non commoveatur. Lætentur in gentibus: Dominus regnavit a ligno* [91].

41. Καὶ πάλιν δι' ἄλλης προφητείας μηνῦον τὸ προφητικὸν Πνεῦμα δι' αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ, ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι βασιλεύσει ὁ Χριστὸς, οὕτως εἶπεν· Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ (1), καὶ ἀναγγέλλατε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ὅτι μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερὸς ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς· ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα δαιμονίων εἰσίν, ὁ δὲ Θεὸς τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. Δόξα καὶ αἶνος κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἰσχὺς καὶ καύχημα ἐν τόπῳ ἁγιάσματος αὐτοῦ. Δότε τῷ Κυρίῳ τῷ Πατρὶ τῶν αἰώνων (2) δόξαν· λάβετε χάριν καὶ εἰσέλθετε κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ προσκυνήσατε ἐν αὐλαῖς ἁγίαις αὐτοῦ. Φοβηθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ, καὶ κατορθωθήτω, καὶ μὴ σαλευθήτω. Εὐφραν θήτωσαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου.

42. Quandonam autem futura propheticus Spiritus, ut jam facta pronuntiet, quemadmodum vel in iis, quæ attulimus, animadvertere est; id quoque, ne quam legentibus excusationem præbeat, explanabimus. Quæ omnino cognita sunt futura, ea ut jam facta prædicit. Cur autem ita res accipienda sit, animum ad ea, quæ dicentur, advertite. David annis mille et quingentis, antequam Christus homo factus crucifigeretur, supradicta pronuntiavit; nec quisquam ante eum crucifixus lætitiam gentibus attulit; sed neque etiam post eum. Noster autem Jesus Christus crucifixus et mortuus resurrexit et regnavit in cœlum reversus; atque ex iis, quæ ejus nomine per apostolos in omnibus gentibus promulgata sunt, lætitia est eorum, qui annuntiatam ab eo vitam incorruptam exspectant.

42. Ὅταν δὲ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ὡς ἤδη γενόμενα λέγῃ, ὡς καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις δοξάσαι ἐστὶν, ὅπως ἀπολογίαν (3) μὴ παράσχῃ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, καὶ τοῦτο διασαφήσομεν. Τὰ πάντως ἐγνωσμένα (4) γενησόμενα προλέγει, ὡς ἤδη γενόμενα. Ὅτι δὲ οὕτως δεῖ ἐκδέχεσθαι, ἐνατενίσατε τῷ νοῖ τοῖς λεγομένοις. Δαβὶδ ἔτεσι (5) χιλίοις καὶ πεντακοσίοις πρὶν ἢ Χριστὸν ἄνθρωπον γενόμενον σταυρωθῆναι τὰ προειρημένα ἔφη, καὶ οὐδεὶς τῶν πρὸ ἐκείνου γενομένων σταυρωθεὶς εὐφροσύνην παρέσχε τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν μετ' ἐκεῖνον. Ὁ καθ' ἡμᾶς δὲ Ἰησοῦς Χριστὸς, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν, ἀνέστη, καὶ ἐβασίλευσεν ἀνελθὼν εἰς οὐρανόν· καὶ ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων ἐν τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι κηρυχθεῖσιν εὐφροσύνη ἐστὶ προσδοκώντων τὴν κατηγγελμένην ὑπ' αὐτοῦ ἀφθαρσίαν.

43. Ne quis autem ex iis, quæ exposuimus, id a nobis dici colligat, fati necessitate omnia 69 fieri, ex eo quod prænognita jam dixerimus; id quoque dissolvimus. Edocti a prophetis pœnas et supplicia

43. Ὅπως δὲ μή τινες ἐκ τῶν προλελεγμένων ὑφ' ἡμῶν δοξάσωσι καθ' εἱμαρμένης ἀνάγκην φάσκειν ἡμᾶς τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ἐκ τοῦ προειπεῖν προεγνωσμένα (6), καὶ τοῦτο διαλύομεν (7). Τὰς τιμω-

[91] Psal. xcv, 1-10.

(1) *Πᾶσα ἡ γῆ.* Desunt hic nonnulla, quæ cum legantur in *Dialogo* c. 73, a librariis omissa putat Thirlbius.

(2) *Τῷ Πατρὶ τῶν αἰώνων.* Legit Thirlbius [et reponendum putat Gallandius], αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, quia ita habemus in *Dialogo* n. 73. Quasi vero non potuerit Justinus Scripturam aliter in aliis locis citare.

(3) *Ἀπολογίαν.* Langus et Gelenius videntur legisse ἀπορίαν. Primus enim vertit *dubitationem*, alter, *ne facessat negotium.* Grabio probatur Sylburgii conjectura a Wollio accepta, ἀντιλογίαν, *occasionem contradicendi.* Sed non videntur eruditi viri ingenium S. Justini et illius consuetudinem disputandi satis perspexisse. Nam cum impositum sibi esse duceret, quamplurimos ad veritatis cognitionem adducere, operam dabat exemplo Pauli, ut mundus esset a sanguine omnium, nec dubitabat quin, si quid subtraheret utilium rerum, relicta audientibus excusatio in suum ipsius caput resiliret. Vide infra n. 55 et 61, et *Dialog.* n. 38, 44, 58 et 82. Nihil igitur omnino mutandum, nec probabilior conjectura Thirlbii qui reponit ἀλογίαν.

(4) *Ἐγνωσμένα.* Reddit Langus, *Quæ omnino futura decreta sunt.* Recte quoad sententiam; sed verbum verbo reddere malui, atque hoc verbum eodem modo interpretari hoc in loco ac in aliis sequentibus. Nec tamen inde sequitur Justinum non ea etiam decreta credidisse, quæ dicit fuisse præcognita. Quomodo enim Christi Incarnationem et resurrectionem et alia ejusmodi, de quibus hic agitur, decreta et constituta ab æterno non credidisset?

(5) *Ἔτεσι.* Grabius putat hunc errorem esse librariorum, non Justini.

(6) *Ἐκ τοῦ προειπεῖν προεγνωσμένα.* Grabius, Langi interpretatione leviter mutata, sic reddit: *Nec aliqui colligant nos dicere... eo quod prædicta sint, prædeterminata esse.* Sed cum ubique fateatur Justinus omnia a Deo προεγνωσμένα, ut infra n. 44 et 45, non videtur id negasse hoc loco, sed potius occurrere voluisse iniquis consecutionibus, quæ ex ea re jam sæpe asseverata deduci potuissent. Ita hunc locum intellexit Thirlbius.

(7) *Διαλύομεν.* Inutilis conjectura Sylburgii legentis διαλύσομεν.

Digitized by Google

ρίας καὶ τὰς κολάσεις, καὶ τὰς ἀγαθὰς ἀμοιβάς, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἑκάστου ἀποδίδοσθαι διὰ τῶν προφητῶν μαθόντες, καὶ ἀληθὲς ἀποφαινόμεθα. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ καθ' εἱμαρμένην πάντα γίνεται, οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὅλως. Εἰ γὰρ εἵμαρται (8) τόνδε τινὰ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τόνδε φαῦλον, οὐθ' οὗτος ἀποδεκτὸς, οὐδὲ ἐκεῖνος μεμπτέος. Καὶ αὖ, εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ, καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ, δύναμιν ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὁπωσδήποτε πραττομένων. Ἀλλ' ὅτι ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ κατορθοῖ, καὶ σφάλλεται, οὕτως ἀποδείκνυμεν. Τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον τῶν ἐναντίων τὴν μετέλευσιν ποιούμενον ὁρῶμεν· εἰ δὲ εἵμαρτο ἢ φαῦλον ἢ σπουδαῖον εἶναι, οὐκ ἄν ποτε τῶν ἐναντίων δεκτικὸς ἦν, καὶ πλειστάκις μετετίθετο· ἀλλ' οὐδ' οἱ μὲν ἦσαν σπουδαῖοι, οἱ δὲ φαῦλοι, ἐπεὶ τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν φαύλων, καὶ ἐναντία ἑαυτῇ πράττουσαν ἀποφαινόμεθα (9)· ἢ ἐκεῖνο τὸ προειρημένον δόξαι ἀληθὲς εἶναι, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ οὐδὲ κακία, ἀλλὰ δόξῃ μόνον ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ νομίζεται, ἥπερ, ὡς δείκνυσιν ὁ ἀληθὴς λόγος, μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστίν. Ἀλλ' εἱμαρμένην (10) φαμὲν ἀπαράβατον ταύτην εἶναι τοῖς τὰ καλὰ ἐκλεγομένοις τὰ ἄξια ἐπιτίμια· καὶ τοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντία, τὰ ἄξια ἐπίχειρα. Οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα, οἷον δένδρα καὶ τετράποδα, μηδὲν δυνάμενα προαιρέσει πράττειν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ γὰρ ἦν ἄξιος ἀμοιβῆς ἢ ἐπαίνου, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἑλόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο γενόμενος· οὐδ' εἰ κακὸς ὑπῆρχε, δικαίως κολάσεως ἐτύγχανεν, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ τοιοῦτος ὤν, ἀλλ' οὐδὲν δυνάμενος εἶναι ἕτερον παρ' ὃ ἐγεγόνει.

44. Ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς ταῦτα τὸ ἅγιον προφητικὸν Πνεῦμα, διὰ Μωσέως φῆσαν τῷ πρώτῳ πλασθέντι (11) ἀνθρώπῳ εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οὕτως· *Ἰδοὺ πρὸ προσώπου σου τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακόν· ἔκλεξαι τὸ ἀγαθόν.* Καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου τοῦ ἑτέρου προφήτου, ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ Δεσπότου Θεοῦ εἰς τοῦτο λεχθῆναι οὕτως· *Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν· κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος. Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. Καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.* Τὸ δὲ προειρημέ-

A ac bonas remunerationes pro meritis cujusque actionum irrogari, verum id esse confirmamus. Nam si res ita se non habet, ac fati necessitate fiunt omnia, nullus jam libero arbitrio locus. Si enim fato decretum est hunc esse bonum, istum autem malum, neque hic laudandus, neque iste vituperandus. Ac rursus nisi humanum genus facultatem habeat libera animi inductione et fugiendi turpia et honesta sectandi, extra noxiam est, quidquid egerit. Sed libera animi inductione hominem vel bene agere vel male, sic demonstramus. Hominem eumdem in contraria transcurrere videmus. Quod si fato decretum esset, eùm vel bonum esse vel malum, non sane contrariorum capax esset, nec tam sæpe mutaretur. Sed ne alii B quidem boni essent, alii mali; vel etiam fatum malorum causam esse, ac contraria sibi ipsi facere statueremus; vel verum nobis videretur id, de quo jam diximus[92], nihil esse virtutem aut vitium, sed sola opinione bona aut mala dijudicari, quæ profecto, ut vera ratio demonstrat, maxima impietas et injustitia est. Sed fatum ineluctabile illud esse dicimus, his, qui bona eligunt, merita præmia, his vero qui contraria, debitam mercedem. Neque enim ut cætera, puta arbores et quadrupedes, quæ nihil judicio et voluntate facere possunt, ita Deus hominem fecit. Non enim remuneratione aut laude dignus foret, si ex seipso bonum non eligeret, verum ita natus esset; nec merito, si malus esset, puniretur, ut qui non ex sese C talis foret, sed aliud ab eo, quod natus fuisset, esse non posset.

44. Hæc edocti sumus a sancto Spiritu prophetico, qui per Moysem testatur ei, qui primus creatus est, homini hæc Deum verba dixisse: *Ecce in conspectu tuo bonum et malum: elige bonum*[93]; et rursus per Isaiam alium prophetam hæc tanquam ex persona parentis universorum et Domini Dei in eamdem sententiam dicta esse: *Lovamini, mundi estote, auferte mala ex animabus vestris, discite facere bonum; judicate pupillo, et justificate viduam; et venite et disceptemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut lanam dealbabo; et si fuerint, ut coccinum, sicut nivem dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona* D *terræ comedetis; si vero non audieritis me, gladius depascet vos. Os enim Domini locutum est hæc*[94]. Quod autem dictum est, *Gladius depascet vos*, non hanc vim et sententiam habet, ut gladio necandi

[92] Supra n. 8. [93] Deut. xxx, 15 et 19. [94] Isa. i, 16-20.

(8) *Εἰ γὰρ εἵμαρται.* Nescio cur legere velit εἰ δέ Thirlbius. Mox H. Stephanus levissima conjectura legendum putat ἀποδεκτέος, vel μεμπτός.

(9) *Ἀποφαινόμεθα.* Melius visum nonnullis ἀποφαινοίμεθα.

(10) *Ἀλλ' εἱμαρμένην.* Similiter Clemens Alexandrinus de bonorum et malorum præmiis *Strom.* VII, pag. 710: αὐτή που ἡ Ἀδράστεια, καθ' ἣν οὐκ ἔστι διαδρᾶναι τὸν Θεόν. *Hæc est Adrastia, secundum quam Deum effugere non licet.* Sic etiam Hierocles in libro *De Providentia et Fato* apud Photium, cod. 214, statuebat τὴν μέντοιγε τῇ προνοίᾳ συνεπομένην δίκην εἱμαρμένην καλεῖσθαι, *justitiam quæ ex providentia consequitur, fatum vocari.*

(11) *Τῷ πρώτῳ πλασθέντι.* Si verba spectentur, non primo homini dicta sunt; sed, ut observat Grabius, ex XV Ecclesiastici et XXX Deuteronomii sunt petita. Sed tamen si sensus consideretur, satis hæc congruunt cum iis quæ Deus Adamo dixit.

Digitized by Google

sint qui non paruerint; sed gladius Dei ignis est, A cujus esca fiunt qui mala patrare in animum inducunt. Hinc ait : *Gladius depascet vos : os enim Domini locutum est.* Quod si de secante et confestim 70 dimittente gladio loqueretur, non diceret, *depascet.* Quapropter quod ait Plato : « Culpa eligentis, Deus extra culpam, » a Moyse propheta mutuatus dixit. Antiquior enim Moyses omnibus etiam Græcorum scriptoribus. Atque omnia quæcunque de immortalitate animæ, vel pœnis post mortem, vel cœlestium rerum contemplatione vel similibus sententiis tum philosophi, tum poetæ dixerunt, sumpto ex prophetis argumento et intelligere res illas potuerunt et exposuerunt. Hinc omnibus videntur inesse veritatis semina. Sed minus accurate ab illis cognitam fuisse ex eo liquet, quod contraria sibimetipsis dicant. Quod ergo res futuras dicimus prædictas fuisse, non eo dicimus, quod fati necessitate fiant; sed cum Deus futuras omnium hominum actiones prævideat, cumque apud eum singulos homines pro meritis actionum remuneraturum, statutum sit ut a se etiam digna actionibus præmia rependantur; per Spiritum propheticum prædicit, semper ad animi attentionem ac recordationem vocans hominum genus, seque eorum curam gerere ac illis providere demonstrans. Malorum autem dæmonum operatione sancita mors est in eos, qui legunt Hystaspis aut Sibyllæ aut prophetarum libros; tum ut metu homines deterreant, quominus his legendis bonarum rerum cognitionem assequantur, tum ut eos sibi servos retineant; quod quidem in perpetuum efficere non potuerunt. Impavide enim non solum illos legimus, sed vobis etiam, ut videtis, inspiciendos offerimus, cum futurum sciamus, ut grati omnibus videantur. Atque etiamsi paucis persuadeamus, maxima tamen lucra faciemus. Nam ut boni agricolæ mercedem a Domino percipiemus.

νον, *Μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται*, οὐ λέγει διὰ μαχαιρῶν φονευθήσεσθαι τοὺς παρακούσαντας, ἀλλ' ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ πῦρ (12), οὗ βορὰ γίνονται οἱ τὰ φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι. Διὰ τοῦτο λέγει, *Μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν.* Εἰ δὲ καὶ περὶ τεμνούσης καὶ αὐτίκα ἀπαλλασσούσης μαχαίρας ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε, *κατέδεται.* Ὥστε καὶ Πλάτων εἰπών, *Αἰτία ἑλομένου* (13), *Θεὸς δ' ἀναίτιος*, παρὰ Μωσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε. Πρεσβύτερος γὰρ Μωσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων· καὶ πάντα ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, ἢ τιμωριῶν τῶν μετὰ θάνατον, ἢ θεωρίας οὐρανίων, ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων, καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες, καὶ νοῆσαι δεδύνηνται, καὶ ἐξηγήσαντο· ὅθεν παρὰ πᾶσι σπέρματα ἀληθείας δοκεῖ εἶναι. Ἐλέγχονται δὲ μὴ ἀκριβῶς νοήσαντες, ὅταν ἐναντία αὐτοὶ ἑαυτοῖς λέγωσιν. Ὥστε ὃ φαμεν πεπροφητεῦσθαι τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, οὐ διὰ τὸ εἱμαρμένης ἀνάγκῃ πράττεσθαι λέγομεν· ἀλλὰ προγνώστου τοῦ Θεοῦ ὄντος τῶν μελλόντων ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων πραχθήσεσθαι, καὶ δόγματος ὄντος παρ' αὐτῶν (14) κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον ἀμείψεσθαι μέλλοντα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ κατ' ἀξίαν τῶν πραττομένων ἀπαντήσεσθαι, διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος προλέγει, εἰς ἐπίτασιν καὶ ἀνάμνησιν ἀεὶ ἄγων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δεικνὺς ὅτι καὶ μέλον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ προνοεῖται αὐτῶν. Κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων, θάνατος ὡρίσθη (15) κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. Ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. Κἂν ὀλίγους δὲ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα· ὡς γεωργοὶ γὰρ ἀγαθοὶ παρὰ τοῦ δεσπόζοντος τὴν ἀμοιβὴν ἕξομεν.

B

C

45. Quod autem parens universorum Deus Christum in cœlum evecturus erat, cum eum ex mortuis excitasset, ibique retenturus donec percutiat inimicos ei dæmones, ac numerus præcognitorum ab eo bonorum et virtute præditorum expleatur, D propter quos etiam conflagrationem nondum indu-

45. Ὅτι δὲ ἀγαγεῖν τὸν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ Πατὴρ τῶν πάντων Θεὸς μετὰ τὸ ἀναστῆσαι ἐκ νεκρῶν αὐτὸν ἔμελλε, καὶ κατέχειν ἕως ἂν πατάξῃ τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ δαίμονας, καὶ συντελεσθῇ ὁ ἀριθμὸς τῶν προεγνωσμένων αὐτῷ ἀγαθῶν γινομένων καὶ ἐναρέτων, δι' οὓς καὶ μηδέπω τὴν ἐπικύρω-

(12) *Ἡ μάχαιρα... τὸ πῦρ.* Hæc imitatur Clemens Alexandrinus *Protrept.*, p. 60, qui verba Isaiæ sic citat : Μάχαιρα ὑμᾶς καὶ πῦρ κατέδεται. GRABIUS.

(13) *Αἰτία ἑλομένου.* Hæc e libro decimo *De republ.*, desumpta sunt, et citantur a Clem. Alexand. *Strom.* v, p. 613 et Theodoreto lib. II *adversus Græcos.* IDEM.

(14) *Παρ' αὐτῶν.* Legendum videtur παρ' αὐτόν vel παρ' αὐτῷ et μέλλοντι. Ut intelligatur S. martyris sententia, in memoriam revocandum est quod paulo ante dicebat n. 43, fatum ineluctabile in eo positum esse, ut bonis et malis præmia rependantur ; non vero ut hic bonus sit, iste malus. Sic igitur hoc loco judicium, quod de singulis hominibus instituendum est, distinguitur ab ea lege, et veluti ineluctabili, ut ipse appellat, fato, quo bonis et malis æqua merces solvenda. Atque huc redit tota sententia : Statutum apud Deum, ut cum singuli homines ab eo judicandi sint, justa virtuti et vitio remuneratio tribuatur.

(15) *Θάνατος ὡρίσθη.* De hac lege cum plura occurrant dicenda, quam ut his notæ angustiis contineantur, hujus rei examen visum est rejiciendum in Præfat. part. III.

Digitized by Google

σιν (16) πεποίηται· ἐπακούσατε τῶν εἰρημένων διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐξ Ἰερουσαλήμ· καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου. Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.* Τὸ οὖν εἰρημένον, *Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι ἐξ Ἰερουσαλήμ*, προαγγελτικὸν τοῦ λόγου τοῦ ἰσχυροῦ, ὃν ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξελθόντες, πανταχοῦ ἐκήρυξαν. Καίπερ θανάτου (17) ὁρισθέντος κατὰ τῶν διδασκόντων, ἢ ὅλως ὁμολογούντων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἡμεῖς πανταχοῦ καὶ ἀσπαζόμεθα, καὶ διδάσκομεν. Εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὡς ἐχθροὶ ἐντεύξεσθε τοῖσδε τοῖς λόγοις, οὐ πλέον τι δύνασθε, ὡς προέφημεν, τοῦ φονεύειν· ὅπερ ἡμῖν μὲν οὐδεμίαν βλάβην φέρει· ὑμῖν δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἀδίκως ἐχθραίνουσι, καὶ μὴ μετατιθεμένοις, κόλασιν διὰ πυρὸς αἰωνίαν ἐργάζεται.

46. Ἵνα δὲ μή τινες ἀλογισταίνοντες εἰς ἀποτροπὴν (18) τῶν δεδιδαγμένων ὑφ' ἡμῶν εἴπωσι, πρὸ ἑτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα (19) γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Κυρηνίου, δεδιδαχέναι δὲ ἃ φαμεν διδάξαι αὐτὸν ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἐπικαλῶσιν (20), ὡς ἀνευθύνων ὄντων τῶν προγεγενημένων πάντων ἀνθρώπων, φθάσαντες τὴν ἀπορίαν λυσώμεθα. Τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν, καὶ προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα (21), οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς· ἐν βαρβάροις δὲ Ἀβραὰμ, καὶ Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας, καὶ Μισαὴλ, καὶ Ἠλίας, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὧν τὰς πράξεις ἢ τὰ ὀνόματα καταλέγειν μακρὸν εἶναι ἐπιστάμενοι, τανῦν παραιτούμεθα. Ὥστε καὶ οἱ προγενόμενοι ἄνευ λόγου βιώσαντες ἄχρηστοι καὶ ἐχθροὶ τῷ Χριστῷ ἦσαν, καὶ φονεῖς τῶν μετὰ λόγου βιούντων· οἱ δὲ μετὰ λόγου βιώσαντες καὶ βιοῦντες Χριστιανοὶ (22), καὶ ἄφοβοι, καὶ ἀτάραχοι ὑπάρχουσι. Δι' ἣν δ' αἰτίαν διὰ δυνάμεως τοῦ λόγου κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς πάντων καὶ Δεσπότου Θεοῦ βουλὴν, διὰ Παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκυήθη, καὶ Ἰησοῦς ἐπωνομάσθη, καὶ σταυρωθεὶς ἀποθανὼν ἀνέ-

xit; audite prophetæ Davidis verba, quæ sunt ejusmodi: *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Hierusalem: et dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus in die potentiæ tuæ in splendoribus sanctorum tuorum. Ex utero ante luciferum genui te*[95]. Quod igitur dictum est: *Virgam virtutis emittet tibi ex Hierusalem*, præsignificatio erat potentis illius doctrinæ, quam ejus apostoli Hierosolymis profecti ubique prædicaverunt. Et quamvis mors decreta et constituta sit docentibus aut omnino confitentibus nomen Christi, nos ubique et amplectimur et docemus. Quod si vos 71 quoque hæc animo inimico legetis, nihil amplius, ut jam diximus[96], potestis quam occidere. Quod sane nullum nobis damnum affert, vobis autem ac omnibus injusto odio indulgentibus, nec pœnitentiam agentibus, æternum per ignem supplicium conficit.

46. Ne qui autem a ratione aberrantes, ad ea quæ docuimus detorquenda, Christum dicant ante annos centum et quinquaginta natum a nobis dici sub Cyrenio, ac post illud tempus ea docuisse, quæ ipsum docuisse dicimus, sub Pontio Pilato; indeque consequi objiciant, ut insontes sint homines omnes, qui ante illud tempus fuere; dubitationis solutionem occupabimus. Christum primogenitum Dei esse ac rationem illam, cujus omne hominum genus particeps erat, didicimus, et supra declaravimus. Et qui cum ratione vixerunt, Christiani sunt, etiamsi athei existimati sint; quales apud Græcos fuere Socrates et Heraclitus; apud barbaros autem Abraham, Ananias, Azarias, Misael et Elias, ac multi alii quorum actionibus aut nominibus recensendis, quia longum id esse scimus, nunc supersedemus. Similiter qui olim absque ratione vixere improbi et Christo inimici fuere, et eorum, qui cum ratione vivebant, homicidæ. Qui vero cum ratione vixerunt et vivunt, Christiani sunt atque impavidi et intrepidi. Quam autem ob causam per virtutem Verbi secundum Patris universorum et Domini Dei voluntatem ex Virgine genitus sit et Jesus cognominatus, ac crucifixus et mortuus re-

[95] Psal. cix, 1-3. [96] num. 2 et 12.

(16) *Τὴν ἐπικύρωσιν*. Legendum esse ἐπιπύρωσιν observavit Billius lib. II *Observ. sacr.*, cap. 6, idque probat ex aliis locis, in quibus Justinus hanc vocem usurpat, nempe hujus *Apol.* n. 57 et 60, et *Apol.* 2, n. 6.

(17) *Καίπερ θανάτου*. Præmittit καί ante hæc verba Thirlbius, vel paulo post ante ἡμεῖς.

(18) *Ἀποτροπήν*. Idem legit ἀνατροπήν, sed prorsus mendose. His enim occurrit Justinus, quæ ad detorquenda illius dicta magis quam ad refellenda spectabant.

(19) Numerus rotundus. Similiter alii Patres, ut Tertullianus *ad nationes* I, c. 7: *Igitur ætati nostræ nondum anni* CCL; sed paulo post, c. 9: *Ut supra*, inquit, *edidimus, ætatis nostræ nondum anni* CCC. Otto.

(20) *Ἐπικαλῶσιν*. R. Steph. ad calcem et codex Claromontanus ad marginem ἐπικλῶσιν. Non magis necessaria Langi emendatio, qui legi posse existimat, ἐγκαλῶσι incusent, objiciant.

(21) *Προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα*. Jam sæpe Justinus de Verbo locutus est; præcipue vero n. 5, 10, 12, 23, 32. Sed Christum esse rationem illam, cujus omnes homines sunt participes præcipue docet in *Apologia* secunda n. 7 et 9.

(22) *Χριστιανοὶ εἰσι*. Non obscura est S. martyris sententia, sed quia illam obscurare nonnulli tentarunt, eorum commenta refelluntur in Præfatione. Quod autem nonnulli legendum putant hoc etiam loco Χρηστιανοί, id supra explosimus n. 4.

Digitized by Google

surrexit et in cœlum redierit, facile ex his, quæ tot verbis disseruimus, vir prudens intelligat. Nunc autem cum minus necessaria sit hujus rei demonstratio, ad ea quæ magis urgent, demonstranda progrediamur.

47. Quod ergo illud etiam futurum erat, ut Judæorum terra vastaretur; audite quid dicat propheticus Spiritus. Sunt autem verba velut ex persona populorum id, quod acciderat, admirantium ad hunc modum expressa : *Deserta facta est Sion, tanquam desolata facta est Hierusalem : in maledictionem domus, sanctuarium nostrum : et gloria, cui benedixerunt patres nostri, facta est igni combusta, et omnia gloriosa ejus conciderunt. Et super omnibus his sustinuisti, et tacuisti et humiliasti nos valde* [97]. Porro Hierusalem in solitudinem redactam fuisse, sicut prædictum fuerat, persuasum vobis est. Illam autem in solitudinem redactum iri, nec cuiquam illorum permissum iri eam incolere, sic per Isaiam prophetam dictum est : *Terra eorum deserta : in conspectu eorum inimici eorum ipsam comedunt; et non erit ex illis habitans in ea* [98]. Cavere autem vos ne quis Judæus in ea sit, ac mortem ingredienti Judæo, si deprehendatur, constitutam esse, præclare nostis.

72 48. Atque illud etiam prædictum esse, Christum nostrum morbos omnes curaturum et mortuos excitaturum, ex his verbis audite : *In adventu ejus saliet claudus sicut cervus et diserta erit lingua mutorum; cæci videbunt, et leprosi mundabuntur, et mortui resurgent et ambulabunt* [99]. Quæ quidem ab eo facta esse ex confectis sub Pontio Pilato Actis discere potestis. Quo etiam modo Spiritus propheticus eum cum hominibus in eum sperantibus occisum iri prædixerit, audite Isaiæ verba, quæ sic habent : *Ecce quomodo periit justus, et nemo percipit corde : et viri justi tolluntur, et nemo considerat. A facie injustitiæ sublatus est justus, et erit in pace sepultura ejus, sublatus est e medio* [1]. *Ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου* (28).

49. Ac rursum quomodo futurum Isaias dixerit, ut eum populi gentium adorarent, qui minime exspectabant, Judæi vero qui semper exspectabant, advenientem non agnoscerent. Hæc autem velut ex ipsius Christi persona dicta sunt in hunc modum : *Manifestus factus sum non interrogantibus me : inventus sum ab his, qui me non quærebant. Dixi,*

στη, καὶ ἀνελήλυθεν εἰς οὐρανὸν, ἐκ τῶν διὰ τοσούτων εἰρημένων ὁ νουνεχὴς καταλαβεῖν δυνήσεται. Ἡμεῖς δὲ, οὐκ ἀναγκαίου ὄντος τανῦν τοῦ περὶ τῆς ἀποδείξεως τούτου λόγου, ἐπὶ τὰς ἐπειγούσας ἀποδείξεις πρὸς τὸ παρὸν χωρήσωμεν.

47. Ὅτι οὖν καὶ ἐκπορθηθήσεσθαι ἡ γῆ Ἰουδαίων ἔμελλεν, ἀκούσατε τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος. Εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν θαυμαζόντων τὰ γεγενημένα. Εἰσὶ δὲ οἵδε· *Ἐγερήθη ἔρημος Σιὼν, ὡς ἔρημος ἐγερήθη Ἱερουσαλήμ· εἰς κατάραν ὁ οἶκος, τὸ ἅγιον ἡμῶν· καὶ ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγερήθη πυρίκαυστος· καὶ πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς συνέπεσε. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέσχου, καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα.* Καὶ ὅτι ἠρήμωτο (23) Ἱερουσαλὴμ, ὡς προείρητο γεγενῆσθαι, πεπεισμένοι ἐστέ. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐπιτραπήσεσθαι μηδένα αὐτῶν οἰκεῖν, διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου οὕτως· *Ἡ γῆ αὐτῶν ἔρημος· ἔμπροσθεν αὐτῶν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν αὐτὴν φάγονται, καὶ οὐκ ἔσται* (24) *ἐξ αὐτῶν ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ.* Ὅτι δὲ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν, ὅπως μηδεὶς ἐν αὐτῇ γένηται, καὶ θάνατος (25) κατὰ τοῦ καταλαμβανομένου Ἰουδαίου εἰσιόντος ὥρισται, ἀκριβῶς ἐπίστασθε (26).

48. Ὅτι δὲ καὶ θεραπεύσειν πάσας νόσους, καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς προεφητεύθη, ἀκούσατε τῶν λελεγμένων. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τραχεῖα ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· τυφλοὶ ἀναβλέψουσι, καὶ λεπροὶ καθαρισθήσονται, καὶ νεκροὶ ἀναστήσονται, καὶ περιπατήσουσιν.* Ὅτι τε ταῦτα ἐποίησεν, ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων αὐτῷ (27) μαθεῖν δύνασθε. Πῶς τε προμεμήνυται ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος ἀναιρεθησόμενος ἅμα τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσιν ἀνθρώποις, ἀκούσατε τῶν λεχθέντων διὰ Ἡσαΐου. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Ἴδε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς καταγοεῖ.*

49. Καὶ πάλιν πῶς δι' αὐτοῦ Ἡσαΐου λέλεκται, ὅτι οἱ οὐ προσδοκήσαντες αὐτὸν λαοὶ τῶν ἐθνῶν προσκυνήσουσιν αὐτόν· οἱ δὲ ἀεὶ προσδοκῶντες Ἰουδαῖοι ἀγνοήσουσι παραγενόμενον αὐτόν· ἐλέχθησαν δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· *Ἐμφανὴς ἐγερήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν. Εἶπον, Ἰδού εἰμι*

[97] Isa. LXIV, 10-12. [98] Isa. I, 7. [99] Isa. XXXV, 6. [1] Isa. LVII, 1.

(23) *Ἠρήμωτο.* Nonnulli malunt ἠρήμωται. Sed convenientius mihi videtur ἠρήμωτο, *in solitudinem redacta fuerat.* Ibidem Sylburgius mallet γενέσθαι vel γενήσεσθαι. Sed mihi videtur Justinus præteritum tempus usurpare, quia in ipsa prophetia idem tempus usurpatur.

(24) *Καὶ οὐκ ἔσται.* Observat Thirlbius hæc a Jeremia dicta esse de Babylone cap. L, v. 3. Vide Jerem. II, v. 15.

(25) *Καὶ θάνατος.* De hac lege vide Not. ad *Dialogi* n. 16.

(26) Ejusdem interdicti meminit in *Dialogo*, c. 16. Vide Valesium ad Euseb. *Hist. eccl.*, IV, 6. Otto.

(27) *Γενομένων αὐτῷ.* Legendum esse ἄχτων, ut supra n. 33, Casaubonus admonuit exercit. ult., p. 554.

(28) *Ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.* Legitur in *Dialogo* n. 37, ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου, ut Thirlbius observavit.

Digitized by Google

(65) *Τύπον σταυροῦ.* Duo reprehendit Clericus hoc in loco, et quod Justinus crucem a Moyse factam, et quod æream crucem dicat. Crucem æream fuisse videtur existimasse Justinus, sed quod ait Moysem, accepto ære, figuram crucis fecisse, intelligere debemus conflatum fuisse serpentem et cruci impositum, ut perspicitur ex *Dialogo* n. 94, ubi diserte docet serpentem æneum signo, sive cruci impositum fuisse. Quod autem ait Clericus Justinum, dum crucem a Moyse factam existimat, memoriæ suæ nimis credidisse, nec Moysis contextum consuluisse, id nullo prorsus fundamento nititur. Ipsa Scripturæ verba : *Καὶ ἐποίησε Μωσῆς ὄφιν χαλκοῦν, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ σημείου. Et fecit Moyses serpentem æneum, et statuit illum in signo*, Num. xxi, 9, Justinum in hanc opinionem induxerunt. Signi enim nomine crucem, ut multi alii, intelligebat. In testimonio Esdræ, quod Justinus a Judæis recisum queritur *Dialog.* n. 72, crux vocatur signum, ut patet ex his Judæorum verbis : Μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν ἐν σημείῳ, *Humiliaturi eum sumus in signo.* Videtur ad hunc locum respicere S. Barnabas, cum ait cap. 12 : Καὶ πάλιν Μωσῆς ποιεῖ τύπον τοῦ Ἰησοῦ· ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν, καὶ αὐτὸν ζωοποιήσουσι (ζωοποιήσειν), ὃν δόξωσιν ἀπολωλεκέναι ἐν σημείῳ, πίπτοντος τοῦ Ἰσραήλ. *Et iterum Moyses facit figuram Jesu (quod passurus esset et vitam præbiturus ipse quem putabunt periisse in signo) cadente Israel.* Mendose Cotelerius legit ἐν σημείῳ πίπτοντος τοῦ Ἰσραήλ, et sic reddit : *In signo cadentis Israel.* S. Clemens *Strom.* vi, p. 650, crucem appellat σημεῖον. Et *Strom.* vii, p. 747 : Τὸ σημεῖον δὲ βαστάσαι, τὸν θάνατόν ἐστιν περιφέρειν, ἔτι ζῶντα πᾶσιν ἀποταξάμενον. *Signum autem portare, est mortem circumferre, vivum omnibus renuntiantem.* Ibidem verba Christi Luc. xiv, 17, sic refert : Ἐὰν μὴ τὸ σημεῖον βαστάσητε. Vide lib. *Quis dives salvetur*, n. viii, et in *Excerpt. Theodot.* p. 795, col. 2 : Διὸ καὶ τὰ σπέρματα ὁ Ἰησοῦς διὰ τοῦ σημείου ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάσας εἰσάγει εἰς τὸ πλήρωμα. *Electa semina Jesus per signum humeris gestans inducit in pleroma.* Paulo post eodem sensu vox illa usurpatur. Non est ergo cur miremur, quod signum Justinus idem esse ac crucem existimaverit. Vide *Dialog.* n. 94.

(66) *Ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ.* Diligenter observanda sunt hæc verba, ut ad Justini sententiam intelligendam necessaria. Putat enim tabernaculum mundi imaginem quamdam esse, ut observavimus ad *Cohort.* n. 29. Et cum cruci serpentem, tabernaculo crucem impositam fuisse non dubitaret, inde ortam existimabat speciem illam crucis, quam Plato in mundi creatione adhibitam fuisse pronuntiat. Non dixit Scriptura serpentem ipsi tabernaculo impositum fuisse, sed id probabile visum Justino.

(67) *Ἐὰν προσβλέπητε.* Observat Grabius non verba, sed sensum reperiri num. 21, 9, ac similia loquentem induci Moysen a S. Barnaba cap. 12. Sic etiam Irenæus lib. iv, c. 2 : « Non enim lex prohibebat eos credere in Filium Dei, sed et adhortabatur, dicens, non aliter salvari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum

Digitized by Google

exitium tradit effugisse. His lectis Plato, nec satis accurate perspectis, cum figuram crucis esse non attenderet, sed decussationem esse crederet; alteram illam, post principem Deum, Virtutem in universo decussatam esse dixit. Quod autem ab eo tertium dicitur, inde ortum quod Spiritum Dei apud Moysem, ut supra diximus [32], super aquas ferri legerat. Secundum enim locum Dei Verbo, quod in universo decussatum esse dixit, tertium vero ei, qui super aquas ferri dictus est, Spiritui tribuit his verbis : « Tertia autem circa tertium. » Quomodo autem futuram conflagrationem Spiritus sanctus per Moysem prædixerit, audite. Sic enim ait : *Descendet ignis semper vivens, et devorabit usque ad imum abyssum* [33]. Non ergo eadem nos ac alii opinamur; sed nostra omnes imitati edisserunt. Hæc sane apud nos audire est et discere ex iis, qui ne figuras quidem litterarum norunt, imperitis hominibus et lingua barbaris, sed mente sapientibus et fidelibus, quorum etiam nonnulli debiles et oculis capti; ut facile pateat non humana sapientia hæc fieri, sed Dei virtute dici.

61. Quomodo autem nos Deo consecraverimus per Christum renovati, id quoque exponemus; ne quid improbe, si hoc prætermittamus, in enarrandis rebus agere videamur. Quicunque persuasum habuerint et crediderint vera esse, quæ a nobis docentur et dicuntur, seque ita vivere posse promiserint, ii precari et jejunantes priorum peccatorum veniam a Deo petere docentur, nobis una precantibus et jejunantibus. Deinde eo ducuntur a nobis, ubi aqua est, et eodem regenerationis modo regenerantur, quo et ipsi sumus regenerati. Nam in nomine parentis universorum ac Domini Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi et Spiritus sancti lavacrum in aqua tunc suscipiunt. Dixit enim Christus : *Nisi regenerati fueritis, non intrabitis* **80** *in regnum cœlorum* [34]. Fieri autem non posse, ut semel nati in uteros matrum ingrediantur, omnibus perspicuum est. Dictum etiam est ab Isaia propheta, ut supra scripsimus [35], quonam modo peccata effugiant qui peccaverunt et pœnitentiam agunt. Sic autem locutus est : *Lavamini, mundi estote, auferte mala ex animabus vestris, discite facere bonum, judicate pupillo, justificate viduam : et venite et disceptemus, dicit Do-*

θήσεσθε. Καὶ γενομένου τούτου, τοὺς μὲν ὄφεις ἀποθανεῖν ἀνέγραψε· τὸν δὲ λαὸν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον οὕτως παρέδωκεν. Ἀναγνοὺς Πλάτων, καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, μηδὲ νοήσας τύπον εἶναι σταυροῦ, ἀλλὰ χίασμα νοήσας, τὴν μετὰ τὸν πρῶτον Θεὸν δύναμιν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ εἶπε. Καὶ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν τρίτον, ἐπειδὴ, ὡς προείπομεν, ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἀνέγνω ὑπὸ Μωσέως εἰρημένον ἐπιφέρεσθαι τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα. Δευτέραν μὲν γὰρ χώραν τῷ παρὰ Θεοῦ Λόγῳ, ὃν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ ἔφη, δίδωσι, τὴν δὲ τρίτην, τῷ λεχθέντι ἐπιφέρεσθαι τῷ ὕδατι Πνεύματι, εἰπών· « Τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον (68). » Καὶ ὡς ἐκπύρωσιν γενήσεσθαι διὰ Μωσέως προεμήνυσε τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, ἀκούσατε. Ἔφη δὲ οὕτως· *Καταβήσεται ἀείζωον πῦρ, καὶ καταφάγεται μέχρι τῆς ἀβύσσου κάτω*. Οὐ τὰ αὐτὰ οὖν ἡμεῖς ἄλλοις δοξάζομεν· ἀλλ' οἱ πάντες τὰ ἡμέτερα μιμούμενοι λέγουσι. Παρ' ἡμῖν οὖν ἐστι ταῦτα ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν παρὰ τῶν οὐδὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων ἐπισταμένων, ἰδιωτῶν μὲν καὶ βαρβάρων τὸ φθέγμα, σοφῶν δὲ καὶ πιστῶν τὸν νοῦν ὄντων, καὶ πηρῶν, καὶ χήρων τινῶν τὰς ὄψεις· ὡς συνεῖναι οὐ σοφίᾳ ἀνθρωπείᾳ ταῦτα γεγονέναι, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ λέγεσθαι.

61. Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καινοποιηθέντες διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐξηγησόμεθα· ὅπως μὴ, τοῦτο παραλιπόντες, δόξωμεν πονηρεύειν τι ἐν τῇ ἐξηγήσει. Ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται, εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες (69) παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς. Ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀναγενῶνται. Ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ Δεσπότου Θεοῦ, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου, τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν· *Ἂν μὴ ἀναγεννηθῆτε, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Ὅτι δὲ καὶ ἀδύνατον εἰς τὰς μήτρας τῶν τεκουσῶν τοὺς ἅπαξ γεννωμένους (70) ἐμβῆναι, φανερὸν πᾶσίν ἐστι. Καὶ διὰ Ἡσαΐου, τοῦ προφήτου ὡς προεγράψαμεν, εἴρηται τίνα τρόπον φεύξονται τὰς ἁμαρτίας οἱ ἁμαρτήσαντες καὶ μετανοοῦντες. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· *Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· μάθετε καλὸν*

[32] supra n. 59. [33] Deut. XXXII, 22. [34] Joan. III, 5. [35] supra n. 44.

similitudinem carnis peccati in ligno martyrii exaltatur a terra et omnia trahit ad se et vivificat mortuos. » Probabilius videtur, quod ait Massuetus noster in adnotatione ad hunc locum, nequaquam hæc e libris apocryphis desumpta, sed nihil aliud esse quam paraphrasim aut versionem liberiorem verborum Moysis.

(68) *Τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον*. Legitur apud Platonem τὸ τρίτον περὶ τὰ τρίτα, nempe in ep. 2. Sic etiam legunt Clemens Alex. *Strom.* v, p. 598; Porphyrius apud Cyrill. Alex. lib. I *in Jul.*, p. 35; Origenes lib. VI, *adv. Cels.*, p. 288; Eusebius lib. II *Præpar. Evang.* Nihil tamen mutandum in Justino nostro. Nam Proclus lib. II *Theologiæ Platonicæ* cap. 11, eodem modo legit ac S. martyr, quod argumento est non defuisse codices, in quibus hæc legendi ratio occurreret.

(69) *Νηστεύοντες*. *Constitut. apost.* lib. XII, c. 22 : Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος. GRABIUS.

(70) *Γεγωμένους*. Clarom. γενομένους, et a marg. γεννηθέντας.

Digitized by Google

ποιεῖν· κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος. Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. Ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Καὶ λόγον δὲ εἰς τοῦτο παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐμάθομεν τοῦτον. Ἐπειδὴ τὴν πρώτην (71) γένεσιν ἡμῶν ἀγνοοῦντες, κατ' ἀνάγκην γεγενήμεθα ἐξ ὑγρᾶς σπορᾶς κατὰ μίξιν τὴν τῶν γονέων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς ἀναστροφαῖς γεγόναμεν, ὅπως μὴ ἀνάγκης τέκνα μηδὲ ἀγνοίας μένωμεν, ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀφέσεώς τε ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι, ἐπονομάζεται τῷ ἐλομένῳ ἀναγεννηθῆναι, καὶ μετανοήσαντι ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, τὸ τοῦ Πατρὸς B τῶν ὅλων καὶ Δεσπότου Θεοῦ ὄνομα· αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες (72), τοῦτον λουσόμενον ἄγοντες ἐπὶ τὸ λουτρόν. Ὄνομα γὰρ τῷ ἀῤῥήτῳ Θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν· εἰ δέ τις τολμήσειεν εἶναι λέγειν, μέμηνε τὴν ἄθυτον μανίαν. Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμός, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Καὶ ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἐπ' ὀνόματος Πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα, ὁ φωτιζόμενος λούεται.

62. Καὶ τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες διὰ τοῦ προφήτου (73) κεκηρυγμένον, ἐνήργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιῤῥαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας, λοιβὰς καὶ νίψασας ἀποτελοῦντας· τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἀπιόντας (74) πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἔνθα ἵδρυνται, ἐνεργοῦσι. Καὶ γὰρ τὸ ὑπολύεσθαι ἐπιβαίνοντας τοῖς ἱεροῖς, καὶ τοῖς αὐτοῖς (75) τοὺς θρησκεύοντας κελεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερατευόντων, ἐκ τῶν συμβάντων Μωσεῖ τῷ εἰρημένῳ προφήτῃ μαθόντες οἱ δαίμονες ἐμιμήσαντο. Κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ ὅτε Μωσῆς ἐκελεύσθη κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν, ποιμαίνοντος αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀραβικῇ γῇ πρόβατα τοῦ πρὸς μητρὸς θείου (76), ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ἐκ βάτου προσωμίλησεν αὐτῷ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς, καὶ εἶπεν· Ὑπόλυσαι τὰ ὑποδήματά σου, καὶ προσελθὼν ἄκουσον. Ὁ δὲ, ὑπολυσάμενος καὶ

A *minus. Et si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, tanquam lanam dealbabo; et si fuerint ut coccinum, sicut nivem dealbabo. Si autem non audieritis me, gladius devorabit vos. Os enim Domini locutum est hæc* [36]. Hanc autem hujus rei rationem ab apostolis accepimus. Quando quidem primam nostram generationem ignorantes, necessitate quadam ex humido semine per mutuam parentum mistionem geniti sumus, atque in pravis moribus et nefariis institutis educati : ut necessitatis et ignorationis filii non maneamus, sed electionis et scientiæ, et remissionem peccatorum, quæ prius commisimus, consequamur in aqua ; super eo qui regenerari voluerit, et peccatorum pœnitentiam egerit, parentis omnium et Domini Dei nomen pronuntiatur, atque B hoc ipsum tantummodo appellamus, cum eum baptizandum ad lavacrum deducimus. Nemo est enim qui nomen dicere non enarrabili Deo possit, aut si quis dicere audeat nomen illi inesse, is perdite insanit. Vocatur autem lavacrum illud illuminatio, eo quod mente illuminentur qui hæc discunt. Sed et in nomine Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi, et in nomine Spiritus sancti, qui per prophetas omnia ad Jesum spectantia prænuntiavit, is qui illuminatur, abluitur.

62. Atque hoc lavacrum dæmones cum per prophetam prædicatum audissent, perfecerunt, ut qui templa eorum ingrediuntur, iisque supplicaturi sunt et libamina ac nidores delaturi, seipsos aquæ C aspersione lustrarent : atque illud etiam perficiunt, ut proficiscentes penitus lavent, antequam templa, ubi iidem dæmones collocati sunt, deveniant. Nam et quod sacerdotes jubent, ut calceos solvant, qui templa ingrediuntur et iisdem rebus dæmones colunt, id dæmones ex his, quæ supradicto prophetæ Moysi evenerunt, cognitum imitati sunt. Quo enim tempore Moyses in Ægyptum descendere et populum Israeliticum ibi commorantem educere jussus est, pascentem illum in Arabia oves avunculi materni Christus noster in specie ignis e rubo allocutus est, ac dixit : *Solve calceamentu tua, et accedens audi* [37]. Tum ille calceamentis depositis acce-

[36] Isa. I, 16-20. [37] Exod. III, 5.

(71) Ἐπειδὴ τὴν πρώτην. Hæc mirifice consentiunt cum doctrina S. Augustini : « Natos non ex bono, quo bonæ sunt nuptiæ, inquit I, *De peccat. merit.*, n. 28, sed ex malo concupiscentiæ, quo bene quidem utuntur nuptiæ, de quo tamen erubescunt et nuptiæ, reos diabolus parvulos tenet... Ex hac concupiscentia carnis.... quæcunque nascitur proles, originali est obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sine ista concupiscentia Virgo concepit.

(72) Αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες. Necesse non est cum Grabio legere ἐπιλέγοντες τούτῳ, λουσόμενον. Legit Thirlbius αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντος τοῦ τὸν λουσόμενον ἄγοντος, *hoc tantum appellante eo, qui baptizandum ducit ad lavacrum*. Hanc emendationem plurimi facio, ac si quis eam amplectatur, minime obstabo. Non tamen ei assentior, tum quia ejusmodi participia non inusitata sunt D S. martyri (vide supra n. 55), tum quia supra dixit baptizandum non ab uno, sed a pluribus ad lavacrum duci.

(73) Διὰ τοῦ προφήτου. Isaiam intelligit, cujus paulo ante testimonium attulit.

(74) Τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἀπιόντας. Thirlbius hic multa excogitat. Legendum putat, vel ἐν τέλεσι pro τέλεον, vel ἅπαντας aut ἱερατεύοντας pro ἀπιόντας.

(75) Τοῖς αὐτοῖς. Legit τοῖς ναοῖς Sylburgius. Nihil mutat Grabius, sed subintelligit *dæmonibus*. Satius videtur *rebus* subintelligere.

(76) Τοῦ πρὸς μητρὸς θείου. Mirum unde hæc S. martyr hauserit. Forte memoria effluente maternum avunculum pro socero sumpsit. Conjicit Thirlbius eum in Moysem transferre, quod Jacobo convenit.

Digitized by Google

dens audivit descensurum se in Ægyptum, ibique commoranti populo Israelitico ducem abeunti futurum; cumque a Christo, qui in specie ignis **81** locutus cum ipso fuerat, magnam virtutem accepisset, descendit et populum eduxit, magnis et admirandis rebus editis, quas si vultis discere, ex ejus libris accurate discetis.

63. Judæi autem omnes etiamnum docent carentem nomine Deum cum Moyse collocutum. Unde illos Spiritus sanctus per supradictum prophetam Isaiam increpans sic loquitur, ut antea scripsimus [38]: *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit et populus me non intellexit* [39]. Ac Jesus Christus cum eos similiter argueret, quod nec quid Pater sit, nec quid Filius, novissent, sic et ipse dixit: *Nemo cognovit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, et quibus revelaverit Filius* [40]. Verbum autem Dei est ejus Filius, ut diximus [41]. Vocatur etiam angelus et apostolus; ipse enim nuntiat quæcunque cognosci decet, et mittitur ut indicet quæcunque nuntiantur; quemadmodum et ipse Dominus noster ait: *Qui me audit, eum qui me misit audit* [42]. Atque id quidem patebit ex Moysis scriptis, in quibus hæc dicta legimus: *Et locutus est Moysi angelus Dei in flamma ignis e rubo et dixit: Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum tuorum. Descende in Ægyptum et educ populum meum* [43]. Quæ vero sequuntur, potestis ex ipsis libris, si vultis, cognoscere; neque enim hic omnia perscribere possumus. Hæc autem eo diximus, quo Filium Dei et apostolum esse Jesum Christum demonstraremus; qui quidem cum antea Verbum esset, ac modo in specie ignis, modo in imagine incorporea visus esset, nunc voluntate Patris pro humano genere homo factus ea etiam perpeti sustinuit, quæcunque in eum insani Judæi, dæmonum impulsu, moliti sunt. Qui cum nominatim in Moysis commentariis expressum habeant: *Et locutus est angelus Dei cum Moyse in igne flammæ e rubo, et dixit: Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob*, parentem et

προσελθών, ἀκήκοε κατελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ δύναμιν ἰσχυρὰν ἔλαβε παρὰ τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς Χριστοῦ· καὶ κατελθὼν ἐξήγαγε τὸν λαὸν, ποιήσας μεγάλα καὶ θαυμάσια· ἃ εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐκείνου ἀκριβῶς μαθήσεσθε.

63. Ἰουδαῖοι δὲ πάντες καὶ νῦν διδάσκουσι τὸν ἀνωνόμαστον Θεὸν λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ· ὅθεν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου τοῦ προμεμηνυμένου προφήτου ἐλέγχων αὐτοὺς, ὡς προεγράψαμεν, εἶπεν· *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε.* Καὶ Ἰησοῦς δὲ ὁ Χριστὸς, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν Ἰουδαῖοι τί Πατὴρ, καὶ τί Υἱὸς, ὁμοίως ἐλέγχων αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἶπεν· *Οὐδεὶς ἔγνω* (77) *τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ οἷς ἂν ἀποκαλύψῃ ὁ Υἱός.* Ὁ Λόγος δὲ τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ Υἱὸς αὐτοῦ, ὡς προέφημεν· καὶ ἄγγελος δὲ καλεῖται, καὶ Ἀπόστολος. Αὐτὸς γὰρ ἀπαγγέλλει (78) ὅσα δεῖ γνωσθῆναι, καὶ ἀποστέλλεται μηνύσων ὅσα ἀγγέλλεται, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν εἶπεν· *Ὁ ἐμοῦ ἀκούων, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με.* Καὶ ἐκ τῶν τοῦ Μωσέως δὲ συγγραμμάτων φανερὸν τοῦτο γενήσεται. Λέλεκται δὲ ἐν αὐτοῖς οὕτως· *Καὶ ἐλάλησε Μωσεῖ ἄγγελος Θεοῦ ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τῆς βάτου, καὶ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, Θεὸς Ἀβραὰμ, Θεὸς Ἰσαὰκ, Θεὸς Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου· κάτελθε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξάγαγε τὸν λαόν μου.* Τὰ δ' ἑπόμενα ἐξ ἐκείνων βουλόμενοι μαθεῖν δύνασθε· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν τούτοις ἀναγράψαι πάντα. Ἀλλ' εἰς ἀπόδειξιν γεγόνασιν οἵδε οἱ λόγοι, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστι, πρότερον Λόγος ὤν, καὶ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ποτὲ φανείς, ποτὲ δὲ καὶ ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων (79)· νῦν δὲ, διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος, ὑπέμεινε καὶ παθεῖν ὅσα αὐτὸν ἐνήργησαν οἱ δαίμονες διατεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνοήτων Ἰουδαίων· οἵτινες ἔχοντες ῥητῶς εἰρημένον ἐν τοῖς Μωσέως συντάγμασι, *Καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τῷ Μωσεῖ ἐν φλογὸς πυρὶ ἐκ τῆς βάτου, καὶ εἶπεν,*

[38] supra n. 37. [39] Isa. I, 3. [40] Matth. XI, 27. [41] vid. n. 46. [42] Luc. X, 16. [43] Exod. III, 6.

(77) *Οὐδεὶς ἔγνω.* Hæreticos castigat Irenæus lib. IV, cap. 5, quod Christi verba sic legerent: *Nemo cognovit* pro *Nemo cognoscit.* « Hi autem, inquit, qui peritiores apostolis volunt esse, sic describunt: *Nemo cognovit Patrem nisi Filius, nec Filium nisi Pater et cui voluerit Filius revelare.* » Fraudis suspicionem removere posset ab hæreticis Justini exemplum, qui, ut videmus, eodem prorsus modo legit. Sed hæc præsentis in præteritum immutatio suspecta non immerito fuit in perfidis hæreticis, qui, ut ait ibidem Irenæus, ita hunc locum interpretabantur: *quasi a nullo cognitus sit verus Deus ante Domini nostri adventum.*

(78) *Ἀπαγγέλλει.* Codices mss. habent ad marg. et R. Stephanus ad calcem παραγγέλλει. Observat Grabius Justinum, dum Christum ait vocari apostolum, respicere ad Epistolam ad Hebræos, quam proinde in Scripturis canonicis numerabat.

(79) *Ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων.* Legendum ἀσωμάτῳ, ut paulo post εἰκόνος ἀσωμάτου. Imagines incorporeas videtur intelligere eas, quæ oculos non feriebant, sed menti divinitus illustratæ offerebantur. « Verbum, inquit Irenæus lib. IV, cap. 20, n. 11, non in una figura, nec in uno charactere videbatur videntibus eum, sed secundum dispensationum ejus causas, sive efficaciam, sicut in Daniele scriptum est. Aliquando enim cum his qui erant circa Ananiam, Azariam, Misaelem, videbatur assistens eis in fornace ignis, et in camino, et liberans eos de igne: *Et visio*, inquit, *quarti similis Filio Dei. Aliquando autem lapis a monte abscissus sine manibus*, et percutiens temporalia regna, et ventilans ea et ipse replens universam terram. Rursum hic idem videtur quasi Filius hominis in nubibus cœli veniens, » etc.

Digitized by Google

Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, τὸν τῶν ὅλων Πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν ταῦτα εἰπόντα λέγουσιν εἶναι. Ὅθεν καὶ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα ἐλέγχον αὐτοὺς εἶπεν· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. Καὶ πάλιν ὁ Ἰησοῦς, ὡς ἐδηλώσαμεν, παρ' αὐτοῖς ὢν, εἶπεν· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ οἷς ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. Ἰουδαῖοι οὖν ἡγησάμενοι ἀεὶ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ, τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ὄντος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἄγγελος καὶ ἀπόστολος κέκληται, δικαίως ἐλέγχονται καὶ διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὡς οὔτε τὸν Πατέρα, οὔτε τὸν Υἱὸν ἔγνωσαν. Οἱ γὰρ τὸν Υἱὸν Πατέρα φάσκοντες εἶναι ἐλέγχονται μήτε τὸν Πατέρα ἐπιστάμενοι, μήθ' ὅτι ἐστὶν Υἱὸς τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων γινώσκοντες· ὃς καὶ Λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὑπάρχει. Καὶ πρότερον διὰ τῆς τοῦ πυρὸς μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτου τῷ Μωσεῖ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δ' ἐν χρόνοις τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς, ὡς προείπομεν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος γενόμενος κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν, ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ, καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν, ἵνα ἀποθανὼν καὶ ἀναστὰς νικήσῃ τὸν θάνατον. Τὸ δὲ εἰρημένον ἐκ βάτου τῷ Μωσεῖ, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ (80), καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, καὶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, σημαντικὸν τοῦ καὶ ἀποθανόντας ἐκείνους μένειν, καὶ εἶναι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ πρῶτοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι περὶ Θεοῦ ζήτησιν ἠσχολήθησαν, Ἀβραὰμ μὲν πατὴρ ὢν τοῦ Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἰακώβ, ὡς καὶ Μωσῆς ἀνέγραψε.

A conditorem universorum hæc dixisse asserunt. Hinc et Spiritus propheticus eos increpans dixit: *Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit* [44]. Et rursus Jesus, ut ostendimus, cum apud eos esset: *Nemo cognovit*, inquit, *Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater et quibus Filius revelaverit* [45]. Patrem igitur universorum Judæi semper cum Moyse collocutum existimantes, cum is, qui locutus est, Filius Dei esset, qui et Angelus et Apostolus vocatus est, merito et a prophetico Spiritu et ab ipso Christo arguuntur, quod nec Patrem nec Filium noverint. Nam qui Filium Patrem esse dicunt, hi arguuntur, quod nec Patrem sciant, nec Filium esse universorum Patri cognoscant. Qui cum Verbum sit primogenitum Dei, Deus etiam est. B Ac prius quidem Moysi et cæteris prophetis in specie ignis et imagine incorporea visus est; nunc autem vestri imperii temporibus **82** ex Virgine, ut jam diximus, homo factus secundum Patris voluntatem pro eorum salute, qui illi credunt, et pro nihilo haberi et pati sustinuit, ut mortuus ac resurgens mortem vinceret. Quod autem ex rubo dictum est Moysi, *Ego sum existens ille, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, et Deus patrum tuorum* [46], argumento est eos etiam post mortem manere, et ipsius Christi homines esse. Hi enim primi omnium in Dei inquisitione versati sunt; Abraham quidem pater Isaaci, Isaac autem Jacobi, quemadmodum et Moyses perscripsit.

64. Καὶ τὸ ἀνεγείρειν δὲ τὸ εἴδωλον τῆς λεγομένης Κόρης ἐπὶ ταῖς τῶν ὑδάτων πηγαῖς ἐνεργῆσαι τοὺς δαίμονας, λέγοντας θυγατέρα αὐτὴν εἶναι τοῦ Διός, μιμησαμένους τὸ διὰ Μωσέως εἰρημένον, ἐκ τῶν προειρημένων νοῆσαι δύνασθε. Ἔφη γὰρ ὁ Μωσῆς, ὡς προεγράψαμεν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. Εἰς μίμησιν οὖν τοῦ λεχθέντος ἐπιφερομένου τῷ ὕδατι Πνεύματος Θεοῦ, τὴν Κόρην θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. Καὶ τὴν Ἀθηνᾶν δὲ ὁμοίως πονηρευόμενοι θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν, οὐκ ἀπὸ μίξεως· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐννοηθέντα (81) τὸν Θεὸν διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν, ὡς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἔφασαν τὴν Ἀθηνᾶν. Ὅπερ γελοιότατον ἡγούμεθα εἶναι, τῆς ἐννοίας εἰκόνα παραφέρειν θηλειῶν μορφήν. Καὶ ὁμοίως τοὺς ἄλλους

C 64. Atque ut illius, quæ dicitur, puellæ simulacrum ad fontes aquarum erigeretur, id quoque dæmonum molitione, qui illam Jovis filiam esse dixerunt, ac verba Moysis imitati sunt, contigisse, ex his, quæ jam diximus, perspicere potestis. Moyses enim, ut supra scripsimus, sic ait: *In principio creavit Deus cœlum et terram. Terra autem erat inaspectabilis et incondita, et Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Ad imitationem ergo illius Dei Spiritus, qui super aquas ferri dictus est, Proserpinam Jovis filiam vocarunt. Ac simili nequitia Minervam ex Jove genitam dixerunt, idque non ex concubitu; D sed cum mundum a Deo, postquam cogitavit et considerabit, conditum esse per Verbum cognovissent, primam veluti notionem Minervam dixerunt. Quod quidem perridiculum nobis videtur, muliebrem formam ad imaginem notionis exprimendam inducere.

[44] Isa. I, 3. [45] Matth. XI, 27. [46] Exod. III, 6.

(80) Ὁ Θεὸς Ἀβραάμ. Nihil potest de Christi divinitate præclarius dici. 1°. Docet Justinus eum dixisse, *Ego sum qui sum*, quibus verbis essentiam divinam exprimi declarat, *Cohort.* n 25. 2°. Vocatur Christus Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob. 3° Idcirco illorum Deus est, ac ipsi illius homines sunt, quia primi exstiterunt, qui in Deo inquirendo occuparentur. 4°. Illud etiam observandum, quod paulo ante dicebat, καὶ Θεὸς ὑπάρχει, *et Deus est.*

(81) Ἐννοηθέντα. *Postquam cogitavit et considerabit*, id est postquam mundi exemplar in Verbo suo descripsit. Quæ de Minerva attribuit ethnicis Justinus, ea confirmat Themistius orat. 13, ubi ait Minervam ex patris capite prosilientem omnia ornavisse et condidisse, cœlum et terras et quæ in eis sunt. Cui quidem sententiæ tanta est similitudo cum iis quæ leguntur Proverb. VIII, ut eam merito Justinus ex Hebræorum fontibus derivatam existimet.

Digitized by Google

Similiter et reliquos, qui dicuntur, Jovis filios ipsæ actiones redarguunt.

65. Nos autem postquam eum, qui fidem suam et assensum doctrinæ nostræ testatus est, sic abluimus, ad eos, qui dicuntur fratres, deducimus, ubi illi congregati sunt, communes preces et pro nobismetipsis, et pro eo qui illuminatus est, et pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut veritatis cognitionem adepti, hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus vitam agentes et præceptorum custodes inveniamur, quo salutem æternam assequamur. Invicem osculo salutamus, ubi desiimus precari. Deinde ei, qui fratribus præest, panis affertur, et poculum aquæ et vini: quibus ille acceptis laudem et gloriam universorum Parenti per nomen Filii et Spiritus sancti emittit, et eucharistiam, sive gratiarum actionem, pro his ab illo acceptis donis prolixe exsequitur. Postquam preces et eucharistiam absolvit; populus omnis acclamat, *Amen*. Amen autem Hebræa lingua idem valet ac *Fiat*. **83** Postquam vero is, qui præest, preces absolvit, et populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur diaconi panem et vinum et aquam, in quibus gratiæ actæ sunt, unicuique præsentium participanda distribuunt, et ad absentes perferunt.

66. Atque hoc alimentum apud nos vocatur eucharistia, cujus nemini alii licet esse participi, nisi qui credat vera esse quæ docemus, atque illo ad remissionem peccatorum et regenerationem lavacro ablutus fuerit, et ita vivat ut Christus tradidit. Neque enim ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus; sed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Jesus Christus Salvator noster et carnem et sanguinem habuit nostræ salutis causa; sic etiam illam, in qua per precem ipsius verba continentem gratiæ actæ sunt, alimoniam,

65. Ἡμεῖς δὲ, μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος, καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιωθῶμεν, τὰ ἀληθῆ μαθόντες, καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταὶ, καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. Ἀλλήλους φιλήματι (82) ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν· ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος, λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει· καὶ εὐχαριστίαν (83) ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων (84) παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Τὸ δὲ ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ γένοιτο σημαίνει. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι.

66. Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία· ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἔξόν ἐστιν ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ (85) σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ (86) εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ

(82) *Φιλήματι*. Quamvis S. Justinus hanc *Apologiam* Romæ scripserit, ritus tamen Ecclesiæ Orientalis in scribendo sequitur, et sancti osculi tempus, non ut in Latina Ecclesia proxime ante communionem, sed, ut est in *Constitut. apost.* lib. VIII et apud Cyrill. *Cat.* myst. 5, constituit. Ob eamdem causam diaconis, qui in Ecclesia Latina calicem tantum distribuebant, utriusque speciei distribuendæ munus committit.

(83) *Εὐχαριστίαν..... ἐπὶ πολὺ ποιεῖται*. Sic apud Irenæum lib. I, cap. 13, n. 2, de Marco Valentiniano: Ποτήρια οἴνῳ κεκραμένα προσποιούμενος εὐχαριστεῖν, καὶ ἐπὶ πλέον ἐκτείνων τὸν λόγον τῆς ἐπικλήσεως. « Pocula vino mista fingens se consecrare, atque invocationis verba in longius protendens. » In eamdem sententiam S. Firmilianus, ep. 75, inter Cyprianicas, de muliere quadam loquitur, quæ « etiam hoc frequenter ausa est, ut et invocatione non contemptibili, sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet et sacrificium Domino (non) sine sacramento solitæ prædicationis offerret. » Invocatio illa non contemptibilis idem videtur esse ac prolixæ preces eucharistiæ.

(84) *Ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων*. Eam indicat S. Martyr gratiarum actionem, quæ Deo duplici nomine, id est ob creatum ab illo panem et vinum, et ob eadem dona in Christi corpus et sanguinem conversa offerebatur. Similiter Origenes lib. VIII *contra Cels.*, p. 399: Τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἁγιόν τι, καὶ ἁγιάζον τοὺς μετ' ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. « Panes cum gratiarum actione et precatione ob data hæc dona oblatos comedimus, corpus quoddam ob precem effectos sanctum, et sanctificans eos qui eo utuntur cum sano proposito. »

(85) *Ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ*. De tota hac Justini doctrina, vide Præfat. Illud autem, *Per Verbum Dei incarnatus Jesus*, et n. 46: *Per virtutem Verbi homo factus*, illustrari potest et explicari ex num. 33, ubi Spiritus seu Verbum dicitur in Virginem descendisse, eique obumbrasse et prægnantem virtute sua effecisse.

(86) *Δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ*. Vox illa λόγος non Verbum hoc loco significat, sed ipsius Christi verba, ut patet ex his quæ sequuntur. Refert enim Justinus Christi verba ut explicet, cur Christiani alimoniam illam, in qua gratiæ δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ actæ sunt, corpus et sanguinem Christi esse credant. Quemadmodum antea dicebat n. 13: Λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας, *verbis precem et gratiarum actionem continentibus*; ita hoc loco videtur eamdem adhibere verborum constructionem, cum ait, δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ.

Digitized by Google

σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἐδιδάχθημεν εἶναι. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν (87), ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν· λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου·* καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτό ἐστι αἷμά μου·* καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. Ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες. Ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε.

67. Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν· καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν, καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί. Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, εὐλογοῦμεν τὸν Ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. Ὅταν παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν (88) τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ (89), ἀναπέμπει (90), καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ Ἀμήν· καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι· καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι (91) ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα·

ex qua sanguis et carnes nostræ per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus. Nam apostoli in commentariis suis, quæ vocantur Evangelia, ita sibi mandasse Jesum tradiderunt : eum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisse : *Hoc facite in meam commemorationem* [87]. *Hoc est corpus meum ;* et poculo similiter accepto, actisque gratiis dixisse : *Hic est sanguis meus* [88], ipsisque solis tradidisse. Atque id quidem et in Mithræ mysteriis ut fieret, pravi dæmones imitati docuerunt. Nam panem et poculum aquæ in ejus, qui initiatur, mysteriis, quibusdam verbis additis apponi, aut scitis, aut discere potestis.

67. Ex illo tempore hæc semper nobis invicem in memoriam revocamus ; et qui habemus, indigentibus omnibus subvenimus, et semper una sumus. Atque in omnibus oblationibus laudamus creatorem omnium per Filium ejus Jesum Christum et per Spiritum sanctum. Ac solis, ut dicitur, die omnium sive urbes sive agros incolentium in eumdem locum fit conventus, et commentaria apostolorum, aut scripta prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde, ubi lector desiit, is qui præest admonitionem verbis et adhortationem ad res tam præclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus, et preces emittimus ; atque, ut jam diximus, ubi desiimus precari, panis affertur et vinum et aqua : et qui præest, preces et gratiarum actiones totis viribus emittit, et populus acclamat, *Amen*, et eorum, in quibus gratiæ actæ sunt, distributio fit et communicatio unicuique præsentium, et absentibus per diaconos mittitur. Qui abundant et volunt, suo arbitrio, quod quisque vult, largiuntur, et quod colligitur apud eum, qui præest, deponitur, ac ipse subvenit pupillis et viduis, et iis qui vel ob morbum, vel aliam ob causam egent, tum etiam iis qui in vinculis sunt et advenientibus peregre hospitibus ; uno verbo omnium indigentium curam suscipit. Die autem solis omnes simul convenimus, tum quia prima hæc dies est, qua Deus, cum tenebras et materiam vertisset, mundum creavit, tum quia Jesus Christus Salvator noster eadem die ex mortuis resurrexit. Pridie enim Saturni eum

[87] Luc. xxii, 19. [88] Matth. xxvi, 28.

(87) *Ἀπομνημονεύμασιν.* Ἀπομνημονεύματα sunt dicta sapientium quæ memoria repetuntur. Sic Eusebius lib. v *Hist. eccl.* cap. 8, de Irenæo ait : Καὶ ἀπομνημονευμάτων ἀποστολικοῦ τινος πρεσβυτέρου... μνημονεύει, *Dictorum apostolici cujusdam presbyteri... meminit.* Hinc Xenophon scripsisse dicitur libros τῶν Σωκράτους ἀπομνημονευμάτων, *Dictorum Socratis quæ memoria recolebat.* Eadem voce ante Justinum usus est Papias apud Eusebium lib. III, 1 cap. 39. Grabius.

(88) *Πρόκλησιν.* Legendum Grabius existimat παράκλησιν.

(89) *Ὅση δύναμις αὐτῷ.* Non favent hæc verba his qui ratas et fixas Ecclesiæ preces impugnant. Neque enim eas Justinus in sacerdotis arbitrio positas fuisse dicit, sed sacerdotis orantis ardorem et intentionem animi exprimit. Nihil sibi aliud voluit hæc verba, ὅση δύναμις αὐτῷ, *quantum potest*, seu, ut reddidi, *totis viribus.* Sic paulo ante dicebat Christianos σὺτόνως, id est cum magna animi intentione preces fundere. Et supra n. 13 : Ὅση δύναμις αἰνοῦντες. Ninivitæ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῶς, Jonæ III, v. 8. Sic etiam Origenes VI. Cels. pag. 386 : Ἀλλὰ τὸν ἕνα Θεὸν, καὶ τὸν ἕνα Υἱὸν αὐτοῦ καὶ Λόγον καὶ εἰκόνα, ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν. *Unum Deum*, inquit, *et unicum ejus Filium et Verbum et imaginem, quantum possumus, supplicationibus et precibus, colimus.*

(90) *Ἀναπέμπει.* Hoc verbo, quo Justinus hoc loco et antea et sæpe alias utitur, clamorem quemdam, sive vocem magno conatu emissam significari observat Valesius ad cap. 15. lib. IV. *Hist. eccles.* Eusebii.

(91) *Παρὰ τῷ προεστῶτι.* Hac voce presbyterum aut episcopum designat. Utrique enim communes perfunctiones de quibus hic agitur, nempe baptizare, sacrificare et pauperum curam gerere. Atque id causæ esse arbitror, cur nihil dicat Justinus de confirmatione ; quia scilicet soli eam dabant episcopi.

Digitized by Google

crucifixerunt, et postridie ejusdem diei, id est Solis die, apostolis suis et discipulis visus ea docuit, quæ vobis quoque consideranda tradidimus.

ἀνέστη. Τῇ γὰρ πρὸ τῆς Κρονικῆς (92) ἐσταύρωσαν αὐτόν· καὶ τῇ μετὰ τὴν Κρονικὴν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς, ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.

68. Atque hæc quidem si vobis rationi et veritati consentanea videntur, in pretio habete; sin autem nugæ vobis videntur, ut nugas contemnite, nec, ut adversus hostes, ita adversus homines innocuos mortem decernite. Vobis enim prædicimus vos Dei judicium non evitaturos, si in injustitia permaneatis; ac nos exclamabimus : Quod Deo placet, id fiat. Et cum ex epistola maximi et illustrissimi Cæsaris Adriani, parentis vestri, postulare a vobis possemus, ut judicia, quemadmodum rogavimus, fieri jubeatis; non tamen magis ob hanc causam rogavimus, quod ita constitutum esset ab Adriano; sed quia scimus nos justa petere, orationem et rerum nostrarum enarrationem confecimus. Adriani autem epistolæ exemplum etiam subjecimus, ut in hoc quoque verum a nobis dici perspiciatis. Sic habet illud exemplum :

68. Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν, κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζετε. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐκφεύξεσθε τὴν ἐσομένην τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐὰν ἐπιμένητε τῇ ἀδικίᾳ, καὶ ἡμεῖς ἐπιβοήσομεν· Ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο (93) γενέσθω. Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς (94) δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γενέσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι (95) τοῦτο ὑπὸ Ἀδριανοῦ μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δίκαια ἀξιοῦν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα (96). Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο (97) ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε· καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο (98) ·

Adriani pro Christianis Epistola.

Ἀδριανοῦ ὑπὲρ Χριστιανῶν Ἐπιστολή (99).

69. « Minucio Fundano. Litteras accepi ad me scriptas a Serenio Graniano clarissimo viro, cui successisti. Videtur igitur mihi res non sine inquisitione prætermittenda, ne et homines perturbentur, et sycophantis materia sceleris præbeatur. Si ergo ad hanc petitionis rationem provinciales sese obfirmare possunt adversus Christianos, ut etiam pro tribunali respondeant, illuc tantum sese vertant, non autem petitionibus aut solis utantur clamoribus. Multo enim magis convenit, si quis accusare velit,

69. « Μινουκίῳ Φουνδανῷ. Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερηνίου (1) Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς, ὅντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ οὖν μοι τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. Ἂν οὖν (2) σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνωνται διισχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνεσθαι (3), ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν (4), οὐδὲ μόναις βοαῖς. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσ-

(92) *Πρὸ τῆς Κρονικῆς.* Halloixius observat *Vit. Justini* p. 133, diem Veneris nolle appellare Justinum ob summam hujus deæ turpitudinem. Ridet Halloixium Thirlbius, quod hæc, ut abstrusa et difficilia, non sine magno apparatu observanda duxerit; ac joco non multum probando gratias agit « sagacissimo Halloixio, vel potius Ludovico de la Cerda a quo hoc suffuratus est. »

(93) *Ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο.* Legitur ad marg. in codicibus mss. et apud R. Stephanum ὡς τῷ Θεῷ φίλον, ταύτῃ γενέσθω.

(94) *Ἐπιστολῆς.* Habebant editi nostri et mss. ἀποστολῆς, sed melius Eusebius qui hunc locum transtulit in l. IV *Hist.*, c. 8.

(95) *Οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι.* Eusebius : τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὸ Ἀδριανοῦ κελευσθὲν μᾶλλον ἠξιώσαμεν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ.

(96) *Καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα.* Mendose hæc desunt apud Eusebium, apud quem legitur tantum, δικαίαν ἠξίουν τὴν προσφώνησιν.

(97) *Καὶ κατὰ τοῦτο.* Eusebius καὶ τοῦτο.

(98) *Καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο.* Legitur tantum apud Eusebium, καὶ ἔστι τόδε. — Justinus teste Eusebio (l. c. : αὐτὴν παρατέθειται [sc. Justin.] τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφὴν, ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν κατὰ δύναμιν αὐτὴν μετειλήφαμεν) genuinum *Latinæ* epistolæ exemplum apologiæ ascripsit idque a Rufino servatum repetii. Jam Alex. Sym. Mazochius rescripti illius Adrianei textum, quem Aquileiensi presbytero redivivum debemus, Eusebianæ interpretationis (l. c. c. 9, p. 315, sq.) loco subrogavit. Cf. Maz. *Comment. in vet. marmor.* 8. *Neapolit. eccl. Kalendar.*, vol. II, p. 476, sqq. (rec. in Gallandii *Biblioth.*, etc. t. I, p. 728, sqq.); add. Ern. Jul. Kimmel : *De Rufino Eusebii interprete* (Geræ 1838, 8,) p. 175, sq., Secutus autem sum eamdem Rufini editionem Basileensem recogn. per Beat. Rhenanum (Basil. ap. Jo. Froben. 1523, fol.) c. 9, p. 78, quam possedit Jo. Andr. Bosius, Jenæ olim bibliothecarius; hic enim a. 1672, mutum quemdam codicem *Norimbergensem* ita exhausit, omnes lectiones ut margini illius editionis nunc in bibliotheca Ienensi asservatæ ascriberet. Otto.

(99) Hæc est rescripti interpretatio, quam postmodum librarii, primitivo exemplari spreto, Justini *Apologiæ* ex Eusebii *Hist. eccl.*, IV, 8, attexuerunt. Otto.

(1) *Σερηνίου.* Mallet Valesius cum Rufino et Hieronymo Serenianum hunc proconsulem vocare, quem quidem post litteras Adriano missas e vita vel e provincia decessisse putat, et idcirco Adrianum illius successori respondisse. Hanc autem Adriani epistolam Latino sermone huic Justini *Apologiæ* subjectam Eusebius Græce reddidit, ut ipse testatur; et ex illius Historia lib. IV, c. 9, huc translata est.

(2) *Ἂν οὖν.* Euseb. εἰ οὖν, et mox ἐπαρχιῶται δύνανται.

(3) *Ἀποκρίνεσθαι.* Euseb. ἀποκρίνασθαι. Sed in nonnullis mss. codicibus legitur ut apud Justinum.

(4) *Ἀξιώσεσιν.* Observat Valesius hac voce de-

Digitized by Google

ἦκεν, εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ, καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως διόριζε (5) κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος. Ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι (6), διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας. »

A te ea de re cognoscere. Si quis igitur accuset et (Christianos) præter leges aliquid agere demonstret, ita statue, ut gravitas delicti postulabit. Quemadmodum etiam mehercule, si quis calumniandi causa hunc prætextum arripiat, 85 cogitationem suscipe de hac crudeli agendi ratione, et cura ut ulciscaris. »

Ἀντωνίνου Ἐπιστολὴ πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας.

70. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ (7) Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος σεβαστὸς, εὐσεβὴς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιε', ὕπατος τὸ γ', πατὴρ πατρίδος, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας (8) χαίρειν.— Ἐγὼ ᾤμην (9) ὅτι καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμελεῖς ἔσεσθαι μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. Πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκείνους κολάσοιεν, εἴπερ δύναιντο (10), τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοῖς προσκυνεῖν (11). Οἷς ταραχὴν ὑμεῖς ἐμβάλλετε, καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν ὡς ἀθέων κατηγορεῖτε, καὶ ἕτερά (12) τινα ἐμβάλλετε, ἅτινα οὐ δυνάμεθα ἀποδεῖξαι. Εἴη δ' ἂν (13) ἐκείνοις χρήσιμον, τὸ δοκεῖν ἐπὶ τῷ κατηγορουμένῳ τεθνάναι· καὶ νικῶσιν ὑμᾶς (14) προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἢπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράσσειν αὐτούς. Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων καὶ τῶν γινομένων, οὐκ εἰκὸς (15) ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀθυμοῦντας, ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαρρησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν

Antonini Epistola ad commune Asiæ.

70. Imperator Cæsar Titus Ælius Adrianus Antoninus Augustus Pius, pontifex maximus, tribun. potest. XV, cons. III, pater patriæ, communi Asiæ salutem.—Putabam equidem curaturos deos, ne tales homines laterent. Nam si possent, multo magis quam vos ab ejusmodi hominibus qui eos adorare nolunt, pœnas repeterent. Quibus quidem vos molestiam facessitis, et eorum sententiam, tanquam si essent athei, accusatis, et alia nonnulla impingitis, quæ probare non possumus. Utile autem illis fuerit ob id, cujus nomine accusantur, mortem videri oppetere, ac vos vincunt, dum animas suas projiciunt potius, quam illis pareant, quæ ab eis fieri postulatis. De terræ autem motibus qui vel evenerunt, vel eveniunt, non decet ut admoneatis, vos qui animum despondetis, cum fiunt, si cum illorum rebus vestras comparetis. Sunt enim illi fidentiores quam vos apud Deum. Ac vos quidem per

signari acclamationes illas, quæ a populo fieri solebant in theatris : *Christianos ad leonem*, ut testatur Tertullianus.

(5) *Διόριζε*. Euseb. ὅριζε.

(6) *Τοῦτο προτείνοι*. Id est, si calumniæ causa nomen Christianum obtendat, neque aliud crimen probare possit. Hanc esse mentem Adriani patet ex epistola sequenti, in qua Antoninus pœnas intentat his qui Christianos, quatenus Christianos, deferent, seque hac in re patris sui sententiam sequi declarat.

(7) *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ*. De hac epistola ejusque titulo pluribus disserimus in Præfat. part. III. Ex Eusebii *Hist.* lib. IV, c. 13, huc translata est. — *Ἀντωνίνου*, etc. Hoc edictum, si modo fuit Justino in manibus, ipse apologiæ non inseruit, cui postea per alienam accessit sedulitatem. Nam nec mentionem ejus usquam fecit, neque illud omnino exstitit eo tempore, quo *Apologiam* suam scribebat. Quod si exstitisset, non est dubium, Justinum potius hoc usurum fuisse ad defensionem sui, quia ad Antoninum ipsum dirigitur Apologeticus, quam illo Adriani, ad quem Apologeticus non pertinet. Ita præceptor noster Eichstadius in Exercitatione Antoniniana V, *Annal. Academiæ Jenens.* vol. I, (len. 1823, 4) inserta p. 286, not. 3. Idem vir clarissimus istius decreti textum apposita versione Latina ex Justino et Eusebio (*Hist. eccl.* IV, c. 13, p. 326, sqq.) reddidit notis illustratum (l. c. p. 290, sqq.). Mirifice autem discrepat exemplar Eusebianum ab hoc nostro; quare de illo nihil afferemus. Otto.

(8) *Τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας*. Ita Cicero *commune Mysiadum* et *commune totius Siciliæ* in Verrinis dixit. Porro cum κοινὸν Ἀσίας dicitur, subaudiendum est συνέδριον. Habebant enim Asiani commune concilium totius gentis, quo singulæ civitates legatos, seu synedros mittebant, ut docet Aristides in 4 *Orat. sacrarum*. Valesius. — Hæc concilia fuere variarum in Christianos persecutionum seminarium. Otto.

(9) *Ἐγὼ ᾤμην*. Habet Eusebius, ἐγὼ μὲν οἶδα, sed prorsus mendose, ut in multis aliis ejusdem epistolæ locis. Perhonorifice enim de Christianis Antoninus loquitur : palam et aperte deorum in avertendis calamitatibus imbecillitatem arguit; Christianorum in veri Dei cultu constantiam prædicat. Quamobrem verisimile non est eum initio epistolæ dixisse : *Scio diis ipsis curæ esse ne hujusmodi homines lateant.*

(10) *Εἴπερ δύναιντο*. Hæc desunt apud Euseb.

(11) *Προσκυνεῖν*. Addit Eusebius ἢ ὑμεῖς. Quæ sequuntur, sic leguntur apud eundem : Οὓς εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν, ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες. *Quos contra tumultum concitatis, sententiam eorum confirmantes, dum eos accusatis tanquam impios.* Observat Valesius Nicephorum addere περὶ ἡμῶν, ac Rufinum ipsum ita legisse. Sic enim vertit : *Confirmatis eorum quos persequimini, sententiam, quam de vobis habent, dicentes vos impios esse.*

(12) *Καὶ ἕτερα*, etc. Desunt apud Euseb.

(13) *Εἴη δ' ἄν*. Sic legit Eusebius : Εἴη δ' ἂν κἀκείνοις (in 3 mss., εἴη δ' ἂν ἐκείνοις) αἱρετὸν τὸ δοκεῖν κατηγορουμένοις τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν, ὑπὲρ οἰκείου τοῦ Θεοῦ.

(14) *Καὶ νικῶσιν ὑμᾶς*. Legitur ὅθεν καὶ νικῶσι, sine ὑμᾶς, apud Eusebium, ex quo ibidem reposui ἢπερ pro εἴπερ.

(15) *Οὐκ εἰκός*. Contra Eusebius, οὐκ ἄτοπον, et paulo post ἀθυμοῦντας μὲν, παραβάλλοντας δὲ τὰ ἡμέτερα. Ex quibus solam vocem παραβάλλοντας excerpsimus, pro παραβάλλοντες quod habebat Justinus. Cætera apud S. Martyrem accuratiora, ut quisque animadvertere potest ex interpretatione, quæ satis clara et perspicua est. Grabius vertit : *Vestra infortunia illis imputetis;* idem sensus a Rufino et Christophors. expressus, sed repugnantibus Græcis verbis, ut observat Valesius, cui probatur Langi non multo accuratior interpretatio, ὑπομνῆσαι παραβάλλοντες, *admonere ut comparetis.* — *Ὑπομνῆσαι*. Hoc verbum referendum est ad Asianos, quippe qui imperatorem de calamitatibus admonuerint per Christianos importatis. Otto.

Digitized by Google

illud tempus deos nescire videmini, et templa neglegitis, nec Dei colendi rationem nostis. Unde et illis, qui eum colunt, invidetis, et ad mortem usque insectamini. De ejusmodi hominibus et alii quidam provinciarum rectores divinissimo meo patri scripserunt. Quibus ille rescripsit nihil negotii exhibendum esse talibus hominibus, nisi quid adversus imperium Romanum moliri deprehendantur. Quin et ad me multi de illis retulerunt, quibus ego respondi patris mei sententiam secutus. Si quis autem adversus aliquem illorum, ut talem, actionem instituat, delatus crimine absolvatur, etiamsi illum talem esse constet : delator vero pœnas luet. »

A Θεόν. Καὶ ὑμεῖς μὲν ἀγνοεῖν δοκεῖτε παρ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς θεοὺς (16), καὶ τῶν ἱερῶν ἀμελεῖτε, θρησκείαν δὲ τὴν περὶ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπίστασθε. Ὅθεν καὶ τοὺς θρησκεύοντας ἐζηλώκατε, καὶ διώκετε ἕως θανάτου. Ὑπὲρ τῶν τοιούτων καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων τῷ θειοτάτῳ μου πατρὶ ἔγραψαν· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ὀχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό τι ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν Ῥωμαίων ἐγχειροῦντες· καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα, τῇ τοῦ πατρός μου κατακολουθῶν γνώμῃ. Εἰ δέ τις ἔχει (17) πρός τινα τῶν τοιούτων πρᾶγμα καταφέρειν ὡς τοιούτου, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, κἂν φαίνηται τοιοῦτος ὢν· ἐκεῖνος δὲ ὁ καταφέρων, ἔνοχος ἔσται τῇ δίκῃ. »

Marci imperatoris Epistola ad senatum, qua testatur Christianos victoriæ causam fuisse.

B *Μάρκου βασιλέως Ἐπιστολὴ πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρεῖ Χριστιανοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι τῆς νίκης αὐτῶν.*

71. « Imperator Cæsar M. Aurelius Antoninus, Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano et sacro senatui salutem.—Certiores vos feci de consilii mei magnitudine, **86** quales ad confinia Germaniæ ex discrimine, in quod ab hostibus circumdatus veneram, utilitates et commoda consecutus sim, cum me laborantem et defessum cinxissent septuaginta quatuor dracones, novem millia-

71. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ (18) Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος, Γερμανικὸς, Παρθικὸς, Σαρματικὸς, δήμῳ Ῥωμαίων, καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ χαίρειν. — Φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη (19), ὁποῖα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ περιστάσεως διὰ περιβολῆς ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεθορίᾳ καμὼν καὶ παθὼν (20), ἐν Κοτίνῳ (21) καταλαμβανομένου μου ὑπὸ δρακόντων (22) ἑβδομήκοντα τεσσάρων, ἀπὸ μιλίων

(16) Ἀγνοεῖν δοκεῖτε... τοὺς θεούς. Quod ethnicis exprobrat ethnicus imperator, eos in adversis rebus deorum templa negligere, nec tamen veram Dei colendi rationem assequi, id satis consentaneum est his quæ apud Lactantium leguntur lib. II, cap. I : « At vero, inquit, si qua necessitas gravis C presserit, tunc Deum recordantur. Si belli terror infremuerit ; si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegaverit, si sæva tempestas, si grando ingruerit : ad Deum confugiunt ; a Deo petitur auxilium.... Postquam metus deseruit, et pericula recesserunt, tum vero alacres ad deorum templa concurrunt ; his libant, his sacrificant, hos coronant. Deo autem quem in ipsa necessitate imploraverunt, ne verbo quidem gratias agunt. » Suetonius de morte Germanici sic loquitur in *Vita Caii Caligulæ:* « Quo defunctus est die, inquit, lapidata sunt templa, subversæ Deum aræ, lares a quibusdam familiares in publicum abjecti. » Totus hic locus apud Euseb. non accuratus.

(17) Εἰ δέ τις ἔχει. Eusebius : Εἰ δέ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν τοιούτων εἰς πράγματα φέρων, ὡς δὴ τοιούτον.

(18) Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ. De hac epistola, quam quidam non doctissimus otii sui monumentum esse voluit, disserimus Præfat. part. 3. — Admonet D Eichstadius in *Exercitat. Antonin.* II. l. c., p. 245, not. 4, apertum esse hanc epistolam ab ipso Justino ibi reponi non potuisse, qui diu ante, quam illa ederetur, martyrio periisset. Idem V. D. textum reddidit, Græcis apposuit Latina (l. c., p. 246, sqq.): « Eaquidem, quæ tanquam ex bibliothecæ Vaticanæ cimeliis protracta primus in lucem edidit Angelus Roccha (*De bibliotheca Vaticana* p. 288), ut ipsa scilicet Imperatoris manu, quam vocat, nos bearet, qui sane non alia lingua quam Romana ad senatum Romanum scribebat. Rocchæ auctoritatem non tuentur cæteri, qui eamdem versionem repetiverunt. Nam Latina illa recentius esse, post Scaligeri ædeo ætatem, conficta, ne ii quidem negare sunt ausi, qui epistolæ ipsius vindicias egerunt. Concinnata sunt enim ad censuram Græcorum Scaligeriana (cf Jos. Scaligeri *Animadvers. in Chronolog. Euseb.* p. 223), ut pia scilicet fraude tollerentur dubitationes, quibus criticus primarius epistolæ αὐθεντίαν impugnaret (l. c., p. 245 sq). Otto.

(19) Τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη. Voluit enim M. Antoninus, quemadmodum Jul. Capitolinus in *Vita* ejus c. 24, p. 384, narrat, Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere ; et fecisset, nisi Avidius Cassius sub eodem in Oriente rebellasset. Eichstadius.

(20) Καμὼν καὶ παθών. Vulgo σπαθών. Sed illud Scaliger et Eichstad. recte receperunt. Sylburg. in vulgata lectione argutius quam verius nomina invenit populorum Κοάδων καὶ Σαρματῶν. Otto.

(21) Ἐν Κοτίνῳ. Legit Salmasius ἐν Καρνούτῳ. Ibid. leg. παθών. — Καρσούτῳ. Ita emendo Thirlbium secutus. Eichstadius cum Scaligero legit Καρνούτῳ ; illius correctionem etiam recepit Rocchæ interpres (*sane dum Carnuti essem*). Vulgo Κοτίνῳ. Otto

(22) Ὑπὸ δρακόντων. Δρούγκων in locum δρακόντων substituit Scaliger ; notans, vocem drungus significare cohortem, eamque a barbaris sæculo Diocletiani ad Latinos, et ab his ad Græcos transmissam esse. Sed Salmasius in Not. ad Julium Capitolinum *De vita Antonini*, cap. 24, retinendam docet vocem δρακόντων, utpote quæ signum militare denotat, aitque dracones decem in unaquaque legione fuisse, adeo ut septuaginta dracones septem effecerint legiones : neque Romanos solum, sed et Parthos, Indos atque Scythas hoc signo usos esse probat ; quanquam hoc loco de Romanis potius copiis accipiat, maxime vero ad præsentem rem faciunt verba Luciani ab eo allegata : Σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς. Χιλίους γὰρ οἶμαι δράκων ἄγει. Grabius. — Ὑπὸ δρακόντων. Non possunt hæc ex contextus ratione nisi ad hostiles copias referri ; ideoque Scaliger pro δρακόντων reponi jussit δρούγκων, siquidem *dracones* signa Romano exercitui propria, *drungi* autem vocatæ fuerint barbarorum cohortes, quod vocabulum Diocletiani demum sæculo in Latinam linguam irrepserit. Sed ne sic quidem his congruunt sequentia, ubi barbarorum ὄχλος memoratur χιλιάδων ἐννακοσίων ἑβδομήκοντα ἑπτά. Nec dracones prorsus ignoraverunt barbaræ gentes.

Digitized by Google

ἐννέα. Γενομένων δὲ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν, ἐξπλωράτωρες (23) ἐμήνυσαν ἡμῖν, καὶ Πομπηϊανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν ἅτινα εἴδομεν (καταλαμβανόμενος δὲ ἥμην ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου, καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας δεκάτης, γεμιναφρεντησίᾳ (24) μίγμα κατηριθμημένον), πλήθη παρεῖναι παμμίκτου ὄχλου χιλιάδων ἐννακοσίων ἑβδομηκονταεπτά. Ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρίοις (25). Ἀμελούμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν στενοχωρίαν μου θεωρήσας τῆς δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους χριστιανούς· καὶ ἐπερωτήσας, εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν (26), καὶ ἐμβριμησάμενος (27) εἰς αὐτοὺς, ὅπερ οὐκ ἔπρεπε, διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν· ὅθεν ἀρξάμενοι, οὐ βελῶν παράρτησιν (28), οὔτε ὅπλων, οὔτε σαλπίγγων (διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς, διὰ τὸν Θεὸν ὃν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν (29)· εἰκὸς οὖν ἐστιν (30), οὓς ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι, Θεὸν ἔχουσιν (31)

A rium spatio in Cotino. Qui cum non longe abessent, exploratores nuntiaverunt nobis, et Pompeianus militiæ nostræ magister significavit, id quod sciebamus (eram enim comprehensus ab immensa et ordinata multitudine, mecum habens legionis primæ, decimæ, Geminæ, Ferentariorum numerabile et permistum agmen) exercitum ex omni genere immensum adesse, hominum nongentorum septuaginta millium. Cum me igitur et meorum numerum cum multitudine barbarorum et hostium compararem, eo decurri ut deos patrios precarer. Sed cum me illi negligerent, et quas in angustias redactæ essent copiæ meæ cernerem, evocavi eos qui Christiani apud nos dicuntur, iisque interrogatis multitudinem illorum magnumque numerum cognovi, et in eos infremui; quod quidem non oportebat, propterea quod eorum potestatem postea perspexi. Illi enim exorsi sunt non ab observandis telis aut armis aut tubis (id enim invisum illis est propter Deum, quem in conscientia sua gestant.

B

Cfr. Lipsius *De milit. Rom.* L. IV. in Opp. t. III, p. 194. — Aut oscitanter scripsit, nihil attendens ad sequentia, quisquis has litteras Marco supposuit, aut interpolatoris culpa factum est, ut hoc additamentum contextum turbaret. EICHSTADIUS.

(23) *Ἐξπλωράτωρες.* Hanc vocem sub imperio Græcorum Constantinopolitano demum usurpari cœptam notat Scaliger loco citato. GRABIUS.

(24) *Γεμιναφρεντησίᾳ.* Γεμίνας, φρετησίας reposuit Scaliger, Salmasius φρεντησίας. Ibidem legendum videtur ἀμίκτου ὄχλου, ut antea ἐν μεγέθει ἀμίκτου πλήθους. Utrumque enim referendum ad barbaros; ad Romanos autem μίγμα κατηριθμημένον, ita ut hostium numerum et ordinem opponat suorum paucitati et confusioni. — *Γεμίνας, φρεντησίας.* Vulgo γεμιναφρεντησίᾳ. Legionum nomina Salmasius *ad Jul. Capitol.* p. 383, restituit, bene monens, Græcos ita consuesse hæc nomina enuntiare: *fretense*, φρεντήσιον (non φρετήνσιον, quod Scaliger volueral), *castrense*, καναστρήσιον, etc. De legione XIV *gemina* cfr. Reimar. *ad Dion. Cass.* LV, c. 23, p. 796. Cæterum ab his criticorum correctionibus rursus profecit Rocchæ interpres *geminam et fretensem*). — Post μίγμα excidisse videtur ἦν. Scaliger malebat ἀκατηριθμημένῳ πλήθει, quo non fit facilior junctura reliquorum. EICHSTADIUS.

C

(25) *Πατρίοις.* In codicibus mss. legitur ad marginem πτρίοις.

(26) *Πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν.* Negat Scaliger verisimilitudinem hac in re servatam ab artifice. Sed Scaligerum refellit Tertullianus, qui ait *Apol.* cap. 37: « Hesterni sumus, et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum. »

D

(27) *Καὶ ἐμβριμησάμενος.* Sylburgius illud *καὶ* idem esse vult ac *καίπερ, etiamsi in illos infremuissem;* ut indignatio illa, qua se commotum fuisse ait Marcus, non ad hoc periculi tempus, sed ad superiores imperii annos referatur. Sed manifestum est indignationem, quæ hic memoratur, non aliunde ortam esse, quam ex perspecto Christianorum magno numero. Atque hic quidem artifex epistolæ satis apte mihi videtur M. Aurelii mores notasse. Is enim in summo discrimine, ubi videt deos suos merum esse somnium, advocat Christianos; sed ubi tam multos esse in suo exercitu perspicit, infremit et indignatur. Mirifice hæc quadrant in Marcum, qui odium religionis Christianæ medullis conceperat, et tanto beneficio provocatus, a Christianis vexandis vix unquam discessit. — *Καὶ ἐμβριμησάμενος.* Fremuit autem desperatis rebus omnibus imperator et Christianos increpuit, quasi isti essent causa præsentium malorum. — Sic terræ motus, eodem sæculo in Asia exorti, ad Christianos referebantur tanquam publicæ calamitatis auctores, qui iram deorum concitavissent. Sic multa ejusdem generis tradit illorum temporum historia. Itaque assentiri non possumus Marano, qui indignationem imperatoris non aliunde ortam esse ait, quam ex perspecto Christianorum magno numero. EICHSTADIUS.

(28) *Ὅθεν ἀρξάμενοι, οὐ βελῶν παράρτησιν.* Scaliger legit οἱ ἔχοθεν ἀρξάμενοι, ac commentum militum sine armis et telis merito ridet, sed immerito affingit epistolæ auctori. Vix autem dubium est, quin hoc loco institutum aliquod indicetur, quod omnino a Christianis moribus abhorreret. Quare ferre non possum illam παράρτησιν, *expeditionem*, ut reddit Langus, *armorum et telorum et tubarum.* Neque enim parare arma res erat invisa Christianis propter Deum, quem in conscientia gestabant. Sed si legamus παρατήρησιν, id est *contemplationem sive observationem*, habebimus superstitiosam Romanorum cærimoniam, qui pugnæ auspicia ab ejusmodi nugis sumebant. Hinc illud Ciceronis lib. II *De divin.* « Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, jam M. Marcellus, ille quinquies consul, totum omisit, idem imperator, idem augur optimus. » Et Arnobius lib. II *adv. gentes:* « Cum paratis bella, signum monstratis ex arce? aut fecialia jura tractatis? Per clarigationem repetitis res raptas? aut Martium discrimen obeuntes, spem prælii sumitis et ex acuminibus auspicatis? » Ejusmodi aliqua videtur hoc loco designati consuetudo; quæ quidem fortasse jam tum erat obsoleta Marci tempore; sed non mirum, si illam adhuc viguisse parens epistolæ suppositiliæ aut finxit aut credidit.

(29) *Ὅτι φοροῦσι κατὰ συνείδησιν.* In Martyrio S. Ignatii tom. I *Spicileg. Patrum* sæculi II, p. 11, Trajanus imp. Ignatium interrogasse fertur: Σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρωθέντα; *Tu ergo in teipso crucifixum geris?* Ignatius vero respondisse: *Nal. Γέγραπται γάρ· Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. Omnino. Scriptum est enim:* « *Inhabitabo in ipsis, et ambulabo in eis.* » GRABIUS.

(30) *Εἰκὸς οὖν ἐστιν.* Hæc a Scaligero recidunter, sed immerito.

(31) *Θεὸν ἔχουσι.* Sylburgius præmittit ὅτι, et mox legit ὑπὲρ τοῦ παντός.

Digitized by Google

Veri simile ergo est, quos atheos esse suspicamur, eos in conscientia sua Deum habere sponte insidentem, ejusque præsentia communitos esse), sed cum se humi projecissent, non pro me solum precati sunt, sed etiam pro universo exercitu, ut præsentem sitim et famem sedarent. Quinto enim jam die aquam non acceperamus, eo quod prorsus deesset. Eramus enim in meditullio Germaniæ et in finibus hostium. Statim autem atque illi in terram sunt provoluti, ac Deum, quem ego ignorabam, invocarunt, confestim imber de cœlo consecutus est, in nos ille quidem frigidissimus, in hostes autem Romanorum grando **87** ignea. Sed et cum oratione ipsa illico præsentia Dei adfuit, tanquam insuperabilis et invicti. Inde igitur incipientes, permittemus hisce, Christianis esse; ne, si talia adversum nos arma postulent, voti compotes fiant. Quocirca statuo ne hominem hujusmodi, quod videlicet Christianus sit, accusare liceat. Si quis autem inveniatur qui Christianum, propterea quod Christianus sit, deferat, de Christiano qui defertur, quique Christianum se esse profitetur, manifestum fieri volo nullam aliam ob rem eum accusari, nisi quod Christianus sit; delatorem vero ipsum vivum comburi; Christianum autem confitentem atque id probantem, se scilicet non aliam ob rem accusari, is cui administratio provinciæ credita est, non coget ab hoc instituto discedere, nec libertatem auferet. Hæc vero etiam senatusconsulto confirmari volo, et constitutionem hanc meam in foro Trajani proponi jubeo, ut legi possit. Illam quoque in provincias quasque mittendam curabit Verasius Pollio præfectus. Quicunque autem hac uti, et habere exemplar ejus voluerit, ne recipere id ex eo, quod a nobis propositum est, prohibeatur.

A αὐτόματον ἐν τῇ συνειδήσει τετειχισμένον)· ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνον ἐδεήθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παρόντος στρατεύματος, παρήγοροι (32) γενέσθαι δίψης καὶ λιμοῦ τῆς παρούσης. Πεμπταῖοι γὰρ ὕδωρ οὐκ εἰλήφειμεν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι. Ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσομφάλῳ τῆς Γερμανίας, καὶ τοῖς ὄροις αὐτῶν. Ἅμα δὲ τῷ τούτους ῥίψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς, καὶ εὔχεσθαι Θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγνόουν, εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους (33), χάλαζα πυρώδης· ἀλλὰ καὶ εὐθὺ Θεοῦ παρουσίαν (34) ἐν εὐχῇ γινομένην παραυτίκα, ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ ἀκαταλύτου. Αὐτόθεν οὖν ἀρξάμενοι, συγχωρήσωμεν τοῖς τοιούτοις εἶναι Χριστιανοῖς, ἵνα μὴ, καθ' ἡμῶν τι τοιοῦτον B αἰτησάμενοι ὅπλον, ἐπιτύχωσι. Τὸν δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστιανὸν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι. Εἰ δὲ εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ, ὅτι Χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσαγόμενον Χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι γίνεσθαι (35) ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον, ἢ ὅτι Χριστιανός ἐστι μόνον· τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον, ζῶντα καίεσθαι· τὸν δὲ Χριστιανὸν ὁμολογήσαντα, καὶ συνασφαλισάμενον περὶ τοῦ τοιούτου, τὸν πεπιστευμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μετάνοιαν καὶ ἀνελευθερίαν τὸν τοιοῦτον μὴ μετάγειν. Ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι, καὶ κελεύω τοῦτό μου τὸ διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Τραϊανοῦ προτεθῆναι, πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι. Φροντίσει ὁ πραίφεκτος Βηράσιος (36) Πολλίων εἰς τὰς πέριξ C ἐπαρχίας πεμφθῆναι· πάντα δὲ τὸν βουλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προτεθέντων παρ' ἡμῶν.

(32) *Παρήγοροι.* Scaliger legit παρήγορον, referendo ad Deum.

(33) *Ἐπιβούλους.* Hæc vox optime respondet textui Julii Capitolini in *Vita M. Antonini* cap. 24, scribentis : « Fulmen de cœlo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit. » Ubi Salmasius in Notis *Hostium machinamentum*, cum ἐπιβούλοις confert, ac primum quidem, quale illud machinamentum fuerit, se ignorare profitetur; postea vero id ex Dionis *Epitome* expiscatur, nempe quod barbari pugnam detrectantes, Romanos æstu sitique D interituros speraverint, locis omnibus, unde aquam consequi possent, occupatis. GRABIUS.

(34) *Θεοῦ παρουσίαν.* Supplendum est verbum aliquod ac forte verbum ἐγνωκέναι, quod supra occurrit, quanquam nimis remotum videri potest.

(35) *Γίνεσθαι.* Rejicit hoc verbum Sylburgius ut redundans. Infra nonnulli legunt Βιτράσιος Πολλίων.

(36) *Βιτράσιος.* Vulgo Βηράσιος. Nomen præfecti jam Brissonius (*De Formulis, p. R.* III, 234) restituit eumque Eichstadius est secutus. OTTO

ANALYSIS APOLOGIÆ SECUNDÆ.

Cum meminisset Justinus optatos exitus primæ suæ Apologiæ concessos a Deo fuisse, eamdem operam Ecclesiæ navare voluit in persecutione M. Aurelii. Sciebat ille quidem inita esse de sua pernicie a philosophis consilia, sed in communi periculo suum esse negligendum duxit; seque audacter in medium discrimen pro fratribus conjecit. Propositum est ei demonstrare Christianos non aliam ob causam occidi, nisi quia veritatem docent et virtutem colunt.

Declarat igitur in ipso primordio (n. 1) *homines improbos et dæmones operam conjungere, ut Christianos occidant : atque hujus rei manifestum argumentum profert* (n. 2) *ex trium martyrum, qui paucis ante diebus passi fuerant, historia. Quinetiam se quoque exspectare testatur* (n. 3), *ut a Crescente in judicium vocetur, quem ut improbum, contemptis ipsius minis, et indoctum notat. Ne quis autem diceret Christianis, cur non vobis mortem ipsi consciscitis ut ad Deum abeatis ; rationem reddit Justinus* (n. 4), *cur nihil ejusmodi faciant nec tamen interroguti negent.*

Aliud erat quod ethnici objicere solerent, nimirum Deum, si esset adjutor Christianorum, non passurum illos occidi ab improbis. Id quoque ita expedit Justinus (n. 5), *ut Dei justitiam et Christianorum innocentiam defendat.*

Justitiam Dei sic probat (n. 6). *Hominum curam Deus angelis commiserat. Sed hi, in vitia lapsi scelerum et flagitiorum omne genus in humanum genus sparserunt. Malis ex eorum nequitia profluentibus opposuit Deus potentissimum remedium, Verbi incarnationem ; quod quidem Justinus argumento probat* (n. 7) *et ad eam rem, quæ agebatur, et ad totam religio-*

Digitized by Google

nem defendendam aptissimo, nempe auctoritate et imperio Christianorum in dæmones, quos ubique terrarum per nomen Jesu ex corporibus hominum expellunt.

Dei justitia in puniendis dæmonibus aliquando elucebit ; sed cum tanta sint Christi incarnationis beneficia, æquum est ut mundus propter Christianos conservetur (*n.* 8). *Quare nondum Deus de dæmonibus tot malorum auctoribus sumit supplicium ; sed in ignem æternum mittentur, cum fiet conflagratio, quæ tamen ex fato non eveniet, quia fatum nec libertati nec virtuti locum relinquit.*

Christianorum virtutem et innocentiam ex ipsis persecutionibus commendari probat (*n.* 9). 1° *Si semper opera dæmonum invisi fuere, qui aliquam veritatis scintillam assecuti sunt* (*n.* 10), *quanto majora dæmonum odia esse debent in Christianos, qui totam veritatem ac totum Verbum incarnatum complectuntur, ac dæmones expellendo, æterna illis supplicia denuntiant, quæ profecto* (*n.* 11) *negari* 88 *non possunt, nisi aut Deus negetur aut providentia. Non in hoc solum invisi dæmonibus Christiani* (*n.* 12), *quod veritatem, cujus sciutillæ tantum ad oculos philosophorum fulserant, ac totum Verbum agnoverint ; sed in eo etiam, quod Christus sua ipsius potestate præstiterit, ut homines etiam imperiti et operarii gloriam et metum et mortem contemnerent. 2. Christianorum in persecutionibus constantia declarat* (*n.* 13) *eos vera et æterna bona sectari, ac virtutis solidam et expressam effigiem assecutos esse. 3° Nihil aptius persecutionibus ad propulsandam criminum suspicionem* (*n.* 14) *Quomodo enim tam libenter mortem oppeterent Christiani, si ita viverent, ut eos vivere ethnici dictitabant? Illorum innocentiam Justinus ex hac animi fortitudine perspexit, et a Platonis doctrina ad Christianam longe præstantiorem transiit* (*n.* 15).

Postremo (*n.* 16) *rogat imperatores, ut hunc libellum auctoritate sua comprobent.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΔΕΥΤΕΡΑ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΥΓΚΛΗΤΟΝ.

—

EJUSDEM JUSTINI

APOLOGIA SECUNDA PRO CHRISTIANIS

AD SENATUM ROMANUM.

—

1. Καὶ τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην (37) ἐν τῇ πόλει A ὑμῶν γενόμενα ἐπὶ Οὐρβίκου, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰ πανταχοῦ ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἡγουμένων ἀλόγως πραττόμενα, ἐξηνάγκασέ με ὑπὲρ ὑμῶν (38), ὁμοιοπαθῶν ὄντων, καὶ ἀδελφῶν (39), κἂν ἀγνοῆτε, καὶ μὴ θέλητε διὰ τὴν δόξαν τῶν νομιζομένων ἀξιωμάτων, τὴν τῶνδε τῶν λόγων σύναξιν (40) ποιήσασθαι. Πανταχοῦ γὰρ, ὃς ἂν σωφρονίζηται ὑπὸ πατρὸς, ἢ γείτονος, ἢ τέκνου, ἢ φίλου, ἢ ἀδελφοῦ, ἢ ἀνδρὸς, ἢ γυναικὸς κατ' ἔλλειψιν, χωρὶς τῶν πεισθέντων τοὺς ἀδίκους καὶ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι, τοὺς δ' ἐναρέτους, καὶ ὁμοίως Χριστῷ βιώσαντας, ἐν ἀπαθείᾳ συγγενέσθαι (41) τῷ Θεῷ (λέγομεν δὲ τῶν γενομένων Χριστιανῶν), διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδο-

1. Et quæ in urbe vestra, Romani, sub Urbico heri et nudius tertius gesta sunt, et quæ similiter ubique a judicibus præter rationem fiunt, coegerunt me pro vobis, qui ejusdem ac nos naturæ, atque etiam si ignoretis ac nolitis propter opinatarum dignitatum splendorem, fratres nostri estis, hanc orationem componere. Ubique enim, exceptis iis, qui improbos et libidinosos æterno igne excruciatum iri, virtutis autem cultores, quique similiter ac Christus vixerint, extra perpessionem omnem cum Deo victuros persuasum habent (eos dicimus qui Christiani facti sunt), his, inquam, exceptis, si quis a patre vel vicino, vel filio, vel amico, vel fratre, vel viro, vel uxore ob delictum castigetur;

(37) *Καὶ τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην.* Proverbialis est locutio ab Homero profecta et præ cæteris ab oratoribus atque sophistis in deliciis habita. Braunius. Non autem mutavimus δέ in τε, hoc quamvis melius se habere videatur. Otto.

(38) *Ὑπὲρ ὑμῶν*, Sic. mss.; codices et R. Stephanus melius multo quam aliæ editiones ὑπὲρ ἡμῶν, « pro nobis qui ejusdem ac vos naturæ et fratres vestri sumus. » Non scribebat Justinus pro Christianis quia fratres erant ethnicorum, sed ethnicos ad veritatem adducere cupiebat, quia fratres erant Christianorum. Declarat sub finem *Apologiæ* hoc unum sibi in scribendo propositum fuisse, ut ethnicos ab errore revocaret. Vide *Apol.* 1, n. 7. Similiter Tertullianus ad Scapulam cap. 1 : « Magisque damnati quam absoluti gaudemus. Itaque hanc libellum non nobis timentes misimus, sed vo- B bis et omnibus inimicis nostris. Ὑπὲρ ἡμῶν. Codd. mss. Stephan. et Maran., ὑμῶν. Sic Braunius quoque, quanquam verum cognovit, scilicet et sensus lectionem a nobis receptam flagitat et similitudo exordii *Apologiæ* prioris. Solent autem ista pronomina a librariis haud raro confundi. Otto.

(39) *Καὶ ἀδελφῶν.* Sic Tertullianus Apologet. cap. 39. « Fratres autem etiam vestri sumus, jure naturæ matris unius, etsi vos parum homines, quia mali fratres.

(40) *Σύναξιν.* Legendum esse σύνταξιν per se patet. Sic infra num. 15: Τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Vide *Dialog.* num. 81. Grabius.

(41) *Συγγενέσθαι.* Maluit Perionius συγγενήσεσθαι, sed alibi aoristum pro futuro usurpat noster. Sylburgius.

Digitized by Google

cum is propter obfirmatam voluntatem et amorem voluptatis, ac minime flexilem ad virtutem animum, tum etiam pravi dæmones, qui nobis infensi sunt, ac ejusmodi judices in sua potestate et cultui suo addictos habent, eos, utpote dæmoniis agitatos magistratus, ad necem nobis inferendam incitant. Ut autem totius rei sub Urbico gestæ perspectam causam habeatis, quid actum sit exponam.

2. Mulier quædam cum viro degebat intemperanti, intemperans et ipsa prius; sed postquam Christi doctrinam cognovit, ipsa ad **89** meliorem frugem se recepit, ac viro ut similiter sese colligeret persuadere conata est, Christianam illi doctrinam exponens, et futura his, qui libidinose ac præter rectam rationem vixerint, in æterno igne supplicia denuntians. Verum ille in iisdem flagitiis permanens, factis suis alienavit a se uxoris animum. Impium enim esse mulier existimans cum eo deinceps viro, qui præter naturæ legem, præterque jus undecunque voluptatis vias exquireret, tori consortio jungi, discedere a conjugio voluit. Sed suorum auctoritatem reverita, qui suadebant ut adhuc maneret, ac maritum tandem aliquando spem mutationis allaturum dicebant; vim fecit ipsa sibi ut maneret. At postquam illius vir Alexandriam profectus, pejora facere nuntiatus est, verita illa ne inique et impie factorum particeps fieret, si in conjugio maneret, victusque ac tori consors esset, misso eo, quod vocatis, repudio, discessit. Tum præclarus et bonus ille vir, cum gaudere deberet, quod quæ olim uxor cum servis et mercenariis in vinum atque omne vitiorum genus effusa licenter perpetrabat, ab his jam faciendis deterrita fuisset, ac ipsum etiam ab iisdem flagitiis deterrere studeret; repudium non obsequenti nuntiantem accusat, quod

νον, καὶ δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι, καὶ εἰ φαῦλοι (42) δαίμονες, ἐχθραίνοντες ἡμῖν, καὶ τοὺς τοιούτους (43) δικαστὰς ἔχοντες ὑποχειρίους καὶ λατρεύοντας, ὡς οὖν ἄρχοντας δαιμονιῶντας φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν. Ὅπως δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενομένου ἐπὶ Οὐρβίκου φανερὰ ὑμῖν γένηται, τὰ πεπραγμένα ἀπαγγελῶ.

2. Γυνή τις συνεβίου (44) ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα καὶ αὐτὴ πρότερον. Ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω αὕτη (45), ἐσωφρονίσθη, καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο, διδάγματα ἀναφέρουσα, τήν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως καὶ μετὰ λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγγέλλουσα. Ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων, ἀλλοτρίαν διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν. Ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν ἡ γυνὴ συγκατακλίνεσθαι ἀνδρὶ παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποιεῖσθαι, τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. Καὶ ἐπεὶ ἐξεδυσωπεῖτο ὑπὸ τῶν αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων, ὡς εἰς ἐλπίδας (46) μεταβολῆς ἥξοντός ποτε τοῦ ἀνδρὸς, βιαζομένη ἑαυτὴν ἐπέμενεν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς, χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς (47) τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ, καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν (48) ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη. Ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνὴρ, δέον αὐτὸν χαίρειν, ὅτι ἃ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθοφόρων εὐχερῶς ἔπραττε, μέθαις χαίρουσα καὶ κακίᾳ πάσῃ, τούτων μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο, καὶ αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο· μὴ βουλομένου (49) ἀπαλλαγείσης κατηγορίαν πεποίηται, λέγων αὐτὴν Χριστια-

(42) *Καὶ οἱ φαῦλοι.* Ante hæc verba lacunam interposuerunt librarii, non quod quidquam desit ad sententiæ juncturam, sed quod deesse aliquid illis videretur. Aptissimum enim est hoc exordium et nexum cum iis quæ deinceps narraturus est. Nam cum ei propositum sit demonstrare persecutiones ab improbis hominibus et a malis dæmonibus in Christianos excitari; cumque mox narraturus sit historiam mulieris a marito, cujus flagitia reprehendebat, in capitis periculum adductæ; quid mirum, si in orationis primordio declarat, et eos qui a patre christiano aut uxore aut vicino aut amico ob delictum castigantur, et pravos dæmones operam dare ut Christianos occidant? Illud ergo φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν referri debet tam ad malos homines, quam ad dæmones, ut n. 11: « Nec potentiores nobis essent iniqui homines et dæmones. » Si quis tamen aliquid deesse contendat, is addat, « ad tribunalia nos trahit, « ante has voces « tum etiam pravi dæmones. »

(43) *Τοιούτους.* Qualis scilicet Urbicus, quem jam nominavit.

(44) *Συνεβίου.* Hanc historiam Eusebius ex Justino excerptam lib. IV *Hist. Eccl.*, cap. 17, intexuit. In editione Valesii legitur συνεβίου. At Christophors. habet συνεβίω; cui lectioni suffragantur duo codices antiquissimi Eusebii e bibliotheca Colbertina, et alius e Regia. Mox ante hanc vocem διδάγματα, quæ bis cum articulo legitur apud Eusebium, iidem mss. codices neutro in loco articulum agnoscunt. Ibidem Euseb. ἐπειδὴ δέ.

(45) *Ἔγνω αὕτη.* Quidquid intra has voces et istas ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ interjectum est, id deest in codicibus Regio et Claromontano, ac desumptum est ex Eusebio, qui lacunam opportune explet. Monuit Thirlbius legendum ἔγνω, αὐτή. Deest apud Eusebium postrema vox.

(46) *Ἐλπίδας.* Sic cum editis nostris duo codd. antiquissimi Colb. et Reg. et Rob. Steph. At Valesius habet ἐλπίδα. *Ἐλπίδα* reposuit D. Otto.

(47) *Ὅπως μὴ κοινωνός.* Multi ex antiquis scriptoribus idem existimarunt, non licere cum viro adultero aut cum uxore adultera manere, sic tamen ut aliud matrimonium minime concederent. Vide Cotelerium in librum II Hermæ.

(48) *Παρ' ὑμῖν.* Male in editionibus Euseb. legitur παρ' ἡμῖν. Lectionem nostram confirmant tres codices antiquissimi, duo Colbertini et unus ex Regiis. Facile perspicitur cur Justinus Latinam vocem usurpans dixerit, « misso eo quod vocatis repudio. » Mox deest πάσῃ post κακίᾳ in eodem Reg. et duobus Colbertinis antiquioribus. Magna sane auctoritas contra vocem sua sponte non necessariam.

(49) *Μὴ βουλομένου.* Non leguntur hæc verba in tribus codicibus valde antiquis, nempe duobus Colbertinis et uno Regio. Neque etiam ea agnoscit Nicephorus, sed tamen legisse Rufinus videtur. Mox tres codices recentiores habent ἀνέδωκε.

Digitized by Google

νην εἶναι. Καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα· ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κατηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν (50). Καὶ συνεχώρησας τοῦτο. Ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνὴρ, πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ δυνάμενος τανῦν ἔτι λέγειν (51), πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν Οὔρβικος (52) ἐκολάσατο, διδάσκαλον ἐκείνης (53) τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γενόμενον, ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου. Ἑκατόνταρχον εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου, καὶ ἀνερωτῆσαι αὐτὸ τοῦτο μόνον, εἰ Χριστιανός ἐστι (54). Καὶ τὸν Πτολεμαῖον, φιλαλήθη, ἀλλ' οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανὸν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πεποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκολάσατο. Τελευταῖον δὲ, ὅτε ἐπὶ Οὔρβικον ἦλθεν (55) ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός. Καὶ πάλιν, τὰ καλὰ ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχὴν, τὸ διδασκάλιον (56) τῆς θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν. Ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὁτιοῦν (57), ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος, ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος, τὴν ὁμολογίαν φεύγει· ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. Καὶ τοῦ Οὐρβίκου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι, Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν Χριστιανὸς, ὁρῶν τὴν ἀλόγως οὕτως γενομένην κρίσιν, πρὸς τὸν Οὔρβικον ἔφη· « Τίς ἡ αἰτία; Τοῦ (58) μήτε μοιχὸν, μήτε πόρνον, μήτε ἀνδροφόνον, μήτε λωποδύτην, μήτε ἅρπαγα, μήτε ἁπλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ (59) προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκολάσω (60); Οὐ πρέποντα

esset Christiana. Atque illa quidem libello tibi, imperator, oblato postulavit, ut prius sibi domui suæ prospicere liceret; deinde domesticis rebus compositis, responsuram se accusationi. Atque id quidem annuisti. At illius quondam maritus, qui tum adversus eam non jam dicere poterat, in Ptolemæum quemdam, quem Urbicus supplicio affecit, quique mulieris in re Christiana magister fuerat, impetum suum vertit hoc modo. Centurioni cuidam amico suo persuasit, ut Ptolemæum in carcerem conjecturus apprehenderet, idque tantum interrogaret, an esset Christianus. Tum Ptolemæus, ut erat veritatis cultor et animo a fraude et mendacio alienus, cum se Christianum esse confessus esset, in vincula conjectus est a centurione, diu que ab eo in carcere afflictus. Postremo coram Urbico adductus, similiter id unum interrogatus est, an esset Christianus; ac præclare sibi ob traditam a Christo doctrinam conscius, institutionem divinæ virtutis iterum confessus est. Nam qui negat quidpiam, vel ideo 90 negat, quod rem ipsam condemnet; vel se ipse indignum illa et alienum judicans, confessionem fugit; quorum neutrum inest vero Christiano. Cum igitur Urbicus ad supplicium abduci Ptolemæum jussisset; Lucius quidam, qui et ipse Christianus erat, tam alienum a ratione judicium videns, sic Urbicum compellavit: « Quid causæ est? Cur huic homini nec adulterii nec stupri reo, nec homicidæ, nec furi, nec raptori, nec ullius maleficii convicto, sed tantum Christiani nominis appellationem confitenti pœnam irrogaveris? Non ut decet pium imperatorem, nec ut philosophum Cæsaris filium, nec ut sacrosanctum senatum, judicas, Urbice. » Tum ille nihil aliud re-

(50) *Διοίκησιν.* Legebatur in editis nostris et in Ensebiana R. Steph. editione μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν ὑπέσχετο. Sed postremum verbum exemplo Valesii sustuli, quod nec Rufino, nec Nicephoro cognitum, in uno tantum Regio codice recentiore invenitur. Sic enim reddit Rufinus: « Et illa quidem libellum tibi obtulit, imperator, ut primo permitteretur ei rem familiarem ordinare; tum deinde responderet objectis. » Habet alius codex e Colbertina Bibliotheca, itidem recens, ὑποσχομένη.

(51) *Λέγειν.* Verbum forensibus negotiis aptum, ac de iis solitum usurpari, qui litem persequuntur, ut observatum est ad epist. 33 S. Basilii.

(52) *Ὃν Οὔρβικος.* Legitur in omnibus Eusebii codicibus mss. et editis Οὐρβίκιος. Sed cum a Justino vocetur Urbicus semel et iterum initio orationis, atque etiam infra ὦ Οὔρβικε, satius videtur in his etiam, quæ ex Eusebio desumpta sunt, eamdem scripturam sequi. Id enim consentit, ut observat Valesius, et cum veteri inscriptione, in qua vocatur Q. Lollius Urbicus, et cum Apuleio qui in sua Defensione non procul ab initio, præfecturæ Urbanæ, quam idem gessit Urbicus, non obscure meminit. Hæc autem verba ὃν Οὔρβικος ἐκολάσατο leguntur in omnibus Eusebii mss. codicibus, sed apud Nicephorum desunt. Rufinus videtur illa in interpretando neglexisse, quod quidem et Valesio accidit.

(53) *Ἐκείνης.* H. Stephanus legit ἐκείνῃ, et paulo post αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰ Χριστιανός ἐστι, sed frustra in S. Justino emendetur quidquid minus ornatum grammaticis videtur.

(54) *Ἀνερωτῆσαι αὐτὸ τοῦτο μόνον, εἰ.* Ita cum H. Stephano et Pearsono, pro vulg. ἀνερ. εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον reponendum censeo, vel tota librariorum natione repugnante, cum præsertim mox sequatur ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός. Astipulatur Gœzius, nisi quod αὐτόν scribit; sed αὐτό bene se habet. Otto.

(55) Pro vulgato ἦλθεν, vocem ἦχθη, optimis Eusebii codicibus mss. firmatam, nec Pearsono, Gallandio et Goezio improbatam, reponere non dubitavi. Otto.

(56) *Διδασκάλιον.* Melius forte διδασκαλεῖον, ut in duobus Colbertinis antiquioribus, et duobus Regiis, quorum unus valde antiquus.

(57) *Ὁτιοῦν.* Ita tres Colbertini codices et alius inter Regios valde antiquus. Sic etiam et Nicephorus, melius profecto, quam ut in editis Justini et Eusebii ὅτι οὐκ εἴη. Videtur Rufinus legisse ὁτιοῦν ᾖ. Reddit enim: « Qui negat quod est, sine dubio culpabile judicat esse quod negat. »

(58) *Τοῦ* pro τίνος, subintelligendo χάριν, id est, *cujus rei causa*, vel, *cur*. Edit. Patrol.

(59) *Ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ.* Pro his vocibus legitur in Clarom. et Reg. et R. Steph.: παθήματος δὲ Χριστοῦ, quæ quidem, omissis iis quæ ex Eusebio desumpta diximus, conjunguntur cum his superioribus verbis ἔγνω αὖτη, pro quibus tamen habet Clarom. ἔγνωκαν οὗτοι, et Reg. ἔγνωσαν οὗτοι.

(60) *Ἐκολάσω.* Legendum putat H. Steph. σὲ κολάσαι, vel saltem post has voces τίς ἡ αἰτία addendum δι' ἣν. Legit Thirlbius τίνι αἰτίᾳ τόν. Vide *Dialog.* n. 20.

Digitized by Google

spondens, sic Lucium alloquitur : « Tu quoque ex hoc hominum genere esse mihi videris. » Cum Lucius respondisset : « Maxime, » jussit eum Urbicus pariter abripi. At ille gratias etiam agebat ; cum se ab improbis ejusmodi dominis liberari, et ad Patrem ac Regem cœlorum proficisci cognosceret. Tertius alius superveniens eodem supplicio damnatus est.

A εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι (61), οὐδὲ φιλοσόφῳ (62) Καίσαρος παιδί, οὐδὲ τῇ ἱερᾷ (63) συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὐρβικε. » Καὶ ὃς, οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμενος, καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη· « Δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. » Καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος, « Μάλιστα, » πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ καὶ χάριν (64) εἰδέναι ὡμολόγει, πονηρῶν (65) δεσποτῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι γινώσκων (66), καὶ πρὸς τὸν

Πατέρα (67) καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι. Καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθὼν, κολασθῆνα. προσετιμήθη (68).

3. Ego etiam exspecto ut ab eorum, quos dixi, aliquo insidiis appetar, et ad stipitem affigar, aut certe ab illo strepitus et ostentationis amatore Crescente. Neque enim philosophi appellatione dignus est ; quippe qui de nobis ea publice testetur, B

3. Κἀγὼ οὖν (69) προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων (70) ἐπιβουλευθῆναι, καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι (71), ἢ κἂν ὑπὸ (72) Κρίσκεντος τοῦ φιλαφόφου (73) καὶ φιλοκόμπου· οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα· ὅς γε περὶ ἡμῶν (74) ἃ μὴ ἐπίστα-

(61) *Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι.* Multa hic ambiguntur, quis sit ille « Pius imperator, » quis Cæsaris filius, et utrum philosophus an philosophi filius dicendus sit. Sed de his aptior erit dicendi locus in Præfationis parte tertia.

(62) *Φιλοσόφῳ.* Ita apud Eusebium legitur. Justini autem editi et mss. codices φιλοσόφου. Eusebii codices, tres Colbertini et duo Regii, habent φιλοσόφῳ. Sic Nicephorus et Rufinus qui ita reddit : « Non sunt hæc digna Pio imperatore, nec sapientissimo puero filio ejus. » Vox ergo φιλοσόφου non reperitur, nisi in uno ex Regiis. Jam ad initium *Apol.* I, observavimus Lucium philosophum potius dici debuisse, quam philosophi filium. Designat his verbis Marcum Aurelium et Lucium Verum. Otto.

(63) *Τῇ ἱερᾷ.* Deest articulus apud Eusebium et mox ante Λουκίου ex Eusebio inseruit Sylburgius.

(64) *Καὶ χάριν.* Deest conjunctio apud Eusebium.

(65) *Πονηρῶν.* Euseb. πονηρῶν γὰρ δεσποτῶν τῶν τοιούτων. Deest illud τῶν in Eusebiana R. Stephani editione et in tribus antiquioribus codicibus jam sæpe memoratis, nempe duobus Colbertinis et uno Regio. Quare visum est expungendum.

(66) *Γινώσκων.* Euseb. ἐπεῖπε.

(67) *Πρὸς τὸν Πατέρα.* Euseb. παρὰ ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα τὸν Θεὸν πορεύεσθαι satis familiaris est martyribus excelsa hæc et plena pietatis sententia. In actis S. Polycarpi Germanicus martyr : « bestiam ultro se attraxit, cupiens velocius ex injusta et iniqua eorum hominum vita effugere. » Vide *Apol.* I, n. 7 et Clem. Alex. *Strom.* IV, p. 505.

(68) *Προσετιμήθη.* Minus belle προετιμήθη apud Valesium contra fidem codicum mss. S. Ptolemæum Alexandriæ cum sociis passum esse Usuardi et Adonis Martyrologia testantur, sed manifesto errore, cum supra diserte declaret Justinus id Romæ ante paucos dies contigisse. Ibidem Regius codex et R. Stephanus ἀπελθών.

(69) *Κἀγὼ οὖν.* Totum hunc locum usque ad hæc verba πλὴν ἀδιαφορίας huc transtuli, et cum martyrum historia necessariis de causis conjungendum duxi. 1° Eusebius hunc ordinem perspexit in codicibus quibus utebatur. Postquam enim S. Ptolemæi ejusque sociorum martyrium narravit, sic ait : Τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων· Κἀγὼ οὖν, etc. « Hic Justinus apte et consequenter ea verba subjungit, quæ supra memoravimus. Ego etiam, inquit, » etc. Unde etiam sic Rufinus : « Post hæc illa Justinus annexuit ex ordine quæ paulo ante retulimus. Et ego inquit, » etc. 2° Totus hic de Crescente locus, cum percommode cum martyrum historia connectitur, tum vero positus, ut antea, inter hæc verba n. 8 : Ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε, ubi Justinus de æterno igne disserit, et ista nunc proxime sequentia, n. 9 : Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ, ubi philosophorum adversus ignem æternum cavillationes refellit, sententiæ seriem, ut quisque facile perspicit, mirum in modum turbaret.

(70) *Τῶν ὠνομασμένων.* Hæc verba sic reddit Rufinus : « Ab aliquo horum quibus pro veritate obsisto. » Valesius : « Ab aliquo eorum qui philosophi appellantur. » Sed meminisse debemus Justinum initio orationis dixisse Christianos ab iis, quibuscum arctissima necessitudine conjuncti sunt, a patre, a filio, a vicino, ab amico, a fratre, ab uxore, a viro prodi et in judicium vocari solere. Ait igitur S. martyr exspectare se, ut ab eorum, quos recensuit, aliquo, id est a vicino, aut amico aut conC guato insidiis appetatur, vel certe ab inimico Crescente.

(71) *Καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι.* Eusebius et Nicephorus habent « κἂν ξύλῳ ἐντιναγῆναι, » atque ita videtur legisse Rufinus, qui vertit : « Baculo et clava feriendum. » Reddit Valesius « in nervum compingi. » Quamvis autem plerique Eusebii mss. codices habeant ἐντιναγῆναι, præferenda tamen videtur vulgata Justini scriptura. 1° Non solum in mss. Justini codicibus ita legitur, sed etiam, teste Valesio, olim ita legebatur in codice Medicæo, Eusebii historiam continente, in quo hodie legitur ἐν ξύλῳ ἐνταγῆναι. 2° Videtur sensus postulare ut ita legamus. Nam cum Justinus, post enarratum trium martyrum supplicium, ait : « Ego etiam exspecto, » etc., declarat profecto se martyrium exspectare. Ipse Eusebius testatur eum, « sicut ipse prædixerat, Crescentis insidiis martyrio coronatum esse. » Videtur autem gravissimum illud supplicium designare, quod tunc in Christianos valde usitatum D fuisse discimus ex his Tertulliani verbis : « Licet nunc Sarmenticios, inquit *Apol.* cap. ult. et Semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis : tali curru triumphamus. » Hac fretus auctoritate reddendum putavi : « Ad stipitem affigar. » Vide Acta S. Polycarpi. Minus apte Scaliger, « patibulo affigi. » De his iterum agemus in Præfat. parte III.

(72) *Ἢ κἂν ὑπό.* Consentit hæc scriptura cum tribus codicibus Eusebii, sed iis recentioribus. Alii cum editis et Nicephoro habent, ἢ καὶ ὑπό.

(73) *Φιλοψόφου.* Eusebius ἀφιλοσόφου. De hoc philosopho cynico Tatianus *Orat. adv. Græcos*, c. 19.

(74) *Ὅσγε περὶ ἡμῶν.* Non recte Valesius ὥσγε. Nicephorus enim et R. Stephanus et codices mss. uno excepto recentiore habent ut Justinus. Deest illud περὶ ἡμῶν apud Eusebium qui sic habet περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται.

Digitized by Google

ται, δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων (75) ταῦτα πράττων. Εἴ τε γὰρ, μὴ ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι, κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστι, καὶ ἰδιωτῶν πολλῷ χείρων (76), οἱ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν. Ἢ εἰ ἐντυχὼν, μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον (77)· ἢ συνεὶς, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον ἀγεννὴς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν. Καὶ γὰρ προθέντα (78) με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, καὶ μαθεῖν (79) καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν. Βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. Εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου, καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι οὐδὲν τῶν ἡμετέρων (80) ἐπίσταται· ἢ, εἰ καὶ ἐπίσταται (81), διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν ὁμοίως Σωκράτει, ὡς προέφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος (82) ἀνὴρ δείκνυται· ὃς γε μὴ τὸ (83) Σωκρατικὸν, ἀξιέραστον ὄν, τιμᾷ, « Ἀλλ' οὔτι γε πρὸ τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ. » Ἀδύνατον δὲ κυνικῷ, ἀδιάφορον τὸ τέλος προεμένῳ, τὸ ἀγαθὸν εἰδέναι πλὴν ἀδιαφορίας.

A quæ prorsus ignorat, atheos et impios esse Christianos, ad gratiam et voluptatem deceptæ plebeculæ asseverans. Nam si, cum doctrinam Christi non legerit, nos tamen exagitat, nequissimus profecto est ac multo deterior 91 hominibus imperitis, qui sæpe cavent, ne de rebus, quas ignorant, loquantur et falsum testimonium dicant. Sin autem legit, non intellexit hujus doctrinæ majestatem; aut si intellexit, ne Christianum esse illum homines suspicentur, ita se gerit, ac multo magis ignavus est et pessimus, ut qui populari et a ratione aliena opinione ac metu superetur. Illud enim scire vos velim me, cum nonnullas ei interrogationes ejusmodi proposuissem, didicisse et deprehendisse illum revera nihil scire. Atque ut verum a me dici pateat, B paratus sum, si disputationes illæ ad vos perlatæ non sunt, coram vobis interrogationes iterum proponere. Regium sane hoc etiam opus fuerit. Si vero ad aures vestras interrogationes meæ, illiusque responsa pervenerunt, liquet vobis nihil eum scire rerum nostrarum; aut si scit ille quidem, sed audientium metu non audet ad exemplum Socratis eloqui; non philosophum, ut jam dixi, sed opinionum amatorem deprehendi; quippe qui pulcherrimum illud Socratis dictum parvi faciat : « Sed plus honoris non est habendum homini, quam veritati [90]. » Verum integrum Cynico non est, finem ultimum in indifferentia constituenti, aliud bonum præter hanc indifferentiam existimare.

4. Ὅπως δὲ μή τις εἴπῃ (84)· Πάντες οὖν ἑαυτοὺς φονεύσαντες πορεύεσθε ἤδη παρὰ τὸν Θεὸν, καὶ ἡμῖν

4. Sed ne quis ita dicat : « Omnes igitur morte vobis ipsis illata jam nunc abite ad Deum, nec nobis

[90] Plat. x *De rep.*, p. 595.

(75) *Πεπλανημένων*. Sic etiam Rufinus et Nicephorus et tres antiquiores mss. codices. Sed tamen Valesius retinet πεπλανημένως, atque ita legendum esse contendit.

(76) *Πολλῷ χείρων*. Ita editiones Eusebii et codex vetustissimus Colb., cui consentit alius ex Regiis valde antiquus, excepto quod habet χεῖρον. Codices recentiores et Nicephorus habent, ut editi nostri, πολύ. Infra vetustissimus codex Colbertinus habet ὧν ἐλάττω, alius itidem Colb. valde antiquus ὧν ἐλάττων. Ita et Robertus Stephanus. Regius valde antiquus ὧν ἐλάσσω.

(77) *Μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον*. Eusebio debetur hujus loci emendatio. Habebant enim editi nostri : Ἢ εἰ ἐντυχὼν τῷ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ, ἢ συνεὶς, quod quidem postremum verbum necessitatem imponit legendi antea μὴ συνῆκε. Post ἐντυχών, virgulam apposui, subaudiendo id quod antea dixit Justinus, κατατρέχει ἡμῶν. Sequentia autem sic interpretatus sum, ut contextum nullo prorsus in verbo immutarem. Nimirum, cum Crescens in responsionibus suis summam ignorationem rerum Christianarum significasset, alterutrum ex duobus necessarium esse colligitur, ut Christianorum libros legendo non intellexerit, vel intellexisse se dissimulet. Rufinus, quem sequitur Valesius, ita reddit : « Si vero legit quæ apud nos scripta sunt, et sui non intellexit eorum virtutem, aut intellexit quidem, sed dissimulat... multo nequior et detestabilior judicandus est. » Sequi nolui hanc interpretationem, quia æquum non videtur ut Crescens multo magis ignavus et improbus dicatur, eo quod librorum, quos legerat, intelligentiam assecutus non fuisset. Thirlbius, ut hoc effugiat incommodum, legit, ἢ εἰ συνεὶς, et distinguit post ἐντυχών. Male Eusebius καὶ εἰ ἐντυχών. Habet Nicephorus, ut Justini editiones.

(78) *Προθέντα*. Ita Euseb. melius quam editi nostri προταθέντα.

(79) *Μαθεῖν*. Deest conjunctio apud Eusebium.

(80) *Τῶν ἡμετέρων*. Hæc addidit ex Eusebio Sylburgius. Sic etiam legit Rufinus.

(81) *Ἢ, εἰ καὶ ἐπίσταται*. Deest καί apud Eusebium.

(82) *Φιλόδοξος*. Notatur hac voce non tam gloriæ quam opinionis et mendacii amor. Idcirco enim φιλόδοξος vocatur Crescens, quia veritatem prædicare non audet, ac plus hominibus tribuit quam veritati. Paulo ante dicebatur : Ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων. In eamdem sententiam videtur strepitus et ostentationis vocari amator, nempe mendacii et falsarum opinionum. Philosophi κόμπους n. 9, appellant doctrinam de igne æterno. Vide *Apol.* I, n. 57.

(83) *Ὅς γε μὴ τό*. Ita R. Stephani Eusebiana editio et tres vetustiores mss. quorum duo non agnoscunt sequens verbum ὄν, quod etiam a R. Stephano expunctum fuit. Editi nostri : Ὅσγε μηδὲ τό.

(84) *Ὅπως δὲ μή τις εἴπῃ*. Dicterium illud, cui occurrit Justinus, sæpe in ore erat ethnicis : « Arrius Antoninus, inquit Tertullianus lib. *Ad Scap.*, c. 4, in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia ejus se manu facta obtulerunt : cum ille, paucis duci jussis, reliquis ait : Ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. »

Digitized by Google

negotia facessite; » dicam quid causæ sit, cur id non faciamus, et cur interrogati impavide confiteamur. Non frustra mundum a Deo conditum esse didicimus, sed propter humanum genus; placere autem illi jam diximus eos, qui illum imitantur, contra displicere qui deteriora vel dicto vel facto amplectuntur. Igitur si omnes nobis ipsi manus afferamus, quominus quisquam gignatur, aut divina doctrina imbuatur, aut etiam quominus exstet humanum genus, in causa, quantum in nobis est, erimus, ipsi quoque contra Dei consilium venientes, si ita faciamus. Interrogati autem non negamus, tum quod nullius mali nobis conscii simus, tum quod impium existimemus veritatem in omnibus non dicere, cum id Deo gratum esse sciamus; tum etiam quod vos opinione inique anticipata nunc liberare studeamus.

5. Si quem autem hæc cogitatio subeat, minime eventurum, si Deum adjutorem profiteremur, ut iniqui, quemadmodum dicimus, dominatu suo nos premerent ac suppliciis afficerent; **92** id quoque a me dissolvetur. Deus qui mundum universum creavit, cum terrena hominibus subjecisset, ac cœlestia elementa, quæ et ipsa hominis causa ab eo creata esse liquet, ad frugum proventum, et temporum conversiones adornasset, atque hanc divinam legem sanxisset, hominum ac rerum sub cœlo positarum curam angelis, quos huic præfecit muneri, commisit. Angeli autem ordinem institutum prætergressi, in stupra cum mulieribus prolapsi sunt ac filios susceperunt eos, qui dæmones appellati; atque etiam postea genus humanum sibi in servitutem addixerunt, partim scriptis magicis, partim terroribus et suppliciis inferendis, partim sacrificiis, suffimentis et libaminibus edocendis; quibus rebus egere cœperunt, ex quo cupiditatum morbis emancipati sunt; denique in humanum genus cædes, bella, adulteria, flagitia atque omne vitiorum genus prosemina-runt. Hinc poetæ et fabularum scriptores, cum angelos ignorarent progenitosque ex illis dæmones ea in masculos et feminas, in urbes et nationes perpetrasse, quæ litteris mandabant; in ipsum Deum, ac

πράγματα μὴ παρέχετε· ἐρῶ δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο οὐ πράττομεν, καὶ δι' ἣν ἐξεταζόμενοι ἀφόβως ὁμολογοῦμεν. Οὐκ εἰκῇ τὸν κόσμον πεποιηκέναι τὸν Θεὸν δεδιδάγμεθα, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἀνθρώπειον γένος· χαίρειν τε τοῖς τὰ προσόντα αὐτῷ μιμουμένοις προέφημεν (85), ἀπαρέσκεσθαι δὲ τοῖς τὰ φαῦλα ἀσπαζομένοις, ἢ λόγῳ, ἢ ἔργῳ. Εἰ οὖν πάντες ἑαυτοὺς φονεύσομεν, τοῦ καὶ γεννηθῆναί (86) τινα, καὶ μαθητευθῆναι εἰς τὰ θεῖα διδάγματα, ἢ καὶ μὴ εἶναι τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, αἴτιοι ἐσόμεθα, ἐναντίον τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ καὶ αὐτοὶ ποιοῦντες, ἐὰν τοῦτο πράξωμεν. Ἐξεταζόμενοι δὲ οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον, ἀσεβὲς δὲ ἡγούμενοι μὴ κατὰ πάντα ἀληθεύειν, ὃ καὶ φίλον τῷ Θεῷ γινώσκομεν· ὑμᾶς δὲ καὶ τῆς ἀδίκου προλήψεως ἀπαλλάξαι νῦν σπεύδοντες.

5. Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι (87) καὶ ἡ ἔννοια αὕτη, ὅτι εἰ Θεὸν ὁμολογοῦμεν βοηθὸν, οὐκ ἄν, ὡς λέγομεν, ὑπὸ ἀδίκων ἐκρατούμεθα καὶ ἐτιμωρούμεθα, καὶ τοῦτο διαλύσω. Ὁ Θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας, καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας, καὶ τὰ οὐράνια στοιχεῖα εἰς αὔξησιν καρπῶν, καὶ ὡρῶν μεταβολαῖς (88) κοσμήσας, καὶ θεῖον τοῦτον νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἀνθρώπους φαίνεται πεποιηκὼς, τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πρόνοιαν ἀγγέλοις, οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. Οἱ δ' ἄγγελοι, παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν, γυναικῶν μίξεσιν (89) ἡττήθησαν, καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες· καὶ προσέτι λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν· τὰ μὲν διὰ μαγικῶν γραφῶν (90), τὰ δὲ διὰ φόβων καὶ τιμωριῶν ἐπέφερον, τὰ δὲ διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι· καὶ εἰς ἀνθρώπους φόνους, πολέμους, μοιχείας, ἀκολασίας, καὶ πᾶσαν κακίαν ἔσπειραν. Ὅθεν καὶ ποιηταὶ καὶ μυθολόγοι, ἀγνοοῦντες τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεννηθέντας δαίμονας (91), ταῦτα πρᾶξαι εἰς ἄρρενας καὶ θηλείας, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη, ἅπερ συνέγραψαν, εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς ὡς ἀπ' αὐτοῦ σπορᾷ γενομένους υἱοὺς, καὶ τῶν λεχθέντων (92) ἐκείνου ἀδελφῶν, καὶ τέκνων ὁμοίως τῶν

(85) *Apol.* I, n, 10.

(86) *Τοῦ καὶ γεννηθῆναι.* Legendum μὴ γεννηθῆναι monuere Perionius et Sylburgius.

(87) *Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι.* Id solitos esse objicere ethnicos testatur Clemens Alexandrinus, qui eorum dicta sic refert *Strom.* IV, p. 505 : Διὰ τί δὲ οὐ βοηθεῖσθε διωκόμενοι; φασί. « Cur autem auxilium vobis non fertur, cum persecutio in vos movetur? inquiunt. »

(88) *Μεταβολαῖς.* Legendum esse μεταβολάς observat Thirlbius, et στοιχεῖα esse solem et lunam et alia sidera demonstrat ex Justini *Dialogo* nn. 23 et 85. Vide Theophil. lib. I, n. 4. Valde mihi arridet ejusdem viri eruditi alia observatio, qui legendum putat : Καὶ θεῖον τούτοις νόμον τάξας.

(89) *Γυναικῶν μίξεσιν.* Eadem habemus in *Apol.* I, n. 5. Hæc de angelis sententia a Philone Judæo lib. *De gigant.* et a Josepho I *Antiq.* ad scriptores nostros pervenit, quorum pluribus eo magis arrisit, quod ipsi philosophi deos nidorum esse avidos faterentur. Vide Lucianum lib. *De sacrificiis*, Plutarchum lib. *De Iside*, non longe ab initio, Porphyrium *De abstin. animal.* n. 42. Mox forte τὸ λοιπὸν ἀνθρώπ.

(90) *Διὰ μαγικῶν γραφῶν.* Legitur in *Apol.* I, n. 14 : Διὰ μαγικῶν στροφῶν, ut idem observat. Mox etiam legendum esse ὧν ἐπέφερον admonet.

(91) *Γεννηθέντας δαίμονας.* Sic etiam Tertullianus a Thirlbio citatus *Apol.* cap. 22 : « Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens dæmonum evaserit damnata a Deo cum generis auctoribus et cum eo, quem diximus, principe, apud litteras sanctas cognoscitur. » Alii, ut Athenagoras *Apol.* n. 25, gigantes ex angelis genitos dixere.

(92) *Τῶν λεχθέντων.* Hæc quoque mihi videntur peracute illustrari ab eodem doctissimo editore. Legit enim καὶ τοὺς λεχθέντας ἐκείνου ἀδελφοὺς καὶ τέκνα ὁμοίως τὰ ἀπ' αὐτῶν ἐκείνων. Sed tamen hæc generationum series, Neptunus et Pluto, eorumque filii et nepotes, respondere angelis, dæmonibus et heroibus videtur.

Digitized by Google

ἐκ' ἐκείνων, Ποσειδῶνος καὶ Πλούτωνος, ἀνήνεγκαν. Ὀνόματι γὰρ ἕκαστον, ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ (93) τῶν ἀγγέλων καὶ τοῖς τέκνοις ἔθετο, προσηγόρευσαν.

A in eos qui tum ipsius satu geniti, tum ex ejus fratribus Neptuno et Plutone, eorumque filiis procreati ferebantur, ea transtulere. Quod enim nomen unusquisque angelorum sibi et filiis suis imposuerat, eo quemque appellaverunt.

6. Ὄνομα δὲ τῷ πάντων Πατρὶ θετὸν, ἀγεννήτῳ ὄντι, οὐκ ἔστιν. Ὃ γὰρ ἂν καὶ ὀνόματι (94) προσαγορεύηται, πρεσβύτερον ἔχει τὸν θέμενον τὸ ὄνομα. Τὸ δὲ Πατὴρ, καὶ Θεὸς, καὶ Κτίστης, καὶ Κύριος, καὶ Δεσπότης, οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποιιῶν καὶ τῶν ἔργων προσρήσεις. Ὁ δὲ Υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως Υἱὸς, ὁ Λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων, καὶ συνὼν καὶ γεννώμενος (95), ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε· Χριστὸς μὲν, κατὰ τὸ κεχρῖσθαι (96), καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν, λέγεται· ὄνομα καὶ αὐτὸ περιέχον ἄγνωστον σημασίαν· ὃν τρόπον καὶ τὸ Θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὀνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτου ἔμφυτος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δόξα. Ἰησοῦς δὲ καὶ ἀνθρώπου καὶ Σωτῆρος (97) ὄνομα καὶ σημασίαν ἔχει. Καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος, ὡς προέφημεν (97**), γέγονε, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς βουλὴν ἀποκυηθεὶς ὑπὲρ τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων, καὶ καταλύσει (98) τῶν δαιμόνων. Καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων μαθεῖν δύνασθε. Δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ πάντα τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ (99) πόλει, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων τῶν Χριστιανῶν, ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὑπὸ τῆς ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν

6. Nomen autem universorum Parenti, eo quod ingenitus sit, nullum prorsus inditum est. Quocunque enim nomine appelletur, antiquiorem habet eum, qui nomen imposuit. Hæc autem, Pater, Deus, Conditor, Dominus, Herus, non sunt nomina, sed ex beneficiis et operibus appellationes. Ejus autem Filius, qui solus proprie Filius dicitur, Verbum antequam mundus crearetur, quod et una cum eo aderat, et genitum est, cum per illud initio omnia condidit et ornavit; hic, inquam, Filius, eo quod unctus sit et per eum Deus omnia ornaverit, Christus B vocatur; quo quidem et ipso nomine res significatur indeprehensa; quemadmodum *Dei* appellatio non nomen est, sed rei non enarrabilis insita naturæ hominum 93 opinio. Jesus autem et hominis et Salvatoris nomen et significationem habet. Nam et homo factus est, ut antea diximus, de Dei et Patris voluntate partu editus pro credentibus hominibus et ad dæmonum eversionem. Id profecto ex his quæ in omnium oculis geruntur, perspicere potestis. Plurimos enim dæmoniis agitatos in toto orbe et in urbe vestra, multi ex nostris Christianis, cum per nomen Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi adjurarent, ab omnibus aliis adjuratoribus, incantatoC ribus et veneficis non sanatos sanaverunt, atque

(93) *Ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ.* Eadem habemus *Apol.* I, n. 5., Athenag. *Apol.* n. 26, apud Lactantium lib. IV, c. 27, et Euseb. lib. IV, c. 5, *Præpar. ex.* ex Plutarcho.

(94) *Ὃ γὰρ ἂν καὶ ὀνόματι.* Simillimam sententiam citat S. Joannes Damascenus ex *Narratione martyrii S. Babylæ* : Πᾶν γὰρ τὸ ὀνομαζόμενον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ὀνομάζεται, ἵνα τὸ μὲν καλῇ, τὸ δὲ ὑπακούῃ... Θεὸς οὐκ ὄνομα, ἀλλὰ δόξα περὶ Θεοῦ, *Parall.*, p. 784.

(95) *Καὶ γεννώμενος.* Clarom. γενόμενος. Sic etiam legendum putat Scaliger *Not. in Euseb. Chron.* Sed nec ipse nec Bullus et Grabius, qui eum refellunt, animadverterunt illud ὅτε, et ita interpretati sunt quasi scriptum esset ὅτι. Justinus de Filii generatione ad mundi creationem idem sentit ac multi alii scriptores, idque hoc loco conceptis D verbis declarat. Sed hanc generationem nihil detrahere de Filii æternitate perspicitur, siquidem erat una cum Patre antequam prodiret ad mundi creationem. Erunt fortasse qui legendum putent : Ὁ Λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων συνών. « Verbum quod erat cum Patre ante res creatas ; » sed vulgatæ scripturæ sensus æque præclarus est, modo ante hæc verba καὶ συνών, interpungatur. Mox legitur in Regio codice ἐκόσμησε καὶ ἔκτισε.

(96) *Κατὰ τὸ κεχρῖσθαι.* Scaliger loco mox citato legit χρίσαι, sed Grabius et alii verbo passivo activam significationem attribuunt, ita ut Christus dicatur Verbum, quia per illud Deus omnia inunxit et ornavit. Solus Gelenius reddidit, « eo quod unctus sit. » Verbum Justinus unctum fuisse dicit, quia splendor est paternæ gloriæ et lumen de lumine. Hoc verbum χρίεσθαι satis aptum videtur ad significandum splendorem. Sic enim Theophilus Antiochenus lib. I, num. 12, ait nullum opus ornatum esse posse, nisi ungatur, et ad splendorem expoliatur, ἐὰν μὴ χρισθῇ καὶ στιλβωθῇ. Ait ibidem aerem quodam modo luce inungi, τρόπῳ τινὶ χρίεται φωτί. Valentiniani, inter alia nomina quæ Verbo mundum creanti tribuebant, Christum illud appellabant; et Christum dicebant esse lumen illud quo recedente Achamoth perturbata fuerat, Iren. lib. IV, num. 1 et 5. S. Ambrosius in libro *De fuga sæculi* c. 13, de Verbo sic loquitur : « Unctus naturaliter legitur a Deo Patre, quia lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. » — [Quod ait Justinus Verbum ab æterno unctum fuisse, atque inde deductam Christi appellationem, id videtur deduxisse ex verbis Scripturæ, *Prov.* VIII, 27, ubi Sapientia, pro his verbis, quæ habentur in vulgata, *Ab æterno ordinata sum*, dicitur Hebr. *ab æterno inuncta*, quia nimirum splendor est majestatis. Ungi enim idem est ac splendescere, ut ex supradictis intelligi potest.] *Ex Addendis et Emendandis.*

(97) *Καὶ ἀνθρώπου καὶ Σωτῆρος.* Nomine Jesu hominem simul et salvatorem designari ait, quia illud Verbo incarnato sciebat convenire. Hoc enim discrimen inter Christi et Jesu nomen a Justino ponitur, quod primum Verbo ante Incarnationem competere crederet, alterum post Incarnationem.

(97*) *Apol.* I, n. 23 et 33.

(98) *Καταλύσει.* Legendum ἐπὶ καταλύσει, ut Perionius et Sylburgius viderunt : Legendum etiam ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πιστευόντων conjicit Thirlbius.

(99) *Ἐν τῇ ὑμετέρᾳ.* R. Stephanus habet ἡμετέρᾳ.

Digitized by Google

etiamnum sanant, fractis et ejectis dæmonibus homines detinentibus.

καὶ ἐπαστῶν καὶ φαρμακευτῶν (1) μὴ ἰαθέντας ἰάσαντο, καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται, καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες τοὺς κατέχοντας (2) τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας.

7. Quapropter Deus propter Christianorum semen, quod in causa esse novit, cur rerum natura conservetur, tenet se ne confusionem inducat, et dissolutionem totius mundi, ita ut nulli jam improbi exstent angeli et dæmones et homines. Nam nisi ita esset, non jam vobis hæc facere et a pravis dæmonibus incitari liceret; sed ignis judicii delapsus, nullo discrimine omnia dissolveret, quemadmodum olim diluvium, quod neminem reliquum fecit, præter unum cum suis apud nos vocatum Noe, apud vos Deucalionem, ex quo rursus tanta hominum multitudo propagata est, partim improborum, partim bonorum. Sic enim nos conflagrationem dicimus futuram, sed non, ut Stoici, secundum omnium rerum mutuæ in se invicem conversionis rationem; quod turpissimum videtur. Neque etiam fato homines agere aut ea quæ eveniunt pati, sed libero quemque arbitrio præclare agere aut peccare; bonos autem malorum dæmonum operatione, veluti Socratem et alios similes, vexari et in vinculis esse; contra Sardanapalum, Epicurum et alios ejusmodi in rerum omnium copia et splendore beatos videri. Quod cum Stoici minus intelligerent, fati necessitate omnia fieri decreverunt. Quoniam autem Deus ab initio liberum angelorum et hominum genus creavit, merito eorum, quæ peccaverint, supplicia in æterno igne persolvent. Creatæ autem cujuslibet rei hæc natura est, ut virtutis et vitii sit capax; neque enim quidquam laudabile faceret, nisi sese in utramque partem vertendi facultatem haberet. Atque id etiam declarant qui in qualibet regione apte ad rectam rationem leges tulere aut philosophati sunt, ex eo quod alia fieri præscribant, alia vitari. Hæc eadem constanter probant Stoici cum de moribus disputant; ut facile pateat in principiis et rebus incorporeis pertractandis non rectam eos viam insistere. Nam si fato fieri dicent, quæ ab hominibus 94 fiunt;

7. Ὅθεν καὶ ἐπιμένει ὁ Θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι, καὶ δαίμονες, καὶ ἄνθρωποι μηκέτι ὦσι, διὰ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἴτιόν (3) ἐστιν. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οὐδὲ ὑμῖν ταῦτα ἔτι ποιεῖν καὶ ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων δυνατὸν ἦν, ἀλλὰ τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως κατελθὸν, ἀνέδην πάντα διέκρινεν, ὡς καὶ πρότερον ὁ κατακλυσμὸς μηδένα λιπὼν, ἀλλ' ἢ τὸν μόνον σὺν τοῖς ἰδίοις παρ' ἡμῖν καλούμενον Νῶε, παρ' ὑμῖν δὲ Δευκαλίωνα, ἐξ οὗ πάλιν οἱ τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὧν οἱ μὲν φαῦλοι, οἱ δὲ σπουδαῖοι. Οὕτω γὰρ ἡμεῖς τὴν ἐκπύρωσιν φαμὲν γενήσεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὡς οἱ Στωϊκοὶ κατὰ τὸν τῆς εἰς ἄλληλα πάντων μεταβολῆς λόγον· ὃ αἴσχιστον ἐφάνη. Ἀλλ' οὐδὲ καθ' εἱμαρμένην πράττειν τοὺς ἀνθρώπους ἢ πάσχειν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν προαίρεσιν ἕκαστον κατορθοῦν ἢ ἁμαρτάνειν· καὶ κατὰ τὴν τῶν φαύλων δαιμόνων ἐνέργειαν τοὺς σπουδαίους, οἷον Σωκράτην καὶ τοὺς ὁμοίους, διώκεσθαι, καὶ ἐν δεσμοῖς εἶναι· Σαρδανάπαλον δὲ, καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ὁμοίους, ἐν ἀφθονίᾳ καὶ δόξῃ δοκεῖν εὐδαιμονεῖν. Ὃ μὴ νοήσαντες οἱ Στωϊκοὶ, καθ' εἱμαρμένης ἀνάγκην πάντα γίνεσθαι ἀπεφήναντο. Ἀλλ' ὅτι αὐτεξούσιον τό τε τῶν ἀγγέλων γένος καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, δικαίως ὑπὲρ ὧν ἂν πλημμελήσωσι, τὴν τιμωρίαν ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κομίσονται. Γεννητοῦ δὲ παντὸς ἥδε ἡ φύσις, κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι. Οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐπαινετὸν οὐδὲν αὐτῶν, εἰ οὐκ ἦν (4) ἐπ' ἀμφότερα τρέπεσθαι, καὶ δύναμιν εἶχε. Δεικνύουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ πανταχοῦ κατὰ λόγον τὸν ὀρθὸν νομοθετήσαντες καὶ φιλοσοφήσαντες ἄνθρωποι, ἐκ τοῦ ὑπαγορεύειν τόδε μὲν πράττειν, τῶνδε δὲ ἀπέχεσθαι. Καὶ οἱ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι, ἐν τῷ περὶ ἠθῶν λόγῳ, τὰ αὐτὰ τιμῶσι καρτερῶς· ὡς δηλοῦσθαι ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν καὶ ἀσωμάτων λόγῳ οὐκ εὐοδοῦν αὐτούς. Εἴτε γὰρ καθ' εἱμαρμένην φήσουσι τὰ γινόμενα πρὸς ἀνθρώπων γίνεσθαι, ἢ μηδὲν εἶναι Θεὸν παρατρεπό-

(1) *Φαρμακευτάς* interpretor *veneficos*, quia sic vocari solebant, qui magicis remediis sanare conabantur. Observat S. Ambrosius *in psalm.* CXVIII, Christianos, etsi in solo Christi nomine morbos curabant, veneficos tamen appellari solitos fuisse ab ethnicis, qui hæc miracula magicæ arti attribuebant. *Impugnatur quasi veneficus qui in nomine Domini gloriatur*

(2) *Κατέχοντας*. Clarom. κατασχόντας, et ad marginem κατέχοντας.

(3) *Τῇ φύσει ὅτι αἴτιον*. Mundi dissolutionem propter Christianos differri docet Justinus aliis in locis, *Apol.* nn. 28 et 45, et *Dialog.* num. 39. Sic etiam Hermas lib. I, cap. 2, num. 4: « Ecclesia omnium prima creata est, ideo anus, et propter illam mundus factus est.» Et Auctor epistolæ *ad Diognetum* infra n. 6: «Quod est anima in corpore, inquit, hoc sunt in mundo Christiani... Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa corpus conservat: sic et Christiani detinentur quidem in mundo, tanquam in custodia, sed ipsi mundum conservant.» Christianos exagitat Celsus, quasi dictitarent: Ὅτι Θεός ἐστιν, εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγονότες πάντη ὅμοιοι τῷ Θεῷ· καὶ ἡμῖν πάντα ὑποβέβληται, γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀήρ, καὶ ἄστρα, καὶ ἡμῶν ἕνεκα πάντα, καὶ ἡμῖν δουλεύειν τέτακται. « Deus est et nos post eum, ab eo facti omnino similes Deo. Nobis omnia subjecta sunt, terra, aqua, aer, astra; propter nos omnia, et ut nobis serviant ordinata,» apud Origen. lib. IV, p. 175. Negat Origenes hæc a Christianis dici solere: fatetur angelos hominibus præstantiores esse; negat astra illis esse subjecta; animata enim illa esse credebat. Sed tamen idem in lib. VIII, p. 424, declarat « constitutionem terreni mundi ab hominibus Dei conservari.» Vide Clem. Alexand. in lib. *Quis dives salvetur*, p. 56.

(4) *Εἰ οὐκ ἦν*. Legit Thirlbius εἰ οὐ καὶ (aut οὐκ ἂν) ἐπ' ἀμφότερα τρέπεσθαι δύναμιν εἶχε. Mox idem legit τάδε μέν.

Digitized by Google

μενα (5), καὶ ἀλλοιούμενα, καὶ ἀναλυόμενα εἰς τὰ αὐτὰ ἀεὶ, φθαρτῶν μόνων φανήσονται κατάληψιν ἐσχηκέναι, καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν διά τε τῶν μερῶν διά τε τοῦ ὅλου ἐν πάσῃ κακίᾳ γινόμενον· ἢ μηδὲν εἶναι κακίαν, μηδ' ἀρετήν· ὅπερ καὶ παρὰ πᾶσαν σώφρονα ἔννοιαν, καὶ λόγον, καὶ νοῦν ἐστί.

A vel Deum nihil aliud esse statuent præter ea quæ vertuntur et immutantur et in eadem semper resolvuntur, sicque nullius rei, quæ quidem corruptioni non sit obnoxia, notionem habere, ac Deum ipsum tum per partes, tum per universum in omni miseria et nequitia constituere videbuntur; vel nihil esse vitium, neque virtutem; quod ab omni sana notione et ratione et mente alienum est.

8. Καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δὲ δογμάτων, ἐπειδὴ κἂν τὸν ἠθικὸν λόγον (6) κόσμιοι γεγόνασιν, ὡς καὶ ἔν τισιν οἱ ποιηταὶ διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου μεμισῆσθαι καὶ πεφονεῦσθαι οἴδαμεν. Ἡράκλειτον μὲν, ὡς προέφημεν, καὶ Μουσώνιον (7) δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλους οἴδαμεν. Ὡς γὰρ ἐσημάναμεν, πάντας τοὺς κἂν ὁπωσδήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας, καὶ κακίαν φεύγειν, μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνήργησαν οἱ δαίμονες. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ τοὺς κατὰ σπερματικοῦ (8) λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς Λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γνῶσιν καὶ θεωρίαν, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν· οἳ τὴν ἀξίαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν κομίσονται, ἐν αἰωνίῳ πυρὶ ἐγκλεισθέντες. Εἰ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἤδη διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡττῶνται, δίδαγμά ἐστι (9) τῆς καὶ μελλούσης αὐτοῖς καὶ τοῖς λατρεύουσιν αὐτοῖς ἐσομένης (10) ἐν πυρὶ αἰωνίῳ κολάσεως. Οὕτως γὰρ καὶ οἱ προφῆται πάντες προεκήρυξαν γενήσεσθαι, καὶ Ἰησοῦς ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε.

8. Quia tamen Stoici in his saltem, quæ de moribus dixerunt, præclare sese habuerunt, id quod poetis interdum contigit propter insitum omni hominum generi rationis semen; eos qui ab hac disciplina profecti sunt, odiis flagrasse et occisos esse scimus. Heraclitum quidem, ut antea diximus, et Musonium in his qui nostra ætate floruerunt et alios novimus. Fecere enim semper atque effecere dæmones, quemadmodum demonstravimus, ut qui quovis modo secundum rationem vivere et vitium fugere studerent, ii omnes odio haberentur. Minime autem mirum si, qui non ad partem aliquam rationis disseminatæ vitam instituere student, sed ad totius Verbi, id est Christi, cognitionem et contemplationem, in eos multo majora convicti dæmones odia concitant; qui quidem debitas pœnas ac supplicia in æterno igne inclusi persolvent. Nam si jam ab hominibus per nomen Jesu Christi superantur, documentum est futuri illis et eorum cultoribus in æterno igne supplicii. Ita enim et prophetæ omnes prænuntiaverunt futurum, et magister noster Jesus edocuit.

(5) *Παρατρεπόμενα.* Locum perobscurum apposita interpretatione perspicuum esse spero. Legendum videtur, παρὰ τρεπόμενα pro παρατρεπόμενα, et καὶ addendum ante φθαρτῶν, et post Θεόν supplendum est φήσουσι. Verbum ἐσχηκέναι videtur referri posse ad has voces καὶ αὐτὸν τὸν Θεόν. Allata interpretatio confirmatur ex gemello *Apologiæ* primæ loco n. 28, ubi pariter Justinus ex Stoicorum de fato sententia hæc incommoda consequi pronuntiat, ut vel Dei natura evertatur, vel virtutem ac vitium nihil prorsus esse statuatur. Vide infra n. seq.

(6) *Κἂν τὸν ἠθικὸν λόγον.* Quidam legendum conjiciunt κατὰ τὸν ἠθικὸν λόγον. Sed inutilis prorsus conjectura in contextu minime corrupto.

(7) *Μουσώνιον.* Musonii multi fuerunt. Vix tamen dubium esse potest quin hic noster Musonius Tyrrhenus ille philosophus Stoicus sit quem Suidas διὰ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐλευθερίας a Nerone interfectum narrat. Thirlbius.

(8) *Κατὰ σπερματικοῦ.* Præmittenda particula οὗ, ut integra sit sententia. Mox autem post λόγου μέρος subaudiendum est βιοῦν σπουδάζοντας, quas voces paulo ante positas non necesse fuit repetere. Non hoc solum discrimen inter ethnicos et Christianos ponit Justinus, quod primi particulam veritatis cognoverint, Christiani vero totum Verbum incarnatum complectantur; sed etiam quod Christiani ab hoc Verbo incarnato sanati fuerint, n. 13, ac sua ipsius potestate Christus præstiterit, ut homines etiam imperiti et operarii gloriam et metum et mortem contemnerent. Sæpe observat Clemens Alexandrinus, ut *Strom.* I, p. 288 et 298, ethnicos philosophos particulam aliquam veritatis arripuisse. Sic loquitur *Strom.* VI, p. 674: Ἡ ὄντως ἀλήθεια παρ' ἡμῖν δείκνυται μόνοις· ἐπεὶ πρόσωπον μὲν τῆς δεικνυμένης ἀληθείας ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τὸ πρᾶγμα δὲ ἡ δύναμις τῆς πίστεως, ἡ καὶ παντὸς οὐτινοσοῦν ἐναντιουμένου, καὶ αὐτοῦ ὅλου ἐνισταμένου τοῦ κόσμου πλεονάζουσα. « Quæ vere est veritas apud nos solos ostenditur. Nam veritatis, quæ ostenditur, persona quidem est Filius Dei: res vero virtus fidei, quæ quodcunque ei adversatur, ac ipsum etiam totum mundum repugnantem superat. » Vide *Protrept.* p. 69.

(9) *Δίδαγμά ἐστι.* Hæc dæmonum pellendorum potestas æterno eos igne damnatum iri probat, non solum quia Christianæ doctrinæ; quæ id docet, veritas hoc miraculo confirmatur, sed etiam quia Christiani cum dæmones expellerent, æternum illis ignem minitabantur. Hinc Tertullianus *Apologet.* cap. 23: « Omnis hæc nostra, inquit, in illos dominatio et potestas de nominatione Christi valet et de commemoratione eorum quæ sibi a Deo per arbitrum Christum imminentia exspectant. Christum timentes in Deo et Deum in Christo subjiciuntur servis Dei et Christi. Ita de contextu, deque afflatu nostro, contemplatione et repræsentatione ignis illius correpti, etiam de corporibus nostro imperio exceedunt inviti et dolentes, et vobis præsentibus erubescentes. » [Præter rationes, quæ supra afferuntur, cur Christianorum in expellendis dæmonibus potestas argumentum sit destinati malis illis spiritibus supplicii, hæc etiam afferri potest, quod dæmones torquerentur dum eos Christiani adjurarent. Vid. Præf. part. II, c. XI, n. 5.] — *Ex Addendis et Emendandis.*

(10) *Μελλούσης.... ἐσομένης.* Commodius, ut jam nonnulli observarunt, legeretur μελλούσης.... ἔσεσθαι.

Digitized by Google

9. Sed ne quis forte idem dicat, quod ii qui existimantur philosophi, strepitus inanes esse ac terricula, quæ de improborum in igne æterno cruciatibus dicimus, ac nostram eo spectare sententiam, ut virtutem homines metu conducti colant, non propter ipsius pulchritudinem, nec quia illis placet; paucis respondebo, nisi ita se res habeat, vel Deum non esse, vel, si sit, nullam hominum curam gerere, nec quidquam esse virtutem et vitium, ac iniquе a legum latoribus puniri, qui præclara instituta transgrediuntur. Sed quia iniqui non sunt, eorumque parens eadem quæ ipse facit, facere per Verbum præcipit; iniqui sunt, qui eis non **95** obsequuntur. Si quis autem varias hominum leges objiciat, et apud alios quidem præclara quædam et quædam turpia censeri dicat; sed quæ apud istos turpia, apud alios præclara, et quæ præclara, turpia existimari; is audiat quid ea quoque de re dicamus. Cum leges ab improbis angelis accommodate ad eorum nequitiam institutas scimus, quibus similes eorum homines delectantur; tum vero recta ratio adveniens, non omnes opiniones, nec decreta omnia præclara esse demonstrat, sed quædam mala, quædam bona. Quare ejusmodi hominibus eadem dicam et similia, et uberius, si opus erit, disseram. Nunc ad propositum redeo.

10. Liquet ergo res nostras esse omni humana doctrina sublimiores, quia quidquid ad Verbum pertinet, id exstitit Christus qui pro nobis apparuit, nempe corpus et Verbum et anima. Quæcunque enim præclare unquam dixere aut excogitavere philosophi aut legum latores, hæc invento et considerato aliqua ex parte Verbo elaborarunt. Sed quia non omnia quæ sunt Verbi, id est Christi, cognoverunt, persæpe secum ipsis pugnantia dixerunt. Et qui Christo secundum humanam naturam antiquiores unamquamque rem ratione investigare aut refellere aggressi sunt, ii ut impii et curiosi in judicium abducti fuere. Quorum omnium longe firmissimus hac in re Socrates in eadem ac nos crimina vocatus est. Nova enim dixerunt ab eo dæmonia

9. Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν νομιζομένων φιλοσόφων, ὅτι κόμποι καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν, ὅτι κολάζονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ οἱ ἄδικοι, καὶ διὰ φόβον, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ καλὸν εἶναι καὶ ἀρεστὸν, ἐναρέτως βιοῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀξιοῦμεν, βραχυεπῶς πρὸς τοῦτο ἀποκρινοῦμαι, ὅτι, εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, οὔτε ἔστι Θεὸς, ἢ εἰ ἔστιν, οὐ μέλει αὐτῷ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ, οὐδὲ κακία, καὶ ὡς προέφημεν, ἀδίκως τιμωροῦσιν οἱ νομοθέται τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καλά. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἄδικοι ἐκεῖνοι, καὶ ὁ αὐτῶν πατὴρ (11) τὰ αὐτὰ αὐτῷ πράττειν διὰ τοῦ λόγου διδάσκων, οἱ τούτοις συντιθέμενοι οὐκ ἄδικοι (12). Ἐὰν δέ τις τοὺς διαφόρους νόμους τῶν ἀνθρώπων προβάληται, λέγων ὅτι παρ' οἷς μὲν ἀνθρώποις τάδε καλὰ, τάδε αἰσχρὰ νενόμισται, παρ' ἄλλοις δὲ τὰ παρ' ἐκείνοις αἰσχρὰ καλὰ, καὶ τὰ καλὰ αἰσχρὰ νομίζεται, ἀκουέτω καὶ τῶν εἰς τοῦτο λεγομένων. Καὶ νόμους διατάξασθαι τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ ὁμοίους τοὺς πονηροὺς ἀγγέλους ἐπιστάμεθα, οἷς χαίρουσιν οἱ ὅμοιοι γενόμενοι ἄνθρωποι· καὶ ὀρθὸς λόγος παρελθὼν (13), οὐ πάσας δόξας, οὐδὲ πάντα δόγματα καλὰ ἀποδείκνυσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν φαῦλα, τὰ δὲ ἀγαθά· ὥστε μοι καὶ πρὸς τοὺς τοιούτους τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ὅμοια εἰρήσεται, καὶ λεχθήσεται διὰ πλειόνων, ἐὰν χρεία ᾖ. Ταῦν δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνέρχομαι.

10. Μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα· διὰ τοῦτο (14) λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι, καὶ σῶμα, καὶ Λόγον, καὶ ψυχήν. Ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ φιλοσοφήσαντες ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ Λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τοῦ Λόγου ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστὸς, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον. Καὶ οἱ προγεγραμμένοι (15) τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον (16), λόγῳ πειραθέντες τὰ πράγματα θεωρῆσαι καὶ ἐλέγξαι, ὡς ἀσεβεῖς καὶ περίεργοι εἰς δικαστήρια ἦχθησαν. Ὁ πάντων δὲ αὐτῶν εὐτονώτερος πρὸς τοῦτο γενόμενος Σωκράτης τὰ αὐτὰ ἡμῖν ἐνεκλήθη. Καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὸν καινὰ δαιμόνια (17) εἰσφέρειν, καὶ οὓς ἡ πόλις νομίζει

(11) *Ὁ αὐτῶν πατήρ.* Similia loquitur Philo lib. *De sacrif. Abel.*, pag. 152 : Νομοθέτης γὰρ καὶ πηγὴ νόμων αὐτός, ὑφ' οὗ πάντες οἱ κατὰ μέρος νομοθέται. « Est enim legislator et fons legum ipse, sub quo omnes particulares legislatores. » Et Tertullianus *Apol.* 45 : « Dum tamen sciatis ipsas, inquit, leges quoque vestras, quæ videntur ad innocentiam pergere, de divina lege, ut antiquiore, formam mutuatas. » Vid. Aug. I, *De lib. arbitr.*, n. 15.

(12) *Οὐκ ἄδικοι.* Legendum οἱ τούτοις οὐ συντιθέμενοι, ἄδικοι, aut quis sensus ex hac periodo erui possit, non video. Necesse non est cum Sylburgio legere *τὰ αὐτὰ αὐτοῖς*. Hæc enim est sententia : Cum legislatores alia facere, alia fugere præcipiant, ac ipse Deus legem nobis imposuerit; inde sequitur hominem libero arbitrio non carere, ac proinde iniquos esse qui legislatoribus non obsequuntur. Videtur autem Justinus locum Evangelii indicare, ubi jubet Christus ut imitemur Patrem cœlestem, Luc. VI, 35; Matth. V, 45.

(13) *Λόγος παρελθών.* Hæc de Verbo incarnato, non de humana ratione accipi debere patet ex his quæ sequuntur, tum etiam ex *Apol.* I, n. 5 et 10. Quare paulo post ait Justinus se eadem adversus ejusmodi homines dicturum; eadem nempe ac ea quæ Verbum docuerat.

(14) *Διὰ τοῦτο.* Legendum διὰ τό, et observandum vocem λογικόν singulari sensu hic usurpari. Non enim significat id quod rationis est particeps, sed quidquid ad Verbum pertinet, seu totam Verbi personam et utramque naturam. Sic paulo ante n. 8 : Κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου γνῶσιν. Hæc illustrari possunt ex his verbis S. Augustini serm. 214, n. 7 : « Totus Filius Dei Verbum et homo, atque, ut expressius dicam, Verbum, anima et caro. »

(15) *Οἱ προγεγραμμένοι.* Legendum προγεγενημένοι, ut in *Apol.* I, n. 45. THIRLBIUS.

(16) *Κατὰ τὸ ἀνθρώπινον.* Malim hæc referre ad Christi humanitatem, secundum quam antiquiores fuere philosophi, quam cum aliis interpretibus reddere, « pro captu humano. »

(17) *Καινὰ δαιμόνια.* Plato *Apol. Socr.* p. 24, Xenoph. *Ἀπομνημ.* I, p. 412. THIRLBIUS.

Digitized by Google

θεοὺς, μὴ ἡγεῖσθαι αὐτόν. Ὁ δὲ δαίμονας (18) μὲν τοὺς φαύλους, καὶ (19) τοὺς πράξαντας ἃ ἔφασαν οἱ ποιηταὶ, ἐκβαλὼν τῆς πολιτείας καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς, παραιτεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε· πρὸς Θεοῦ δὲ τοῦ ἀγνώστου (20) αὐτοῖς, διὰ λόγου ζητήσεως ἐπίγνωσιν προὐτρέπετο εἰπών· « Τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὔθ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔθ' εὑρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές (21). » Ἃ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε. Σωκράτει μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐπιστεύθη, ὑπὲρ τούτου τοῦ δόγματος ἀποθνήσκειν· Χριστῷ δὲ τῷ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνωσθέντι (Λόγος γὰρ ἦν καὶ ἔστιν ὁ ἐν παντὶ ὤν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ δι' ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθοῦς γενομένου καὶ διδάξαντος ταῦτα), οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλόλογοι μόνον ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι, καὶ παντελῶς ἰδιῶται, καὶ δόξης καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες· ἐπειδὴ δύναμίς (22) ἐστι τοῦ ἀῤῥήτου Πατρὸς, καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου τὰ σκεύη.

11. Οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ ἐφονευόμεθα, οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν ἦσαν οἵ τε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες, εἰ μὴ πάντως παντὶ γεννωμένῳ ἀνθρώπῳ καὶ θανεῖν ὠφείλετο. Ὅθεν καὶ τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες, εὐχαριστοῦμεν. Καίτοι γε καὶ τὸ Ξενοφώντειον ἐκεῖνο νῦν πρός τε Κρίσκεντα καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἀφραίνοντας καλὸν καὶ εὔκαιρον εἰπεῖν ἡγούμεθα. Τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τριοδόν τινα, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, βαδίζοντα, εὑρεῖν τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν, ἐν γυναικῶν μορφαῖς φαινομένας· καὶ τὴν μὲν κακίαν, ἁβρᾷ ἐσθῆτι, καὶ ἐρωτοπεποιημένῳ (23) καὶ ἀνθοῦντι ἐκ τῶν τοιούτων προσώπῳ, θελκτικήν τε εὐθὺς πρὸς τὰς ὄψεις (24) οὖσαν, εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἡρακλέα, ὅτι, ἣν αὐτῇ ἕπηται, ἡδόμενόν τε καὶ κεκοσμημένον τῷ λαμπροτάτῳ καὶ ὁμοίῳ τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ διαιτήσειν ἀεὶ ποιήσει· καὶ τὴν ἀρετὴν, ἐν αὐχμηρῷ μὲν τῷ προσώπῳ καὶ τῇ περιβολῇ οὖσαν, εἰπεῖν· « Ἀλλ' ἣν ἐμοὶ πείθῃ, οὐ κόσμῳ, οὐδὲ κάλλει τῷ ῥέοντι καὶ φθειρομένῳ ἑαυτὸν κοσμήσεις, ἀλλὰ τοῖς ἀϊδίοις καὶ καλοῖς κόσμοις. » Καὶ πάνθ' ὁντινοῦν πεπείσμεθα φεύγοντα τὰ δοκοῦντα καλὰ, τὰ δὲ νομιζόμενα σκληρὰ καὶ ἄλογα μετερχόμενον, εὐδαιμονίαν ἐκδέχεσθαι. Ἡ γὰρ κακία (25), πρόβλημα ἑαυτῆς τῶν πράξεων τὰ προσόντα τῇ ἀρετῇ καὶ ὄντως ὄντα καλὰ διὰ μιμήσεως φθαρτῶν (26) περιβαλλομένη (ἄφθαρτον γὰρ οὐδὲν ἔχει οὐδὲ ποιῆσαι δύναται), δουλαγωγεῖ τοὺς

A induci, et quos civitas existimat deos, ab eo non existimari. Atque hic quidem cum et Homerum et alios poetas ejiceret e civitate, auctor erat hominibus ut pravos dæmones, a quibus ea perpetrata quæ poetæ scripserunt, aversarentur : Deum autem, quem ignorabant, ut rationis investigatione cognoscerent, his eos verbis hortabatur : Parentem et opificem universorum neque invenire facile, nec, si inveneris, apud omnes prædicare tutum est. » Hæc autem Christus noster sua ipsius potestate præstitit. Socrati enim nemo tantum habuit fidei, ut pro hac sententia mortem oppeteret. Christo autem, quem Socrates aliqua ex parte cognovit (erat enim et est Verbum illud omnia pervadens, quod et per prophetas futura prædixit, et per seipsum, cum natura nostra suscepta hæc doceret) Christo, inquam,
B non philosophi solum et litterati homines credidere, sed operarii etiam et omnino imperiti, qui et gloriam et metum et mortem contempserunt : quandoquidem hæc virtus inenarrabilis Patris efficit, non humanæ rationis instrumenta.

11. Nec vero occideremur nec potentiores nobis essent iniqui homines et dæmones, nisi omnino cuilibet homini genito etiam mori constitutum esset. Hinc cum debitum persolvimus, **96** gratias agimus, Nunc autem in Crescentem et eos, qui eadem ac ille insaniunt, præclarum et opportunum esse arbitror Xenophontis illud proferre. Herculem enim scribit Xenophon in quodam trivio ambulantem incidisse
C in virtutem et vitiositatem, quæ ei specie muliebri visæ sunt; ac istam quidem molli et ad amores apto vestitu, et florescenti ex his ornamentis vultu, ac oculis ad demulcendum promptis, ita eum allocutam : si se sequeretur, facturam ut splendidissimo cultu, qualem gerebat ipsa, lætus et decorus perpetuo degeret. Virtutem autem squallenti vultu ac veste ita dixisse : Si mihi obsequaris, non te caduco et perituro cultu ac decore exornabis, sed æternis et præclaris ornamentis. » Quisquis igitur ea fugit, quæ videntur pulchra, ea autem persequitur, quæ dura et a ratione aliena existimantur, hunc pro certo tenemus beatam vitam adepturum. Vitium enim, postquam actionibus suis, veluti quoddam integumentum, ea quæ insunt virtuti ac
D vere bona sunt, imitatione rerum incorruptibilium obtendit (nihil enim incorruptibile habere aut facere potest) in servitutem redigit homines humi

(18) *Ὁ δὲ δαίμονας.* Vide Plat. *De Rep.* l. II, p. 377 et seqq. et l. X, p. 595 et seqq. IDEM.

(19) Delendum videtur illud *καὶ* ante τοὺς πράξαντας, vel legendum καὶ πράξαντας. Plato lib. X *De Rep.* duo retinet poesis genera, *hymnos in deos et bonorum ac illustrium virorum laudationes.*

(20) *Ἀγνώστου.* Ignotum Athenis Deum indicari putat Grabius.

(21) *Ἀσφαλές.* Observat Thirlbius apud Platonem et alios scriptores, qui hoc testimonium citarunt, legi ἀδύνατον.

(22) *Δύναμις.* Subauditur ἡ τοῦτο πράττουσα. Vid. paulo ante.

(23) *Ἐρωτοπεποιημένῳ.* Habet Xenophon ἐσθῆτα δὲ ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι, lib. II *Memorab.*, c. 1, § 22. Ἐρωτ. male ad ἐσθ. refert Mar. ED. PATR.

(24) *Πρὸς τὰς ὄψεις.* Apud Xenophontem ὄμματα ἀναπεπταμένα. Quare melius multo legeretur : Θελκτικήν τε εὐθὺς τὰς ὄψεις οὖσαν.

(25) *Ἡ γὰρ κακία.* Similis sententia apud Joan. Damascenum orat. *in Sabbatum S.*, p 817, tribuitur ad marginem Greg. Nyss. et Naz. : Πέφυκε γάρ πως ἡ κακία τῷ τοῦ καλοῦ προσχήματι ἐγκαλύπτεσθαι. Καὶ γὰρ τὰ οἰκεῖα αἴσχη τῇ ἀρετῇ ἐπιτρίβεται. Vide Prologum S. Irenæi, n. 1.

(26) *Διὰ μιμήσεως φθαρτῶν.* Legendum ἀφθάρτων. Non enim corruptibilia, sed incorruptibilia imitando, vitiositas sub virtutis ornamentis delitescit.

Digitized by Google

affixos, mala sibi inhærentia virtuti affingens. Qui autem vera bona ac minime fucata internoscunt, ii virtutis beneficio incorrupti. Quod quidem et de Christianis ac de athletis, iisque qui res ejusmodi gessere, quales poetæ de celebratis hominum opinione diis scripsere, non insulsissimus quisque existimare debet, hoc ductus argumento, quod mortem, quæ videtur fugienda, contemnamus.

12. Nam et ipse ego, cum Platonis doctrina delectarer, ac de criminibus in Christianos conjectis audirem, eos autem ad mortem et ad alia omnia, quæ videntur metuenda, impavidos cernerem; fieri non posse intelligebam ut in nequitia et in voluptatum amore viverent. Quis enim libidinosus et intemperans, ac humanæ carnis epulas in bonis numerans, mortem amplecti possit, ut bonis suis careat, ac non potius omnino in hac vita semper versari, et magistratus latere conetur, nedum seipsum deferat morte damnandum? Ac pravorum quidem dæmonum impulsu jam nefarii quidam homines hoc facinus edidere. Cum enim nonnullos occiderent ob aflicta illa nobis crimina, rapuerunt etiam ad tormenta nostrorum servos, partim pueros, partim mulierculas, ac horrendis cruciatibus fabulosa illa facinora, quæ palam et aperte ipsi perpetrant, proferre coegerunt. Quæ quidem quia a nobis aliena sunt, parum laboramus; cum ingenitum ac non enarrabilem Deum cogitationum et actionum testem habeamus. Quid enim causæ est, cur **97** non etiam publice profiteamur hæc recte fieri, ac divinam philosophiam esse demonstremus; Saturni mysteria a nobis peragi dicentes, cum hominem necamus; ac dum sanguine, ut vulgo dicunt,

A χαμαιπετεῖς τῶν ἀνθρώπων, τὰ προσόντα αὐτῇ φαῦλα τῇ ἀρετῇ περιθεῖσα. Οἱ δὲ νενοηκότες τὰ προσόντα τῷ ὄντι (27) καλὰ, καὶ ἄφθαρτοι τῇ ἀρετῇ. Ὃ καὶ περὶ Χριστιανῶν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν τοιαῦτα πραξάντων ὁποῖα ἔφθασαν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν, ὑπολαβεῖν δεῖ πάντα οὖν ἔχει (28), ἐκ τοῦ καὶ [τοῦ] φευκτοῦ καταφρονεῖν ἡμᾶς θανάτου, λογισμὸν ἔλκοντα.

12. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, ὁρῶν δὲ ἀφόβους (29) πρὸς θάνατον καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλήδονος, ἢ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν B ἀγαθὸν ἡγούμενος, δύναιτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ (30)· ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο· οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν κατήγγειλε (31) φονευθησόμενον; Ἤδη καὶ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διά τινων πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. Φονεύοντες γὰρ αὐτοί τινας ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας, ἢ γύναια, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι κατειπεῖν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσιν· ὧν ἐπειδὴ οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν, οὐ φροντίζομεν, Θεὸν τὸν ἀγέννητον καὶ ἄῤῥητον μάρτυρα ἔχοντες τῶν τε λογισμῶν καὶ τῶν πράξεων. Τίνος γὰρ χάριν οὐχὶ καὶ ταῦτα δημοσίᾳ ὡμολογοῦμεν ἀγαθὰ, καὶ C φιλοσοφίαν θείαν αὐτὰ ἀπεδείκνυμεν, φάσκοντες, Κρόνου (32) μὲν μυστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνδροφονεῖν, καὶ ἐν τῷ αἵματος ἐμπίπλασθαι, ὡς λέγεται, τὰ ἴσα τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ (33), ᾧ οὐ μόνον

(27) *Τὰ προσόντα τῷ ὄντι.* Nihil hic corrupti, sed vera et solida ornamenta, quæque vere existunt, umbris et falsis imaginibus opponuntur.

(28) *Πάντα οὗν ἔχει.* Hujus loci, qui interpretes mirum in modum torsit, vitium sanari potest, si una addita litterula legamus πάντα νουνεχῆ. In codice Claromontano legitur πάντα λογισμὸν ἔλκοντα, cæteris in textu omissis, sed tamen ad marginem ab alia manu restitutis. Legit etiam Thirlbius νουνεχῆ, et paulo ante cum Perionio ἔφασαν pro ἔφθασαν.

(29) *Ἀφόβους.* Legitur καὶ ἀφόβους apud Eusebium, qui hunc Justini locum inseruit libro quarto *Hist.*, c. 8. Mox ἄλλα deest apud eumdem scriptorem, apud quem etiam legitur ἀνθρωπείων.

(30) *Τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ.* Euseb. τῶν ἑαυτοῦ στερηθεὶη ἐπιθυμιῶν. Mox idem ζῆν ἀεὶ et οὐχ ὅτι ἑαυτόν. H. Stephanus dum Justini verba ad grammaticas regulas revocat, legendum putat πειρᾶτο et εἰδὼς φονευθησόμενον.

(31) *Κατήγγειλε.* Sylburgius posuit κατήγγελλε, quia eodem modo legitur apud Eusebium. Sed nihil vetat quominus aoristum retineamus. Paulo post legit Thirlbius ἔλκουσιν.

(32) *Φάσκοντες Κρόνου.* Aptissime hic a martyre memoratur Saturnus; is enim puerorum sanguine maxime gaudebat, Christiani autem pueros dicebantur mactare. Præ cæteris Phœnices eorumque coloniæ deum istum victimis colebant. Quarum coloniarum nobilissima Carthago metropolim suam impietate superavit. Cf. Lactant. *Institt. div.* I, c. 21, et Euseb, *Præpar. ev.* IV, c. 15, sqq., p. 154, sqq., ed. Vizer. Colon. Neque urbe eversa istud scelus exstinctum est, verum etiam post vetitam Romanis legibus humanarum hostiarum immolationem, imo post sacerdotes in arboribus templi sui obumbratricibus per Tiberium proconsulem crucibus expositos, Afri nihilominus eadem sacrificia in occulto faciebant, uti Tertullianus, ipse Afer, memoriæ prodidit (*Apol.* c. 9 [Opp. ed. Leopold. p. 1] p. 67). Has observationes Thirlbio debemus. Otto.

(33) *Τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ.* Sæpe alii D scriptores hanc superstitionem ethnicis objecere; sed præcipue Tertullianus Justinum imitari videtur *Apologet.* cap. 8. Vide *De Spectac.* cap. 6. Citat eruditus Londinensis editor alios scriptores, qui idem dixere: Tatianum n. 26; Theophil. Antioch. l. III, n. 7; Minucium cap. 21; Lactantium lib. I, cap. 21 et 30; Athanas. *adv. Gent.*, p. 24; Firmicum *De prof. rel.*, Epiphanium *Anc.* p. 108; Prudentium l. I *Adv. Symmach.* v. 380, et seqq. Deinde in utramque partem disputat, ac primo quidem Patrum auctoritatem elevat, quia altum ea de re apud profanos scriptores silentium, excepto tamen Porphyrio lib. II *De abstin.* p. 226. Tum Patrum testimonia a mendacii et erroris suspicione vindicat. — *Τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ.* Sc. τελεῖν. Locus apprime est insignis. Etenim his Justinus verbis Jovem Latialem designat, cui illo ipso tempore Romæ homines immolabantur. Quam superstitionem omnes Apologetæ Romanis objiciebant,

Digitized by Google

ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεται, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρὸς τὴν πρόσχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος ποιούμενοι (34) · Διὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μιμηταὶ γενόμενοι ἐν τῷ ἀνδροβατεῖν καὶ γυναιξὶν ἀδεῶς μίγνυσθαι, Ἐπικούρου μὲν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν συγγράμματα ἀπολογίαν φέροντες; Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα τὰ μαθήματα, καὶ τοὺς ταῦτα πράξαντας καὶ μιμουμένους φεύγειν πείθομεν, ὡς καὶ νῦν διὰ τῶνδε τῶν λόγων ἠγωνίσμεθα, ποικίλως πολεμούμεθα. Ἀλλ' οὐ φροντίζομεν, ἐπεὶ θεὸν τῶν πάντων ἐπόπτην δίκαιον οἴδαμεν. Εἰ δὲ καὶ νῦν τις ἦν (35), τραγικῇ φωνῇ ἀνεβόησεν ἐπί τι βῆμα ὑψηλὸν ἀναβάς · « Αἰδέσθητε, αἰδέσθητε ἃ φανερῶς πράττετε εἰς ἀναιτίους ἀναφέροντες, καὶ τὰ προσόντα καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ὑμετέροις θεοῖς, περιβάλλοντες τούτοις ὧν οὐδὲν οὐδ' ἐπὶ ποσὸν μετουσία ἐστί. Μετάθεσθε, σωφρονίσθητε. »

13. Καὶ γὰρ ἐγὼ, μαθὼν περίβλημα πονηρὸν εἰς ἀποστροφὴν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, περιτεθειμένον ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς Χριστιανῶν θείοις δόγμασι, καὶ ψευδολογούμενον (36) ταῦτα, καὶ τοῦ περιβλήματος κατεγέλασα καὶ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης, Χριστιανὸς εὑρεθῆναι καὶ εὐχόμενος καὶ παμμάχως ἀγωνιζόμενος ὁμολογῶ · οὐχ ὅτι ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι πάντη ὅμοια, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων, Στωϊκῶν τε, καὶ ποιητῶν, καὶ συγγραφέων · ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ θείου Λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν, καλῶς ἐφθέγξατο. Οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες οὐκ ἐπιστήμην τὴν ἄπτωτον (37) καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. Ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστί. Τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου Θεοῦ Λόγον μετὰ τὸν Θεὸν (38) προσκυνοῦ-

implemur, cæremoniam esse similem vestræ in illud simulacrum religioni, quod non pecudum solum, sed hominum etiam sanguine proluitis, hominum occisorum sanguinem clarissimo apud vos et nobilissimo viro libante; Jovis autem et aliorum imitatores esse, dum in puerorum stupris et promiscuo cum mulieribus concubitu volutamur; ex Epicuri etiam et poetarum scriptis patrocinium petentes? Sed quia et ab his institutis et ab ejusmodi facinorum auctoribus et imitatoribus refugiendum suademus, id quod etiamnum hac in oratione contendimus, propterea variis modis oppugnamur. At parvi pendimus, quia Deum justum esse omnium inspectorem scimus. Utinam autem nunc aliquis voce tragica e loco superiore clamaret: « Pudeat vos, pudeat, quæ palam facitis, ea in homines innocentes conferre, et quæ vobis ac diis vestris inhærent, istis affingere, quos ne minima quidem ex parte contingunt. Immutamini, resipiscite. »

13. Nam et ego cum nefarium integumentum a pravis dæmonibus, ad deterrendos alios homines, divinæ Christianorum doctrinæ injectum viderem, et ejusmodi mendaciorum auctores, et ipsum integumentum et popularem opinionem irrisi, neque profiteor laudi ducere, ac dimicatione omni contendere, ut Christianus reperiar; non quod aliena sint a Christo instituta Platonis, sed quod non omnino similia, ut nec etiam aliorum, Stoicorum videlicet, poetarum et historicorum. Ut quisque enim disseminatæ rationis divinæ partem aliquam sibi cognatam videbat, præclare locutus est. Qui autem secum ipsi in rebus longe gravissimis pugnarunt, ii nec scientiam sublimiorem, nec cognitionem, quæ refelli non possit, assecuti videntur. Quæcunque igitur apud alios omnes præclare dicta, ea nostra sunt Christianorum. Natum

præcipue Tertullianus, qui in *Apol.* c. 8, p. 68, nostrum fortasse Justinum imitatus: « Ecce, inquit, in illa religiosissima urbe Æneadarum piorum est *Jupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine.* Sed bestiarii, inquitis; hoc, opinor, minus quam hominis. An hoc turpius, quod *mali* hominis? Certe tamen de *homicidio* funditur. » *Coll. contra Gnostic.* c. 7. p. 232. Otto.

(34) *Ποιούμενοι.* Ut accuratior sit oratio, legendum monet Thirlbius ποιουμένου, vel supra προσραίνετε. Vid. *Apol.* I, n. 61.

(35) *Εἰ δὲ καὶ νῦν τις ἦν.* Legendum videtur εἴθε καὶ νῦν τις ἄν. Paulo post mallet Sylburgius οἷς τούτων. Sed minime necessaria hæc immutatio. Non video cur pro τὶς legi posse conjiciat Thirlbius Σωκράτης vel Κράτης.

(36) *Ψευδολογούμενον.* Legendum ψευδολογουμένων, ut huic verborum complexioni lux affundatur. Mox etiam legendum καὶ Χριστιανός. Monet Thirlbius legere Joannem Clericum τῶν τοῦ Χριστοῦ, quod quidem non valde necessarium videtur.

(37) *Ἄπαστον.* Legitur apud Rob. Stephanum ἄπωπτον, ex quo potest confirmari conjectura Langi, qui legit ἄπτωτον. Vulgatam lectionem non carere commodo sensu existimat Sylburgius, si nimirum scientiam ἄπτοπτον intelligamus scientiam non facile parabilem et a communi captu et intelligentia remotam. Grabius reddendum eodem sensu putat, « scientiam sublimiorem. »

(38) *Μετὰ τὸν Θεόν.* Sæpe occurrit apud Justinum hæc loquendi ratio, sed de Filii æqualitate nihil detrahit. Nam 1° sic Filium secundo loco et Spiritum sanctum tertio collocat Justinus, ut eos cum rebus creatis minime conjungat, sed cum Patre, ut videre est n. 6 et 13 *Apol.* I. Hinc etiam declarat magnum inesse huic doctrinæ mysterium, quod ethnicis incredibile et insanum videbatur. 2° Apud ipsos scriptores profanos sæpe locus secundus cum æqualitate conjungitur. Sic Themistius, etsi primas veteri Romæ, secundas Constantinopoli defert pluribus locis, in primis orat. 3, pag. 42, æquale tamen imperium utrique attribuit. Sic enim loquitur de vetere Roma, orat. 23, p. 290: Ἡ τῶν μὲν ἄλλων πόλεων βασιλεύει, τῇ δὲ ὑμετέρᾳ συμβασιλεύει. « Quæ cæteris quidem civitatibus imperat, sed simul cum vestra imperat. » 3° Cum æqualitas in personis divinis in unius substantiæ consortio posita sit; generationem ex substantia Patris mirifice expositam videbimus in *Dialogo* n. 61 et 128; sed interim observare juvat quam constanter hoc dogma ethnicis prædicet. Ait sub finem *Cohort.* Christum esse « Verbum Dei, virtute ab eo inseparabile. » In *Apol.* I, num. 46, et sæpius in secunda, esse Λόγον cujus omnes homines participes sunt. Deum illum vocat, eique Dei naturam attribuit num. 12, *Apol.* I. Solum proprie genitum, non creatum, *ibid.*, n. 22 et 23. Refert ad eum præclarissima

Digitized by Google

enim ex ingenito et non enarrabili Deo Verbum secundum Deum adoramus et amamus; quandoquidem propter nos homo factus est, ut perpessionum nostrarum **98** particeps factus, medicinam illis faceret. Omnes enim scriptores per insitum rationis semen potuere illi quidem verum videre, sed subobscure. Aliud enim est semen alicujus et imitatio pro viribus concessa, aliud ipsum illud, cujus communicatio et imitatio secundum ipsius gratiam conceditur (39).

μεν καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμέτοχος γενόμενος, καὶ ἴασιν ποιήσηται. Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα. Ἕτερον γάρ ἐστι σπέρμα τινὸς καὶ μίμημα κατὰ δύναμιν δοθὲν, καὶ ἕτερον αὐτὸ οὗ κατὰ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἡ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται.

14. Vos autem hac prece oramus, ut hunc libellum, subscribentes quod vobis placet, promulgetis, ut cæteris nostræ res innotescant, ac homines ad harum rerum cognitionem perveniant, et erroribus et optimarum rerum ignoratione levari possint; qui quidem se suppliciis culpa sua obnoxios præbent, quia inest naturæ hominum facultas cognoscendi honesti atque turpis; tum etiam quia dum nos, qui noti illis non sumus, turpium illorum, quæ dictitant, criminum nomine condemnant, et tamen diis gaudent, qui similia perpetrarunt et etiamnum ab hominibus reposcunt, ex eo quod nobis, quasi ejusmodi facinorum rei simus, mortem aut vincula aut aliam ejusmodi pœnam infligunt, sententiam in seipsos dicunt, ita ut alii judices minime sint requirendi.

14. Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν, προθεῖναι τουτὶ τὸ βιβλίδιον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ, καὶ δύνωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι, οἱ παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν (40) ὑπεύθυνοι ταῖς τιμωρίαις γίνονται, εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα· διὸ ἐν τῇ φύσει (41) τῇ τῶν ἀνθρώπων εἶναι τὸ γνωριστὸν (42) καλοῦ καὶ αἰσχροῦ· καὶ διὰ τὸ ἡμῶν, οὓς οὐκ ἐπίστανται, τοιαῦτα ὁποῖα λέγουσιν αἰσχρὰ καταψηφιζομένους, καὶ διὰ τὸ χαίρειν τοιαῦτα πράξασι θεοῖς καὶ ἔτι νῦν ἀπαιτοῦσι παρὰ ἀνθρώπων τὰ ὅμοια, ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν, ὡς τοιαῦτα πράττουσι, θάνατον ἢ δεσμὰ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον πρόστιμον (43), ἑαυτοὺς κατακρίνειν, ὡς μὴ δέεσθαι ἄλλων δικαστῶν.

15. Contempsi etiam impiam illam apud meos Samaritanos et erroris plenam Simonis doctrinam. Quod si et vestra ad hunc libellum accedat auctoritas, omnium illum oculis exponemus ut, si fieri possit, immutentur; quod quidem unice nobis hanc orationem scribentibus propositum fuit. Sunt autem instituta nostra recte judicanti minime turpia, sed humana omni philosophia sublimiora. Sin minus:

15. Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. Ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προγράψητε, ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανερὸν ποιήσαιμεν, ἵνα εἰ δύναιντο μεταθῶνται. Τούτου γε μόνου χάριν τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Οὐκ ἔστι δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσχρὰ, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρωπείου ὑπέρτερα· εἰ δὲ μή, κἂν Σωταδείοις (44) καὶ Φιλαινιδείοις (45)

Scripturæ testimonia, in quibus appellatur Nobiscum Deus, n. 33; Dominus qui regnavit a ligno et firmavit orbem terræ, n. 41; Dominus sedens a dextris Domini, n. 45; Dominus fortis et potens, num. 51. Vid. num. 63.

(39) Velim expendantur hæc verba, ut confirmetur quidquid in Præfatione part. II, c. 7, n. 6, de Justini doctrina disserui. Hoc discrimen inter gentiles et Christianos ponit. Præstantissimi quique gentiles, ut Socrates et Heraclitus, veritatis particulam, illustrante illorum animos Verbo, cognoverunt, et aliquo virtutis simulacro imitati sunt. Atque id quidem illis a Deo, pro viribus liberi arbitrii nondum sanati, concessum fuit. At Christiani Verbum incarnatum non solum cognoscunt, sed etiam illis communicatum fuit, inhabitando in eis per Spiritum sanctum, suamque imaginem in illis imprimendo, quod quidem gratuitum omnino Dei donum est.

(40) *Παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν.* Hæc verba minus recte intellecta totum locum tenebris impleverunt. Ipse Clericus vertit, ut alii, « præter suam culpam, » *Hist. eccles.* ad an. 162, atque hæc refert ad Christianos ita vertendo : « Ut et ab aliis nostra noscantur, possintque falsa opinione liberari, et bonos viros nosse (Christianos) qui præter suam culpam pœnis obnoxii fiunt. » Reddendum putat Thirlbius, « vestra ipsorum culpa. » Solus Perionius, « sua culpa. » Pluribus exemplis probari posset illud παρά his in locis idem valere ac « per. » Irenæus in Prologo : Ἵνα οὖν μὴ παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν συναρπάζωνταί τινες. Et lib. v, cap. 39, num. 3 : Τὰ οὖν ἀποστάντα τοῦ πατρικοῦ φωτὸς, καὶ παραβάντα τὸν θεσμὸν τῆς ἐλευθερίας, παρὰ τὴν αὐτῶν ἀπέστησαν αἰτίαν, ἐλεύθερα καὶ αὐτεξούσια τὴν γνώμην γεγονότα.

(41) *Διὸ ἐν τῇ φύσει.* Legendum διὰ τὸ ἐν τῇ φύσει. Nimirum sua ipsorum culpa suppliciis traduntur, quia inest naturæ humanæ vis cognoscendi boni et mali. Illud : Εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα eodem sensu paulo ante occurrit et satis incommode hoc loco positum videtur. Quare perspicuitatis causa vel omittendum fuit in interpretando, vel, ut faciendum duxi, aptius collocandum.

(42) *Τὸ γνωριστόν.* Legendum γνωριστικόν, ut jam multi observaverunt.

(43) *Πρόστιμον.* Si legamus προστιμᾶν obscuro et difficili loco non parum lucis accedet. Sic etiam legendum censet eruditus Londinensis editor.

(44) *Σωταδείοις.* De Sotade Strabo *Geogr.* XIV, p. 573, ed. Siebenk. et Tzschuck. : Ἦρξε Σωτάδης μὲν πρῶτος τοῦ *κιναιδολογεῖν*. Otto.

(45) *Φιλαινιδείοις.* Philænis, εἰς ἣν ἀναφέρεται τὸ περὶ ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα. Athen. l. c. p. 335. Coll. Suid. s. v. Ἀστυάνασσα. Id.

Digitized by Google

καὶ ὀρχηστικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν οὐχ ὁμοια, οἷς ἐντυγχάνειν πᾶσι, καὶ γενομένοις (46) καὶ γεγραμμένοις, συγχεχώρηται. Καὶ παυσόμεθα λοιπὸν, ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἦν πράξαντες, καὶ προσεπευξάμενοι τῆς ἀληθείας καταξιωθῆναι τοὺς πάντη πάντας ἀνθρώπους. Εἴη οὖν καὶ ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι.

certe Sotadeis, Philænideis, saltatoriis, et Epicureis, et aliis ejusmodi poeticis institutionibus absimilia, quæ tamen et in scenam producta spectare et scripta legere omnibus licet. Jam vero iis, quæ in nobis sita erant, absolutis desinimus, illud etiam precantes, ut omnes ubique homines veritatis cognitione dignentur. Utinam et vos, ut pietatem et philosophiam decet, æquum vestra ipsorum causa judicium feratis.

(46) *Γενομένοις.* Recte observat clarissimus Thirlbius hanc vocem, cujus sensum non assecuti erant interpretes, de scena accipi debere.

ANALYSIS

DIALOGI CUM TRYPHONE JUDÆO.

99 *Justinum traxerat Ephesum fidei, ut verisimile est, propagandæ studium, quod unicum ei negotium videtur fuisse. Paucis diebus antequam discederet, ambulanti mane in xysti spatiis (n. 1) occurrit quidam Judæus Trypho nomine, cum ex aliis ejusdem instituti, seque philosophiæ studiosum esse indicat, ac Justini veste invitatum ut illius congressum appeteret. Justinus ubi Judæum esse cognovit, miratur hominem Moysi et prophetis addictum non missos facere philosophos; eique narrat (n. 2) quomodo ipse pluribus gustatis philosophis Platonicos adamasset; sed postea (n. 3-8) veritate ex cujusdam senis sermone cognita religionem Christianam amplexus esset. Rident socii Tryphonis (n. 9). Dolet ipse Trypho sortem Justini, quo spondente se demonstraturum religionem Christianam certissimis argumentis niti, iterum risus et clamores indecori. Discedere quærit Justinus, pallio retinetur a Tryphone, sed ea lege, ut ejus socii aut abeant, aut silentio audiant. Accepta conditione veniunt in medium xysti stadium, ubi lapidea erant sedilia ex utraque parte : considunt in altera Justinus et Trypho, in altera quatuor socii Tryphonis, cum jam duo jocantes abiissent. Tum Justinus orditur (n. 10) hunc Dialogum, qui, nocte interpellatus, postridie Tryphone cum sociis et aliis nonnullis, qui pridie non adfuerant, redeunte repetitus est et ad vesperum productus.*

Haud equidem mirarer, si deesset huic operi, ut eruditi viri opinati sunt, venustas ordinis. Non enim Dialogi inventor Justinus, sed fidelis eorum, quæ disputata inter eum et Judæos fuerant, narrator. Sed tamen, si quis hanc disputationem omnibus vestigiis indaget, ac media cum primis, extrema cum mediis comparet, non eum fallet argumentorum series. Ir quo quidem, ut commodo legentium consulamus, Dialogum in tres partes distribuemus, quarum in prima S. Martyr præjudicatas Judæorum de lege opiniones refellit; in altera verum et æternum Filium a Deo genitum esse, eumque nostra causa incarnatum et crucifixum demonstrat; in tertia denique vocationem gentium et Ecclesiam, quæ a Christo constituta est, prophetarum oraculis ac veteris Testamenti figuris prædictam fuisse.

Pars I. — *Quærenti Tryphoni cur legem non observent Christiani, respondet Justinus* (n. 11). 1° *Prædictam fuisse veteris legis abrogationem et novæ institutionem; idque jam factum esse probat ex conversione gentium hanc legem per Christi gratiam observantium* (n. 12), *dum illam Judæi prorsus dedecorant.* 2° *Peccatorum remissionem apud Isaiam per sanguinem Christi* (n. 13), *minime vero per lustrationes Judæorum promitti.* 3° (n. 15) *Justitiam ab eodem propheta non in ritibus externis reponi, sed in conversione cordis, quam Christus donat. Hanc esse veram circumcisionem.* 4° (n. 16, 17) *Judaica enim circumcisio in signum data, ut punirentur ob scelera in Christum et Christianos commissa.* 5° (n. 18, 22) *Hanc merito a Christianis rejici; siquidem veteribus ignota, in signum data Abrahæ fuit; lex autem sub Moyse ob duritiam cordis instituta.* 6° (n. 23) *Judaica de lege sententia calumniis adversus Deum ansam præbet.* 7° (n. 24) *Longe præstantior circumcisio Christianorum, sine qua* (n. 25, 26) *Judæi salvari non possunt. Quod si prophetæ eadem docent ac Moyses, id fecere propter eamdem cordis duritiam* (n. 27). *At vera justitia per Christum comparatur* (n. 28), *ac proinde lex Christianis inutilis* (n. 29) *cum æternam legem per Christi gratiam observent* (n. 30). 8° *In hac Christi potentia demonstranda perstat Justinus* (*erat enim magni ponderis argumentum, ut legem abrogatam esse constaret, seque Judæi longe aliis præsidiis egere intelligerent*) *et cum tanta fuerit gloria primi adventus, secundum multo gloriosiorem futurum probat* (n. 31) *ex Daniele, ac duos esse Christi adventus, eumque Dominum et Deum et adorandum dici ex pluribus psalmis demonstrat* (n. 32, 39), *quos in Salomonem negat convenire, cum is non modo hos titulos sustinere non possit, sed etiam vitiosus fuerit et longe dissimilis Christianis, inter quos tamen fatetur* (n. 33) *natas esse hæreses, sed quæ catholicos in fide confirment, utpote a Christo prædictæ.* 9° *Legem ostendit* (n. 40, 42) *figuram fuisse eorum quæ ad Christum pertinent, et finem habuisse in Christo* (n. 43), *sine quo* (n. 44) *Judæi frustra salutem sibi promittunt. Fatetur* (n. 45) *justos, qui ante legem et sub lege fuerunt, salvari, sed per Christum, nec negat* (n. 46, 47) *salutem adepturos, si qui legem cum fide in Christum conjungant, quamvis aliter catholici multi sentiant.*

100 Pars II. — *Quæ hactenus de Christi divinitate dixit Justinus, ea strictim disseruerat ad refellendas Judæorum opiniones de lege Mosaica. Nunc, rogatu Tryphonis, data opera, probat Christum ante sæcula Deum exstitisse et postea hominem fieri voluisse. Antequam disputationem ingrediatur, monet Tryphonem* (n. 48), *ut fixum et ratum maneat, quod jam demonstratum est, nempe Jesum esse Christum, ac objiciente Judæo nondum advenisse Eliam, probat* (n. 49) *Joannem esse Eliam primi adventus præcursorem, idque ex Isaiæ prophetia confirmat* (n. 50, 51); *et ab ipso Jacob duos adventus prædictos fuisse ostendit* (n. 52, 54). *Tum rogante Tryphone ne in probanda Christi divinitate aahibeat illa testimonia, in quibus Dei nomen non sine metaphora usurpatur, promittit Justinus* (n. 55) *se his testimoniis non usurum; ac Deum, qui Abrahæ et Jacob et Moysi apparuit, a Deo Patre distinctum esse probat* (n. 56, 57, 58, 59) : *Judaicasque de eo, qui apparuit in rubo, opiniones refellit* (n. 60), *et sapientiam a Deo, ut ignem ex igne, genitam demonstrat* (n. 61) *ex verbis Salomonis, quibus consentaneum esse ostendit* (n. 62) *illud Moysis :* « *Faciamus hominem,* » etc. *Cedit his argumentis Judæus et Justinum rogat, ut hunc Dei Filium hominem factum esse et crucifixum esse et resurrexisse et in cœlum ascendisse probet.*

Tum Justinus multa profert testimonia (n. 63), *quæ jam antea recitaverat, in primis ex Psalmo* XLIV, *in quo et Christus ut Deus simul et homo laudatur, et gentium conversio prædicitur. Consentit Trypho* (n. 64) *ut Christus gentium sit Deus, at eo negat Judæos indigere. Castigat ergo Justinus hanc impietatem, et prosequitur susceptam de Deo homine facto demonstrationem. Objicit Trypho* (n. 65) *Deum alteri gloriam suam non dare. Locum explicat Justinus* (n. 66), *ac deinde refert prophetiam Isaiæ :* « *Ecce virgo,* » etc.

Sed cum multa de hac prophetia dicere pararet, interpellat Trypho ac objicit: 1° *Scripturam non dicere:* « *Ecce virgo,* » *sed* « *Ecce adolescentula.* » 2° *Hanc ex virgine generationem fabulæ Persei non absimilem esse.* 3° *Satius fuisse Jesum*

Digitized by Google

hominem ex hominibus natum fateri, eumque, si modo Christus sit, hanc dignitatem accurata legis observatione consecutum existimare.

His tribus sic respondet Justinus, ut a postremo, quod forte majoris momenti videbatur, initium ducat. 1° Itaque Judaicas de lege et de Christo, quem hominem ex hominibus sibi fingebant, opiniones refellit (n. 67, 68). 2° (n. 69, 70). In his quæ poetæ de Baccho, Hercule, Æsculapio ac Perseo mentiti sunt, artificia diaboli ostendit, quem oracula prophetarum imitatum esse existimabat. 3° Cum Judæi, rejecta septuaginta seniorum interpretatione, scriptum esse dicerent : « Ecce adolescentula, » exagitat (n. 71) iniquum illorum de hac interpretatione judicium, ex qua etiam multa illos testimonia sustulisse dicit Horum nonnulla, Tryphonis rogatu, profert (n. 72, 73), quorum postremum : « Dominus regnavit a ligno. » Sed cum hunc Psalmum ad Christum referri non posse Trypho contenderet (n. 74), satis ei facere conatur Justinus et alia Scripturæ loca colligit (n. 75, 76), in quibus pariter majestas divinitatis cum carnis humilitate conjungitur.

His expeditis, quæ adversus Isaiæ prophetiam, « Ecce virgo concipiet, » objecerat Trypho, demonstrat Justinus (n. 77, 78) hanc prophetiam in Christo adimpletam fuisse ; et postquam interpositas a Judæo de angelis, et de instauratione Jerusalem et regno mille annorum quæstiones explicuit (n. 79, 81), ac nata occasione ex Apocalypsi testimonio, nonnulle disseruit (n. 82) de dono prophetiæ apud Christianos et de prædictis a Christo persecutionibus et hæresibus ; tum vero Judæos hortatur, ut ne ex hæreticis et malis Christianis ansam arripiant Christo maledicendi et Scripturæ prave interpretandæ. Frustra enim Ezechiam ab illis obtrudi, ut ea eludant quæ, ut in psalmo « Dixit Dominus, » ita etiam in hac prophetia, « Ecce virgo, » non de Ezechia, sed de solo Christo Justinus dicta demonstrat (n. 83, 84). Sic etiam psalmum XXIII, ad Ezechiam perabsurde referri ostendit (n. 85) : seque charitate adduci declarat, ut multa pridie disputata repetat in gratiam eorum qui non adfuerant.

Nati ex Virgine Dei mysterio tot Scripturæ testimoniis propugnato, novus Justino nascebatur labor in Christi cruce similiter defendenda. Multa ergo colligit (n. 86), quæ lignum crucis in Veteri Testamento præsignificaverant ; et cum Trypho ex his verbis, « Egredietur virga de radice Jesse, » quæ Justinus citaverat, occasionem cepisset quærendi cur Christus, cum Deus sit, opus habuerit Spiritu sancto, Justinus huic quæstioni respondet (n. 87, 88). Negat Trypho adduci se posse, ut ignominiam crucis agnoscat, propterea quod « maledictus a Deo omnis qui pendet in ligno. » Tum Justinus quantum sit crucis robur, ex manibus Moysis extensis, ex benedictione data Josepho et serpente exaltato demonstrat (n. 90, 91) : nonnulla de interpretandis Scripturis principia ponit (n. 92, 93), ac tandem locum a Tryphone objectum explicat (n. 94). Idem mysterium aliis testimoniis Scripturæ defendit (n. 95), **101** *his præsertim, « Foderunt manus meas, » etc Quin etiam totum Psalmum recitat (n. 97, 105) ac singulos versus interpretatur.*

Resurrectionem Christi probat ex fine ejusdem psalmi et ex Jonæ historia (n. 106, 107, 108), qua Judæis a Christo objecta, non modo Ninivitas imitati non sunt, sed etiam per totum orbem miserunt, qui Christum et Christianos terribilis calumniis in invidiam vocarent. De Christi ascensione nihil dicit hoc loco, forte quia satis multa ea de re supra dixerat n. 85.

PARS III.—*Ninivitarum conversio, quam Christiani imitati sunt, Judæi vero nequaquam, opportunum Justino introitum dedit in tertiam partem hujus Dialogi. Probat conversionem gentium prædictam esse a Michæa (n. 109, 110), ac multa alia colligit (n. 111), quibus gentium per Christi sanguinem liberatio præsignificata fuit. Exiles et jejunas Judæorum interpretationes refellit (n. 112), ac Josue figuram Christi fuisse, gentesque per Christum in terram sanctam introductum iri, et ab eo secundam circumcisionem longe Judaica præstantiorem accepisse ostendit (n. 113, 114). Idem dogma confirmat (n. 115, 116, 117, 118) ex Zachariæ visione et Malachiæ de sacrificio Christianorum prædictione, quam ex Christi sacerdotio confirmat, aliisque ejus titulis. Eosdem Christianos populum esse, et populum longe sanctiorem Judæis demonstrat, ac genus Abrahæ ejusque filio et nepoti promissum (n. 119, 120) ; et benedictionem in ipso Christo promissam non ad proselytos Judæorum, sed ad Christianos spectare, qui verus Israel sunt et filii Dei (eo quod Christus sit Filius Dei et Israel, et Deus qui apparuit antiquis, a Deo Patre, ut ignis ex igne, genitus, Dominus a Domino Patre distinctus) et lætantur cum populo Dei, ut prophetæ prædixerunt, ac vocationem suam morum sanctitate comprobant, cum Judæi summa semper impietate Deum offenderint et offendant (n. 121, 133).*

Ecclesiæ etiam figuras et prædictiones ostendit (n. 134, 139) in connubiis Jacob, cui aliud semen promissum, Judæis reprobis successurum ; et in arca Noe et benedictionibus, quas Noe filiis dedit. In hac Ecclesia nullum discrimen servorum et liberorum (n. 140), ac frustra Judæi filios se esse Abrahæ gloriantur, quos quidem sua culpa cecidisse probat (n. 141). Hac peracta disputatione (n. 142), cum Justinus taceret, gratias ei Trypho perhonorificas agit suo et sociorum nomine, ac fuustum navigationem apprecatur : vicissimque Justinus peramice eos discedens salutat, seque illis nihil melius precari posse declarat, quam ut ad Christi cognitionem perveniant.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΡΥΦΩΝΑ ΙΟΥΔΑΙΟΝ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ

—

EJUSDEM JUSTINI

DIALOGUS CUM TRYPHONE JUDÆO

—

1. ***Justinus a Judæis ob philosophi vestem salutatus, Moysem longe præferendum esse philosophis declarat.*** — Ambulanti mihi mane in xysti spatiis

A 1. Περιπατοῦντί μοι ἔωθεν ἐν τοῖς τοῦ ξύστου (47) περιπάτοις συναντήσας τις μετὰ καὶ ἄλλων, Φιλόσοφε, χαῖρε, ἔφη. Καὶ ἅμα εἰπὼν τοῦτο, ἐπιστραφεὶς

(47) *Ξύστου.* Hic xystus, si fides Eusebio (*Hist. eccl.* IV, 18), Ephesi erat. Eodem in loco Apollonium disputare solitum esse Philostratus scribit IV, 3, et VIII, 26, referente Thirlbio. OTTO.

Digitized by Google

συμπεριπάτει μοι · συνεπέστρεφον δ' αὐτῷ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Κἀγὼ ἐμπαλιν προσαγορεύσας αὐτὸν, Τί μάλιστα; ἔφην.

A occurrens quidam una cum aliis, Salve, inquit, philosophe, statimque his dictis conversus una mecum ambulabat. Conversi quoque cum eo amici ejus. Tum ego vicissim illum salutans : Quid rerum, inquam, potissimum?

Ὁ δὲ, Ἐδιδάχθην ἐν Ἄργει, φησὶν, ὑπὸ Κορίνθου τοῦ Σωκρατικοῦ, ὅτι οὐ δεῖ καταφρονεῖν οὐδὲ ἀμελεῖν τῶν περικειμένων τόδε τὸ σχῆμα (48), ἀλλ' ἐκ παντὸς φιλοφρονεῖσθαι, προσομιλεῖν τε αὐτοῖς, εἴ τι ὄφελος (49) ἐκ τῆς συνουσίας γένοιτο ἢ αὐτῷ ἐκείνῳ ἢ ἐμοί. Ἀμφοτέροις δὲ ἀγαθόν ἐστι, κἂν θάτερος ᾖ ὠφελημένος. Τούτου οὖν χάριν, ὅταν ἴδω τινὰ ἐν τοιούτῳ σχήματι, ἀσμένως αὐτῷ προσέρχομαι · σέ τε κατὰ τὰ αὐτὰ ἡδέως νῦν προσεῖπον · οὗτοί τε συνεφέπονταί μοι, προσδοκῶντες καὶ αὐτοὶ ἀκούσεσθαί τι χρηστὸν ἐκ σοῦ.

At ille : Docuit me Argis, inquit, Corinthus Socraticus non debere contemni aut negligi qui hanc vestem induti sunt, sed omnem eis humanitatem exhibendam, ac eorum consuetudine utendum, ut aliqua inde utilitas sive ad ipsum illum, sive ad me redeat. Utrique autem bene est, si vel alteruter juvetur. Hanc igitur ob causam, cum aliquem in hac veste conspicio, libenter ad-eum accedo; teque modo ea de causa lætus compellavi : isti autem me subsequuntur, quod et ipsi sperent se ex te B utile aliquid audituros.

Τίς δὲ σύ ἐσσι (50), φέριστε βροτῶν; Οὕτως προσπαίζων αὐτῷ ἔλεγον.

102 Tu vero quisnam es mortalium præstantissime? Ita eum jocans alloquebar.

Ὁ δὲ καὶ τοὔνομά μοι καὶ τὸ γένος ἐξεῖπεν ἁπλῶς · Τρύφων, φησὶ, καλοῦμαι (51) · εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον (52), ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων.

Ille autem et nomen mihi et genus ingenue edidit. Trypho, inquit, vocor; Hebræus autem sum ex circumcisione, ex bello nuper gesto profugus, in Græcia et Corinthi plerumque degens.

Καὶ τί ἂν, ἔφην ἐγὼ, τοσοῦτον ἐκ φιλοσοφίας σύ τ' ἂν ὠφεληθείης, ὅσον παρὰ τοῦ σοῦ νομοθέτου καὶ τῶν προφητῶν;

Sed quid te, aiebam, tantum philosophia juvare possit, quantum legislator tuus et prophetæ?

Τί γὰρ, οὐχ οἱ φιλόσοφοι περὶ Θεοῦ τὸν ἅπαντα ποιοῦνται λόγον (53), ἐκεῖνος ἔλεγε, καὶ περὶ μοναρχίας αὐτοῖς καὶ προνοίας αἱ ζητήσεις γίνονται ἑκάστοτε; Ἢ οὐ τοῦτο ἔργον ἐστὶ φιλοσοφίας, ἐξετάζειν περὶ τοῦ Θείου; C

Quid enim, inquit ille, an non philosophorum sermo omnis de Deo versatur, ac de ejus singularitate et providentia quæstiones ab eis semper instituuntur? Aut philosophiæ an non hoc opus est de Deo quærere?

Ναὶ, ἔφην · οὕτω καὶ ἡμεῖς δεδοξάκαμεν. Ἀλλ' οἱ πλεῖστοι (54) οὐδὲ τούτου πεφροντίκασιν, εἴτε εἷς εἴτε καὶ πλείους εἰσὶ θεοὶ, καὶ εἴτε προνοοῦσιν ἡμῶν ἑκάστου, εἴτε καὶ οὔ · ὡς μηδὲν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς γνώσεως ταύτης συντελούσης · ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς (55) ἐπιχειροῦσι πείθειν, ὡς τοῦ μὲν σύμπαντος καὶ αὐτῶν τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν ἐπιμελεῖται Θεὸς, ἐμοῦ δὲ

Sane, inquam, ita et nos existimamus. Sed plerique ne id quidem laborant, utrum unus an plures sint dii, et unicuique nostrum utrum provideant necne; quasi hæc cognitio nihil ad beate vivendum afferat. Quinetiam persuadere nobis conantur Deum universi quidem ac ipsorum generum et specierum curam gerere, mei autem et tui et singulorum non

(48) *Τόδε τὸ σχῆμα.* De Justino Euseb. *Hist. eccl.* IV, c. 11 : Ἰουστῖνος ἐν *φιλοσόφου σχήματι* πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον. Hieron. *De viris ill.*, c. 23 : « Justinus philosophus, *habitu* quoque *philosophi* incedens »; et Phot. *Bibl.* cod. 125 : Φιλοσοφῶν καὶ τοῖς λόγοις καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ *σχήματι*. Otto.

(49) *Εἴ τι ὄφελος.* Illud *si* idem hoc loco valet ac dando operam, sive tentando, ut aliqua utilitas ad ipsum vel ad me redeat.

(50) *Τίς δὲ σύ ἐσσι.* Ex Homero *Iliad.* ζ, v. 123 : *Τίς δὲ σύ ἐσσι, φέριστε καταθνητῶν ἀνθρώπων;* Halloix. *Not. in vit. Just.* cap. 6.

(51) *Τρύφων..... καλοῦμαι.* Hunc Tryphonem Eusebius Judæorum tunc temporis celeberrimum fuisse dicit lib. IV, cap. 18.

(52) *Τὸν νῦν γενόμ. πόλεμον.* Hoc est bellum a Bar-Cochbar excitatum. Otto.

(53) *Τὸν ἅπαντα ποιοῦνται λόγον.* Sic etiam reddi possent hæc verba : « An non philosophi omnem de Deo disputationem instituunt? » Id est disputationibus suis complectuntur, quidquid de Deo fas est disserere? Sed interpretatio, quam secutus sum, confirmatur ex his verbis : Αἱ ζητήσεις γίνονται ἑκάστοτε. Justinus *Cohort.* n. 9, ait se antiquitatem Moysis demonstraturum μετὰ πάσης ἀξιοπίστου *μαρτυρίας*, id est nullo usurum testimonio, quod non gravissimum Græcis videri debeat.

(54) *Ἀλλ' οἱ πλεῖστοι.* Hoc loco Stoicos notat Justinus; nam Stoicus ille, quem primum philosophiæ magistrum habuit, parvi pendebat cognitionem Dei, ut infra narrat Justinus. In eosdem stoicos quadrant optime quæ sequuntur. Providentiam illi quidem admittebant, sed quæ fato et necessitate contineretur, nec aliter homines ac res inanimas regeret. Hinc Tertullianus *Præscript.* cap. 7 : « Marcionis Deus melior de tranquillitate, inquit, a Stoicis venerat, » Denique philosophi, de quibus hic loquitur Justinus, iisdem vicibus redeuntibus eosdem homines revicturos docebant, quod proprium fuit Porticus commentum. — Redarguit Justinus tum illius ævi philosophos (coll. Lucian. *Icaromenipp.* c. 9), tum Stoicos. Hi enim minime faciebant Dei cognitionem (c. 2, p. 218, 219, Theoph. *ad Autolyc.* c. 4); agnoscebant quidem Providentiam, ita tamen ut magna dii curent, parva negligant (Cic. *De nat. deor.*, II, 66). Otto.

(55) *Καὶ ἡμᾶς.* Ita mss. codices, et editiones recentiores R. Stephano, apud quem legitur καὶ ὑμᾶς.

Digitized by Google

item; neque enim fore ut eum tota nocte ac die precaremur. Hoc autem quonam illis evadat, difficile non est intelligere. Proposita enim est his, qui ita sentiunt, disserendi et sequendi quo libuerit impunitas et licentia, ac agendi quidquid volucrint et dicendi, nec supplicium metuentibus, nec boni quidquam a Deo sperantibus. Quomodo enim metuant aut sperent qui eadem semper futura dicunt, meque et te eodem rursus modo victuros, nec meliores factos, nec deteriores? Alii quidam, cum immortalem et incorpoream animam esse ponant, nec pœnas daturos se putant, si quid mali fecerint (pati enim non potest quod incorporeum est) nec jam Deo, cum immortalis sit anima, quidquam indigent.

A καὶ σοῦ οὐκ ἔτι καὶ τοῦ καθέκαστα (56), ἐπεὶ οὐδ' ἂν ηὐχόμεθα αὐτῷ δι' ὅλης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Τοῦτο δὲ ὅπῃ αὐτοῖς τελευτᾷ, οὐ χαλεπὸν συννοῆσαι. Ἄδεια γὰρ καὶ ἐλευθερία λέγειν καὶ ἕπεσθαι τοῖς δοξάζουσι ταῦτα, ποιεῖν τε ὅ τι βούλονται καὶ λέγειν, μήτε κόλασιν φοβουμένοις (57), μήτε ἀγαθὸν ἐλπίζουσί τι ἐκ Θεοῦ. Πῶς γάρ; οἵγε ἀεὶ ταὐτὰ ἕσεσθαι λέγουσι, καὶ ἐπ' ἐμὲ καὶ σὲ (58) ἔμπαλιν βιώσεσθαι ὁμοίως, μήτε κρείσσονας, μήτε χείρους γεγονότας. Ἄλλοι δέ τινες (59), ὑποστησάμενοι ἀθάνατον καὶ ἀσώματον τὴν ψυχήν, οὔτε, κακόν τι δράσαντες, ἡγοῦνται δώσειν δίκην (ἀπαθὲς γὰρ τὸ ἀσώματον), οὔτε, ἀθανάτου αὐτῆς ὑπαρχούσης, δέονταί τι τοῦ Θεοῦ ἔτι.

Tum ille urbane subridens : Tu vero, inquit, his de rebus quid censes, et quæ tua de Deo sententia, et quæ philosophia? Expone nobis.

B Καὶ ὅς, ἀστεῖον ὑπομειδιάσας, Σὺ δὲ πῶς, ἔφη, περὶ τούτων φρονεῖς, καὶ τίνα γνώμην περὶ Θεοῦ ἔχεις, καὶ τίς ἡ σὴ φιλοσοφία; Εἰπὲ ἡμῖν.

2. *Narrat se pluribus gustatis philosophis tandem adhæsisse Platonicis.* — Equidem tibi, inquam, quid mihi videatur edisseram. Est enim revera maxima possessio philosophia, ac plurimi apud Deum pretii, ad quem nos perducit, cuique nos sola commendat; vereque illi sancti sunt qui animum ad philosophiam adjungunt. Quid autem sit philosophia, et quam ob causam ad homines demissa, plerosque latet. Nam nec Platonici **103** essent, nec Stoici, nec Peripatetici, nec Theoretici, nec Pythagorici; cum una sit hæc scientia. Unde autem multiceps evaserit, juvat dicere. Usu venit, ut

C iis, qui philosophiam primi attigerunt, et ea re clari exstitere, successores nulla veri adhibita investigatione, adhærerent; ac tantum eorum con-

2. Ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ, ὅ γέ μοι καταφαίνεται. Ἔστι γὰρ τῷ ὄντι φιλοσοφία μέγιστον κτῆμα, καὶ τιμιώτατον Θεῷ, ᾧ τε (60) προσάγει καὶ συνίστησιν ἡμᾶς μόνη· καὶ ὅσιοι ὡς ἀληθῶς οὗτοί εἰσιν, οἱ φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν προσεσχηκότες. Τί ποτε δέ ἐστι φιλοσοφία, καὶ οὗ χάριν κατεπέμφθη εἰς τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς πολλοὺς λέληθεν. Οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν, οὐδὲ Στωϊκοί, οὐδὲ Περιπατητικοί, οὐδὲ Θεωρητικοὶ (61), οὐδὲ Πυθαγορικοί, μιᾶς οὔσης (62) ταύτης ἐπιστήμης. Οὗ δὲ χάριν πολύκρανος ἐγενήθη, θέλω εἰπεῖν. Συνέβη τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἐνδόξοις γενομένοις, ἀκολουθῆσαι τοὺς ἑπειτα, μηδὲν ἐξετάσαντας ἀληθείας πέρι· καταπλαγέντας δὲ μόνον τὴν καρτερίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὸ ξένον τῶν λόγων, ταῦτα ἀληθῆ νομίσαι

(56) *Τοῦ καθέκαστα.* Maflet Sylburgius τῶν καθέκαστα vel τοῦ καθέκαστον. Hæc in Peripateticos et Cyrenaicos dicta crediderim, qui preces rejiciebant. Vid. *Strom.* VII, p. 722, et II *adv. Celsum*, p. 68.

(57) *Φοβουμένοις.* In cod. Reg. et Clarom. φοβουμένους et ἐλπίζοντας ad marg. Sic etiam R. Stephanus ad calcem. Sed non necessaria emendatio; hæc enim referuntur ad δοξάζουσι. Si Justinus semper sequeretur nitidum dicendi genus, valde mihi arrideret hæc Perionii emendatio : Ἐλευθερία ἕπεται τοῖς δοξάζουσι ταῦτα, ποιεῖν τε ὅ τι βούλονται καὶ λέγειν.

(58) *Καὶ σέ.* Sic cod. Clarom. Editi habent ἐς ἔμπαλιν. Pro ἐπ' legendum videtur ἔτι, ut admonuit Sylburgius.

(59) *Ἄλλοι δέ τινες.* Nonnullos notat Platonicos de quibus loquitur infra num. 5.

(60) *Θεῷ, ᾧ τε.* Legit Sylburgius Θεῷ τε. Paulo post pro ὅσιοι, videtur Langus legisse ὄλβιοι, « felices, » sed nulla prorsus ratione. Loquitur enim Justinus non de philosophia ethnicorum, sed de Christiana doctrina, quam infra num. 8, declarat solam esse certam atque utilem philosophiam, seque tunc demum fuisse philosophum, cum factus est Christianus. Thirlbii ergo legendum conjicientis, σοφοί, inutilis conjectura.

(61) *Θεωρητικοί.* Philosophi, quos Justinus Theoreticos appellat, non iidem sunt, ac Sceptici, ut existimavit Langus, sive Pyrrhonii, qui quærendi et investigandi finem non faciebant, cum nihil prorsus affirmare auderent. Sed theoretica philosophia ea est, quæ in contemplandis rebus versatur, nec ad actionem transit. Hinc Julianus imperator or. 6, p. 190 : Οὗτοι διμερῆ τὴν φιλοσοφίαν νομίσαντες, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων, θεωρηματικήν τε καὶ πρακτικήν· αὐτοῦ συνέντες δηλονότι καὶ νοήσαντες, ὡς οἰκεῖόν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει, πράξει καὶ ἐπιστήμῃ. « Philosophiam (Cynici) in duas partes dividunt, uti Aristoteles et Plato, speculativam et practicam; in quo recte illud videntur animadvertisse, hominem natura ad scientiam et actionem esse comparatum. » Isidorus Pelusiota, lib. II, epist. 201, tres philosophiæ species distinguit, quarum primam, quæ in actione versatur, veluti fundamentum esse statuit; aliam, quam logicam appellat, veluti ornamentum; tertiam theoreticam, sive speculativam, veluti fastigium et coronidem. Non alio sensu videtur hanc vocem usurpare Justinus, nec immerito Theoreticos cum aliis sectis exagitat, cum vera philosophia non minus præclare factis, quam rerum consideratione debeat commendari. — Cf. Gell. *Noct. Att.*, XI, 5.

(62) *Μιᾶς οὔσης.* Julianus imperator in sexta oratione, p. 184, sic loquitur : Μηδεὶς οὖν ἡμῖν τὴν φιλοσοφίαν εἰς πολλὰ διαιρείτω, μηδὲ εἰς πολλὰ τεμνέτω· μᾶλλον δὲ μὴ πολλὰς ἐκ μιᾶς ποιείτω. Ὥσπερ γὰρ ἀλήθεια μία, οὕτω δὲ καὶ φιλοσοφία. « Nemo ergo philosophiam nobis in plures partes dividat, vel potius plures ex una faciat. Ut enim veritas una est, ita et philosophia. » Hactenus præclare Julianus; sed in eo turpiter labitur, quod plures vias, id est, varia ethnicarum superstitionum instituta ad hanc veritatem ducere existimet.

Digitized by Google

ἀ παρὰ τοῦ διδασκάλου ἕκαστος ἔμαθεν· εἶτα καὶ αὐτοὺς, τοῖς ἔπειτα παραδόντας τοιαῦτα ἅττα καὶ ἄλλα τούτοις προσοικότα, τοῦτο κληθῆναι τοὔνομα ὅπερ ἐκαλεῖτο ὁ πατὴρ τοῦ λόγου. Ἐγώ τε, κατ' ἀρχὰς οὕτω ποθῶν καὶ αὐτὸς συμβαλεῖν τούτων ἑνί, ἐπέδωκα ἐμαυτὸν Στωϊκῷ τινί· καὶ διατρίψας ἱκανὸν μετ' αὐτοῦ χρόνον, ἐπεὶ οὐδὲν πλέον ἐγίνετό μοι περὶ Θεοῦ (οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἠπίστατο, οὐδὲ ἀναγκαίαν ἔλεγε ταύτην εἶναι τὴν μάθησιν), ταύτου μὲν ἀπηλλάγην, ἐπ' ἄλλον δὲ ἦκα, Περιπατητικὸν καλούμενον, δριμὺν, ὡς ᾤετο. Καί μου ἀνασχόμενος οὗτος τὰς πρώτας ἡμέρας, ἠξίου με ἔπειτα μισθὸν ὁρίσαι, ὡς μὴ ἀνωφελὴς ἡ συνουσία γίγνοιτο ἡμῖν. Καὶ αὐτὸν ἐγὼ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν κατέλιπον, μηδὲ φιλόσοφον οἰηθεὶς ὅλως. Τῆς δὲ ψυχῆς ἔτι μου σπαργώσης ἀκοῦσαι τὸ ἴδιον καὶ τὸ ἐξαίρετον τῆς φιλοσοφίας, προσῆλθον εὐδοκιμοῦντι μάλιστα Πυθαγορείῳ, ἀνδρὶ πολὺ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ φρονοῦντι. Κἄπειτα, ὡς διελέχθην αὐτῷ, βουλόμενος ἀκροατὴς αὐτοῦ καὶ συνουσιαστὴς γενέσθαι, «Τί δαὶ, ὠμίλησας, ἔφη, μουσικῇ, καὶ ἀστρονομίᾳ, καὶ γεωμετρίᾳ; Ἢ δοκεῖς κατόψεσθαί τι τῶν εἰς εὐδαιμονίαν συντελούντων, εἰ μὴ ταῦτα πρῶτον διδαχθείης, ἃ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν περισπάσει, καὶ τοῖς νοητοῖς αὐτὴν παρασκευάσει χρησίμην, ὥστε αὐτὸ κατιδεῖν τὸ καλὸν, καὶ αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθόν;» Πολλά τε ἐπαινέσας ταῦτα τὰ μαθήματα, καὶ ἀναγκαῖα εἰπὼν, ἀπέπεμπέ με, ἐπεὶ αὐτῷ ὡμολόγησα μὴ εἰδέναι. Ἐδυσφόρουν οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀποτυχὼν τῆς ἐλπίδος, καὶ μᾶλλον ᾗ ἐπίστασθαί τι αὐτὸν ᾠόμην. Πάλιν τε τὸν χρόνον σκοπῶν ὃν ἔμελλον ἐκτρίβειν περὶ ἐκεῖνα τὰ μαθήματα, οὐκ ἠνειχόμην εἰς μακρὰν ἀποτιθέμενος. Ἐν ἀμηχανίᾳ δέ μου ὄντος, ἔδοξέ μοι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχεῖν· πολὺ γὰρ καὶ τούτων ἦν κλέος· καὶ δὴ νεωστὶ ἐπιδημήσαντι τῇ ἡμετέρᾳ πόλει συνετῷ ἀνδρὶ, καὶ προὔχοντι ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς, συνδιέτριβον ὡς τὰ μάλιστα, καὶ προέκοπτον, καὶ πλεῖστον ὅσον ἑκάστης ἡμέρας ἐπεδίδουν. Καί με ἦρε (63) σφόδρα ἡ τῶν ἀσωμάτων νόησις, καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν ἀνεπτέρου (64) μοι τὴν φρόνησιν, ὀλίγου τε ἐντὸς χρόνου ᾠμην σοφὸς γεγονέναι, καὶ ὑπὸ βλακείας ἤλπιζον αὐτίκα κατόψεσθαι τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας (65).

A stantiam et continentiam, et novum sermonum genus admirati, ea crederent vera, quæ a suo quisque magistro didicissent; et cum eadem ipsi suis quoque successoribus et alia quædam affinia tradidissent, eo nomine designarentur, quo appellatus fuisset doctrinæ pater. Ego quoque cum initio cuperem horum alicui in sermonem venire, dedi me cuidam Stoico; satisque cum eo versatus diu, cum nihilo plura scirem de Deo (nam nec sciebat ipse, neque hanc scientiam necessariam putabat) ab eo discessi, atque ad alium me contuli, quem Peripateticum vocabant, hominem, ut sibi ipse videbatur, peracutum. Cumque is me primis diebus pertulisset, rogavit postea ut de mercede transigerem, quo fructuosa nobis esset inter nos consuetudo. B Hac ipsa de causa missum illum feci, ne philosophum quidem omnino arbitratus. Sed cum animus adhuc studio flagraret id quod philosophiæ proprium et præcipuum est audiendi; celeberrimum adii Pythagoreum, hominem de sapientia valde gloriantem. Deinde ut collocutus sum cum eo, auditor illius et familiaris fieri cupiens: Quid ergo, inquit ille, dedisti operam musicæ, astronomiæ et geometriæ? An putas perspecturum te quidquam eorum, quæ beatæ vitæ conducunt, nisi hæc prius didiceris, quæ animum a rebus sensum moventibus abstrahent et ad ea, quæ mente percipiuntur, idoneum efficient, ut ipsum pulchrum et ipsum bonum intueatur? Cum has disciplinas pluribus laudasset, ac necessarias prædicasset, dimisit me a C se, postquam ei confessus sum me nescire. Ferebam igitur, ut par erat, moleste quod spe excidissem; eoque magis quod mihi aliquid scire videretur. Rursus cum tempus illud considerarem, quod mihi in his disciplinis conterendum erat, non ferebam me in longum tempus rejici. In hac consilii inopia visum est ut ad Platonicos me conferrem (erant enim magno in pretio) ac cum viro quodam prudenti, qui recens in urbem nostram advenerat, atque inter Platonicos excellebat, plurimum versabar, proficiebamque et quotidie mihi quam maximæ accessiones fiebant. Efferebat me vehementer incorporearum rerum intelligentia, ac meæ menti alas addebat idearum contemplatio; sapiensque **104** mihi videbat intra breve tempus evasisse, ac præ stolidi.ate in spem veneram videndi protinus Deo. Hic enim finis est Platonis philosophiæ.

3. Καί μου οὕτως διακειμένου, ἐπεὶ ἔδοξέ ποτε πολλῆς ἠρεμίας ἐμφορηθῆναι, καὶ τὸν τῶν ἀνθρώπων (66) ἀλεεῖναι πάτον, ἐπορευόμην εἰς τι χωρίον οὐ μακρὰν θαλάσσης. Πλησίον δέ μου γενομένου ἐκείνου τοῦ τόπου, ἔνθα ἔμελλον ἀφικόμενος πρὸς

D 3. *Justini conversio. Senex quidam ei demonstrat quam inanis sit scientia philosophorum.* — Sic affectus cum vellem aliquando plurima solitudine animum explere, atque hominum vestigia vitare, profectus sum in agrum quemdam non remotum a

(63) *Καί με ἦρει.* Id pro ἤρεσκε, *placebat*, positum fuisse observat Stephanus. At Sylburgius probat retinendum ἦρει ex simili loquendi ratione sub finem orationis *adversus Græcos*, ταῦτά με εἶλε.

(64) *Ἀνεπτέρου μοι τ. φρόνησιν.* Narrans progressus suos in philosophiæ Platonicæ studio, eleganter utitur hac phrasi Platonicis usitatissima. Tᴀʟʙᴜʀɢɪᴜs.

(65) *Τοῦτο γὰρ τ. τ. Πλ. φιλ.* Quare cæteris philosophis, qui finem alibi ponebant, Platonicos præferi Augustinus *De civ. Dei*, VIII, 8: «Cedant igitur hi omnes illis philosophis qui non dixerunt beatum hominem fruentem corpore vel fruentem animo, sed fruentem Deo: non sicut corpore vel seipso animus, aut sicut amico amicus, sed sicut luce oculus.» Cf. c. 12. Oᴛᴛᴏ.

(66) *Τὸν τῶν ἀνθρώπων.* Allusio est ad illud Homeri *Iliad.* ζ, v. 201, de Bellerophonte:

. . . . . οἷος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Sʏʟʙᴜʀɢɪᴜs.

Digitized by Google

mari. Cumque propinquarem huic loco, ad quem cum venissem, mecum eram futurus; senior quidam, non sane aspectu contemnendus, gravitatem et comitatem præ se ferens, modico me intervallo assectabatur. Conversus in eum substiti, atque oculos in eum acrius defixi.

Tum ille, Mene, inquit, cognoscis?

Negavi ego.

Quid me igitur, inquit, ita contemplaris?

Miror, inquam, assecutum te esse, ut mecum in eodem loco esses; neque enim fore exspectabam, ut quemquam hic viderem.

Sollicitus sum, inquit, de meorum nonnullis; hi peregre mihi abierunt; veni ergo et ipse spectatum, an sese mihi alicunde ostensuri sint? Tu vero, quidnam hic rerum?

Delector, inquam, ejusmodi deambulationibus, in quibus, cum nihil occurrat, quod interpellare possit, mecum ipse liberrime colloquor. Sunt enim hæc loca philologiæ aptissima.

Sermonum ergo, inquit ille, amator es, factorum autem et veritatis nequaquam, nec actuosus esse conaris potius quam sophista?

Tum ego: Quid, inquam, majus meliusve facere quisquam possit, quam si rationem omnibus imperare demonstret, illamque apprehendens, eique veluti insidens aliorum errores et studia consideret, quomodo nihil agant quod sanum sit, nihil quod Deo placeat. Prudentia autem sine philosophia et recta ratione inesse nemini potest. Idcirco omni homini philosophandum est, atque hoc maxi-

ἐμαυτῷ ἔσεσθαι, παλαιός τις πρεσβύτης, ἰδέσθαι οὐκ εὐκαταφρόνητος, πρᾶον καὶ σεμνὸν ἦθος ἐμφαίνων, ὀλίγον ἀποδέων μου, παρείπετο. Ὡς δὲ ἐπεστράφην εἰς αὐτὸν, ὑποστὰς ἐνητένισα δριμύτερον αὐτῷ.

Καὶ ὅς, Γνωρίζεις με; ἔφη.

Ἠρνησάμην ἐγώ.

Τί οὖν, μοὶ ἔφη, οὕτως με κατανοεῖς;

Θαυμάζω, ἔφην, ὅτι ἔτυχες ἐν τῷ αὐτῷ μοι γενέσθαι· οὐ γὰρ προσεδόκησα ὄψεσθαί τινα ἀνδρῶν ἐνθάδε.

Ὁ δὲ, Οἰκείων τινῶν, φησί μοι, πεφρόντικα. Οὗτοι δέ μοι εἰσὶν ἀπόδημοι· ἔρχομαι οὖν καὶ αὐτὸς σκοπήσων τὰ περὶ αὐτούς, εἰ ἄρα φανήσονταί ποθεν. Σὺ δὲ τί ἐνθάδε; ἐμοὶ ἐκεῖνος.

Χαίρω, ἔφην, ταῖς τοιαύταις διατριβαῖς, ἀνεμπόδιστος γάρ μοι ὁ διάλογος πρὸς ἐμαυτὸν γίνεται, μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεί (67)· φιλολογίᾳ τε ἀνυτικώτατά ἐστι τὰ τοιάδε χωρία.

Φιλόλογος (68) οὖν τις εἶ σὺ, ἔφη, φιλεργὸς δὲ οὐδαμῶς οὐδὲ φιλαλήθης; οὐδὲ πειρᾷ πρακτικὸς εἶναι μᾶλλον ἢ σοφιστής;

Τί δ' ἄν, ἔφην ἐγὼ, τούτου μεῖζον ἀγαθὸν (69) ἄν τις ἐργάσαιτο, τοῦ δεῖξαι μὲν τὸν λόγον ἡγεμονεύοντα (70) πάντων· συλλαβόντα δὲ, καὶ ἐπ' αὐτῷ ὀχούμενον (71), καθορᾷν τὴν τῶν ἄλλων πλάνην καὶ τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς δρῶσιν, οὐδὲ Θεῷ φίλον. Ἄνευ δὲ φιλοσοφίας καὶ ὀρθοῦ λόγου οὐκ ἄν τῳ παρείη φρόνησις. Διὸ χρὴ πάντα ἄνθρωπον φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦτο μέγιστον καὶ τιμιώτατον ἔρ-

(67) *Ὡσανεί*. Sylburgius legendum putat ὡσανεὶ μὴ ἐναντία δρώσαις, atque hæc collocanda ante ἀνεμπόδιστος. Sed necesse non videtur accuratissimam verborum constructionem a S. Justino petere. Perionius legendum conjiciebat μὴ δράσαις.

(68) *Φιλόλογος*. Inest Græco sermoni acumen quoddam, quod Latine reddere non potui. Nam cum λόγοι verba, orationem, litteras et doctrinam significent, Justinus, ut jam nonnulli observarunt, postremo sensu hanc vocem usurpat, sed ita a sene exagitatur, quasi primo sensu usurpasset. Philosophus et Christianus tantum videntur differre Tertulliano, quantum « verborum et factorum operator, » *Apol.* 47.

(69) *Ἔργον*. In libris mistis et editis legitur ἀγαθόν, quod nullo modo ferri potest. Quis tandem μεῖζον ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι dixerit? Videlicet reponendum est ἔργον, uti ante me Thirlbius observavit. Etenim paulo infra: Διὸ χρὴ πάντα ἄνθρ. φιλοσοφεῖν καὶ τοῦτο *μέγιστον* καὶ τιμιώτατον *ἔργον* ἡγεῖσθαι. Utrobique autem antecedentia respiciuntur senis verba: Φιλόλογος οὖν τις εἶ σύ, *φιλεργὸς* δὲ οὐδαμῶς. Otto.

(70) *Τὸν λόγον ἡγεμονεύοντα*. De Verbo Dei Filio hæc accipi non debent, sed de ratione seu cogitatione divina, quo sensu ait Cicero *Tuscul.* 1: « Domina omnium et regina ratio. » Nam 1° Platonis locus, quem Justinus, ut modo videbimus, imitatur, ad cogitationem Dei pertinet, Verbum illius et Filium ne minima quidem ex parte contingit. 2° Cum Justinus hæc cum sene loqueretur, id est, anno circiter 132, nondum disputationes de Verbo Dei in Platonicis scholis fervebant, ut demonstrabimus, si Deus dederit, in libro III *De divinitate Christi*. S. martyris verba satis quadrant cum hoc titulo unius ex libris Josephi: Περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, « De ratione summo imperio prædita. » Legent διῶξαι μὲν τὸν λόγον, quibus placebit eruditi Thirlbii conjectura; sed eam fateor mihi non placere.

(71) *Ὀχούμενον*. Imitatur Platonem qui in *Phædone*, p. 85, elaborandum esse ait, ut « humanarum rationum unam aliquam, quæ quidem optima sit, et ad refellendum difficillima, apprehendentes eique insidentes, tanquam rate hujus vitæ pericula enavigemus; nisi quis possit firmiore aliquo vehiculo, aut divina aliqua ratione apprehensa tutius traduci. » Τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα καὶ δυσεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος, ἢ λόγου θείου τινὸς, διαπορευθῆναι. Refert hoc testimonium Thirlbius, atque aliud indicat in *Phædone*, p. 246. Atque hæc quidem de divina et humana ratione dicta Justinum adhuc Platonicum non dedecebant. At Christiani nequaquam nos rationi omnibus imperanti, sive Verbo Deo, se ipsum potius Verbum nobis insidere dicunt. Christus sanctis ἐποχεῖσθαι dicitur apud Eusebium *in Psalm.*, pag. 193; Gregor. Nyss. homil. 3, *in Cantic.*, Cyril. Alex. *in Joan.*, p. 389, et in 12 *Prophet.*, p. 564 et 573. Hinc Gregorius Nazianzenus Verbum appellat sessorem, ἐπιβάτην, orat. 34. Hieronymus in *Epist. ad Salvinam*: « Nostrum est, inquit, voluptatis ardorem majore Christi amore restinguere, et lasciviens jumentum frenis inediæ subjugare: ut non libidinem, sed cibos quærat ac desideret, et sessorem Spiritum sanctum moderato atque composito portet incessu. »

Digitized by Google

γον ἡγεῖσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ δεύτερα καὶ τρίτα· καὶ φιλοσοφίας μὲν ἀπηρτημένα, μέτρια καὶ ἀποδοχῆς ἄξια· στερηθέντα δὲ ταύτης καὶ μὴ παρεπομένης, τοῖς μεταχειριζομένοις αὐτὰ φορτικὰ καὶ βάναυσα.

A mum et præclarissimum opus existimandum, cætera vero in secundis et tertiis ponenda; ac philosophiæ quidem si adjuncta fuerint, mediocria, et quæ assumantur digna, si vero incomitata et destituta ab ea sint, cum iis importuna, quorum manibus tractantur, tum etiam illiberalia ducenda sunt.

Ἡ οὖν φιλοσοφία εὐδαιμονίαν ποιεῖ; ἔφη ὑποτυχὼν (72) ἐκεῖνος.

Philosophia igitur beatitudinem efficit? inquit ille.

105 Καὶ μάλιστα, ἔφην ἐγὼ, καὶ μόνη.

Illa vero, inquam, et sola quidem.

Τί γάρ ἐστι φιλοσοφία, φησὶ, καὶ τίς ἡ εὐδαιμονία αὐτῆς, εἰ μή τι κωλύει φράζειν, φράσον.

Igitur quid sit philosophia, inquit, et quæ ejus beatitudo, nisi quid eloqui prohibet, eloquere.

Φιλοσοφία μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, ἐπιστήμη ἐστὶ τοῦ ὄντος καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἐπίγνωσις· εὐδαιμονία δὲ ταύτης τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς σοφίας γέρας.

Philosophia, inquam ego, est scientia illius quod est, et veri cognitio. Beatitudo autem hujus scientiæ et sapientiæ præmium.

Θεὸν (73) δὲ σὺ τί καλεῖς; ἔφη.

Deum autem quidnam vocas? inquit ille.

Τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως αἰεὶ ἔχον, καὶ τοῦ εἶναι πᾶσι τοῖς ἄλλοις αἴτιον, τοῦτο δή ἐστιν ὁ Θεός. Οὕτως ἐγὼ ἀπεκρινάμην αὐτῷ· καὶ ἐτέρπετο ἐκεῖνος ἀκούων μου, οὕτως τέ με ἤρετο πάλιν.

B Quod idem est et eodem modo semper se habet, quodque cæteris omnibus causa est cur sint, hoc sane Deus est. Ita illi ego respondi: meque ille libenter audiebat, ac rursus ita interrogavit.

Ἐπιστήμη οὐκ ἔστι κοινὸν ὄνομα διαφόρων πραγμάτων; Ἔν τε γὰρ ταῖς τέχναις ἁπάσαις ὁ ἐπιστάμενος τούτων τινὰ ἐπιστήμων καλεῖται, ἔν τε στρατηγικῇ, καὶ κυβερνητικῇ, καὶ ἰατρικῇ ὁμοίως. Ἔν τε τοῖς θείοις καὶ ἀνθρωπείοις οὐχ οὕτως ἔχει (74)· Ἐπιστήμη τίς ἐστιν ἡ παρέχουσα αὐτῶν τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν θείων γνῶσιν, ἔπειτα τῆς τούτων θειότητος καὶ δικαιοσύνης ἐπίγνωσιν;

Scientia an non commune nomen est rerum diversarum? In omnibus enim artibus, qui harum aliquam sciat dicitur sciens, in imperatoria, in gubernatoria, in medica similiter. In divinis et humanis rebus an ita se res habet? Estne scientia quæpiam, quæ divinarum et humanarum rerum cognitionem afferat, ac deinde quæ sit in illis divinitatis, quæ justitiæ ratio demonstret?

Καὶ μάλα, ἔφην.

Maxime, inquam.

Τί οὖν; ὁμοίως ἐστὶν ἄνθρωπον εἰδέναι καὶ Θεὸν, ὡς μουσικὴν, καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ ἀστρονομίαν, ἤ τι τοιοῦτον;

Quid igitur? Idem est hominem et Deum nosse, ac musicam, arithmeticam, astronomiam aut aliquid simile?

C

Οὐδαμῶς, ἔφην.

Minime gentium, inquam.

Οὐκ ὀρθῶς ἄρα ἀπεκρίθης ἐμοὶ, ἔφη ἐκεῖνος. Αἱ μὲν γὰρ ἐκ μαθήσεως προσγίνονται ἡμῖν, ἢ διατριβῆς τινός· αἱ δὲ ἐκ τοῦ ἰδέσθαι παρέχουσι τὴν ἐπιστήμην. Εἴ γέ σοι λέγοι τις ὅτι ἐστὶν ἐν Ἰνδίᾳ ζῷον φυὴν οὐχ ὅμοιον τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖον ἢ τοῖον, πολυειδὲς καὶ ποικίλον, οὐκ ἂν πρότερον εἰδείης ἢ ἴδοις αὐτό· ἀλλ' οὐδὲ λόγον ἂν ἔχοις εἰπεῖν αὐτοῦ τινὰ, εἰ μὴ ἀκούσαις τοῦ ἑωρακότος.

Non recte ergo mihi respondisti, inquit ille. Aliæ enim disciplina et exercitatione quadam a nobis comparantur; aliæ vero ex visu scientiam efficiunt. Si quis tibi dicat esse in India animal natura non simile cæteris omnibus, sed tale aut tale, multiplicis ac variæ formæ, non prius scias quale sit, nisi videris, sed nec ullam illius rationem possis reddere, nisi ex eo qui viderit, audieris.

Οὐ γάρ, φημί.

Non profecto, inquam.

Πῶς οὖν ἂν, ἔφη, περὶ Θεοῦ ὀρθῶς φρονοῖεν οἱ φιλόσοφοι, ἢ λέγοιέν τι ἀληθὲς, ἐπιστήμην αὐτοῦ μὴ ἔχοντες, μηδὲ ἰδόντες ποτὲ, ἢ ἀκούσαντες;

Quomodo igitur, inquit, de Deo philosophi recte sentiant, aut quidquam veri dicant, scientiam illius non habentes, quippe qui nec visu nec auditione

D quidquam de eo unquam perceperint?

Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὀφθαλμοῖς, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτοῖς, πάτερ, ὁρατὸν τὸ Θεῖον, ὡς τὰ ἄλλα ζῶα (75), ἀλλὰ μόνῳ νῷ καταληπτὸν, ὥς φησι Πλάτων, καὶ ἐγὼ πείθομαι αὐτῷ.

At oculis, inquam, pater, divinum numen ut cætera animalia, videri non potest, sed sola mente percipi, ut ait Plato, cui ego assentior.

4. Ἔστιν οὖν, φησὶ, τῷ νῷ ἡμῶν τοιαύτη τις καὶ

4. Inest igitur, inquit ille, menti nostræ talis

(72) *Ὑποτυχών.* In utroque codice Regio et Claromontano legitur in textu: Εἰ οὖν . . . . οὐχ ὁ τυχών. Sed ad marginem hæc apposita est nota: Οἶμαι οὕτως ἂν εἴη κάλλιον, *Ἡ οὖν φ. εὐδ. π. ἑ. ὑποτυχὼν ἐκεῖνος.* R. Stephanus. Scribendum ἡ οὖν monet Sylburg. Retinuissem illud εἰ, si mutatum non fuisset a R. Stephano.

(73) *Θεόν.* Monet Thirlbius leg. esse τὸ ὄν, et mox τοῦτο δέ. Non tamen corruptus videtur textus.

(74) *Οὐχ οὕτως ἔχει.* Negatio videtur expungenda: atque illam equidem in interpretando negligendam duxi. Inornata enim esset oratio: « An non ita se res habet? Estne scientia, » etc. Sic enim ὁμοίως cum præcedentibus conjunxi. — Negationem (οὐχ) retinui, interrogationis signo post ἔχει deleto: « In rebus divinis et humanis non ita se res habet. » Otto.

(75) *Τὰ ἄλλα ζῶα.* Illud ἄλλα rejicit Perionius, ut suppositam Justino vocem, et Deo injuriam. Sed minus animadvertit Justinum tunc Platoni addictum fuisse, qui Deum conceptis verbis vocat Ζῶον ἀΐδιον in *Timæo*, non longe ab initio.

Digitized by Google

quædam ac tanta vis, aut non citius sensu percepisset? Aut Deum videbit aliquando humana mens Spiritu sancto non exornata?

Ait enim Plato [60], inquam ego, talem esse mentis oculum, atque ad hoc nobis datum fuisse, ut ipsum illud, quod est, hoc ipso pellucido oculo videre possimus; quod quidem causa est eorum omnium, quæ mente percipiuntur, nec colorem habens, nec figuram, nec magnitudinem, nec quidquam eorum quæ oculis cernuntur; sed quidnam est? Hoc ipsum, inquam, quod supra omnem essentiam est; non enarrabile, non explicabile, solum pulchrum et bonum, animis a natura bene informatis ob cognationem et videndi cupiditatem illico affulgens.

106 Quænam igitur nobis, aiebat, cognatio cum Deo? Num anima divina et immortalis est, et ipsius regiæ illius mentis particula; et quemadmodum illa Deum videt, ita consequi possumus, ut mente nostra divinum numen complectatur, atque inde jam simus beati?

Omnino, inquam.

Num illud etiam comprehendunt animæ omnium animalium, interrogabat ille an alia hominis anima, alia equi et asini?

Minime, inquam; sed eædem sunt in omnibus.

Videbunt igitur, inquit, equi et asini, aut viderunt Deum aliquando?

Non sane, inquam; nam ne hominum quidem vulgus; sed tantum si quis juste vixerit, ac justitia cæterisque omnibus virtutibus lustratus fuerit.

Non jam ergo, inquit ille, propter cognationem videt Deum, neque eo quod mens sit, sed quia temperans et justa?

Sane, inquam; et quia habet quo Deum intelligat.

Faciunt cuiquam injuriam capræ et oves?

Nemini profecto, inquam.

Videbunt ergo, inquit, secundum tuam ratiocinationem et ista animantia.

Minime; illis enim corpus, cum tale sit, impedimento est.

Si vocem accipiant hæc animantia, inquit ille, probe scias multo potiori jure convicium corpori enim antea quæsierat senex, an Deum mens nostra Spiritu sancto non exornata videre possit, ita postquam animadvertit Justinum humanæ naturæ hanc Dei videndi facultatem attribuere, iterum quærit an anima nostra divina sit et immortalis et regiæ illius mentis particula. Perspicuum ergo est eum nunc quærere, an anima illius sit particula, de quo ante quæsierat, an sine illius auxilio Deus videri possit. Hæretici illius ætatis, cum viribus suis impie confiderent, naturam immortalem et Deo consubstantialem sibi arrogabant ob semen quoddam sibi injectum a matre sua Achamoth, quam etiam Spiritum sanctum vocabant. Plato in *Philebo*, p. 30, agnoscit in Jovis natura, βασιλικὴν ψυχὴν, βασιλικὸν νοῦν, sed hanc animam, hanc mentem a Jove non distinguit.

(79) *Πᾶσαι δ' αὐτῷ.* Lege αὐτό. Arridet etiam Thirlbio hæc emendandi ratio.

[60] In *Phædone*, p. 65.

(76) *Ὁ μή.* Leg. ἢ μή.

(77) *Ἀλλά τι ὄν.* Legendum ἀλλὰ τί ὄν; vel ἀλλά τι ὂν τοιοῦτο.

(78) *Βασιλικοῦ νοῦ.* Non deerunt fortasse qui regiam illam mentem nihil aliud esse quam Verbum Dei pronuntient, atque inde concludant jam tum Platonicos de Dei Verbo, ut de persona distincta, disseruisse; siquidem senex non quæreret ex Justino an anima nostra pars sit regiæ illius mentis, nisi eum in Platonis schola, quid sit regia illa mens didicisse sciret. Verum etiamsi dederim hæc de Verbo Dei accipienda esse; non idcirco Platonicos de Verbo jam tum dederim disseruisse. Paulo ante dicebat senex: « An Deum videbit aliquando humana mens Spiritu sancto non exornata? » An inde concludes Platonicos non latuisse quid sit Spiritus sanctus? Ad eumdem Spiritum referri debent, quæ de regia mente hoc loco dicuntur. Quemadmodum

A τοσαύτη δύναμις, ὃ μὴ (76) τάχιον δι' αἰσθήσεως ἔλαβεν; Ἢ τὸν Θεὸν ἀνθρώπου νοῦς ὄψεταί ποτε, μὴ ἁγίῳ Πνεύματι κεκοσμημένος;

Φησὶ γὰρ Πλάτων, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτὸ τοιοῦτον εἶναι τὸ τοῦ νοῦ ὄμμα, καὶ πρὸς τοῦτο ἡμῖν δεδόσθαι, ὡς δύνασθαι καθορᾷν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὄν· εἰλικρινεῖ αὐτῷ ἐκείνῳ, ὃ τῶν νοητῶν ἁπάντων ἐστὶν αἴτιον, οὐ χρῶμα ἔχον, οὐ σχῆμα, οὐ μέγεθος, οὐδὲ οὐδὲν ὧν ὀφθαλμὸς βλέπει, ἀλλά τι ὂν (77) τοῦτ' αὐτὸ, φημὶ, ὂν ἐπέκεινα πάσης οὐσίας, οὔτε ῥητὸν, οὔτε ἀγορευτὸν, ἀλλὰ μόνον καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἐξαίφνης ταῖς εὖ πεφυκυίαις ψυχαῖς ἐγγινόμενον διὰ τὸ συγγενὲς καὶ ἔρωτα τοῦ ἰδέσθαι.

B Τίς οὖν ἡμῖν, ἔλεγε, συγγένεια πρὸς τὸν Θεόν ἐστιν; Ἢ καὶ ἡ ψυχὴ θεία καὶ ἀθάνατός ἐστι, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ βασιλικοῦ νοῦ (78) μέρος; Ὡς δὲ ἐκεῖνος ὁρᾷ τὸν Θεὸν, οὕτω καὶ ἡμῖν ἐφικτὸν τῷ ἡμετέρῳ νῷ συλλαβεῖν τὸ Θεῖον, καὶ τοὐντεῦθεν ἤδη εὐδαιμονεῖν;

Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην.

Πᾶσαι δ' αὐτῷ (79) διὰ πάντων αἱ ψυχαὶ χωροῦσι τῶν ζώων, ἠρώτα, ἡ ἄλλη μὲν ἀνθρώπου, ἄλλη δὲ ἵππου καὶ ὄνου;

Οὐκ· ἀλλ' αἱ αὐταὶ ἐν πᾶσίν εἰσιν, ἀπεκρινάμην.

Ὄψονται ἄρα, φησὶ, καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, ἢ εἶδέν ποτε τὸν Θεόν;

Οὐκ, ἔφην· οὐδὲ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μή τις ἐν δίκῃ βιώσαιτο, καθηράμενος δικαιοσύνῃ C καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ πάσῃ.

Οὐκ ἄρα, ἔφη, διὰ τὸ συγγενὲς ὁρᾷ τὸν Θεὸν, οὐδ' ὅτι νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὅτι σώφρων καὶ δίκαιος;

Ναὶ, ἔφην, καὶ διὰ τὸ ἔχειν ᾧ νοεῖ τὸν Θεόν.

Τί οὖν; ἀδικοῦσί τινα αἶγες ἢ πρόβατα;

Οὐδὲν οὐδένα, ἦν δ' ἐγώ.

Ὄψονται ἄρα, φησὶ, κατὰ τὸν τὸν λόγον καὶ ταῦτα τὰ ζῶα;

Οὔ· τὸ γὰρ σῶμα αὐτοῖς, τοιοῦτον ὄν, ἐμπόδιόν ἐστιν.

Εἰ λάβοιεν φωνὴν τὰ ζῶα ταῦτα, ὑποτυχὼν ἐκεῖνος, εὖ ἴσθι ὅτι πολὺ ἂν εὐλογώτερον ἐκεῖνα τῷ ἡμε-

D

Digitized by Google

τέρῳ σώματι λοιδορεῖντο. Νῦν δ' ἐάσωμεν οὕτω. καὶ σοὶ ὡς λέγεις συγχεχωρήσθω. Ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, ἕως ἐν τῷ σώματί ἐστιν ἡ ψυχὴ, βλέπει, ἢ ἀπαλλαγεῖσα τούτου;

Καὶ ἕως μὲν ἔστιν ἐν ἀνθρώπου εἴδει, δυνατὸν αὐτῇ, φημὶ, ἐγγενέσθαι διὰ τοῦ νοῦ[81]· μάλιστα δὲ ἀπολυθεῖσα τοῦ σώματος, καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, τυγχάνει οὖ ἦρα πάντα τὸν χρόνον πάντων[82] (80).

Ἦ καὶ μέμνηται τούτου πάλιν ἐν ἀνθρώπῳ γενομένη;

Οὐ μοὶ δοκεῖ, ἔφην.

Τί οὖν ὄφελος ταῖς ἰδούσαις, ἢ τί πλέον τοῦ μὴ ἰδόντος ὁ ἰδὼν ἔχει, εἰ μηδὲ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι εἶδε, μέμνηται:

Οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ἦν δ' ἐγώ.

Αἱ δὲ ἀνάξιαι ταύτης τῆς θέας κριθεῖσαι, τί πάσχουσιν; ἔφη.

Εἰς τινα θηρίων ἐνδεσμεύονται σώματα· καὶ αὕτη ἐστὶ κόλασις αὐτῶν[83].

Οἴδασιν οὖν ὅτι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐν τοιούτοις εἰσὶ σώμασι, καὶ ὅτι ἐξήμαρτόν τι;

Οὐ νομίζω.

Οὐδὲ ταύταις ἄρα ὄφελός τι τῆς κολάσεως, ὡς ἔοικεν (81)· ἀλλ' οὐδὲ κολάζεσθαι αὐτὰς λέγοιμι, εἰ μὴ ἀντιλαμβάνονται τῆς κολάσεως.

Οὐ γάρ.

Οὔτε οὖν ὁρῶσι τὸν Θεὸν αἱ ψυχαὶ, οὔτε μεταμείβουσιν εἰς ἕτερα σώματα· ἤδεσαν (82) γὰρ ἄν, ὅτι κολάζονται (83) οὕτως, καὶ ἐφοβοῦντο ἂν καὶ τὸ τυχὸν ἐξαμαρτεῖν ὕστερον. Νοεῖν δὲ αὐτὰς δύνασθαι, ὅτι ἔστι Θεὸς, καὶ δικαιοσύνη καὶ εὐσέβεια καλὸν, κἀγὼ συντίθεμαι, ἔφη.

Ὀρθῶς λέγεις, εἶπον.

5. Οὐδὲν οὖν ἴσασι περὶ τούτων ἐκεῖνοι οἱ φιλόσοφοι· οὐδὲ γὰρ ὅ τί ποτέ ἐστι ψυχὴ ἔχουσιν εἰπεῖν.

Οὐκ ἔοικεν.

Οὐδὲ μὴν ἀθάνατον χρὴ λέγειν αὐτήν· ὅτι, εἰ ἀθάνατός ἐστι, καὶ ἀγέννητος δηλαδή.

Ἀγέννητος δὲ καὶ ἀθάνατός ἐστι κατά τινας λεγομένους Πλατωνικούς.

Ἦ καὶ τὸν κόσμον σὺ ἀγέννητον λέγεις;

Εἰσὶν οἱ λέγοντες, οὐ μέντοι γε αὐτοῖς συγκατατίθεμαι ἐγώ.

nostro factura. Nunc autem id omittamus, ac tibi ita esse, ut dicis, concedatur. Sed hoc mihi responde, utrum anima Deum videat quamdiu in corpore est, an postquam eo soluta?

Quandiu in hominis forma est, inquam, potest id mente consequi; sed tum maxime, cum corpore soluta est, ac secum ipsa versatur, fit omnino et in omne ævum rei adamatæ compos.

An etiam vidisse se meminit, cum ad hominem redit?

Non mihi videtur, inquam.

Quid igitur prodest vidisse; aut qui vidit quid amplius habet quam qui non vidit, si ne illud quidem ipsum, nempe vidisse se, habet in memoria?

Non possum id statuere, inquam.

Quæ vero indignæ judicatæ sunt, quæ viderent, quid patiuntur? inquit ille.

In aliqua ferarum corpora, velut in vincula conjiciuntur, atque hæc illarum pœna est.

107 Noverunt igitur hanc ob causam sese in illis esse corporibus, atque aliquid a se peccatum esse?

Non puto.

Nihil igitur utilitatis videntur ex pœna percipere; imo ne puniri quidem eas dixerim, si pœnam non sentiunt.

Non sane.

Non ergo Deum vident animæ, nec migrant in alia corpora; scirent enim sese ita puniri, ac metuerent ne quid deinceps vel leviter peccarent. Quod autem intelligere possint Deum esse, ac justitiam et pietatem præclarum quidpiam esse, id ipse, inquit, assentior.

Recte dicis, inquam.

5. *Neque etiam natura sua immortalis est anima.* — Nihil igitur his de rebus sciunt isti philosophi; nec enim quid sit anima explicare possunt.

Idem mihi videtur.

Neque etiam immortalis dicenda est; nam si immortalis, etiam profecto ingenita.

Increatam autem et immortalem existimant nonnulli, qui Platonici dicuntur.

Sed tu an ipsum mundum ingenitum dicis?

Sunt qui dicant, sed his ego non assentior.

[81] Plat. *Phædon.*, p. 72, 76, 92, et *Phædr.* 249. *Tim.* p. 42.

[82] *Phædon.*, p. 66 et 67.

[83] *Phædon.*, p. 81 et

(80) *Πάντα τὸν χρόνον πάντων.* In cod. Clarom. pro πάντων legitur πάντα. Sylburgius legendum conjicit ὑπὲρ πάντων, vel πάντων μάλιστα. Malim legere πάντως, atque ita placuit Pearsono. Paulo ante legit Thirlbius, συγγίνεσθαι διὰ τοῦ νοῦ, quod mihi non videtur necessarium.

(81) *Τῆς κολάσεως, ὡς ἔοικεν.* Illud ὡς ἔοικεν Justini potius videtur esse dictum quam senis. Sed si Justino tribuatur, legendum erit, ut ex paulo post, οὐκ ἔοικεν, « non videtur. »

(82) *Ἤδεσαν.* Si ab auctore scriptum est, usurpatum ita est ἤδεσαν, ut in sacris Bibliis ἦλθοσαν, et similia; alioqui legi posset etiam ἥδεισαν, Sylburgius. — Legitur in utroque cod. ms. ἤδεσαν, ex quo confirmatur observatio Sylburgii, nempe legendum ἥδεισαν. Id etiam observavit Thirlbius.

(83) *Ὅτι κολάζονται.* Eodem argumento adversus metempsychosin utuntur Irenæus lib. II, Clemens Alexandrinus, *Eclog. prophet.* n. 17, Tertullianus lib. *De anima* cap. 11. Ibidem Jebb.

Digitized by Google

Recte facis. Quam enim habet rationem corpus adeo solidum et durum et coagmentatum, quodque immutatur, perit et nascitur quotidie, non ab aliqua causa ortum censere? Quod si mundus genitus est, necesse est animas quoque genitas esse, ac posse nullas esse. Sunt enim factæ hominum et cæterorum animalium causa, si omnino separatim ac non una cum propriis corporibus genitas dices.

Videtur hoc recte se habere.

Non ergo immortales sunt?

Non; siquidem statuimus mundum esse genitum. Non tamen perire dico ullas animas; vere enim de lucro id esset improbis. Quid igitur? Piorum quidem animas in meliore loco manere, iniquorum autem et malorum in deteriore, judicii tempus exspectantes. Sic istæ, cum Deo dignæ judicatæ fuerint, non jam moriuntur; hæ vero puniuntur, quandiu eas esse et puniri Deus voluerit.

Num, quæso, quod dicis tale est, quale id quod et Plato subobscure tradit de mundo, corruptioni obnoxium dicens, quatenus genitus est; **108** futurum tamen propter Dei voluntatem, ut nec solvatur, nec in mortis fatum incurrat? Idem tibi placet de anima ac generatim de omnibus dici? Quæcunque enim post Deum sunt, aut erunt aliquando ea naturam habent corruptioni obnoxiam, ac talia sunt ut aboleri possint, ac jam nulla esse. Solus enim Deus est, qui nec genitus sit, nec corruptioni obnoxius, ac propterea Deus est; reliqua vero omnia, quæ post eum sunt, genita et corruptioni obnoxia. Hoc ipsum causæ est, cur animæ et moriantur et puniantur. Nam si ingenitæ essent, nec peccarent, nec stultitia redundarent, nec ignavæ essent, nec rursum feroces; neque etiam sua sponte

Ὀρθῶς ποιῶν. Τίνα γὰρ λόγον ἔχει, σῶμα οὕτω στερεὸν καὶ ἀντιτυπίαν ἔχον, καὶ σύνθετον, καὶ ἀλλοιούμενον, καὶ φθίνον, καὶ γινόμενον ἑκάστης ἡμέρας, μὴ ἀπ' ἀρχῆς τινος ἠγεῖσθαι γεγονέναι; εἰ δ' ὁ κόσμος γεννητὸς, ἀνάγκη καὶ τὰς ψυχὰς γεγονέναι, καὶ οὐκ εἶναί πού τάχα. Διὰ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἐγένοντο καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, εἰ ὅλως κατ' ἰδίαν, καὶ μὴ μετὰ τῶν ἰδίων σωμάτων φήσεις αὐτὰς γεγονέναι.

Οὕτως δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν.

Οὐκ ἄρα ἀθάνατοι;

Οὔκ, ἐπειδὴ καὶ ὁ κόσμος γεννητὸς ἡμῖν ἐφάνη.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς (84) ἐγώ· ἔρμαιον γὰρ ἦν (85) ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. Ἀλλὰ τί; τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν, ἐν κρείττονί ποι χώρῳ μένειν, τὰς δὲ ἀδίκους καὶ πονηρὰς ἐν χείρονι, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχομένας χρόνον τότε (86). Οὕτως αἱ μὲν, ἄξιαι τοῦ Θεοῦ φανεῖσθαι (87), οὐκ ἀποθνήσκουσιν ἔτι· αἱ δὲ κολάζονται ἕστ' ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ Θεὸς θέλῃ.

Ἆρα τοιοῦτόν ἐστιν ὃ λέγεις, οἷον καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ [84] αἰνίσσεται περὶ τοῦ κόσμου, λέγων, ὅτι αὐτὸς μὲν καὶ φθαρτός ἐστιν ᾗ γέγονεν, οὐ λυθήσεται δὲ, οὐδὲ τεύξεται θανάτου μοίρας, διὰ τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ; τοῦτ' αὐτό σοι δοκεῖ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ἁπλῶς πάντων πέρι λέγεσθαι; Ὅσα γάρ ἐστι (88) μετὰ τὸν Θεὸν ἢ ἔσται ποτὲ, ταῦτα φύσιν φθαρτὴν ἔχειν (89), καὶ οἷά τε ἐξαφανισθῆναι καὶ μὴ εἶναι ἔτι. Μόνος γὰρ ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο Θεός ἐστι· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα μετὰ τοῦτον γεννητὰ καὶ φθαρτά. Τούτου χάριν καὶ ἀποθνήσκουσιν αἱ ψυχαὶ καὶ κολάζονται· ἐπεὶ, εἰ ἀγέννητοι ἦσαν οὔτ' ἂν ἐξημάρτανον, οὔτε ἀφροσύνης ἀνάπλεῳ ἦσαν, οὐδὲ δειλαὶ καὶ θρασεῖαι πάλιν· ἀλλ' οὐδὲ ἐκοῦσαί ποτε εἰς σύας ἐχώρουν (90) καὶ ὄφεις καὶ κύνας· οὐδὲ μὴν ἀναγκάζεσθαι αὐτὰς θέμις, εἴπερ εἰσὶν ἀγέν-

[84] Plato in *Timæo*, p. 41.

(84) *Πάσας τὰς ψυχάς.* Si verbum verbo reddamus, sic verti poterit: « Non omnes ego animas perire dico; » sed reddere malui: « Nullas animas perire dico. » Sæpe hæc loquendi ratio in eamdem sententiam usurpatur; velut cum idem senex ait Justino sub finem colloquii: Οὐ γὰρ συνοπτὰ οὐδὲ συννοητὰ πᾶσίν ἐστιν, εἰ μή τῳ Θεὸς δῷ συνιέναι. Liquet illud οὐ πᾶσιν idem sonare ac nemini. Locus ille, qui nunc in manibus est, in aliam sententiam accipi non potest. Nullas prorsus animas mori existimat senex, ne malorum quidem, quia id illis in lucro futurum esset. Si quas porro excipiendas putasset quæ morerentur, non alias excepisset, quam malorum. Nemo enim suspicabitur eum animas justorum interituras credidisse. Ergo cum nominatim malorum animas non mori pronuntiat, omnibus prorsus æternitatem astruit.

(85) *Ἔρμαιον γὰρ ἦν.* Eodem rationis momento utitur Justinus *Apol.* I, n. 18. Sed ante Justinum Theano Pythagorica, teste Clemente Alexandrino *Strom.* IV, p. 492, scripserat: Ἦν γὰρ τῷ ὄντι τοῖς κακοῖς εὐχὴ ὁ βίος, πονηρευσαμένοις ἔπειτα τελευτῶσιν, εἰ μὴ ἦν ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἔρμαιον ὁ θάνατος. « Esset enim revera malis epulum vita, et post scelera morientibus, si anima immortalis non esset, mors in lucro foret. » Clemens eodem in loco et Isidorus Pelus. lib. II, epist. 203, similem Platonis sententiam referunt ex *Timæo*.

(86) *Χρόνον τότε.* Satis apte Thirlbius emendat, ac legendum putat χρόνον ποτέ. Ibidem legit ὅπως αἱ μὲν οὐκ ἀποθνήσκωσιν ἔτι, αἱ δὲ κολάζονται. Sed ejusmodi conjecturas referre piget.

(87) *Φανεῖσθαι.* Ita R. Stephanus et mss. codices. Legendum esse φανεῖσαι admonuit Sylburgius, atque ita legitur in editionibus Græco-Latinis, exceptis tamen Londinensibus. Thirlbius mallet ἄξιαι τῷ Θεῷ φανεῖσθαι.

(88) *Ὅσα γάρ ἐστι.* In prima editione Londinensi hæc omnia tribuuntur seni, usque ad hæc verba εἶτα ἔλαθε. Sic etiam R. Stephanus et Langus videntur existimasse. Sed hæc omnia Justino cogor restituere. Neque enim senex dixisset animas in corpora belluarum migrare; nefas in eum transferre hoc Platonicum commentum.

(89) *Ἔχειν.* Supple id quod supra legitur, Πλάτων αἰνίσσεται, vel lege ἔχει.

(90) *Εἰς σύας ἐχώρουν*, etc. Concesserat supra Justinus, animas neutiquam in alia corpora migrare. Fortasse igitur hic eas indicat, quæ sunt in brutis; scilicet c. 4, in omnibus easdem esse contendit. Otto.

Digitized by Google

νητοι. Τὸ γὰρ ἀγέννητον (91) τῷ ἀγεννήτῳ ὅμοιόν ἐστι καὶ ἴσον καὶ ταὐτὸν, καὶ οὔτε δυνάμει οὔτε τιμῇ προκριθείη ἂν θατέρου τὸ ἕτερον· ὅθεν οὐδὲ πολλά ἐστι τὰ ἀγέννητα. Εἰ γὰρ διαφορά τις ἦν ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἂν εὕροις ἀναζητῶν τὸ αἴτιον τῆς διαφορᾶς, ἀλλ' ἐπ' ἄπειρον ἀεὶ τὴν διάνοιαν πέμπων, ἐπὶ ἑνός ποτε στήσῃ ἀγεννήτου καμών, καὶ τοῦτο φήσεις ἁπάντων αἴτιον. Εἶτα ἔλαθε (92), φημὶ ἐγὼ (93), Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν, σοφοὺς ἄνδρας, οἳ ὥσπερ τεῖχος ἡμῖν καὶ ἔρεισμα φιλοσοφίας ἐξεγένοντο;

A in sues unquam migrarent et serpentes et canes. Imo nefas illas cogi, si ingenitæ sunt. Ingenitum enim ingenito simile est et par et idem, nec potestate aut dignitate alterum alteri præferatur; unde non multa sunt ingenita. Nam si quid inter illa discriminis foret, nunquam tamen hujus discriminis causam investigando reperias; sed cogitationem semper in infinitatem immittens, tandem in aliquo ingenito defessus hærebis, illudque omnium causam esse dices. An vero Platonem, aiebam, et Pythagoram hæc latuere, homines sapientes, qui nobis veluti murus et propugnaculum philosophiæ exstitere?

6. Οὐδὲν ἐμοὶ, ἔφη, μέλει Πλάτωνος, οὐδὲ Πυθαγόρου, οὐδὲ ἁπλῶς οὐδενὸς ὅλως τοιαῦτα δοξάζοντος. Τὸ γὰρ ἀληθὲς οὕτως ἔχει· μάθοις δ' ἂν ἐντεῦθεν. Ἡ ψυχὴ ἤτοι ζωή ἐστιν, ἢ ζωὴν ἔχει. Εἰ μὲν οὖν ζωή ἐστιν, ἄλλο τι ἂν ποιήσειε ζῇν, οὐχ ἑαυτήν, ὡς καὶ κίνησις (94) ἄλλο τι κινήσειε μᾶλλον ἢ ἑαυτήν. Ὅτι δὲ ζῇ ψυχὴ, οὐδεὶς ἀντείποι. Εἰ δὲ ζῇ, οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ (95), ἀλλὰ μεταλαμβάνουσα τῆς ζωῆς· ἕτερον δέ τι τὸ μετέχον τινὸς ἐκείνου οὗ μετέχει· ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει, ἐπεὶ ζῆν αὐτὴν ὁ Θεὸς βούλεται· οὕτως ἄρα καὶ οὐ μεθέξει ποτὲ, ὅταν αὐτὴν μὴ θέλοι ζῆν. Οὐ γὰρ δι' αὐτῆς (96) ἐστὶ τὸ ζῆν ὡς τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ ὥσπερ ἄνθρωπος οὐ διαπαντός ἐστιν, οὐδὲ σύνεστιν ἀεὶ τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, ἀλλ' ὅτε ἂν δέῃ λυθῆναι τὴν ἁρμονίαν ταύτην, καταλείπει ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν· οὕτως καὶ ὅταν δέῃ τὴν

6. *Hæc Platoni et aliis philosophis ignota.* — Nihil Platonem moror, inquit ille, nec Pythagoram, nec quemquam omnino, qui talia opinetur. Sic B enim se veritas habet, idque inde perspicies. Anima vel vita est, vel vitam habet. Quod si vita est, aliud quidpiam vivere faciat, non seipsam; sicut et motus aliud quidpiam moveat potius quam seipsum. Animam autem vivere, nemo negaverit. Sed si vivit, non ideo vivit, quod vita sit, sed quod vitæ particeps. Aliud autem id quod alicujus est particeps, aliud id ipsum cujus est particeps. Vitæ autem anima est particeps, eo quod eam Deus vivere velit: sic etiam particeps aliquando non erit, cum eam Deus vivere nolet. Neque enim ut Dei, ita etiam animæ propria vita est. Sed quemadmodum homo non semper **109** constat, neque

(91) *Τὸ γὰρ ἀγέννητον.* Videbantur hæc prima specie in senem conferenda, ut Platoni, qui materiam æternam et increatam putabat, adversantia. Sed quanto magis magisque considero, videtur mihi Justinus loqui pergere. 1° Non modo nullum indicium incœptæ hic a sene orationis; sed etiam quod paulo post ait Justinus εἶτα ἔλαθε, id cum superioribus verbis nexum et conjunctum est. 2° Paulo ante dicit Justinus solum Deum esse ingenitum, quare non mirum, si hic duo esse ingenita negat. 3° Secum quidem pugnabat Plato, ut probat Justinus *Cohort.* n. 22, cum materiam æternam et increatam assereret, Deo æqualem et ingenitam negaret. Sed tamen ita illum sensisse manifestum est. Nam initio *Timæi* duo tantum entia distinguit, quorum alterum semper est, nunquam vero fit, alterum vero fit et nascitur semper, nec unquam est. Ἔστιν οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν διαιρετέον τάδε· τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον· καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε. Τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον. Ad hoc secundum genus refert quidquid sensibus percipi potest, ac proinde ipsam etiam materiam. Hinc non multo post ait: « Deum, cum accepisset quidquid videri potest, illud minime quietum, sed temere et sine ordine agitatum, ex confusione in ordinem adduxisse. » Οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐξ ἀταξίας. 4° Forte etiam Justinus, dum duo ingenita esse negat, animum ad ipsam materiam non advertit, sed de mundo, qui ex materia factus est, ac de rebus loquitur quæ universo mundo continentur.

(92) *Εἶτα ἔλαθε.* Legit Thirlbius, vel ἢ ταῦτα vel εἶτα ταῦτα. Legendum potius videtur εἶτε ἔλαθε. Hic enim membrum alterum habemus quæstionis a Justino propositæ. Supra quæsierat utrum id, quod dicebat senex, ad Platonis sententiam revocari posset; nunc quærit absolvendi causa an id latuerit Platonem. C

(93) *Φημὶ ἐγώ.* Frustra hæc aliquis objiciat, ut Justinum loqui incipere probet. Neque enim his verbis novus semper loquendi ordo designatur. Supra enim legimus, *κἀγὼ συντίθεμαι*, ἔφη, quamvis senex satis multa sine interpellatione dixisset. Hic autem videtur Justinus illud, « inquam » interponere, quia quæstionem absolvebat, cujus primum membrum jam antea proposuerat.

(94) *Κίνησις.* Mallet Sylburgius ἡ κίνησις.

(95) *Οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ.* Imitatus est hunc locum Irenæus, lib. II, c. 34. « Anima, inquit, ipsa quidem non est vita; participatur autem a Deo sibi præstitam vitam. » Refellit autem senex hoc loco sententiam Platonis, qui in *Phædone* p. 105, animam immortalem esse demonstrat, quia « quidquid complectitur anima, semper illi vitam affert, nec proinde contrarium illius, quod semper affert, accipere possit. » Idem Plato in *Phædro* p. 245, sic loquitur: Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. Τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον. Τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. Μόνον δὲ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον. « Omnis anima immortalis. Quod enim semper movetur, immortale est. Quod autem aliud movet et ab alio movetur, cum finem habeat motus, finem habet vitæ. Illud solum, quod seipsum movet, cum seipsum non derelinquat, nunquam desinit moveri. » Contra senex animam a seipsa nec motum nec vitam accipere pronuntiat. Sensit Justinus Platonem ab eo refelli; si quidem sene desinente ait: « Quonam ergo jam quis utatur magistro, aut unde adjuvetur, si ne isti quidem (Plato videlicet et Pythagoras) verum viderunt? »

(96) *Δι' αὐτῆς.* Ut legamus ἴδιον αὐτῆς pro δι' αὐτῆς cogit sententiæ series, quæ huc tota redit, ut animam non a seipsa vivere et moveri constet, seu, quod idem est, nequaquam ut Dei, ita illius propriam esse vitam. D

Digitized by Google

perpetuo corpus cum anima conjunctum est; sed cum solvi oportet hanc harmoniam, relinquit corpus anima, nec jam exstat homo : sic etiam, cum animam non jam esse oportuerit, discedit ab ea spiritus vitalis, nec jam exstat anima, sed et ipsa unde educta est, eo revertitur.

A ψυφὴν μηκέτι εἶναι, ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἔτι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ, ὅθεν ἐλήφθη, ἐκεῖσε χωρεῖ πάλιν.

7. *Veritatis cognitio a prophetis solis petenda.* — Quonam ergo jam quis, inquam, utatur magistro, aut unde adjuvetur, si ne isti quidem verum viderunt ?

7. Τίνι οὖν, φημὶ, ἔτι τις χρήσαιτο διδασκάλῳ, ἢ πόθεν ὠφεληθείη τις, εἰ μηδὲ ἐν τούτοις τὸ ἀληθές ἐστιν ;

Exstitere longe ab hoc tempore viri quidam istis omnibus, qui philosophi existimantur, antiquiores, beati et justi et Deo chari, qui Spiritu sancto afflante locuti sunt, et futura vaticinati sunt, quæ quidem nunc fiunt : prophetæ vocantur. Hi verum B soli et viderunt, et hominibus nuntiarunt, neminem metuentes, neminem reveriti, nec gloriæ cupiditate victi, sed ea tantum prædicantes, quæ audierant et viderant Spiritu sancto repleti. Exstant adhuc eorum scripta, quæ si quis legat, plurimum inde et ad principiorum et ad finis et ad eorum quæ philosophus scire debet, cognitionem adipisci poterit, fidem illis habens. Neque enim tunc demonstrationibus in disserendo utebantur; quippe cum supra demonstrationem omnem gravissimi testes fuerint veritatis; sed quæ evenerunt et eveniunt, assentiri cogunt eorum vaticiniis. Quanquam etiam ob miracula quæ ediderunt, digni fuere, quibus crederetur; siquidem creatorem universorum Deum et Patrem celebrabant, et missum ab eo Christum, qui C Filius ejus est, hominibus nuntiabant; quod quidem falsi prophetæ, mendaci et impuro spiritu repleti, nec fecere, nec faciunt, sed quædam prodigia edere audent ad percellendos homines, ac spiritus erroris et dæmonia celebrant. Tu vero ante omnia precare lucis portas tibi aperiri; neque enim hæc quisquam perspicere et intelligere possit, nisi cui Deus intelligere dederit et Christus ejus.

Ἐγένοντό τινες πρὸ πολλοῦ χρόνου πάντων τούτων τῶν νομιζομένων φιλοσόφων παλαιότεροι, μακάριοι, καὶ δίκαιοι, καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες, καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται· προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν. Οὗτοι μόνοι τὸ ἀληθὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις, μήτ' εὐλαβηθέντες μήτε δυσωπηθέντες τινὰ, μὴ ἡττημένοι δόξης, ἀλλὰ μόνα ταῦτα εἰπόντες ἃ ἤκουσαν καὶ ἃ εἶδον, ἁγίῳ πληρωθέντες Πνεύματι. Συγγράμματα δὲ αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν διαμένει, καὶ ἔστιν ἐντυχόντα τούτοις πλεῖστον ὠφεληθῆναι καὶ περὶ ἀρχῶν, καὶ περὶ τέλους, καὶ ὧν χρὴ εἰδέναι τὸν φιλόσοφον, πιστεύσαντα ἐκείνοις. Οὐ γὰρ μετὰ ἀποδείξεως πεποίηνται τότε (97) τοὺς λόγους, ἅτε ἀνωτέρω πάσης ἀποδείξεως ὄντες ἀξιόπιστοι μάρτυρες τῆς ἀληθείας· τὰ δὲ ἀποβάντα καὶ ἀποβαίνοντα ἐξαναγκάζει συντίθεσθαι τοῖς λελαλημένοις δι' αὐτῶν. Καίτοι γε καὶ διὰ τὰς δυνάμεις ἃς ἐπετέλουν, πιστεύεσθαι δίκαιοι ἦσαν· ἐπειδὴ καὶ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα ἐδόξαζον, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Χριστὸν Υἱὸν αὐτοῦ κατήγγελλον· ὅπερ οἱ ἀπὸ τοῦ πλάνου καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπιπλάμενοι ψευδοπροφῆται οὔτε ἐποίησαν οὔτε ποιοῦσιν, ἀλλὰ δυνάμεις τινὰς ἐνεργεῖν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνθρώπων τολμῶσι, καὶ τὰ τῆς πλάνης πνεύματα καὶ δαιμόνια δοξολογοῦσιν. Εὔχου δέ σοι πρὸ πάντων φωτὸς ἀνοιχθῆναι πύλας· οὐ γὰρ συνοπτὰ οὐδὲ συννοητὰ πᾶσίν ἐστιν, εἰ μὴ τῷ Θεὸς δῷ συνιέναι καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ.

8. *Justinus ex hoc colloquio ad amorem Christi accenditur.* — Hæc ille et multa alia cum dixisset, quæ referre non est hujus temporis, abiens præcepit ut ea meditando persequerer; neque eum amplius vidi. Mihi vero statim in animo ignis accensus est, meque amor invasit prophetarum et hominum D illorum, qui Christi sunt amici. Cumque illius sermones apud animum proponerem, hanc solam reperiebam philosophiam, quæ quidem tuta et utilis foret. Ad hunc ego modum atque hac de causa philosophus. Vellem equidem ut omnes rationem meæ similem ineuntes, a Salvatoris doctrina non aberrarent. Habet enim in se terribilem quamdam majestatem, et ad eos permovendos idonea est, qui de recta via deflexerunt; his autem, qui eam me-

8. Ταῦτα καὶ ἔτι ἄλλα πολλὰ εἰπὼν ἐκεῖνος, ἃ νῦν καιρὸς οὐκ ἔστι λέγειν, ᾤχετο, κελεύσας διώκειν αὐτά· καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸν εἶδον. Ἐμοῦ (98) δὲ παραχρῆμα πῦρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνήφθη, καὶ ἔρως ἔχει με τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων οἳ εἰσι Χριστοῦ φίλοι· διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ, ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. Οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ. Βουλοίμην (99) δ' ἂν καὶ πάντας, ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους, μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ Σωτῆρος λόγων. Δέος γάρ τι ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἱκανοὶ δυσωπῆσαι τοὺς ἐκτρεπομένους τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, ἀνάπαυσίς τε ἡδίστη γίνεται τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτούς. Εἰ οὖν τι καὶ σοὶ περὶ σεαυτοῦ μέλει, καὶ ἀντιποιῇ σωτηρίας, καὶ ἐπὶ τῷ Θεῷ πέποιθας, ἅπερ οὐκ ἄλλο-

(97) *Τότε.* Legendum *ποτέ* conjiciebat Pearsonus.

(98) *Ἐμοῦ.* Libet erudito Londinensi editori legere *ἐμοί*. Mox idem εἶχε pro ἔχει.

(99) *Βουλοίμην... λόγων.* Coll. *Act. apost.* XXVI, 29. Præter alios Tatianus quoque (*Orat. adv. Græc.* c. 29, coll. c. 35, et Theophilus Ant. (*ad Autol.* I, c. 14), cum Veteris Testamenti tum scriptorum propheticorum lectione ad rem Christianam pervenere.

Digitized by Google

τρίῳ (1) τοῦ πράγματος, πάρεστιν ἐπιγνόντι σοι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τελείῳ (2) γενομένῳ, εὐδαιμονεῖν.

Ταῦτά μου, φίλτατε, εἰπόντος, οἱ μετὰ τοῦ Τρύφωνος ἀνεγέλασαν· αὐτὸς δὲ, ὑπομειδιάσας· Τὰ μὲν ἄλλα σου, φησὶν, ἀποδέχομαι, καὶ ἄγαμαι τῆς περὶ τὸ θεῖον ὁρμῆς· ἄμεινον δὲ ἦν φιλοσοφεῖν ἔτι σε τὴν Πλάτωνος ἢ ἄλλου του φιλοσοφίαν, ἀσκοῦντα καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, ἢ λόγοις ἐξαπατηθῆναι ψευδέσι, καὶ ἀνθρώποις ἀκολουθῆσαι οὐδενὸς ἀξίοις. Μένοντι γάρ σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ τῆς φιλοσοφίας τρόπῳ, καὶ ζῶντι ἀμέμπτως, ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνονος μοίρας· καταλιπόντι δὲ τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἄνθρωπον ἐλπίσαντι, ποία ἔτι περιλείπεται σωτηρία; Εἰ οὖν καὶ ἐμοῦ θέλεις ἀκοῦσαι, (φίλον γάρ σε ἤδη νενόμικα) πρῶτον μὲν περιτεμοῦ, εἶτα φύλαξον ὡς νενόμισται τὸ σάββατον, καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰς νουμηνίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁπλῶς τὰ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένα πάντα ποίει· καὶ τότε σοι ἴσως Ἔλεος ἔσται παρὰ Θεοῦ. Χριστὸς δὲ, εἰ καὶ γεγένηται, καὶ ἔστι που, ἄγνωστός ἐστι, καὶ οὐδὲ αὐτός πω ἑαυτὸν ἐπίσταται, οὐδὲ ἔχει δύναμίν τινα μέχρις ἂν ἐλθὼν Ἠλίας χρίσῃ αὐτὸν, καὶ φανερὸν πᾶσι ποιήσῃ. Ὑμεῖς δὲ, ματαίαν ἀκοὴν παραδεξάμενοι, Χριστὸν ἑαυτοῖς τινὰ ἀναπλάσσετε, καὶ αὐτοῦ χάριν τὰ νῦν ἀσκόπως ἀπόλλυσθε.

9. Συγγνώμη σοι, ἔφην, ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἀφεθείη σοι. Οὐ γὰρ οἶδας ὃ λέγεις· ἀλλὰ πειθόμενος τοῖς διδασκάλοις οἳ οὐ συνιᾶσι τὰς Γραφὰς, καὶ ἀπομαντευόμενος λέγεις ὅ τι ἂν σοι ἐπὶ θυμὸν ἔλθοι. Εἰ δὲ βούλοιο τούτου πέρι δέξασθαι (3) λόγον, ὡς οὐ πεπλανήμεθα, οὐδὲ παυσόμεθα (4) ὁμολογοῦντες τοῦτον (5), κἂν τὰ ἐξ ἀνθρώπων ἡμῖν ἐπιφέρωνται ὀνείδη, κἂν ὁ δεινότατος ἀπειπεῖν ἀναγκάζῃ τύραννος· παρεστῶτι γὰρ δείξω, ὅτι οὐ κενοῖς ἐπιστεύσαμεν μύθοις, οὐδὲ ἀναποδείκτοις λόγοις, ἀλλὰ μεστοῖς Πνεύματος θείου καὶ δυνάμει βρύουσι, καὶ τεθηλόσι χάριτι. — Ἀνεγέλασαν οὖν πάλιν οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀκο-

ditantur, suavissima est requies. Si qua ergo tui ipsius cura tangeris, si salutis cupidus es, ac Deo confidis, licet tibi, utpote ab ipsa re non alieno, ubi Christum agnoveris ac mysteriis initiatus fueris, beate vivere.

110 Cum hæc dixissem, charissime Pompei, riserunt socii Tryphonis; ipse autem subridens: Cætera quidem tua, inquit, probo, ac vehemens rerum divinarum studium admiror. Sed satius erat adhuc te philosophari in Platonis aut alterius ejusmodi disciplina, dantem operam constantiæ, continentiæ et temperantiæ, quam falsis decipi sermonibus, ac hominibus adhærescere nullius pretii. Manenti enim tibi in illo philosophiæ instituto, et citra culpam viventi spes relinquebatur sortis melioris. Deum autem deserenti, et spem in homine constituenti quid adhuc relinquitur salutis? Quare si me quoque audire voles (jam enim te amicum existimo), fac primum ut circumcidaris; deinde observa, ut lege sancitum est, sabbatum et dies festos ac novilunia Dei; uno verbo, quæ in lege scripta sunt, omnia exsequere; tumque tibi forsitan misericordia erit a Deo. Christus autem, si quidem natus est, aut uspiam versatur, ignotus est, necdum se ipse novit, nec ulla virtute præditus est, donec eum adveniens Elias unxerit, et manifestum omnibus fecerit. Vos autem inani auditione excepta Christum vobis quemdam fingitis, et illius causa nunc peritis inconsiderate.

9. *Christiani non vanis crediderunt sermonibus.* — Ignoscatur, inquam, Trypho, et condonetur tibi; neque enim scis quid dicas; sed, magistris credulus Scripturas non intelligentibus, et quasi hariolans, quidquid in mentem venerit, loqueris. Quod si id tibi rationibus probari pateris, nos scilicet deceptos non esse, nec desituros hunc confiteri, etiamsi nobis opprobria ab hominibus inferantur, etiamsi sævissimus deficere cogat tyrannus; præsenti tibi demonstrabo non vanis nos credidisse fabulis, nec destitutis argumento sermonibus, sed Spiritu sancto plenis ac virtute scatentibus, et gratia efflore-

(1) Ἄπερ οὐκ ἀλλοτρίῳ. Hæc Perionius ad ipsum Deum refert: multo melius ad Tryphonem Langus. Inter utramque interpretationem divisit animum Londinensis editor. Sed mihi manifestum videtur, Judæum designari, qui cum in Moyse et prophetis tam multa de Christo legeret, alienus quodam modo ab iis, quæ Christum spectant, videri non debebat.

(2) *Τελείῳ.* Perfectionem hac voce designari putarunt Justini interpretes, Baptismum Sylburgius. Eruditus Londinensis editor Sylburgii « Interpretationi illud» ait « obstare, quod vix fieri potuit ut Tryphoni, homini Judæo, ista sententia vocis τέλειος satis esset perspecta; quod tamen in tam negligenti scriptore momenti non est maximi. » Sed quomodo τέλειον γίνεσθαι, τελεῖσθαι, idem esse ac initiari, aut ignorare potuit Trypho, aut hanc illi ignorationem attribuere Justinus, cum hæc verba non solum apud profanos scriptores, sed etiam apud sacros hunc in sensum usurpentur? Nonne enim, ut multa alia omittam, legimus num. xxv, 3: Καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγώρ. Et psalm. cv, 28: Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ.

(3) *Τούτου πέρι δέξασθαι.* Ita codex Claromontanus. Editi περιδέξασθαι. Totus hic locus sanatur interpungendo ut interpunximus, tum negligendo illud γάρ post παρεστῶτι, vel legendo γέ. Sylburgius legit πέρι δέξασθαι, μαθήσῃ. Thirlbius et idem valere putat ac « utinam, » et legit παραδέξασθαι.

(4) *Οὐδὲ παυσόμεθα.* Hæc dicit Justinus, ut inepta Tryphonis consilia refellat, qui ad circumcisionem amplectendam hortatus fuerat. Simili modo refelluntur, qui metuere se fingebant, ne Christiani, crucifixo relicto, Polycarpum colere inciperent. « Atque hæc aiebant, » inquit Ecclesia Smyrnensis in Act. S. Polycarpi, « suggerentibus et instantibus Judæis... ignari quod nec Christum unquam derelinquere poterimus... nec alium quemquam colere. » Ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα... οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν.

(5) *Τοῦτον.* Regius codex habet ad marginem εἰς τοῦτον.

Digitized by Google

scentibus. — Riserunt igitur iterum ejus comites, atque indecore clamarunt. Tum ego cum surrexissem, abeunti similis eram; sed ille arrepta veste prius dimissurum negavit, quam promissum exsolvissem. Ne ergo tumultuentur, inquam, socii tui, nec sic se gerant indecore; sed si volunt, silentio auscultent; si qua autem potior eos occupatio interpellat, abeant. Nos autem secedamus aliquo, ibique requiescentes disputationem exsequamur. Visum est etiam Tryphoni, ut ita faceremus; cumque inter nos innuissemus, in medium xysti stadium venimus. Duo autem ex ejus comitibus cum cavillati essent, et in studium nostrum jocati, discesserunt. Ubi in illo loco fuimus, ubi sedilia lapidea sunt ex utraque parte, amici Tryphonis in altera sedentes, cum eorum aliquis de bello in Judæa gesto mentionem injecisset, colloquebantur.

10. *Hoc solum Trypho vituperat in Christianis quod legem non observent.* — Postquam finem fecere, ita ad eos rursum incœpi. Utrum aliud nihil in nobis, amici, reprehenditis, nisi quod secundum legem non vivamus, neque, ut majores vestri, carne circumcidamur, neque, ut vos, sabbata servemus? **111** An vita etiam et mores nostri malis apud vos rumoribus flagrant? Quod autem dico illud est: utrum hanc de nobis opinionem vos quoque accepistis, humanis nos vesci carnibus, et post epulum, exstinctis lucernis, in flagitiis nefandis volutari, an illud ipsum in nobis solum condemnatis, quod ejusmodi adhæreamus doctrinæ, ac falsæ, ut vobis videtur, opinioni credamus?

Illud est, quod miramur, inquit Trypho: quæ autem dictitant multi, fide digna non sunt; longe enim abhorrent ab humana natura; sed et vestra illa in eo, quod vocatis, Evangelio præcepta ita mirabilia et magna esse scio, ut suspicio sit neminem ea posse servare; mihi enim curæ fuit, ut ea legerem. In eo autem potissimum hæremus incerti, quod cum vos pietatem colere dicatis, et cæteris præstare arbitremini, nulla tamen in re ab eis discedatis, nec vitam vestram a gentibus segregetis, ut qui nec ferias servetis, nec sabbata, nec circumcisionem habeatis; deinde etiam quod, cum spes in homine crucifixo positas habeatis, speretis tamen aliquid boni a Deo consecuturos, non observatis ejus mandatis. An non legisti deletum iri animam illam ex genere suo, quæ non circumcidetur octavo die? Quod quidem pariter et de alienigenis et de pretio emptis sancitum est. Hoc igitur testamentum statim contemnentes, etiam quæ consequuntur floccifacitis, ac nobis persuadere conanimi Deum vobis

σμον ἀνεφθέγγοντο. Ἐγὼ δὲ, ἀναστὰς, οἷός τ' ἦμην ἀπέρχεσθαι· ὁ δέ μου τοῦ ἱματίου λαβόμενος, οὐ πρὶν ἀνύσειν (6) ἔφη, πρὶν ὃ ὑπεσχόμην ἐκτελέσαι. Μὴ οὖν, ἔφην, θορυβεῖτωσαν οἱ ἑταῖροί σου, μηδὲ ἀσχημονείτωσαν οὕτως. Ἀλλ' εἰ μὲν βούλονται, μετὰ ἡσυχίας ἀκροάσθωσαν· εἰ δὲ καὶ ἀσχολία τις αὐτοῖς ὑπέρτερος ἐμποδών ἐστιν, ἀπίτωσαν· ἡμεῖς δὲ, ὑποχωρήσαντές ποι καὶ ἀναπαυσάμενοι, περαίνωμεν τὸν λόγον. Ἔδοξε καὶ τῷ Τρύφωνι οὕτως ἡμᾶς ποιῆσαι· καὶ δὴ, ἐκνεύσαντες, εἰς τὸ μέσον τοῦ ξύστου στάδιον ἤειμεν. Τῶν δὲ σὺν αὐτῷ δύο χλευάσαντες, καὶ τὴν σπουδὴν ἡμῶν ἐπισκώψαντες, ἀπηλλάγησαν. Ἡμεῖς δὲ, ὡς ἐγενόμεθα ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἔνθα ἑκατέρωθεν λίθινοί εἰσι θῶκοι, ἐν τῷ ἑτέρῳ καθεσθέντες οἱ μετὰ τοῦ Τρύφωνος, ἐμβαλόντος τινὸς αὐτῶν λόγον περὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν γενομένου πολέμου, διελάλουν.

10. Ὡς δὲ ἀνεπαύσαντο, ἐγὼ οὕτως αὐτοῖς πάλιν ἠρξάμην· Μὴ ἄλλο τί ἐστιν ὃ ἐπιμέμφεσθε ἡμᾶς, ἄνδρες φίλοι, ἢ τοῦτο, ὅτι οὐ κατὰ τὸν νόμον βιοῦμεν, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς προγόνοις ὑμῶν περιτεμνόμεθα τὴν σάρκα, οὐδὲ ὡς ὑμεῖς σαββατίζομεν; Ἢ καὶ ὁ βίος ἡμῶν καὶ τὸ ἦθος διαβέβληται παρ' ὑμῖν; Τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ λέγω, μὴ καὶ ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπους, καὶ μετὰ τὴν εἰλαπίνην ἀποσβεννύντες τοὺς λύχνους, ἀθέσμοις μίξεσιν ἐγκυλιόμεθα; Ἢ αὐτὸ τοῦτο καταγινώσκετε ἡμῶν μόνον, ὅτι τοιούτοις προσέχομεν λόγοις, καὶ οὐκ ἀληθεῖ, ὡς οἴεσθε, πιστεύομεν δόξῃ;

Τοῦτ' ἔστιν ὃ θαυμάζομεν, ἔφη ὁ Τρύφων· περὶ δὲ ὧν οἱ πολλοὶ λέγουσιν, οὐ πιστεῦσαι ἄξιον· πόρρω γὰρ κεχώρηκε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Ὑμῶν δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ λεγομένῳ Εὐαγγελίῳ παραγγέλματα θαυμαστὰ οὕτως καὶ μεγάλα ἐπίσταμαι εἶναι, ὡς ὑπολαμβάνειν μηδένα δύνασθαι φυλάξαι αὐτά· ἐμοὶ γὰρ ἐμέλησεν ἐντυχεῖν αὐτοῖς. Ἐκεῖνο δὲ ἀποροῦμεν μάλιστα, εἰ ὑμεῖς, εὐσεβεῖν λέγοντες, καὶ τῶν ἄλλων οἰόμενοι διαφέρειν, κατ' οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεσθε, οὐδὲ διαλλάσσετε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν ὑμέτερον βίον, ἐν τῷ μήτε τὰς ἑορτὰς, μήτε τὰ σάββατα τηρεῖν, μήτε τὴν περιτομὴν ἔχειν· καὶ ἔτι ἐπ' ἄνθρωπον σταυρωθέντα τὰς ἐλπίδας ποιούμενοι, ὅμως ἐλπίζετε τεύξεσθαι ἀγαθοῦ τινος παρὰ τοῦ Θεοῦ, μὴ ποιοῦντες αὐτοῦ τὰς ἐντολάς. Ἢ οὐκ ἀνέγνως ὅτι ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ἥτις οὐ περιτμηθήσεται τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ; Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀλλογενῶν, καὶ περὶ τῶν ἀργυρωνήτων διέσταλται. Ταύτης οὖν τῆς διαθήκης εὐθέως καταφρονήσαντες ὑμεῖς, ἀμελεῖτε καὶ τῶν ἑπειτα (7), καὶ

(6) *Ἀνύσειν.* Legendum esse ἀνῆσειν Langus et Sylburgius animadverterunt, quod quidem facilius multo et aptius, quam si post ἀνύσειν subaudiamus τι, ut idem Sylburgius proponit, aut legamus ἀπονύσειν, ut placet Thirlbio.

(7) *Τῶν ἑπειτα.* Non æternæ legis observationem in Christianis requirit Judæus; nam supra illorum in hoc genere doctrinam admirabilem esse confessus est; sed ejusmodi præcepta ab illis negligi queritur, quæ ex circumcisione consequebantur. Illud εὐθέως idem videtur sonare hoc loco ac « statim, » ut Perionius et Langus reddiderunt, vel idem ac « protinus. » Habebat enim circumcisio aliquid molesti, quod statim animos alienabat. Doctissimus Londinensis editor legendum primo conjicit εὐῆθως, vel εὐθέως ἀμελεῖτε; deinde has conjecturas rejicit, et aliam proponit, nempe εὐθέως idem esse ac « temere. »

Digitized by Google

πείθειν ἡμᾶς ἐπιχειρεῖτε ὡς εἰδότες τὸν Θεὸν, μηδὲν πράσσοντες ὧν οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν. Εἰ οὖν ἔχεις πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι, καὶ ἐπιδεῖξαι ὅτινι τρόπῳ ἐλπίζετε ὁτιοῦν, κἂν μὴ φυλάσσοντες τὸν νόμον, τοῦτό σου ἡδέως ἀκούσαιμεν μάλιστα, καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως συνεξετάσωμεν (8).

11. Οὔτε ἔσται ποτὲ ἄλλος Θεὸς, ὦ Τρύφων, οὔτε ἦν ἀπ' αἰῶνος (ἐγὼ οὕτως πρὸς αὐτόν), πλὴν τοῦ ποιήσαντος καὶ διατάξαντος τόδε τὸ πᾶν. Οὐδὲ ἄλλον μὲν ἡμῶν, ἄλλον δὲ ὑμῶν ἡγούμεθα Θεὸν, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐξαγαγόντα τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ βραχίονι ὑψηλῷ. Οὐδ' εἰς ἄλλον τινὰ ἠλπίκαμεν (οὐ γάρ ἐστιν), ἀλλ' εἰς τοῦτον εἰς ὃν καὶ ὑμεῖς, τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Ἠλπίσαμεν (9) δὲ οὐ διὰ Μωϋσέως, οὐδὲ διὰ τοῦ νόμου· ἢ γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ ὑμῖν ἐποιοῦμεν. Νυνὶ δὲ, (ἀνέγνων γὰρ (10), ὦ Τρύφων, ὅτι ἔσοιτο καὶ τελευταῖος νόμος, καὶ διαθήκη κυριωτάτη πασῶν, ἣν νῦν δέον φυλάσσειν πάντας ἀνθρώπους, ὅσοι τῆς τοῦ Θεοῦ κληρονομίας ἀντιποιοῦνται. Ὁ γὰρ ἐν Χωρὴβ παλαιὸς ἤδη νόμος καὶ ὑμῶν μόνων· ὁ δὲ πάντων ἁπλῶς. Νόμος δὲ κατὰ νόμου (11) τεθεὶς τὸν πρὸ αὐτοῦ ἔπαυσε· καὶ διαθήκη μετέπειτα γενομένη τὴν προτέραν ὁμοίως ἔστησεν (12)· αἰώνιός τε ἡμῖν νόμος (13) καὶ τελευταῖος, ὁ Χριστὸς ἐδόθη, καὶ ἡ διαθήκη πιστὴ, μεθ' ἣν οὐ νόμος, οὐ πρόσταγμα, οὐκ ἐντολή. Ἃ σὺ ταῦτα οὐκ ἀνέγνως ἃ φησιν Ἡσαΐας· « Ἀκούσατέ μου, ἀκούσατέ μου, λαός μου· καὶ οἱ βασιλεῖς πρός με ἐνωτίζεσθε· ὅτι νόμος παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ ἡ κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν. Ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, καὶ ἐξελεύσεται τὸ σωτήριόν μου, καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Καὶ διὰ Ἱερεμίου περὶ ταύτης αὐτῆς τῆς Καινῆς Διαθήκης οὕτω φησίν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος· καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐχ ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ») Εἰ οὖν ὁ Θεὸς διαθήκην καινὴν ἐκήρυξε μέλλουσαν διαταχθήσεσθαι, καὶ ταύτην εἰς φῶς ἐθνῶν,

A notum esse, cum nihil eorum faciatis, quæ solent ii qui Deum timent. Si potes igitur his de rebus satisfacere ac demonstrare quo tandem pacto quidquam speretis, quamvis legem non custodiatis, id ex te libentissime audiemus ac cætera similiter una excutiemus.

11. *Lex abrogata. Novum Testamentum a Deo promissum et datum.* — Nec alius unquam erit Deus, o Trypho, nec alius a sæculo exstitit (ita ego ad illum) præter eum qui hanc universitatem fecit ac disposuit. Neque alium nobis, alium vobis Deum esse ducimus, sed ipsum illum, qui patres vestros eduxit e terra Ægypti in manu potenti et brachio excelso. Neque in alium quemquam speramus (non enim alius est), sed in eum in quem et vos, Deum B Abrahæ, et Isaac et Jacob. Speramus autem non per Moysen, neque per legem; sic enim idem ac vos faceremus. Nunc vero (legi enim, Trypho, novissimam legem futuram et testamentum omnium firmissimum, quod nunc custodiri ab omnibus decet, quicunque hæreditatem Dei consequi volunt. Nam quæ in Oreb promulgata lex est, vetus jam et vestra solum est; hæc autem omnium prorsus est; lex autem adversus legem posita priorem abrogat; similiter testamentum posterius **112** superiori finem imponit, ac æterna nobis et novissima lex Christus datus est, et testamentum fidele, post quod non lex, non præceptum, non mandatum. An tu ea non legisti, quæ dicit Isaias : « Audite me, audite C me, populus meus, et reges auscultate mihi; quoniam lex a me exibit et judicium meum in lucem gentium. Appropinquat celeriter justitia mea, et egredietur salutare meum, et in brachium meum gentes sperabunt [85]. » Et per Jeremiam de hoc ipso testamento sic loquitur : « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et testabor domui Israel et domui Juda testamentum novum : non quod testatus sum patribus eorum in die qua apprehendi manum ipsorum, ut educerem eos de terra Ægypti [86]. ») Si ergo novum testamentum Deus institutum iri prædicavit,

[85] Isa. LI, 4, 5. [86] Jer. XXXI, 31, 32.

(8) *Συνεξετάσωμεν*. Legi etiam posset συνεξετάσομεν. SYLBURG.

(9) *Ἠλπίσαμεν*. Legit Sylburgius ἠλπίκαμεν, ut paulo ante legitur. Sed hæc levissima sunt. D

(10) *Νυνὶ δὲ* (ἀνέγνων γάρ). Toti huic loco lucem affert parenthesis, longa illa quidem, sed tamen necessaria ad perspiciendam orationis seriem, neque aliena a Justini consuetudine. Similes enim interdum occurrunt in hoc Dialogo. Vid. num. 78. Videtur Justinus dicere ἀνέγνων γάρ, quia antea dixerat ei Trypho, ἢ οὐκ ἀνέγνως;

(11) *Νόμος δὲ κατὰ νόμου*. Non video cur displiceat hæc scriptura erudito Londinensi editori, qui legendum arbitratur νόμος δὲ μετὰ νόμον. Legem adversus legem positam esse eo sensu docet Justinus, quod veritas adversus umbram, testamentum æternum adversus temporarium constitui dicitur. At non verendum ne Justinus faveat hæreticorum illius ætatis impietati, qui Evangelium opponebant legi, ut veritatem mendacio et errori, et utriusque alium esse Deum fingebant.

(12) *Ἔστησε*. Miror Sylburgio aptius videri ἔσβεσε. Nam illud ἔστησε optime respondet simillimo verbo ἔπαυσε, quod paulo ante præcedit.

(13) *Αἰώνιός τε ἡμῖν νόμος*. S. Clemens sub finem *Strom.* I sic loquitur : Μωϋσῆς δὲ φαίνεται τὸν Κύριον διαθήκην καλῶν· Ἰδοὺ ἐγὼ, λέγων, ἡ διαθήκη μου μετὰ σοῦ... ἐν δὲ τῷ Πέτρου κηρύγματι εὕροις ἂν νόμον καὶ λόγον τὸν Κύριον προσαγορευόμενον. « Moyses autem videtur Dominum appellare Testamentum : Ecce ego, dicens, pactum meum tecum... In Petri autem prædicatione invenies Dominum vocari Legem et Rationem. » In *Excerpt.* p. 809, idem Clemens testimonium ex prædicatione Petri iterum citat, illudque confirmat his Scripturæ verbis : « De Sion exibit lex et verbum Domini de Jerusalem. Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. » Videtur Justinus in ejusmodi testimoniis de Christo intelligendis consentire cum Clemente et Christum existimasse in Isaiæ testimonio proxime sequenti, « legem, judicium, justitiam et salutare » appellari. Vid. *Strom.* VII, p. 708.

Digitized by Google

illudque in lucem gentium; viclemus autem ac persuasum habemus per nomen ipsius crucifixi Jesu Christi, a simulacris et ab alia nequitia homines ad Deum accedere, ac ne morte quidem proposita a confessione et pietate discedere; cum ex operibus, tum ex consequentibus miraculis licet omnibus intelligere hunc esse novam legem, et novum Testamentum et exspectationem eorum qui ex omnibus gentibus a Deo bona exspectant. Verum enim Israeliticum, spiritale, et Judæ genus, et Jacob et Isaac et Abraham, cujus in præputio fidem testimonio suo comprobavit Deus, eique benedixit, ac patrem multarum gentium vocavit, nos, inquam, hoc genus sumus, qui ad Deum per hunc crucifixum Christum perducti sumus, quemadmodum et oratione nobis procedente demonstrabitur.

12. *Judæi æternam legem violant, Mosaicam male interpretantur.* — Dicebam etiam et proferebam quod alio loco clamat Isaias : « Audite verba mea et vivet anima vestra, et testabor vobis testamentum sempiternum, sancta Davidis fidelia : Ecce testem populis dedi eum. Gentes quæ non noverunt te, invocabunt te : populi qui nesciunt te, confugient ad te, propter Deum tuum sanctum Israelis, quoniam glorificavit te [87]. » Hanc ipsam legem contumelia affecistis, ac Novum illius sanctum Testamentum floccifecistis, ac ne nunc quidem recipitis, nec prave factorum pœnitentiam agitis : « Adhuc enim aures vestræ obturatæ sunt, et oculi vestri obcæcati, et incrassatum est cor vestrum. » Exclamat Jeremias, ac ne sic quidem auditis : adest legislator, nec videtis : pauperes Evangelium suscipiunt, cæci vident; nec intelligitis. Altera jam opus est circumcisione; vos autem in carne plurimum gloriamini. Præcipit nova lex, ut perpetuum sabbatum celebretis : vos autem quod inertes estis per unum diem, pii vobis esse videmini, non intelligentes cur id vobis [præscriptum sit : et panem absque fermento si edatis, a vobis divinam voluntatem impletam dicitis. Non hæc Domino Deo nostro placent. Si quis **113** in vobis est perjurus aut fur, desinat; si quis mœchus, pœnitentiam agat; et suavissima ac vera Dei sabbata celebravit. Si quis puras manus non habet, lavet et purus est.

13. *Isaias docet peccata dimitti per Christi sangui-*

ὁρῶμεν δὲ καὶ πεπείσμεθα (14) διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας προσελθόντας τῷ Θεῷ, καὶ μέχρι θανάτου ὑπομένοντας τὴν ὁμολογίαν καὶ εὐσέβειαν ποιεῖσθαι· καὶ ἐκ τῶν ἔργων καὶ ἐκ τῆς παρακολουθούσης δυνάμεως συνιέναι πᾶσι δυνατὸν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ καινὸς νόμος (15), καὶ ἡ καινὴ διαθήκη, καὶ ἡ προσδοκία τῶν ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν ἀναμενόντων τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθά. Ἰσραηλιτικὸν γὰρ τὸ ἀληθινὸν, πνευματικὸν, καὶ Ἰούδα γένος, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἀβραὰμ, τοῦ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἐπὶ τῇ πίστει μαρτυρηθέντος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐλογηθέντος, καὶ πατρὸς πολλῶν ἐθνῶν κληθέντος, ἡμεῖς ἐσμεν οἱ διὰ τούτου τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ τῷ Θεῷ προσαχθέντες, ὡς καὶ προκοπτόντων ἡμῖν τῶν λόγων ἀποδειχθήσεται.

12. Ἔλεγον δὲ ἔτι καὶ προσέφερον, ὅτι καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις Ἡσαΐας βοᾷ· « Ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν· καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Ἰδοὺ μάρτυρα (16) αὐτὸν ἔθνεσι δέδωκα· ἔθνη ἃ οὐκ οἴδασί σε, ἐπικαλέσονταί σε· λαοὶ οἳ οὐκ ἐπίστανταί σε, καταφεύξονται ἐπὶ σέ· ἕνεκεν τοῦ Θεοῦ σου τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ὅτι ἐδόξασέ σε. » Τοῦτον αὐτὸν ὑμεῖς ἠτιμώσατε τὸν νόμον, καὶ τὴν καινὴν ἁγίαν αὐτοῦ Διαθήκην ἐφαυλίσατε· καὶ οὐδὲ νῦν παραδέχεσθε, οὐδὲ μετανοεῖτε πράξαντες κακῶς. « Ἔτι γὰρ τὰ ὦτα ὑμῶν πέφρακται, οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν πεπήρωνται, καὶ πεπάχυνται ἡ καρδία· » κέκραγεν Ἱερεμίας (17), καὶ οὐδ' οὕτως ἀκούετε. Πάρεστιν ὁ νομοθέτης, καὶ οὐχ ὁρᾶτε· πτωχοὶ εὐαγγελίζονται (18), τυφλοὶ βλέπουσι, καὶ οὐ συνίετε. Δευτέρας ἤδη χρεία περιτομῆς, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῇ σαρκὶ μέγα φρονεῖτε. Σαββατίζειν ὑμᾶς ὁ καινὸς νόμος διαπαντὸς ἐθέλει, καὶ ὑμεῖς μίαν ἀργοῦντες ἡμέραν εὐσεβεῖν δοκεῖτε, μὴ νοοῦντες διὰ τί ὑμῖν προσετάγη· καὶ ἐὰν ἄζυμον ἄρτον φάγητε, πεπληρωκέναι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ φατε. Οὐκ ἐν τούτοις εὐδοκεῖ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· εἴ τίς ἐστιν ἐν ὑμῖν ἐπίορκος ἢ κλέπτης, παυσάσθω· εἴ τις μοιχὸς, μετανοησάτω, καὶ σεσαββάτικε τὰ τρυφερὰ καὶ ἀληθινὰ σάββατα τοῦ Θεοῦ. Εἴ τις καθαρὰς οὐκ ἔχει χεῖρας, λουσάσθω, καὶ καθαρός ἐστιν (19).

13. Οὐ γὰρ δέ (20) γε εἰς βαλανεῖον ὑμᾶς ἔπεμ-

[87] Isa. LV, 3, 5.

(14) *Καὶ πεπείσμεθα.* Vide num πεπύσμεθα, inquit R. Stephanus. Sed prorsus rejicienda hæc conjectura.

(15) *Οὗτός ἐστιν ὁ καινὸς νόμος.* Hæc de Christo intelligenda, ut patet ex his quæ modo diximus. Ita etiam visum erudito Londinensi editori, qui interpretes reprehendit, quod ita reddiderint, « hanc esse novam legem. »

(16) *Ἰδοὺ μάρτυρα.* Infra num. 14, μαρτύριον, ut est apud Septuaginta, quod quidem mihi videtur Justini proposito convenientius. Is enim ejusmodi testimoniis, ut jam observavi, adductus videtur, ut Christum ipsum novam esse legem doceret.

(17) *Κέκραγεν Ἱερεμίας.* Vel memoria hic effluxit Justino, si Jeremiæ attribuit proxima verba, « Aures vestræ, » etc., vel respicit ad superius Jeremiæ testimonium, cujus contemptum exprobrat Judæis. Pro Jeremia Langus in interpretando posuit Isaias : mallet Thirlbius Ἰωάννης aut Ἠλίας. Scriptum erat in aliis editionibus, ἡ καρδία, κέκραγεν, etc. Interpunctio, quam secutus sum, probatur Thirlbio.

(18) *Πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.* Respicit ad responsum Joannis discipulis a Christo datum. JEBB.

(19) *Καθαρός ἐστιν.* Frustra legatur καθαρὸς ἔσται, ut Arcerio placuisse testatur Sylburgius.

(20) *Δέ.* δὴ ed. Ienensis.

Digitized by Google

πεν Ἡσαΐας ἀπολουτομένους ἐκεῖ τὸν φόνον καὶ τὰς ἄλλας ἁμαρτίας, οὓς οὐδὲ τὸ τῆς θαλάσσης ἱκανὸν πᾶν ὕδωρ καθαρίσαι· ἀλλά, ὡς εἰκός, πάλαι τοῦτο ἐκεῖνο τὸ σωτήριον λουτρὸν ἦν, ὃ εἵπετο (21) τοῖς μεταγινώσκουσι, καὶ μηκέτι αἵμασι τράγων καὶ προβάτων, ἢ σποδῷ δαμάλεως, ἢ σεμιδάλεως προσφοραῖς καθαριζομένους (22), ἀλλὰ πίστει διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὃς διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ὡς αὐτὸς Ἡσαΐας ἔφη, οὕτω λέγων· « Ἀποκαλύψει Κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἔθνη (23) καὶ τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ἀπόστητε, ἀπόστητε, ἀπόστητε (24), ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅψησθε· ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῆς· ἀφορίσθητε οἱ φέροντες τὰ σκεύη Κυρίου, ὅτι οὐ μετὰ ταραχῆς πορεύεσθε (25). Προεύσεται γὰρ πρὸ προσώπου ὑμῶν Κύριος, καὶ ὁ ἐπισυνάγων ὑμᾶς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Ἰδοὺ συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται σφόδρα. Ὃν τρόπον ἐκστήσονται πολλοὶ ἐπὶ σέ· οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τὸ εἶδος καὶ ἡ δόξα σου· οὕτω θαυμασθήσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ' αὐτῷ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται· καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. Οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· οὗτος (26) δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν. Τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν. Ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ

A *nem.* — Neque enim vos ad balneum misit Isaias, ut ibi cædem et alia peccata ablueretis, quos expurgare ne tota quidem maris aqua idonea sit. Sed, ut par est, jam tum ipsum illud lavacrum salutare prædicabat, quod eorum est, qui pœnitentiam agunt, nec jam hircorum et ovium sanguine expiantur, aut vitulæ cinere, similæve oblationibus, sed fide per sanguinem Christi et mortem ejus, qui ea ipsa de causa mortuus est, quemadmodum ait Isaias his verbis: « Revelabit Dominus brachium sanctum suum in conspectu cunctarum gentium: videbunt omnes gentes et terræ fines salutem quæ est a Deo. Recedite, recedite, recedite, et egredimini inde et immundum nolite tangere: exite de medio ejus: separamini, qui portatis vasa Domini: quia B non in tumultu ambulatis. Præcedet enim ante faciem vestram Dominus; et colliget vos Dominus Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, et exaltabitur et glorificabitur valde. Sicut stupebunt super te multi, sic ingloria erit ab hominibus species, et gloria tua. Sic mirabuntur gentes multæ super eo, et continebunt reges os suum; quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent. Domine, quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus, quasi parvulum in conspectu ejus: sicut radix in terra sitienti. Non est species ei, neque gloria: et vidimus eum: et non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus inhonorata, et deficiens præ filiis hominum. Homo in plaga positus, C et sciens ferre infirmitatem; quia aversa est facies ejus, despecta, et non reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet, et nos reputavimus eum esse in labore et in plaga, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum: livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus: homo in via sua erravit. Et Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras: et ipse propter afflictionem non aperit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est,

(21) *Ὃ εἵπετο.* Cum ferri non possit vulgata Scriptura, legendum videtur: Ὃ εἶπε, τὸ τοῖς μεταγινώσκουσι, sic enim infra, num. 14: Τοῦτο ἐκεῖνο ὃ προηγόρευε τὸ βάπτισμα, τὸ μόνον καθαρίσαι τοὺς μετανοήσαντας δυνάμενον, τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς. Et n. 44, sub finem: Τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν διὰ Ἡσαΐου κηρυχθὲν λουτρόν. Justinum loqui de Christianorum baptismate manifestum est ex his verbis, καὶ μηκέτι αἵμασι, nec probabile est eum de Israelitis agere.

(22) *Καθαριζομένους.* Leg. καθαριζομένοις.

(23) *Πάντα τὰ ἔθνη.* Legitur in Bibliis πάντα ἄκρα τῆς γῆς. Cappellus *Append. ad Crit. Sacr.* p. 529, existimat appositum fuisse in margine τὰ ἔθνη, ut illud ἄκρα explicaretur, ac Justinum utraque conjunxisse. Pronuntiat eruditus Londinensis editor « istud ἔθνη ex Justini cerebro ortum esse, in quo remanebant vestigia verborum proxime antecedentium. » Equidem varietates et dissensiones sancti Justini a vulgata septuaginta seniorum interpretatione, quæ nimium multæ sunt, quam ut hic singulas observemus, ex triplici potissimum causa ortas crediderim; quod in suis interdum codicibus aliter legeret ac hodie legimus; quod Scripturam sæpe memoriter citaret, unde in Psalmis, D quos ob quotidianum usum memoriæ impressos et iusculptos habebat, minus multo discrepat a Septuaginta; denique quod nonnulla interdum explicandi causa intexeret, velut cum in *Apol.* I, num. 51, hæc refert ex Psalmo XXIII: « Tollite portas cœlorum. » Forte idem ei in hoc Dialogi loco contigit.

(24) *Ἀπόστητε.* Bis tantum legitur in Bibliis, ut jam multi observaverunt.

(25) *Πορεύεσθε.* Habent Biblia: Ὅτι οὐ μετὰ ταραχῆς ἐξελεύσεσθε, οὐδὲ φυγῇ πορεύσεσθε· προπορεύσεται γὰρ πρότερος ὑμῶν Κύριος. Non assentior erudito editori Londinensi, qui legendum monet πορεύσεσθε apud Justinum. Aquila enim et Theodotion habent, ut Justinus, πορεύεσθε, nec aliter Septuaginta in cod. Jes. ubi legitur: Α. Θ. ὁμοίως τοῖς Ο'.

(26) *Οὗτος.* Vide an non Justinus fortasse scripserit rectius, αὐτός, ut in Bibliis et *Apol.* I, 50. Otto.

Digitized by Google

et sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate sua judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo pessimos pro sepultura ejus, et divites pro morte **114** illius. Quia iniquitatem non fecit, et non est inventus dolus in ore ejus: et Dominus vult mundare eum a plaga. Si datus fuerit pro peccato: anima vestra videbit semen longævum. Et vult Dominus auferre de dolore animam ejus, ostendere ei lucem, et formare intelligentiam, justificare justum bene servientem multis; et peccata nostra ipse portabit; propterea ipse possidebit multos, et fortium dividet spolia: pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus, et in iniquis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorum traditus est. Lætare sterilis, quæ non paris; erumpe, et clama, quæ non parturis; quia multi filii desertæ, quam ejus quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui et tentoriorum tuorum; fige, ne parcas, protende funiculos tuos; et palos tuos conforta; a dextris et sinistris dilata. Et semen tuum possidebit gentes: et civitates desertas habitare facies. Noli timere, quia confusa es, neque confundaris, quia exprobratum tibi est. Confusionem enim æternam oblivisceris; et opprobrii viduitatis tuæ memor non eris ultra; quia Dominus fecit nomen sibi, et qui eruit te, ipse Deus Israel omni terræ vocabitur. Tanquam mulierem derelictam et pusillanimem vocavit te Dominus, quasi mulierem ab adolescentia odio habitam [29]. »

A τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ὡς πρόβατον εἰς σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦκει εἰς θάνατον. Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησε, καὶ οὐχ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Καὶ Κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν δῶται (27) περὶ τῆς ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ βούλεται Κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. Καὶ τὰς B ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνοίσει· διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκύλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Εἶπε γὰρ Κύριος· Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου καὶ τῶν αὐλαίων (28) σου· πῆξον, μὴ φείσῃ, μάκρυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον· εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον, καὶ τὸ σπέρμα σου ἔθνη κληρονομήσει, καὶ πόλεις ἠρημωμένας κατοικιεῖς. Μὴ φοβοῦ, ὅτι κατῃσχύνθης, μηδὲ C ἐντραπῇς, ὅτι ὠνειδίσθης· ὅτι αἰσχύνην αἰώνιον ἐπιλήσῃ, καὶ ὀνειδος τῆς χηρείας σου οὐ μνησθήσῃ· ὅτι Κύριος ἐποίησεν ὄνομα ἑαυτῷ (29), καὶ ὁ ῥυσάμενός σε αὐτὸς Θεὸς Ἰσραὴλ πάσῃ τῇ γῇ κληθήσεται. Ὡς γυναῖκα (30) καταλελειμμένην καὶ ὀλιγόψυχον, κέκληκέ σε ὁ Κύριος, ὡς γυναῖκα ἐκ νεότητος μεμισημένην. »

14. *Justitia non in ritibus judaicis posita, sed in conversione cordis per Christum in baptismo data.* — Itaque per lavacrum pœnitentiæ et cognitionis Dei, quod pro peccatis populorum Dei institutum est, ut clamat Isaias, nos credidimus: et testamur ipsum illud ab eo prænuntiatum baptisma, quod solum pœnitentes expiare potest, hanc esse aquam vitæ. Quas autem vobis fodistis cisternas, eæ contritæ, ac vobis prorsus inutiles. Quæ enim utilitas illius baptismi, ex quo caro ac solum corpus splendescat? Baptizetur anima vestra ab iracundia et avaritia, ab invidia et odio; et ecce corpus purum est. Hanc enim habent panes azymi significationem, ut ne vetera mali fermenti opera peragatis. Vos autem

14. Διὰ τοῦ λουτροῦ οὖν τῆς μετανοίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ὃ ὑπὲρ τῆς ἀνομίας τῶν λαῶν τοῦ Θεοῦ γέγονεν, ὡς Ἡσαΐας βοᾷ, ἡμεῖς ἐπιστεύσαμεν, καὶ γνωρίζομεν ὅτι τοῦτ' ἐκεῖνο ὃ προηγόρευε τὸ βάπτισμα, τὸ μόνον καθαρίσαι τοὺς μετανοήσαντας δυνάμενον, τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς. Οὓς δὲ ὑμεῖς ὠρύξατε λάκκους ἑαυτοῖς, συντετριμμένοι εἰσὶ καὶ οὐδὲν ὑμῖν χρήσιμοι. Τί γὰρ ὄφελος ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος, ὃ τὴν σάρκα καὶ μόνον τὸ σῶμα φαιδρύ- D νει; Βαπτίσθητε τὴν ψυχὴν ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἀπὸ πλεονεξίας, ἀπὸ φθόνου, ἀπὸ μίσους· καὶ ἰδοὺ τὸ σῶμα καθαρόν ἐστι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σύμβολον τῶν ἀζύμων, ἵνα μὴ τὰ παλαιὰ τῆς κακῆς ζύμης ἔργα πράττητε. Ὑμεῖς δὲ πάντα σαρκικῶς νενοήκατε, καὶ

[29] Isa. LII, 10, usque ad finem, LIII per totum, LIV, 1-6.

(27) *Ἐὰν δῶται.* Sic etiam in *Apol.* I, 51: sed in utroque loco habent nostri codices mss. ἐὰν δῶτε, quod a R. Stephano immutatum fuit, rejecta ad calcem lectione codicum mss.

(28) *Τῶν αὐλαίων.* Habet uterque codex αὐλέων, sed ad marginem legitur et ad calcem editionis R. Stephani αὐλαίων σου σφίγξον, μή. Habent etiam omnes editi nostri καὶ τὰς δέρεις τῶν αὐλέων σου. Atque illud quidem, τὰς δέρεις, Cappellus e margine in textum a Justino inductum putat; sed Thirlbius hanc lectionem defendit, et cum Justino Isaiam Curterii, Hieronymum, et Aldina et Complutensia Biblia monet consentire. Sed tamen has voces expunxi, quia desunt in mss. codicibus, nec satis graves videntur fuisse causæ, cur eas R. Stephanus in contextum reciperet.

(29) *Κύριος ἐποίησεν ὄνομα ἑαυτῷ.* Biblia: Κύριος ὁ ποιῶν σε, Κύριος Σαβαὼθ ὄνομα αὐτῷ.

30) *Ὡς γυναῖκα.* Biblia: Οὐχ ὡς γυναῖκα-οὐδ' ὡς γυναῖκα.

Digitized by Google

ἡγεῖσθε εὐσέβειαν, ἐὰν τοιαῦτα ποιοῦντες τὰς ψυχὰς μεμεστωμένοι ἦτε δόλου καὶ πάσης κακίας ἁπλῶς. Διὸ καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας τῶν ἀζυμοφαγιῶν, νέαν ζύμην (31) φυρᾶσαι ἑαυτοῖς ὁ Θεὸς παρήγγειλε, τουτέστιν ἄλλων ἔργων πρᾶξιν, καὶ μὴ τῶν παλαιῶν καὶ φαύλων τὴν μίμησιν. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ ἀξιοῖ ὑμᾶς οὗτος ὁ καινὸς νομοθέτης, τοὺς προλελεγμένους ὑπ' ἐμοῦ λόγους πάλιν ἀνιστορήσω, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραλειφθέντων. Εἴρηνται δὲ ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου οὕτως· « Εἰσακούσετέ (32) μου, καὶ ζήσεται (33) ἡ ψυχὴ ὑμῶν, καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια τοῦ Δαβὶδ τὰ πιστά. Ἰδοὺ μαρτύριον αὐτὸν ἔθνεσι δέδωκα, ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσιν. Ἔθνη ἃ οὐκ οἶδασί σε, ἐπικαλέσονταί σε· καὶ λαοὶ οἳ οὐκ ἐπίστανταί σε καταφεύξονται, ἕνεκεν τοῦ Θεοῦ σου τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ὅτι ἐδόξασέ σε. Ζητήσατε τὸν Θεόν· καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτὸν, ἐπικαλέσασθε, ἡνίκα ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν. Ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰς βουλὰς αὐτοῦ, καὶ ἐπιστραφήτω ἐπὶ Κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἀφήσει τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδὲ αἱ ὁδοί μου ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν· ἀλλὰ ὅσον ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, τοσοῦτον ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου. Ὡς γὰρ ἂν καταβῇ χιὼν ἢ ὑετὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ οὐκ ἀποστραφήσεται ἕως ἂν μεθύσῃ τὴν γῆν, καὶ ἐκτέκῃ, καὶ ἐκβλαστήσῃ, καὶ δῷ σπέρμα τῷ σπείραντι (34), καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν, οὕτως ἔσται τὸ ῥῆμά μου ὃ ἂν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματός μου. Οὐ μὴ ἐπιστραφῇ (35) ἕως ἂν συντελεσθῇ πάντα ὅσα ἠθέλησα, καὶ εὐοδώσω τὰ ἐντάλματά μου. Ἐν γὰρ εὐφροσύνῃ ἐξελεύσεσθε, καὶ ἐν χαρᾷ διδαχθήσεσθε (36). Τὰ γὰρ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ ἐξαλοῦνται προσδεχόμενοι ὑμᾶς, καὶ πάντα τὰ ξύλα τῶν ἀγρῶν ἐπικροτήσει τοῖς κλάδοις· καὶ ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ τῆς κονύζης ἀναβήσεται μυρσίνη. Καὶ ἔσται Κύριος εἰς ὄνομα καὶ εἰς σημεῖον αἰώνιον, καὶ οὐκ ἐκλείψει. » Τῶν τε λόγων τούτων καὶ τοιούτων εἰρημένων ὑπὸ τῶν προφητῶν, ἔλεγον, ὦ Τρύφων, οἱ μὲν εἴρηνται εἰς τὴν πρώτην παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾗ καὶ ἄτιμος καὶ ἀειδὴς καὶ θνητὸς φανήσεσθαι κεκηρυγμένος ἐστίν· οἱ δὲ εἰς τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, ὅτε ἐν δόξῃ καὶ ἐπάνω τῶν νεφελῶν παρέσται, καὶ ὄψεται ὁ λαὸς ὑμῶν καὶ γνωριεῖ εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, ὡς Ὡσηὲ (37), εἷς τῶν δώδεκα προφητῶν, καὶ Δανιὴλ προεῖπον, εἰρημένοι (37') εἰσί.

15. Καὶ τὴν ἀληθινὴν οὖν τοῦ Θεοῦ νηστείαν μάθε-

omnia carnali modo intelligitis, ac pietatem putatis esse, si, dum hæc facitis, dolo animi vestri et omni prorsus nequitia cumulati sint. Quamobrem præcepit Deus, ut postquam septem diebus azymos panes comedistis, novum vobis fermentum subigeretis, hoc est aliorum operum effectionem, non veterum et malorum imitationem. Ut autem pateat illud ipsum esse, quod a vobis novus hic legislator postulat; recitata a me verba iterum referam cum aliis, quæ prætermissa fuerant. Sic autem ab Isaia proferuntur: « Exaudietis me; et vivet in bonis anima vestra, et constituam vobis testamentum æternum, sancta David fidelia. Ecce testimonium gentibus dedi eum, principem et præcipientem gentibus. Gentes quæ nesciunt te, invocabunt te: et populi qui ignorant te, ad te confugient; propter Deum tuum sanctum Israelis, quia glorificavit te. Quærite Deum, et in inveniendo eum, invocate, quando vobis appropinquaverit. Relinquat impius vias suas, et vir iniquus cogitationes suas, et convertatur ad Dominum, et misericordiam consequetur; quia multum dimittet peccata vestra. Neque enim sunt cogitationes meæ, sicut cogitationes vestræ, neque viæ meæ sicut viæ vestræ; sed quantum abest cœlum a terra, tantum abest via mea a via vestra, et cogitationes vestræ a mente mea. Quomodo enim si descendat nix aut pluvia de cœlo, et non revertatur, donec inebriet terram, et producere ac germinare faciat, et det semen seminanti, et panem ad comedendum; sic erit verbum meum, quod exierit de ore meo; non revertetur, donec compleat quæ volui, et prospera fecero præcepta mea. In lætitia enim egrediemini, et in gaudio docebimini. Montes enim et colles exsilient exspectantes vos; et omnia ligna agrorum applaudent ramis. Et pro stœba ascendet cyparissus; et pro conyza ascendet myrtus. Et erit Dominus in nomen et in signum sempiternum, et non deficiet [60]. » Ex his et aliis ejusmodi prophetarum dictis, o Trypho, aiebam, alia in primum Christi adventum dicta sunt, in quo ingloriam et informem et mortalem speciem habiturus prædicatur; alia in alterum ejus adventum, cum in gloria ex nubibus aderit, videbitque populus vester, et agnoscet, in quem pupugerunt, quemadmodum Osee unus duodecim prophetarum et Daniel prædixerunt.

15. *Verum jejunium in quo positum.* — Verum

[60] Isa. LV, 3 usque ad finem.

(31) *Νέαν ζύμην.* Frustra quærit eruditus vir Samuel Jebb ubinam Justinus in Scripturis legerit, præceptum fuisse ut novum fermentum adhiberetur post septem dies azymorum. Cum præcepisset Deus, ut fermentum ex omnibus finibus Judæorum per septem dies removeretur, nonne hoc præcepto aliud continebatur, ut post dies azymorum novo fermento uterentur?

(32) *Εἰσακούσετε.* Supra n. 12: Ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους. Utramque lectionem Justino tribuere malim, quam utra sit præferenda examinare.

(33) *Καὶ ζήσεται.* Addunt editiones Paris. ἐν ἀγαθοῖς, quod nec in mss. nec apud R. Stephan. legitur.

(34) *Σπείραντι.* Rectius, nisi fallor, apud LXX σπείροντι THIRLB.

(35) Ἀποτραφῇ ed. Ienensis, juxta codd. mss.

(36) *Διδαχθήσεσθε.* Vitiose et corrupte pro διαχθήσεσθε (*deducemini*). PERIONIUS.

(37) *Ὡσηέ.* Lapsu memoriæ Osee pro Zacharia.

(37') *Εἰρημένοι.* In mss. et editis absurde præmittitur καί, siquidem hæc verba, εἰρημένοι εἰσί, pendeant ab antecedentibus illis, οἱ δὲ εἰς, etc. EDIT. PATROL.

Digitized by Google

Igitur Dei jejunium discite observare, quemadmodum ait Isaias, ut Deo placeatis. Ita autem exclamat Isaias : « Clama in fortitudine, et ne parcas ; quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia generi meo peccata eorum, et domui Jacob iniquitates eorum. Me de die in diem quærunt, et scire vias meas volunt, quasi gens, quæ justitiam fecerit, et judicium Dei non dereliquerit. Petunt me nunc judicium justum, et appropinquare Deo cupiunt, dicentes : Quare jejunavimus et non vidisti ? Humiliavimus animas nostras, et non cognovisti ? In diebus enim jejuniorum vestrorum invenitis voluntates vestras, et omnes subjectos vobis cæditis : ecce ad lites et jurgia jejunatis et percutitis pugnis humilem ; ut quid mihi jejunatis, ut hodie, ut audiatur in clamore vox vestra ? Non hoc jejunium elegi, ut in die humiliet homo animam suam. Neque, si incurvaveris, quasi circulum, collum tuum, et saccum et cinerem substraveris ; nec sic vocabitis jejunium et diem acceptum Domino. Non tale jejunium elegi, dicit Dominus. Sed solve omnem colligaturam iniquitatis ; dissolve obligationes violentorum contractuum ; dimitte fractos in remissionem, et omnem syngrapham iniquam discerpe. Frange esurienti panem tuum, et pauperes sine tecto induc in domum tuam ; si videris nudum, operi ; et domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur, **116** et præibit in conspectu tuo justitia tua, et gloria Dei circumdabit te. Tum clamabis, et Deus exaudiet te ; adhuc loquente te dicet : Ecce adsum. Si abstuleris a te colligationem, et manuum complicationem, et verbum murmurationis, et dederis esurienti panem ex anima tua, et animam humiliatam saturaveris, tunc orietur in tenebris lumen tuum, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies, et erit Deus tuus tecum semper, et impleberis, sicut desiderat anima tua ; et ossa tua pinguescent, et erunt ut hortus inebriatus, et fons undæ, aut terra cui aquæ non deficiunt [61]. » Circumcidamini igitur præputio cordis vestri, quemadmodum divinæ Scripturæ his omnibus verbis postulant.

τε νηστεύειν, ὡς Ἡσαΐας φησίν, ἵνα τῷ Θεῷ εὐαρεστῆτε. Κέκραγε δὲ Ἡσαΐας οὕτως· « Ἀναβόησον ἐν ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ· ὡς σάλπιγγι ὕψωσον τὴν φωνήν σου, καὶ ἀνάγγειλον τῷ γένει μου τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ τὰς ἀνομίας αὐτῶν. Ἐμὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ζητοῦσι, καὶ γνῶναι τὰς ὁδούς μου ἐπιθυμοῦσιν ὡς λαὸς δικαιοσύνην πεποιηκὼς, καὶ κρίσιν Θεοῦ οὐκ ἐγκαταλελοιπώς. Αἰτοῦσί με νῦν κρίσιν δικαίαν, καὶ ἐγγίζειν Θεῷ ἐπιθυμοῦσι, λέγοντες, Τί ὅτι ἐνηστεύσαμεν, καὶ οὐκ εἶδες ; ἐταπεινώσαμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔγνως ; Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῶν νηστειῶν ὑμῶν εὑρίσκετε τὰ θελήματα ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους ὑμῶν ὑπονύσσετε. Ἰδοὺ εἰς κρίσεις (38) καὶ μάχας νηστεύετε, καὶ τύπτετε πυγμαῖς ταπεινόν. Ἵνα τί μοι νηστεύετε, ὡς σήμερον, ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν ; Οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, καὶ ἡμέραν ταπεινοῦν ἄνθρωπον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Οὐδ' ἂν κάμψῃς ὡς κρίκον τὸν τράχηλόν σου, καὶ σάκκον καὶ σποδὸν ὑποστρώσῃς, οὐδ' οὕτω καλέσετε νηστείαν καὶ ἡμέραν (39) δεκτὴν τῷ Κυρίῳ. Οὐχὶ τοιαύτην νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, λέγει Κύριος· ἀλλὰ λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. Τότε ῥαγήσεται πρωΐμως τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἱμάτιά (40) σου ταχὺ ἀνατελεῖ· καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε. Τότε βοήσῃ, καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σου· ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμι. Ἐὰν δὲ ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν, καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ διδῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου ἐκ ψυχῆς, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου, καὶ τὸ σκότος σου ὡς μεσημβρία, καὶ ἔσται ὁ Θεός σου μετὰ σοῦ διαπαντὸς, καὶ ἐμπλησθήσῃ καθὰ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου, καὶ τὰ ὀστᾶ σου πιανθήσονται, καὶ ἔσται ὡς κῆπος μεθύων, καὶ πηγὴ ὕδατος, ἧ γῆ ἧμὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ. » Περιτέμεσθε οὖν τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ (41) διὰ πάντων τούτων τῶν λόγων ἀξιοῦσι.

[61] Isa. LVIII, 1-11.

(38) *Ἰδοὺ εἰς κρίσεις.* Sic etiam tres interpretes, Aquila, Theodotion et Symmachus, et codex Alexandrinus, et edltio Aldina et Compluteusis. LXX : εἰ εἰς κρίσεις. THIRLBIUS.

(39) *Καὶ ἡμέραν.* Hæc desunt apud LXX.

(40) *Ἱμάτια.* Sic habent codices mss. Sed R. Stephanus posuit *ἱάματα*, recte id quidem et accurate, si vera Scripturæ et germana lectio quæratur ; sed si hoc tantummodo considerandum nobis judicemus, quomodo Justinus legerit, cur ei vereamur ejusmodi lectionem attribuere, quam Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius et Augustinus secuti sunt, ut observavit Nobilius ? Eo autem libentius crediderim Justinum ita legisse, ut habent nostri codices mss. quod interdum hanc vocem, ἱμάτια, eo sensu usurpet, qui huic loco conveniat. Calumnias Christianis afflictas vocat περίβλημα πονηρόν, *Apol.* II, n. 12 ; infra num. 116, peccata et pravas actiones hoc nomine apud Zachariam designari ait. Quinetiam ibidem vestimenta munda, quibus Jesus summus Sacerdos indutus fuit, gloriosam corporum resurrectionem videtur interpretari, quemadmodum Tertullianus his Isaiæ verbis, « et vestimenta citius orientur, » corporum resurrectionem significari existimavit, lib. *De resur.* c. 27. Sed si Justinus, qui Græcis codicibus utebatur, legit ἱμάτια, Latinorum interpretum error, qui « vestimenta » hic reddidere, non tam ex intercedente inter *ἱάματα* et ἱμάτια similitudine, ut docet ad hunc locum Hieronymus, quam ex codicum vitio repetendus.

(41) *Ὡς οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ.* « De depravatione hujus loci nulla dubitatio esse potest, » inquit eruditus Londinensis editor, qui, « si quis audacior criticus pro λόγοι *legeret* προφῆται, non magnopere

Digitized by Google

16. Καὶ διὰ Μωϋσέως κέκραγεν ὁ Θεὸς αὐτὸς, οὕτως λέγων· « Καὶ περιτεμεῖσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον οὐ σκληρυνεῖτε ἔτι. Ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ Κύριος τῶν κυρίων, Θεὸς μέγας καὶ ἰσχυρὸς καὶ φοβερός· ὅστις οὐ θαυμάζει πρόσωπον, οὐδὲ μὴ λάβῃ δῶρον. » Καὶ ἐν τῷ Λευιτικῷ· « Ὅτι παρέβησαν καὶ ὑπερεῖδόν με, καὶ ὅτι ἐπορεύθησαν ἐναντίον μου πλάγιοι, καὶ ἐγὼ ἐπορεύθην μετ' αὐτῶν πλαγίως, καὶ ἀπολῶ αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. Τότε ἐντραπήσεται ἡ καρδία ἡ ἀπερίτμητος αὐτῶν. » Ἡ γὰρ ἀπὸ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα περιτομὴ εἰς σημεῖον ἐδόθη· ἵνα ἦτε ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐθνῶν καὶ ἡμῶν ἀφωρισμένοι· καὶ ἵνα μόνοι πάθητε ἃ νῦν ἐν δίκῃ πάσχετε· καὶ ἵνα γένωνται αἱ χῶραι ὑμῶν ἔρημοι, καὶ αἱ πόλεις πυρίκαυστοι, καὶ τοὺς καρποὺς ἐνώπιον ὑμῶν κατεσθίωσιν ἀλλότριοι, καὶ μηδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐπιβαίνῃ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ (42). Οὐ γὰρ ἐξ ἄλλου τινὸς γνωρίζεσθε παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ἢ ἀπὸ τῆς ἐν σαρκὶ ὑμῶν περιτομῆς (43). Οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν, ὡς νομίζω, τολμήσει εἰπεῖν, ὅτι μὴ καὶ προγνώστης τῶν γίνεσθαι μελλόντων ἦν καὶ ἔστιν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἄξια ἑκάστῳ προε-

16. *Circumcisio in signum data, ut Judæi pellerentur ob scelera in Christum et Christianos commissa.* — Per Moysen quoque Deus ipse sic clamat: « Et circumcidemini duritiem cordis vestri : et cervicem non indurabitis. Quia Dominus Deus vester, ipse est Dominus dominorum, Deus magnus et fortis, et terribilis, qui non admiratur personam, neque accipiet munus [62]. » Et in Levitico : « Quoniam prævaricati sunt, et despexerunt me; et quoniam ambulaverunt ex adverso mihi ad sinistram ; ambulavi et ipse cum eis sinistre. Et perdam eos in terra inimicorum eorum. Tunc confundetur cor eorum incircumcisum [62]. » Hæc enim ab Abrahamo accepta secundum carnem circumcisio in signum data est, ut ab aliis gentibus et a nobis discreti sitis, et soli patiamini, quæ nunc merito patimini; atque ut regiones vestræ in solitudinem redigantur, et civitates in ignes considant, frugesque vestras inspectantibus vobis alieni consumant, nec quisquam vestrum Hierusalem ascendat. Nulla enim re alia a cæteris hominibus dignoscimini, nisi vestra in carne **117** circumcisione.

[62] Deut. x, 16, 17. [62] Levit. xxvi, 40, 41.

repugnaturum se declarat. » Sed tamen rejecta hac liberiori emendandi ratione legendum opinatur, Ὡς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀξιοῖ. Equidem cur hunc contextum vir doctissimus immutatum velit, non facile intelligo, nec ipse rationes suas afferendas duxit. Cur autem nihil immutandum sit, facilius mihi perspicere videor. Apud Justinum ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ sæpe significat Verbum Dei et Filium, sæpe Scripturam sacram, aut aliquod Scripturæ testimonium. Hoc autem loco οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ sunt ipsa Dei suo nomine loquentis verba, quia videlicet in testimoniis a Justino allatis non propheta loquitur, sed ipse Deus. Infra n. 28, testimonium, in quo Deus ipse loquitur, appellatur a Justino αὐτοῦ ῥήματα τοῦ Θεοῦ. Docet Justinus *Apol.* I, n. 36, necessarium esse ad Scripturæ intelligentiam diligenter attendere quibusnam locis ipse Deus loquatur, quibusnam prophetæ aut aliæ personæ. Nulla ergo contextus nostri emendandi causa.

(42) *Ἐπιβαίνῃ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ.* Ex his patet quanta adhiberetur diligentia in ea lege observanda, quæ a Justino *Apol.* I, n. 47, commemorata, Judæos ingressu Hierosolymorum prohibebat, aut ingressus pretium mortem decernebat. Sed tamen de hujus legis severitate videtur aliquid deinceps remissum fuisse. Nam ex *Itinerario* Burdigalensi (et orat. 12 Gregorii Naz. et Hieronymo *in cap.* I. *Sophon.* discimus Judæis quarto sæculo, semel in anno introitum Hierosolymitani soli concessum fuisse, quod quidem non videntur impetraturi fuisse suspiciosissimis illis secundi sæculi temporibus, cum « nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio, ut ait Tertullianus *Apol.* 16, salutare, nec patrium solum vel ex longinquo, ut ait Aristo Pellæus apud Euseb. *Hist.* lib. IV, c. 6, prospicere » liceret. Aliud est in quo lenius cum eis actum videtur fuisse. Testatur enim Aristo Pellæus eos etiam regione circum Hierosolymam sita penitus exclusos fuisse. Τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται... ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωρεῖν τὸ πάτριον ἔδαφος. Ait etiam Tertullianus *adv. Jud.* cap. 13 « nemi nem de genere Israel in civitate Bethleem remansisse, » ac interdictum esse « ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Judæorum, » eisque terram suam « de longinquo oculis tantum videre permissum. » Ejusmodi testimonia nonnulli de tota Palæstina acceperunt; quibus equidem non assentior; sed certe de regione Bethleemitica accipi debent. At Judæos quarto sæculo Bethleemi fuisse discimus ex his Hieronymi verbis, epist. 41, *ad Pammach. et Oceanum* : « Veni rursum Hierosolymam, inquit, et Bethleem. Quo labore, quo pretio Bar-aninam nocturnum habui præceptorem? Timebat enim Judæos et mihi alterum exhibebat Nicodemum. » Vid. *adv. Vigilant.* sub finem. Cum Hieronymo consentire Hilarius videtur, qui de Judæis ait *in Psal.* LVIII, n. 12 : « Amissa civitate, temploque deserto, et secundum Romani regis edicta, circumeuntes tantum, non etiam ineuntes civitatem fames eos.... afficiet. »

(43) *Ἀπὸ τῆς ἐν σαρκὶ ὑμῶν περιτομῆς.* Eo attentius consideranda hæc sancti martyris sententia, quod sæpe in hoc *Dialogo* repetitur. Ignorationem et infirmitatem Deo Judæorum affingebant hæretici, ut videre est apud Iren. lib. IV, c. 4, ob eversam Hierosolymam et Mosaicæ legis instituta ad perniciem Judæorum conversa. Contra Justinus Dei providentiam in hoc maxime admiratur, quod cum pleraque instituta alibi quam Hierosolymis observari non possent, ipsa circumcisio, quæ alibi observari poterat, aditum Judæis in hanc urbem præcluderet. Circumcisionem institutam fuisse, ut Judæi ab aliis gentibus secernerentur, scriptores plurimi dixere. Sed quod institutam dicit Justinus, ut hac nota distincti punirentur, id Tertullianus imitatur in libro *adv. Jud.* cap. 3 : « Dari enim habebat, inquit, circumcisio, sed in signum; unde Israel in novissimo tempore dignosci haberet, quando secundum sua merita in sanctam civitatem ingredi prohiberetur..... Hæc igitur Dei providentia fuit, dandi circumcisionem Israel in signum unde dignosci posset, cum adveniret tempus, quo meritis suis supra dictis in Hierusalem admitti prohiberetur. » Forte in eamdem sententiam accipi debet quod ait Irenæus lib. IV, cap. 16, circumcisionem in signo datam, « ut cognoscibile perseveret genus Abrahæ. » Vid. lib. III, c. 12, n. 11.

Digitized by Google

Neminem enim vestrum fore arbitror, qui negare audeat præscium esse et fuisse futurorum Deum, ac digna cuique præmia præparare. Recte igitur et merito hæc vobis evenerunt. Occidistis enim justum et ante eum prophetas ejus; et nunc eos, qui sperant in illum et in summum Regem et creatorem universorum Deum, a quo missus est, aspernamini et quantum in vobis est afficitis contumelia, diris voventes in synagogis vestris eos qui in Christum credunt. Neque enim ea vobis adest potestas, ut manus nobis inferatis, propter eos qui nunc rerum potiuntur; quoties autem adfuit, rem confecistis. Propterea Deus ad vos clamat per Isaiam prophetam, his verbis : « Videte quomodo periit justus, et nemo considerat. A facie iniquitatis sublatus est justus. Erit in pace sepultura ejus; sublatus est e medio. Vos autem huc prodite, filii iniqui, semen adulterorum et filii fornicariæ. In quo lusistis, et super quem os aperuistis, et super quem linguam laxastis [a]? »

A τοιμάζων. Καὶ ὑμῖν οὖν ταῦτα καλῶς καὶ δικαίως γέγονεν, ἀπεκτείνατε γὰρ τὸν δίκαιον, καὶ πρὸ αὐτοῦ τοὺς προφήτας αὐτοῦ· καὶ νῦν τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὸν πέμψαντα αὐτὸν παντοκράτορα καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν ἀθετεῖτε, καὶ ὅσον ἐφ' ὑμῖν ἀτιμάζετε, καταρώμενοι (44) ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ τὸν Χριστόν. Οὐ γὰρ ἐξουσίαν ἔχετε αὐτόχειρες γενέσθαι ἡμῶν διὰ τοὺς νῦν ἐπικρατοῦντας. Ὁσάκις δὲ ἂν ἐδυνήθητε, καὶ τοῦτο ἐπράξατε (45). Διὸ καὶ ἐμβοᾷ ὑμῖν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Ἡσαΐου λέγων· « Ἴδετε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ (46). Ἀπὸ γὰρ προσώπου τῆς ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος. Ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου. Ὑμεῖς προσηγάγετε ὧδε, υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ τέκνα πόρνης. Ἐν τίνι ἐνετρυ- B φᾶτε, καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα, καὶ ἐπὶ τίνι ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν; »

17. *Judæi miserunt in totum orbem qui Christianis crimina affingerent.* — Non enim injuriæ nobis et Christo illatæ tanta in aliis gentibus culpa residet, quanta in vobis, qui illis etiam anticipatæ de justo et de nobis, qui ab eo orti sumus, malæ opinionis auctores estis. Postquam enim solum illum inculpatum et justum hominem, cujus vulneribus sanantur, qui per eum ad Patrem accedunt, cruci affixistis; cum eum sciretis ex mortuis resurrexisse et in cœlum ascendisse, ut prophetiæ futurum prædicebant, non modo pœnitentiam admis- C

17. Οὐχ οὕτως γὰρ τὰ ἄλλα ἔθνη εἰς ταύτην τὴν ἀδικίαν τὴν εἰς ἡμᾶς καὶ τὸν Χριστὸν ἐνέχονται, ὅσον ὑμεῖς, οἷς κἀκεῖνοις (47) τῆς κατὰ τοῦ δικαίου καὶ ἡμῶν τῶν ἀπ' ἐκείνου, κακῆς προλήψεως αἴτιοι ὑπάρχετε. Μετὰ γὰρ τὸ σταυρῶσαι ὑμᾶς ἐκεῖνον τὸν μόνον ἄμωμον καὶ δίκαιον ἄνθρωπον, δι' οὗ τῶν μωλώπων ἴασις γίνεται τοῖς δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Πατέρα προσχωροῦσιν (48), ἐπειδὴ ἐγνώκατε αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς αἱ προφητεῖαι προεμήνυον γενησόμενον, οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε (49) ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακῶς (50),

[a] Isa. LVII, 1-4.

(44) *Κατειρώμενοι.* Vide infra num. 132.

(45) *Καὶ τοῦτο ἐπράξατε.* Eadem Judæis exprobrat infra num. 133, et *Apol.* I, num. 31. JEBB.

(46) *Καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ, καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ*, edit. lenensis. Hæc verba, inquit D. Otto, in codd. mss. et editis non comparent, sed leguntur c. 110 et *Apol.* I, c. 48. Et rectissime contendit Thirlbius illa a librario, non a Justino prætermissa esse; nempe errandi ansam dedit repetitum καὶ οὐδείς.

(47) *Οἷς κἀκείνοις.* Sic mss. codices et R. Steph. Editiones Græco-Latinæ οἳ κἀκείνοις. Legendum conjicit R. St. κἀκείνης.

(48) *Προσχωροῦσιν.* Sic emendatum in editionibus Parisiensibus pro eo quod erat in mss. et apud R. Stephanum προχωροῦσι. Sic etiam infra legitur n. 43, ut observavit Sylburgius.

(49) *Οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε.* Hunc Justini locum transtulit Eusebius in librum quartum *Historiæ* suæ cap. 18. Legitur autem in Eusebii contextu οὐ μόνον δὲ οὐ μετενοήσατε, sed vetustissimus codex Colbertinus et duo Regii, quorum alter est etiam valde antiquus, habent οὐ μόνον δὲ μετενοήσατε. Atque hæc quidem loquendi ratio cum nec inusitata Justino fuit, ut perspici potest ex *Cohort.* num. 9, nec a grammaticorum observationibus absona; qui unam negationem in ejusmodi locis idem interdum ac duas et apud Græcos et apud Latinos valere dixerunt; tum vero ex hac mss. codicum, præsertim vetustissimorum, auctoritate plurimum mihi videtur ponderis habere. Improbabile prorsus est secundam negationem, si a Justino et Eusebio adhibita fuisset, expunctam a librariis fuisse ex codicibus, in quibus nunc non reperitur. At cur eam in codicibus, in quibus exstat, addiderint, in promptu causa est; nimirum quod eam ad sensum necessariam crederent. Hinc etiam codices, in quibus duæ negationes reperiuntur, inter se non consentiunt. Legitur enim in uno ex Regiis : οὐ μόνον δὲ οὐδὲ μετενοήσατε. Videtur ergo germanissima esse hujus loci scriptura, οὐ μόνον δὲ μετενοήσατε. Illud δέ sæpe apud Justinum redundat, ut observavimus initio *Apol.* I. — *Οὐ μόνον... ἁπλῶς ἀνθρ.* Justini codd. mss. et editi : οὐ μόνον οὐ μετεν., Euseb. vulgo : οὐ μόνον δὲ οὐ. Maranus autem refert Eusebii codicem Colbertinum valde antiquum ejusdemque duo Regios, quorum alter vetustissimus (quibus adde Savilianum in bibliotheca Bodleiana hodie servatum; unus ex Regiis eodem Marano adnotante habet οὐ μόνον δὲ οὐδὲ μετεν.), præbere οὐ μόνον δὲ μετεν. Quare V. D. etiam apud martyrem ita legendum censuit eumque secutus Burton posterius οὐ e textu Eusebiano expulit. Sed mutatio vix videtur necessaria. Non enim veri simile est, secundam illam negationem in diversissimis (Justini et Eusebii) codd. mss., in quibus invenitur, a librariis additam fuisse. Insuper loquendi ratio οὐ μόνον οὐ passim invenitur; coll. v. c. locum simillimum c. 108, p. 335, C : οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, ... ἀλλ', ὡς προεῖπον (sc. nostro loco), ἄνδρας χειρ. ἐκλεκτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε κηρύσσοντας, ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος..... ἐγήγερται, etc. Verba οὐ μετεν., unam efficiunt notionem : *abstinuistis a pœnitentia;* ἀλλά autem, cui καί recte non adjectum est, rem amplificat : *imo potius.* Cf. *Apol.* I, c. 5. OTTO.

(50) *Κακῶς.* Sic Eusebius et Nicephorus et Rufinus. Ex sex Eusebii codicibus, quorum variæ le-

Digitized by Google

ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐκλεξάμενοι (51) τότε ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, λέγοντες, αἵρεσιν ἄθεον (52) Χριστιανῶν πεφηνέναι, καταλέγοντές τε (53) ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς πάντες (54) λέγουσιν. Ὥστε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀδικίας αἴτιοι ὑπάρχετε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἁπλῶς ἀνθρώποις· καὶ δικαίως βοᾷ Ἡσαΐας· «Δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.» Καί· « Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, διότι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ, κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, συμβήσεται αὐτῷ.» Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις· « Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· οἱ λέγοντες, Τὸ τάχος αὐτοῦ ἐγγισάτω, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν. Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν (55)· οἱ τιθέντες τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν.» Κατὰ οὖν τοῦ μόνου ἀμώμου καὶ δικαίου φωτὸς τοῖς ἀνθρώποις πεμφθέντος παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ πικρὰ καὶ σκοτεινὰ (56) καὶ ἄδικα καταλεχθῆναι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐσπουδάσατε. Δύσχρηστος γὰρ ὑμῖν ἔδοξεν εἶναι, βοῶν παρ' ὑμῖν· « Γέγραπται· Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ πεποιήκατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.» Καὶ τὰς τραπέζας τῶν ἐν τῷ ναῷ κολλυβιστῶν κατέστρεψε καὶ ἔδα. « Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί· ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον, τὴν δὲ ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν κρίσιν οὐ κατανοεῖτε· τάφοι κεκονιαμένοι, ἔξωθεν φαινόμενοι ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμοντες ὀστέων νεκρῶν.» Καὶ τοῖς γραμματεῦσιν· « Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς, ὅτι τὰς κλεῖς ἔχετε, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσέρχεσθε (57), καὶ τοὺς εἰσερχομένους κωλύετε, ὁδηγοὶ τυφλοί.»

A sorum scelerum non egistis; sed etiam selectos viros tunc Hierosolymis in universum orbem misistis, impiam Christianorum hæresim prodiisse dicentes, eaque spargentes, quæ in nos ab iis omnibus, quibus noti non sumus, dicuntur. Itaque non vobis solum iniquitatis causa estis, sed aliis etiam omnibus prorsus hominibus, ac merito clamat Isaias : « Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus [68].» Et : « Væ animæ ipsorum, propterea quod consilium pravum ceperunt adversus seipsos, dicentes : Vinciamus justum, quoniam inutilis nobis est. Itaque fructus operum suorum comedunt. Væ iniquo, mala secundum opera ipsius contingent ei [66].» Et rursus alibi : « Væ qui trahunt iniquitates suas in funiculo longo, et quasi loro B jugi vitulæ iniquitates. Qui dicunt : Celeritas ejus appropinquet, et veniat consilium sancti Israel, ut cognoscamus. Væ qui dicunt malum bonum et bonum 118 malum, qui ponunt lucem tenebras, et tenebras lucem, qui ponunt amarum dulce et dulce amarum [67].» Itaque id vobis studio habuistis, ut in solam illam inculpatam et justam lucem, quæ hominibus a Deo missa fuerat, acerba et tenebricosa et injusta in toto terrarum orbe jactarentur crimina. Importuna enim vobis esse visa est, cum apud vos clamaret : « Scriptum est : Domus mea, domus orationis est; vos autem fecistis illam speluncam latronum [68].» Quinetiam mensas in templo nummulariorum evertit, et exclamavit : « Væ vo- C bis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham et rutam, dilectionem autem Dei et judicium non consideratis. Sepulcra dealbata, quæ foris videntur speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuis [69].» Et ad Scribas : « Væ vobis, Scribæ; quia claves habetis, et ipsi non introitis : et introeuntes prohibetis, duces cæci [70].»

[66] Isa. LII, 5. [66] Isa. III, 9. [67] Isa. V, 18-20. [68] Matth. XXI, 13. [69] Matth. XXIII, 23, 27. [70] Luc. XI, 52.

etiones mecum communicatæ fuerunt, tres vetustissimi sic habent cum duobus aliis non ita antiquis. Editiones S. Justini κακοῖς, quod quidem satis arridet Valesio; at mihi eo minus probatur, quod ipse Justinus antea dicebat n. 12 : Οὐδὲ μετανοεῖτε πράξαντες κακῶς.

(51) *Ἐκλεξάμενοι.* Vetustissimorum Eusebii Colbertinorum codd. alter ἐπιλεξάμενοι. Legitur apud Eusebium ἐκλεξάμενοι τότε ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Ibidem nonnulli codices recentiores εἰς ἅπασαν. — *Ἀλλὰ... λέγουσιν.* Justinus, c. 108 et 117, Judæis exprobrat : hos scilicet per totum terrarum orbem misisse, qui Christum ejusque asseclas in suspicionem adducerent. Tertullianus *ad nation.* I, c. 14 (Opp. ed. Leopold. p. I), p. 148 : « Et credidit vulgus Judæo. Quod enim aliud genus seminarium est infamiæ nostræ? » Adde *adv. Marc.* III, c. 23, (p. III) p. 140, et *adv. Jud.* c. 13 (p. IV), p. 326. Otto

(52) *Ἄθεον.* Tres Eusebii codices vetustissimi ἀθέων, sicque edidit R. Stephanus. At Nicephorus habet ἄθεον. Ita etiam legit Rufinus. Vide infra n. 106. Ibidem Eusebius πεφάνθαι.

(53) *Καταλέγοντές τε.* Ex Eusebio addidimus particulam, quæ tamen deerat in vetustissimorum Colbertinorum altero.

(54) *Ἡμᾶς πάντες.* Euseb. ἡμᾶς ἅπαντες. Ha- D bent tamen nonnulli codices recentiores ut Justinus.

(55) *Καὶ τὸ καλὸν πονηρόν.* Hæc e sacro contextu desumpsit Robertus Stephanus, cum ea in codice mss. non reperisset.

(56) *Τὰ πικρὰ καὶ σκοτεινά.* Liquet hic memorari horrenda illa crimina quæ Christianis affingi solebant, nempe Thyesteas cœnas et promiscuos concubitus. Hinc paulo ante dicebat : Καταλέγοντές τε ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς πάντες λέγουσιν, et num. 108, eamdem historiam repetens in gratiam eorum qui pridie non adfuerant, ἄθεα καὶ ἄνομα καὶ ἀνόσια vocat hæc facinora. Quo tempore hæ calumniæ a Judæis spargi cœperint inquirimus in Præfat. part. 3.

(57) *Οὐκ εἰσέρχεσθε*, etc. Legitur ad marginem in utroque codice ms. et apud R. Stephanum ad calcem : οὐκ εἰσῆλθετε καὶ τοὺς ἐρχομένους ἐκωλύσατε.

Digitized by Google

18. *Christiani legem observarent, nisi scirent cur instituta sit.* — Quoniam enim legisti, Trypho, ut ipse confessus es, quæ noster ille Salvator docuit; non absurde mihi fecisse videor, ut brevia quædam illius oracula propheticis adjungerem. Lavamini igitur, ac nunc mundi estote, et auferte nequitias ab animabus vestris [71]: quemadmodum jubet Deus, ut hoc lavemini lavacro, et vera circumcisione circumcidamini. Nos enim hanc quoque carnis circumcisionem et sabbata et ferias omnes omnino observaremus, nisi cognitum nobis esset quam ob causam hæc vobis ipsis indicta sint, id est propter iniquitates vestras et cordis duritiem. Nam si constanter omnia perferimus, quæcunque in nos homines et dæmones mali moliuntur; ita ut etiam inter horrendas res, mortem et supplicia, iis qui nos ita pertractant, misericordiam exhiberi precemur, nec cuiquam ne leviter quidem rependi velimus, ut nobis præcepit novus Legislator; quomodo non ea etiam quæ nos nihil lædunt, carnis dico circumcisionem et sabbata et ferias, Trypho, observaremus?

A

B

19. *Circumcisio ante Abraham ignota. Lex sub Moyse ob duritiam cordis.* — Hoc sane est in quo dubii merito hæreamus, cur cum hæc perferatis, non etiam cætera omnia, de quibus nunc quærimus, observetis.

Neque enim necessaria est omnibus hæc circumcisio, sed vobis solis, ut, quemadmodum prædixi, ea patiamini, quæ merito vestro patimini. Neque etiam inutilem illum baptismum cisternarum suscipimus; nihil enim est ad hunc vitæ baptismum. Ideo etiam exclamat Deus, quod dereliqueritis eum, fontem vivum, et foderitis vobismetipsis cisternas dissipatas, quæ non possunt continere aquam. Ac vos quidem qui carne circumcisi estis, indigetis nostra circumcisione; nos autem cum hanc habeamus, nihil ista opus habemus. Nam si esset necessaria, ut existimatis, non finxisset Deus Adamum cum præputio, nec Abelis dona respexisset, qui in **119** carnis præputio victimas obtulit, nec ei placuisset in præputio Enoch, qui non est inventus, quia transtulit eum Deus. Loth incircumcisus ex Sodomis salvus evasit, angelis eum et Domino deducentibus. Noe principium generis; sed tamen una cum filiis incircumcisus in arcam ingressus est. Incircumcisus

C

D

18. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνέγνως, ὦ Τρύφων, ὡς αὐτὸς ὁμολογήσας ἔφης, τὰ ὑπ' ἐκείνου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδαχθέντα, οὐκ ἄτοπον νομίζω πεποιηκέναι καὶ βραχέα τῶν ἐκείνου λόγια πρὸς τοῖς προφητικοῖς ἐπιμνησθείς. Λούσασθε οὖν, καὶ νῦν καθαροὶ γένεσθε, καὶ ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς δὲ λούσασθαι ὑμῖν τοῦτο τὸ λουτρὸν κελεύει ὁ Θεὸς, καὶ περιτέμνεσθαι (58) τὴν ἀληθινὴν περιτομήν. Ἡμεῖς γὰρ καὶ ταύτην ἂν τὴν περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα, καὶ τὰ σάββατα, καὶ τὰς ἑορτὰς πάσας ἁπλῶς ἐφυλάσσομεν, εἰ μὴ ἔγνωμεν δι' ἣν αἰτίαν καὶ ὑμῖν προσετάγη, τουτέστι διὰ τὰς ἀνομίας ὑμῶν καὶ τὴν σκληροκαρδίαν. Εἰ γὰρ ὑπομένομεν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων φαύλων ἐνεργούμενα εἰς ἡμᾶς φέρειν, ὡς καὶ μέχρι τῶν ἀῤῥήτων (59), θανάτου καὶ τιμωριῶν, εὐχόμενοι ἐλεηθῆναι καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα διατιθέντας ἡμᾶς καὶ μηδὲ μικρὸν ἀμείβεσθαι μηδένα βουλόμενοι, ὡς ὁ καινὸς νομοθέτης ἐκέλευσεν ἡμῖν· πῶς οὐχὶ καὶ τὰ μηδὲ βλάπτοντα ἡμᾶς, περιτομὴν δὲ σαρκικὴν λέγω καὶ σάββατα καὶ τὰς ἑορτὰς, ἐφυλάσσομεν, ὦ Τρύφων;

19. Τοῦτό ἐστιν (60) ὃ ἀπορεῖν ἄξιόν ἐστιν, ὅτι τοιαῦτα ὑπομένοντες, οὐχὶ καὶ τὰ ἄλλα πάντα περὶ ὧν νῦν ζητοῦμεν, φυλάσσομεν.

Οὐ γὰρ πᾶσιν ἀναγκαία αὕτη ἡ περιτομὴ, ἀλλ' ὑμῖν μόνοις, ἵνα, ὡς προέφην, ταῦτα πάθητε ἃ νῦν ἐν δίκῃ πάσχετε. Οὐδὲ γὰρ τὸ βάπτισμα ἐκεῖνο τὸ ἀνωφελὲς τὸ τῶν λάκκων προσλαμβάνομεν· οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸ βάπτισμα τοῦτο τὸ τῆς ζωῆς ἐστί. Διὸ καὶ κέκραγεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἐγκατελίπετε αὐτὸν πηγὴν ζῶσαν, καὶ ὠρύξατε ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται συνέχειν ὕδωρ. Καὶ ὑμεῖς μὲν οἱ τὴν σάρκα περιτετμημένοι χρῄζετε τῆς ἡμετέρας περιτομῆς· ἡμεῖς δὲ, ταύτην ἔχοντες, οὐδὲν ἐκείνης δεόμεθα. Εἰ γὰρ ἦν ἀναγκαία, ὡς δοκεῖτε, οὐκ ἂν ἀκρόβυστον ὁ Θεὸς ἔπλασε τὸν Ἀδὰμ (61), οὐδὲ ἐπέβλεψεν ἐπὶ τοῖς δώροις τοῦ ἐν ἀκροβυστίᾳ σαρκὸς προσενέγκαντος θυσίας Ἄβελ, οὐδ' ἂν εὑρέστησεν ἐν ἀκροβυστίᾳ Ἐνὼχ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. Λὼτ ἀπερίτμητος (62) ἐκ Σοδόμων ἐσώθη, αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἀγγέλων αὐτὸν καὶ τοῦ Κυρίου προπεμψάντων. Νῶε ἀρχὴ γένους· ἀλλ' οὖν ἅμα τοῖς τέκνοις ἀπερίτμητος εἰς τὴν κιβω-

[71] Isa. I, 16.

(58) *Περιτέμνεσθαι.* Inutili prorsus opera legendum conjicit περιτέμνεσθε eruditus Londinensis editor.

(59) *Μέχρι τῶν ἀῤῥήτων.* Æque inutilis opera Sylburgii subaudiendum existimantis προχωρεῖν, προιέναι, vel simile quid, ac Thirlbii legendum conjicientis μέχρι τῶν ἀῤῥήτων θανάτου τιμωριῶν. Satis est interpungere post illam vocem τιμωριῶν. Aptior ejusdem Thirlbii conjectura, dum paulo post legendum monet τὰ μηδὲν βλάπτοντα ἡμᾶς.

(60) *Τοῦτό ἐστιν.* Hæc profecto non Justinus disserit, sed Trypho, cujus similem sententiam jam vidimus n. 7. Restituenda ergo hæc verba Tryphoni, et pro φυλάσσομεν legendum φυλάσσετε. Legit editor Londinensis καὶ ὁ Τρύφων, Τοῦτό ἐστιν ... φυλάσσετε.

(61) *Ἀκρόβυστον... τὸν Ἀδάμ.* Hæc Justini ratiocinatio reperitur apud Tertullianum *adv. Jud.* cap. 1, et Lactantium lib. IV, cap. 18.

(62) *Λὼτ ἀπερίτμητος.* Justini vestigia manifeste premunt Irenæus lib. IV, c. 16, et Tertullianus *adv. Jud.* c. 2.

Digitized by Google

τὸν εἰσῆλθεν. Ἀπερίτμητος ἦν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ὑψίστου Μελχισεδὲκ, ᾧ καὶ δεκάτας προσφορὰς ἔδωκεν Ἀβραὰμ ὁ πρῶτος τὴν κατὰ σάρκα περιτομὴν λαβών, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν· οὗ κατὰ τὴν τάξιν τὸν αἰώνιον ἱερέα ὁ Θεὸς καταστήσειν διὰ τοῦ Δαβὶδ μεμήνυκεν. Ὑμῖν οὖν μόνοις ἀναγκαία ἦν ἡ περιτομὴ αὕτη· ἵνα ὁ λαὸς οὐ λαὸς ᾖ, καὶ τὸ ἔθνος οὐκ ἔθνος, ὡς καὶ Ὡσηὲ, εἷς τῶν δώδεκα προφητῶν, φησί. Καὶ γὰρ μὴ σαββατίσαντες οἱ προωνομασμένοι πάντες δίκαιοι, τῷ Θεῷ εὐηρέστησαν, καὶ μετ' αὐτοὺς Ἀβραὰμ, καὶ οἱ τούτου υἱοὶ ἅπαντες μέχρι Μωϋσέως· ἐφ' οὗ ἄδικος καὶ ἀχάριστος εἰς τὸν Θεὸν ὁ λαὸς ὑμῶν ἐφάνη ἐν τῇ ἐρήμῳ μοσχοποιήσας. Ὅθεν ὁ Θεὸς, ἁρμοσάμενος πρὸς τὸν λαὸν ἐκεῖνον, καὶ θυσίας φέρειν, ὡς πρὸς ὄνομα αὐτοῦ, ἐνετείλατο, ἵνα μὴ εἰδωλολατρῆτε. Ὅπερ οὐδὲ ἐφυλάξατε, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐθύετε τοῖς δαιμονίοις. Καὶ σαββατίζειν οὖν ὑμῖν προστέταχεν, ἵνα μνήμην λαμβάνητε τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ ὁ λόγος αὐτοῦ τοῦτο σημαίνει λέγων· « Τοῦ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ λυτρωσάμενος ὑμᾶς. »

A erat sacerdos Altissimi Melchisedech, cui decimas obtulit Abraham, is qui primus carnis circumcisionem accepit, eique benedixit Melchisedech, cujus secundum ordinem Deus sacerdotem æternum a se institutum iri Davidis ore declaravit. Vobis igitur solis necessaria est hæc circumcisio, ut populus jam non esset populus, nec gens jam esset gens; quemadmodum ait Oseas, unus ex duodecim prophetis [72]. Nam justi omnes, quos modo recensui, quamvis sabbata non observarent, Deo placuere, ac post eos Abraham ejusque posteri omnes usque ad Moysen, sub quo injustus populus vester et ingratus in Deum repertus est, conflato in solitudine vitulo. Unde accommodans se ad hunc populum Deus præcepit hostias offerri tanquam nomini suo, ne simulacra coleretis; quod ipsum tamen non servastis, sed liberos vestros immolastis dæmoniis. Jussit etiam sabbatum observari, ut memoriam Dei teneretis : idque Scriptura divina sic declarat : « Ut cognoscatis me esse Deum redemptorem vestrum [73]. »

B

20. Καὶ γὰρ βρωμάτων τινῶν ἀπέχεσθαι προσέταξεν ὑμῖν, ἵνα καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν (63) καὶ πίνειν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχητε τὸν Θεὸν, εὐκατάφοροι ὄντες καὶ εὐχερεῖς πρὸς τὸ ἀφίστασθαι τῆς γνώσεως αὐτοῦ, ὡς καὶ Μωϋσῆς φησιν· « Ἔφαγε καὶ ἔπιεν ὁ λαὸς, καὶ ἀνέστη τοῦ παίζειν. » Καὶ πάλιν· « Ἔφαγεν Ἰακὼβ καὶ ἐνεπλήσθη καὶ ἐλιπάνθη (64), καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος· ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτόν. » Τῷ γὰρ Νῶε ὅτι συγκεχώρητο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, δικαίῳ ὄντι, πᾶν ἔμψυχον ἐσθίειν, πλὴν κρέας ἐν αἵματι, ὅπερ ἐστὶ νεκρίμαῖον (65), διὰ Μωϋσέως ἀνιστορήθη ὑμῖν ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως. — Καὶ βουλομένου αὐτοῦ εἰπεῖν (66), « ὡς λάχανα χόρτου, » προεῖπον ἐγώ· Τὸ, « ὡς

20. *Ciborum delectus cur præscriptus.* — Similiter mandavit ut a cibis quibusdam abstineretis, ut etiam inter edendum et bibendum ante oculos haberetis Deum; quippe cum faciles sitis et proclives ad abjiciendam ejus cognitionem, quemadmodum et Moyses ait : « Edit et bibit populus et surrexit ad ludendum [74]. » Et rursum : » Edit Jacob et saturatus est et impinguatus et recalcitravit dilectus : impinguatus est, incrassatus, dilatatus, et dereliquit Deum factorem suum [75]. » Noe enim homini justo concessum esse a Deo ut animatum omne, præter carnes in sanguine, hoc est suffocatum ederet, narravit vobis Moyses in libro Genesis. Parante illo hæc verba objicere, « Ut olera herbæ, »

C

[72] Ose. I, 9. [73] Ezech. XX, 12. [74] Exod. XXXII, 6. [75] Deut. XXXII, 15.

(63) *Ἵνα καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν.* Idem docent Clemens Alex. *Pædag.* l. I, c. 1, pag. 149; Tertullianus II, *adv. Marc.*, c. 19, et Novitianus lib. *De cib. Jud.*, cap. 4. Auctor *Constitut. apost.*, l. VI, cap. 20. Carpit tamen hanc Justini rationem Spencerus, negatque « hanc sententiam quidquam præter speciem et colorem habere, » tom. I, *De leg. Hebr.*, p. 265. Fallitur doctissimus scriptor. Nam 1° Temperantiæ ratio, quam Justinus ciborum delectu contineri putat, minime obstat quominus aliæ ejusdem legis rationes et causæ afferantur. Clemens loco citato solam temperantiam considerat; in eodem libro cap. 10, alias causas ex ipsa interdictorum animalium natura repetit. 2° Minus animadvertit Spencerus quid inter Justinum et Judæos agatur. Nam cum Judæi temperantiam in hac nonnullorum animalium abstinentia positam ducerent; an non merito demonstrat Justinus hanc legem non esse præscriptum legis æternæ, sed Judæis datam esse veluti quoddam elementum, ut Dei qui hæc præscripsit, inter edendum et bibendum meminissent?

(64) *Καὶ ἐλιπάνθη.* Desunt hæc apud LXX, et Justini negligentiæ imputantur ab erudito Londinensi editore; sed tamen hunc locum S. Chrysostomus eodem modo refert, homil. 1, *in Jud.* n. 2. Ex his autem testimoniis, alterum ex libro Exodi petitum ad ea spectat, quæ ante leges Mosaicas, alterum ex Deuteronomio, ad ea quæ post has leges contigere. Atque id quidem videtur Justinus hac mente fecisse, ut probaret legem non solum Judæis ob nequitiam et cor durissimum impositam fuisse, sed etiam illos minime hac lege sanatos fuisse.

(65) *Ὅπερ ἐστὶν νεκρίμαῖον.* Sic legendum censuit H. Stephanus, loco vulgatæ lectionis ἐκρίμαῖον (*ejectitium*), contradicente Lango, cui placet ἐκκρεμαῖον (*pensile, suspensum*). EDIT. PATROL.

(66) *Βουλομένου αὐτοῦ εἰπεῖν.* Non soli Judæi illud objiciebant, « Ut olera herbæ, » sed ipsi etiam hæretici, qui carnium usum vetabant, hoc testimonio errorem tuebantur, ut videre est apud Basilium epist. 236, n. 4. Sed demonstrat Justinus hunc locum favere Christianis, et quemadmodum nonnullis oleribus abstinemus, non quod impura sint, sed quod noceant, ita licentiam Noe concessam non aliis quam naturæ et rationis finibus contineri. Ita porro solemne fuit Christianis victus sui rationem hoc Scripturæ testimonio defendere, ut eos Julianus exagitet apud Cyrill. Alex. lib. IX, p. 319, quod puros se, ut Judæi, non præbeant, sed omnia, « ut olera herbæ, » edenda pronuntient. Idem imperator in sexta oratione ridet illud hominum genus quod promiscue omnia comedit « tanquam olera herbarum. » Tum addit : Γνωρίζεις, οἶμαι, τῶν Γαλιλαίων τὰ ῥήματα. « Agnoscis, opinor, Galilæorum verba. »

Digitized by Google

occupavi ego : Cur non illud, « ut olera herbæ, » eo sensu accipietis, quo dictum est a Deo? Scilicet Deum, quemadmodum herbas hominibus ad victum paraverat, ita animalia dedisse, ut carnem ederent. Sed quia quædam olera non edimus, propterea discrimen jam tum Noe **120** præscriptum esse dicitis. Nequaquam ut exponitis, ita credendum. Primo enim olus omne herbam esse et manducari cum dicere et confirmare possim, in hoc non immorabor. Sed, etsi olera herbæ discernimus, non omnia edentes, non idcirco quod impura aut immunda sint, non edimus, sed quod aut amara, aut lethifera, aut spinosa. Dulcia autem et ad alendum aptissima quæque et pulcherrima, sive sint maritima, sive terrestria, appetimus et sumimus. Sic etiam ut ab impuris et injustis et rapacibus abstineretis, præcepit vobis Deus per Moysem : quia tum, cum manna ederetis in deserto, et miracula omnia vobis a Deo exhibita videretis, vitulum aureum conflastis et adorastis. Quapropter merito clamat indesinenter : « Filii insipientes, non est fides in ipsis [76]. »

21. *Sabbata instituta sunt ob peccata populi, non ut opus justitiæ.* Quod autem propter vestras ac patrum vestrorum iniquitates, in signum, ut jam dixi, sabbatum etiam a vobis Deus jussit observari, et alia præcepta imposuit, quodque significat se propter gentes, ne nomen suum apud eas profanaretur, aliquos omnino ex vobis vivos reliquisse, id vobis ipsa ejus verba demonstrare possunt. Ita autem sunt per Ezechielem expressa : « Ego Dominus Deus vester : in præceptis meis ambulate, et justificationes meas custodite, et in adinventionibus Ægypti ne commisceamini, et sabbata mea sanctificate. Et erit signum inter me et vos ad sciendum quia ego Dominus Deus vester. Et exacerbavistis me, et filii vestri in præceptis meis non ambulaverunt, et justificationes meas non custodierunt ad faciendum eas, quas qui fecerit homo, vivet in eis, sabbata autem mea violaverunt. Et dixi effundere furorem meum super eos in de-

A serto, complere iram meam super eos, et non feci, ut nomen meum omnino non violaretur coram gentibus. Eduxi eos in oculis earum. Et levavi manum meam super eos in deserto, ut dispergerem in nationibus, et disseminarem eos in regionibus, eo quod justificationes meas non fecerant, et præcepta mea repulerant, et sabbata mea violaverant, et post cogitationes patrum suorum erant oculi ipsorum. Et ego dedi eis præcepta non bona, et justificationes, in quibus non vivent in eis. Et polluam eos in muneribus eorum, cum pertransibo, ut omne adaperiens vulvam aboleam [77]. »

22. Καὶ ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ὑμῶν, καὶ διὰ τὰς εἰδωλολατρίας, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ ἐνδεῆς εἶναι τῶν τοιούτων προσφορῶν, ἐνετείλατο ὁμοίως ταῦτα γίνεσθαι, ἀκούσατε πῶς περὶ τούτων λέγει διὰ Ἀμώς, ἑνὸς τῶν δώδεκα, βοῶν· « Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου. Ἵνα τί αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου; Καὶ αὐτή ἐστι σκότος καὶ οὐ φῶς, ὃν τρόπον ὅταν ἐκφύγῃ ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τοῦ λέοντος, καὶ συναντήσῃ αὐτῷ ἡ ἄρκτος, καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· καὶ ἀπερείσηται τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὁ ὄφις. Οὐχὶ σκότος ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος αὐτοῖς (75); Μεμίσηκα, ἀπώσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ (76) ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν· διότι, ἐὰν ἐνέγκητέ μοι τὰ ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν, οὐ προσδέξομαι αὐτὰ, καὶ σωτηρίου (77) ἐπιφανείας ὑμῶν οὐκ ἐπιβλέψομαι. Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ πλῆθος (78) ᾠδῶν σου καὶ ψαλμῶν (79)· ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. Καὶ κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ κρῖμα, καὶ ἡ δικαιοσύνη ὡς χειμάρρους ἄβατος. Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; λέγει Κύριος. Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥαφὰν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς; Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, λέγει Κύριος, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. Οὐαὶ οἱ κατασπαταλῶντες Σιὼν (80), καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας· οἱ ὠνομασμένοι ἀρχαὶ τῶν πρωτογενημάτων τῶν ἐθνῶν, εἰσῆλθον οἱ οἶκοι Ἰσραήλ.

22. *Sic etiam sacrificia et oblationes.* — Atque ut perspiciatis, propter peccata populi vestri et simulacrorum cultus, præcepisse illum similiter, ut dona offerrentur, non autem quod iis indigeret, audite quid de his dicat per Amos unum ex duodecim clamans : « Væ desiderantibus diem Domini ! Utquid hæc vobis dies Domini ? Et ea est tenebræ, et non lux. Quomodo **121** cum fugiat homo a facie leonis, et obviam ei fiat ursus, et introeat in domum suam, et innitatur manibus suis super parietem, et mordeat eum coluber. Nonne tenebræ dies Domini, et non lux, et caligo non habens splendorem illis ? Odio habui, repuli festivitates vestras, et non olfaciam in conventibus vestris. Quia si obtuleritis mihi holocausta, et sacrificia vestra, non suscipiam, et salutaris apparitiones vestras non respiciam. Aufer a me multitudinem carminum tuorum et psalmorum : organa tua non audiam. Et volvetur sicut aqua judicium, et justitia sicut torrens non vadosus. Nunquid victimas et hostias obtulistis mihi in solitudine, domus Israel ? dicit Dominus. Et assumpsistis tabernaculum Moloch et sidus dei vestri Remphan, figuras quas fecistis vobis ? Et transferam vos trans Damascum, dicit Dominus, Deus omnipotens nomen ei. Væ iis qui in deliciis versantur in Sion, et qui confidunt in monte Samariæ ! Qui nominati sunt in ducibus, vindemiarunt primitias gentium, ingressi

[77] Ezech. xx, 19-26.

(72) *Καὶ οὐκ ἐποίησα.* Biblia καὶ ἐποίησα.

(73) *Ἔθνῶν ἐξήγαγον.* Monet Thirlbius legendum ἐθνῶν ὧν ἐξήγαγον, atque ita in plerisque legi observat Nobilius.

(74) *Ἐν τοῖς δόμασιν αὐτῶν.* Septuaginta ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν. Aquila, καὶ ἐμίανα αὐτοὺς ἐν δόγμασιν αὐτῶν. Legitur in utroque codice δώμασιν, et sic R. Stephanus ad calcem.

(75) *Φέγγος αὐτοῖς.* Sic legitur in utroque codice ms., quam quidem lectionem R. Stephanus rejecit ad calcem, eique aliam in textu non meliorem, nempe αὐτῆς, induxit. Satius fuisset scribere αὐτῇ, ut in Bibliis. Videtur R. Stephanus, scribendo αὐτῆς, subaudivisse ἡμέρας.

(76) *Ὀσφρανθῶ.* Ita Cyrillus Alexandrinus et Theodoretus, et Hieronymus et Tertullianus, et Biblia Aldina et Complutensia et Hebraica. Biblia Romana et codex Alexandrinus addunt θυσίας. Thirlb.

(77) *Σωτηρίου.* Biblia Romana σωτηρίους ; sed Hieronymus, ut observat Nobilius, legebat σωτήριον. Sic enim reddit ; « Salutare præsentiæ vestræ non respiciam. » Monet Thirlbius in Bibliis Ald. et Complut. et apud Cyrill. Alex. et Theodoret. legi ut apud Justinum, sed tamen legendum esse σωτήριον, quia « Hebraicum שלם in aliis locis innumeris LXX interpretes verterunt σωτήριον. »

(78) *Ἀπόστησον.....πλῆθος.* Biblia vulg. μετάστησον....ἦχον. Vox Hebraica המון et sonitum et multitudinem significat. Thirlbius.

(79) *Καὶ ψαλμῶν.* Biblia καὶ ψαλμὸν ὀργάνων.

(80) *Οὐαὶ οἱ κατασπαταλῶντες Σιών.* LXX : οὐαὶ τοῖς ἐξουθενοῦσι Σιών. Videtur utraque interpretatio conciliari posse. Nam et κατασπαταλῶντες idem significare potest ac vorantes et sumptibus consumentes. Sic etiam ἐξουθενεῖν sive ἐξουδενεῖν sæpe idem valet in Scripturis ac redigere ad nihilum. Cappellus *Append. ad Crit. suc.* pag. 527, existimat LXX scripsisse εὐθηνοῦσιν ἐν Σιών, atque ex hac voce imperitum librarium aut correctorem fecisse ἐξουθενοῦσι.

Digitized by Google

sunt sibi ipsis domus Israel. Transite omnes in Chalanen, et videte; ite inde in Amath magnam, et descendite inde in Geth alienigenarum, optima ex omnibus regnis his; si ampliores sunt termini eorum terminis vestris. Venientes in diem malum, appropinquantes, et tangentes sabbata mendacia, dormientes in lectis eburneis, affluentes deliciis in stratis suis, qui edunt agnos de gregibus, et lactentes vitulos de medio armentorum, qui applaudunt ad vocem organorum, quasi stantia putaverunt, et non quasi fugientia. Qui bibunt phialis vinum, et primis unguentis unguntur et nihil patiebantur super contritione Joseph. Quapropter nunc captivi erunt in primo ordine optimatum alio transeuntium et transmutabitur domicilium maleficorum; et tolletur hinnitus equorum ex Ephraim[78]. » Ac rursus per Jeremiam: « Congregate carnes vestras et victimas, et comedite. Quia non de victimis et libationibus præcepi patribus vestris, quo die apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Ægypti[79]. Et rursum per Davidem in quadragesimo nono psalmo sic locutus est : « Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum : ex Sion species decoris ejus. Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida. Advocabit cœlum sursum et terram discernere populum suum. Congregate **122** illi sanctos ejus, qui disponunt testamentum ejus super sacrificia ; et annuntiabunt cœli justitiam ejus, quoniam Deus judex est. Audi, populo meus, et loquar tibi, Israel, et testificabor tibi. Deus, Deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te; holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos; quoniam meæ sunt omnes bestiæ agri, pecora in montibus et boves. Cognovi omnia volatilia cœli et species agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi; meus est enim orbis terræ, et plenitudo ejus. Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis : et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis, et eruam

A νοι (81) ἐπὶ τοῖς ἀρχηγοῖς ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν· εἰσῆλθον ἑαυτοῖς οἶκος (82) Ἰσραήλ. Διάβητε πάντες (83) εἰς Χαλάνην, καὶ ἴδετε, καὶ πορεύθητε ἐκεῖθεν εἰς Ἀμὰθ τὴν μεγάλην, καὶ κατάβητε ἐκεῖθεν εἰς Γὲθ τῶν ἀλλοφύλων, τὰς κρατίστας ἐκ πασῶν τῶν βασιλειῶν τούτων, εἰ πλείονα ἐστὶ τὰ ὅριαὐτῶν τῶν ὁρίων ὑμῶν. Οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν πονηρὰν, οἱ ἐγγίζοντες, καὶ ἁψαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν· οἱ κοιμώμενοι ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν· οἱ ἐσθίοντες ἄρνας ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνά· οἱ ἐπικροτοῦντες (84) πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων· ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα· οἱ πίνοντες ἐν φιάλαις οἶνον (85), καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι, καὶ οὐκ ἔπασχον
B οὐδὲν ἐπὶ τῇ συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ. Διὰ τοῦτο νῦν αἰχμάλωτοι ἔσονται ἀπ' ἀρχῆς δυναστῶν τῶν ἀποικιζομένων (86), καὶ μεταστραφήσεται οἴκημα κακούργων, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραΐμ. » Καὶ πάλιν διὰ Ἱερεμίου· « Συναγάγετε τὰ κρέα ὑμῶν καὶ τὰς θυσίας, καὶ φάγετε· ὅτι οὔτε περὶ θυσιῶν ἢ σπονδῶν ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ᾗ ἡμέρᾳ ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Καὶ πάλιν διὰ Δαβὶδ ἐν τεσσαρακοστῷ ἑνάτῳ ψαλμῷ οὕτως ἔφη· « Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς
C σφόδρα. Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν, τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις. Καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. Ἄκουσον, λαός μου, καὶ λαλήσω σοι· Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτυροῦμαί σοι· ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου εἰμὶ ἐγώ. Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε· τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός. Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους· ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ βόες. Ἔγνωκα πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡραιότης ἀγροῦ (87) μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Ἐὰν πεινάσω,

[78] Amos v, 18 usque ad finem, et vi, 1-6. [79] Jer. vii, 21, 22.

(81) *Οἱ ὠνομασμένοι.* Jam multi observarunt duas hoc loco interpretationes a Justino conjungi. Nam apud Septuaginta pro his verbis οἱ ὠνομασμένοι, etc., habemus tantum ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν. Non tamen crediderim duas a Justino interpretationes conjunctas fuisse; sed probabilius videtur eum, id quod ei non raro accidit, aliter ac Septuaginta interpretatum esse; quorum deinde interpretatio ad marginem ab aliquo librario apposita, facile in textum obrepere potuit.

(82) *Ἑαυτοῖς οἶκος.* Biblia Romana αὐτοὶ οἶκος. Complut. εἰς αὐτούς.

(83) *Πάντες.* LXX non addunt εἰς Χαλάνην, unde conjicit Nobilius duas versiones a Justino conjunctas fuisse, quia « in Hebræo dictio, quæ significat omnes, non multum distat a Chalane. »

(84) *Οἱ ἐπικροτοῦντες.* Ita editio Ald. et Complut. et cod. Alex. et Tertullianus et Cyrillus Alexandrinus, aliique. Legitur ἐπικρατοῦντες in Bibliis Romanis. THIRLBIUS.

(85) *Ἐν φιάλαις οἶνον.* LXX : Τὸν διυλισμένον οἶνον.

(86) *Τῶν ἀποικιζομένων.* Hæc desunt apud LXX. Desunt etiam quæ sequuntur, καὶ μεταστραφήσεται οἴκημα κακούργων. Unde in his vocibus duas interpretationes eruditi viri observarunt.

(87) *Ἀγροῦ.* Uterque codex ad marginem τοῦ δρυμοῦ, et sic R. Stephanus ad calcem. Legitur δρυμοῦ in Bibliis Romanis, unde colligere possumus non a Justino ortum esse, sed a librariis, ut duplex interdum occurreret interpretatio.

Digitized by Google

ὺ μή σοι εἶπω· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου (88); Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ· καὶ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκε δολιότητας. Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. Σύνετε δὴ ταῦτα [οἱ] ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ, καὶ οὐ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. » Οὔτε οὖν θυσίας παρ' ὑμῶν λαμβάνει, οὔτε ὡς ἐνδεὴς τὴν ἀρχὴν ἐνετείλατο ποιεῖν, ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Καὶ γὰρ τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθέντα, οὐχ ὡς ἐνδεὴς ὤν, ὡμολόγησεν οἶκον αὐτοῦ ἢ αὐλήν, ἀλλ' ὅπως κἂν κατὰ τοῦτο προσέχοντες αὐτῷ, μὴ εἰδωλολατρῆτε. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν, Ἡσαΐας λέγει· « Ποῖον οἶκον ᾠκοδομήσατέ μοι; λέγει Κύριος. Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. »

A te, et honorificabis me. Peccatori autem dixit Deus : Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adultero portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia : et lingua tua concinnabat dolositatem. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris : et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti, et tacui : suspicatus es me iniquitate, tibi fore similem. Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua. Intelligite utique hæc qui obliviscimini Deum; ne quando rapiat, et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me : et illic iter, quo ostendam illi salu- B tare meum [80]. » Itaque sacrificia nec a vobis recipit, neque ut iis indigens ab initio fieri præcepit, sed propter peccata vestra. Nam et ipsum templum, quod Hierosolymitanum dicitur, non ut eo indigens domum suam vel aulam appellavit; sed ut saltem ibi in eum intenti simulacra ne coleretis. Rem ita esse patet ex his Isaiæ verbis : « Qualem domum ædificastis mihi, dicit Dominus? Cœlum mihi sedes est, et terra scabellum pedum meorum [81]. »

XXIII. Ἐὰν δὲ ταῦτα οὕτως μὴ ὁμολογήσωμεν, συμβήσεται ἡμῖν εἰς ἄτοπα ἐμπίπτειν νοήματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μὴ ὄντος τοῦ κατὰ τὸν Ἐνὼχ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας, οἳ μήτε περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα ἔχοντες, μήτε σάββατα ἐφύλαξαν, μήτε δὲ τὰ ἄλλα, Μωϋσέως ἐντειλαμένου ταῦτα ποιεῖν· ἢ τὰ αὐτὰ αὐτῶν (89) δίκαια μὴ ἀεὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων βεβουλῆσθαι πράσσειν· ἅπερ γελοῖα καὶ ἀνόητα ὁμολογεῖν φαίνεται. Δι' αἰτίαν δὲ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀνθρώπων, τὸν αὐτὸν ὄντα ἀεὶ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐντετάλθαι ὁμολογεῖν, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ προγνώστην, καὶ ἀνενδεῆ, καὶ δίκαιον, καὶ ἀγαθὸν ἀποφαίνειν ἐστίν. Ἐπεὶ εἰ μὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀποκρίνασθέ μοι, ὦ ἄνδρες, περὶ τῶν ζητουμένων τούτων ὅ τι φρονεῖτε.— Καὶ μηδὲν μηδενὸς ἀποκριναμένου, Διὰ ταῦτά τοι (90), ὦ Τρύφων (91), καὶ τοῖς βουλομένοις προσηλύτοις γενέσθαι, κηρύξω ἐγὼ θεῖον λόγον, ὃν παρ' ἐκείνου ἤκουσα τοῦ ἀνδρός. Ὁρᾶτε ὅτι τὰ στοιχεῖα οὐκ ἀργεῖ (92), οὐδὲ σαββατίζει; μείνατε ὡς

25. *Judæorum de lege sententia injuriam Deo facit.* — Quod si hæc profiteri nolimus, eveniet C nobis ut in absurdas incidamus cogitationes, quasi non idem Deus fuerit temporibus Henoch et aliorum omnium, qui nec circumcisionem carnis habuere, nec sabbata et alia ejusmodi observarunt, quippe cum a Moyse instituta fuerint; vel non eamdem justitiam ab omni semper hominum genere observari voluerit; quæ profecto profiteri ridiculum et stultum esse liquet. Sed eum, qui semper idem est, hæc et alia ejusmodi propter peccatores profiteri præscripsisse, et perhumanum illum, et præscium, et nullius rei egenum, et justum et bonum pronuntiare est. Quod si hæc ita se non habent, respondete mihi, o viri, his de rebus, de quibus quærimus, quid sentiatis. Nemine re- D spondente, tibi ergo, Trypho, et iis qui proselyti esse voluerint, divinam doctrinam, quam ex illo viro audivi, prædicabo. Videtis ut elementa nec

[80] Psal. XLIX per totum. [81] Isa. LXVI, 1.

(88) *Διὰ στόματός σου.* Uterque codex ad marginem et R. Stephanus ad calcem διὰ χειλέων σου. Infra ᾠκοδομήσετε in Bibl. et *Apol.* I.

(89) *Ἢ τὰ αὐτὰ αὐτῶν.* Legendum esse ἢ τὰ *αὐτὰ αὐτόν* Sylburgius conjecit. Id omnino postulat sententiæ series; tum quod num. 30, Justinus iterum ait Judæos materiam dare accusandi Dei, quasi non eamdem semper justitiam homines docuerit. Paulo ante legendum ὅπως κἂν κατὰ τοῦτο.

(90) *Διὰ ταῦτά τοι.* Legendum διὰ ταῦτά σοι monuit R. Stephanus, sicque emendatum in editionibus Parisiensibus.

(91) *Ὦ Τρύφων.* Conjicit Thirlbius addendum esse ἔφην, quod quidem minime necessarium. Sæpe enim in toto *Dialogo* hoc verbum omittitur, cum novus ordo loquendi incipitur. « Proselyti » hic intelligendi qui ad Christianam religionem accedunt. Vid. infra n. 28.

(92) *Τὰ στοιχεῖα οὐκ ἀργεῖ.* Idem rationis momentum, cujus ipse Christus auctor est Joan. V, 17, infra repetitur num. 29. Sic etiam Hilarius in psalm. XCVI, num. 7 : « Sed requies nulla est, et cursus idem est, et ut sex diebus, ita et sabbato omnium elementorum officia continentur. » Elementa eodem sensu usurpat Hilarius ac στοιχεῖα Justinus.

Digitized by Google

sabbata agant? **123** Manete ut nati estis. Si enim nec ante Abraham circumcisione, nec ante Moysen sabbato, feriis et muneribus opus erat; neque etiam similiter opus est, postquam secundum voluntatem Patris absque peccato ex Virgine ab Abraham oriunda genitus est Filius Dei Jesus Christus. Nam et ipse Abraham, cum in præputio esset, propter fidem, qua credidit Deo, justificatus et benedictus est, ut Scriptura demonstrat[93]. Circumcisionem autem in signum, non ad justitiam accepit, ut Scripturæ et res ipsæ nos cogunt confiteri. Quocirca jure de populo illo dictum est animam, quæ octavo die non circumcidetur, ex genere suo exterminatum iri. Nam quod genus muliebre circumcisionem accipere non potest, id argumento est in signum datam esse, non ut opus justitiæ. Sic enim Deus mulieres fecit, ut quæ justitiam et virtutem spectant, ea pariter ipsæ quoque omnia observare possent. Ac speciem quidem carnis aliam maris, aliam feminæ creatam videmus; at neutrum ea causa justum aut injustum esse perspicimus, sed propter pietatem et justitiam.

A γεγένησθε. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ ἦν χρεία περιτομῆς, οὐδὲ πρὸ Μωϋσέως σαββατισμοῦ καὶ ἑορτῶν καὶ προσφορῶν, οὐδὲ νῦν, μετὰ τὸν κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ δίχα ἁμαρτίας (93) τῆς ἀπὸ γένους τοῦ Ἀβραὰμ παρθένου γεννηθέντα Υἱὸν Θεοῦ Ἰησοῦν Χριστὸν, ὁμοίως ἐστὶ χρεία. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἀβραὰμ ἐν ἀκροβυστίᾳ ὢν, διὰ τὴν πίστιν ἣν ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, ἐδικαιώθη καὶ εὐλογήθη, ὡς ἡ Γραφὴ σημαίνει· τὴν δὲ περιτομὴν εἰς σημεῖον, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοσύνην ἔλαβεν, ὡς καὶ αἱ Γραφαὶ καὶ τὰ πράγματα ἀναγκάζει ἡμᾶς ὁμολογεῖν. Ὥστε δικαίως εἴρητο περὶ ἐκείνου τοῦ λαοῦ, ὅτι ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ἣ οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ. Καὶ τὸ μὴ δύνασθαι δὲ τὸ θῆλυ γένος τὴν σαρκικὴν περιτομὴν λαμβάνειν, δείκνυσιν B ὅτι εἰς σημεῖον ἡ περιτομὴ αὕτη δέδοται, ἀλλ' οὐχ ὡς ἔργον δικαιοσύνης. Τὰ γὰρ δίκαια καὶ ἐνάρετα ἅπαντα ὁμοίως καὶ τὰς θηλείας δύνασθαι φυλάσσειν ὁ Θεὸς ἐποίησεν· ἀλλὰ σχῆμα μὲν τὸ τῆς σαρκὸς ἕτερον καὶ ἕτερον ὁρῶμεν γεγενημένον ἄρρενος καὶ θηλείας· διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ δίκαιον οὐδὲ ἄδικον οὐδέτερον αὐτῶν ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ δι' εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην (94).

24. *Christianorum circumcisio longe præstantior.* —Atque illud quidem vobis poteram, viri, demonstrare, diem octavum potius quam septimum, aliquid mysterii habuisse, quod per hæc a Deo promulgatum sit. Sed ne nunc in alios sermones digredi videar, intelligite quod clamo: Sanguis circumcisionis illius obsolevit, sanguini salutari credidimus; aliud nunc fœdus, alia ex Sion exivit lex. C Jesus Christus omnes, qui voluerint, circumcidit, ut olim prædicatum fuit, cultris lapideis, ut fiat gens justa, populus servans fidem, retinens veritatis, custodiens pacem. Adeste mihi omnes, qui timetis Deum, qui bona Jerusalem videre cupitis. Venite, accedamus ad lucem Domini: liberavit enim populum suum, domum Jacob. Venite, omnes gentes. Conveniamus in Jerusalem, quæ non amplius expugnatur propter peccata populorum. « Manifestatus enim sum his qui me non quærunt: inventus eis qui me non interrogant, clamat per Isaiam[94]; dixi, Ecce ego adsum, gentibus quæ non invocaverunt nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, et contradicen-

24. Καὶ τοῦτο μὲν οὖν δυνατὸν ἦν ἡμῖν ἐπιδεῖξαι, ὦ ἄνδρες, ἔλεγον, ὅτι ἡ ἡμέρα ἡ ὀγδόη μυστήριόν τι εἶχε κηρυσσόμενον διὰ τούτων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον τῆς ἑβδόμης. Ἀλλ' ἵνα τὰ νῦν μὴ ἐπ' ἄλλους ἐκτρέπεσθαι λόγους δοκῶ, σύνετε, βοῶ, ὅτι τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς ἐκείνης κατήργηται, καὶ αἵματι σωτηρίῳ πεπιστεύκαμεν· ἄλλη διαθήκη τὰ νῦν, καὶ C ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ Σιὼν νόμος. Ἰησοῦς Χριστὸς (95) πάντας τοὺς βουλομένους περιτέμνει, ὥσπερ ἄνωθεν ἐκηρύσσετο, πετρίναις μαχαίραις, ἵνα γένηται ἔθνος δίκαιον, λαὸς φυλάσσων πίστιν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην. Δεῦτε σὺν ἐμοὶ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, οἱ θέλοντες τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ ἰδεῖν. Δεῦτε, πορευθῶμεν τῷ φωτὶ Κυρίου· ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν οἶκον Ἰακώβ. Δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, συναχθῶμεν εἰς Ἱερουσαλὴμ τὴν μηκέτι πολεμουμένην διὰ τὰς ἀνομίας τῶν λαῶν (96). « Ἐμφανὴς γὰρ ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι, βοᾷ διὰ Ἡσαΐου· εἶπα, Ἰδού εἰμι, ἔθνεσιν οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντό μου τὸ ὄνομα. Ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ὅλην τὴν ἡμέραν ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀν-

[93] Gen. xv, 6. [94] Isa. lxv, 1-3.

(93) *Δίχα ἁμαρτίας.* Forte addenda præpositio post hæc verba et legendum ἐκ τῆς vel ἀπὸ τῆς. Sed quod legendum proponit Thirlbius διὰ Μαρίας pro δίχα ἁμαρτίας, id ipse sibi non satisfacere merito fatetur. — *Διὰ τῆς*, κ. τ. λ. In codd. mss. et editis male omittitur præpositio. Maran. desiderat ἐκ vel ἀπό. Ego διά reposui, cum propter frequentem hujus præpositionis usum in ista formula apud Martyrem (cf. *Apol.* I, c. 22), tum propter locum gemellum c. 43: τὸν *διὰ* τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραὰμ... Παρθένου γεννηθέντα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Χριστόν. Adde num. 100, etc. Otto.

(94) *Δικαιοσύνην.* Post hæc verba addunt mss. et R. Stephanus ὥσπερ ἄνωθεν ἐκηρύσσετο πετρίναις μαχαίραις. Sed cum hæc suo loco paulo post occurrant n. 25, merito ex aliena sede sublata sunt in editionibus Græco-Latinis. Quod autem ait Justinus utrumque sexum justum esse aut injustum, non ob speciem carnis, sed ob pietatem et justitiam, intellige ob pietatem et justitiam observatam aut violatam. Neque enim necesse est mutilum suspicari contextum, ut Langus et alii nonnulli suspicati sunt.

(95) *Νόμος.* *Ἰησοῦς Χριστός.* Proponit Thirlbius aliam lectionem, nempe ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ Σιὼν νόμος, Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅς, etc. Sed ipse fatetur receptam lectionem huic loco aptiorem videri.

(96) *Δεῦτε... τῶν λαῶν.* Observat idem vir eruditus Justinum hoc loco respicere ad Jerem. cap. III, et XV, et XXXIV, et supra in his verbis, δεῦτε, πορευθῶμεν, ad caput XXIII Isaiæ, in istis autem ἵνα γένηται ἔθνος δίκαιον ad cap. XXVI ejusdem prophetæ. Refert ad psalmum CXXVII ista verba, οἱ θέλοντες τὰ ἀγαθά, etc.

Digitized by Google

πλέγοντα, τοῖς πορευομένοις ὁδῷ οὐ καλῇ, ἀλλὰ ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Λαὸς ὁ παροξύνων με ἐναντίον μου. »

25. Σὺν ὑμῖν (97) καὶ κληρονομῆσαι βουλήσονται κἂν ὀλίγον τόπον οὗτοι οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς, καὶ λέγοντες εἶναι τέκνα Ἀβραάμ, ὡς διὰ τοῦ Ἡσαΐου βοᾷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν λέγων τάδε· « Ἐπίστρεψον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου σου καὶ δόξης. Ποῦ δή ἐστιν ὁ ζῆλός σου καὶ ἡ ἰσχύς; Ποῦ ἔστι τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, ὅτι ἠνέσχου ἡμῶν, Κύριε; Σὺ γὰρ ἡμῶν εἶ πατὴρ, ὅτι Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς· καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἀπέγνω ἡμᾶς. Ἀλλὰ σὺ, Κύριε πατὴρ ἡμῶν, ῥῦσαι ἡμᾶς· ἀπ' ἀρχῆς τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἐστι. Τί ἐπλάνησας ἡμᾶς, Κύριε, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου· ἐσκλήρυνας ἡμῶν τὴν καρδίαν τοῦ μὴ φοβεῖσθαί σε; Ἐπίστρεψον διὰ τοὺς δούλους σου, διὰ τὰς φυλὰς τῆς κληρονομίας σου, ἵνα μικρὸν κληρονομήσωμεν τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου σου. Ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν, οὐδὲ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς. Ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ τακήσονται, ὡς ἀπὸ πυρὸς κηρὸς τήκεται· καὶ κατακαύσει πῦρ τοὺς ὑπεναντίους, καὶ φανερὸν ἔσται τὸ ὄνομά σου ἐν τοῖς ὑπεναντίοις· ἀπὸ προσώπου σου ἔθνη ταραχθήσονται. Ὅταν ποιῇς τὰ ἔνδοξα, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη. Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἶδον Θεὸν πλὴν σοῦ. Καὶ τὰ ἔργα σου, ἃ ποιήσεις τοῖς μετανοοῦσιν (98), ἔλεον. Συναντήσεται τοῖς ποιοῦσι τὸ δίκαιον, καὶ τῶν ὁδῶν σου μνησθήσονται. Ἰδοὺ σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν. Διὰ τοῦτο ἐπλανήθημεν καὶ ἐγενόμεθα ἀκάθαρτοι πάντες, καὶ ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν· καὶ ἐξερρύημεν ὡς φύλλα διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· οὕτως ἄνεμος οἴσει ἡμᾶς· καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐπικαλούμενος τὸ ὄνομά σου, καὶ οὐ μνησθεὶς ἀντιλαβέσθαι σου, ὅτι ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Καὶ νῦν ἐπίστρεψον, Κύριε, ὅτι λαός (99) σου πάντες ἡμεῖς. Ἡ πόλις τοῦ ἁγίου σου ἐγενήθη ἔρημος, Σιὼν ὡς ἔρημος ἐγενήθη, Ἰερουσαλὴμ εἰς κατάραν· ὁ οἶκος, τὸ ἅγιον ἡμῶν, καὶ ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος· καὶ πάντα τὰ ἔθνη (1) ἔνδοξα συνέπεσε. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέσχου, Κύριε, καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα. »

A tem, qui ambulabant in via non bona, sed post peccata sua. Populus est qui exacerbat me in conspectu meo. »

25. *Frustra Judæi filios se esse Abrahæ gloriantur.* —Nobiscum vel paululum loci etiam hæreditate accipere isti cupient, qui seipsos justificant, seque filios Abrahæ esse dicunt: quemadmodum per Isaiam clamat Spiritus sanctus, velut ex persona eorum sic loquens: « Convertere de cœlo, et vide de domo sanctuarii tui, et gloriæ. Ubi est zelus tuus, et fortitudo? Ubi est multitudo misericordiæ tuæ, quia sustinuisti nos, Domine. Tu enim es Pater noster: quia Abraham **124** non cognovit nos, et Israel non cognovit nos. Sed tu, Domine Pater noster, libera nos; a principio nomen tuum super B nos est. Quare seduxisti nos, Domine, de via tua? Indurasti corda nostra, ne timeremus te? Convertere propter servos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ, ut modicum hæreditate accipiamus de monte sancto tuo. Facti sumus quasi a principio; cum non dominareris nostri, neque invocatum esset nomen tuum super nos. Si aperueris cœlum, tremor apprehendet ex te montes, et liquescent, sicut cera a facie ignis liquescit; et comburet ignis adversarios, et manifestum erit nomen tuum in adversariis: a facie tua gentes turbabuntur. Cum feceris gloriosa, tremor apprehendet ex te montes. A sæculo non audivimus, neque oculi nostri viderunt Deum præter te, et opera tua, quæ facies, nempe pœnitentiam agentibus, misericordiam. Occurret C facientibus justitiam; et viarum tuarum recordabuntur. Ecce tu iratus es, et nos peccavimus. Idcirco erravimus, et facti sumus quasi immundi omnes, et ut pannus sedentis omnis justitia nostra. Et defluximus quasi folia propter iniquitates nostras, sic ventus auferet nos: et non est qui invocet nomen tuum, et qui recordatus apprehendat te: quoniam avertisti faciem tuam a nobis, et tradidisti nos propter peccata nostra. Etiam nunc convertere, Domine, quia populus tuus omnes nos; civitas sancti tui facta est deserta; Sion quasi solitudo facta est; Jerusalem in maledictionem, domus, sanctuarium nostrum, et gloria, cui benedixerunt patres nostri, facta est igni combusta; et omnes gloriosæ gentes simul irruerunt. Et super his sustinuisti, Domine, et tacuisti, et humiliasti nos valde [a]. »

[a] Isa. LXIII, 15 usque ad finem, et LXIV per totum.

(97) *Σὺν ὑμῖν.* Legit Langus σὺν ἡμῖν. Idque Londinensibus editoribus probatum. Si quis retinere malit illud σὺν ὑμῖν, referendum erit ad gentes, quas Justinus jam antea compellabat. Atque hæc quidem ad gentes apostrophe minus forte videbitur homini cum Judæis in xysto colloquenti convenire; sed tamen eamdem figuram non multo post adhibet Justinus, nempe n. 29. Illud καὶ κληρονομῆσαι significat Judæos optaturos bona æterna accipere, etiam per gratiam, ut Christiani accipiunt, non per legem, etiam ut cohæredes Christi.

(98) *Μετανοοῦσιν.* Legitur apud LXX ὑπομένουσιν, « iis qui exspectant misericordiam. » Habet cod. Clarom. Τὰ ἔργα σου ποιήσει τοῖς μετανοοῦσιν ἔλεον. Supra legendum οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς.

(99) *Καὶ νῦν ἐπίστρ., κ., ὅτι λαός*, etc. Septuaginta: *Καὶ νῦν*, Κύριε, πατὴρ ἡμῶν σύ, ἡμεῖς δὲ πηλός, ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες. Μὴ ὀργίζου ἡμῖν σφόδρα καὶ μὴ ἐν καιρῷ μνησθῇς ἁμαρτιῶν ἡμῶν· *καὶ νῦν* ἐπίβλεψον, ὅτι λαός, etc. Nisi egregie fallor, hæc omnia Justino restituenda sunt; videlicet librario ansam errandi præbuit repetitum καὶ νῦν. Itaque verba ista, dummodo Martyr alibi recitasset, libenter hic insererem textui. Otto.

(1) *Τὰ ἔθνη.* Deest ea vox apud LXX, et in *Apol.* I, n. 47. Videtur Justinus legisse potius ἔθη, atque hic sensus haud paulo aptior videretur: « Præclarissima quæque instituta ceciderunt. » Retinendo ἔθνη, vertendum « simul irruerunt. »

Digitized by Google

Ac Trypho : Quid est quod ais ? neminem nostrum hæreditate quidquam accepturum esse in monte sancto Dei ?

26. *Judæis nulla salus nisi per Christum, cujus cultores salvabuntur, etiamsi legem non servent.* — Et ego : Non hoc dico; verum, qui Christum persecuti sunt et persequuntur, atque pœnitentiam non agunt, nullam capient in monte sancto hæreditatem. Gentes autem quæ in illum crediderint et pœnitentiam egerint a peccatis, ipsæ hæreditatem habebunt cum patriarchis et prophetis, et justis quicunque a Jacobo prognati sunt, etiamsi sabbata non servent, neque circumcidantur, neque dies festos celebrent. Omnino sanctam Dei hæreditatem adibunt. Deus enim per Isaiam ita loquitur : « Ego Dominus Deus vocavi te in justitia, et tenebo dexteram tuam, et confortabo te; et dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum de vinculis vinctos, et de domo carceris sedentes in tenebris [85]. » Et iterum : « Levate signum in gentes. Ecce enim Dominus fecit auditum usque ad extremum terræ. Dicite filiabus Sion : Ecce tibi Salvator venit, habens mercedem suam, et opus a facie sua : et vocabit eum populum sanctum, redemptum a Domino. Tu autem vocaberis requisita civitas, et non derelicta. Quis est iste qui venit de Edom, rubor vestium ejus de Bosor ? Iste formosus in stola, ascendens violenter cum fortitudine ? Ego loquor justitiam et judicium salutaris. Quare rubra sunt vestimenta tua, et indumenta tua **125** veluti a torculari calcato : uvæ calcatæ plenus ? Torcular unus ipse et solus calcavi, et de gentibus non est vir mecum : et conculcavi eos in furore, et confregi eos, quasi terram, et deduxi sanguinem eorum in terram. Dies enim retributionis venit eis, et annus redemptionis adest. Et aspexi, et non erat auxiliator; et consideravi, et nullus præbebat auxilium. Et eruit brachium, et furor meus advenit : et conculcavi eos in ira mea, et deduxi in terram sanguinem eorum [86]. »

27. *Cur per prophetas eadem Deus præcepit ac per Moysem.* — Hic Trypho : Cur quæ placent ex propheticis sermonibus selecta recitas; quæ vero nominatim sabbatum observare jubent, eorum non meministi ? Sic enim per Isaiam dictum est : « Si averteris pedem tuum in sabbatis, ut non facias voluntates tuas in die sancto, et vocaveris sabbata delicata sancta Dei tui; si non moveris pedem

Καὶ ὁ Τρύφων· Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγεις ; ὅτι οὐδεὶς ἡμῶν κληρονομήσει ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ τοῦ Θεοῦ οὐδέν ;

26. Κἀγὼ, Οὐ τοῦτο, φημὶ, ἀλλ' οἱ τὸν Χριστὸν διώξαντες καὶ διώκοντες, καὶ μὴ μετανοοῦντες, οὐ κληρονομήσουσιν ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ οὐδέν. Τὰ δὲ ἔθνη τὰ πιστεύσαντα εἰς αὐτὸν, καὶ μετανοήσαντα ἐφ' οἷς ἥμαρτον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι μετὰ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν δικαίων ὅσοι ἀπὸ Ἰακὼβ γεγέννηνται, εἰ καὶ μὴ σαββατίζουσι, μηδὲ περιτέμνονται, μηδὲ τὰς ἑορτὰς φυλάσσουσι. Πάντως κληρονομήσουσι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ κληρονομίαν. Λέγει γὰρ ὁ Θεὸς διὰ Ἡσαΐου οὕτως· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. » Καὶ πάλιν· « Ἐξάρατε συσσεισμὸν (2) εἰς τὰ ἔθνη· ἰδοὺ γὰρ Κύριος ἐποίησεν ἀκουστὸν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Εἴπατε ταῖς θυγατράσι Σιών· Ἰδοὺ σοὶ ὁ Σωτὴρ παραγέγονεν ἀπέχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ καλέσει αὐτὸν λαὸν ἅγιον λελυτρωμένον ὑπὸ Κυρίου. Σὺ δὲ κληθήσῃ ἐπιζητουμένη πόλις, καὶ οὐ καταλελειμμένη. Τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδὼμ, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ ; Οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ, ἀναβαίνων (3) βίᾳ μετὰ ἰσχύος. Ἐγὼ διαλέγομαι δικαιοσύνην καὶ κρίσιν σωτηρίου. Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ ; πλήρης (4) καταπεπατημένης. Ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, καὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ· καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ὡς γῆν, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. Ἡμέρα γὰρ ἀνταποδόσεως ἦλθεν αὐτοῖς, καὶ ἐνιαυτὸς λυτρώσεως πάρεστι. Καὶ ἐπέβλεψα καὶ οὐκ ἦν βοηθὸς, καὶ προσενόησα καὶ οὐδεὶς ἀντελάβετο, καὶ ἐρρύσατο ὁ βραχίων καὶ ὁ θυμός μου ἐπέστη, καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν τῇ ὀργῇ μου, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. »

27. Καὶ ὁ Τρύφων· Διὰ τί ἅπερ βούλει ἐκλεγόμενος ἀπὸ τῶν προφητικῶν λόγων λέγεις· ἃ δὲ διαρρήδην κελεύει σαββατίζειν, οὐ μέμνησαι ; Διὰ γὰρ Ἡσαΐου οὕτως εἴρηται· « Ἐὰν ἀποστρέψῃς τὸν πόδα σου ἀπὸ τῶν σαββάτων, τοῦ μὴ ποιεῖν τὰ θελήματά σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἁγίᾳ, καὶ καλέσῃς τὰ σάββατα τρυφερὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ σου, οὐκ ἄρῃς τὸν πόδα σου ἐπ' ἔργον, οὐδὲ μὴ λαλήσῃς λόγον ἐκ τοῦ στόματός

[85] Isa. XLII, 6, 7. [86] Isa. LXII, 10-12; LXIII, 1-6.

(2) *Συσσεισμόν*. Legendum esse σύσσημον, ut in Bibliis, monet Sylburgius, atque hanc etiam lectionem proposuit ad calcem R. Stephanus.

(3) *Ἀναβαίνων*. Deest apud LXX.

(4) *Πλήρης*. Sic uterque codex Reg. et Clarom. Sic etiam Biblia Romana et cod. Alex. Maluit scribere πλήρους R. Stephanus. Hæc autem verba, πλήρης καταπεπατημένης sunt Septuaginta interpretum; sequentibus verbis, quæ non leguntur apud LXX : Ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, alia interpretatio continetur, quæ quidem videtur tribuenda Justino; prior autem librariis, ut vulgatæ LXX interpretationi consona.

Digitized by Google

σου· καὶ ἔσῃ πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον, καὶ ἀναβιβάσει σε ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς· καὶ ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν Ἰακὼβ τοῦ πατρός σου· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. »

Κἀγώ· Οὐχ ὡς ἐναντιουμένων μοι τῶν τοιούτων προφητειῶν, ὦ φίλοι, παρέλιπον αὐτὰς, ἀλλὰ ὡς ὑμῶν νενοηκότων καὶ νοούντων, ὅτι κἂν διὰ πάντων τῶν προφητῶν κελεύῃ ὑμῖν τὰ αὐτὰ ποιεῖν, ἃ καὶ διὰ Μωϋσέως ἐκέλευσε, διὰ τὸ σκληροκάρδιον ὑμῶν καὶ ἀχάριστον εἰς αὐτὸν ἀεὶ τὰ αὐτὰ βοᾷ, ἵνα κἂν οὕτως ποτὲ μετανοήσαντες εὐαρεστῆτε αὐτῷ, καὶ μήτε τὰ τέκνα ὑμῶν τοῖς δαιμονίοις θύητε, μήτε (5) κοινωνοὶ κλεπτῶν, καὶ φιλοῦντες δῶρα, καὶ διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες, ἀλλ' οὐδὲ πλήρεις τὰς χεῖρας αἵματος. « Καὶ γὰρ αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐπορεύθησαν ἐν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν ἅμα παίζουσαι καὶ σύρουσαι τοὺς χιτῶνας. Καὶ πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, βοᾷ, πάντες ἅρα ἠχρειώθησαν. Οὐκ ἔστιν ὁ συνιὼν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν (6), τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν, σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. » Ὥστε ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν διὰ τὰς κακίας ὑμῶν ταῦτα ἐντέταλτο, ὁμοίως διὰ τὴν ἐν τούτοις ὑπομονὴν (7), μᾶλλον δὲ ἐπίτασιν, διὰ τῶν αὐτῶν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ καὶ γνῶσιν ὑμᾶς καλεῖ. Ὑμεῖς δὲ, λαὸς σκληροκάρδιος καὶ ἀσύνετος, καὶ τυφλὸς καὶ χωλὸς (8), καὶ υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς, ὡς αὐτὸς λέγει, ἐστὲ, τοῖς χείλεσιν αὐτὸν μόνον τιμῶντες, τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω αὐτοῦ ὄντες, ἰδίας διδασκαλίας καὶ μὴ τὰ ἐκείνου διδάσκοντες. Ἐπεὶ, εἶπατέ μοι, τοὺς ἀρχιερεῖς ἁμαρτάνειν (9) τοῖς σάββασι προσφέροντας τὰς προσφορὰς ἐβούλετο ὁ Θεός; ἢ τοὺς περιτεμνομένους καὶ περιτέμνοντας τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, κελεύων τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἐκ παντὸς περιτέμνεσθαι τοὺς γεννηθέντας ὁμοίως, κἂν ᾖ ἡμέρα τῶν σαββάτων; Ἢ οὐκ ἠδύνατο πρὸ μιᾶς ἡμέρας, ἢ μετὰ μίαν ἡμέραν τοῦ σαββάτου ἐνεργεῖν τοὺς γεννωμένους, εἰ ἠπίστατο κακὸν εἶναι ἐν τοῖς σάββασιν; Ἢ καὶ τοὺς πρὸ Μωϋσέως καὶ Ἀβραὰμ ὠνομασμένους δικαίους καὶ εὐαρέστους αὐτῷ γενομένους, μήτε τὴν ἀκροβυστίαν περιτετμημένους, μήτε τὰ σάββατα φυλάξαντας, διὰ τί οὐκ ἐδίδασκε ταῦτα ποιεῖν;

tuum ad opus, nec locutus fueris verbum ex ore tuo; et Domino confides, et perducet te ad bona terræ, et pascet te hæreditate Jacob patris tui. Os enim Domini hæc locutum est [87]. »

Tum ego: Non quod mihi adversentur ejusmodi prophetiæ, eas, amici, prætermisi; sed quod intellexeritis et intelligatis, etiamsi Deus vobis per omnes prophetas eadem præcipiat facienda, quæ et per Moysen præcepit; idcirco eadem illum semper clamare, propter duritiam cordis vestri, et ingrati in illum animi vitium, ut hoc saltem modo pœnitentiam aliquando agentes ei placeatis, nec filios vestros dæmoniis immoletis, nec furum participes sitis, diligentes munera, persequentes retributionem, pupillis non judicantes, et judicio viduæ animum non advertentes; denique ut nec manus plenas sanguine habeatis. « Nam et filiæ Sion extento ingressæ sunt collo, et nutibus oculorum colludentes, et tunicas trahentes [88]. Omnes enim declinaverunt, clamat Scriptura, omnes certe inutiles facti sunt: non est qui intelligat, non est usque ad unum. Linguis suis dolose egerunt; sepulcrum patens guttur eorum, venenum aspidum sub labiis eorum; contritio et calamitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt [89]. » Quemadmodum ergo hæc ab initio propter nequitiam vestram præscripserat, sic etiam propter vestram in ea perseverantiam, vel potius animi intentionem, per eadem vos Deus ad recordationem sui et cognitionem vocat. Vos autem populus duri cordis et insipiens, et cæcus et claudus, et filii quibus non est fides in ipsis [90], quemadmodum ipse ait, labiis tantum illum honorantes, corde autem longe ab eo remoti [91], propriam vestram, non illius doctrinam docentes. Siquidem, dicite mihi, voluitne Deus pontifices peccare, dum sabbatis munera offerunt; aut eos qui circumciduntur et circumcidunt die sabbati, dum jubet omnino die octavo natos pueros pariter **126** circumcidi, etiamsi dies sabbati fuerit? An non poterat uno ante vel post sabbatum die natos pueros circumcidere, si id nefas esse die sabbati ducebat? Aut qui justi ante Moysen et Abraham appellati sunt, eique accepti exstitere, cum nec circumcisi essent præputio, nec sabbata observarent, cur eos hæc facere non docebat? »

28. Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ πρότερον ἀκηκόαμέν σου

26. *Vera justitia per Christum comparatur.* — A

[87] Isa. LVIII, 13,14. [88] Isa. III, 16. [89] Psal. XIII, 3. [90] Deut. XXXII, 20. [91] Isa. XXIX, 13.

(5) *Μήτε.* Conjicit Thirlbius legendum μήτε ἦτε. Verbum ὄντες videtur posse suppleri, si stylus Justini consideretur attentius. Paulo post ἅρα positum esse pro ἅμα observat Perionius.

(6) *Ἐδολιοῦσαν.* Dorice pro ἐδολίουν. GALLAND. — Rectius dixeris formam Alexandrinam. OTTO.

(7) *Ὑπομονήν.* Legit Sylburgius ἐπιμονήν, atque ita habent editiones Parisienses.

(8) *Καὶ τυφλὸς καὶ χωλός.* Legendum esse καὶ τυφλὸς καὶ κωφός contendit eruditus Londinensis editor, tum quia infra n. 123 Judæi vocantur cæci et surdi et a Justino et ab Isaia quem citat Justinus; tum quia nusquam claudi vocantur. Equidem huic sententiæ libentissime assentirer, si Justinus hoc loco testimonium Isaiæ, in quo cæci et surdi vocantur, explicaret et Judæis eodem modo ac n. 123, objiceret. Præterea Judæis exprobratur, quod claudicent in semitis suis, Psalm. XVII, 46. Vid. III Reg. XVIII, 21. Forte ad hæc loca respexit Justinus.

(9) *Τοὺς ἀρχιερεῖς ἁμαρτάνειν.* Hunc locum imitatur Irenæus lib. IV, c. 19. JEBB. — Idem argumentum repetit Justinus n. 29.

Digitized by Google

hæc Trypho : Jam ex.te audivimus, cum.id proponeres, et animum advertimus; digna enim res est, ut vere dicam, animadversione. Neque idem mihi, quod multis, dicendum videtur, ita illi visum esse; hoc enim semper effugium est iis, qui rei quæsitæ respondere non possunt.

Hic ego : Quandoquidem ex Scripturis et ex ipsis rebus demonstrandi et disserendi rationem deduco, aiebam, ne differatis, neve dubitetis mihi, homini incircumciso, credere. Breve enim hoc vobis relinquitur ad nos accedendi tempus. Si Christus venire occupaverit, frustra vos pœnitebit, frustra plorabitis; neque enim vos exaudiet. « Novate vobis novalia, clamat populo Jeremias, et nolite serere super spinas. Circumcidimini Domino, et circumcidite præputia cordis vestri [92]. » Ne ergo seratis super spinas et terram non aratam ex qua fructus vobis non est. Cognoscite Christum : et ecce novale pulchrum, pulchrum et pingue in cordibus vestris. « Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, et visitabo super omnes, qui circumcisi sunt præputia sua; super Ægyptum et super Judam, et super Edom, et super filios Moab. Quia omnes gentes incircumcisæ, et omnis domus Israel incircumcisa cordibus suis [93]. » Videtis ut Deus hanc circumcisionem in signum datam respuat? Neque enim Ægyptiis prodest, nec filiis Moab, nec filiis Edom. At etiamsi quis Scytha sit aut Persa, modo habeat Dei cognitionem et Christi ejus, ac æterna jura custodiat, circumcisus præclara et utili circumcisione, ac Deo amicus est, ejusque dona et munera Deo grata sunt. Proferam vobis, amici, ipsius etiam Dei verba, cum populum per Malachiam, unum ex duodecim prophetis, allocutus est. Sic autem se habent : « Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, et sacrificia vestra non suscipio de manibus vestris : propterea quod ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, et in omni loco sacrificium offertur nomini meo et sacrificium purum; quia honoratur nomen meum in gentibus, dicit Dominus, vos autem illud profanatis [94]. » Et per Davidem ait : « Populus quem non

A τοῦτο προβάλλοντος, καὶ ἐπεστήσαμεν· ἄξιον γὰρ, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἐπιστάσεως, καὶ ὃ μοι τοῖς πολλοῖς (10) δοκεῖ λέγειν, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ. Τοῦτο γάρ ἐστι πρόφασις ἀεὶ τοῖς μὴ δυναμένοις ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸ ζητούμενον.

Κἀγώ· Ἐπειδὴ ἀπό τε τῶν Γραφῶν καὶ τῶν πραγμάτων, τάς τε ἀποδείξεις καὶ τὰς ὁμιλίας ποιοῦμαι, ἔλεγον, μὴ ὑπερτίθεσθε, μηδὲ διστάζετε πιστεῦσαι τῷ ἀπεριτμήτῳ ἐμοί. Βραχὺς οὗτος ὑμῖν περιλείπεται προσηλύσεως χρόνος (11). Ἐὰν φθάσῃ ὁ Χριστὸς ἐλθεῖν, μάτην μετανοήσετε, μάτην κλαύσετε· οὐ γὰρ εἰσακούσεται ὑμῶν. « Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, Ἱερεμίας τῷ λαῷ κέκραγε· καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας. Περιτέμνετε τῷ Κυρίῳ (12), καὶ B περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν. » Μὴ οὖν εἰς ἀκάνθας σπείρετε καὶ ἀνήροτον χωρίον, ὅθεν ὑμῖν καρπὸς οὐκ ἔστι. Γνῶτε τὸν Χριστὸν, καὶ ἰδοὺ νειὸς καλὴ, καλὴ (13) καὶ πίων ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. « Ἰδοὺ γὰρ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος· καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίας αὐτῶν· ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ Ἰούδαν (14), καὶ ἐπὶ Ἐδὼμ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωάβ. Ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα, καὶ πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος καρδίας αὐτῶν. » Ὁρᾶτε ὡς οὐ ταύτην τὴν περιτομὴν τὴν εἰς σημεῖον δοθεῖσαν ὁ Θεὸς θέλει; Οὐδὲ γὰρ Αἰγύπτιος (15) χρήσιμος, οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Μωάβ, οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Ἐδώμ. Ἀλλὰ κἂν Σκύθης ᾖ τις, ἢ Πέρσης, ἔχει δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν καὶ C τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ φυλάσσει τὰ αἰώνια δίκαια, περιτέτμηται τὴν καλὴν καὶ ὠφέλιμον περιτομὴν, καὶ φίλος ἐστὶ τῷ Θεῷ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ καὶ ταῖς προσφοραῖς χαίρει. Παρέξω δὲ ὑμῖν, ἄνδρες φίλοι, καὶ αὐτουργήματα τοῦ Θεοῦ (16), ὁπότε πρὸς τὸν λαὸν εἶπε διὰ Μαλαχίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα προφητῶν. Ἔστι δὲ ταῦτα· « Οὐκ ἔστι θέλημά μου ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος· καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ προσδέχομαι (17) ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυσία προσφέρεται (18) τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· ὅτι τιμᾶται τὸ ὄνομά μου (19) ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει Κύριος· ὑμεῖς δὲ

[92] Jer. IV, 3. [93] Jer. IX, 25, 26. [94] Malach. I, 10, 11.

(10) *Καὶ ὃ μοι τοῖς πολλοῖς*. Nullus dubito quin D legendum οὗ μοι ὁμοῖα vel οὗ μοι ὃ τοῖς πολλοῖς. Fatetur enim Trypho eos, qui dicunt ita Deo visum esse, ad hanc cavillationem confugere, quia rei quæsitæ respondere non possunt. Quomodo ergo hanc responsionem ipse amplexus esset? Non solus Trypho ita locutus; sed etiam alius ex ejus comitibus num. 94, ingenue fatetur consultos magistros sibi non satisfecisse. Thirlbius legit καὶ οὗ μοι, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ λέγειν. Sylburgius, duabus propositis conjecturis, tandem negatione opus esse intellexit, ac legendum proponit, καὶ μὴ, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ λέγειν.

(11) *Βραχύς*, κ. τ. λ. Primitiva Ecclesia secundum Christi adventum proxime adesse putabat. Tertullianus *De cultu femin.*, II, 9 : « Nos sumus in quos decurrerunt fines sæculorum. » Otto.

(12) *Περιτέμνετε τῷ Κυρίῳ*. Legendum περιτέμνεσθε vel περιτμήθητε. LXX : περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν.

(13) Hanc vocem, codicibus probatam, Maran. omisit errore procul dubio. Otto.

(14) *Ἰούδαν*. Ita etiam Theodoretus et Biblia Complutensia et Hebraica. Romana et cod. Alex. Ἰδουμαίαν, Thirlbius.

(15) *Οὐδὲ γὰρ Αἰγύπτιος*. De hac Ægyptiorum et aliarum gentium circumcisione vide Barnab. epist. cap. 9, et Notas Cotelerii.

(16) *Αὐτουργήματα τοῦ Θεοῦ*. Recte emendat Thirlbius legendo, αὐτοῦ ῥήματα τοῦ Θεοῦ. Sequens testimonium Dei ipsius verba appellat, quia Deus ipse loquitur, non propheta. Idem legit ἃ ποτε pro ὁπότε, quod tamen necessarium non videtur.

(17) *Προσδέχομαι*. Infra num. 41 et 117, προσδέξομαι. et ita apud LXX.

(18) *Θυσία προσφέρεται*. Θυμίαμα, n. 41, et in Bibliis.

(19) *Τιμᾶται τὸ ὄνομά μου*. Infra n. 41, et in Bibl. μέγα τὸ ὄνομά μου.

Digitized by Google

βεβηλοῦτε αὐτό.» Καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ ἔφη· «Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου.»

29. Δοξάσωμεν τὸν Θεὸν ἅμα τὰ ἔθνη συνελθόντα, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεσκέψατο. Δοξάσωμεν αὐτὸν διὰ τοῦ Βασιλέως τῆς δόξης, διὰ τοῦ Κυρίου τῶν δυνάμεων. Εὐδόκησε γὰρ καὶ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὰς θυσίας ἡδιον παρ' ἡμῶν ἢ παρ' ὑμῶν λαμβάνει. Τίς οὖν ἔτι μοι περιτομῆς λόγος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθέντι; Τίς ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος χρεία ἁγίῳ Πνεύματι βεβαπτισμένῳ; Ταῦτα οἶμαι λέγων πείσειν καὶ τοὺς βραχὺν νοῦν κεκτημένους. Οὐ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ συνεσκευασμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι, οὐδὲ τέχνῃ ἀνθρωπίνῃ κεκαλλωπισμένοι, ἀλλὰ τούτους Δαβὶδ μὲν ἐψαλλεν, Ἡσαΐας δὲ εὐηγγελίζετο, Ζαχαρίας (20) δὲ ἐκήρυξε, Μωϋσῆς δὲ ἀνέγραψεν. Ἐπιγινώσκεις αὐτούς, Τρύφων; Ἐν τοῖς ὑμετέροις ἀπόκεινται γράμμασι, μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις, ἀλλ' ἡμετέροις (21). Ἡμεῖς γὰρ αὐτοῖς πειθόμεθα· ὑμεῖς δὲ, ἀναγινώσκοντες, οὐ νοεῖτε τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν. Μὴ οὖν ἄχθεσθε, μηδὲ ὀνειδίζετε ἡμῖν τὴν τοῦ σώματος ἀκροβυστίαν, ἣν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔπλασε· μηδὲ ὅτι θερμὸν πίνομεν (22) ἐν τοῖς σάββασι, δεινὸν ἡγεῖσθε· ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς τὴν αὐτὴν διοίκησιν τοῦ κόσμου ὁμοίως καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ πεποίηται, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις· καὶ οἱ ἀρχιερεῖς τὰς προσφορὰς, καθὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, καὶ ἐν ταύτῃ κεκελευσμένοι ἦσαν ποιεῖσθαι· καὶ οἱ τοσοῦτοι δίκαιοι, μηδὲν τούτων τῶν νομίμων πράξαντες, μεμαρτύρηνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ.

30. Ἀλλὰ τῇ αὐτῶν (22*) κακίᾳ ἐγκαλεῖτε, ὅτι καὶ συκοφαντεῖσθαι δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς ὑπὸ τῶν νοῦν μὴ ἐχόντων, ὡς τὰ αὐτὰ δίκαια μὴ πάντας ἀεὶ διδάξας. Πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποις ἄλογα καὶ οὐκ ἄξια Θεοῦ τὰ τοιαῦτα διδάγματα ἔδοξεν εἶναι, μὴ λαβοῦσι χάριν τοῦ γνῶναι, ὅτι τὸν λαὸν ὑμῶν πονηρευόμενον, καὶ ἐν νόσῳ ψυχικῇ ὑπάρχοντα, εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν τοῦ Πατρὸς (23) κέκληκε, καὶ αἰώνιός ἐστι (24) μετὰ τὸν Μωϋσέως θάνατον (25)

A cognovi servivit mihi; in auditu auris obedivit mihi [26]. »

29. *Christum colentibus lex inutilis.* — Glorificemus Deum una congregatæ gentes, quod nos quoque inviserit. Glorificemus eum per Regem gloriæ, per Dominum virtutum. Beneplacitum est enim illi etiam super **127** gentes, ac victimas a nobis accipit libentius, quam a vobis. Quid igitur mihi adhuc opus est circumcisione, qui Dei testimonio comprobatus sum? Quis usus hujus baptismatis, qui Spiritu sancto baptizatus sum? Videor mihi hæc edisserens iis etiam, qui parum intelligentia prædíti sunt, persuasurus. Neque enim hæc verba a me composita sunt, aut humana arte exornata; sed ea David psallendo cecinit, Isaias evangelizavit, Zacharias promulgavit, Moyses scripsit. Agnoscis ea, Trypho? Consignata sunt litteris vestris, vel potius non vestris, sed nostris. Nos enim iis adhæremus; vos autem legendo sententiam non perspicitis. Ne sit igitur vobis molestum, nec in probri loco nobis objiciatis corporis præputium, quod Deus ipse formavit; neque etiam quod calidam sabbatis bibamus, grande piaculum existimetis; siquidem Deus mundum perinde hoc etiam die ac cæteris omnibus gubernat; pontifices quoque, ut cæteris diebus, ita etiam isto jussi sunt muneribus offerendis operari; denique tot justi homines, cum nullum ex his legis institutis observassent, ipsius Dei testimonio comprobati fuere.

30. *Veræ justitiæ cultores Christiani.* — Sed nequitiæ vestræ ascribite, quod etiam calumniis Deus appeti possit ab hominibus mente captis, quasi non eamdem semper omnes justitiam docuerit. Hæc enim instituta a ratione aliena nec Deo digna multis visa sunt, qui gratiam intelligendi non acceperunt populum vestrum improbe agentem, ac animæ morbo laborantem his legibus ad conversionem et pœnitentiam spiritus vocatum fuisse, ac

[26] Psal. XVII, 45.

(20) *Ζαχαρίας.* Legit Langus Μαλαχίας.

(21) *Μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις, ἀλλ' ἡμετέροις.* Vid. *Cohort.* Justini n. 13.

(22) *Θερμὸν πίνομεν.* Iis opponit Petavius (Not. in Epiphan. p. 356) epistolam interpolatam S. Ignatii num. 9, ubi aquæ *tepidæ*, non vero *calidæ*, potus his verbis, καὶ χλιαρὰ πίνων, memoratur.

(22*) *Αὐτῶν.* Pro ἑαυτῶν, scriptura Justino familiaris. Sic supra num. 6 legitur δι' αὐτῆς (*per seipsam*), et *Apol.* I, n. 5, ὅπερ ἕκαστος αὐτῷ (*quod quisque sibi*). Plato ipse, in *Phædro:* Μόνον τὸ αὐτὸ κινοῦν (*Illud solum quod seipsum movet*). ED. PATR.

θεν (37), Ἀσκαλωνίτην γεγονέναι λέγοντες, ὅμως ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα λέγετε ἀρχιερέα · ὥστε καὶ τότε ὄντος ὑμῖν κατὰ τὸν νόμον τοῦ Μωσέως καὶ προσφορὰς προσφέροντος, καὶ τὰ ἄλλα νόμιμα φυλάσσοντος, καὶ προφητῶν, κατὰ διαδοχὴν μέχρις Ἰωάννου γεγενημένων (ὡς καὶ ὅτε εἰς Βαβυλῶνα ἀπήχθη ὁ λαὸς ὑμῶν, πολεμηθείσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν ἀρθέντων), μὴ παύσασθαι (38) ἐξ ὑμῶν προφήτην, ὃς κύριος καὶ ἡγούμενος καὶ ἄρχων τοῦ λαοῦ ὑμῶν ἦν. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις Πνεῦμα καὶ τοὺς βασιλεῖς ὑμῖν ἔχριε (39) καὶ καθίστα. Μετὰ δὲ τὴν Ἰησοῦ τοῦ ἡμετέρου Χριστοῦ ἐν τῷ γένει ὑμῶν φανέρωσιν καὶ θάνατον οὐδαμοῦ προφήτης γέγονεν, οὐδέ ἐστιν · ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι ὑμᾶς ὑπὸ ἴδιον βασιλέα ἐπαύσατο, καὶ προσέτι ἡ γῆ ὑμῶν ἠρημώθη, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον καταλέλειπται. Τὸ δὲ εἰπεῖν τὸν λόγον διὰ τοῦ Ἰακώβ · « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, » συμβολικῶς δύο παρουσίας αὐτοῦ ἐσήμανε, καὶ τὰ ἔθνη μέλλειν αὐτῷ πιστεύειν, ὅπερ ὀψέ ποτε (40) πάρεστιν ἰδεῖν ὑμῖν. Οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων διὰ τῆς πίστεως τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοσεβεῖς καὶ δίκαιοι γενόμενοι πάλιν παραγενησόμενον αὐτὸν προσδοκῶμεν.

53. Καὶ τό · « Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου, » καὶ τῶν ἔργων τῶν ἐπὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας γενομένων ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐθνῶν ὁμοίως τῶν μελλόντων πιστεύειν αὐτῷ, προδήλωσις ἦν. Οὗτοι γὰρ ὡς πῶλος ἀσαγής, καὶ ζυγὸν ἐπὶ αὐχένα μὴ ἔχων τὸν ἑαυτοῦ, μέχρις ὁ Χριστὸς οὗτος ἐλθών, διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πέμψας ἐμαθήτευσεν αὐτούς · καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ λόγου αὐτοῦ βαστάσαντες, τὸν νῶτον ὑπέθηκαν πρὸς τὸ πάντα ὑπομένειν διὰ τὰ προσδοκώμενα καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατηγγελμένα ἀγαθά. Καὶ ὄνον δέ τινα ἀληθῶς σὺν πώλῳ αὐτῆς προσδεδεμένην ἔν τινι εἰσόδῳ κώμης Βηθφαγῆς λεγομένης, ὅτε ἔμελλεν εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ἐκέλευσε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἀγαγεῖν αὐτῷ · καὶ ἐπικαθίσας, ἐπεισελήλυθεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα · ὃ πῶς ἐπεπροφήτευτο (41) διαῤῥήδην γενήσεσθαι ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ,

sus nasceretur recessisse dicerent ; quippe cum Herodes, qui ante Christi passionem mortuus est, Ascalonita fuerit. Demonstrat ergo Justinus sacerdotes et sacrificia tunc illis minime defuisse.

(37) *Ἀφ' οὗ ἔπαθεν.* Omnes Justini interpretes verterunt, *sub quo passus est*, quasi scripsisset Justinus, ἐφ' οὗ ἔπαθεν. Sed non is erat Justinus qui Christum sub Herode Ascalonita passum diceret, nec ulla prorsus causa est tam fœdæ ignorationis sancto martyri tribuendæ. Thirlbius legendum proponit, ἀφ' οὗ ἔφυγεν. Infra legimus ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ sensu non valde absimili n. 88 ; vide n. 113.

(38) *Μὴ παύσασθαι.* Casaubonus adv. Baron. p. 13, existimat deesse hic verbum λέγετε aut e superioribus repetendum esse, sed miror virum longe doctissimum non vidisse illud μὴ παύσασθαι referri ad superius ὥστε καὶ τότε ὄντος, etc.

(39) *Ἔχριε.* Sic Reg. et Claromontanus codex. Editi ἔχρισε.

(40) *Ὅπερ ὀψέ ποτε.* Profert Cl. Thirlbius similia loca ex *Apol.* 1, num. 32, et *Dialog.* num 87 et 96, in quibus legitur ὄψε, nec tamen quidquam hoc loco mutandum putat.

(41) *Ὃ πῶς ἐπεπροφήτευτο.* Si legamus ὃ ὅπως nihil supererit difficultatis. [Hunc locum non libenter emendandum proposui ; eo enim ferebar, ut illud πῶς idem valere ac *quomodo* existimarem. Sed quia carebam exemplis quibus niterer, timiditas quædam adduxit me ut illud ὃ πῶς, pro ὃ ὅπως irrepsisse crederem. Sed missam facio hanc emendationem ex qua eruditus defensor *futuri Eliæ reditus* protulit pag. 270 illud Deuteronomii XII, 13 : Πῶς ποιοῦσι τὰ ἔθνη ταῦτα τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ποιήσω κἀγώ. Cum sua sponte manifestum est hoc loco voculam πῶς non interrogationi, sed comparationi inservire, tum id vir doctissimus ex consensu plurimarum versionum confirmat. Eodem modo accipiendum illud πῶς Marc. IX, 11, si et eum sensum sequi volumus, qui maxime obvius et naturæ consentaneus est, et Marcum cum Matthæo conciliare. Nam Christus apud Matthæum XVII, 15, duo nos docet : primum quidem Eliam venturum ut omnia restituat ; deinde vero munus illud quod eum ad præparandam Messiæ viam Scribæ et Pharisæi obiturum dicebant, a Joanne Baptista impletum fuisse.

Digitized by Google

γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ καὶ γνωσθὲν, τὸν Χριστὸν ὄντα αὐτὸν φανερὸν ἐποίει. Καὶ τούτων ἁπάντων γενομένων, καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀποδεικνυμένων, ὑμεῖς ἔτι σκληροκάρδιοί ἐστε. Προεφητεύθη δὲ ὑπὸ Ζαχαρίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα, τοῦτο μέλλειν γίνεσθαι, οὕτως· « Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· ἀλάλαξον, κήρυσσε, θύγατερ Ἰερουσαλήμ· Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἥξει σοι δίκαιος, καὶ σώζων αὐτὸς, καὶ πραΰς, καὶ πτωχὸς, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον ὄνου. » Τὸ δὲ καὶ ὄνον ὑποζύγιον ἤδη μετὰ τοῦ πώλου αὐτῆς ὀνομάζειν τὸ προφητικὸν πνεῦμα μετὰ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ, ἐν τῇ κτίσει (42) αὐτὸν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὡς προέφην, ἀμφότερα γὰρ τὰ ζῶα κελεῦσαι ἀγαγεῖν, προαγγελία ἦν καὶ τῶν (43) ἀπὸ τῆς συναγωγῆς ὑμῶν ἅμα τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύειν ἐπ' αὐτὸν μέλλουσιν. Ὡς γὰρ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν σύμβολον ἦν ὁ ἀσαγὴς πῶλος, οὕτως καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ ὑμετέρου λαοῦ ἡ ὑποσαγὴς ὄνος. Τὸν γὰρ διὰ τῶν προφητῶν νόμον ἐπικείμενον ἔχετε. Ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου ὅτι παταχθήσεται αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστὸς, καὶ διασκορπισθήσονται οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, προεφητεύθη· ὅπερ καὶ γέγονε. Μετὰ γὰρ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, οἱ σὺν αὐτῷ ὄντες μαθηταὶ αὐτοῦ διεσκεδάσθησαν μέχρις ὅτε ἀνέστη (44) ἐκ νεκρῶν, καὶ πέπεικεν αὐτοὺς ὅτι οὕτως προεπεφήτευτο περὶ αὐτοῦ παθεῖν αὐτόν· καὶ οὕτω πεισθέντες, καὶ εἰς τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ἐξελθόντες, ταῦτα ἐδίδαξαν. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς βέβαιοι ἐν τῇ πίστει καὶ μαθητεία αὐτοῦ ἐσμεν, ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν, καὶ ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην εἰς ὄνομα τοῦ ἐσταυρωμένου ἐκείνου ὁρωμένων καὶ γενομένων θεοσεβῶν, τὴν πειθὼ ἔχομεν. Ἔστι δὲ τὰ λεχθέντα ὑπὸ τοῦ Ζαχαρίου ταῦτα· « Ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα τοῦ λαοῦ μου· λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων. Πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα αὐτοῦ. »

A esse aperte declarabat. Et cum hæc omnia contigerint, et ex Scripturis sanctis demonstrentur, adhuc tamen corde obduruistis. Rem ita eventuram Zacharias unus ex duodecim prædixit his verbis: « Lætare vehementer, filia Sion: jubila, annuntia, filia Hierusalem: Ecce Rex tuus veniet tibi justus et salvans ipse, et mitis et pauper, vectus subjugali et pullo asinæ [49]. » Quod autem spiritus propheticus cum patriarcha Jacob nominatim asinam quoque jugalem cum ipsius pullo ad usus suos ab eo adhibitam dicit; deinde etiam quod ipse discipulis, ut jam dixi, præcepit, ut utrumque animal adducerent, id præsignificatio erat eorum etiam, qui ex Synagoga vestra simul cum iis, qui ex gentibus crediturі in eum erant. Quemadmodum enim iis, qui ex B gentibus, signum erat pullus, nondum oneri assuetus; ita et iis, qui ex vestro populo, asina clitellaria. Nam eam, quæ per prophetas promulgata est, impositam legem habetis. Sed et a Zacharia propheta prædictum fore ut ipse hic Christus percuteretur, ejusque discipuli dispergerentur; quod et evenit. Postquam enim cruci affixus est, dispersi sunt qui cum eo erant discipuli ejus, quoad resurrexit a mortuis, eisque persuasit prædictum de se esse, fore ut ita pateretur; atque illi hunc in modum ad credendum adducti, et in totum orbem terrarum profecti hæc docuerunt. Hinc et nos in fide et disciplina illius confirmamur; quippe cum et ex prophetis, et ex iis, quos in nomen illius crucifixi per C orbem terrarum Dei cultores factos videmus, credendi momenta ducamus. Quæ autem a Zacharia dicta sunt, ita se habent: « Framea, excitare super pastorem meum, et super virum populi mei, dicit Dominus exercituum. Percute pastorem et dispergentur oves ejus [50]. »

54. Καὶ τὸ ὑπὸ Μωσέως δὲ ἀνιστορημένον, καὶ ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ προπεφητευμένον, τὸ, « Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ· » τὸ τῷ αἵματι αὐτοῦ ἀποπλύνειν μέλλειν τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ ἐδήλου. Στολὴν γὰρ αὐτοῦ ἐκάλεσε τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοὺς δι' αὐτοῦ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντας· ἐν οἷς ἀεὶ δυνάμει μὲν πάρεστι, καὶ ἐναργῶς δὲ παρέσται ἐν τῇ δευτέρᾳ D αὐτοῦ παρουσίᾳ. Τὸ δὲ αἷμα τῆς σταφυλῆς εἰπεῖν τὸν λόγον, διὰ τῆς τέχνης δεδήλωκεν, ὅτι αἷμα μὲν ἔχει ὁ Χριστὸς οὐκ ἐξ ἀνθρώπου (45) σπέρματος, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Ὃν γὰρ τρόπον τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος ἐγέννησεν, ἀλλὰ

54. *Sanguis uvæ quid significet.* — Et quod a Moyse litteris mandatum est, et a Jacob patriarcha prædictum: « Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ amictum suum, » futurum significabat, ut sanguine suo eos qui in se credent, abluere. Stolam enim ejus Spiritus sanctus eos vocavit, qui per eum peccatorum remissionem acceperunt, in quibus virtute quidem semper adest, manifeste autem aderit in secundo suo adventu. Quod autem sanguinem uvæ dicit Scriptura, hac veluti arte declarat sanguinem quidem habere Christum, nequaquam autem ex humano semine, sed ex Dei virtute. Quemadmodum enim uvæ san-

[49] Zach. IX, 9. [50] Zach. XIII, 7.

In his ergo verbis Marc. IX, 11: Ἠλίας ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ πάντα, καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ, agnoscenda Eliæ adventus prædictio ut restituat omnia, *et quomodo scriptum est in filium hominis, ut multa patiatur et contemnatur.*] — *Ex Addendis et Emendandis.*

(42) *Ἐν τῇ κτίσει.* Sylburgius et alii monuerunt legendum esse χρήσει, vel κτήσει. Melius, mea sententia, χρήσει. Mox particula γάρ expungenda.

(43) *Καὶ τῶν.* Hunc articulum suppeditavit codex uterque ms. Necesse ergo non est legere ὡς καὶ ἀπὸ τῆς, subaudiendo τινές, ut conjiciebat Sylburgius.

(44) *Μέχρις ὅτε ἀνέστη.* Codices mss. habent ad marginem μέχρις ὅτου ἀνέστη. Sic et R. Stephanus ad calcem.

(45) *Οὐκ ἐξ ἀνθρώπου.* Legit Thirlbius ἀλλ' οὐκ.

Digitized by Google

guinem non generavit homo, sed Deus; ita et Christi sanguinem non ex humano semine, sed ex Dei virtute futurum prædixit. Hæc autem ipsa prophetia, quam attuli, o viri, Christum demonstrat non esse hominem ex hominibus communi hominum more genitum.

55. *Rogat Trypho ut Christus Deus probetur, sed citra metaphoram. Premittit Justinus.* — Tum Trypho respondit: Habebimus etiam in memoria tuam illam interpretationem, si et aliis argumentis hanc quoque quæstionem firmaveris. Nunc autem, revocata unde digressa est oratione, demonstra nobis alium Deum a Spiritu prophetico præter creatorem universorum agnosci; cavens tamen ne solem et lunam dicas, quæ scriptum est gentibus concessa a Deo fuisse, ut ea tanquam deos colerent. Atque hoc loquendi genere quodammodo utentes prophetæ sæpe dicunt: « Deus tuus Deus deorum est, et Dominus dominorum, » sæpe addentes « magnus et fortis et terribilis [51]. » Neque enim hæc eo dicuntur, quod isti sint dii; sed quod Scriptura nos doceat ex his, qui existimantur dii et domini, verum illum Deum, qui omnia creavit, solum esse Dominum. Quod quidem ut evinceret Spiritus sanctus, per Davidem dixit: « Dii gentium (qui existimantur dii) simulacra dæmoniorum sunt, non dii [52]. » Quinetiam dira detestatione eos prosequitur, qui hæc faciunt et colunt.

Tum ego: Non eram, inquam, allaturus, Trypho, has demonstrationes, quibus eos condemnari scio, qui hæc et similia colunt; sed eas quas contra nemo dicere poterit. Novæ autem tibi videbuntur, quamvis quotidie a vobis legantur, ut vel ex hoc perspectum habeamus vobis, ob vestram nequitiam, a Deo potestatem sapientiæ, quæ illius verbis inest, intelligendæ absconditam fuisse, nonnullis exceptis, quibus secundum summæ suæ misericordiæ gratiam, ut ait Isaias [53], semen ad salutem reliquit, ne ut Sodomitarum et Gomorrhæorum, ita et genus vestrum periret. Animum igitur ad ea advertite, quæ ex Scripturis sanctis commemoraturus sum, quas quidem explicari minime opus erit, sed tantum audiri.

56. *Deus Abrahæ visus a Deo Patre distinguitur.* — Moyses igitur, beatus ille et fidelis Dei famulus, Deum esse declarat eum, qui Abrahæ ad quercum Mambre visus est cum duobus angelis, quos simul cum eo ad judicium Sodomorum misit alius in su-

[51] Deut. x, 17. [52] Psal. xcv, 5. [53] cap. I, 9.

Θεὸς, οὕτως καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου γένους ἔσεσθαι, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ δυνάμεως, προεμήνυσεν. Ἡ δὲ προφητεία αὕτη, ὦ ἄνδρες, ἣν ἔλεγον, ἀποδεικνύει (46) ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων, κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων γεννηθείς.

55. Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο· Μεμνησόμεθα καὶ ταύτης τῆς ἐξηγήσεώς σου, ἐὰν καὶ δι' ἄλλων κρατύνῃς καὶ τοῦτο τὸ ἀπόρημα· τὰ νῦν δὲ ἤδη ἀναλαβὼν τὸν λόγον, ἀπόδειξον ἡμῖν ὅτι ἕτερος Θεὸς παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος ὡμολόγηται εἶναι, φυλαξάμενος λέγειν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ἃ γέγραπται τοῖς ἔθνεσι συγκεχωρηκέναι (47) τὸν Θεὸν ὡς θεοὺς προσκυνεῖν· καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ὥσπερ χρώμενοι (48) προφῆται πολλάκις λέγουσιν, ὅτι « Ὁ Θεός σου Θεὸς τῶν θεῶν ἐστι, καὶ Κύριος τῶν κυρίων, » προστιθέντες, « Ὁ μέγας καὶ ἰσχυρὸς καὶ φοβερὸς, » πολλάκις. Οὐ γὰρ ὡς ὄντων θεῶν ταῦτα λέγεται, ἀλλ' ὡς τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς, ὅτι τῶν νομιζομένων θεῶν καὶ κυρίων ὁ τῷ ὄντι Θεὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας, Κύριος μόνος ἐστίν. Ἵνα γὰρ καὶ τοῦτο ἐλέγξῃ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διὰ τοῦ ἁγίου Δαυὶδ εἶπεν· « Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, νομιζόμενοι θεοὶ, εἴδωλα δαιμονίων εἰσὶν, ἀλλ' οὐ θεοί· » καὶ ἐπάγει κατάραν τοῖς ποιοῦσιν αὐτὰ καὶ προσκυνοῦσι.

Κἀγώ· Οὐ ταύτας μὲν τὰς ἀποδείξεις ἐμελλον φέρειν, εἶπον, ὦ Τρύφων, δι' ὧν καταδικάζεσθαι τοὺς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προσκυνοῦντας ἐπίσταμαι, ἀλλὰ τοιαύτας πρὸς ἃς ἀντειπεῖν μὲν οὐδεὶς δυνήσεται. Ξέναι δέ σοι δόξουσιν εἶναι, καίπερ καθ' ἡμέραν ἀναγινωσκόμεναι ὑφ' ὑμῶν· ὡς καὶ ἐκ τούτου συνεῖναι ὑμᾶς (49), ὅτι διὰ τὴν ὑμετέραν κακίαν ἀπέκρυψεν ὁ Θεὸς ἀφ' ὑμῶν τὸ δύνασθαι νοεῖν τὴν σοφίαν τὴν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, πλὴν τινων οἷς κατὰ χάριν τῆς πολυσπλαγχνίας αὐτοῦ, ὡς ἔφη Ἡσαΐας, ἐγκατέλιπε σπέρμα εἰς σωτηρίαν, ἵνα μὴ ὡς Σοδομιτῶν καὶ Γομορραίων τέλεον καὶ τὸ ὑμέτερον γένος ἀπόληται. Προσέχετε τοιγαροῦν οἷσπερ μέλλω ἀναμιμνήσκειν ἀπὸ τῶν ἁγίων Γραφῶν οὐδὲ ἐξηγεῖσθαι δεομένων (50), ἀλλὰ μόνον ἀκουσθῆναι.

56. Μωσῆς οὖν ὁ μακάριος καὶ πιστὸς θεράπων Θεοῦ, μηνύων ὅτι ὁ ὀφθεὶς τῷ Ἀβραὰμ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ Θεὸς, σὺν τοῖς ἅμα αὐτῷ ἐπὶ τὴν Σοδόμων κρίσιν πεμφθεῖσι δύο ἀγγέλοις ὑπὸ ἄλλου τοῦ ἐν τοῖς ὑπερουρανίοις ἀεὶ μένοντος, καὶ οὐδενὶ ὀφθέντος, ἢ

(46) *Ἀποδεικνύει.* Legitur ἀποδεικνύειν in utroque ms. et apud R. Stephanum, nec punctum figitur post προεμήνυσεν. Sed tamen interpunctionem et scripturam editionum Paris. servare malui, quia legendo ἀποδεικνύειν vertendum esset: « Quam dicebam demonstrare Christum non esse hominem ex hominibus. » At id sequi ex hoc oraculo nondum dixit Justinus.

(47) *Συγκεχωρηκέναι.* Respicit ad cap. IV Deuteronom., v. 19. Vide infra n. 127.

(48) *Ὥσπερ χρώμενοι.* Sylb. legendum conjecit, ὡς παραχρώμενοι.

(49) *Ὑμᾶς.* Legendum ἡμᾶς, ut per se patet.

(50) *Δεομένων.* Melius sane δεομένοις, sed tamen ferri potest illud δεομένων; neque enim de omnibus generatim Scripturis intelligi debet, sed de iis quibus uti statuerat Justinus ad Christi divinitatis defensionem. Paulo ante n. 53, similem habemus vel librariorum, vel potius Justini properantis incuriam: Προαγγελία ἦν καὶ τῶν ἀπὸ τῆς συναγωγῆς ὑμῶν ἅμα τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύειν ἐπ' αὐτὸν μέλλουσιν.

Digitized by Google

ὁμιλήσαντος δι' ἑαυτοῦ ποτε, ὃν ποιητὴν τῶν ὅλων καὶ πατέρα νοοῦμεν· οὕτω γάρ (51) φησιν· « Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς μεσημβρίας. Ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε· καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν συνέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ· καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε· » καὶ τὰ λοιπὰ (52) μέχρι τοῦ· « Ὤρθρισε δὲ Ἀβραὰμ τῷ πρωῒ εἰς τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ἐναντι Κυρίου, καὶ ἐπέβλεψεν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόρρας, καὶ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς τῆς περιχώρου, καὶ εἶδε· καὶ ἰδοὺ ἀνέβαινε φλὸξ ἐκ τῆς γῆς ὡσεὶ ἀτμὶς καμίνου. » — Καὶ παυσάμενος λοιπὸν τοῦ λέγειν, ἐπυθόμην αὐτῶν εἰ ἐνενοήκεισαν τὰ εἰρημένα.

Οἱ δὲ ἔφασαν νενοηκέναι μὲν, μηδὲν δὲ ἔχειν εἰς ἀπόδειξιν τοὺς λελεγμένους λόγους, ὅτι Θεὸς ἢ Κύριος ἄλλος τίς ἐστιν, ἢ λέλεκται ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος (53) παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων.

Κἀγὼ πάλιν· Ἃ λέγω, πειράσομαι ὑμᾶς πεῖσαι νοήσαντας τὰς Γραφὰς, ὅτι ἐστὶ καὶ λέγεται Θεὸς καὶ Κύριος ἕτερος ὑπὸ τὸν ποιητὴν (54) τῶν ὅλων, ὃς καὶ ἄγγελος καλεῖται, διὰ τὸ ἀγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις ὅσαπερ βούλεται αὐτοῖς ἀγγεῖλαι ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς, ὑπὲρ ὃν ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστι. — Καὶ ἀνιστορῶν πάλιν τὰ προλεχθέντα, ἐπυθόμην τοῦ Τρύφωνος· Δοκεῖ σοι ὀφθῆναι ὑπὸ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, ὡς ὁ λόγος λέγει;

Κἀκεῖνος· Μάλιστα.

Καὶ εἷς, ἔφην, ἐκείνων ἦν τῶν τριῶν οὓς ἄνδρας ἐωράσθαι τῷ Ἀβραὰμ τὸ ἅγιον προφητικὸν Πνεῦμα λέγει;

Κἀκεῖνος· Οὔ· ἀλλὰ ὥπτο μὲν αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸ τῆς τῶν τριῶν ὀπτασίας· εἶτα οἱ τρεῖς ἐκεῖνοι, οὓς ἄνδρας ὁ λόγος ὀνομάζει, ἄγγελοι ἦσαν· δύο μὲν αὐτῶν πεμφθέντες ἐπὶ τὴν Σοδόμων ἀπώλειαν, εἷς δὲ εὐαγγελιζόμενος τῇ Σάρρᾳ ὅτι τέκνον ἕξει, ἐφ' ᾧ ἐπέπεμπτο, καὶ ἀπαρτήσας (55) ἀπήλλακτο.

Πῶς οὖν, εἶπον, ὁ εἷς τῶν τριῶν γενόμενος ἐν τῇ σκηνῇ, ὁ καὶ εἰπὼν, « Εἰς ὥρας ἀνακάμψω πρὸς σὲ, καὶ τῇ Σάρρᾳ υἱὸς γενήσεται, » φαίνεται ἐπανελθὼν γενομένου τῇ Σάρρᾳ υἱοῦ καὶ Θεὸν αὐτὸν ὄντα ὁ προφητικὸς λόγος κἀκεῖ σημαίνει; Ἵνα δὲ φανερὸν ὑμῖν γένηται ὃ λέγω, ἀκούσατε τῶν ὑπὸ Μωσέως

A percœlestibus semper manens, ac nemini unquam visus, aut per se quemquam allocutus, quem creatorem universorum et parentem intelligimus. Sic enim loquitur: « Apparuit autem ei Deus ad quercum Mambre, cum ille sederet in ostio tabernaculi in meridie. Sed respiciens oculis, vidit: et ecce tres viri stabant supra eum; et videns occurrit obviam illis ab ostio tabernaculi sui, et adoravit super terram, et dixit [54], » et cætera usque ad: « Mane autem surgens Abraham, diluculo ivit ad locum, in quo steterat coram Domino; et inspexit in faciem Sodomorum et Gomorrhæ, et in faciem terræ circumjacentis, et vidit: et ecce, ascendebat flamma de 151 terra, quasi vapor fornacis [55]. »— Cum

B referendæ Scripturæ finem fecissem, quærebam ex eis an dicta intellexissent.

Illi autem intellexisse se responderunt, sed allata verba nihil habere, quod alium quemdam Deum aut Dominum esse, aut a Spiritu sancto dictum esse demonstret præter creatorem universorum.

Tum ego rursum: Enitar vobis, inquam, quandoquidem Scripturas intelligitis, ea quæ dico persuadere, nimirum alium esse et dici sub creatore universorum, Deum et Dominum, qui et angelus vocatur, quia nuntiat hominibus quæcunque illis nuntiare vult universorum Creator, supra quem alius non est Deus. Cumque verba jam allata iterum referrem, Tryphonem interrogabam: Num Deum existimas sub quercu Mambre Abrahæ, ut

C dicit Scriptura, visum esse?

Profecto, inquit ille.

Num unus, inquam, ex tribus illis erat, quos propheticus spiritus viros appellat, et Abrahæ visos esse narrat?

Nequaquam, inquit ille; sed visus est ei Deus, antequam tres apparerent. Tres autem illi, quos Scriptura viros appellat, angeli erant, duo quidem missi ad excidium Sodomorum; unus autem Saræ nuntians futurum ei filium; cujus rei causa missus fuerat, ac abiens discessit.

Quomodo igitur, inquam, unum illum ex tribus, qui in tabernaculo dixerat: « In horas revertar ad te, et Saræ filius nascetur [56], reversum esse appa-

D ret post natum Saræ filium; eumque Deum esse hoc etiam in loco propheticus sermo declarat? Sed ut id quod dico perspicuum vobis et manifestum sit,

[54] Gen. xviii, 1, 2. [55] Gen. xix, 27, 28. [56] Gen. xviii, 10.

(51) *Οὕτω γάρ.* Dele γάρ, vel lege μηνύει.

(52) *Καὶ τὰ λοιπά.* Hæc a librariis omissa putat Grabius, idque probat ex iis quæ infra leguntur num. 56, ubi Justinus hæc a se prius scripta esse declarat. — Hæc non Justini, sed librarii verba esse, compendium hic facientis, liquet ex eo quod num. 56 dicitur: Οὐ γὰρ γράφειν πάλιν τὰ αὐτὰ, *τῶν πάντων προγεγραμμένων*, δοκεῖ μοι. Οττο.

(53) *Ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Melius legeretur ὑπό.

(54) *Ὑπὸ τὸν ποιητήν.* Hunc locum ita restitui, et habetur in mss. codicibus, quorum scriptura cum videretur mendosa Roberto Stephano, aliam in textum, valde vitiosam, induxit, nempe ὑπὲρ τὸν ποιητήν. Quod quidem eo magis mihi displicet quod Justinus hoc ipso in loco dicat, ὑπὲρ ὃν ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστι. Molestum autem esse non debet, quod Filium Justinus Patri submittat. Nam ut Filium fonti ac origini totius divinitatis, non ut servum Creatori submittit: idque satis perspicitur ex iis, quæ de Christi divinitate a Justino disputata aut jam observavimus, aut deinceps observabimus.

(55) *Ἀπαρτήσας.* Legi posset ἀπαρτίσας, « re perfecta. » Sed minime necessarium id videtur. Mox Cl. Thirlbius εἷς τῶν τριῶν γενομένων.

Digitized by Google

audite quæ conceptis verbis a Moyse dicta sunt; sic autem habent : « Cum vidisset autem Sara filium Agar, ancillæ Ægyptiæ, qui genitus fuerat Abrahæ, ludentem cum Isaac filio suo, dixit Abrahæ : Ejice ancillam hanc et filium ejus; non enim hæres filius ancillæ hujus cum filio meo Isaac. Durum autem visum est verbum valde coram Abraham de filio suo. Dixit autem Deus ad Abraham : Ne sit durum coram te de puero et de ancilla; omnia quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem ejus; quoniam in Isaac vocabitur tibi semen [87]. » Num igitur intellexistis eum, qui tum sub quercu dixerat se reversurum, prout necessarium esse prænoscebat ea Abrahæ suadere, quæ ab ipso Sara contendebat, reversum esse, ut scriptum est, et Deum esse, ut hæc verba declarant : « Dixit autem Deus Abrahæ : Ne durum sit coram te super puero et super ancilla? » Ita eos interrogabam.

Respondit Trypho : Maxime; verum ex his minime demonstrasti alium esse Deum, præter hunc, qui Abrahæ cæterisque patriarchis et prophetis visus est, sed nos probasti minus recte existimasse tres illos, qui in tabernaculo apud Abraham fuerunt, angelos omnes fuisse.

Rursum ego : Siquidem ex Scripturis ipsis demonstrare non possem, unum ex tribus illis **152** et Deum esse, et ideo, ut jam dixi, angelum vocari, quod nuntium iis perferat, quibus mandata sua perferri vult universorum creator Deus, merito sane de ipso illo qui in terris in viri specie, non secus ac duo comites angeli, visus est Abrahæ, quique ante mundum conditum Deus erat, idem sentiretis, quod tota gens vestra sentit.

Omnino, inquit ille; ita enim hactenus tenuimus.

Tum ego rursum : Ad Scripturas, inquam, me referens persuadere vobis conabor hunc ipsum, qui Abrahæ et Jacob et Moysi visus esse dicitur, ac Deus a Scriptura vocatur, alium esse ab eo qui omnia creavit Deo, alium, inquam, numero, non sententia. Nihil enim eum unquam fecisse affirmo, nisi quod eum mundi creator, supra quem alius non est Deus, facere voluit et dicere.

Tum Trypho : Fac igitur hunc esse demonstres, ut id quoque tibi assentiamur. Neque enim id te dicere suspicamur, aliquid eum præter sententiam creatoris universorum aut fecisse aut locutum esse.

[87] Gen. xxi, 9-12.

διαῤῥήδην εἰρημένων· ἔστι δὲ ταῦτα· « Ἰδοῦσα δὲ Σάῤῥα τὸν υἱὸν Ἄγαρ τῆς παιδίσκης τῆς Αἰγυπτίας, ὃς ἐγένετο τῷ Ἀβραὰμ, παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, εἶπε τῷ Ἀβραάμ· ἔκβαλε τὴν παιδίσκην ταύτην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς· οὐ γὰρ κληρονομήσει (56) ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης ταύτης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ. Σκληρὸν δὲ ἐφάνη τὸ ῥῆμα σφόδρα ἐναντίον Ἀβραὰμ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· Μὴ σκληρὸν ἔστω ἐναντίον σου περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῆς παιδίσκης. Πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ σοι Σάῤῥα, ἄκουε τῆς φωνῆς αὐτῆς· ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. » Νενοήκατε οὖν ὅτι ὁ εἰπὼν τότε ὑπὸ τὴν δρῦν ἐπαναστρέψαι, ὡς προηπίστατο ἀναγκαῖον εἶναι τῷ Ἀβραὰμ συμβουλεῦσαι ἅπερ ἐβούλετο αὐτὸν Σάῤῥα, ἐπανελήλυθεν ὡς γέγραπται, καὶ Θεός ἐστιν, ὡς οἱ λόγοι σημαίνουσιν, οὕτως εἰρημένοι· « Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· Μὴ σκληρὸν ἔστω ἐναντίον σου περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῆς παιδίσκης; » ἐπυνθανόμην.

Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη· Μάλιστα· οὐκ ἐκ τούτου δὲ ἀπέδειξας ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ Θεὸς παρὰ τοῦτον τὸν ὀφθέντα τῷ Ἀβραὰμ, ὃς καὶ τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις καὶ προφήταις ὤπτο, ἀλλ' ἡμᾶς ἀπέδειξας οὐκ ὀρθῶς νενοηκότας, ὅτι οἱ τρεῖς, οἱ ἐν τῇ σκηνῇ παρὰ τῷ Ἀβραὰμ γενόμενοι, ὅλοι ἄγγελοι ἦσαν.

Καὶ πάλιν ἐγώ· Εἰ οὖν καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν μὴ εἶχον ἀποδεῖξαι ὑμῖν, ὅτι εἷς τῶν τριῶν ἐκείνων καὶ ὁ Θεός (57) ἐστι, καὶ ἄγγελος καλεῖται, ἐκ τοῦ ἀγγέλλειν, ὡς προέφην, οἷσπερ βούλεται τὰ παρ' αὐτοῦ ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς Θεὸς, τοῦτον τὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἰδέᾳ ἀνδρὸς ὁμοίως τοῖς σὺν αὐτῷ παραγενομένοις δυσὶν ἀγγέλοις φαινόμενον τῷ Ἀβραὰμ, τὸν καὶ πρὸ ποιήσεως κόσμου ὄντα Θεὸν, τοῦτο νοεῖν ὑμᾶς εὔλογον ἦν· ὅπερ τὸ πᾶν ἔθνος ὑμῶν νοεῖ.

Καὶ πάνυ, ἔφη· οὕτως γὰρ καὶ μέχρι τοῦ δευτέρου (58) εἴχομεν.

Κἀγὼ πάλιν εἶπον· Ἐπὶ τὰς Γραφὰς ἐπανελθών, πειράσομαι πεῖσαι ὑμᾶς, ὅτι οὗτος ὅ τε τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῷ Μωσεῖ ὤφθαι λεγόμενος καὶ γεγραμμένος Θεὸς, ἕτερός ἐστι τοῦ πάντα ποιήσαντος Θεοῦ, ἀριθμῷ λέγω, ἀλλὰ οὐ γνώμῃ. Οὐδὲν γάρ φημι αὐτὸν πεπραχέναι ποτὲ (59), ἢ ἅπερ αὐτὸν (60) ὁ τὸν κόσμον ποιήσας, ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι Θεὸς, βεβούληται καὶ πρᾶξαι καὶ ὁμιλῆσαι.

Καὶ ὁ Τρύφων· Ὅτι οὖν καὶ ἔστιν ἀπόδειξον ἤδη, ἵνα καὶ τούτῳ συνθώμεθα. Οὐ γὰρ παρὰ γνώμην τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων φάσκειν τι ἢ πεποιηκέναι αὐτὸν, ἢ λελαληκέναι, λέγειν σε ὑπολαμβάνομεν.

(56) *Κληρονομήσει.* Regius codex κληρονομήσει σε.

(57) *Ὁ Θεός.* Sexcenties Christus, ὁ Λόγος, a Justino Θεός, omisso articulo, appellatur, qua in re Alexandrinam loquendi consuetudinem sequitur. Quod si hoc loco articulus est præfixus (sic præterea bis tantum : num. 75 et 113), id librarii non admodum attenti errorem sapit. Supremus autem Deus ὁ ὄντως Θεός, a martyre mox ὁ Θεός, mox Θεός vocatur. Otto.

(58) *Μέχρι τοῦ δευτέρου.* Multo melius Sylburgius et Langus legendum monuerunt μέχρι τοῦ δεῦρο.

(59) *Πεπραχέναι ποτέ.* Addit Clericus ἢ εἰπεῖν. —Videtur addendum esse ἢ ὡμιληκέναι. Paulo post enim, καὶ πρᾶξαι καὶ ὁμιλῆσαι (infra : πεποιηκέναι αὐτὸν ἢ λελαληκέναι). Errandi ansam librario dedit repetitum ἢ. Thirlbius, præeunte Clerico, minus recte voluit ἢ εἰπεῖν. Otto.

(60) *Αὐτόν.* Neminem arbitror dubitaturum quin recte restituerim, pro vulg. αὐτός, quod, ut in aprico est, originem duxit a casu qui sequitur nominativo, ὁ τ. κ. ποιήσας. Otto.

Digitized by Google

Κἀγὼ εἶπον· Ἡ Γραφὴ οὖν ἡ προλελεγμένη παρ' ἐμοῦ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν ποιήσει. Ἔστι δὲ ταῦτα· « Ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγὼρ, καὶ ὁ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας καὶ πᾶσαν τὴν περίοικον. » A

Καὶ ὁ τέταρτος τῶν σὺν Τρύφωνι παραμεινάντων ἔφη· Ὃν οὖν ὁ λόγος διὰ Μωσέως τῶν δύο ἀγγέλων κατελθόντων (61) εἰς Σόδομα, καὶ Κύριον ἕνα (62) ὠνόμασε, παρὰ τοῦτον, καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν [τὸν (62*)] ὀφθέντα τῷ Ἀβραὰμ λέγειν ἀνάγκη.

Οὐ διὰ τοῦτο, ἔφην, μόνον, ὅπερ ἦν, ἐκ παντὸς τρόπου ὁμολογεῖν ἔδει, ὅτι καὶ παρὰ τὸν νοούμενον ποιητὴν τῶν ὅλων ἄλλος τις κυριολογεῖται ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐ μόνον δὲ διὰ Μωσέως, ἀλλὰ καὶ διὰ Δαυίδ. Καὶ γὰρ καὶ δι' ἐκείνου εἴρηται· « Λέγει ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, » ὡς προείρηκα. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Εἰ οὖν καὶ ἄλλον τινὰ θεολογεῖν καὶ κυριολογεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν φατε ὑμεῖς παρὰ τὸν Πατέρα τὸν ὅλων (63) καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ἀποκρίνασθέ μοι, ἐμοῦ ἀποδεῖξαι ὑμῖν ὑπισχνουμένου ἀπ' αὐτῶν τῶν Γραφῶν, ὅτι οὐχ εἷς τῶν δύο ἀγγέλων τῶν κατελθόντων εἰς Σόδομά ἐστιν ὃν ἔφη ἡ Γραφὴ Κύριον, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν σὺν αὐτοῖς καὶ Θεὸν λεγόμενον ὀφθέντα τῷ Ἀβραάμ. C

Καὶ ὁ Τρύφων· Ἀποδείκνυε· καὶ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ἥ τε ἡμέρα προκόπτει, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὰς οὕτως ἐπικινδύνους ἀποκρίσεις οὐκ ἐσμεν ἕτοιμοι· ἐπειδὴ οὐδενὸς οὐδέποτε ταῦτα ἐρευνῶντος, ἢ ζητοῦντος, ἢ ἀποδεικνύντος ἀκηκόαμεν (64)· καὶ σοῦ λέγοντος

Ego autem : Scriptura, inquam, a me jam allata id vobis ante oculos ponet. Sic autem se habet : « Sol egressus est super terram, et Lot ingressus est Segor; et Dominus pluit super Sodomam sulphur et ignem a Domino de cœlo, et subvertit civitates has, et omnem circa regionem [58]. »

Hic qui cum Tryphone quartus remanserat : Qui igitur, inquit, ex duobus angelis Sodoma petentibus solus a Scriptura per Moysem etiam Dominus appellatur, præter eum ipse etiam Deus, qui Abrahæ apparuit, necessario dicendus est.

Non hanc tantum ob causam, inquam, id quod res est, omnino confiteri oportebat alium quemdam, præter eum, quem creatorem universorum agnoscimus, a Spiritu sancto Dominum appellari. Neque B id solum per Moysem, sed etiam per Davidem. Nam et per eum dictum est : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [59], » ut jam recitavi [60]. Et rursus alio in loco : « Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi. Virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ consortibus tuis [61]. » Utrum igitur alium quemdam a Spiritu sancto, præter Creatorem universorum et Christum ejus, Deum et Dominum vocari dicatis, respondete mihi; nam vobis recipio demonstraturum me ex ipsis Scripturis non alterum duorum angelorum, qui Sodoma petebant, a Scriptura Dominum appellari, sed eum qui cum illis erat, quique Deus Abrahæ visus dicitur.

153 Tum Trypho : Demonstra, inquit; nam ut vides, dies procedit, nec ad responsiones ita periculosas parati sumus : propterea quod neminem unquam ista investigantem, aut quærentem, aut demonstrantem audivimus; neque te disserentem au-

[58] Gen. XIX, 23. [59] Psal. CIX, 1. [60] n. 33. [61] Psal. XLIV, 7, 8.

(61) *Ἀγγέλων κατελθόντων*, etc. Nihil mutandum in his verbis unius ex Tryphonis comitibus, quamvis variæ exstiterint in hoc loco immutando conjecturæ. Ut sententiæ series perspiciatur, duo animadvertenda sunt. 1° Fatetur Tryphonis comes, id quod Justinus tantopere contendebat, duas esse personas, quibus nomen Domini dandum sit. 2° Sed totam rem sic interpretatur, quasi angelorum, qui Sodoma petierunt, alter appelletur Dominus præter ipsum Abrahæ conspectum Deum. Duo pariter observanda in Justini responsione; laudat et confirmat id, quod Tryphonis socius concedere videbatur, alium esse, præter Creatorem universorum, qui Dominus a Scriptura dicatur; deinde promittit se demonstraturum, non alterum ex duobus angelis, qui Sodoma petierunt, a Scriptura Dominum vocari, sed eum qui cum illis erat, quique Deus Abrahæ visus dicitur. Summa ergo inter Justini et ejus adversariorum dicta consensio.

(62) *Καὶ Κύριον ἕνα.* Frustra conjunctionem expungunt interpretes. Significat enim eum, de quo hic agitur, non solum angelum, sed etiam Dominum vocari. Legendum putat Sylburgius, Τρίτον καὶ Κύριον ὠνόμασε παρὰ τὸν ἕνα, τοῦτον καὶ Θεὸν αὐτόν, etc. Vel hoc modo : Καὶ Κύριον ὠνόμασε, παρὰ τὸν ἕνα, καὶ Θεὸν, τὸν αὐτὸν τὸν ὀφθέντα, etc. Sed hæc a sententia hujus loci longe aberrant.

(62*) Omisit errore Maranus. Otto.

(63) *Τὸν Πατέρα τὸν ὅλων.* Legit Grabius ac Iren. pag. 208, τῶν ὅλων. Sed observat Thirlbius legi τὸν ὅλων infra n. 61, et *Apol.* 1, n. 13. Fatetur tamen hanc constructionem in aliis casibus non reperiri apud Justinum, ac inde Grabii conjecturam confirmari.

(64) *Οὐδενὸς οὐδέποτε... ἀκηκόαμεν.* Recens Socinianus, qui sibi Artemonii nomen imposuit, hæc Tryphonis verba arripuit (part. II, c. 18), ut Justinum probet e Platonis schola novam et inauditam opinionem in Ecclesiam induxisse. Quinetiam quod ait supra Justinus (n. 53) testimonia Scripturæ, quæ objicere Judæis statuerat, nova illis visum iri, inde colligit Artemonius Justinum sibi novitatis conscium fuisse. Impiam hanc temeritatem refellunt non solum scriptores Justino antiquiores, sed ipse etiam Justinus, qui declarat, n. 48, maximam partem Christianorum, id est catholicos omnes et plurimas sectas de Christi divinitate consentire. Quomodo ergo totum orbem terrarum Justinus intra paucos annos nova doctrina imbuere potuisset, ac traditionis apostolicæ vestigia in Ecclesiis et in tot sectis delere?

Digitized by Google

lisseimus, nisi ad Scripturas omnia referres; ex iis enim demonstrandi rationem deducere studes, nec alium, supra universorum Deum, esse pronuntias.

Tum ego : Scitis igitur, inquam, Scripturam dicere : « Et dixit Dominus ad Abraham : Quid, quod risit Sara, dicens : Num utique vere pariam? Ego autem senui. Nunquid apud Deum impossibile est verbum? In tempore hoc revertar ad te in horas : et erit Saræ filius [62]. » Et paulo post : Exsurgentes autem inde viri conspexerunt in faciem Sodomorum et Gomorrhæ : Abraham autem simul ambulabat cum eis comitans eos. Dominus autem dixit : Non abscondam ego ab Abraham, puero meo, quæ ego facio [63]. » Et rursum post pauca sic ait : « Dixit Dominus : Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus, et peccata eorum magna valde. Descendens ergo videbo, si secundum clamorem ipsorum venientem ad me consummantur; sin autem non, ut sciam. Et recedentes inde viri venerunt in Sodoma. Abraham autem erat stans in conspectu Domini, et appropinquans Abraham dixit : Nunquid simul perdes justum cum impio [64]? » et quæ sequuntur; non enim eadem rursus videntur scribenda, cum omnia prius scripserim; sed ea, ex quibus demonstrationem Tryphoni et sociis ejus confeci, necesse est dicere. Tum ergo veni ad ea quæ sequuntur : « Abiit autem Dominus, postquam cessavit loquens ad Abraham. Et ipse reversus est in locum suum. Venerunt autem angeli duo in Sodoma vesperi, Lot autem sedebat ad portam Sodomorum [65], » et quæ sequuntur, usque ad : « Extendentes autem viri manus attraxerunt Lot ad seipsos in domum : et ostium domus clauserunt [66] : » et sequentia usque ad : « Et tenuerunt angeli manum ejus, et manum uxoris ejus, et manus filiarum ejus, in eo, quod parceret Dominus ei. Et factum est mox, ut eduxerunt eos foras, ut dicerent : Salva, salva animam tuam; ne respexeris retrorsum, nec steteris in omni circa regione; in montem salvum te fac, ne forte simul comprehendaris. Dixit autem Lot ad illos : Oro, Domine, quia invenit puer tuus misericordiam ante te, et magnificasti justitiam tuam, quod facis in me, ut vivat anima mea, ego autem non possum salvus fieri in montem; ne forte comprehendant mé mala, et moriar. Ecce hæc civitas prope est, quo confugiam, isthic exigua. Isthic salvus ero, quam modica est, et vivet anima mea. Et dixit ei : Ecce admiratus sum faciem tuam, etiam in verbo hoc, ut non evertam civitatem, de qua locutus es. Festina igitur ad evadendum illuc; non enim potero facere rem, donec tu venias illuc. Propterea vocavit nomen civitatis Segor. Sol egressus est super terram; et Lot ingressus est in Segor. Et Dominus pluit super **154** Sodoma et Gomorrha

A οὐκ ἠνειχόμεθα, εἰ μὴ πάντα ἐπὶ τὰς Γραφὰς ἀνῇγες· ἐξ αὐτῶν γὰρ τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι σπουδάζεις, καὶ μηδένα ὑπὲρ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων εἶναι Θεὸν ἀποφαίνῃ.

Κἀγὼ, Ἐπίστασθε οὖν, ἔφην, ὅτι ἡ Γραφὴ λέγει· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ἀβραάμ· Τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα, λέγουσα· Ἆρά γε ἀληθῶς τέξομαι; Ἐγὼ δὲ γεγήρακα. Μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; Εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἀναστρέφω πρὸς σὲ εἰς ὥρας, καὶ τῇ Σάῤῥᾳ υἱὸς ἔσται. » Καὶ μετὰ μικρόν· « Ἐξαναστάντες δὲ ἐκεῖθεν οἱ ἄνδρες, κατέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας· Ἀβραὰμ δὲ συνεπορεύετο μετ' αὐτῶν, συμπέμπων αὐτούς. Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· Οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ. » Καὶ μετ' ὀλίγον πάλιν
B οὕτως φησίν· « Εἶπε Κύριος· Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Καταβὰς οὖν ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρὸς μὲ συντελοῦνται· εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ. Καὶ ἀποστρέψαντες οἱ ἄνδρες ἐκεῖθεν, ἦλθον εἰς Σόδομα. Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἑστηκὼς ἐναντι Κυρίου, καὶ ἐγγίσας Ἀβραὰμ, εἶπεν· Μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς; » καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ γὰρ γράφειν πάλιν τὰ αὐτὰ, τῶν πάντων προγεγραμμένων, δοκεῖ μοι, ἀλλ' ἐκεῖνα δι' ὧν καὶ τὴν ἀπόδειξιν τῷ Τρύφωνι καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πεποίημαι, λέγειν ἀναγκαῖον. Τότε οὖν ἦλθον ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς λέλεκται ταῦτα· « Ἀπῆλθε δὲ Κύριος ὡς ἐπαύσατο λέγων τῷ Ἀβραάμ· καὶ ἀπῆλθεν (65) εἰς τὸν
C τόπον αὐτοῦ. Ἦλθον δὲ οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας. Λὼτ δὲ ἐκάθητο παρὰ τὴν πύλην Σοδόμων· » καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως μέχρι τοῦ· « Ἐκτείναντες δὲ οἱ ἄνδρες τὰς χεῖρας, ἐπίασαν τὸν Λὼτ πρὸς ἑαυτοὺς εἰς τὸν οἶκον, καὶ τὴν θύραν τοῦ οἴκου προσέκλεισαν· » καὶ τὰ ἑπόμενα μέχρι τοῦ· « Καὶ ἐκράτησαν οἱ ἄγγελοι τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς χειρὸς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν χειρῶν τῶν θυγατέρων αὐτοῦ ἐν τῷ φείσασθαι Κύριον αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐξήγαγον αὐτοὺς ἔξω, καὶ εἶπον· Σῶζε, σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. Μὴ περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω, μηδὲ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ· εἰς τὸ ὄρος σώζου, μήποτε συμπαραληφθῇς. Εἶπε δὲ Λὼτ πρὸς αὐτούς· Δέομαι, Κύριε, ἐπειδὴ εὗρεν ὁ παῖς σου ἔλεος ἐναντίον σου, καὶ ἐμεγάλυνας τὴν δικαιοσύνην σου, ὃ
D ποιεῖς ἐπ' ἐμὲ τοῦ ζῆν τὴν ψυχήν μου· ἐγὼ δὲ οὐ δύναμαι διασωθῆναι εἰς τὸ ὄρος, μὴ καταλάβῃ με τὰ κακὰ καὶ ἀποθάνω. Ἰδοὺ ἡ πόλις αὕτη ἐγγὺς τοῦ καταφυγεῖν ἐστιν ἐκεῖ μικρά· ἐκεῖ σωθήσομαι, ὡς μικρά ἐστι· καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ τοῦ μὴ καταστρέψαι τὴν πόλιν περὶ ἧς ἐλάλησας. Σπεῦσον τοῦ σωθῆναι ἐκεῖ· οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιῆσαι πρᾶγμα ἕως τοῦ εἰσελθεῖν σε ἐκεῖ. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τῆς πόλεως Σηγώρ. Ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ Λὼτ εἰσῆλ-

[62] Gen. xviii, 13, 14. [63] Ibid., 16, 17. [64] Ibid., 20-23. [65] Ibid., 33 et xix, 1. [66] Gen. xix, 10.

(65) *Καὶ ἀπῆλθεν.* Manifestum est subaudiri Ἀβραάμ, ut legitur in Bibliis.

Digitized by Google

θεν εἰς Σηγώρ. Καὶ ὁ Κύριος ἔβρεξεν εἰς Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας, καὶ πᾶσαν τὴν περίοικον. » Καὶ πάλιν παυσάμενος ἐπέφερον· Καὶ νῦν οὐ νενοήκατε, φίλοι, ὅτι ὁ εἷς τῶν τριῶν ὁ καὶ Θεὸς καὶ Κύριος τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπηρετῶν, κύριος τῶν δύο ἀγγέλων; προσελθόντων (66) γὰρ αὐτῶν εἰς Σόδομα, αὐτὸς ὑπολειφθεὶς προσωμίλει τῷ Ἀβραὰμ τὰ ἀναγεγραμμένα ὑπὸ Μωσέως· οὗ καὶ αὐτοῦ ἀπελθόντος μετὰ τὰς ὁμιλίας, ὁ Ἀβραὰμ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. Οὗ ἐλθόντος, οὐκέτι δύο ἄγγελοι ὁμιλοῦσι τῷ Λὼτ, ἀλλ' αὐτὸς, ὡς ὁ λόγος δηλοῖ, καὶ Κύριός ἐστι, παρὰ Κυρίου τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, τουτέστι τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων, λαβὼν τὸ ταῦτα ἀπενεγκεῖν Σοδόμοις καὶ Γομόρροις, ἅπερ ὁ λόγος καταριθμεῖ, οὕτως εἰπών· « Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. »

A sulphur et ignem a Domino de cœlo : et evertit civitates has, et omnem vicinam in circuitu regionem [67]. » Hæc ubi desii, rursus adjeci : Anne nunc quidem, amici, intellexistis unum ex tribus, qui et Deus et Dominus est, ei, qui in cœlo est, ministrans, duorum angelorum esse dominum? His enim Sodomam profectis, relictus ipse cum Abrahamo ea loquitur, quæ a Moyse narrantur. Qui cum et ipse discessisset post colloquium, reversus est Abraham ad locum suum. Is autem ubi advenit, non jam duo angeli, sed ipse cum Lot, ut declarat Scriptura, colloquitur, ac Dominus est, ab eo qui in cœlis est Domino, id est, a Creatore universorum accipiens, ut hæc infligat Sodomis et Gomorrhis, quæ Scriptura enumerat his verbis : « Dominus pluit super B Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino de cœlo. »

57. Καὶ ὁ Τρύφων, σιγήσαντός μου, εἶπεν· Ὅτι μὲν ἡ Γραφὴ τοῦτο ἀναγκάζει ὁμολογεῖν ἡμᾶς, φαίνεται· ὅτι δὲ ἀπορῆσαι ἄξιόν ἐστι περὶ τοῦ λεγομένου, ὅτι ἔφαγε τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατασκευασθέντα καὶ παρατεθέντα, καὶ σὺ ἂν ὁμολογήσειας.

57. *Objicit Judæus cur comedisse dicatur si Deus est. Responsio Justini.* — Hic Trypho, tacente me : Atque id quidem ut fateamur, inquit, a Scriptura nos cogi manifestum est; sed quod parata ab Abrahamo et apposita comedisse dicitur, id dignum esse de quo ambigatur, ne ipse quidem negaveris.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· Ὅτι μὲν βεβρώκασι γέγραπται· εἰ δὲ τοὺς τρεῖς ἀκούσαιμεν λελέχθαι βεβρωκέναι, καὶ μὴ τοὺς δύο μόνους, οἵτινες ἄγγελοι τῷ ὄντι ἦσαν, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὡς δῆλόν ἐστιν ἡμῖν, τρεφόμενοι, κἂν μὴ ὁμοίαν τροφὴν ἥπερ οἱ ἄνθρωποι χρώμεθα, τρέφονται· περὶ γὰρ τῆς τροφῆς τοῦ μάννα ἣν ἐτράφησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἡ Γραφὴ C οὕτω λέγει, ὅτι ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγον· εἴποιμ' ἂν ὅτι ὁ λόγος ὁ λέγων βεβρωκέναι, οὕτως ἂν λέγοι, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ εἴποιμεν ἐπὶ πυρὸς, ὅτι πάντα κατέφαγεν· ἀλλὰ μὴ πάντως τοῦτο ἐξακούειν, ὅτι ὀδοῦσι καὶ γνάθοις μασώμενοι βεβρώκασιν. Ὥστε οὐδὲ ἐνταῦθα ἀπορήσαιμεν ἂν περὶ οὐδενὸς, εἰ τροπολογίας ἐμπειροι κἂν μικρὸν ὑπερέχωμεν.

Et Trypho : Hæc quidem sic leniri et expediri possunt, si distinguatur edendi modus, quatenus consumptis quæ ab Abrahamo præparata fuerant, eos edisse scriptum est. Quare jam aggredere ad id nobis explicandum, quomodo Deus ille, qui Abrahæ apparuit, et creatoris universorum Dei minister est, ex Virgine genitus, homo similia omnibus perD ferens, ut jam dixisti, factus sit.

Καὶ ὁ Τρύφων· Δυνατὸν καὶ ταῦτα οὕτω θεραπευθῆναι περὶ τρόπου βρώσεως, παρ' ὃν ἀναλώσαντας τὰ παρασκευασθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, βεβρωκέναι γεγραμμένον ἐστίν· ὥστε ἔρχου ἤδη ἀποδώσων ἡμῖν τὸν λόγον, πῶς οὗτος ὁ τῷ Ἀβραὰμ ὀφθεὶς Θεὸς, καὶ ὑπηρέτης ὢν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, διὰ τῆς Παρθένου γεννηθεὶς, ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς πᾶσιν, ὡς προέφης, γέγονεν.

At ego : Prius per te mihi liceat, Trypho, alia quædam argumenta ad hoc caput pluribus demonstrandum colligere, ut et vobis id quoque exploratum sit; ac postea petitum a te sermonem reddam.

Κἀγὼ, Συγχώρει, ὦ Τρύφων, πρότερον, εἶπον, καὶ ἄλλας τινὰς ἀποδείξεις τῷ κεφαλαίῳ τούτῳ συναγαγεῖν διὰ πολλῶν, ἵνα καὶ ὑμεῖς πεπεισμένοι καὶ περὶ τούτου ἦτε, καὶ μετὰ τοῦτο ὃν ἀπαιτεῖς λόγον ἀποδώσω.

Κἀκεῖνος· Ὡς σοι δοκεῖ, ἔφη, πρᾶττε· καὶ ἐμοὶ γὰρ πάνυ ποθητὸν πρᾶγμα πράξεις.

Tum ille : Fac, inquit, ut tibi videtur; mihi enim rem optatam facies.

58. Κἀγὼ εἶπον· Γραφὰς ὑμῖν ἀνιστορεῖν μέλλω, οὐ κατασκευὴν λόγων ἐν μόνῃ τέχνῃ ἐπιδείκνυσθαι σπεύδω· οὐδὲ γὰρ δύναμις ἐμοὶ τοιαύτη τίς ἐστιν,

58. *Idem probatur ex visionibus Jacob oblatis.* — Et ego dixi : Scripturas vobis referam, nec apparatum verborum ad solam artem ostentare volo;

[67] Gen. xix, 16-25.

(66) *Προσελθόντων.* Sylburgius legendum putat προαπελθόντων. Thirlbius προελθόντων.

Digitized by Google

neque enim mihi est ejusmodi facultas, sed tantum gratia mihi a Deo concessa, ut ejus Scripturas intelligam; cujus gratiæ omnes adhortor ut gratis et copiose participes fiant, ne vel hac de causa condemner in judicio, quod creator universorum Deus per Dominum meum Jesum Christum facturus est.

155 Hic Trypho: Digne quidem religione hoc etiam facis; sed mihi dissimulatione uti videris, cum te orationis artificio distinctæ facultatem assecutum negas.

Rursus ego: Quoniam, inquam, hæc ita se habere tibi videntur, ita sane habeant; mihi autem persuasum est verum esse quod dixeram. Sed ut jam reliquas potius demonstrationes persequar, animum adverte.

Loquere, inquit ille.

Tum ego: Rursus a Moyse, inquam, fratres, scriptum est ipsum illum, qui visus patriarchis Deus dicitur, Angelum et Dominum vocari, ut ex his etiam cognoscatis eum parenti universorum ministrare, quemadmodum jam assensi estis, et constanter pluribus argumentis persuasum habere pergetis. Referens igitur per Moysem divinus sermo ea quæ Jacob Abrahæ nepotem spectant, ita loquitur: « Et factum est, quando concipiebant oves in utero accipientes, et vidi eas oculis in somnis. Et ecce hirci, et arietes ascendentes super oves et capras, subalbi, et varii, et cineritii sparsi. Et dixit mihi angelus Dei per somnum: Jacob, Jacob. Ego autem dixi: Quid est, Domine? et dixit: Respice oculis tuis, et vide hircos et arietes ascendentes super oves et capras, subalbos, et varios, et cineritios sparsos. Vidi enim quæcunque tibi Laban facit. Ego sum Deus, qui apparui tibi in loco Dei: ubi unxisti mihi ibi titulum, et vovisti ibi votum. Nunc igitur exi, et consurge de terra hac, et abi in terram generationis tuæ; et ero tecum [66].» Atque iterum alio loco de Jacob loquens, ita dicit: « Surgens autem nocte illa accepit duas uxores, et duas ancillas, et undecim parvulos suos, et transivit transitum Jaboc, et accepit eos, et transivit torrentem, et traduxit omnia sua. Remansit autem Jacob solus; et luctabatur angelus cum eo usque mane. Vidit autem, quia non valet erga eum: et tetigit latitudinem femoris ejus, et obtorpuit latitudo femoris Jacob, dum luctatur ipse cum eo. Et dixit ei: Dimitte me, ascendit enim diluculum. At ille dixit: Non te dimittam, nisi me benedixeris. Dixit autem ei: Quod est nomen tuum? At ille dixit: Jacob. Et dixit ei: Non vocabitur ultra nomen tuum Jacob, sed Israel

[66] Gen. xxxi, 10-13.

A ἀλλὰ χάρις παρὰ Θεοῦ μόνη εἰς τὸ συνιέναι τὰς Γραφὰς αὐτοῦ ἐδόθη μοι· ἧς χάριτος καὶ πάντας κοινωνοὺς ἀμισθωτὶ καὶ ἀφθόνως παρακαλῶ γίνεσθαι, ὅπως μὴ καὶ τούτου χάριν κρίσιν ὀφλήσω, ἐν ᾗπερ μέλλει κρίσει (66) διὰ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων Θεὸς ποιεῖσθαι.

Καὶ ὁ Τρύφων· Ἀξίως μὲν θεοσεβείας καὶ τοῦτο πράττεις· εἰρωνεύεσθαι δέ μοι δοκεῖς, λέγων δύναμιν λόγων τεχνικῶν μὴ κεκτῆσθαι.

Κἀγὼ πάλιν ἀπεκρινάμην· Ἐπεί σοι δοκεῖ ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἐχέτω· ἐγὼ δὲ πέπεισμαι ἀληθῶς εἶναι (67). Ἀλλ' ἵνα μᾶλλον τὰς ἀποδείξεις τὰς λοιπὰς ἤδη ποιήσωμαι, πρόσεχε τὸν νοῦν.

B Κἀκεῖνος· Λέγε.

Κἀγώ· Ὑπὸ Μωσέως, ὦ ἀδελφοί, πάλιν γέγραπται, ἔλεγον, ὅτι οὗτος ὁ ὀφθεὶς τοῖς πατριάρχαις λεγόμενος Θεὸς (68), καὶ ἄγγελος καὶ Κύριος λέγεται, ἵνα καὶ ἐκ τούτων ἐπιγνῶτε αὐτὸν ὑπηρετοῦντα τῷ τῶν ὅλων Πατρὶ, ὡς ἤδη συνέθεσθε, καὶ διὰ πλειόνων πεπεισμένοι βεβαίως μενεῖτε. Ἐξηγούμενος οὖν διὰ Μωσέως ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ τὰ περὶ Ἰακὼβ τοῦ υἱωνοῦ τοῦ Ἀβραὰμ, οὕτως φησί· « Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐκίσσων τὰ πρόβατα ἐν γαστρὶ λαμβάνοντα, καὶ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὰ ἐν τῷ ὕπνῳ. Καὶ ἰδοὺ, οἱ τράγοι καὶ οἱ κριοὶ ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, διάλευκοι καὶ ποικίλοι καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί. Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνους· C Ἰακὼβ, Ἰακώβ. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Τί ἐστι, Κύριε; Καὶ εἶπεν· Ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τοὺς τράγους καὶ τοὺς κριοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα καὶ τὰς αἶγας, διαλεύκους καὶ ποικίλους καὶ σποδοειδεῖς ῥαντούς. Ἑώρακα γὰρ ὅσα σοι Λάβαν ποιεῖ. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῷ τόπῳ Θεοῦ, οὗ ἠλείψας μοι ἐκεῖ στήλην, καὶ ηὔξω ἐκεῖ εὐχήν. Νῦν οὖν ἔξελθε καὶ ἀνάστηθι (69) ἐκ τῆς γῆς ταύτης, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεώς σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ.» Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰακὼβ λέγων, οὕτως φησίν· « Ἀναστὰς δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἔλαβε τὰς δύο γυναῖκας, καὶ τὰς δύο παιδίσκας, καὶ τὰ ἕνδεκα παιδία αὐτοῦ, καὶ διέβη τὴν διάβασιν τοῦ Ἰαβώχ· καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς, καὶ διέβη τὸν χειμάῤῥουν, καὶ διεβίβασε πάντα D τὰ αὐτοῦ. Ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος· καὶ ἐπάλαιεν ἄγγελος (70) μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ. Εἶδε δὲ, ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτὸν, καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀπόστειλόν με· ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐ μή σε ἀποστείλω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς.

(66) *Ἐν ᾗπερ μέλλει κρίσει.* H. e. ἐν τῇ κρίσει ἥνπερ μέλλει. EDIT. PATROL.

(67) *Ἀληθῶς εἶναι.* Legit Thirlbius ἄλλως εἶναι, vel ἀληθῶς εἰπεῖν. Cui quidem conjecturæ quantum tribuendum sit, aliorum esto judicium.

(68) *Ὁ ὀφθεὶς... λεγόμενος Θεός.* Respicere videtur ad ipsius Dei verba, quæ non multo post sequuntur. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι.

(69) *Ἔξελθε καὶ ἀνάστηθι.* Schema est prothysteron; ordo enim verus est ἀνάστηθι καὶ ἔξελθε. SYLB.

(70) *Ἄγγελος.* Legitur in Bibliis ἄνθρωπος, atque ita legendum apud Justinum contendit eruditus Londinensis editor, ut infra n. 126. Equidem ei assentirer, si Justinus semper cum Bibliis consentiret, aut Scripturas semper eodem modo referret.

Digitized by Google

Εἶπε δὲ αὐτῷ· Τί τὸ ὄνομά σου ἐστίν; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰακώβ. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου· ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Ἠρώτησε δὲ Ἰακώβ, καὶ εἶπεν· Ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἶπεν· Ἵνα τί τοῦτο ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου; Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, Εἶδος Θεοῦ· εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐχάρη ἡ ψυχή μου.» Καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰακὼβ ἐξαγγέλλων, ταῦτά φησιν· « Ἦλθε δὲ Ἰακὼβ εἰς Λουζᾶ, ἥ ἐστιν εἰς γῆν Χαναάν, ἥ ἐστι Βαιθήλ, αὐτὸς, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὃς ἦν μετ' αὐτοῦ· καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Βαιθήλ· ἐκεῖ γὰρ ἐφάνη αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἡσαῦ. Ἀπέθανε δὲ Δεβόρρα ἡ τροφὸς Ῥεβέκκας, καὶ ἐτάφη κατωτέρω Βαιθὴλ ὑπὸ τὸν βάλανον· καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα αὐτῆς Βάλανον πένθους. Ὤφθη δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἰακὼβ ἔτι ἐν Λουζᾷ, ὅτε παρεγένετο ἐκ Μεσοποταμίας τῆς Συρίας, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν· καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· Τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ οὐ κληθήσεται ἔτι, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου.» Θεὸς καλεῖται, καὶ Θεός ἐστι, καὶ ἔσται. Καὶ συννευσάντων ταῖς κεφαλαῖς ἁπάντων, ἔφην ἐγώ· Καὶ τοὺς λόγους οἱ ἀγγέλλουσι πῶς ὤφθη αὐτῷ φεύγοντι τὸν ἀδελφὸν Ἡσαῦ, οὗτος καὶ ἄγγελος, καὶ Θεὸς, καὶ Κύριος, καὶ ἐν ἰδέᾳ ἀνδρὸς τῷ Ἀβραὰμ φανεὶς, καὶ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου αὐτῷ τῷ Ἰακὼβ παλαίσας, ἀναγκαῖον εἶναι εἰπεῖν ὑμῖν λογιζόμενος λέγω· εἰσὶ δὲ οὗτοι· « Καὶ ἐξῆλθεν Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ φρέατος τοῦ ὅρκου, καὶ ἐπορεύθη εἰς Χαρράν, καὶ ἀπήντησε τόπῳ, καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ, ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν λίθων τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκε πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, καὶ ἐνυπνιάσθη. Καὶ ἰδοὺ κλῖμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἐπ' αὐτῆς. Ὁ δὲ Κύριος ἐστήρικτο ἐπ' αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου καὶ Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ· ἡ γῆ ἐφ' ἧς σὺ καθεύδεις ἐπ' αὐτῆς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου· καὶ ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς ἡ ἄμμος τῆς γῆς, καὶ πλατυνθήσεται εἰς θάλασσαν, καὶ νότον, καὶ βορρᾶν, καὶ ἀνατολάς· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ, διαφυλάσσων σε ἐν ὁδῷ πάσῃ ᾗ ἂν πορευθῇς· καὶ ἀποστρέψω σε εἰς τὴν γῆν ταύτην, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπω ἕως τοῦ ποιῆσαί με πάντα ὅσα ἐλάλησά σοι. Καὶ ἐξηγέρθη Ἰακὼβ ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Ὅτι ἐστὶ Κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν· καὶ ἐφοβήθη, καὶ εἶπεν· Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο ἀλλ' ἢ οἶκος τοῦ Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἀνέστη Ἰακὼβ τῷ πρωΐ, καὶ ἔλαβε τὸν λίθον ὃν ὑπέθηκεν ἐκεῖ πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ· καὶ ἔστησεν αὐτὸν στήλην, καὶ ἐπέχεε τὸ ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ (71), καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, Οἶκος Θεοῦ· καὶ Οὐλαμμάους ἦν τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ πρότερον.»

A runt: « Ego ut agnus qui portatur ad immolandum. Super me cogitaverunt cogitationem dicentes: Venite, mittamus lignum in panem ejus, et tollamus eum e terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius [98]. » Quoniam autem hunc ex Jeremia locum adhuc nonnulla ex his, quæ apud Judæorum synagogas asservantur, exemplaria scriptum retinent (non enim diu est quod hæc reciderunt), si quando ex his etiam verbis demonstretur consilium a Judæis initum fuisse, ut Christum crucifigentes occiderent, ipsumque ostendatur, quemadmodum et ab Isaia prænuntiatur velut ovis ad necem abductus, ita etiam hoc loco velut agnum minime malum describi; his rebus in angustias conjecti ad blasphemias se convertunt. Hæc etiam B ex Jeremiæ dictis similiter reciderunt: « Recordatus est Dominus Deus mortuorum suorum ex Israele, qui obdormierunt in terra aggeris, et descendit ad eos, ut evangelizaret eis salutare suum. »

73. Καὶ ἀπὸ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου ψαλμοῦ τῶν διὰ Δαβὶδ λεχθέντων λόγων λέξεις βραχείας ἀφείλοντο ταύτας, « ἀπὸ τοῦ ξύλου (48). » Εἰρημένου γὰρ τοῦ λόγου· « Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου· » ἀφῆκαν· « Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν· Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. » Ἐν δὲ τοῖς ἔθνεσι περὶ οὐδενὸς ὡς Θεοῦ καὶ Κυρίου ἐλέχθη ποτὲ ἀπὸ τῶν τοῦ γένους ὑμῶν ἀνθρώπων ὅτι ἐβασίλευσεν, ἀλλ' ἢ περὶ τούτου μόνου τοῦ σταυρωθέντος ὃν καὶ σεσῶσθαι ἀναστάντα ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει,

73. *Resecuerunt « a ligno » ex psalmo* XCV. — Et ex psalmo Davidis nonagesimo quinto perpauca hæc abstulerunt, « a ligno. » Nam cum ita dictum fuisset, « Dicite in gentibus: Dominus regnavit a ligno; » reliquerunt, « Dicite in gentibus: Dominus regnavit. » Nemo autem unquam ex vestro genere exstitit, de quo tanquam de Deo et Domino diceretur, eum in gentibus regnasse, præter hunc solum crucifixum, quem et resurgentem ex mortuis liberatum esse Spiritus sanctus in eodem

[98] Jer. XI, 19.

dacti erant. Hanc enim vim habet verbum βλασφημεῖν. Vid. n. 79, Tryphonis verba. Quis ergo illam exemplarium varietatem ad Judæos absolvendos et Justinum condemnandum idoneam putet?

(45-46) *Καὶ ἐπειδὴ... χωροῦσι.* Hic locus editores mirum in modum torsit. Thirlbius: « Hunc locum, inquit, ex sententia expedire non possum. Cohærebit fortasse aliquanto melius si deleas ὧν, vel pro ὧν ἀπορούμενοι legas ἀποφωρώμενοι, vel δι' αὐτῶν ἀπορούμενοι, vel δι' αὐτῶν (ἀντιγράφων) ἀποφωρώμενοι, vel si legas Καίπερ, ἔφην, aut καὶ ἐπήνεγκα... δηλοῦται· δι' ὧν (vel ὅθεν) ἀπορούμενοι vel ἀποφωρώμενοι, vel λόγων ἀπορούμενοι, » etc. Melius Maranus: mallet is legi μηνύηται (nam antea ἀποδεικνύηται), ita ut verbum δηλοῦται expungendum esset; insuper ἐξ ante ὧν supplet. Scilicet vertit: « ... si quando ex his etiam verbis demonstretur... ipsumque (Christum) ostendatur, quemadmodum et ab Isaia prænuntiatur velut ovis ad necem abductus, ita etiam hoc loco velut agnum minime malum describi: his rebus, » etc. Verbis igitur ὧν ἀπορούμενοι incipit redditionem. Quæ si cui placeant, utatur suo jure: nos nihil mutamus neque mutandum putamus. Etenim ita interpretamur, apodosin ut incipiant verba καὶ αὐτὸς μηνύεται, quibus καὶ ἐνθάδε... δηλοῦται respondent; καὶ... καὶ (καὶ αὐτὸς... καὶ ἐνθάδε) hic — « cum... tum. » Porro comma a Marano sublatum post προεφητεύθη reposui codicibus fretus, ut illud ὡς πρόβ. ἐπὶ σφαγ. ἀγόμ. a μηνύεται pendeat. Verba autem: ἐπειδὰν καὶ... βουλευσάμενοι, ut patet, pertinent ad apodosin causamque continent. Otto.

(47) *Ἐμνήσθη.* Deest etiam hoc testimonium in C nostris codicibus; citatur ab Irenæo, lib. III, cap. 20, sub nomine Isaiæ, et lib. IV, cap. 22, sub Jeremiæ. Sic autem priore loco: « Et commemoratus est Dominus sanctus Israël mortuorum suorum, qui dormierant in terra sepultionis: et descendit ad eos evangelizare salutem quæ est ab eo, ut salvaret eos. » Eruditi viri Grabius et post eum Massuetus observant Irenæum legisse ἅγιος Ἰσραὴλ pro eo quod mendose apud Justinum legi existimant ἀπὸ Ἰσραήλ.

(48) *Ἀπὸ τοῦ ξύλου.* Hæc verba monumentis Ecclesiæ Latinæ celeberrima sunt. Sed apud Græcos vix ullum habent vestigium, si excipias hoc Justini testimonium. Quidam proferunt illud Barnabæ, cap. 8: Ἡ βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ. Citari etiam possunt nonnulla veterum hæreticorum scripta, de quibus sic loquitur Celsus apud Origen. lib. VI, pag. 298: Πανταχοῦ δ' ἐκεῖ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον καὶ ἀνάστασις σαρκὸς ἀπὸ τοῦ ξύλου. « Ubi- D que autem illic lignum vitæ et resurrectio carnis a ligno. » — Ἀπὸ τοῦ ξύλου. Hæc verba, bona hoc S. Justini venia dixerim, non a Judæis resecta sunt, sed ab aliquo Christiano addita. Potissimum autem a scriptoribus Latinæ Ecclesiæ solent usurpari. Tertullian. *adv. Judæos*, c. 10: « Age nunc, si legistis penes Prophetam in Psalmis: *Dominus regnavit a ligno*, exspecto quid intelligas, ne forte lignarium aliquem regem significari putetis et non Christum, qui exinde a passione crucis superata morte regnavit. » Similiter citant Ambrosius, Augustinus, Leo, Gregorius Magnus, alii; sed apud Græcos vix ullum vestigium istorum deprehenditur, excepto hoc Justini testimonio. Otto.

Digitized by Google

psalmo asserit, eumque diis gentium similem non esse declarat; illos enim esse simulacra dæmoniorum. Sed ut quid dicatur intelligatis, totum vobis psalmum recitabo. Sic autem habet : « Cantate Domino canticum novum ; cantate Domino, omnis terra. Cantate Domino, et benedicite nomen ejus; bene nuntiate de die in diem salutare ejus. Annuntiate in gentibus gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus. Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis ; terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium, dæmonia; Dominus autem cœlos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu ejus; sanctitas et magnificentia in sanctificatione ejus. Afferte Domino, **171** patriæ gentium; afferte Domino gloriam et honorem; afferte Domino gloriam in nomine ejus. Tollite hostias, et introite in atria ejus; adorate Dominum in atrio sancto ejus. Commoveatur a facie ejus universa terra; dicite in gentibus : Dominus regnavit. Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur; judicabit populos in æquitate. Lætentur cœli, et exsultet terra; commoveatur mare, et plenitudo ejus. Gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt. Exsultabunt omnia ligna silvæ a facie Domini; quoniam venit, quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate sua [99]. »

Hic Trypho: Utrum ex Scripturis, inquit, aliquid, ut asseris, principes populi deleverint, Deus scire potest. Cæterum videtur id incredibile.

Sane, inquam, incredibile videtur. Est enim horribilius quidpiam, quam quod ab eis commissum est, cum vitulum, manna in terris expleti, conflarunt, aut cum filios immolarunt dæmoniis, aut cum ipsos prophetas occiderunt. Sed mihi, aiebam, existimate nihil vos audiisse de Scripturis, quas furto ab iis sublatas dixi. Satis enim superque sufficiunt ad demonstrationem eorum quæ in quæstionem

A μηνῦον ὅτι οὐκ ἔστιν ὅμοιος τοῖς τῶν ἐθνῶν θεοῖς· ἐκεῖνα γὰρ εἴδωλά ἐστι δαιμονίων (49). Ἀλλ' ὅπως τὸ λεγόμενον νοήσητε, τὸν πάντα ψαλμὸν ἀπαγγελῶ ὑμῖν. Ἔστι δὲ οὗτος· « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ· ὅτι μέγας Κύριος, καὶ αἰνετὸς σφόδρα· φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς· ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· ὁ δὲ Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν. Ἐξομολόγησις καὶ ὡραιότης ἐνώπιον αὐτοῦ· ἁγιωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν· ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν

B ἐν ὀνόματι αὐτοῦ. Αἴρετε θυσίας, καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ· προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν· Ὁ Κύριος ἐβασίλευσε (50). Καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται· κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· σαλευθήσεται ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Χαρήσεται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ ἀπὸ προσώπου Κυρίου· ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. »

Καὶ ὁ Τρύφων· Εἰ μέν, ὡς ἔφης, εἶπε, παρέγραψάν (51) τι ἀπὸ τῶν Γραφῶν οἱ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ,

C Θεὸς δύναται ἐπίστασθαι· ἀπίστῳ δὲ ἔοικε τὸ τοιοῦτον.

Ναί, ἔφην, ἀπίστῳ ἔοικε. Φοβερώτερον γάρ ἐστι τῆς μοσχοποιΐας ἣν ἐποίησαν (52), ἐπὶ γῆς μάννα πεπλησμένοι, καὶ τοῦ τὰ τέκνα θύειν τοῖς δαιμονίοις, ἢ τοῦ αὐτοὺς τοὺς προφήτας ἀνῃρηκέναι. Ἀλλὰ δή, ἔφην, μοὶ νομίζεσθε (53) μηδὲ ἀκηκοέναι ἃς εἶπον περὶ τοῦ κεκλοφέναι αὐτοὺς Γραφάς. Ὑπὲρ αὐταρκείας γὰρ αἱ τοσαῦται προανιστορημέναι εἰσὶν εἰς ἀπόδειξιν τῶν ζητηθέντων μετὰ τῶν λεχθήσεσθαι

[99] Psal. xcvii per totum.

(49) *Εἴδωλά ἐστι δαιμονίων*. Hic psalmi locus ita citatur, n. 44, et *Apol.* I, n. 41, et apud Irenæum, l. III, c. 6, et Clem. Alex. p. 54. Aliter Justinus in ipsa psalmi recitatione et infra, n. 79 et 83. Hæc observatio est Cl. Thirlbii, qui hanc lectionem : Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλά ἐστι δαιμονίων, ex duabus lectionibus coaluisse putat, nempe ps. xcv : Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια, et Paralip. xvi, 26 : Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα.

(50) *Ἐβασίλευσε*. Mirum non addi ἀπὸ τοῦ ξύλου, cum Justinus ita legendum contendat; sed nota est librariorum in ejusmodi rebus audacia.

(51) *Παρέγραψαν*. Uterque codex ad marginem περιέγραψαν « deleverunt. » Sic etiam R. Stephanus ad calcem. « Omnino legendum περιέγραψαν » pronuntiat eruditus Londinensis editor, et supra n. 71, περιεγεγράφθαι pro eo quod legitur παρεγεγράφθαι. Verbum περιγράφω aptius quadrat cum aliis verbis a Justino usurpatis, τέλεον περιεί-

D λον n. 71, ἀφεῖλοντο, περιέκοψαν, ἐξέκοψαν, et n 72, 73. Sed tamen haud scio an retinere possimus παραγεγράφθαι et παρέγραψαν. Scripturæ enim testimonia reciderunt Judæi, dum Scripturam παραγράφουσι, atque ita scriptum esse contendunt. Hinc n. 84, duo tantum ab eis postulat Justinus, quod παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι audeant Scripturas ; et n. 68, hæc duo tantum eis objicit artificia, quod testimonia, quibus premebantur, aut non ita scripta esse ut a Christianis proferebantur, aut in Christum dicta non esse contenderent.

(52) *Ἣν ἐποίησαν*. Uterque codex ad marginem ἧς ἐποίησαν, atque ita R. Stephanus ad calcem.

(53) *Νομίζεσθε*. Legi posse νομίζετε admonuit Sylburgius. Ibidem legit Thirlbius ἃ εἶπον περὶ τοῦ etc., vel ἃς εἶπον περικεκοφέναι. Utraque probabilis emendatio, sed primam ipse non immerito magis probat.

Digitized by Google

μελλόντων παρ' ἡμῖν (54) παραπεφυλαγμένων.

74. Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη· Ὅτι δι' ἡμᾶς ἀξιώσαντας ἀνιστόρησας αὐτὰς, ἐπιστάμεθα. Περὶ δὲ τοῦ ψαλμοῦ τούτου, ὃν τελευταῖον ἔφης ἀπὸ τῶν Δαβὶδ λόγων, οὐ δοκεῖ μοι εἰς ἄλλον τινὰ εἰρῆσθαι, ἀλλ' εἰς τὸν Πατέρα τὸν καὶ τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὴν γῆν ποιήσαντα. Σὺ δ' αὐτὸν φῂς εἰς τὸν παθητὸν τοῦτον, ὃν καὶ Χριστὸν εἶναι σπουδάζεις ἀποδεικνύναι, εἰρῆσθαι.

Καὶ ἀπεκρινάμην· Διὰ λέξεως ἦν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ἀνεφθέγξατο, νοήσατε λέγοντός μου, παρακαλῶ· καὶ γνώσεσθε οὔτε κακῶς με λέγειν, οὔθ' ὑμᾶς (55) ὄντως κεκηλῆσθαι· οὕτως γὰρ ἂν καὶ πολλὰ ἄλλα νοῆσαι τῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρημένων καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι δυνήσεσθε. « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. » Ὡς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν ὅλων ᾄδοντας καὶ ψάλλοντας τοὺς ἀπὸ πάσης τῆς γῆς γνόντας τὸ σωτήριον τοῦτο μυστήριον, τουτέστι τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ τούτους ἔσωσεν, ἐνδιάγοντας, κελεύει, ἐπιγνόντας ὅτι καὶ αἰνετὸς, καὶ φοβερὸς, καὶ ποιητὴς τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ τοῦτο τὸ σωτήριον ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ποιήσας, τὸν καὶ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἀποθνήσκοντα, καὶ βασιλεύειν (56) πάσης τῆς γῆς κατηξιωμένον ὑπ' αὐτοῦ. « Ὡς καὶ διὰ τῆς γῆς (57) εἰς ἣν οὗτος εἰσπορεύεται εἰς αὐτὴν, καὶ ἐγκαταλείψουσί με, καὶ διασκεδάσουσι τὴν διαθήκην μου ἣν διεθέμην αὐτοῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ (58)· καὶ καταλείψω αὐτοὺς, καὶ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν· καὶ ἔσται κατάβρωμα, καὶ εὑρήσουσιν αὐτὸν κακὰ πολλὰ καὶ θλίψεις· καὶ

veniunt, tot jam antea allatæ Scripturæ, præter eas, quæ apud vos servatæ deinceps proferentur.

74. *Patri attribuit initium psalmi* XCV. *Christo autem ab his verbis :* « *Dicite in gentibus quia Dominus,* » etc. — Tum Trypho : Scimus, inquit, rogatu nostro eas a te recitatas esse. At psalmus ille, quem postremum ex Davidis oraculis recitasti, non mihi videtur in alium dictus esse, quam in Patrem, qui cœlum et terram creavit. Tu vero dictum esse contendis in istum perpessionibus obnoxium, quem et Christum esse conaris demonstrare.

Ad hæc ego : Locutionem a Spiritu sancto in hoc psalmo pronuntiatam adhibenti mihi, animum, quæso, advertite; ac videbitis nec me improbe dicere, nec vos prorsus lactatos fuisse; sic enim et multa alia ex Spiritus sancti dictis per vos ipsi, cum a me discesseritis, intelligere poteritis. « Cantate Domino canticum novum : Cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, et benedicite nomini ejus. Annuntiate de die in diem salutare ejus, in omnibus populis mirabilia ejus. » Hortatur ut qui ex toto terrarum orbe salutare illud mysterium, id est passionem Christi, per quam a Deo sunt salvati, cognoscunt, ii Deo et Patri universorum indesinenter canant et psallant; agnoscentes laudabilem et terribilem et conditorem cœli et terræ eum esse, a quo hæc salus humano generi facta est, ille videlicet qui postquam cruci affixus et mortuus est, **172** regno totius orbis terrarum ab eo donatus est. « Et exsurgens hic populus fornicabitur post deos alienos terræ, in quam hic ingreditur, ut habitet in ea, et derelinquent me; et dissipabunt testamentum meum, quod testatus sum eis in die illa; et derelinquam eos, et avertam faciem meam ab eis; et erit esca, et invenient eum mala multa, et tribulationes; et dicet in die illa : Quoniam non

(54) *Παρ' ἡμῖν.* Legendum παρ' ὑμῖν jam multi viderunt.

(55) *Οὔθ' ὑμᾶς.* Melius profecto ἡμᾶς, ut initio *Dialogi* n. 9, ubi Justinus probaturum se pollicetur, Christianos non vanis, ut dixerat Trypho, credidisse sermonibus.

(56) *Καὶ βασιλεύειν.* Sententiæ seriem perspicere operæ pretium est. Cum moleste ferret Trypho, quod psalmus « Cantate Domino canticum novum : cantate Domino omnis terra, » ad Christum referretur; ita rem temperat Justinus, ut partim Patri, partim Filio psalmum hunc tribuat. Nam Deo Patri, qui est laudabilis et terribilis et cœlos fecit, gratias agi declarat, quod salutare suum constituerit, nempe Filium crucifixum et resuscitatum, et regnantem in universa terra. Itaque ad Patrem refert primam psalmi partem, alteram autem, nempe, « Dominus regnavit a ligno, » etc., Filio reservat.

(57) *Ὡς καὶ διὰ τῆς γῆς.* Hic aliquid deesse manifestum est. Nonnulli, ut Grabius et Londinenses editores, inter hæc verba et ea quæ præcedunt, nexum prioris colloquii et initium secundi desiderant. Sed tamen vix tria aut quatuor verba desunt. 1° Semper Justinus versatur in ea digressione, ad quam eum vocaverat Trypho, nec redit ad propositum, id est ad explicationem hujus prophetiæ : Ecce Virgo, » nisi n. 77. 2° Quidquid dixerit usque ad n. illum 77, eo spectat, ut probetur Christum esse Dominum regnantem a ligno. Hinc sub finem n. 76, concludit Justinus prophetas prædixisse Christum passurum et postea regnaturum. 3° Eodem spectant duo illa testimonia psalmo « Cantate, » subjuncta, quorum in primo fit mentio de terra promissa, in quam Judæi introducti sunt; in altero Deus, qui hanc terram dedit, nomen suum Jesum esse declarat. Hæc autem testimonia non alio tendunt, nisi ut probetur in Christo humilitas carnis et majestas regni. Unde statim addit Justinus eum, qui regnum accipit æternum, a Daniele « tanquam filium hominis » vocari. Quare non plura hoc loco deesse crediderim, quam quæ Justinus dicere solet, cum ab uno testimonio ad aliud transit. Desunt etiam priora verba testimonii ex Deuteronomio petiti; atque in hunc modum videtur lacuna expleri posse : Ὡς καὶ διὰ τῆς γῆς εἰς ἣν ἔφη εἰσάξειν τοὺς πατέρας ὑμῶν, φαίνεται· ἔφη δὲ οὕτως. « Quemadmodum et per terram perspicitur, in quam se introducturum dixit patres vestros. Sic autem loquitur. » Verba vero Scripturæ sic explenda : Οὗτος ὁ λαὸς ἐκπορνεύσει ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων τῆς γῆς. Videtur repetitio harum vocum τῆς γῆς locum errandi librariis dedisse.

(58) *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.* Ante hæc verba legitur in Bibliis : Καὶ ὀργισθήσομαι θυμῷ εἰς αὐτούς.

Digitized by Google

est Dominus meus in nobis, invenerunt me mala hæc. Ego autem avertendo avertam faciem meam ab eis in die illa, propter omnia mala quæ fecerunt; quoniam abierunt ad deos alienos [1]. »

A ἐρεῖ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Διότι οὐκ ἔστι Κύριος ὁ Θεός μου ἐν ἡμῖν, εὗρόσάν με τὰ κακὰ ταῦτα. Ἐγὼ δὲ ἀποστροφῇ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ διὰ πάσας τὰς κακίας ἃς ἐποίησαν, ὅτι ἐπέστρεψαν ἐπὶ θεοὺς ἀλλοτρίους. »

75. *Ipsius Dei nomen in Exodo Jesum fuisse probatur.* — In libro autem Exodi nomen ipsius Dei, quod nec Abrahæ nec Jacobo declaratum dicit, etiam Jesum fuisse, Moyses arcane similiter pronuntiat, nosque intelleximus. Sic autem dictum est: « Et dixit Dominus Moysi: Dic populo isti: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ut custodiat te in via, et introducat te in terram, quam paravi tibi. Observa eum et audi eum: non rebella ei. Non enim dimittet te: nomen namque meum est in eo [2]. » Quis igitur patres vestros in B terram introduxerit tandem aliquando considerate; ille nimirum, qui hoc nomine cognominatus est Jesus, cum Auses antea vocaretur. Nam si id consideraveritis, illud quoque intelligetis, nomen illius, qui dixit Moysi: « Nomen namque meum est in eo, » Jesum fuisse. Nam et Israel ipse vocabatur, et hoc Jacobo cognomen imposuit. Angelos autem et apostolos Dei vocari prophetas illos, qui ad nuntianda ejus mandata mittuntur, apud Isaiam declaratur. Ibi enim dicit Isaias: « Mitte me [3]. » Fortem autem et magnum prophetam fuisse eum, qui Jesu cognomen accepit, omnibus perspicuum est. Igitur si tot in formis Deum Abrahæ et Jacob et Moysi visum esse scimus, cur hæremus incerti, nec credere volumus eum secundum voluntatem C Patris universorum etiam hominem ex Virgine nasci potuisse; cum præsertim tot habeamus Scripturas, ex quibus aperte intelligere liceat id quoque de Patris voluntate factum esse?

75. Ἐν δὲ τῷ βιβλίῳ τῆς Ἐξόδου, ὅτι αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦς ἦν, ὃ λέγει τῷ Ἀβραὰμ μὴ δεδηλῶσθαι, μηδὲ τῷ Ἰακὼβ (59), διὰ Μωϋσέως ἐν μυστηρίῳ ὁμοίως ἐξηγγέλθη, καὶ ἡμεῖς νενοήκαμεν. Οὕτως δὲ εἴρηται· « Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Μωϋσεῖ· Εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ἵνα φυλάσσῃ σε ἐν τῇ ὁδῷ, ὅπως εἰσαγάγῃ σε εἰς τὴν γῆν, ἣν ἡτοίμασά σοι. Πρόσεχε αὐτῷ, καὶ εἰσάκουε αὐτοῦ· μὴ ἀπείθει αὐτῷ. Οὐ γὰρ μὴ ὑποστείληταί σε· τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ. » Τίς οὖν εἰς τὴν γῆν εἰσήγαγε τοὺς πατέρας ὑμῶν, ἤδη ποτὲ νοήσατε, ὅτι ὁ ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ ἐπονομασθεὶς Ἰησοῦς (60), πρότερον Αὐσῆς καλούμενος. Εἰ γὰρ τοῦτο νοήσετε, καὶ ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰπόντος (61) τῷ Μωϋσεῖ· « Τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ, » Ἰησοῦς ἦν, ἐπιγνώσεσθε. Καὶ γὰρ καὶ Ἰσραὴλ (62) αὐτὸς ἦν καλούμενος, καὶ τὸν Ἰακὼβ τούτῳ τῷ ὀνόματι ὁμοίως μετωνομάκει. Ὅτι δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ ἀπόστολοι τοῦ Θεοῦ λέγονται οἱ ἀγγέλλειν τὰ παρ' αὐτοῦ ἀποστελλόμενοι προφῆται, ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ δεδήλωται. Λέγει γὰρ ἐκεῖ ὁ Ἡσαΐας· « Ἀπόστειλόν με. » Καὶ ὅτι προφήτης ἰσχυρὸς καὶ μέγας γέγονεν ὁ ἐπονομασθεὶς τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, φανερὸν πᾶσίν ἐστιν. Εἰ οὖν ἐν τοσαύταις μορφαῖς οἴδαμεν πεφανερῶσθαι τὸν Θεὸν ἐκείνῳ (63) τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῷ Μωϋσεῖ, πῶς ἀποροῦμεν καὶ ἀπιστοῦμεν κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων βουλὴν, καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν διὰ Παρθένου γεννηθῆναι μὴ δεδυνῆσθαι, καὶ ταῦτα ἔχοντες Γραφὰς τοιαύτας (64), ἐξ ὧν συννοῆσαι ἔστι διαῤῥήδην ὅτι κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν καὶ τοῦτο γέγονεν;

76. *Ex aliis locis probatur eadem Christi majestas et imperium.* — Nam Daniel, cum « tanquam filium hominis » appellat eum, qui regnum æternum accipit; nonne id ipsum innuit? Quod enim « tanquam filium hominis [4] » dicit, hominem quidem visum **173** et factum esse significat, ex semine autem humano constitutum non fuisse declarat. Et cum eum lapidem sine manibus abscissum vocat; idem clamat arcane. Nam quod eum sine manibus ab-

76. Ὅταν γὰρ « ὡς υἱὸν ἀνθρώπου » λέγῃ Δανιὴλ τὸν παραλαμβάνοντα τὴν αἰώνιον βασιλείαν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο αἰνίσσεται; τὸ γὰρ « ὡς υἱὸν ἀνθρώπου » εἰπεῖν, φαινόμενον μὲν καὶ γενόμενον ἄνθρωπον μηνύει, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνου δὲ σπέρματος ὑπάρχοντα δηλοῖ. Καὶ τὸ λίθον τοῦτον εἰπεῖν ἄνευ χειρῶν τμηθέντα, ἐν μυστηρίῳ τὸ αὐτὸ κέκραγε. Τὸ γὰρ ἄνευ χειρῶν εἰπεῖν αὐτὸν ἐκτετμῆσθαι, ὅτι οὐκ ἔστιν (65) ἀνθρώπινον ἔργον, ἀλλὰ τῆς βουλῆς τοῦ

[1] Deut. xxxi, 16-18. [2] Exod. xxiii, 20. [3] Isa. vi, 8. [4] Dan. vii, 13.

(59) *Μηδὲ τῷ Ἰακώβ.* Perionius et alii nonnulli ante hæc verba addendum censuerunt: μηδὲ τῷ Ἰσαάκ, quia sic habetur in Exodo cap. vi. Sed nimium multa emendanda erunt, si emendetur quidquid a Bibliis discrepat.

(60) *Ἐπονομασθεὶς Ἰησοῦς.* Similia habemus apud Tertullianum III *in Marc.*, cap. 16, et Lactantium, l. IV, c. 17, et Cyrillum Alexandrinum, l. III, in *Jul.* Interrogationis nota apponi posset post τοὺς πατέρας ὑμῶν.

(61) *Αὐτοῦ εἰπόντος.* Legendum, ni fallor, αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος.

(62) *Καὶ γὰρ καὶ Ἰσραήλ.* Phœnices, ut est apud Eusebium *Præpar. evangel.* lib. I, c. 10, Saturnum Israelis nomine appellabant. At Christum Justinus non videtur Israelem appellasse ob naturam divinam, sed habita ratione futuræ aliquando incarnationis. Ait enim infra n. 125: Τὸ οὖν Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει, ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν, « Id igitur valet hoc Israelis nomen, Homo vincens virtutem. »

(63) *Ἐκείνῳ.* Mallet Sylburgius ἐκεῖνον.

(64) *Τοιαύτας.* Legit Thirlbius τοσαύτας, ut n. 68 et 100.

(65) *Ὅτι οὐκ ἔστιν.* Hic non difficile est supplere aliquod ex verbis paulo ante præcedentibus, vel verbum ἐδήλου quod paulo post occurrit.

Digitized by Google

προβάλλοντος αὐτὸν Πατρὸς τῶν ὅλων Θεοῦ. Καὶ τὸ Ἡσαΐαν φάναι, « τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » ἀνεκδιήγητον ἔχοντα τὸ γένος αὐτὸν ἐδήλου. Οὐδεὶς γὰρ, ἄνθρωπος ὢν ἐξ ἀνθρώπων, ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος. Καὶ τὸ τὸν Μωϋσέα εἰπεῖν πλύνειν (66) αὐτὸν τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς, οὐχ ὃ καὶ ἤδη πολλάκις πρὸς ὑμᾶς παρακεκαλυμμένως πεπροφητευκέναι (67) αὐτὸν εἶπον, ἐστίν; ὅτι αἷμα μὲν ἔχειν αὐτὸν προεμήνυεν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρώπων· ὃν τρόπον τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος ἐγέννησεν, ἀλλ' ὁ Θεός. Καὶ Ἡσαΐας δὲ μεγάλης βουλῆς ἄγγελον αὐτὸν εἰπὼν, οὐχὶ τούτων ὤνπερ ἐδίδαξεν ἰὼν, διδάσκαλόν αὐτὸν γεγενῆσθαι προεκήρυσσεν; Ἃ γὰρ μεγάλα ἐβεβούλευτο ὁ Πατὴρ εἰς τε πάντας τοὺς εὐαρέστους γενομένους αὐτῷ καὶ γενησομένους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς ἀποστάντας τῆς βουλῆς αὐτοῦ ὁμοίως ἀνθρώπους ἢ ἀγγέλους, οὗτος μόνος ἀπαρακαλύπτως ἐδίδαξεν, εἰπών· « Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν [καὶ δυσμῶν (68)], καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. » Καί· « Πολλοί ἐροῦσί μοι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ προεφητεύσαμεν καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν; Καὶ ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀναχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ. » Καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις οἷς καταδικάζειν τοὺς ἀναξίους μὴ σώζεσθαι μέλλει, ἔφη ἐρεῖν· « Ὑπάγετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὃ ἡτοίμασεν ὁ Πατὴρ τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις λόγοις ἔφη· « Δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν καταπατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ σκολοπενδρῶν, καὶ ἐπάνω πάσης δυνάμεως τοῦ ἐχθροῦ. » Καὶ νῦν ἡμεῖς οἱ πιστεύοντες ἐπὶ τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου Ἰησοῦν Κύριον ἡμῶν, τὰ δαιμόνια πάντα καὶ πνεύματα πονηρὰ ἐξορκίζοντες, ὑποτασσόμενα ἡμῖν ἔχομεν. Εἰ γὰρ διὰ τῶν προφητῶν παρακεκαλυμμένως κεκήρυκτο παθητὸς γενησόμενος ὁ Χριστὸς, καὶ μετὰ ταῦτα πάντων κυριεύσων, ἀλλ' οὖν γε ὑπ' οὐδενὸς (69) νοεῖσθαι ἐδύνατο, μέχρις αὐτὸς ἔπεισε τοὺς ἀποστόλους ἐν ταῖς Γραφαῖς ταῦτα κεκηρῦχθαι διαῤῥήδην. Ἐδόα γὰρ πρὸ τοῦ σταυρωθῆναι· « Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. » Καὶ Δαβὶδ δὲ πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης (70) ἐκ γαστρὸς γεννηθήσεσθαι

scissum fuisse dicit, idem valet ac eum non esse hominum opus, sed voluntatis illius, qui eum produxit, Patris universorum Dei. Et quod Isaias dicit : « Generationem ejus quis enarrabit[5]? » genus eum non enarrabile habere demonstrat. Nemo enim est qui, cum homo ex hominibus sit, genus habeat non enarrabile. Et quod Moyses dixit suam illum stolam in sanguine uvæ lavaturum, nonne id ipsum est, quod sæpe vos monui arcane ab eo prænuntiatum; ita ut sanguinem quidem ei inesse significaverit, sed nequaquam ex hominibus; quemadmodum uvæ sanguinem non homo generavit, sed Deus? Et quod eum Isaias magni consilii Angelum vocat, nonne eorum, quæ adveniens edocuit, magistrum illum et doctorem futurum prænuntiabat? Magna enim Patris consilia tum in omnes, qui ipsi placuerant et placituri erant, homines, tum in desciscentes ab ejus voluntate homines pariter et angelos, solus hic aperte edocuit, cum ita diceret : « Venient ab Oriente et Occidente, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cœlorum; filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores[6]. » Et : « Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo edimus et bibimus et prophetavimus et dæmonia ejecimus? Et dicam eis : Discedite a me[7]. » Et aliis verbis, quibus indignos qui salventur condemnaturus est, dicturum se declaravit : « Abite in tenebras exteriores, quas paravit Pater Satanæ et angelis ejus, » et rursus aliis verbis ait : « Do vobis potestatem calcandi super serpentes, et scorpiones, et scolopendras, et super omnem virtutem inimici[8]. Et nunc qui in crucifixum sub Pontio Pilato Jesum Dominum nostrum credimus, dæmonia omnia et malos spiritus adjurando potestati nostræ subjicimus. Quamvis enim tecte per prophetas prædicatum fuisset Christum esse passurum, ac postea omnibus imperaturum, id tamen a nemine intelligi poterat, donec ipse discipulis persuasit hæc in Scripturis nominatim esse prædicata. Clamabat enim antequam in crucem ageretur : « Oportet Filium hominis multa pati et rejici a Scribis et Pharisæis, et crucifigi, et tertia die resurgere[9]. » Et David futurum fuisse ante solem et lunam 174 prædicavit, ut ex utero secundum Patris voluntа-

[5] Isa. LIII, 8. [6] Matth. VIII, 11. [7] Matth. VII, 22. [8] Luc. X, 19. [9] Luc. IX, 22.

(66) *Πλύνειν*. Aptius existimat πλυνεῖν Sylburgius, et paulo post legi posse observat γενήσεσθαι pro γεγενῆσθαι.

(67) *Πεπροφητευκέναι*. Codex Regius προπεφητευκέναι. Sic etiam codex Claromontanus ad marginem. Vulgata lectio reperitur ad marginem codicis Regii.

(68) Verba καὶ δυσμῶν, in editione Marani omissa, reponimus ex editione Ienensi. EDIT. PATR.

(69) *Ἀλλ' οὖν γε ὑπ' οὐδενός*. Probare pergit Christum esse magni consilii angelum, et ab eo homines maximarum rerum cognitionem accepisse. Simillima disserit Irenæus lib. IV, c. 26, n. 1.

(70) *Πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης*. Non facile est explicare cur Justinus, cum his verbis, « ex utero ante Luciferum genui te, » nativitatem ex utero Virginis intelligat, illud tamen « ante Luciferum, » idem esse putet ac ante solem et lunam. Non enim Christus ex Maria ante solem et lunam genitus. Tertulliani, qui Justinum imitatur, clarior et apertior sententia. Christum enim ex utero Mariæ genitum dicit ante Luciferum, quia nocte in lucem editus est, lib. V *in Marc.*, cap. 10. At Justinus « ante Luciferum » idem esse vult ac ante solem et lunam. Quo sensu non prædixit David Christum ante solem et lunam de Maria nasciturum, sed futurum fuisse ante solem et lunam ut de Virgine nasceretur. Similem locum vidimus supra n. 63. Ἀνω-

Digitized by Google

tem nasceretur, eumque, cum Christus sit. Deum fortem et adorandum esse declaravit.

77. *Redit ad explicationem prophetiæ Isaiæ.* — At Trypho : Equidem tibi assentior satis inesse tot ac tantis rationibus ad persuadendum momenti; sed scias velim me a te Scripturam illam, quam sæpe demonstraturum pollicitus es, reposcere. Fac igitur eam nobis expedias, ut videamus quonam pacto in vestrum illum Christum dictam esse demonstres. Nos enim eam in Ezechiam prænuntiatam fuisse dicimus.

Tum ego : Ut vobis, inquam, videtur, ita faciam. Sed mihi prius demonstra de Ezechia dictum esse, eum, antequam patrem aut matrem vocare nosset, virtutem Damasci et spolia Samariæ coram rege Assyriorum cepisse. Neque enim vobis concedetur, ut vestro arbitratu hanc interpretationem afferatis, Ezechiam adversus Damascum et in Samaria coram rege Assyriorum bellum gessisse. Nam, « priusquam puer norit vocare patrem aut matrem, inquit propheticus sermo, capiet virtutem Damasci et spolia Samariæ coram rege Assyriorum [10]. » Nam si propheticus Spiritus cum additamento non dixisset : « Antequam norit puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci et spolia Samariæ; » sed tantum : « Et pariet filium et capiet virtutem Damasci et spolia Samariæ, » dicere poteratis : Quia futurum prænoscebat Deus ut hæc caperet Ezechias, idcirco prædixit. Nunc autem cum hoc additamento dixit prophetia : « Antequam norit puer appellare patrem aut matrem, capiet virtutem Damasci et spolia Samariæ. » Ac vox qui-

[10] Isa. VIII, 4.

A αὐτὸν κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν ἐκήρυξε, καὶ Θεὸν ἰσχυρὸν καὶ προσκυνητὸν, Χριστὸν ὄντα (71), ἐδήλωσε.

77. Καὶ ὁ Τρύφων εἶπεν· Ὅτι μὲν [οὖν (72)] καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἱκανὰ δυσωπῆσαί ἐστι, σύμφημί σοι· ὅτι δὲ ἀπαιτῶ σε τὸν λόγον ὧν [ὃν] πολλάκις προεβάλλου (73) ἀποδεῖξαι, εἰδέναι βούλομαι (74). Περαίωσον οὖν καὶ αὐτὸν ἡμῖν, ἵνα ἴδωμεν καὶ ὡς ἐκεῖνον εἰς Χριστὸν τοῦτον τὸν ὑμέτερον ἀποδεικνύεις εἰρῆσθαι. Ἡμεῖς γὰρ εἰς Ἐζεκίαν αὐτὸν λέγομεν πεπροφητεῦσθαι.

Κἀγὼ ἔφην· Ὡς βούλεσθε καὶ τοῦτο πράξω. Ἀποδείξατε δέ μοι ὑμεῖς πρῶτον, ὅτι εἰς τὸν Ἐζεκίαν εἴρηται, ὅτι πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν καλεῖν πατέρα ἢ B μητέρα, ἔλαβε δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἐναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. Οὐ γὰρ ὡς βούλεσθε ἐξηγεῖσθαι συγχωρηθήσεται ὑμῖν, ὅτι Ἐζεκίας ἐπολέμησε τοῖς ἐν Δαμασκῷ ἢ ἐν Σαμαρείᾳ ἐναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. « Πρὶν ἢ γὰρ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, ὁ προφητικὸς λόγος ἔφη, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας ἐναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. » Εἰ γὰρ μὴ μετὰ προσθήκης ταῦτα εἶπε τὸ προφητικὸν Πνεῦμα· « Πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας· » ἀλλὰ μόνον εἰρήκει· « Καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας, » ἐδύνασθε λέγειν· Ἐπειδὴ προεγίνωσκεν ὁ Θεὸς μέλλειν αὐτὸν λήψεσθαι ταῦτα, προειρήκει. Νῦν δὲ μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης (75) εἴρηκεν ἡ προφητεία· C « Πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμα-

θεν καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τῶν ὅλων γεννᾶσθαι αὐτὸν ἔμελλε. Illud ergo, « ante Luciferum genui te, » idem esse Justinus putabat ac gignere decrevi. Singularis ratio est, cur hæc interpretatio non vituperetur, quia scilicet Christus ab æterno consensit incarnationi suæ. Unde etiam eum ἄνωθεν Justinus Israelis nomen habuisse docet, n. 75 et 125, quamvis hoc nomen ei non conveniat nisi ob incarnationem, ut observat ipse Justinus, n. 125. Non absimili ratione Christus apud Cyrillum Hierosolymitanum accepisse ab æterno dicitur illud sacerdotium, quo factus homo et semetipsum offerendo per Spiritum sanctum perfunctus est. Χριστὸς δέ ἐστιν ἀρχιερεὺς (inquit cat. 10, n. 15) ἀπαράβατον ἔχων τὴν ἱερωσύνην· οὔτε ἀπὸ χρόνων ἀρξάμενος τῆς ἱερατείας, οὔτε διάδοχον ἔχων ἕτερον τῆς ἀρχιερατείας... οὐδὲ ἐλαίῳ σκευαστῷ χρισθείς, ἀλλὰ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοσούτῳ διαφέρων τῶν ἄλλων, ὅσῳ μεθ' ὁρκωμοσίας ἐστὶν ἱερεύς. « Christus summus est sacerdos non transferendum habens sacerdotium, qui neque in tempore sacerdos esse cœpit, neque alterum habet pontificatus sui successorem... Neque factitio unctus oleo, sed ante sæcula a Patre, et tanto excellentior aliis quod cum jurejurando sacerdos est. » Ex his verbis, et ex testimonio Pauli, quod sequitur (Hebr. VII, 20, 21) satis perspicuum est sacerdotium illud secundum ordinem Melchisedech hoc loco designari, quod Christus homo factus exercuit. Quemadmodum ergo apud Cyrillum Christus ab æterno sacerdos est secundum ordinem Melchisedech; ita apud Justinum ex utero ante solem et lunam genitus dici videtur. Legimus in eadem catechesi n. 4, hæc verba : Χριστὸς καλεῖται οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις κεχρισμένος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως εἰς τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρχιερωσύνην χρισθείς. Illud ὑπὲρ ἄνθρωπον uno codice ms. nititur. Melius, mea quidem sententia, in aliis ὑπὲρ ἀνθρώπων.

(71) *Χριστὸν ὄντα.* Respicit ad illud Davidis : « Unxit te Deus, Deus tuus; » videturque Christi appellationem, ut in Apol. II, n. 6, inde deducere, quod Christus sit splendor paternæ gloriæ et Deus de Deo. Vid. adnotationem ad illum Apol. II locum. D

(72) Omisit Maranus errore. Otto.

(73) *Προεβάλλου.* Frustra hic Sylburgius obtrudit προεβάλου. Illud autem, τὸν λόγον ὧν πολλάκις, etc., de loco Scripturæ, « Ecce Virgo concipiet, » accipi debet. Postulat enim Trypho ut hunc λόγον de Christo dictum esse demonstret. Quare legendum λόγον ὃν πολλάκις.

(74) *Εἰδέναι βούλομαι.* Mallet Sylburgius εἰδέναι σε βούλομαι, ut supra n. 39 et 71. Sed hæc vocula facile suppletur.

(75) *Μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης.* Quod Justinus subintelligendum reliquit, id Tertullianus *adv. Judæos* cap. 9, et lib. III *adv. Marcionem*, cap. 13, uberius prosequitur, ac demonstrat, « si nunquam hoc natura concedit, ante militare quam vivere, ante virtutem Damasci sumere, quam patris et matris vocabulum nosse, *consequi*, ut figurata pronuntiatio videatur. »

Digitized by Google

ρείας. » Καὶ οὐδενὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις ποτὲ συμβεβηκέναι τοῦτο ἀποδεῖξαι ἔχετε. Ἡμεῖς δὲ ἔχομεν ἀποδεῖξαι τοῦτο γενόμενον ἐν τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ. Ἅμα γὰρ τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν, μάγοι, ἀπὸ Ἀραβίας παραγενόμενοι, προσεκύνησαν αὐτῷ, πρότερον ἐλθόντες πρὸς Ἡρώδην, τὸν ἐν τῇ γῇ ὑμῶν τότε βασιλεύοντα· ὃν ὁ λόγος καλεῖ βασιλέα Ἀσσυρίων, διὰ τὴν ἄθεον καὶ ἄνομον αὐτοῦ γνώμην. Ἐπίστασθε γὰρ τοιαῦτα, ἔφην, ἐν παραβολαῖς καὶ ὁμοιώσεσι πολλάκις λαλοῦν τὸ ἅγιον Πνεῦμα· οἷον πεποίηκε καὶ πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, πολλάκις φῆσαν πρὸς αὐτούς· « Ὁ πατήρ σου Ἀμορραῖος (76), καὶ ἡ μήτηρ σου Χεττταία. »

78. Καὶ γὰρ οὗτος ὁ βασιλεὺς (77) Ἡρώδης, μαθὼν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ ὑμῶν, τότε ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπὸ Ἀραβίας μάγων, καὶ εἰπόντων, ἐξ ἀστέρος τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ φανέντος ἐγνωκέναι ὅτι βασιλεὺς γεγένηται ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτόν (78)· καὶ ἐν Βηθλεὲμ τῶν πρεσβυτέρων εἰπόντων, ὅτι γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ οὕτως· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου. » Τῶν ἀπὸ Ἀραβίας οὖν μάγων ἐλθόντων εἰς Βηθλεὲμ, καὶ προσκυνησάντων τὸ παιδίον, καὶ προσενεγκάντων αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον καὶ σμύρναν, ἐπειδὴ κατὰ ἀποκάλυψιν μετὰ τὸ προσκυνῆσαι τὸν παῖδα ἐν Βηθλεὲμ ἐκελεύσθησαν μὴ ἐπανελθεῖν πρὸς τὸν Ἡρώδην· καὶ Ἰωσὴφ δὲ ὁ τὴν Μαρίαν μεμνηστευμένος, βουληθεὶς πρότερον ἐκβαλεῖν τὴν μνηστὴν αὐτῷ Μαριὰμ, νομίζων ἐγκυμονεῖν αὐτὴν ἀπὸ συνουσίας ἀνδρὸς, τουτέστιν ἀπὸ πορνείας, δι' ὁράματος κεκέλευστο μὴ ἐκβαλεῖν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φανέντος ἀγγέλου, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου ὃ ἔχει κατὰ γαστρός ἐστι. Φοβηθεὶς οὖν, οὐκ ἐκβέβληκεν αὐτὴν, ἀλλὰ, ἀπογραφῆς οὔσης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τότε πρώτης ἐπὶ Κυρηνίου, ἀνελήλυθει ἀπὸ Ναζαρὲτ, ἔνθα ᾤκει εἰς Βηθλεὲμ, ὅθεν ἦν, ἀπογράψασθαι· ἀπὸ γὰρ τῆς κατοικούσης τὴν γῆν ἐκείνην φυλῆς Ἰούδα τὸ γένος ἦν. Καὶ αὐτὸς ἅμα τῇ Μαρίᾳ κελεύεται ἐξελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἅμα τῷ παιδίῳ, ἄχρις ἂν αὐτοῖς πάλιν ἀποκαλυφθῇ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Γεννηθέντος δὲ τότε τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεὲμ, ἐπειδὴ Ἰωσὴφ οὐκ εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ ποῦ καταλῦσαι, ἐν δὲ σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης (79) κατέλυσε·

dem, cui id unquam apud Judæos contigerit, demonstrare neminem potestis; nos autem in Christo nostro factum demonstrare possumus. Statim enim atque natus est, magi ex Arabia profecti eum adoraverunt, cum prius se ad Herodem in terra vestra tunc regnantem contulissent; quem quidem Scriptura regem Assyriorum vocat ob impium et improbum ejus animum. Scitis enim sæpe a Spiritu sancto res ejusmodi in parabolis et similitudinibus dici; quale est quod et in omnem Hierosolymorum populum usurpavit, sæpe illos ita compellans: « Pater tuus Amorrhæus et mater tua Chettæa [11]. »

78. *Probat hanc prophetiam soli Christo congruere ex his quæ de magis scripta sunt.* — Nam Herodes ille rex, cum ad eum tunc magi ex Arabia venissent ac dicerent: Ex stella quæ in cœlo apparuit, cognovimus natum esse regem in terra vestra, eumque adoratum venimus; edoctus est a senioribus populi vestri, qui, in urbe Bethleem, responderunt, eo quod ita scriptum sit a propheta: **175** « Et tu, Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim exibit dux, qui pascet populum meum [12]. » Illi igitur ex Arabia magi, cum Bethleem venissent, ac puerum adorassent, eique munera, aurum, thus et myrrham obtulissent, divinitus admoniti sunt, adorato Bethleem puero, ne ad Herodem redirent. Ac Joseph quidem Mariæ sponsus, cum prius vellet sponsam suam ejicere, arbitratus ex viri consuetudine, id est ex stupro gravidam esse; viso ipsi oblato jussus est uxorem suam non ejicere, asserente angelo, qui ei apparebat, ex Spiritu sancto esse, quod illa in utero habebat. Metu igitur perculsus eam non ejecit. Sed cum census in Judæa tum primum haberetur sub Cyrenio; ex oppido Nazaret, in quo degebat, Bethleem, unde oriundus erat, profectus est, ut censeretur; nam ex tribu Juda hanc terram incolente genus ducebat. Ac ipse una cum Maria jubetur in Ægyptum discedere, ibique cum puero commorari, donec divinitus admoneantur, ut in Judæam redeant. Nato autem Bethleem puero, cum Joseph in hoc vico non haberet quo diverteret, in specum quemdam vico proximum concessit. Cumque ibi essent, peperit Christum Maria, ac eum in præsepi posuit, ubi a magis ex Arabia venientibus repertus

[11] Ezech. xvi, 3. [12] Mich. v, 2.

(76) Ὁ *Πατήρ σου Ἀμορραῖος*. Hunc Justini locum ita imitatur Tertullianus *adv. Jud.* cap. 9, ut verbum verbo interdum reddere videatur; excepto tamen quod regem Assyriorum non Herodem, sed diabolum intelligit. At eodem modo, ac Justinus, interpretatur Irenæus, qui magos « non jam per Assyriorum viam » reversos esse ait lib. III, cap. 16, n. 4.

(77) *Καὶ γὰρ οὗτος ὁ βασιλεύς*. Ab his verbis usque ad ista, Καὶ ὁ Ἡρώδης μὴ ἐπανελθόντων, longissimam habemus parenthesim, eamque aliis parenthesibus implicatam. Nam ut probet Justinus impietatem Herodis ex nefando illius in infantes facinore, plurima intexit, quæ hanc crudelissimam stragem præcesserunt.

(78) *Προσκυνῆσαι αὐτόν*. Legitur αὐτῷ in utroque codice ms. ad marginem. Ibidem monet Thirlbius ut legamus γεγέννηται.

(79) *Συνεγγὺς τῆς κώμης*. Observat Tillemontius t. I in *Hist. eccles.*, pag. 444, hoc Justini testimonium, ut hominis in Palæstina nati, non parum hac in re ponderis habere. Sed Justinum reprehendit Casaubonus exercit. 2, in Baron. num. 1, ac ei opponit Origenem, qui lib. I *adv. Celsum* scribit speluncam in Bethleem ostendi. Casauboni observatio ab eruditis viris merito explosa, quippe cum minime repugnet, ut quod in suburbio vel vicino agro contigit, id in ipsa urbe dicatur contigisse.

Digitized by Google

est. Vobis equidem jam demonstravi Isaiam de signo hunc specum adumbrante vaticinatum esse; sed propter eos qui hodie vobiscum venerunt, locum repetam; tumque locum illum recitavi jam a me ex Isaia descriptum, adjiciens Mithræ mysteriorum antistites propter hæc verba a diabolo impulsos esse, ut in loco, qui apud eos spelunca dicitur, suos initiari ab ipso Mithra dicerent. Herodes igitur, cum illi ex Arabia magi ad eum non rediissent, quod tamen ut facerent eos rogaverat, sed alio itinere, ut jussi fuerant, regionem suam repetissent; cumque Josephus una cum Maria et puero, prout divinitus admoniti fuerant, jam in Ægyptum profecti essent; Herodes, inquam, puerum illum, quem magi adoratum venerant, non cognoscens, omnes omnino pueros in Bethleem jussit occidi. Atque id eventurum Jeremias prædixerat, sic per eum loquente Spiritu sancto : « Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus, Rachel plorans filios suos, et noluit consolationem accipere, quia non sunt[13]. » Igitur propter vocem quæ ex Rama exaudienda erat, id est ex Arabia (est enim etiam hactenus in Arabia locus qui Rama dicitur) locum illum, ubi Rachel Jacobi **176** sancti illius patriarchæ, qui Israel cognominatus est, uxor sepulta est, id est, Bethleem fletus impleturus erat, plorantibus proprios filios interfectos mulieribus, atque insolabiliter hunc casum lugentibus. Nam et quod dicit Isaias : « Accipiet virtutem Damasci et spolia Samariæ[14], » significabat nefarii dæmonis, qui Damasci habitabat, potestatem a Christo, statim atque natus esset, victum iri; quod quidem factum esse demonstratur. Magi enim, qui ut spolia rapti fuerant ad malas quasque actiones, ad quas eos ille dæmon impellebat, ubi Christum adoratum venerunt, defecere, ut manifestum est, ab ea, quæ illos ut spolia rapuerat potestate, quam nobis arcane Scriptura Damasci habitare indicat. Illam autem potestatem, cum peccatrix et iniqua sit, præclare Samariam per similitudinem appellat. Damascum autem Arabicæ regionis esse et fuisse, quamvis nunc ei, quæ Syrophœnice dicitur, adcenseatur, ne vestrum quidem quisquam negare possit. Quamobrem præclarum fuerit, o viri, quæ minus intelligitis, ea ex his, qui gratiam a Deo acceperunt, id

A καὶ τότε αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ, ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει· ὅπου ἐλθόντες οἱ ἀπὸ Ἀραβίας μάγοι εὗρον αὐτόν. Ὅτι δὲ Ἡσαΐας καὶ περὶ τοῦ συμβόλου τοῦ κατὰ τὸ σπήλαιον προεκεκηρύχει, ἀνιστόρησα ὑμῖν, ἔφην, καὶ δι' αὐτοὺς δὲ τοὺς σήμερον σὺν ὑμῖν ἐλθόντας, πάλιν τῆς περικοπῆς ἐπιμνησθήσομαι, εἶπον· καὶ ἀνιστόρησα ἦν καὶ προέγραψα ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου περικοπὴν, εἰπὼν διὰ τοὺς λόγους ἐκείνους τοὺς τὰ Μίθρα μυστήρια (80) παραδιδόντας, ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ μυεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν (81), ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐνεργηθῆναι εἰπεῖν. Καὶ ὁ Ἡρῴδης, μὴ ἐπανελθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπὸ Ἀραβίας μάγων, ὡς ἠξίωσεν αὐτοὺς ποιῆσαι, ἀλλὰ κατὰ τὰ κελευσθέντα αὐτοῖς δι' ἄλλης ὁδοῦ εἰς τὴν χώραν αὐτῶν

B ἀπαλλαγέντων, καὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἅμα τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ παιδίῳ, ὡς καὶ αὐτοῖς ἀποκεκάλυπτο, ἤδη ἐξελθόντων εἰς Αἴγυπτον, οὐ γινώσκων τὸν παῖδα ὃν ἐληλύθεισαν προσκυνῆσαι οἱ μάγοι, πάντας ἁπλῶς τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι. Καὶ τοῦτο ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι διὰ Ἱερεμίου, εἰπόντος δι' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὕτως· « Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. » Διὰ οὖν τὴν φωνὴν ἣ ἔμελλεν ἀκούεσθαι ἀπὸ Ῥαμᾶ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς Ἀραβίας (ἔστι γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν τόπος καλούμενος ἐν Ἀραβίᾳ Ῥαμᾶ), κλαυθμὸς ἔμελλεν τὸν τόπον καταλαμβάνειν, ὅπου Ῥαχὴλ ἡ γυνὴ Ἰακὼβ τοῦ ἐπικληθέντος Ἰσραὴλ τοῦ

C ἁγίου πατριάρχου τέθαπται, τουτέστι τὴν Βηθλεὲμ, κλαιουσῶν τῶν γυναικῶν τὰ τέκνα τὰ ἴδια τὰ ἀνῃρημένα, καὶ μὴ παράκλησιν ἐχουσῶν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐταῖς. Καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν τὸν Ἡσαΐαν· « Λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας, » τὴν τοῦ πονηροῦ δαίμονος τοῦ ἐν Δαμασκῷ οἰκοῦντος δύναμιν ἐσήμαινε νικηθήσεσθαι τῷ Χριστῷ, ἅμα τῷ γεννηθῆναι· ὅπερ δείκνυται γεγενημένον. Οἱ γὰρ μάγοι, οἵτινες ἐσκυλευμένοι ἦσαν πρὸς πάσας κακὰς πράξεις τὰς ἐνεργουμένας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου ἐκείνου, ἐλθόντες καὶ προσκυνήσαντες τῷ Χριστῷ, φαίνονται ἀποστάντες τῆς σκυλευσάσης αὐτοὺς δυνάμεως ἐκείνης, ἣν ἐν μυστηρίῳ ἐσήμαινεν ἡμῖν ὁ λόγος οἰκεῖν ἐν Δαμασκῷ. Ἁμαρτωλὴν δὲ καὶ

D ἄδικον οὖσαν ἐν παραβολῇ τὴν δύναμιν ἐκείνην κα-

[13] Jer. XXXI, 15. [14] Isa. VIII, 4.

(80) *Τοὺς τὰ Μίθρα μυστήρια.* Supra num. 70 : Οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες. Legimus in *Apol.* I : Ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις.

(81) *Μυεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν.* Supra observavimus num. 70, mysterium sive artificium in eo positum fuisse, quod sacerdotes dicerent eos, qui initiabantur, ab ipso Mithra initiari; alioqui nihil eos magnum aut mirabile dicturos fuisse. Quare omnino legendum μυεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ. Quam quidem emendandi rationem confirmat Justinus, dum ait Mithriacos sacerdotes, ut ita docerent adductos esse verbis Isaiæ, his nimirum : Οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς..... βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε, etc. Videntur in eamdem sententiam accipi posse hæc verba Tertulliani : « Mithra signat illic in frontibus milites suos : celebrat et panis oblationem et imaginem resurrectionis inducit, et sub gladio redimit coronam. » *Præscript.* c. 40. Fabulosa illa deorum evocatio res est apud antiquos pervulgata, ut videre est apud Euseb. *Præpar. ev.* lib. V, c. 8 et seqq. In quo quidem nequitiæ sacerdotum insigne habemus exemplum lib. XVIII *Antiquitatum* Josephi c. 4, ubi Paulina, nobilis matrona, horribilem in modum dedecorata narratur, dum ei sacerdotes Isiaci nocturnos amplexus Anubidis, quem illa stulte venerabatur, juvenis cujusdam auro corrupti promittunt. Non mirum ergo, si Mithram sacerdotes a se evocari fingebant, ut eos ipse initiaret, qui illius mysteriis initiari volebant.

Digitized by Google

λῶς Σαμάρειαν καλεῖ (82). Ὅτι δὲ Δαμασκὸς τῆς Ἀραβικῆς γῆς ἦν καὶ ἔστιν, εἰ καὶ νῦν προσνενέμηται (83) τῇ Συροφοινίκῃ λεγομένῃ, οὐδ' ὑμῶν τινες ἀρνήσασθαι δύνανται. Ὥστε καλὸν ἂν εἴη ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ἃ μὴ νενοήκατε, παρὰ τῶν λαβόντων χάριν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν μανθάνειν· ἀλλὰ μὴ κατὰ πάντα ἀγωνίζεσθαι τὰ ὑμέτερα διδάγματα κρατύνειν, ἀτιμάζοντας τὰ τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ εἰς ἡμᾶς μετετέθη ἡ χάρις αὕτη, ὡς Ἡσαΐας φησίν, εἰπὼν οὕτως· « Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος· τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με, ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας διδάσκοντες. Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μεταθήσω. αὐτούς. Καὶ ἀφελῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν αὐτῶν, τὴν δὲ σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. »

A est ex nobis Christianis, discere; nequaquam autem in omnibus dimicare et contendere, ut doctrinam vestram divina contempta stabiliatis. Quare etiam in nos translata est hæc gratia, ut ait Isaias his verbis : « Appropinquat mihi populus iste : labiis suis honorant me, cor autem eorum longe est a me ; sed frustra me colunt, 'præcepta hominum ac doctrinas docentes. Propterea ecce ego adjiciam ut transferam populum istum ; et transferam eos. Et auferam sapientiam sapientium ipsorum, et prudentiam prudentum abolebo [15]. »

79. Καὶ ὁ Τρύφων, ὑπαγανακτῶν μὲν, αἰδούμενος δὲ τὰς Γραφὰς, ὡς ἐδηλοῦτο ἀπὸ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, εἶπε πρὸς μέ· Τὰ μὲν τοῦ Θεοῦ ἁγιά ἐστιν· αἱ δὲ ὑμέτεραι ἐξηγήσεις τετεχνασμέναι εἰσὶν, ὡς φαίνεται καὶ ἐκ τῶν ἐξηγημένων ὑπὸ σοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ βλάσφημοι· ἀγγέλους γὰρ πονηρευσαμένους καὶ ἀποστάντας τοῦ Θεοῦ λέγεις.

B 79. *Probat contra Tryphonem malos angelos a Deo defecisse.* — Hic Trypho subirascens quidem, sed tamen Scripturas reveritus, ut ex ejus vultu patebat, ita dixit ad me : Sancta quidem eloquia Dei ; sed vestræ interpretationes, ut vel ex his, quæ a te exposita sunt, apparet, arte compositæ, vel potius impiæ. Angelos enim improbe se gessisse, et a Deo defecisse dicis.

Κἀγὼ, ἐνδοτικώτερον τῇ φωνῇ παρασκευάσαι αὐτὸν βουλόμενος πρὸς τὸ ἀκούειν μου, ἀπεκρινάμην λέγων· Ἄγαμαί σου, ἄνθρωπε, τὸ εὐλαβὲς τοῦτο, καὶ εὔχομαι τὴν αὐτὴν διάθεσίν σε ἔχειν καὶ περὶ ὧν διακονεῖν γεγραμμένοι εἰσὶν οἱ ἄγγελοι, ὡς Δανιὴλ φησιν, ὅτι ὡς υἱὸς ἀνθρώπου πρὸς τὸν Παλαιὸν τῶν ἡμερῶν προσάγεται (84), καὶ αὐτῷ δίδοται πᾶσα βασιλεία εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἵνα δὲ γνωρίζῃς, εἶπον, ὦ ἄνθρωπε, μὴ ἡμετέρᾳ τόλμῃ χρησαμένους τὴν ἐξήγησιν ταύτην, ἣν μέμφῃ, πεποιῆσθαι ἡμᾶς, μαρτυρίαν σοι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ἡσαΐου δώσω, ὅτι πονηροὺς ἀγγέλους κατῳκηκέναι καὶ κατοικεῖν λέγει καὶ ἐν Τάνει τῇ Αἰγυπτίᾳ χώρᾳ. Εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· « Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται· τάδε λέγει Κύριος· Ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου, προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις· οἱ πονηρευόμενοι (85) καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον (ἐμὲ δὲ οὐκ ἠρώτησαν) τοῦ βοηθηθῆναι ὑπὸ Φαραὼ, καὶ σκεπασθῆναι σκέπην Αἰγυπτίων. Ἔσται γὰρ ὑμῖν ἡ σκέπη Φαραὼ εἰς αἰσχύνην, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπ' Αἰγυπτίους ὀνειδος· ὅτι εἰσὶν ἐν Τάνει ἀρχηγοὶ ἄγγελοι πονηροί. Μάτην κοπιάσουσι πρὸς λαὸν, ὃς οὐκ ὠφελήσει αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην καὶ ὀνειδος. » Ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίας φησὶν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐμνημό-

Tum ego remissiori voce, ut eum ad me audiendum præpararem, ita respondi : Admiror, Trypho, tuam illam religionem, teque eodem animo affici precor in eum, cui scriptum est angelos ministrare ; quemadmodum ait Daniel [16], eum tanquam filium hominis ad Antiquum dierum adduci, eique regnum omne dari in sæculum sæculi. Atque ut C perspectum habeas, Trypho, nequaquam propria nos audacia adductos esse, ut eam, de qua quereris, interpretationem adhiberemus ; testimonium tibi ex ipso Isaia proferam, qui Tanaim quoque in regione Ægypti malos angelos habitasse ait et habitare. Sunt autem hæc verba : « Væ filii desertores, hæc dicit Dominus. Fecistis consilium, non per me, et pacta non per spiritum meum, ut adderetis peccata peccatis ; **177** maligne agentes, ut descenderetis in Ægyptum (me autem non interrogaverunt) ut acciperent auxilium a Pharaone, et tegerentur umbraculo Ægyptiorum. Erit enim vobis protectio Pharaonis in confusionem, et his qui confidunt in Ægyptiis opprobrium. Sunt enim in Tani D principes, angeli maligni. Frustra laborabunt ad populum, qui eis non proderit ad auxilium, sed ad confusionem, et opprobrium [17]. » Sed et Zacharias dicit [18], quemadmodum ipse commemorasti, diabo-

[15] Isa. xxix, 13. [16] cap. vii, v. 13, 14. [17] Isa. xxx, 1-5. [18] cap. iii, v. 1.

(82) *Ἐκείνην καλῶς Σαμάρειαν καλεῖ.* Similia habet Tertullianus lib. *adv. Judæos*, c. 9, p. 133, dicens : « Spolia autem Samariæ, ipsos magos, qui eum illum cognovissent, et muneribus honorassent, quasi Dominum et regem sub testimonio indicis et ducis stellæ spolia sunt facti Samariæ, i. e. idololatriæ, credentes videlicet in Christum. Idololatriam enim Samariæ nomine notavit, ut ignominiosæ ob idololatriam qua desciverat tunc a Deo sub rege Hieroboam. » Confer ejusdem lib. III *adv. Marcion.* c. 13, p. 404. Jebb.— Magos Tertullianus spolia Samariæ non, ut Justinus, appellatos existimat quia diaboli præda fuerant, sed quia ipsius Christi.

(83) *Νῦν προσνενέμηται*, etc. Justinum in hac divisione sequitur Tertullianus, qui Damascum in Syrophœnicem transcriptum esse asserit ex distinctione Syriarum a Romanis scilicet facta. Tertull. *adv. Judæos* c. 9. Atque huic suffragantur Eusebius et Hieronymus, Phœniciæ ascribentes Damascum. Syrophœnices autem sunt medii inter Syros et Phœnices, atque occupant regiones in utriusque confinio sitas, Hieropolim puta Chalcidem et Marsyæ tractum ; quibus accessere Damascus et Abila Lysaniæ ; quas Cœlesyriæ ascribunt Ptolomæus et Strabo. Bochart. Canaan., lib. I, c. 1, p. 365. Jebb.

(84) *Προσάγεται.* Supple *ab his qui astant*, nempe angelis.

(85) *Πονηρευόμενοι.* In Bibliis πορευόμενοι.

Digitized by Google

lum stetisse a dextris Jesu sacerdotis ut adversaretur ei, et Dominum dixisse : « Increpet te Dominus, qui suscepit Hierusalem. » Ac rursum in libro Job[19] scriptum est, ut et ipse dixisti, angelos venisse ut assisterent coram Domino; et diabolum una cum illis adfuisse. Et a Moyse in principio Genesis scriptum habemus Evam a serpente deceptam fuisse, eumque diris devotum. Et in Ægypto magos scimus conatos esse imitari virtutem illam, quam per fidelem famulum Deus operabatur. Nec vos latet dixisse Davidem : « Dii gentium dæmonia[20]. »

A

80. *Justini sententia de regno mille annorum. Repugnant plures catholici.* — Ad hæc Trypho : Jam tibi, inquit, dixi, id a te in omnibus provideri, ut Scripturis implicatus in tuto verseris. Sed age dic mihi : vere hunc vos Hierosolymorum locum instauratum iri fatemini, ac populum vestrum congregatum iri, et cum Christo beate victurum exspectatis una cum patriarchis et prophetis, iisque qui ex nostro genere fuerunt, vel etiam nobis se adjunxerunt antequam Christus vester veniret; an ut nos videaris abunde in controversiis superare, eo confugisti ut hæc fatereris?

B

Tum ego : Non ita miser sum, inquam, Trypho, ut aliud dicam, aliud sentiam. Tibi igitur et antea confessus sum, me et multos alios hæc sentire, ita ut omnino perspectum habeamus sic futurum : at multos rursus, eosque ex illo Christianorum genere, quod piam et puram sequitur sententiam, id non agnoscere tibi significavi. Nam quod spectat ad eos, qui Christiani quidem dicuntur, sed athei et impii sunt hæretici, blasphema illos in omnibus et impia et insana docere tibi demonstravi.

C

[19] cap. I, v. 6. [20] Psal. xcv, 5.

νευσας, ὅτι ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως, ἀντικεῖσθαι αὐτῷ· καὶ εἰπεῖν (86)· « Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος ὁ ἐκδεξάμενος (87) Ἰερουσαλήμ. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφης, ὅτι οἱ ἄγγελοι ἦλθον στῆναι ἔμπροσθεν Κυρίου, καὶ ὁ διάβολος ἅμα αὐτοῖς ἐληλύθει. Καὶ ὑπὸ Μωϋσέως ἐν ἀρχῇ τῆς Γενέσεως ὄφιν πλανήσαντα τὴν Εὔαν γεγραμμένον ἔχομεν, καὶ κεκατηραμένον. Καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ὅτι μάγοι ἦσαν ἐξισοῦσθαι (88) τῇ δυνάμει τῇ ἐνεργουμένῃ διὰ τοῦ πιστοῦ θεράποντος Μωϋσέως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔγνωμεν· καὶ Δαβὶδ ὅτι « οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνιά εἰσιν, » εἶπεν, ἐπίστασθε.

80. Καὶ ὁ Τρύφων πρὸς ταῦτα ἔφη· Εἶπον πρὸς σὲ, ὦ ἄνθρωπε, ὅτι ἀσφαλὴς ἐν πᾶσι σπουδάζεις εἶναι ταῖς Γραφαῖς προσπλεκόμενος. Εἰπὲ δέ μοι, ἀληθῶς ὑμεῖς ἀνοικοδομηθῆναι τὸν τόπον Ἱερουσαλὴμ τοῦτον ὁμολογεῖτε, καὶ συναχθήσεσθαι τὸν λαὸν ὑμῶν, καὶ εὐφρανθῆναι σὺν τῷ Χριστῷ ἅμα τοῖς (89) πατριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους, ἢ καὶ τῶν προσηλύτων γενομένων πρὶν ἐλθεῖν ὑμῶν τὸν Χριστὸν, προσδοκᾶτε· ἢ ἵνα δόξης περικρατεῖν ἡμῶν ἐν ταῖς ζητήσεσι, πρὸς τὸ ταῦτα ὁμολογεῖν ἐχώρησας;

Κἀγὼ εἶπον· Οὐχ οὕτω τάλας ἐγὼ, ὦ Τρύφων, ὡς ἕτερα λέγειν παρ' ἃ φρονῶ. Ὡμολόγησα (90) οὖν σοι καὶ πρότερον, ὅτι ἐγὼ μὲν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ταῦτα φρονοῦμεν, ὡς καὶ πάντως ἐπίστασθε (91) τοῦτο γενησόμενον· πολλοὺς δ' αὖ καὶ τῶν τῆς καθαρᾶς (92) καὶ εὐσεβοῦς ὄντων Χριστιανῶν γνώμης, τοῦτο μὴ γνωρίζειν ἐσήμανά σοι. Τοὺς γὰρ λεγομένους μὲν Χριστιανοὺς, ὄντας δὲ ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς αἱρεσιώτας, ὅτι κατὰ πάντα βλάσφημα καὶ ἄθεα καὶ ἀνόητα διδάσκουσιν, ἐδήλωσά σοι. Ὅτι δ' οὐκ ἐφ' ὑμῶν μό-

(86) *Καὶ εἰπεῖν.* Subaudiendum τὸν Κύριον, quæ vox non omittitur infra n. 115.

(87) *Ὁ ἐκδεξάμενος.* Infra n. 115, legitur ἐκλεξάμενος.

(88) *Μάγοι ἦσαν ἐξισοῦσθαι.* Ut corruptus hic locus sanetur, legendum videtur ἐποίησαν. Sic enim Exod. VIII, v. 18 : Καὶ ἐποίησαν ὡσαύτως οἱ ἐπαοιδοὶ ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν ἐξαγαγεῖν σκνῖφα, καὶ οὐκ ἠδύναντο. Melius forte ἐπείρασαν.

(89) *Ἅμα τοῖς.* Cum Christo, ut beatæ vitæ auctore; cum patriarchis et prophetis, ut sociis ejusdem felicitatis. Interpunctio ante πρὶν ἐλθεῖν commode sublata in edit. Londinensi.

(90) *Ὡμολόγησα.* Utrum injuria temporum exciderint quæ Justinus de Hierosolymorum instauratione disseruisse se narrat, an cum sancto martyri *Dialogum* scribenti hactenus in mentem non venissent, nunc oblata occasione commemorantur? Equidem locum non video, ex quo hæc excidere potuerint; nihil enim mancum, nihil hiulcum in superiori parte *Dialogi*. Quamobrem multo malim ab ipso Justino, quam ab ipsis librariis prætermissa dicere. Quid enim mirum, si longa ac variis rebus implicata disputatio non eo semper ordine referatur, quo habita fuerat? Atque hujus rei exemplum non longe repetendum. Nam supra n. 79, referuntur Tryphonis de angelis dicta; sed non tam multa referuntur, quam multa ille dixerat. Ille enim Zachariæ et Jobi testimonia citavit, quæ Justinus, dum illius verba refert, brevitatis causa prætermisit. Videtur Justinus de instauratione Hierosolymorum disseruisse in prima parte *Dialogi* n. 45, ubi de iis agit, qui ex gente Judæorum in resurrectione salvabuntur.

(91) *Ἐπίστασθε.* Legendum ἐπίστασθαι, ut admonuit Cl. Thirlbius, cui tamen non multum probatur hæc emendatio. Equidem ita legendo quid supersit difficultatis non video.

(92) *Καὶ τῶν τῆς καθαρᾶς.* Durior multo Irenæus, quod equidem miror in tam pacifico martyre. « Quoniam autem, inquit lib. V, c. 41, quidam ex his qui putantur recte credidisse, supergrediuntur ordinem promotionis justorum, et motus meditationis ad incorruptelam ignorant, hæreticos sensus in se habentes. » Et cap. 9 : « Quoniam igitur transferuntur quorumdam sententiæ ab hæreticis sermonibus, et sunt ignorantes dispositiones Dei et mysterium justorum resurrectionis et regni, quod est principium incorruptelæ, per quod regnum qui digni fuerint, paulatim assuescunt capere Deum, » etc. Quamvis autem hic Irenæus a sua lenitate aliquantum discedat, his tamen verbis, « hæreticos sensus in se habentes, » non hæresim existimandus est significare, sed opiniones, quæ sua sponte pietatem non lædentes, hæreticis ad impietatem usui erant, et translatæ videbantur ab hæreticis sermonibus.

D

Digitized by Google

ων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε (93), τῶν γεγενημέ- B Atque ut sciatis me non apud vos solos hæc præ-
νων ἡμῖν λόγων ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν dicare; librum pro viribus componam omnium ser-
ποιήσομαι· ἐν οἷς καὶ τοῦτο ὁμολογοῦντά με ὃ καὶ monum quos inter nos habuimus, in quibus quod
πρὸς ὑμᾶς ὁμολογῶ, ἐγγράψω. Οὐ γὰρ ἀνθρώποις apud vos profiteor, idem me profitentem descri-
μᾶλλον ἢ ἀνθρωπίνοις διδάγμασιν αἱροῦμαι ἀκολου- bam. Neque enim hominibus potius aut humanis
θεῖν, ἀλλὰ Θεῷ καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου διδάγμασιν (94). doctrinis adhærendum mihi esse statuo, sed Deo
Εἰ γὰρ καὶ συνεβάλετε ὑμεῖς τισι λεγομένοις Χρι- **178** et iis quæ ab eo tradita sunt. Nam, si etiam
στιανοῖς, καὶ τοῦτο μὴ ὁμολογοῦσιν, ἀλλὰ καὶ βλασ- incidistis in nonnullos qui Christiani quidem vo-
φημεῖν τολμῶσι τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν cantur, hæc autem minime tenent, sed etiam Deum
Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακὼβ, οἳ καὶ λέγουσι μὴ εἶναι Abrahæ et Deum Isaac et Deum Jacob blasphemiis
νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀλλὰ ἅμα τῷ ἀποθνήσκειν τὰς appetere audent, ac nullam esse mortuorum re-
ψυχὰς αὐτῶν (95) ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸν οὐρανὸν, surrectionem, sed statim atque moriantur, animas
μὴ ὑπολάβητε αὐτοὺς Χριστιανούς· ὥσπερ οὐδὲ Ἰου- suas in cœlum suscipi dicunt; cavete ne eos exi-
δαίους, ἂν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς stimetis Christianos; quemadmodum nec Judæos,
Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις Γενιστῶν, καὶ si quis recte perpendat, esse fateatur, Saducæos
Μεριστῶν (96), καὶ Γαλιλαίων, καὶ Ἑλληνιανῶν (97), B et similes sectas Genistarum, Meristarum, Galilæo-
καὶ Φαρισαίων, Βαπτιστῶν (98) (καὶ μὴ ἀηδῶς rum, Hellenistarum, Pharisæorum et Baptistarum
ἀκούσητέ μου πάντα ἃ φρονῶ λέγοντος), ἀλλὰ λεγο- (ne vobis ingratum sit quidquid sentiam eloquen-
μένους μὲν Ἰουδαίους καὶ τέκνα Ἀβραὰμ, καὶ χεί- tem audire), sed nomine tenus Judæos et filios
λεσιν ὁμολογοῦντας τὸν Θεὸν, ὡς αὐτὸς κέκραγεν ὁ Abrahæ, ac labiis Deum colentes, quemadmodum

(93) *Ὅτι δὲ... ἐπίστασθε.* Vide adnotata ad n. 127.

(94) *Ἀλλὰ Θεῷ καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου διδάγμασιν.* Observandum est Justinum, dum tanto studio effertur, non adversus catholicos adversarios, sed adversus hæreticos efferri, nec de nuda regni mille annorum opinione, sed de toto resurrectionis dogmate loqui. Postquam enim dixit: « Neque enim hominibus... adhærendum mihi esse statuo, sed Deo et iis quæ ab eo tradita sunt, » statim addit: « Nam si etiam incidistis in nonnullos, qui Christiani quidem vocantur, » etc. Id est si vidistis et colloculi estis. Fama enim cogniti erant Tryphoni, n. 35.

(95) *Τὰς ψυχὰς αὐτῶν.* Justinus non alios hic refellit, quam nefarios hæreticos, qui suum in cœlos ascensum nullis flagitiis tardari posse dicebant; deinde vero postquam semel evolassent in cœlum, nullum deinceps de bonis et malis judicium, nullam fore resurrectionem. Eosdem sectarios refellunt Irenæus lib. I, cap. 21, et Tertullianus *Scorpiac.* cap. 10. Quin etiam ipse Hieronymus, quem opiniones Millenariorum secutum non esse constat, hæc opinionum portenta eodem modo ac Justinus detestatur. Sic enim in ep. 43 *ad Ctesiphontem* de Manichæis loquitur: Manichæus, inquit, electos suos, quos inter ἀψῖδας Platonis in cœlestibus collocat, dicit omni carere peccato, nec, si velint, posse peccare. » Justinus non immerito cavet, ne ejusmodi homines pro Christianis habeantur. Eorum enim vita et doctrina plurimum nocebat nomini Christiano. Celsus apud Origenem attribuit omnibus Christianis commenta Ebionitarum de Christo nato ex Josepho l. I, p. 54; Gnosticorum *De mundi creatore* l. VI, p. 311, et l. VIII, p. 387, ac ipsas etiam Ophianorum nugas p. 297. Unde Irenæus de suis hæreticis l. I, c. 25, n. 3: « Sed vitam quidem luxuriosam, sententiam autem impiam, ad velamen malitiæ ipsorum, nomine abutuntur. » Videtur interpres, ut sæpe alias, legisse, ἄσωτον pro ἄσωτοι, et ἄθεον pro ἄθεοι. Vertere debuisset « luxuriosi et impii. »

(96) *Γενιστῶν καὶ Μεριστῶν.* Genistas auctor indiculi hæresium apud Hieronym. ita dictos putat, quia e genere Abrahæ orti erant. Meristas vero, quia Scripturas separabant. Scaliger legendum putat γενῆται, ita ut iidem sint ac γεννῆται. Genistas Serrarius interpretatur illustres, Meristas vero schismaticos. Sed non animadverterunt eruditi viri Genistas et Meristas inter se opponi, ut discrepantes sectas ac invicem pugnantes. Si vim utriusque nominis expendamus, alterum a genere ducitur, alterum a parte. Testatur Josephus *Antiq.* lib. XVIII, c. 2, Judæorum sectas de fato et providentia dissensisse, Pharisæis omnia quidem Deo submittentibus, sed non sine exceptione voluntatum humanarum; Essenis vero nihil prorsus excipientibus, quod non Deo subjicerent. Crediderim ergo Genistas dictos fuisse, qui mundum generatim a Deo administrari; Meristas, qui fatum sive providentiam ad singulos homines pertinere censebant. Cujusmodi dissidium inter philosophos exstitit, quorum nonnulli, ut ait Justinus initio *Dialogi*, « persuadere conabantur Deum universi quidem ac generum et specierum curam gerere; mei autem, ac singulorum non item. »

(97) *Γαλιλαίων καὶ Ἑλληνιανῶν.* Primi a Juda Galilæo orti, iidemque ac Sicarii. Hellenianos Scaliger ab Hellenio duce deducit, Serrarius a Græco quodam auctore sectæ. — *Γαλιλαίων.* Hujus sectæ auctor et princeps fuit Judas Galilæus, qui post exsilium regis Archelai, cum Romani in Judæa censum agere vellent, populares suos ad retinendam pristinam libertatem excitavit. Vide Act. apost. V, 37, et Joseph. *Antiq.* XVIII, c. 1, § 1 et 6. Kortholtus. De iis auctor Indiculi hæres.: « Galilæi dicunt Christum venisse et docuisse eos, ne dicerent dominum Cæsarem neve ejus monitis uterentur. » — *Ἑλληνιανῶν.* Horum præter Justinum nemo veterum mentionem fecit. Jos. Scaliger (*De tribus Judæorum sectis syntagm.* ed. Jac. Trigland., Delph. 1703, 4, P. I, p. 379) eos ab auctore sive hæresiarcha Hellenio deducit, J. Drusius (*Ad voces Hebr. N. Test. commentar.*, Franck. Fris. 1616, 4, p. 219) Herodianos putat designari. Thirlbius legi malit Ἡλιαχῶν vel Ἐλκεσαίων, vel, quod propius ad vulgarem lectionem accedit, Ἑλληλιανῶν, ut intelligatur celebris illa schola R. Hillelis sive Hellelis. Otto.

(98) *Φαρισαίων, Βαπτιστῶν.* Legendum videtur καὶ Βαπτιστῶν. Recensentur enim Hemerobaptistæ apud Epiphanium post Pharisæos. In hoc autem de sectis Judaicis judicio non sequitur Justinus opiniones Judæorum. Quamvis enim purior esset doctrina Pharisæorum, quam aliorum, omnes prorsus has sectas labiis Deum, non corde colere pronuntiat. In quo quidem cum metueret ne Judæis in offensam veniret, verborum duritiem sic mollire instituit: « Ne vobis ingratum sit quidquid sentiam, eloquentem audire. »

Digitized by Google

ipse Deus clamat, corde autem longe ab eo remotos. Ego autem et, si qui recte in omnibus sentiunt, Christiani, et carnis resurrectionem futuram scimus, et mille annos in urbe Jerusalem ædificata et ornata et amplificata; quemadmodum Ezechiel et Isaias et cæteri prophetæ promittunt,

81. *Probare conatur hanc sententiam ex Isaia et Apocalypsi.* — Sic enim Isaias de hoc mille annorum spatio locutus est : « Erit enim cœlum novum, et terra nova, et non recordabuntur priorum, et non venient super cor eorum; sed gaudium et exsultationem invenient in ipsa, quæ ego creo. Quia ecce ego facio exsultationem Jerusalem, et populum meum lætitiam; et exsultabo super Jerusalem, et lætabor super populo meo. Et non ultra audietur in ea vox fletus neque vox clamoris. Et non erit amplius ibi immatura aliquis ætate, et senex, qui non impleat tempus suum. Erit enim adolescens filius centum annorum : moriens vero **179** peccator filius centum annorum, etiam maledictus erit. Et ædificabunt domos, et ipsi inhabitabunt; et plantabunt vineas, et ipsi comedent genimina earum, et vinum bibent; non ædificabunt, et alii inhabitabunt; et non plantabunt, alii vero comedent. Etenim secundum dies ligni vitæ, erunt dies populi mei; opera laborum eorum multiplicabuntur. Electi mei non laborabunt in vanum; neque filios generabunt in maledictionem; quia semen justum et benedictum a Domino erunt, et nepotes eorum cum eis. Et erit, antequam ipsi clament ego exaudiam; adhuc loquentibus illis, dicam : Quid est? Tum lupi et agni pascentur simul, et leo quasi bos comedet paleas, et serpens terram, quasi panem. Non nocebunt, neque corrumpent in monte sancto; dicit Dominus [21]. » Quod igitur his in verbis dicitur : « Nam secundum dies ligni, dies po-

A Θεὸς, τὴν δὲ καρδίαν πόρρω ἔχειν ἀπ' αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ, καὶ εἴ τινές εἰσιν ὀρθογνώμονες κατὰ πάντα Χριστιανοὶ, καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν γενήσεσθαι ἐπιστάμεθα· καὶ χίλια ἔτη (99) ἐν Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομηθείσῃ καὶ κοσμηθείσῃ καὶ πλατυνθείσῃ, οἱ προφῆται (1) Ἰεζεκιὴλ καὶ Ἡσαΐας, καὶ οἱ ἄλλοι ὁμολογοῦσιν.

81. Οὕτως γὰρ Ἡσαΐας περὶ τῆς χιλιονταετηρίδος ταύτης εἶπεν· « Ἔσται γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινή· καὶ οὐ μὴ μνησθῶσι τῶν προτέρων, οὐδὲ μὴ ἐπέλθῃ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν· ἀλλ' εὑφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα εὑρήσουσιν ἐν αὐτῇ ὅσα ἐγὼ κτίζω. Ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀγαλλίαμα, καὶ τὸν λαόν μου εὐφροσύνην, καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὐφρανθήσομαι τῷ λαῷ μου. Καὶ οὐκ B ἔτι οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν αὐτῇ φωνὴ κλαυθμοῦ, οὐδὲ φωνὴ κραυγῆς. Καὶ οὐ μὴ γένηται ἔτι ἐκεῖ ἄωρος ἡμέραις, καὶ πρεσβύτης ὃς οὐκ ἐμπλήσει τὸν χρόνον αὐτοῦ. Ἔσται γὰρ ὁ νέος, υἱὸς (2) ἑκατὸν ἐτῶν· ὁ δὲ ἀποθνήσκων ἁμαρτωλὸς υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν, καὶ ἐπικατάρατος ἔσται. Καὶ οἰκοδομήσουσιν οἰκίας, καὶ αὐτοὶ ἐνοικήσουσι, καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας, καὶ αὐτοὶ φάγωνται (3) τὰ γεννήματα αὐτῶν, καὶ τὸν οἶνον πίωνται· οὐ μὴ οἰκοδομήσωσι (4), καὶ ἄλλοι κατοικήσουσι· καὶ οὐ μὴ φυτεύσωσι, καὶ ἄλλοι φάγονται. Κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται· τὰ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν πλεονάσουσιν (5). Οἱ ἐκλεκτοί μου οὐ μὴ πονήσουσιν εἰς κενὸν, οὐδὲ τεκνοποιήσουσιν εἰς κατ- C άραν· ὅτι σπέρμα δίκαιον καὶ εὐλογημένον ὑπὸ Κυρίου ἔσονται, καὶ ἔγγονα (6) αὐτῶν μετ' αὐτῶν. Καὶ ἔσται πρὶν ἢ κεκράξαι αὐτοὺς, ἐγὼ ἐπακούσομαι αὐτῶν· ἔτι λαλούντων αὐτῶν, ἐρῶ· Τί ἐστι; Τότε λύκοι καὶ ἄρνες ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα, ὄφις δὲ γῆν ὡς ἄρτον. Οὐκ ἀδικήσουσιν οὐδὲ λυμανοῦνται ἐπὶ τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ, λέγει Κύριος. » Τὸ οὖν εἰρημένον ἐν τοῖς λόγοις τούτοις

[21] Isa. LXV, 17 usque ad finem.

(99) *Καὶ χίλια ἔτη.* Clericus excidisse putat has voces, εὐσεβεῖς βιώσεσθαι. Sed satis est supplere verba præcedentia γενήσεσθαι ἐπιστάμεθα.

(1) *Οἱ προφῆται.* Legendum ὡς οἱ προφῆται, ut jam multi animadverterunt. Manifestum est enim Justinum hic suo et eorum quos recte in omnibus sentire ait, nomine, eam doctrinam proliteri, quæ et hæreticis resurrectionem negantibus et catholicis regnum mille annorum rejicientibus contraria sit. Primos oppugnat resurrectionis professio, alteros regni mille annorum exspectatio. Præterea post illa verba : « Et carnis resurrectionem futuram scimus, » multo aptius ponitur : « Et mille annos in urbe Jerusalem, quemadmodum prophetæ promittunt, » quam si dicatur, « Et mille annos in urbe Jerusalem instaurata et exornata et amplificata prophetæ Ezechiel et Isaias et alii promittunt. » Illis adde Justinum paulo ante dixisse et sibi et multis aliis de hoc regno mille annorum omnino persuasum esse. Quamvis autem ita sentire declaret qui recte in omnibus sentiunt; manifesta est adhibita ab illo inter eos qui resurrectionem et eos qui regnum mille annorum negabant, maxima distinctio. 1° Quidquid aspere et vehementer dicit, id ad primos spectat. Laudem aliis piæ et puræ doctrinæ tribuit. 2° Primos toti Ecclesiæ adversari declarat, alios vero nequaquam. 3° His verbis, « Et resurrectionem futuram scimus, et mille annos, quemadmodum prophetæ promittunt, » satis indicat resurrectionis doctrinam omnium Scripturarum auctoritate, et traditione ac unanimi Ecclesiæ consensu niti, regni autem mille annorum opinionem ex quibusdam testimoniis Scripturæ deduci, in D quibus qui regnum mille annorum perspicere sibi videbantur, eos recte in omnibus sentire existimabat; qui autem idem non perspiciebant, eos vituperare non audebat.

(2) *Υἱός.* Justinus in hoc Isaiæ referendo testimonio non sequitur Septuaginta interpretes, apud quos illud υἱός, quod paulo post a Justino repetitur, nentro in loco legitur. Neque etiam iidem agnoscunt ἡμέραις post ἄωρος, neque illud ὅσα ἐγὼ κτίζω.

(3) *Φάγωνται.* Monet eruditus Londinensis editor legendum esse φάγονται τὰ γεννήματα, et mox πίονται.

(4) *Οἰκοδομήσωσι.* Codex regius ad marginem οἰκοδομήσουσι, et mox φυτεύσουσι.

(5) *Πλεονάσουσιν.* Mendose illud verbum pro παλαιώσουσιν positum esse Grabius et Thirlbius observant.

(6) *Ἔγγονα.* Melius ἔκγονα ut in Bibliis Rom. et Ald. THIRLBIUS.

Digitized by Google

ἔφην· « Κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου (7) αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται, τὰ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν πλεονάσουσιν, » νενοήκαμεν, ὅτι χίλια ἔτη ἐν μυστηρίῳ μηνύει. Ὡς γὰρ τῷ Ἀδὰμ εἴρητο ὅτι ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐν ἐκείνῃ ἀποθανεῖται, ἐγνωμεν αὐτὸν μὴ ἀναπληρώσαντα χίλια ἔτη. Συνήκαμεν καὶ τὸ εἰρημένον, ὅτι (8) « ἡμέρα Κυρίου ὡς χίλια ἔτη (9), » εἰς τοῦτο συνάγει. Καὶ ἐπειδὴ καὶ παρ' ἡμῖν ἀνήρ τις, ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, εἷς τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, ἐν ἀποκαλύψει γενομένῃ αὐτῷ χίλια ἔτη ποιήσειν ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ πιστεύσαντας προεφήτευσε, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν καθολικὴν, καὶ, συνελόντι φάναι, αἰωνίαν ὁμοθυμαδὸν ἅμα πάντων ἀνάστασιν γενήσεσθαι καὶ κρίσιν. Ὅπερ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν εἶπεν· « Ὅτι οὔτε γαμήσουσιν (10) οὔτε γαμηθήσονται, ἀλλὰ ἰσάγγελοι ἔσονται, τέκνα τοῦ Θεοῦ τῆς ἀναστάσεως ὄντες. »

A puli mei erunt : opera laborum eorum multiplicabuntur, » mille annos arcane designari intelligimus. Cum enim Adæ dictum fuisset, quo die de ligno edisset, eo moriturum, mille illum annos non implevisse scimus. Illud etiam : « Dies Domini tanquam mille anni[22], » eodem pertinere intelligimus. Huc accedit quod vir apud nos nomine Joannes, unus ex Christi apostolis, in revelatione ipsi facta, mille annos Jerosolymis traducturos prædixit eos, qui Christo nostro crediderint, ac postea generalem, et, ut verbo dicam, æternam unanimiter simul omnium resurrectionem et judicium futurum. Quod quidem et Dominus noster pronuntiavit : « Neque nubent, neque nubentur, sed æquales angelis erunt, cum sint filii Dei resurrectionis[22]. »

B

82. Παρὰ γὰρ ἡμῖν (11) καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν. Ἐξ οὗ καὶ αὐτοὶ συνεῖναι ὀφείλετε, ὅτι τὰ πάλαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα εἰς ἡμᾶς μετετέθη. Ὅνπερ δὲ τρόπον καὶ ψευδοπροφῆται ἐπὶ τῶν παρ' ὑμῖν γενομένων ἁγίων προφητῶν ἦσαν, καὶ παρ' ἡμῖν νῦν πολλοί εἰσι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι· οὓς φυλάσσεσθαι προεῖπεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Κύριος, ὡς ἐν μηδενὶ ὑστερεῖσθαι ἡμᾶς, ἐπισταμένους ὅτι προγνώστης ἦν τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἄνοδον τὴν εἰς οὐρανὸν, μελλόντων γίνεσθαι ἡμῖν. Εἶπε γὰρ ὅτι φονεύεσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέλλομεν, καὶ ὅτι ψευδοπροφῆται καὶ ψευδόχριστοι πολλοὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ παρελεύσονται, καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν· ὅπερ καὶ ἔστι. Πολλοὶ γὰρ ἄθεα καὶ βλάσφημα καὶ ἄδικα ἐν ὀνόματι αὐτοῦ παραχαράσσοντες ἐδίδαξαν, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος διαβόλου ἐμβαλλόμενα ταῖς διανοίαις αὐτῶν ἐδίδαξαν, καὶ διδάσκουσι μέχρι νῦν· οὓς ὁμοίως ὑμῖν μεταπείθειν μὴ πλανᾶσθαι ἀγωνιζόμεθα, εἰδότες ὅτι πᾶς ὁ δυνάμενος (12) λέγειν τὸ ἀληθὲς καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ διεμαρτύρατο ὁ Θεὸς εἰπὼν, ὅτι « σκοπὸν τέθεικά σε τῷ οἴκῳ Ἰούδα. Ἐὰν

82. *Prophetica dona Judæorum translata in Christianos.* —Apud nos enim etiam nunc dona exstant prophetica : ex quo et ipsi intelligere debetis, quæ apud vos olim fuere, ea in nos esse translata. Quemadmodum autem apud vos, cum sancti essent prophetæ, falsi quoque exstiterunt, ita et nunc ejusmodi homines ac falsi doctores apud nos versantur; quos ut caveremus, præmonuit nos Dominus noster, ita ut nihil imparatis nobis eveniat, quippe cum præscium eum sciamus fuisse eorum, quæ post ipsius resurrectionem ex mortuis et ascensum in cœlum eventura nobis erant. Futurum enim esse dixit, ut occideremur et odio haberemur propter nomen ejus, ac falsi prophetæ et falsi Christi in nomine ejus multi prodirent et plurimos seducerent; quod quidem et evenit. Multi enim impia et blasphema et iniqua in ejus nomine adulterantes tradiderunt, et quæ ab impuro spiritu diabolo sunt, ea mentibus suis injecta docuerunt et etiam nunc docent. Quibus idem quod vobis persuadere conamur, ut ab errore discedant; quippe cum perspectum habeamus quicunque verum possit dicere, nec dicat, eum a Deo judi-

C

[22] Psal. LXXXIX, 4. [22] Luc. XX, 35, 36.

(7) *Τοῦ ξύλου.* In editionibus Græco-Latinis additur τῆς ζωῆς, quod deest in codicibus mss. et apud R. Stephanum.

(8) *Καὶ τὸ εἰρημένον ὅτι.* Legendum esse καὶ ὅτι τὸ εἰρημένον, jam nonnulli monuerunt. Legere malim cum Thirlbio συνάγειν. Sed quod idem legit paulo ante καὶ ἔγνωμεν, id totum hunc locum perturbat.

(9) *Χίλια ἔτη.* Locus sic explicandus videtur. Verba illa, « dies populi Dei erunt secundum dies ligni, » arcane designant mille annos. Nam Deus dicit : « Adamum eodem die, quo de ligno edisset, moriturum esse; » is autem (μὴ ἀναπλ. = « non TRANSCRESSUS EST tempus mille annorum ») fere mille annos vixit (Genes. v, 5) : dies igitur Domini est tanquam mille anni, et per mille annos Christus Hierosolymis cum suis regnabit. — Irenæus *Adv. hæres.* v, c. 23, § 2, p. 321, ed. Massuet. : « Quidam autem rursus in millesimum annum revocant mortem Adæ : quoniam enim « dies Domini sicut mille anni : » non superposuit (h. e. excessit) autem mille annos, sed intra eos mortuus est, transgressionis adimplens sententiam » Otto.

(10) *Οὔτε γαμήσουσιν.* Desituram liberorum procreationem dicit, postquam omnes homines resurrexerint; non quod justos in illo, quod sibi fingebat, mille annorum regno liberis operam daturos suspicaretur; sed quia sanctis « omnium bonorum utique spiritualium, » ut ait Tertullianus III, *in Marc.*, c. 24, « copia » fruentibus cæteros homines consuetam vitæ rationem ducturos existimabat. Nemo sane Justinum sine summa temeritate suspectum in hoc genere habere possit, qui diserte docet in *Apol.* I, Christianos idcirco ad vitam profundendam paratos esse, quia τῆς παρὰ Θεῷ διαγωγῆς amatores sunt, quia αἰωνίου καὶ καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦσι.

(11) *Παρὰ γὰρ ἡμῖν.* Quia paulo ante dixerat Joannem, unum ex duodecim, prophetæ apud Christianos munere perfunctum esse; inde nata occasio loquendi de propheticis Christianorum donis.

(12) *Πᾶς ὁ δυνάμενος.* Citat hanc sententiam Joannes Damascenus in *Parallelis*, p. 751.

Digitized by Google

catum iri, 180 quemadmodum Deus per Ezechielem testatus est his verbis : « Speculatorem posui te domui Juda. Si peccaverit peccator, et non testificatus ei fueris, ipse quidem peccato suo peribit, a te autem sanguinem ejus requiram. Sin testificatus ei fueris, innocens eris[24]. » Et nos igitur metu adducti, sermones secundum Scripturas conferre studemus, minime autem pecuniæ aut gloriæ cupiditate, aut amore voluptatis. Nullum enim ex his est vitiis, cujus nos quisquam arguere possit. Neque enim similiter, ac principes populi vestri, vivere volumus, quibus Deus hoc probrum objicit : « Principes vestri socii furum, diligentes dona, persequentes retributionem[25]. » Quod si quos etiam inter nos tales noveritis, ne Scripturas idcirco et Christum blasphemiis appetatis, aut prave interpretari studeatis.

A ἁμάρτῃ ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ μὴ διαμαρτύρῃ αὐτῷ, αὐτὸς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπολεῖται, παρὰ σοῦ δὲ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκζητήσω. Ἐὰν δὲ διαμαρτύρῃ αὐτῷ, ἀθῶος ἔσῃ. » Διὰ δέος οὖν καὶ ἡμεῖς σπουδάζομεν ὁμιλεῖν κατὰ τὰς Γραφὰς, ἀλλ' οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ἢ φιλοδοξίαν, ἢ φιληδονίαν. Ἐν οὐδενὶ γὰρ τούτων ἐλέγξαι ἡμᾶς ὄντας δύναταί τις. Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ τοῦ ὑμετέρου θέλομεν ζῆν, οὓς ὀνειδίζει ὁ Θεὸς λέγων· « Οἱ ἄρχοντες ὑμῶν κοινωνοὶ κλεπτῶν, φιλοῦντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα. » Εἰ δέ τινας καὶ ἐν ἡμῖν τοιούτους γνωρίζετε, ἀλλ' οὖν γε τὰς Γραφὰς καὶ τὸν Χριστὸν διὰ τοὺς τοιούτους μὴ βλασφημῆτε, καὶ παρεξηγεῖσθαι (13) σπουδάζητε.

83. *Probatur psalmum,* « *Dixit Dominus,* » *etc.* *Ezechiæ non convenire.* — Illud enim, « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum[26], » ita interpretari ausi sunt magistri vestri, ut in Ezechiam dictum esse contenderent, quasi is jussus sit in dextra parte templi sedere, cum ad eum misit rex Assyriorum minitans, eique per Isaiam significatum est ne hunc timeret. Atque Isaiæ quidem dicta sic evenisse, ut dicta fuerant, et regem Assyriorum aversum fuisse quominus Jerusalem in diebus Ezechiæ oppugnaret, atque ab angelo Domini occisa in castris Assyriorum ad centum octoginta quinque hominum millia, et novimus et confitemur. Psalmum autem in eum dictum non fuisse perspicuum est; sic enim habet[27] : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet super Jerusalem, et dominabitur in medio inimicorum suorum. In splendore sanctorum ex utero ante Luciferum genui te. Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. » Ezechiam igitur non esse sacerdotem in æternum secundum ordinem Melchisedech, quis non fateatur? Nec eum esse Jerusalem liberatorem, quis nescit? Nec eum in urbem Jerosolymorum virgam

B 83. Καὶ γὰρ τό· « λέγει Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, » εἰς Ἐζεκίαν εἰρῆσθαι ἐτόλμησαν ὑμῶν οἱ διδάσκαλοι ἐξηγήσασθαι, ὡς κελευσθέντος αὐτοῦ ἐν δεξιᾷ τοῦ ναοῦ (14) καθεσθῆναι, ὅτε προσέπεμψεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἀπειλῶν, καὶ ἐσημάνθη αὐτῷ διὰ τοῦ Ἡσαΐου μὴ φοβεῖσθαι. αὐτόν. Καὶ ὅτι μὲν γέγονε τὰ λεχθέντα ὑπὸ Ἡσαΐου οὕτως, καὶ ἀπεστράφη ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων τοῦ μὴ πολεμῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις τοῦ Ἐζεκίου, καὶ ἄγγελος Κυρίου ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων εἰς ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χιλιάδας, καὶ ἐπιστάμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Ὅτι δὲ εἰς αὐτὸν οὐκ εἴρηται ὁ ψαλμὸς, δῆλον. Ἔχει γὰρ οὕτως· « Λέγει Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως C ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ (15) ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατακυριεύσει ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Ἐν λαμπρότητι (16) τῶν ἁγίων πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. » Ὅτι οὖν Ἐζεκίας οὐκ ἔστιν ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, τίς οὐχ ὁμολογεῖ; καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λυτρούμενος τὴν Ἱερουσαλὴμ, τίς οὐκ ἐπίσταται; καὶ ὅτι ῥάβδον δυνάμεως αὐτὸς οὐκ ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατεκυρίευσεν ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἦν ὁ ἀποστρέψας ἀπ' αὐτοῦ

[24] Ezech. III, 17, 18, 19. [25] Isa. I, 23. [26] Psal. CIX, 1. [27] Ibid., 1-4.

(13) *Μὴ βλασφημῆτε καὶ παρεξηγεῖσθαι.* Distinguenda sunt quæ Justinus non distinxit, et blasphemiæ ad Christum, pravæ interpretationes ad Scripturas referendæ.

(14) *Ἐν δεξιᾷ τοῦ ναοῦ.* Hæc Tertullianus, ut Londinensis uterque editor observavit, in libro v *Adv. Marcionem*, cap. 9, transtulit.

(15) *Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ.* Hunc locum longe aliter citat Justinus supra n. 32, et in *Apol.* I, n. 45. Statuere non possum utrum hæc varietas in librarios, an ipsum in Justinum rejicienda sit. Sed nullus dubito quin in hoc *Dialogi* loco ita scripserit Justinus, ut in editis habetur. Probat enim hunc psalmum ad Ezechiam detorqueri non posse, quia non ipse Ezechias virgam virtutis emisit, sed Deus ab eo plorante avertit hostes. Non legebat ergo : « virgam virtutis emittet tibi Dominus. » Legimus etiam supra, καὶ κατακυρίευε. Sed hoc loco retinendum καὶ κατακυριεύσει,

D nempe virga illa virtutis dominabitur, potentissimum Christi verbum, quod, ut explicat Justinus, dominatum est in medio inimicorum, scilicet in medio dæmonum, qui a gentibus colebantur. Legit pariter Tertullianus v, *in Marc.*, cap. 9 : « et dominabitur in medio inimicorum tuorum. » Illud autem, « tuorum » non quadrat apud Justinum cum iis quæ præcedunt. Nimium enim hæc obscura et dura sunt : Virgam virtutis emittet (Christus) et (illa) dominabitur in medio inimicorum tuorum. Videtur ergo legendum ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ut paulo post, ubi Ezechiæ hæc aptari non posse demonstrat Justinus.

(16) *Ἐν λαμπρότητι.* Quæ ante hæc verba et in locis supra citatis Justini et in Bibliis leguntur, ea ab ipso Justino omitti potuere. Non enim totum hic psalmum recitat. Legitur supra n. 32 et 53, et Apol. I, n. 45 : Ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου.

Digitized by Google

κλαίοντος καὶ ὀδυρομένου τοὺς πολεμίους, τίς οὐ γινώσκει; ὁ δὲ ἡμέτερος Ἰησοῦς οὐδέπω ἐνδόξως ἐλθών, ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἰερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε (17), τὸν λόγον τῆς κλήσεως καὶ τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα, ὅπου τὰ δαιμόνια ἀπεκυρίευεν αὐτῶν, ὡς φησι Δαβίδ· « Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. » Καὶ ἰσχυρὸς ὁ λόγος αὐτοῦ πέπεικε πολλοὺς καταλιπεῖν δαιμόνια οἷς ἐδούλευον, καὶ ἐπὶ τὸν παντοκράτορα Θεὸν δι' αὐτοῦ πιστεύειν, ὅτι δαιμόνιά (18) εἰσιν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν. Καὶ τό· « Ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, » τῷ Χριστῷ εἴρηται, ὡς προέφημεν.

A virtutis emisisse, quæ dominata sit in medio inimicorum suorum, sed Deum esse, qui ab eo flente et plorante hostes avertit, quis non noverit? Noster autem Jesus, nondum gloriose adveniens, virgam virtutis **181** emisit in urbem Jerusalem, verbum vocationis et pœnitentiæ ad omnes gentes, ubi dæmonia suo eas imperio tenebant, quemadmodum ait David : « Dii gentium dæmonia[28]; » ac præpotens illius verbum multis persuasit, ut dæmonia, quibus serviebant, reliquerent, et per eum in Deum omnipotentem crederent, ac deos gentium esse dæmonia persuasum haberent. Illud autem : « In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te[29], » Christo dictum est, ut jam monuimus.

84. Καὶ τό· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, » εἰς τοῦτον προείρητο. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ Παρθένου οὗτος, περὶ οὗ Ἡσαΐας ἔλεγεν, ἔμελλεν γεννᾶσθαι, εἰς ὃν (19) τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐβόα· « Ἰδοὺ Κύριος αὐτὸς ἡμῖν δώσει σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν; » Εἰ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρωτοτόκοις καὶ οὗτος γεννᾶσθαι ἐκ συνουσίας ἔμελλε, τί καὶ ὁ Θεὸς σημεῖον ὃ μὴ πᾶσι τοῖς πρωτοτόκοις κοινόν ἐστιν, ἔλεγε ποιεῖν; Ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς σημεῖον, καὶ πιστὸν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἔμελλε γίνεσθαι, τουτέστι διὰ παρθενικῆς μήτρας τὸν πρωτότοκον τῶν πάντων ποιημάτων σαρκοποιηθέντα ἀληθῶς παιδίον γενέσθαι, προλαβὼν αὐτὸ διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος, κατὰ ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον, ἀνιστόρησα (20) ὑμῖν, προεκήρυξεν, ἵνα ὅταν γένηται, δυνάμει καὶ βουλῇ τοῦ τῶν ὅλων Ποιητοῦ γενόμενον γνωσθῇ· ὡς καὶ ἀπὸ πλευρᾶς μιᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἡ Εὔα γέγονε, καὶ ὥσπερ τἆλλα πάντα ζῷα λόγῳ Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἐγεννήθη. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐν τούτοις παραγράφειν τὰς ἐξηγήσεις ἃς ἐξηγήσαντο οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖ γενομένῳ, τολμᾶτε, λέγοντες μὴ ἔχειν τὴν Γραφὴν ὡς ἐκεῖνοι ἐξηγήσαντο, ἀλλ', « Ἰδοὺ, » φησὶν, « ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει· » ὡς μεγάλων πρα-

84. *Soli etiam Christo convenit illud* : « Ecce Virgo. » — Atque illud etiam : « Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium[30], » in eum prædictum fuerat. Nam si ille, de quo loquebatur Isaias, non erat ex Virgine nasciturus; quis tandem ille est de quo Spiritus sanctus clamabat : « Ecce Dominus ipse nobis dabit signum : Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium? » Nam si hic quoque, perinde ac alii omnes primogeniti, ex concubitu oriturus erat, cur Deus ipse signum, quod minime omnibus primogenitis commune esset, daturum se dicebat? Sed quod vere signum est, quodque certum humano generi futurum erat, nempe ex virginali utero Primogenitum omnium rerum conditarum, carnem factum, vere puerum nasci, id præoccupans per Spiritum sanctum aliis atque aliis modis, ut vobis exposui, prænuntiavit, ut cum factum esset, potestate et voluntate Creatoris universorum factum esse agnosceretur; quemadmodum ex una Adæ costa Eva genita est, ac cætera omnia animantia verbo Dei initio generata sunt. Vos autem in his quoque interpretationes, quas seniores vestri edidere, cum apud Ptolomæum Ægyptiorum regem essent, pervertere audetis, Scripturam asserentes

[28] Psal. xcv, 5. [29] Psal. cix, 3. [30] Isa. vii, 14.

(17) *Ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἰερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε.* Sic etiam paulo anté de Ezechia dicebat : Ῥάβδον δυνάμεως αὐτὸς οὐκ ἀπέστειλεν εἰς Ἰερουσαλήμ. In ipso psalmo qualem recitat Justinus, habemus ἐπὶ Ἰερουσαλήμ. Nemo est sane qui non hic facinus aliquod suspicetur librariorum. Nullum enim exstat exemplum ejusmodi lectionis non solum apud alios scriptores, sed etiam apud Justinum, qui legit supra n. 33, ἐκ Σιών, et in *Apol.* I, n. 45, ἐξ Ἰερουσαλήμ, et legem novam Hierosolymis progressam dicit, ut jam vidimus n. 11 et 24. Præterea durior videri possit hæc verborum constructio : εἰς Ἰερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε τὸν λόγον τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα. Commodius et aptius diceretur verbum Evangelii Hierosolymis missum esse ad omnes gentes. Sed cum semel habeamus ἐπὶ Ἰερουσαλήμ, bis eodem sensu εἰς Ἰερουσαλήμ, non temere rejicienda tribus locis repetita scriptura. Illud πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα minus durum videbitur si referatur ad nomen κλήσεως. Sed præcipue nobis observanda ratiocinatio Justini. « Virgam virtutis » interpretatur « verbum vocationis et pœnitentiæ ad omnes gentes, » sive donum Spiritus sancti apostolis immissum, cum omnes essent Hierosolymis in eodem loco. Quare hæc virga virtutis ante emissa est in urbem Hierosolymam, quam ex ea egrederetur. Illam autem Jerosolyma missam dicere, Justini proposito conducebat. Nam ne Judæi dicerent Ezechiam precibus suis impetrasse et emisisse ex urbe virgam virtutis, qua profligati hostes; occurrit Justinus et observat virgam virtutis non solum Hierosolymis emissam esse, sed etiam Hierosolyma, quod Ezechiæ aptari non poterat. Itaque legendo ἐπὶ Ἰερουσαλήμ non tam immutatur textus quam explicatur. Illud mirum, cur hanc explicationem Justinus in ipsum contextum asciverit. Fortasse Justinus, qui interpretationes Hebraicas interdum sectatur, præpositionem Hebraicam voci Sion præmissam idem valere credidit ac *in*, quia nonnunquam ita accipitur.

(18) *Ὅτι δαιμόνια.* Hæc e margine translata conjicit eruditus Londinensis editor.

(19) *Εἰς ὅν.* Legit εἰς ὃ Thirlbius.

(20) *Ἀνιστόρησα.* Præmittendum ὡς Sylburgius et alii monuerunt. Hæc pertractare præcipue incipit n. 63.

Digitized by Google

non habere, ut illi exposuerunt, sed: « Ecce adolescentula in utero habebit. » Quasi vero res magnæ significarentur, si mulier ex concubitu paritura esset; quod juniores omnes mulieres faciunt, exceptis sterilibus; quanquam ut istæ etiam pariant potest Deus efficere, si velit. Samuelis enim mater cum non pareret, Dei voluntate peperit: sic etiam uxor Abrahæ, sancti illius patriarchæ, et Elisabet, quæ Joannem Baptistam genuit, et quædam aliæ similiter. Quapropter nihil omnino suspicari debetis, quod non possit Deus facere, si velit. Inprimis vero cum prædictum sit ita eventurum, ne prophetias adulterare aut prava interpretatione detorquere audeatis; si quidem vobis injuriam solis facietis, Deum autem nihil lædetis

85. *Probat Christum esse Dominum virtutum ex Psalmo* XIV, *et ex ejus imperio in dæmones.* — Atque hoc etiam vaticinium: « Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, ut ingrediatur Rex gloriæ [31], » quidam ex vobis ad Ezechiam interpretando detorquere audent; alii ad Salomonem; cum nec in hunc nec in illum, nec in ullum omnino alium ex vestris regibus dictum esse demonstrari possit, sed tantum in nostrum hunc Christum, qui informis et inglorius apparuit, ut Isaias et David et Scripturæ omnes testantur; qui Dominus est virtutum per voluntatem Patris hoc ei dantis; qui ex mortuis etiam resurrexit **182** et ascendit in cœlum, quemadmodum et psalmus et cæteræ Scripturæ demonstrabant, eumque Dominum virtutum prædicabant: id quod vobis etiam nunc facile est ex his quæ in omnium oculis geruntur perspicere, si velitis. Nam per nomen ipsius illius Filii Dei et omnis creaturæ Primogeniti, qui ex Virgine natus est, et homo perpessionibus obnoxius factus, et sub Pontio Pilato a populo vestro crucifixus et mortuus est, ac resurrexit ex mortuis et ascendit in cœlum, dæmonium quodlibet adjuratum vincitur et subjicitur. Si vero per nomen quodlibet eorum, qui apud vos fuerunt, aut regum, aut justorum, aut prophetarum, aut patriarcharum a vobis adjurentur, nullum subjicietur dæmonium. Si quis tamen vestrum per Deum Abrahæ et Deum Isaac et Deum Jacob, adjuret, fortasse subjicietur. Jam vero exorci-

[31] Psal. XXIII, 7.

γμάτων (21) σημαινομένων, εἰ γυνὴ ἀπὸ συνουσίας τίκτειν ἔμελλεν· ὅπερ πᾶσαι αἱ νεάνιδες γυναῖκες ποιοῦσι πλὴν τῶν στειρῶν· ἃς καὶ αὐτὰς βουληθεὶς ὁ Θεὸς γεννᾷν ποιῆσαι δυνατός. Ἡ μήτηρ γὰρ τοῦ Σαμουὴλ μὴ τίκτουσα, διὰ βουλὴν Θεοῦ τέτοκε· καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἁγίου πατριάρχου Ἀβραὰμ, καὶ Ἐλισάβετ ἡ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην τεκοῦσα, καὶ ἄλλαι τινὲς ὁμοίως. Ὥστε οὐκ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν δεῖ ὑμᾶς πάντα δύνασθαι τὸν Θεὸν ὅσα βούλεται. Καὶ μάλιστα ἐπειδὴ ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι, μὴ παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι τολμᾶτε τὰς προφητείας· ἐπεὶ ἑαυτοὺς μόνους ἀδικήσετε, τὸν δὲ Θεὸν οὐ βλάψετε.

85. Καὶ γὰρ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν, « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης, » ὁμοίως εἰς τὸν Ἐζεκίαν τολμῶσί τινες ἐξ ὑμῶν ἐξηγεῖσθαι εἰρῆσθαι, ἄλλοι δὲ εἰς Σολομῶνα· οὐδὲ εἰς τοῦτον, οὐδὲ εἰς ἐκεῖνον, οὔτε εἰς ἄλλον ἁπλῶς λεγόμενον ὑμῶν βασιλέα δυνατὸν ἀποδειχθῆναι εἰρῆσθαι, εἰς δὲ μόνον τοῦτον τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, τὸν ἀειδῆ καὶ ἄτιμον φανέντα, ὡς Ἡσαΐας ἔφη, καὶ Δαβὶδ, καὶ πᾶσαι αἱ Γραφαί· ὃς ἐστι Κύριος τῶν δυνάμεων διὰ τὸ θέλημα τοῦ ὄντος αὐτῷ Πατρός· ὃς καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς καὶ ὁ ψαλμὸς καὶ αἱ ἄλλαι Γραφαὶ ἐδήλουν, καὶ Κύριον αὐτὸν τῶν δυνάμεων κατήγγελλον, ὡς καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων ῥᾷον ὑμᾶς πεισθῆναι, ἐὰν θέλητε. Κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος (22) αὐτοῦ τούτου τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, καὶ διὰ Παρθένου γεννηθέντος καὶ παθητοῦ γενομένου ἀνθρώπου, καὶ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ ἀποθανόντος, καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντος εἰς τὸν οὐρανὸν, πᾶν δαιμόνιον ἐξορκιζόμενον νικᾶται καὶ ὑποτάσσεται. Ἐὰν δὲ κατὰ παντὸς ὀνόματος (23) τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἢ βασιλέων, ἢ δικαίων, ἢ προφητῶν, ἢ πατριαρχῶν ἐξορκίζητε ὑμεῖς, οὐχ ὑποταγήσεται οὐδὲν τῶν δαιμονίων. Ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξορκίζοι τις ὑμῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ (24), καὶ Θεοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Θεοῦ Ἰακὼβ, ἴσως ὑποταγήσεται. Ἤδη μέντοι οἱ ἐξ ὑμῶν ἐξορκισταὶ τῇ τέχνῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη, χρώμενοι ἐξορκίζουσι καὶ θυμιάμασι καὶ καταδέσμοις (25) χρῶν-

(21) *Ὡς μεγάλων πραγμάτων*, etc. Irenæus lib. III, cap. 27: « Quid enim magnum aut quod signum fieret, in eo quod adolescentula concipiens ex viro peperisset, quod evenit omnibus quæ pariunt mulieribus. » THIRLBIUS.

(22) *Κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος .... ὑποτάσσεται.* Brevis hæc Christi historia non videtur temere addita esse; respiciuntur fortasse antiquæ formulæ exorcizandi. Origenes *c. Cels.* I, c. 6 (Opp. ed. de la Rue tom. I) p. 325: Οὐ γὰρ κατακηλήσειν ἰσχύειν δοκοῦσιν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ μετὰ τῆς ἀπαγγελίας τῶν περὶ αὐτὸν ἱστοριῶν. OTTO.

(23) *Κατὰ παντὸς ὀνόματος*, etc. Ὁ Σολομὼν οὐκ ἐδεσπότευσε τῶν δαιμόνων; οὐχὶ πάντας ὑφ' ἓν ὡς ἕνα συνέκλεισεν; οὐχὶ μέχρι τοῦ σήμερον τοῦτον δεδοίκασιν; Hæc Judæi apud Leontium Constantinopolitanum col. 724, tom. I Auctarii Novi *Bibl. PP.* Vide Joseph *Antiq.* VIII, p. 257, et Gregentii *Disp.* fol. 27. THIRLBIUS.

(24) *Κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ.* Idem docent citati ab erudito Thirlbio Irenæus l. II, c. 6, et Origenes v *adv. Cels.*, p. 17, et l. IV, p. 184. Quin etiam testatur Origenes Deum Abrahæ, Isaac et Jacob ab ipsis etiam ethnicis in incantationibus et magicis operationibus nominari, ibid., lib. IV.

(25) *Καὶ θυμιάμασι καὶ καταδέσμοις.* Mericus Casaubonus Not. ad M. Anton. l. I, sanum hunc Justini contextum depravat, legendo καταδέσμοις χρῶνται ἐπῶν. Inanem hanc conjecturam exagitat Thirlbius, qui tamen a Casaubono non discedit in interpretandis καταδέσμοις, quos putat « carmina fuisse, quibus dæmonium, sublimentis ex dæmo-

Digitized by Google

ται, εἶπον. Ὅτι δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ δυνάμεις εἰσὶν οἷς ὁ λόγος ὁ τῆς προφητείας τῆς διὰ Δαβὶδ ἐπᾶραι (26) τὰς πύλας, ἵνα εἰσέλθῃ οὗτος ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς Κύριος τῶν δυνάμεων κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ λόγος τοῦ Δαβὶδ ὁμοίως ἀπέδειξεν· οὗ καὶ πάλιν ἐπιμνησθήσομαι διὰ τούτους τοὺς μὴ καὶ χθὲς συνόντας ἡμῖν· δι' οὓς καὶ πολλὰ τῶν χθὲς εἰρημένων ἐπὶ κεφαλαίων λέγω. Καὶ νῦν πρὸς ὑμᾶς ἐὰν τοῦτο λέγω, εἰ καὶ ἐταυτολόγησα (27) πολλάκις, οὐκ ἄτοπον εἰπεῖν ἐπίσταμαι. Γελοῖον μὲν γὰρ πρᾶγμά ἐστιν ὁρᾷν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα (28) ἄστρα τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀεὶ, καὶ τὰς τροπὰς τῶν ὡρῶν ποιεῖσθαι, καὶ τὸν ψηφιστικὸν ἄνδρα, εἰ ἐξετάζοι τὸ (29) τὰ δὶς δύο πόσα ἐστὶ, διὰ τὸ πολλάκις εἰρηκέναι, ὅτι τέσσαρα, παύσεσθαι τοῦ πάλιν λέγειν, ὅτι τέσσαρα, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ὅσα παγίως ὁμολογεῖται, ἀεὶ ὡσαύτως λέγεσθαι καὶ ὁμολογεῖσθαι· τὸν δὲ ἀπὸ τῶν Γραφῶν τῶν προφητικῶν ὁμιλίας ποιούμενον ἐᾷν, καὶ μὴ τὰς αὐτὰς ἀεὶ λέγειν Γραφὰς, ἀλλ' ἡγεῖσθαι ἑαυτὸν βέλτιον τῆς Γραφῆς γεννήσαντα εἰπεῖν. Ἔστιν οὖν ὁ λόγος δι' οὗ ἐσήμανε (30) τὸν Θεὸν δηλοῦν, ὅτι καὶ ἄγγελοί εἰσιν ἐν οὐρανῷ, καὶ δυνάμεις, οὗτος· « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. Αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. »

A stas vestros dixi arte adhibita, perinde atque gentes adjurare, et suffitibus ac amuletis uti. Angelos autem et virtutes esse, quos Davidicæ prophetiæ sermo portas jubet attollere, ut introeat ille redivivus ex mortuis, Dominus virtutum secundum voluntatem Patris, Jesus Christus, verba Davidis similiter demonstrant. Quæ quidem iterum commemorabo propter eos qui heri nobiscum non erant, quorum etiam causa multa hesterno die dicta summatim refero. Ac nunc quidem si id vobis dixero, etsi sæpe eadem inculcavi, nihil tamen absurdi dicturum esse confido. Ridiculum enim fuerit, solem et lunam videre ac cæteras stellas eamdem semper viam insistere, easdemque tempestatum vices reducere: rationum computatorem, si rogetur bis B duo quot faciant, etsi sæpe dixerit, quatuor, non tamen idcirco desinere quatuor dicere, et alia ejusmodi, quæcumque certo asseverantur, eodem semper modo dici et asseverari: eum autem qui ex Scripturis propheticis disserendi rationem depromat, missas Scripturas facere, nec easdem semper referre, sed melius aliquid Scriptura pariturum se existimare. Verba autem, quibus Deum declarare dixi angelos **183** et virtutes in cœlo esse, ita se habent: « Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus [32]. »

Καὶ Μνασέας δέ τις ὀνόματι τῶν συνελθόντων αὐτοῖς τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ εἶπε· Καὶ ἡμεῖς χαίρομεν πάλιν πειρωμένου σου τὰ αὐτὰ λέγειν δι' ἡμᾶς.

Hic unus ex his, qui postridie cum eis venerant Mnaseas nomine, nobis, inquit, pergratum facis quod eadem nostra causa referre instituas.

Κἀγὼ εἶπον· Ἀκούσατε, φίλοι, τίνι Γραφῇ πειθόμενος ταῦτα πράττω. Ἰησοῦς ἐκέλευσεν ἀγαπᾶν καὶ τοὺς ἐχθρούς· ὅπερ καὶ διὰ Ἡσαΐου ἐκεκήρυκτο C At ego: Audite, inquam, amici, quæ me Scriptura ut ita facerem, induxerit. Præcepit Jesus ut etiam inimicos diligamus: quod idem et ab Isaia

[32] Psal. CXLVIII, 1.

niaco fugatum, ita vinciretur, ut redire non posset. » Incantationes illæ, quæ dicuntur κατάδεσμοι, eo spectant apud Platonem II. *De Rep.*, p. 364, et apud alios scriptores, ut dæmones evocentur et eorum auxilio ad arbitrium magi utantur; apud Justinum autem eo tantum referuntur, ut dæmones expellantur et ne noceant constringantur. Quare non videntur idem esse ac περιάμματα de quibus Eusebius III *Demonstr. Evangel.*, p. 127, aut σκυτίδων ἐξαρτήματα apud Tatianum; hæc enim ægrotantium corporibus apponi solebant ad morbos sanandos. Sed persuadere mihi non possum κατάδεσμους apud Justinum carmina esse. Nam 1° Justinus opponit θυμιάματα et καταδέσμους verbis, quibus Judæos uti solitos esse dixerat. 2° Testantur Irenæus et Origenes Judæos per nomen Dei Abrahæ, Isaac et Jacob adjurare. His ergo ethnicorum carminibus non utebantur. 3° Præter carmina adhibebantur quædam veneficia ad expellendos dæmones, ut discimus ex Justino, qui in *Apol.* II, n. 6, testatur dæmoniacos ab aliis adjuratoribus, incantatoribus et veneficis non sanatos, ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν καὶ ἐπαστῶν καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας, quotidie a Christianis sanari. Sic etiam in Actis S. Pionii: « Sicut in omnibus, inquit S. martyr, qui Deum pura mente suspiciunt, angeli adesse festinant; ita veneficis, vel incantatoribus, vel furorem sub vaticinationis specie per devia rura vendentibus dæmones obsequuntur. » Καταδέσμους aliquam esse credo ejusmodi φαρμακείας speciem.

(26) *Ἐπᾶραι.* Ante hanc vocem vel post legendum vel subaudiendum κελεύει. Sæpe a Justino prætermissa ejusmodi verba. Vide n. 89 et 90. Supra Justinus nempe n. 36, probavit Christum esse Regem gloriæ et Dominum virtutum et cœlestibus principibus præcipi ut portas suas attollant. Sed ibidem non legimus hæc verba: « Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus, » quibus tamen Justinus mox dicet se usum fuisse, ut probaret angelos esse, quibus mandatum est ut portas attollerent. Non tamen mancus aut hiulcus ille locus est, neque alius assignari potest, D in quo id præstiterit Justinus. Immerito ergo culpentur librarii, quod omiserint hæc verba; sed ipsi Justino hoc tribuendum, qui in scribendo *Dialogo* nonnulla interdum omittit, quæ postea opportune occurrunt, sive id arte et data opera factum, sive quod memoria nonnunquam effluat, ac postea res prætermissas revocet.

(27) *Ἐταυτολόγησα.* Uterque codex ms. et R. Stephanus ἐπαυτολόγησα.

(28) *Ἄλλα.* Hanc vocem, quæ deerat in editis, suppeditavit uterque codex ms.

(29) *Ἐξετάζοι τό.* Legendum ἐξετάζοιτο et mox οὐ παύσεσθαι. Ibidem statuit Cl. Thirlbius « omnino legendum λέγεσθαι καὶ ποιεῖσθαι. » Sed hunc locum minus intellexit, eumque satis refellit apposita post verbum ὁμολογεῖται distinctio.

(30) *Ἐσήμανε.* Legendum ἐσήμανα. Liquet enim Justinum ea repetere quæ pridie dixerat. Ita etiam emendat Cl. Thirlbius.

Digitized by Google

prædicatum fuerat pluribus verbis, in quibus etiam nostræ regenerationis mysterium continetur, ac omnium omnino, qui Christum Hierosolymis visum iri exspectant, eique operibus placere student. Verba Isaiæ hujusmodi sunt : « Audite verbum Domini, qui tremitis sermonem ejus; dicite, fratres nostri, iis qui oderunt vos, et abominantur, ut nomen Domini glorificetur. Visus est in lætitia eorum, et illi confundentur. Vox clamoris de civitate, vox de templo, vox Domini retribuentis retributionem superbis. Antequam parturiens pariat, et antequam veniat labor parturiginum, peperit masculum. Quis audivit tale, et quis vidit sic; si parturivit terra in die una, si vero et peperit gentem nixu uno; quia parturivit, et peperit Sion parvulos suos? Ego autem dedi exspectationem hanc, et non parienti, dixit Dominus. Ecce ego parientem et sterilem feci, dicit Dominus. Lætare, Jerusalem, et conventus agite omnes, qui diligitis eam. Gaudete omnes quicunque lugetis super eam, ut sugatis, et impleamini ab ubere consolationis ejus; ut postquam suxeritis, deliciis affluatis ab introitu gloriæ ejus [43]. »

A διὰ πλειόνων, ἐν οἷς καὶ τὸ μυστήριον πάλιν τῆς γενέσεως (31) ἡμῶν, καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν τὸν Χριστὸν ἐν Ἰερουσαλὴμ (32) φανήσεσθαι προσδοκώντων, καὶ δι' ἔργων εὐαρεστεῖν αὐτῷ σπουδαζόντων. Εἰσὶ δὲ οἱ διὰ Ἡσαΐου λόγοι οὗτοι· « Ἀκούσατε τὸ ῥῆμα Κυρίου οἱ τρέμοντες τὸ ῥῆμα αὐτοῦ. Εἴπατε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις, τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῆναι. Ὤφθη ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν, κἀκεῖνοι αἰσχυνθήσονται. Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ (33), φωνὴ Κυρίου ἀποδιδόντος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέτεκεν ἄρσεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον, καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως, εἰ ὠδινεν ἡ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ· εἰ δὲ καὶ τέκοι ἔθνος εἰσάπαξ, ὅτι ὠδινε καὶ ἔτεκε
B Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς; Ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην καὶ οὐ γεννώσῃ (34), εἶπε Κύριος. Ἰδοὺ ἐγὼ γεννῶσαν καὶ στεῖραν ἐποίησα, λέγει Κύριος. Εὐφράνθητι Ἰερουσαλὴμ, καὶ πανηγυρίσατε πάντες οἱ ἀγαπῶντες αὐτήν. Χαίρετε πάντες ὅσοι πενθεῖτε ἐπ' αὐτὴν, ἵνα θηλάσητε, καὶ ἐμπλησθῆτε ἀπὸ μαστοῦ παρακλήσεως αὐτῆς, ἵνα ἐκθηλάσαντες τρυφήσητε ἀπὸ εἰσόδου δόξης αὐτοῦ (35). »

86. *Ligni crucis, per quod regnavit Christus, variæ figuræ in Vetere Testamento.* — His recitatis adjeci : Quem autem Scripturæ rursum gloriose, postquam crucifixus fuisset, venturum demonstrant, illius symbolum fuisse tum lignum vitæ, quod dictum fuerat in paradiso plantatum fuisse, tum ea quæ omnibus justis eventura erant, audite. Moyses cum virga missus est ad populum liberandum, eamque manibus gestans cum populum antecederet, mare dissecuit. Per eam ex petra aquam scaturientem vidit; ac, ligno in aquam Merra injecto dulcem ex amara effecit. Virgis Jacob in canales aquarum injectis, consecutus est, ut materni avunculi oves fœtæ fierent; quo fœtus earum ipse possideret. In virga sua transmisisse se fluvium idem Jacob gloriatur: scalam quoque a se visam esse dixit eique

86. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, προσέθηκα· Ὅτι δὲ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι (36) τοῦτον, ὃν ἔνδοξον πάλιν παραγενήσεσθαι ἀποδεικνύουσιν αἱ Γραφαὶ, σύμβολον εἶχε τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ὃ ἐν τῷ παραδείσῳ πεφυτεῦσθαι ἐλέλεκτο, καὶ τῶν γενησομένων πᾶσι τοῖς δικαίοις, ἀκούσατε. Μωϋσῆς μετὰ ῥάβδου ἐπὶ τὴν τοῦ λαοῦ
C ἀπολύτρωσιν ἐπέμφθη· καὶ ταύτην ἔχων μετὰ χεῖρας ἐν ἀρχῇ τοῦ λαοῦ διέτεμε τὴν θάλασσαν. Διὰ ταύτης ἀπὸ τῆς πέτρας ὕδωρ ἀναβλύσαν ἐώρα· καὶ ξύλον βαλὼν εἰς τὸ ἐν Μερρᾷ ὕδωρ, πικρὸν ὄν, γλυκὺ ἐποίησε. Ῥάβδους βαλὼν Ἰακὼβ εἰς τοὺς ληνοὺς τῶν ὑδάτων, ἐγκισσῆσαι τὰ πρόβατα τοῦ μητραδέλφου, ἵνα τὰ γεννώμενα ἐξ αὐτῶν κτήσηται, ἐπέτυχεν. Ἐν ῥάβδῳ αὐτοῦ διεληλυθέναι τὸν ποταμὸν ὁ αὐτὸς Ἰακὼβ καυχᾶται. Κλίμακα ἔφη ἑωρᾶσθαι αὐτῷ, καὶ τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτῆς ἐστηρίχθαι ἡ Γραφὴ

[43] Isa. LXVI, 5-11.

(31) *Πάλιν τῆς γενέσεως.* Legendum monuit Sylburgius τῆς πάλιν γενέσεως vel τῆς παλιγγενεσίας.

(32) *Ἐν Ἰερουσαλήμ.* Illud, « Hierosolymis, » positum est, ut propria opinio Justini, nequaquam autem ut necessaria ad beatam regenerationem conditio. Quasi dicat Justinus, mysterium regenerationis nostræ ac omnium prorsus, qui Christum exspectant, quem ego Hierosolyma venturum puto. Cum Justinus explicat illud : « Et ipse erit exspectatio gentium, » ut n. 51 et 120, laudat omnes catholicos a communi illa exspectatione, quamvis alii aliter exspectarent, ac plurimi de Hierosolymis minime cogitarent.

(33) *Φωνὴ ἐκ ναοῦ.* In utroque codice ms. φωνὴ λαοῦ. Quæ quidem Scriptura etsi ab ipso fonte et a Septuaginta interpretibus longe discrepat, non idcirco tamen abjudicanda erat Justino, apud quem multæ occurrunt ejusmodi varietates. Sed tamen immutare necessarium non duxi quod superiores editiones adoptaverunt.

(34) *Οὐ γεννώσῃ.* Magis cum Hebræo quadraret, ut observat eruditus Londinensis editor, si legeremus οὐ γεννήσω. Sed cum multa alia hoc in loco nec cum Hebræo, nec cum Septuaginta interpretibus congruant, non mutanda videtur lectio, quæ
D sensum commodum et Justini proposito cohærentem habet.

(35) *Δόξης αὐτοῦ.* Legitur αὐτῆς in Bibliis, idque ipsi fonti consentaneum; sed libenter credideriim Justinum scripsisse αὐτοῦ, quod ad Christum referri potest. Hunc enim ex hoc loco concludit visum iri Hierosolymis, idque satis congruit cum his verbis « ab ingressu gloriæ ejus. »

(36) *Μετὰ τὸ σταυρωθῆναι.* Pro his vocibus legunt Sylburgius et alii καὶ τὸ σταυρωθῆναι, sed inutili prorsus opera; cum manifestum sit hæc verba referri ad ea quæ sequuntur, nempe πάλιν παραγενήσεσθαι, ut in interpretatione animadverti potest. Ad oram utriusque codicis ms. apposita est hæc nota, quæ non videtur hominis esse hunc locum intelligentis : Οἶμαι σύμβολον ἔχοντα τὸν σταυρὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς θέλει. « Videtur mihi dicere Christum rediturum habentem crucem ut signum ligni vitæ. »

Digitized by Google

δεδήλωκε. Καὶ ὅτι οὐχ ὁ Πατὴρ ἦν, ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀπεδείξαμεν. Καὶ ἐπὶ λίθου καταχέας ἔλαιον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ Ἰακὼβ, στήλην τῷ ὀφθέντι αὐτῷ Θεῷ ἀληλιφέναι ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ Θεοῦ μαρτυρεῖται. Καὶ ὅτι λίθος Χριστὸς διὰ πολλῶν Γραφῶν συμβολικῶς ἐκηρύσσετο, ὁμοίως ἀπεδείξαμεν· καὶ ὅτι τὸ χρίσμα πᾶν εἴτε ἐλαίου, εἴτε στακτῆς, εἴτε τῶν ἄλλων τῶν τῆς συνθέσεως τοῦ μύρου χρισμάτων, τούτου ἦν, ὁμοίως ἀπεδείξαμεν (37), τοῦ Λόγου λέγοντος· « Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Καὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς πάντες καὶ οἱ χριστοὶ ἀπὸ τούτου μετέσχον καὶ βασιλεῖς καλεῖσθαι καὶ χριστοί· ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἔλαβε τὸ βασιλεύς (38), καὶ Χριστὸς, καὶ ἱερεὺς, καὶ ἄγγελος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἔχει ἢ ἔσχε. Ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν βλαστὸν κομίσασα, ἀρχιερέα αὐτὸν ἀπέδειξε. Ῥάβδον ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ γενήσεσθαι τὸν Χριστὸν, Ἡσαΐας προεφήτευσε. Καὶ Δαβίδ· « Ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσειν ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεσθαι (39), » φησὶν εἶναι τὸν δίκαιον. Καὶ ὡς φοῖνιξ ἀνθίσειν ὁ δίκαιος εἴρηται. Ἀπὸ ξύλου τῷ Ἀβραὰμ ὤφθη ὁ Θεὸς, ὡς γέγραπται, πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ (40). Ἑβδομήκοντα ἰτέας καὶ δώδεκα πηγὰς εὗρεν ὁ λαὸς διαβὰς τὸν Ἰορδάνην (41). Ἐν ῥάβδῳ καὶ βακτηρίᾳ παρακεκλῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Δαβὶδ λέγει. Ξύλον Ἐλισσαῖος (42) βαλὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἀνήνεγκε τὸν σίδηρον τῆς ἀξίνης, ἐν ᾗ πεπορευμένοι ἦσαν οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν, κόψαι ξύλα εἰς οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου, ἐν ᾧ τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ λέγειν καὶ μελετᾶν ἐβούλοντο· ὡς καὶ ἡμᾶς βεβαπτισμένους ταῖς βαρυτάταις ἁμαρτίαις ἃς ἐπράξαμεν, διὰ τοῦ σταυρωθῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ δι' ὕδατος ἀγνίσαι ὁ Χριστὸς ἡμῶν ἐλυτρώσατο, καὶ οἶκον εὐχῆς καὶ προσκυνήσεως ἐποίησε. Καὶ ῥάβδος ἦν ἡ δείξασα Ἰούδαν πατέρα τῶν ἀπὸ Θάμαρ διὰ μέγα μυστήριον (43) γεννηθέντων.

87. Καὶ ὁ Τρύφων, εἰπόντος μου ταῦτα, ἔφη· Μή μοι λοιπὸν ὑπολάμβανε ἀνατρέπειν πειρώμενον τὰ ὑπὸ σοῦ λεγόμενα, πυνθάνεσθαι ὅσα ἂν πυνθάνωμαι, ἀλλὰ βούλεσθαι μανθάνειν περὶ τούτων αὐτῶν ὧν ἂν ἐρωτῶ. Εἰπὲ οὖν μοι, διὰ τοῦ Ἡσαΐου εἰπόντος τοῦ

Deum innixum fuisse Scriptura demonstrat. Porro Patrem non fuisse ex Scripturis demonstravimus; et cum Jacob lapidi oleum infudisset in eodem loco, testimonium accepit **184** ab ipso illo, qui ei apparuerat, Deo, quod cippum Deo sibi viso inunxisset. Christum autem lapidis nomine in testimoniis multis Scripturæ arcane designari, et quodcunque unguentum sive olei, sive stactæ, sive aliarum ex unguenti compositione unctionum, ipsius fuisse similiter demonstravimus, Scriptura dicente : « Propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis supra consortes tuos [34]. » Nam reges et christi omnes ab eo habuerunt, ut et reges et christi vocarentur ; quemadmodum et ipse a Patre accepit, ut Rex et Christus esset et Sacerdos et Angelus, et quæcunque habet aut habuit. Aaronis virga cum fruticata esset, pontificem eum declaravit. Virgam e radice Jesse nasciturum esse Christum Isaias prædixit. Et David : « Tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium ejus non defluet, » ait esse justum [35]. Dictum etiam illud est, fore ut justus ut palma floreat. Ex ligno visus est Abrahæ Deus, quemadmodum scriptum est, ad quercum Mambre. Septuaginta salices et duodecim fontes invenit populus transmisso Jordane; in virga et baculo David consolationem se a Deo accepisse dicit. Ligno Elisæus in fluvium Jordanem misso, ferrum securis revocavit, quacum profecti fuerant filii prophetarum, ut ligna cæderent ad ædificandam domum, in qua legem et mandata Dei prædicare et meditari volebant; quemadmodum et nos peccatis gravissimis, quæ admisimus, demersos Christus noster tum per lignum, in quo crucifixus est, tum per aquam, qua expiamur, liberavit ac domum precationis et adorationis effecit. Virga etiam erat, quæ Judam eorum patrem esse demonstravit, quos ex Thamar non sine magno mysterio genuerat.

87. *Objicit Trypho hæc verba*, « Et requiescet super eum, etc. *Explicantur a Justino.* — Hic Trypho, cum hæc dixissem, Ne me, inquit, deinceps existimes evertere tentantem quæ a te dicuntur, percontari quidquid percontatus fuero, sed de his

[34] Psal. XLIV, 8. [35] Psal. I, 3.

(37) Ἀπεδείξαμεν. Videtur hæc Justinus demonstrasse n. 63, ubi Jesum esse Christum probat his verbis, « Unxit te, Deus, Deus tuus, » et Christianos ab eo denominatos asserit.

(38) Τὸ βασιλεύς. Supple εἶναι vel λέγεσθαι.

(39) Δώσειν.... ἀπορρυήσεσθαι. Nulla hic contextus corruptela; sed tantum subauditur ἔφη, atque hoc verbum satis fuit semel ponere, idque insuetis apud Græcos et Latinos scriptores exemplis comprobatum est. Legendum videtur ἀνθήσειν

(40) Τῇ Μαμβρῇ. Codex uterque ms. habet ad marginem ἐν τῇ Μαμβρῇ. Sic etiam R. Stephanus ad calcem.

(41) Ἰορδάνην. Mare Rubrum, non Jordanem, ut observat Thirlb.

(42) Ξύλον Ἐλισσαῖος. Similia habes apud Irenæum lib. IV, c. 17, et in *Fragmentis*, pag. 347. Justinum etiam imitatur Tertullianus lib. *Adv. Jud.*, c. 13, cum pluribus ligni crucis figuris recensendis, tum maxime hoc Elisæi miraculo. Vid. Jul. Firm. *De errore profan. relig.*

(43) Διὰ μέγα μυστήριον. Thirlbius loco allato ex Iren. l. IV, c. 25, ubi hæc de vocatione gentium et reprobatione Judæorum intelliguntur, addit : « Nescio an hoc sit mysterium quod vult noster, certe non absimile est ejus mysteriis. » Sed tamen non soli Justinus et Irenæus, sed multi alii Patres ita censuere, ut videre est apud commentatores, quorum doctissimi quique sententiam Patrum sequuntur.

Digitized by Google

ipsis, quæ percontabor, velle perdiscere. Dic igitur mihi : cum Scriptura per Isaiam dicat : « Egredietur virga de radice Jesse, et flos ascendet de radice Jesse, et requiescet super eum Spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini [36] : » (hæc autem mihi, aiebat, in Christum dicta esse confessus, eum tamen Deum præexstitisse dicis, et carnem factum secundum voluntatem Dei, ex Virgine hominem genitum esse;) quomodo præexstitisse demonstrari potest, qui per virtutes Spiritus sancti, quas per Isaiam enumerat Scriptura, completur, perinde ac illis indigeat.

Tum ego : Acutissime, inquam, et prudentissime **185** interrogasti; vere enim videtur esse ambigendi locus; sed ut horum quoque rationem perspicias, audi quæ dicturus sum. Has Spiritus virtutes, quæ supra enumeratæ sunt, non ideo Scriptura in eum delapsas dicit, quod illis indigeret, sed quod in eo requieturæ essent, id est, finem in eo habituræ, ita ut nulli deinceps in vestro genere prophetæ veteri more exstarent; quod vobis licet vel ipsis oculis cernere. Post eum enim nullus apud vos exstitit propheta. Atque, ut vobis pateat prophetas, cum unam quisque aut alteram virtutem a Deo accepissent, ea fecisse et dixisse, quæ nos quoque ex Scripturis didicimus, his etiam quæ a me dicuntur animum advertite. Sapientiæ enim spiritum Salomon habebat, intelligentiæ et consilii Daniel, fortitudinis et pietatis Moyses, timoris Elias, scientiæ Isaias; atque alii similiter aut singulas quisque virtutes, aut vicissim cum alia quapiam conjunctas habuere; velut Jeremias et duodecim et David, et cæteri omnino quicunque apud vos exstiterunt prophetæ. Requievit igitur, id est, desiit spiritus, postquam ille advenit, cujus susceptæ inter homines dispensationis temporibus finem apud vos habere oportebat, et in eo requiescentia, rursus, ut prædictum fuerat, effundi dona illa, quæ ex gratia virtutis Spiritus sui largitur his, qui in ipsum credunt, prout quemque dignum judicat. Quod quidem eum postquam in cœlum ascendisset ita facturum, jam dixi prænuntiatum fuisse, iterumque dico. Dictum est igitur : « Ascendit in altum : captivam duxit captivitatem, dedit dona filiis hominum [37]. » Et rursus in alio vaticinio : « Et erit postea, effundam spiritum meum super omnem carnem et super ser-

A Λόγου · « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἀναβήσεται ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας · καὶ ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ · » (καὶ ὁμολογήσας (44) ταῦτα πρὸς μὲ, ἔλεγεν, εἰς Χριστὸν εἰρῆσθαι, καὶ Θεὸν αὐτὸν προϋπάρχοντα λέγεις, καὶ κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ σαρκοποιηθέντα αὐτὸν λέγεις διὰ τῆς Παρθένου γεγεννῆσθαι ἄνθρωπον·) πῶς δύναται ἀποδειχθῆναι προϋπάρχων, ὅστις διὰ τῶν δυνάμεων τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἃς καταριθμεῖ ὁ Λόγος διὰ Ἡσαΐου, πληροῦται, ὡς ἐνδεὴς τούτων ὑπάρχων.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην · Νουνεχέστατα μὲν καὶ συνετώτατα ἠρώτησας · ἀληθῶς γὰρ ἀπόρημα δοκεῖ εἶναι · B ἀλλ' ἵνα ἴδῃς καὶ τὸν περὶ τούτων λόγον, ἄκουε ὧν λέγω. Ταύτας τὰς κατηριθμημένας τοῦ Πνεύματος δυνάμεις, οὐχ ὡς ἐνδεοῦς αὐτοῦ τούτων ὄντος, φησὶν ὁ Λόγος ἐπεληλυθέναι ἐπ' αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἐκεῖνον ἀνάπαυσιν μέλλουσῶν ποιεῖσθαι, τουτέστιν ἐπ' αὐτοῦ πέρας ποιεῖσθαι (45), τοῦ μηκέτι ἐν τῷ γένει ὑμῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος προφήτας γενήσεσθαι · ὅπερ καὶ ὄψει ὑμῖν ἰδεῖν ἐστι. Μετ' ἐκεῖνον γὰρ οὐδεὶς ὅλως προφήτης παρ' ὑμῖν γεγένηται. Καὶ ὅτι οἱ παρ' ὑμῖν προφῆται, ἕκαστος μίαν τινὰ ἢ καὶ δευτέραν δύναμιν παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνοντες, ταῦτα ἐποίουν καὶ ἐλάλουν, ἃ καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἐμάθομεν, κατανοήσατε καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα. Σοφίας μὲν γὰρ πνεῦμα Σολομῶν ἔσχε, συνέσεως δὲ καὶ βουλῆς Δανιὴλ, ἰσχύος δὲ καὶ εὐσεβείας Μωϋσῆς, καὶ Ἠλίας φόβου. καὶ γνώσεως Ἡσαΐας · καὶ οἱ ἄλλοι αὖ ὁμοίως, C ἢ μίαν ἕκαστος, ἢ ἐναλλὰξ ἄλλην τινὰ μετ' ἄλλης δυνάμεως ἔσχον · οἷον καὶ Ἱερεμίας, καὶ οἱ δώδεκα, καὶ Δαβὶδ, καὶ οἱ ἄλλοι ἁπλῶς ὅσοι γεγόνασι παρ' ὑμῖν προφῆται. Ἀνεπαύσατο οὖν, τουτέστιν ἐπαύσατο, ἐλθόντος ἐκείνου μεθ' ὃν τῆς οἰκονομίας ταύτης τοῖς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ γενομένοις (46) χρόνοις παύσασθαι ἔδει αὐτὰ ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐν τούτῳ ἀνάπαυσιν λαβόντα, πάλιν, ὡς ἐπεπροφήτευτο, γενήσεσθαι δόματα, ἃ ἀπὸ τῆς χάριτος τῆς δυνάμεως τοῦ Πνεύματος ἐκείνου τοῖς ἐπ' αὐτὸν πιστεύουσι δίδωσιν, ὡς ἄξιον ἕκαστον ἐπίσταται. Ὅτι ἐπεπροφήτευτο (47) τοῦτο μέλλειν γίνεσθαι ὑπ' αὐτοῦ μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνέλευσιν αὐτοῦ, εἶπον μὲν ἤδη, καὶ πάλιν λέγω. Εἶπεν οὖν · « Ἀνέβη εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν · ἔδωκε δόματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. » D Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρᾳ προφητείᾳ εἴρηται · « Καὶ ἔσται

[36] Isa. xi, 1-3. [37] Psal. lxvii, 19.

(44) *Ὁμολογήσας.* Frustra Sylburgius legendum putat ἐπεὶ ὡμολόγησας. Nihil prorsus in hoc loco viderunt, qui Justinum, minime vero Tryphonem, hæc pronuntiare arbitrati sunt.

(45) *Ἐπ' αὐτοῦ πέρας ποιεῖσθαι.* Justinum imitatur Tertullianus, lib. v *adv. Marc.*, c. 8. Quod autem ait lib. *De baptismo*, c. 10 : « Ipsum quod cœleste in Joanne fuerat, spiritum prophetiæ, post totius Spiritus in Dominum translationem usque adeo defecisse, ut quem prædicaverat, quem advenientem designaverat, postmodum an ipse esset miserit sciscitatum; » auctorem hujus sententiæ non videtur habuisse Justinum, qui hoc tantum dicit supra, n. 51, Christum Joannis prophetiæ et baptismati finem imposuisse.

(46) *Τοῖς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ γενομένοις.* Legendum τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτῷ γενομένης.

(47) *Ὅτι ἐπεπροφήτευτο.* Legendum monet Sylburgius ὅτι δὲ ἐπεπροφήτευτο.

Digitized by Google

μετὰ ταῦτα, ἐκχεῶ τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου, καὶ προφητεύσουσι. »

88. Καὶ παρ' ἡμῖν (48) ἔστιν ἰδεῖν καὶ θηλείας, καὶ ἄρσενας, χαρίσματα ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ ἔχοντας. Ὅστε οὐ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐνδεῆ δυνάμεως ἐπεπροφήτευτο ἐλεύσεσθαι ἐπ' αὐτὸν τὰς δυνάμεις τὰς κατηριθμημένας ὑπὸ Ἡσαΐου, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπέκεινα μὴ μέλλειν ἔσεσθαι. Μαρτύριον δὲ καὶ τοῦτο ἔστω ὑμῖν, ὃ ἔφην πρὸς ὑμᾶς γεγονέναι ὑπὸ τῶν Ἀραβίας μάγων, οἵτινες ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸ παιδίον, ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. Καὶ γὰρ γεννητὸς, δύναμιν τὴν αὐτοῦ ἔσχε· καὶ αὐξάνων κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, χρώμενος τοῖς ἁρμόζουσιν, ἑκάστῃ αὐξήσει τὸ οἰκεῖον ἀπένειμε, τρεφόμενος τὰς πάσας τροφὰς, καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα, ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κήρυξ αὐτοῦ τῆς παρουσίας, καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ὁδὸν προϊὼν, ὡς καὶ προαπέδειξα. Καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε, κατελθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πῦρ ἀνήφθη (49) ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπιπτῆναι ἐπ' αὐτὸν ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι (50) αὐτοῦ τούτου τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν. Καὶ οὐχ ὡς ἐνδεᾶ αὐτὸν τοῦ βαπτισθῆναι, ἢ τοῦ ἐπελθόντος ἐν εἴδει περιστερᾶς Πνεύματος, οἴδαμεν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸν ποταμόν· ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ σταυρωθῆναι, ὡς ἐνδεῆς τούτων, ὑπέμεινεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ γένους τοῦ τῶν ἀνθρώπων, ὃ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως ἐπεπτώκει, παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν (51) ἑκάστου αὐτῶν πονηρευσαμένου. Βουλόμενος γὰρ τούτους ἐν ἐλευθέρᾳ προαιρέσει, καὶ αὐτεξουσίους γενομένους, τούς τε ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὁ Θεὸς πράττειν ὅσα ἕκαστον ἐνεδυνάμωσε δύνασθαι ποιεῖν, ἐποίησεν, εἰ μὲν τὰ εὐάρεστα αὐτῷ αἱροῖντο, καὶ ἀφθάρ-

vos meos et super servas meas, et prophetabunt [38]. »

88. *Christus non ob penuriam accepit Spiritum sanctum.* — Atque apud nos videre est et mulieres et viros, qui dona a Spiritu Dei habent. Quare non quod virtutis esset indigus, prædictum est venturas in eum virtutes ab Isaia enumeratas, sed quod ultra futuræ non essent. Atque illud etiam vobis testimonio sit, quod vobis dixi ab Arabiæ magis factum, qui cum statim ac puer natus est, venissent, adoraverunt eum. Nam, ut in lucem editus est, suam virtutem habuit, ac crescens communi aliorum omnium hominum more, congruisque rebus utens, suum cuique incremento tribuebat, cibis omnibus ali solitus, sicque annos plus minus triginta permaneus, donec Joannes illius adventus præco prodiret, ac viam baptismo, ut supra demonstravi, præpararet. Cumque tum Jesus ad Jordanem fluvium venisset, ubi Joannes baptizabat, descendente Jesu in aquam, etiam ignis accensus est in **186** Jordane, eique ex aqua prodeunti Spiritum sanctum instar columbæ involasse scripserunt hujus ipsius Christi nostri apostoli. Nec tamen quod baptismo egeret, aut, delabente in columbæ specie Spiritu, idcirco eum ad fluvium venisse novimus; quemadmodum nec nasci nec crucifigi ideo sustinuit, quod his rebus indigeret, sed pro humano genere, quod ab Adamo in mortem et serpentis fraudem inciderat, unoquoque sua culpa improbe agente. Nam cum vellet Deus angelos et homines libera eligendi potestate præditos ac sui juris, ea agere quæcunque ipsis agendi facultatem dedisset, tales eos fecit, ut, si ipsi placentia eligerent, corruptionis et pœnæ expertes servaret; sin autem improbe agerent, suo arbitratu in unumquemque animadverteret. Nam neque quod asino insidens Hierosolymam ingressus est, ut prædictum esse demonstravimus [39], id vir-

[38] Joel. II, 28. [39] sup. n. 53.

(48) *Καὶ παρ' ἡμῖν.* Vide supra, n. 82, de prophetiæ dono, quem locum Eusebius, lib. IV, c. 18, respicere potius videtur, quam eum qui nunc nobis ante oculos est.

(49) *Καὶ πῦρ ἀνήφθη.* Quod ait S. martyr ignem exarsisse cum Christus baptizatus est, id eum Dodwellus ex traditione existimat didicisse. Sed nihil vetat cur idem Justino factum dicamus, quod nonnullis aliis Patribus, qui libris apocryphis interdum uti non dubitant. Porro ignis accensi historia legebatur non solum in Evangelio quo utebantur Ebionitæ, ut discimus ex Epiphanio *Hæres. Ebion.*, sed etiam alio in libro, qui inscribebatur *Pauli prædicatio*, ut testatur auctor libri *De baptismo hæreticorum* apud Cypr. Hæretici qui hanc Pauli prædicationem finxerant, ignem in baptismi cæremoniis arte quadam eliciebant, ac baptismum perfectum esse posse negabant, nisi « quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat. » Observat Grotius ad Matth. XIII, 16, ejusdem ignis mentionem fieri in liturgia Syrorum apud Severum Alex. *De rit. baptismi.* Exstat etiam ejus rei testimonium in lib. VII Sibyll., ubi hi versus leguntur :

Ὃς σε λόγον γέννησε πατὴρ, πατέρ' ὄρνιν ἀφῆκε,
Ὑξὺν ἀκαγγελτῆρα λόγων λόγον, ὕδασιν ἀγνοῖς,
Πάντων σὸν βάπτισμα δι' οὗ πυρὸς ἐξεφαάνθης.

Legendum videtur ὃς σε λόγον γέννησε πατὴρ πνεῦμ' ὄρνιν ἀφῆκε.

(50) *Ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι.* Hoc loco Justinus, ut observat Grabius, *Spicileg.* tom. I, p. 39, manifestum discrimen ponit inter ignis et columbæ historiam. Ignem accensum fuisse narrat sine ulla Scripturarum auctoritate; at scripsisse apostolos declarat Spiritum sanctum sub specie columbæ descendisse.

(51) *Παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν.* Illud *παρά* non idem valet hoc loco ac « præter, » ut existimarunt interpretes. Vertit Langus : « Ut interim propriam pro se maligne agentis cujusque culpam taceam. » Longe absurdius Gelenius : « Præter suam culpam utroque parente in peccatum prolapso. » Perionius refert ad Adamum illud πονηρευσαμένου, et sic reddit : « Sed generis hominum causa, quod Adami opera, qui præter privatam ac propriam uniuscujusque eorum culpam deliquerat, in mortem serpentisque fraudem incidisset. » Apol. II, n. 14, illud *παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν* idem sonat ac « sua propria cujusque culpa. » Manifeste et peccatum hæreditate acceptum et propria cujusque peccata distinguuntur. Omnes a serpente decepti sunt; omnes in mortem et serpentis fraudem inciderunt; sed tamen propria quisque culpa improbe egit.

Digitized by Google

tutem ei præstabat ut Christus esset, sed hominibus indicium faciebat eum esse Christum; quemadmodum etiam Joanne baptizante indicia hominibus dari oportebat, ut quinam esset Christus, dignoscerent. Nam cum sederet ad Jordanem Joannes et baptisma pœnitentiæ prædicaret, ac tantummodo zonam pelliceam et vestem tantum ex cameli pilis contextam gestaret, nec quidquam præter locustas et mel agreste ederet; suspicabantur homines eum esse Christum. Ad quos ipse clamabat : Non ego sum Christus, sed vox clamantis : Veniet enim fortior me, cujus non sum dignus ut calceamenta portem [40]. Et cum venisset Jesus ad Jordanem et Josephi fabri filius crederetur, ac informis, ut prædicabant Scripturæ, videretur, faberque ipse existimaretur (hæc enim fabrilia opera faciebat, cum inter homines versaretur, aratra et juga, his rebus etiam justitiæ insignia et vitam actuosam docens) Spiritus sanctus propter homines, ut jam dixi, in specie columbæ in eum involavit, ac vox e cœlo venit, quæ per Davidem dicta fuerat, tanquam ex Christi persona proferentem, quod ei Pater erat dicturus : « Filius meus es tu; ego hodie genui te [41] : » tum demum eum nasci hominibus et oriri asserens, cum eis innotesceret.

A τους, καὶ ἀτιμωρήτους αὐτοὺς τηρῆσαι· ἐὰν δὲ πονηρεύσωνται, ὡς αὐτῷ δοκεῖ ἕκαστον κελάζειν. Καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ καθεσθέντα αὐτὸν ὑφ' εἰσελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, ὡς ἀπεδείξαμεν πεπροφητεῦσθαι, δύναμιν αὐτῷ ἐνεποίει εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι, ἀλλὰ τοῖς ἀνθρώποις γνώρισμα ἔφερεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός· ὅνπερ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωάννου ἔδει γνώρισμα τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ὅπως ἐπιγνῶσι τίς ἐστιν ὁ Χριστός. Ἰωάννου γὰρ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ κηρύσσοντος βάπτισμα μετανοίας, καὶ ζώνην δερματίνην καὶ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου μόνον φοροῦντος, καὶ μηδὲν ἐσθίοντος πλὴν ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον, οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν· πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα· Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος· Ἥξει γὰρ ὁ ἰσχυρότερός μου· οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδοῦς, ὡς αἱ Γραφαὶ ἐκήρυσσον, φαινομένου, καὶ τέκτονος νομιζομένου (52), (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα (53) εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὢν, ἄροτρα καὶ ζυγά· διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων, καὶ ἀεργῆ βίον (54)) τὸ Πνεῦμα οὖν τὸ ἅγιον, καὶ διὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς προέφην, ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπέπτη αὐτῷ, καὶ φωνὴ ἐκ τῶν

B

οὐρανῶν ἅμα ἐληλύθει, ἥτις καὶ διὰ Δαβὶδ λεγομένη, ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ (55) λέγοντος ὅπερ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἔμελλε λέγεσθαι : « Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε (56)· » τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων (57) γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἐξ ὅτου ἡ γνῶσις αὐτοῦ ἔμελλε γίνεσθαι· « Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. »

89. *Sola crux molesta Tryphoni ob maledictionem. Ipsa tamen probat Jesum esse Christum.* — Hic Trypho : Probe scias, inquit, et Christum a nostro omni genere exspectari; et Scripturas omnes quas attulisti, nos in illum **187** dictas confiteri. Illud etiam fateor me Jesu nomine, quo filius Navæ cognominatus fuit, commotum fuisse, ut ad manus

C

89. Καὶ ὁ Τρύφων· Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὅτι καὶ πᾶν τὸ γένος ἡμῶν τὸν Χριστὸν ἐκδέχεται, καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ Γραφαὶ ἃς ἔφης, εἰς αὐτὸν εἴρηνται (58), ὁμολογοῦμεν. Καὶ ὅτι τὸ Ἰησοῦς ὄνομα δεδυσώπηκέ με, τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ ἐπικληθὲν ἐκδότως ἔχειν καὶ πρὸς τοῦτο (59), καὶ τοῦτό φημι. Εἰ δὲ καὶ ἀτίμως οὕτως σταυρωθῆναι (60) τὸν Χριστὸν, ἀποροῦμεν. Ἐπικα-

[40] Joan. I, 27. [41] Psal. II, 7.

(52) *Τέκτονος νομιζομένου.* In nonnullis codicibus tum editis tum manu exaratis Christus vocatur ὁ τέκτων, pro eo quod habetur in aliis exemplaribus ὁ τοῦ τέκτονος Marc, VI, 3. Videtur Justinus priorem legendi rationem secutus esse. Contra Origenes, lib. VI *adv. Cels.* jocanti Celso in artem Christi fabrilem, respondet Christum in Evangeliis nusquam fabrum appellatum fuisse.

(53) *Τεκτονικὰ ἔργα.* Duo codices mss. habent ad marginem τεκτονικὰ ὄργανα, et sic R. Stephanus ad calcem.

(54) *Καὶ ἀεργῆ βίον.* Vel legendum ἐνεργῆ βίον ut habent editiones Græco-Latinæ ex conjectura Sylburgii, vel huic nomini ἀεργῆ non privandi, sed augendi vis tribuenda.

(55) *Ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ* David tanquam ex Christi persona protulit, id quod Pater Christo dicturus erat; quia scilicet ipse Christus dicit in psalmo : « Dominus dixit ad me. »

(56) *Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* Ita Clemens Alex. *Pæd.*, lib. I, c. 6; Methodius, *Conviv. virg.*, p. 112; Lactantius, IV, 15; Augustinus, *Enchirid. ad Laurent.*, c. 49. Vide eumdem *De consensu Evangel.*, lib. II, c. 14. Sic etiam cod. ms. Cantabrig. et Evangelium Ebionæorum apud Epiphanium hæres. 30, n. 13. THIRLBIUS.

(57) *Τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων.* Illud λέγων refertur ad eum qui dicit ἐγὼ γεγέννηκά σε. Vid. supra, n. 40. Huic Justini sententiæ simillimam profert Thirlbius ex Methodii loco modo citato : « Τὸ δὲ, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ὅτι προόντα ἤδη πρὸ τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐβουλήθην καὶ τῷ κόσμῳ γεννῆσαι, ὃ δή ἐστι, πρόσθεν ἀγνοούμενον γνωρίσαι. » Superfluere videntur eadem Patris verba, quæ mox repetuntur.

(58) *Εἰρηνται.* R. Stephanus εὖρηνται. Manifestus error sublatus in aliis editionibus.

D

(59) *Ἐκδότως ἔχειν, καὶ πρὸς τοῦτο.* Qui Justinum exagitarunt, quasi hoc loco Tryphonem totius gentis nomine confitentem inducat, Scripturas, de quibus hactenus disputatum fuerat, de Christo dictas esse; hi videntur aliud agentes hunc locum legisse. Tria enim in verbis Tryphonis facile est animadvertere; declarat Christum a tota gente exspectari : deinde suo et sociorum præsentium nomine fatetur Scripturas, quas Justinus explicuerat, Christo congruere, quamvis Jesum esse hunc Christum nondum assentiatur. Denique suis ipse verbis fatetur se iis, quæ de Jesu filio Navæ dicta fuerant, commoveri, ut ad id quoque assentiendum inclinet, nempe Jesu Nazareni figuram fuisse filium Navæ.

(60) *Σταυρωθῆναι.* Post hoc verbum desiderat Sylburgius ἔδει aut aliquid simile. Sed hæc loquendi ratio notissima Justino. Sic paulo post εἰ δὲ διὰ τοῦ... πάθους. Et non procul ab his verbis, εἰ δὲ καὶ σταυρωθῆναι.

Digitized by Google

τάρατος γὰρ ὁ σταυρούμενος (61) ἐν τῷ νόμῳ λέγεται εἶναι. Ὥστε πρὸς τοῦτο ἀκμὴν δυσπείστως ἔχω. Παθητὸν μὲν τὸν Χριστὸν ὅτι αἱ Γραφαὶ κηρύσσουσι, φανερόν ἐστιν· εἰ δὲ διὰ τοῦ ἐν τῷ νόμῳ κεκατηραμένου πάθους, βουλόμεθα μαθεῖν, εἰ ἔχεις καὶ περὶ τούτου ἀποδεῖξαι.

huic quoque rei dandas inclinarem. Utrum autem tam inhoneste Christum crucifixum iri prædictum sit, id nobis dubium videtur. Maledictus enim in lege dicitur, qui crucifigitur; quare admodum difficile sit id mihi persuadere. Passurus quidem Christus manifeste in Scripturis prædicatur; utrum autem maledictum illud in lege supplicii genus passurus, discere volumus, si quid habes ad eam quoque rem demonstrandam.

Εἰ μὲν μὴ ἔμελλε πάσχειν ὁ Χριστὸς, φημὶ αὐτῷ ἐγὼ, μηδὲ προεῖπον οἱ προφῆται, ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ἀχθήσεται εἰς θάνατον, καὶ ἀτιμωθήσεται, καὶ μαστιχθήσεται, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις λογισθήσεται, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθήσεται, οὗ τὸ γένος ἐξηγήσασθαι ἔχειν οὐδένα φησὶν ὁ προφήτης, καλῶς εἶχε θαυμάζειν. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ χαρακτηρίζον αὐτὸν καὶ πᾶσι μηνύον, πῶς οὐχὶ καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτόν; καὶ ὅσοι νενοήκασι τὰ τῶν προφητῶν, τοῦτον φήσουσιν, οὐκ ἄλλον (62), εἰ μόνον ἀκούσειαν ὅτι οὗτος ἐσταυρωμένος;

Si quidem passurus, inquam, Christus non fuisset, nec prophetæ prædixissent fore, ut peccatis populi ad mortem abduceretur, afficeretur ignominia, flagellis cæderetur, et inter improbos numeraretur, et ut ovis ad occisionem duceretur, cujus genus a nemine enarrari posse asserit propheta; haud abs re esset mirari. Sin autem hæc propria eum nota distinguit et omnibus manifestum facit; quomodo non et nos fidenter in eum credidissemus; et quicunque prophetas intelligunt, hunc esse, non alium, si tantum audiant crucifixum esse, non asserent?

90. Καὶ ἡμᾶς οὖν, ἔφη, προβίβασον ἐκ τῶν Γραφῶν, ἵνα σοι πεισθῶμεν καὶ ἡμεῖς. Παθεῖν μὲν γὰρ, καὶ ὡς πρόβατον ἀχθήσεσθαι οἴδαμεν· εἰ δὲ καὶ σταυρωθῆναι, καὶ οὕτως αἰσχρῶς καὶ ἀτίμως ἀποθανεῖν διὰ τοῦ κεκατηραμένου ἐν τῷ νόμῳ θανάτου, ἀπόδειξον ἡμῖν. Ἡμεῖς γὰρ οὐδ' εἰς ἔννοιαν τούτου ἐλθεῖν δυνάμεθα.

90. *Crucem præsignificabant extensæ manus Moysis.* — Nos igitur, inquit, ex Scripturis edoce, ut ipsi quoque tibi assentiamur. Passurum enim et tanquam ovem abductum iri scimus; sed utrum etiam crucifigendus, et tam ignominiose tamque inhoneste mortem in lege maledictam obiturus, fac nobis demonstres. Id enim nos ne cogitare quidem possumus.

Οἶσθα, ἔφην, ὅτι ὅσα εἶπον καὶ ἐποίησαν οἱ προφῆται, ὡς καὶ ὡμολογήθη ὑμῖν (63), παραβολαῖς καὶ τύποις ἀπεκάλυψαν (64), ὡς μὴ ῥᾳδίως τὰ πλεῖστα ὑπὸ πάντων νοηθῆναι, κρύπτοντες τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, ὡς καὶ πονῆσαι τοὺς ζητοῦντας εὑρεῖν καὶ μαθεῖν.

Nosti, inquam, prophetas quæcunque fecerunt aut dixerunt, ea signis et imaginibus, ut inter nos convenit, involvisse, ut non facile pleraque ab omnibus intelligerentur, et veritatem his dictis et factis insitam abscondisse, ut et qui eam invenire et discere studerent, non sine labore id assequerentur.

Οἱ δὲ ἔφησαν· Καὶ ὡμολογήθη ἡμῖν.

Illi autem dixerunt: De hoc sane inter nos convenit.

Ἀκούοις ἂν οὖν, φημὶ, τὸ μετὰ τοῦτο. Μωϋσῆς γὰρ πρῶτος ἐξέφανεν αὐτοῦ ταύτην τὴν δοκοῦσαν κατάραν, δι' ὧν ἐποίησε σημείων.

Audi igitur, inquam, quid sequatur. Moyses enim apparentem illam crucis detestationem primus signis, quæ ab eo expressa sunt, declaravit.

Τίνων τούτων, ἔφη, λέγεις;

Quænam ista, inquit ille?

Ὅτε ὁ λαὸς, φημὶ, ἐπολέμει τῷ Ἀμαλὴκ, καὶ ὁ

Cum populus, inquam, cum Amalec bellum ge-

(61) *Ἐπικατάρατος γὰρ ὁ σταυρούμενος.* Miror omissum a Tryphone illud ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, « Maledictus a Deo, » quod apud Septuaginta interpretes et in Hebræo legitur. Solebat enim « a Judæis pro infamia objici, quod Salvator noster et Dominus sub Dei fuerit maledicto, » ut testatur Hieronymus (lib. II *in epistolam ad Galatas* cap. 3) qui hanc « famosissimam quæstionem » vocat. Infra Justinus, nempe n. 95, ita hunc locum profert: « Maledictus omnis qui pendet in ligno; » in quo quidem Paulum sequitur, qui, ut observat Hieronymus, detraxit illud « a Deo, » quod apud Septuaginta et in Hebræo legitur, et addidit has voces, « omnis » et « in ligno, » quæ in Hebræo desunt et apud Septuaginta reperiuntur. Tertullianus in libro *adv. Jud.* c. 10 et 3, *in Marc.* cap. 8, item lib. v *adversus eumdem* cap. 3, citat hunc locum ut Apostolus, ac nihil prorsus dicit ex quo quæstionem de hoc loco Scripturæ inter Judæos et Christianos jam tum enatam fuisse suspicemur. In libro autem *adv. Jud.* cap. 10, ubi totus Scripturæ locus profertur, non omittitur illud « a Deo, » sed videtur a librariis additum fuisse. S. Hieronymus ibidem plures conjecturas facit, ut apostoli ab Hebræo discrepantiam explicet.

(62) *Τοῦτον φήσουσιν, οὐκ ἄλλον.* Hanc ratiocinationem transtulit, ut multas alias, Tertullianus in librum tertium *adversus Marcionem*: « Sufficit in meum Christum, inquit cap. 19, solius mortis prophetia. Ex hoc enim quod non est edita qualitas mortis, potuit et per crucem evenisse, tunc alii deputanda (forte deputandam) si in alium fuisset prædicatum. »

(63) *Ὡμολογήθη ὑμῖν.* Legendum ἡμῖν, ut paulo post in verbis Tryphonis legitur. Illud enim ὡμολογήθη ἡμῖν non idem valet ac confessi sumus. Infra n. 130: Τὰ προωμολογημένα ἡμῖν, « ea de quibus inter nos convenit. »

(64) *Ἀπεκάλυψαν.* Legendum conjicit Thirlbius ἐπεκάλυψαν, cui equidem assentirer, si verbum ἀποκαλύπτω non idem interdum esset ac tego. Mox his verbis, τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, « insitam illis veritatem, » intelligit, ut patet ex n. 92, et pluribus aliis locis, id quod prophetis propositum fuit, cum Christum ac novam legem factis et dictis prænuntiarent.

Digitized by Google

reret, ac Navæ filius, qui Jesus cognominatus est, primus esset in acie, Moyses ipse **188** Deum orabat, manibus utrinque extensis : Or autem et Aaron eas toto die sustinebant, ne eo lassato demitterentur. Si quid enim de hoc signo crucem imitante remiserat, populus vincebatur, ut in Moysis libris scriptum est : si vero in hoc situ permanebat, tandiu vincebatur Amalec, et qui viribus præstabat, per crucem præstabat [62]. Neque enim propterea populus vincebat, quod Moyses ita precaretur, sed quia cum nomen Jesu esset in prima acie, ipse crucis signum exhibebat. Quis enim vestrum ignorat ea maxime prece Deum placari, quæ cum ejulatu et lacrymis, ac prono corpore aut flexis genibus funditur? Ad hunc autem modum in lapide sedens nec ipse postea, nec alius quisquam oravit. Habet etiam lapis significationem, ut ostendi, Christo coavenientem.

A τοῦ Ναυῆ υἱὸς ὁ ἐπονομασθεὶς τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι τῆς μάχης ἦρχεν, αὐτὸς Μωϋσῆς ηὔχετο τῷ Θεῷ, τὰς χεῖρας ἑκατέρως (65) ἐκπετάσας· Ὧρ δὲ καὶ Ἀαρὼν ὑπεβάσταζον αὐτὰς πανῆμαρ, ἵνα μὴ κοπωθέντος αὐτοῦ χαλασθῶσιν. Εἰ γὰρ ἐνεδεδώκει τι τοῦ σχήματος τούτου τοῦ τὸν σταυρὸν μιμουμένου, ὡς γέγραπται ἐν ταῖς Μωϋσέως γραφαῖς, ὁ λαὸς ἡττᾶτο· εἰ δὲ ἐν τῇ τάξει ἔμενε ταύτῃ, Ἀμαλὴκ ἐνικᾶτο τοσοῦτον· καὶ ἰσχύων, διὰ τοῦ σταυροῦ ἴσχυεν. Οὐ γὰρ ὅτι οὕτως ηὔχετο Μωϋσῆς, διὰ τοῦτο κρείσσων ὁ λαὸς ἐγίνετο, ἀλλ' ὅτι ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ ὄντος, αὐτὸς τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ (66) ἐποίει. Τίς γὰρ οὐκ ἐπίσταται ὑμῶν, ὅτι μάλιστα μὲν ἡ μετὰ οἴκτου καὶ δακρύων εὐχὴ μειλίσσεται τὸν Θεὸν, καὶ ἡ ἐν πρηνεῖ κατακλίσει, καὶ ἐν γόνασιν B ὀκλάσαντός τινος; Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐπὶ λίθου καθεζόμενος, οὔτε αὐτὸς ηὔξατο, οὔτε ἄλλος ὕστερον. Ἔχει δὲ καὶ ὁ λίθος σύμβολον, ὡς ἀπέδειξα, πρὸς τὸν Χριστόν.

91. *Crux prædicta in benedictionibus Joseph et cum serpens erectus.* — Atque etiam alia Deus ratione per Moysem vim mysterii crucis indicans, dicit in benedictione, qua Josepho benedicit : « A benedictione Domini terra ejus ; ab horis cœli et rore, et ab abysso fontium deorsum et aquarum purarum, germina solis conversionis ; et a coitionibus mensium, et a vertice antiquorum montium, et a vertice collium, et fluminum perennium, et fructuum terræ plenitudinis ; et accepta ei, qui visus est in rubo, veniant super caput Joseph et verticem. Gloria evectus inter fratres, primogenitus tauri pulchritudo ejus ; cornua unicornis cornua ejus ; in ipsis gentes ventilabit simul inde usque ab extremo terræ [63]. » Unicornis enim cornua nemo dicere aut demonstrare possit in alia re aut figura inveniri, nisi in

91. Καὶ γὰρ δι' ἄλλου μηνύων τὴν ἰσχὺν τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως, εἶπεν ἐν εὐλογίᾳ ἣν εὐλόγει τὸν Ἰωσήφ· « Ἀπὸ εὐλογίας Κυρίου ἡ γῆ αὐτοῦ· ἀπὸ ὡρῶν οὐρανῶν, καὶ δρόσου· καὶ ἀπὸ ἀβύσσου πηγῶν κάτωθεν, καὶ καθαρῶν, γεννήματα (67) ἡλίου τροπῶν· καὶ ἀπὸ συνόδων μηνῶν, καὶ ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων ἀρχῆς, καὶ ἀπὸ κορυφῆς βουνῶν, καὶ ποταμῶν ἀεννάων (68), καὶ καρπῶν γῆς πληρώσεως· καὶ τὰ δεκτὰ τῷ ὀφθέντι ἐν τῇ βάτῳ, ἐλθοισαν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσήφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς. Δοξασθεὶς ἐν ἀδελφοῖς· πρωτότοκος ταύρου (69) τὸ κάλλος αὐτοῦ· κέρατα μονοκέρωτος τὰ κέρατα αὐτοῦ· ἐν C αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. » Μονοκέρωτος γὰρ κέρατα οὐδενὸς ἄλλου πράγματος ἢ σχήματος ἔχοι ἄν τις (70) εἰπεῖν καὶ ἀποδεῖξαι, εἰ μὴ τοῦ τύπου ὃς τὸν σταυρὸν δείκνυσιν. (71) Ὄρθιον

[62] Exod. xvii, 11. [63] Deut. xxxiii, 13-17.

(65) *Ἑκατέρως.* Sylburgius putat legi posse ἑκατέρας.

(66) *Σημεῖον τοῦ σταυροῦ.* Eadem legimus in epistola Barnabæ n. 13. Totum hunc locum transtulit Tertullianus in librum *adv. Jud.* cap. 10 et 3, *adv. Marc.* c. 18. Existimat etiam Gregorius Nazianzenus carm. 53, Moysem extendisse manus in modum crucis. Sed tamen cum Moyses virgam manibus teneret, Josue cum Amalec pugnante (dixerat enim : « Cras ego stabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea ») cumque Scriptura, ut observat Origenes homil. 11 *in Exod.*, non dicat Moysem extendisse manus, sed levasse ; dubium nonnullis videtur id quod Justinus et alii plures dixere, Moysem expansis manibus figuram crucis expressisse. Julius Firmicus in libro *De errore profan. relig.* existimat crucem ex virga a Moyse factam fuisse. Ait enim : « Ut Amalec vinceretur, extensis manibus Moyses hæc imitatus est cornua : ut facilius impetraret quod magnopere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. » Et infra : « Ut Amalec vinceretur, circa virgam Moyses expansis manibus extenditur. »

(67) *Καὶ καθαρῶν, γεννήματα.* Existimat eruditus Londinensis editor legendum esse, ut in Bibliis, καὶ καθ' ὥραν γεννημάτων.

(68) *Καὶ ποταμῶν ἀεννάων.* Illud καὶ ποταμῶν quod neque in textu neque apud Septuaginta occurrit, additum fuisse puto ob sequens adjectivum, quod cum fluminibus conveniat, aliquid deesse persuasit.

(69) *Πρωτότοκος ταύρου.* Tertullianus, qui incipit ab his verbis, « Tauri decor ejus, » videtur rejicere vocem « primogenitus » ad ea quæ præcedunt ; ac forte ita legisse apud Justinum. Quod autem idem Tertullianus mox habet : « Nationes ventilabit pariter usque ad summum terræ, » videtur legisse ἐπ' ἄκρου τῆς γῆς. D

(70) *Ἔχοι ἄν τις.* Sic uterque codex : editi ἔχει ἄν τις.

(71) *Ὄρθιον... πεπηγμένον.* Crux igitur nihil aliud est nisi lignum erectum (ὄρθιον ξύλον). Cujus ligni, cum aliud lignum transversarium adaptatur, summa pars (τὸ ἀνώτατον μέρος : h. e. vertex, cui impingebatur titulus aut causa mortis) habet cornu formam : pariter utraque transversarii ligni pars prominens (τὰ ἄκρα, h. e. extremitates, quibus manus clavis affigebantur) cornu speciem gerit ; aliud etiam cornu in illo ligno cernitur, quod in media cruce fixum est, ut insideant qui cruci affiguntur. Itaque crux composita est ex cornibus unicornis. Tertullianus *adv. Jud.* c. 10 : « Tauri decor ejus, cornua unicornis cornua ejus, in eis nationes ventilabit pariter ad summum usque terræ. Non utique rhinoceros destinabatur unicornis vel minotaurus bicornis, sed Christus in illo significabatur,

Digitized by Google

γὰρ τὸ ἓν ἐστι ξύλον, ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον, ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ κέρατι (72) παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνηται. Καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστὶν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι· καὶ βλέπεται ὡς κέρας καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς ἄλλοις κέρασι συνεσχηματισμένον καὶ πεπηγμένον. Καὶ τὸ, « Ἐν αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, » δηλωτικόν ἐστι τοῦ νῦν γεγενημένου πράγματος ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Κερατισθέντες γὰρ, τουτέστι κατανυγέντες, οἱ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τούτου τοῦ μυστηρίου, εἰς τὴν θεοσέβειαν ἐτράπησαν ἀπὸ τῶν ματαίων εἰδώλων καὶ δαιμόνων. Τοῖς δὲ ἀπίστοις τὸ αὐτὸ σχῆμα εἰς κατάλυσιν καὶ καταδίκην δηλοῦται· ὃν τρόπον ἐν τῷ ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντι λαῷ διά τε τοῦ τύπου τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν τοῦ Μωϋσέως, καὶ τῆς τοῦ Ναυῆ υἱοῦ ἐπικλήσεως τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ, ὁ Ἀμαλὴκ μὲν ἡττᾶτο, Ἰσραὴλ δὲ ἐνίκα. Καὶ διὰ τοῦ τύπου δὲ καὶ σημείου τοῦ κατὰ τῶν δακόντων τῷ Ἰσραὴλ (73) ὄφεων ἡ ἀνάθεσις φαίνεται γεγενημένη ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πιστευόντων, ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος θάνατος γενήσεσθαι ἔκτοτε προεκηρύσσετο τῷ ὄφει· σωτηρία δὲ τοῖς καταδακνομένοις ὑπ' αὐτοῦ, καὶ προσφεύγουσι τῷ τὸν ἐσταυρωμένον υἱὸν αὐτοῦ πέμψαντι εἰς τὸν κόσμον. Οὐ γὰρ ἐπὶ ὄφιν ἡμᾶς πιστεύειν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Μωϋσέως ἐδίδασκεν, ὁπότε καὶ καταρᾶσθαι (74) αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δηλοῖ, καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ ἀναιρεθήσεσθαι ὡς πολέμιον διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, σημαίνει.

92. Εἰ οὖν τις μὴ μετὰ μεγάλης χάριτος τῆς παρὰ Θεοῦ λάβοι νοῆσαι τὰ εἰρημένα καὶ γεγενημένα ὑπὸ τῶν προφητῶν, οὐδὲν αὐτὸν ὀνήσει τὸ τὰς ῥήσεις δοκεῖν λέγειν, ἢ τὰ γεγενημένα, εἰ μὴ λόγον ἔχει καὶ περὶ αὐτῶν ἀποδιδόναι. Ἀλλὰ μήτι γε καὶ εὐκαταφρόνητα δόξει τοῖς πολλοῖς ὑπὸ τῶν μὴ νοούντων αὐτὰ λεγόμενα; εἰ γάρ τις ἐξετάζειν βούλοιτο ὑμᾶς, ὅτι Ἐνὼχ, καὶ Νῶε ἅμα τοῖς τέκνοις, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τοιοῦτοι γεγόνασι, μήτε ἐν περιτομῇ γενόμενοι, μήτε σαββατίσαντες, εὑηρέστησαν τῷ

ea quæ crucem exhibet. Rectum enim unum lignum est, a quo summa pars in cornu attollitur, cum adaptatum fuerit aliud lignum, et utrinque extrema, veluti cornua uni adjuncta cornu apparuerint. Et illud quod in medio figitur, ut ei insideant qui crucifiguntur, ipsum etiam veluti quoddam cornu eminet, et cornu speciem exhibet cum aliis cornibus conformatum et fixum. Illud autem: « His cornibus gentes petet inde usque ab extremo terræ, » id quod hodie in omnibus gentibus factum videmus, demonstrat. Cornu enim petiti, id est compuncti per hoc mysterium homines ex omnibus gentibus ab inanibus simulacris et dæmonibus ad Dei cultum conversi sunt. Incredulis autem idem signum in excidium et condemnationem ostenditur: quemadmodum in populo qui ex Ægypto discesserat, per illam manuum Moysis extensarum speciem, et per nomen Jesu filio Navæ impositum Amalec quidem vincebatur, Israel autem vincebat. Atque illam etiam figuram, illudque signum quod adversus serpentium morsus Israeli institutum est, ad eorum salutem erectum esse liquet, qui jam tum prænuntiatam fuisse credunt et mortem serpenti per eum, qui crucifigendus erat, futuram, et salutem iis qui serpentis morsibus læsi ad eum, a quo crucifixus ille Filius in mundum missus est, confugiunt. Neque enim nos in serpentem credere spiritus propheticus per Moysem docebat, quippe cum eum ab initio diris a Deo devotum esse demonstret, et apud Isaiam magno gladio (is autem Christus) tanquam hostem necatum iri significet [a].

189

92. *Nisi Scripturæ cum magna Dei gratia intelligantur, non videbitur Deus eamdem semper justitiam docuisse.* — Si quis igitur magnam hanc a Deo gratiam non acceperit, ut prophetarum dicta et facta intelligat, nihil ei proderit verba et gesta, quorum rationem reddere non possit, eloqui videri. Sed an non etiam contemptu digna multis videbuntur, si ab his qui non intelligunt proferantur? Nam si quis quærere ex vobis velit, cur cum Enoch et Noe cum filiis, et si qui alii ejusmodi, sine circum-

[a] Isa. xxvii, 1.

taurus ob utramque dispositionem, aliis ferus, ut judex, aliis mansuetus, ut salvator, cujus cornua essent crucis extima. Nam et in antenna navis, quæ crucis pars est, cornua extremitates hujus vocantur, unicornis autem media stipitepalus.» Eadem deprehendes *adv. Marc.* III, c. 18. Otto.

(72) *Τῷ ἑνὶ κέρατι.* His verbis loci hujus, quem nonnulli corruptum immerito crediderunt, sensus illustratur. Non enim dicit Justinus unicornis speciem cruci similem esse, neque in unicornis cornu exstantes ramulos, ut opinatus est Sylburgius, animadvertit. Sed cornibus unicornium, quæ in Scriptura memorantur, crucem significari contendit, quia crux nihil aliud est, quam unum lignum erectum, sive unum cornu, cui duo extrema, veluti totidem cornua, adduntur: aliud etiam cornu inspicitur in illo ligno, quod in medio crucis fixum est, ut insideant qui crucifiguntur. Hunc locum haud aliter intellexit Tertullianus, qui in libro *adv. Jud* et in *adv. Marc.* cap. 18, sic loquitur: Tauri decor ejus; cornua unicornis cornua ejus, in eis nationes ventilabit pariter ad summum usque terræ. « Non utique rhinoceros destinabatur unicornis, vel minotaurus bicornis; sed Christus in illo significabatur, taurus ob utramque dispositionem, aliis ferus ut judex, aliis mansuetus ut salvator, cujus cornua essent crucis extima. Nam et in antenna navis, quæ crucis pars est, cornua extremitates vocantur; unicornis autem media stipitis palus.» Unicornis ergo cornua crucem repræsentant, quia media stipitis palus, sive unum illud lignum erectum, est unicornis quædam, cui alia cornua adduntur, dum aliud lignum adaptatur.

(73) *Τῷ Ἰσραήλ.* Referuntur hæc verba ad sequens participium γεγενημένη, nec necessa est aut ea post ἀνάθεσις rejicere, ut placet Sylburgio, aut legere τὸν Ἰσραήλ.

(74) *Καταρᾶσθαι.* Rectius κατηρᾶσθαι tempore præterito. Sylburgius.

Digitized by Google

cisione et sabbatis placuerint Deo, per alios duces et legis institutionem tot elapsis ætatibus Deus justificari voluerit, eos quidem, qui ab Abrahamo ad Moysem fuerunt, per circumcisionem, eos autem qui post Moysem, tum per circumcisionem, tum per alia præcepta, id est, sabbatum, victimas, cineres et dona; calumniis appetetur Deus, nisi, ut jam dixi, id causæ demonstretis fuisse, quod populum vestrum præscius omnium Deus meriturum cognoverit, ut Hierosolymis pelleretur, nec cuiquam eo ingredi liceret. Nulla enim re alia dignoscimini, ut jam dixi, nisi ista carnis circumcisione. Neque enim Abrahamum Deus justum per circumcisionem fuisse testatus est, sed per fidem. Ante enim quam circumcisus esset, ita de eo dictum legimus : « Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam [48]. » Et nos igitur, qui in præputio carnis nostræ credimus Deo per Christum, ac circumcisionem eam habemus, quæ nobis eam adeptis prodest, id est cordis circumcisionem, futurum speramus ut justi et Deo grati reperiamur; si quidem jam etiam ab eo testimonium per propheticos sermones accepimus. Quod autem sabbata servare et munera offerre jussi estis, quodque locum de suo nomine Dominus vocari passus est, nisi id propterea factum demonstretis, ne, ut diximus, ad simulacrorum cultum delapsi ac Dei immemores, impii et athei essetis, quales semper vos fuisse patet. (Atque hanc fuisse causam, cur Deus de sabbatis et donis leges **190** sanciret, a me supra demonstratum est, sed propter eos qui hodie venerunt, eadem pæne omnia repetere volo.) Nisi, inquam, ita sit, calumniis appetetur Deus, quasi nec futurorum præscius sit, nec eamdem omnes justitiam noscere et observare docuerit (multas enim generationes hominum ante Moysem fuisse liquet), nec vera sit Scriptura quæ dicit Deum esse verum et justum, et omnes vias ejus judicia, nec esse iniquitatem in eo. Sed quia vera est Scriptura; etiam Deus tales vos semper esse non vult, insipientes et vestri amantes, ut cum Christo, qui placuit Deo, et ab eo, ut ex san-

A Θεῷ, τίς ἡ αἰτία τοῦ δι' ἄλλων προστατῶν (75) καὶ νομοθεσίας μετὰ τοσαύτας γενεὰς ἀξιοῦν τὸν Θεὸν δικαιοῦσθαι μὲν τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Μωϋσέως διὰ περιτομῆς, τοὺς δὲ ἀπὸ Μωϋσέως καὶ διὰ περιτομῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐντολῶν, τουτέστι σαββάτου, καὶ θυσιῶν, καὶ σποδῶν (76), καὶ προσφορῶν, εἰ μή, ὡς προείρηται ὑπ' ἐμοῦ, ἀποδείξετε, ὅτι διὰ τὸ τὸν Θεὸν, προγνώστην ὄντα, ἐγνωκέναι ἄξιον γενησόμενον τὸν λαὸν ὑμῶν ἐκβληθῆναι ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ μηδένα ἐπιτρέπεσθαι εἰσελθεῖν ἐκεῖ. (Οὐδαμόθεν (77) γὰρ ἀλλαχόθεν ἐστὲ γνωριζόμενοι, ὡς προέφην, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν σάρκα περιτομῆς. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ διὰ τὴν περιτομὴν δίκαιος εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμαρτυρήθη, ἀλλὰ διὰ τὴν πίστιν. Πρὸ τοῦ γὰρ περιτμηθῆναι αὐτὸν εἴρηται περὶ αὐτοῦ οὕτως·

B *Ἐπίστευσε δὲ τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πιστεύοντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιτομὴν ἔχοντες τὴν ὠφελοῦσαν ἡμᾶς τοὺς κεκτημένους, τουτέστι τῆς καρδίας, δίκαιοι καὶ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ ἐλπίζομεν φανῆναι· ἐπειδὴ καὶ ἤδη μεμαρτυρήμεθα διὰ τῶν προφητικῶν λόγων ὑπ' αὐτοῦ.) Τὸ δὲ σαββατίζειν (78), καὶ τὰς προσφορὰς φέρειν κελευσθῆναι ὑμᾶς, καὶ τόπον εἰς ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπικληθῆναι ἀνασχέσθαι τὸν Κύριον, ἵνα, ὡς εἴρηται, μὴ εἰδωλολατροῦντες καὶ ἀμνημονοῦντες τοῦ Θεοῦ, ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι γένησθε, ὡς ἀεὶ φαίνεσθε γεγενημένοι. (Καὶ ὅτι διὰ ταῦτα ἐνετέταλτο ὁ Θεὸς τὰς περὶ σαββάτων καὶ προσφορῶν ἐντολὰς, προαποδέδεικταί μοι διὰ τῶν προειρημένων· διὰ δὲ τοὺς

A ἐὰν μὴ εἰδῶσιν οἱ ἐντυγχάνοντες, οὐδὲ παρακολουθῆσαι τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις ὡς δεῖ δυνήσονται. Παραδείγματος δὲ χάριν, λόγους τινὰς προφητικοὺς εἶποιμ' ἄν, ὅπως παρακολουθήσητε τῷ λεγομένῳ. Ὅταν λέγῃ διὰ Ἡσαΐου, « Αὐτὸς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη (78), καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος· » ὡς ἤδη τοῦ πάθους γενομένου (79) λέγει. Καὶ ὅταν πάλιν λέγῃ, « Ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα· » καὶ ὅταν λέγῃ, « Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν ; »[ὡς (80)] ἤδη γεγενημένων πραγμάτων ἐξαγγελίαν οἱ λόγοι σημαίνοντες, λελεγμένοι εἰσί. Καὶ γὰρ ἐν παραβολῇ λίθον πολλαχοῦ καλεῖν ἀπέδειξα τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν τροπολογίᾳ, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· « Ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου, »

B ἐὰν μὴ ἀκούω τῶν λόγων αὐτοῦ (81) τὴν ἐργασίαν, οὐ συνετῶς ἀκούσομαι ὥσπερ ὑμῶν οἱ διδάσκαλοι ἀξιοῦσιν, οἰόμενοι χεῖρας καὶ πόδας (82) καὶ δακτύλους καὶ ψυχὴν ἔχειν, ὡς σύνθετον ζῶον, τὸν Πατέρα τῶν ὅλων καὶ ἀγέννητον Θεόν· οἵτινες καὶ διὰ τοῦτο ὤφθαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακὼβ αὐτὸν τὸν Πατέρα διδάσκουσι. Μακάριοι οὖν ἡμεῖς οἱ περιτμηθέντες πετρίναις μαχαίραις τὴν δευτέραν περιτομήν. Ὑμῶν μὲν γὰρ ἡ πρώτη διὰ σιδήρου γέγονε καὶ γίνεται· σκληροκάρδιοι γὰρ μένετε· ἡμῶν δὲ ἡ περιτομὴ, ἥτις δευτέρα ἀριθμῷ, μετὰ τὴν ὑμετέραν φανερωθεῖσα, διὰ λίθων ἀκροτόμων, τουτέστι διὰ τῶν λόγων τῶν διὰ τῶν ἀποστόλων τοῦ ἀκρογωνιαίου λίθου, καὶ τοῦ ἄνευ χειρῶν τμηθέντος, περιτέμνει ἡμᾶς

C ἀπό τε εἰδωλολατρείας καὶ πάσης ἁπλῶς κακίας. Ὧν αἱ καρδίαι οὕτως περιτετμημέναι εἰσὶν ἀπὸ τῆς πονηρίας, ὡς καὶ χαίρειν ἀποθνήσκοντας διὰ τὸ ὄνομα τὸ τῆς καλῆς πέτρας, καὶ ζῶν ὕδωρ ταῖς καρδίαις τῶν δι' αὐτοῦ ἀγαπησάντων τὸν Πατέρα τῶν ὅλων βρυούσης, καὶ ποτιζούσης τοὺς βουλομένους τὸ τῆς ζωῆς ὕδωρ πιεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ νοεῖτε λέγοντος· ἃ γὰρ ποιῆσαι τὸν Χριστὸν πεπροφήτευται, οὐ νενοήκατε, οὐδὲ ἡμῖν προσάγουσιν ὑμᾶς τοῖς γεγραμμένοις πιστεύετε. Ἱερεμίας μὲν γὰρ οὕτω βοᾷ· « Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι ἐγκατελίπετε πηγὴν ζῶσαν, καὶ ὠρύξατε ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται συνέχειν ὕδωρ. Μὴ ἔρημον ἢ οὗ. ἐστι τὸ ὄρος Σιών, ὅτι Ἱερουσαλὴμ βιβλίον ἀποστασίου ἔδωκα ἔμπροσθεν ὑμῶν. »

[82] Cap. LIII, v. 7. [83] Isa. LXV, 2. [84] Isa. LIII, 1. [85] Psal. VIII, 4. [86] Jer. II, 13.

(78) *Ἤχθη*. Rem præteritam hoc ver um designat. Cur ergo hoc exemplo utitur Justinus, ut rem ita narratam exhibeat, quasi jam tum agatur ? Videtur præcipue respexisse ad sequentia hæc verba : Οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα, quæ forte a librariis omissa sunt.

(79) *Γενομένου*. Manifestum est legendum γινομένου, et mox ὡς ἤδη γεγενημένων.

(80) *Ὡς*. In codd. mss. et editis deest hæc vocula, quæ refingenda erat, ut nemo non videt. Otto.

(81) *Τῶν λόγων αὐτοῦ*. Legendum τὸν Λόγον αὐτοῦ. Loquitur enim Justinus de unico Verbo Dei, quem cum Spiritu sancto vocat Irenæus manus Dei Patris, lib. IV, c. 20, n. 1. Neque enim Deum « indigere aliis organis ad conditionem eorum quæ

D fiunt, sed idoneum est et sufficiens ad formationem omnium proprium ejus Verbum, » idem lib. II, c. 2. In eamdem sententiam Justinus Deum non manibus et digitis operari, sed Verbum esse illius operationem, sive eum omnia per Verbum operari docet. Unde etiam Tatianus Verbum esse primogenitum opus Patris pronuntiat, n. 5, ubi vide adnotationem.

(82) *Οἰόμενοι χεῖρας καὶ πόδας*. Stultum hunc errorem Judæis pariter attribuunt Origenes homil. 3 *in Genes.*; Euseb. *in Psalm.* pag. 313 et 336; Cyrill. *in Jul.* III, VIII, 256, et *in Isa.* pag. 906. Sed observat Philo hunc errorem actionibus magis et affectibus quam verbis declarari : Τὴν μὲν ἀτοπίαν τοῦ λόγου ὅτι ἀνθρωπόμορφον τὸ Θεῖον ἀποδιδάσκοντες· τὴν δὲ ἐν τοῖς ἔργοις ἀσέβειαν, ὅτι

Digitized by Google

115. Ἀλλὰ Ζαχαρίᾳ ἐν παραβολῇ δεικνύντι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀποκεκρυμμένως κηρύσσοντι, πιστεῦσαι ὀφείλετε. Ἔστι δὲ τὰ λεγόμενα ταῦτα· « Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών· ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος· καὶ προστεθήσονται ἔθνη πολλὰ πρὸς Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου· καὶ γνώσονται ὅτι Κύριος τῶν δυνάμεων ἀπέσταλκέ με πρὸς σέ. Καὶ κατακληρονομήσει Κύριος τὸν Ἰούδαν, καὶ τὴν μερίδα (83) αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, καὶ ἐκλέξεται ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ (84). Εὐλαβείσθω πᾶσα σὰρξ ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἐξεγήγερται ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτοῦ. Καὶ ἔδειξέ μοι Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου· καὶ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς τὸν διάβολον· Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοί, ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ. Οὐχὶ ἰδοὺ τοῦτο δαλὸς (85) ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός; » Μέλλοντί τε τῷ Τρύφωνι ἀποκρίνεσθαι καὶ ἀντιλέγειν μοι, ἔφην· Πρῶτον ἀνάμεινον καὶ ἄκουσον ἃ λέγω. Οὐ γὰρ ἣν ὑπολαμβάνεις ἐξήγησιν ποιεῖσθαι μέλλω, ὡς μὴ γεγενημένου ἱερέως τινὸς Ἰησοῦ ὀνόματι ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γῇ, ὅπου αἰχμάλωτος ὁ λαὸς ὑμῶν. Ὅπερ εἰ καὶ ἐποίουν, ἀπέδειξα (86) ὅτι ἦν μὲν Ἰησοῦς ἱερεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν, τοῦτον δὲ αὐτὸν οὐκ ἐν τῇ ἀποκαλύψει αὐτοῦ ἑωράκει ὁ προφήτης, ὥσπερ οὐδὲ τὸν διάβολον καὶ τὸν τοῦ Κυρίου ἄγγελον οὐκ αὐτοψίᾳ ἐν καταστάσει ὧν ἑωράκει, ἀλλ' ἐν ἐκστάσει, ἀποκαλύψεως αὐτῷ γεγενημένης. Νῦν δὲ λέγω ὅτι ὄνπερ τρόπον διὰ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος τῷ Ναυῆ υἱῷ (87) καὶ δυνάμεις καὶ πράξεις τινὰς προκηρυσσούσας τὰ ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου Κυρίου μέλλοντα γίνεσθαι πεποιηκέναι ἔφη (88)· οὕτω καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι Ἰησοῦ ἱερέως γενομένου ἐν

115. *Prædictio de Christianis apud Zachariam. Judæorum maligna disputandi ratio.* — Sed Zachariæ Christi mysterium in parabola ostendenti et arcane prædicanti credere debetis. Sunt autem hæc illius verba: « Gaude et lætare, filia Sion; quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus, et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illo; et erunt mihi in populum; et habitabo in medio tui, et cognoscent quia Dominus virtutum misit me ad te. Et possidebit Dominus Judam, et partem suam in terra sancta, et eliget adhuc Jerusalem. Timeat omnis caro a facie Domini, quoniam surrexit de nubibus sanctis suis. Et ostendit mihi Jesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli: et diabolus stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te, qui elegit Jerusalem. Nonne ecce hoc torris est erectus de igne [87*]? » Cum Trypho respondere et mihi contradicere pararet: Fac primum, inquam, exspectes et audias quid dicam. Neque enim quam suspicaris expositionem allaturus sum, ut nullum sacerdotem Jesu nomine in terra Babylonia, ubi populus vester captivus erat, exstitisse dicam. Quod quidem si facerem, demonstrarem futurum non fuisse, si Jesus sacerdos in vestro genere fuisset, ut eum propheta in sua revelatione videret; quemadmodum nec diabolum, nec angelum Domini ipsis oculis intra se constitutus vidit, sed in exstasi, revelatione ipsi facta. Nunc autem quod dico sic se habet. Quemadmodum Scriptura a filio Navæ virtutes et actiones quasdam, quæ res a Domino nostro gerendas prænuntiabant, per nomen Jesu editas esse dixit; ita et hanc sub illo Jesu, qui sacerdos Babylone in populo vestro

[87] Jer. III, 8. [87*] Zach. II, 10-13; III, 1, 2.

ἀνθρωποπαθὲς ἐπανορθούμενοι, lib. *De sacrificiis*, p. 146.

(83) *Καὶ τὴν μερίδα.* Observat Nobilius conjunctionem a pluribus omitti, idque aptius erudito Londinensi editori videtur.

(84) *Ἐκλέξεται ἐπὶ Ἱερουσαλήμ.* Biblia Rom. αἱρετιεῖ ἔτι Ἱερουσαλήμ. Observat idem Thirlbius lectionem Justini præferendam esse, ut magis consentaneam Hebræo fonti.

(85) *Τοῦτο δαλός.* Ita Aquila et Hebr. et edit. Complut. Quamvis autem legatur ὡς δαλός, ut observat idem vir erud. in Bibl. Rom. et Ald. et cod. Alex. et in *Constit. apost.* l. VI, c. 5, et apud Clem. Alex. quem tamen Sylburgius licenter emendavit, et apud Hieronymum, Cyrill. Alex. et Theodoret., vix dubito quin hanc voculam ὡς omiserit Justinus. Ait enim infra de Jesu sacerdote: Καὶ δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρὸς ἐκλήθη.

(86) *Ἀπέδειξα*, etc. Difficilis locus et variis conjecturis vexatus, quas referre longum sit; sed tamen levissima aut nulla mutatione facta illustrari potest. Legere enim possumus mutato tantum accentu: Ἦν μὲν Ἰησοῦς ἱερεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν, supplendo ἦν, « Si sacerdos Jesus in genere vestro fuisset; » vel, si malis: Εἰ μὲν ἦν, quod eodem redit. Negare non vult Justinus sacerdotem nomine Jesum exstitisse in terra Babylonis; sed tamen declarat probabilem materiam sibi non defuturam, si litigare velit, quia propheta quemadmodum nec diabolum nec angelum oculis suis vidit, sed oblata revelatione, sic summum sacerdotem, si vivus is exstitisset, non in revelatione, sed coram cernere debuisset. Non deerant qui hanc revelationem ad Jesum filium Josedech referri omnino non posse contenderent. Unde Tertullianus *adv. Jud.* cap. 14: « Nec poteritis eum Josedech filium dicere, qui nulla omnino veste sordida, sed semper sacerdotali fuit exornatus, nec unquam sacerdotali munere privatus. » Christianorum interpretum sententiam sic refert Hieronymus: « Non autem esse Jesum filium Josedech ex hoc conantur ostendere, quod non sit appositum in præsenti loco, filius Josedech; qui in aliis locis et ubi vere de Jesu dicitur filio Josedech, semper patris cognomine censeatur. » Aliam viam init Justinus: fatetur hic agi de filio Josedech; at ea quæ ad Christum spectant, significari contendit.

(87) *Τῷ Ναυῆ υἱῷ.* Vel legendum τὸν Ναυῆ υἱόν, vel πεποιῆσθαι pro πεποιηκέναι.

(88) *Ἔφη.* Non legendum ἔφην, ut placet erudito Londinensi editori, sed supplendum, ex more S. martyris, Θεός vel λόγος nempe Scriptura. Sic enim n. 114: Ὅταν λέγῃ διὰ Ἡσαΐου, et paulo post: Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ, et n. 120: Φησὶ γοῦν καὶ ἐν τῷ Ἰούδᾳ, et n. 121: Περὶ τούτου λέγων τοῦ Χριστοῦ. Vide adnotata ad n. 61.

Digitized by Google

fuit, revelationem nunc demonstrare aggredior eorum, quæ sacerdos noster et Deus et Christus, Patris universorum Filius, facturus erat, prædicationem fuisse. Jam autem miratus sum, inquam, cur paulo ante dicente me quieveritis, nec reprehenderitis cum dicerem filium Navæ ex æqualibus ab Ægypto profectis solum **209** in terram sanctam ingressum esse cum iis qui hac ætate natu minores descripti fuerant. Nam instar muscarum ad ulcera accurritis et advolatis. Si quis enim sexcenta præclare dicat, unum autem quamlibet minutum vobis non placeat aut a vobis non intelligatur, aut minus accuratum sit; de plurimis præclare dictis parum laboratis, verbulum autem arripitis, illudque in piaculi ac sceleris loco statuere conamini: ut simili modo a Deo judicati multo magis magnorum facinorum, sive improbe factorum, sive pravarum interpretationum, quas adulterando adhibetis, rationem reddatis. Quo enim judicio judicatis, eodem vos æquum est judicari.

116. *Ostenditur quomodo hæc prophetia conveniat Christianis.* — Sed ut vobis rationem reddam de revelatione Jesu Christi sancti, repeto sermonem ac dico hanc quoque revelationem in nos factam esse, qui in Christum summum sacerdotem, hunc crucifixum, credimus: qui cum in stupris ac omni prorsus sordida actione versaremur, per gratiam a nostro Jesu, secundum voluntatem ipsius Patris concessam, sordida omnia, quibus induti eramus, mala exuimus, quibus diabolus instat semper adversans, ac omnes ad se trahere volens: sed angelus Dei, id est virtus Dei, nobis per Jesum Christum immissa, increpat eum et a nobis discedit. Ac tanquam ex igne extracti sumus, cum prioribus peccatis expurgati, tum ex tribulatione eruendi et ex incendio nobis a diabolo ejusque omnibus ministris admoto; ex quibus nos etiam rursus se extracturum Jesus Dei Filius, ac præparatis vestibus nos induturum, si mandata ejus observemus, et regnum æternum provisurum promisit. Quemadmodum enim Jesus ille, qui sacerdos a propheta dicitur, sordida ferens indumenta visus est, quia fornicariam illum uxorem accepisse dictum est, ac torris extractus ex igne vocatus, quia remissionem

A τῷ λαῷ ὑμῶν ἀποκάλυψιν, ἔρχομαι νῦν ἀποδεῖξαι ἀποχήρυξιν εἶναι τῶν ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου ἱερέως, καὶ Θεοῦ, καὶ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων, γίνεσθαι μελλόντων. Ἤδη μέν τοι ἐθαύμαζον, ἔφην, διὰ τί καὶ πρὸ μικροῦ ἡσυχίαν ἠγάγετε ἐμοῦ λέγοντος, ἢ πῶς οὐκ ἐπελάβεσθέ μου εἰπόντος ὅτι ὁ τοῦ Ναυῆ υἱὸς τῶν ἐξελθόντων ἀπ' Αἰγύπτου ὁμηλίκων μόνος εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν, καὶ οἱ γεγραμμένοι ἀφηλικες τῆς γενεᾶς ἐκείνης. Ὥσπερ γὰρ αἱ μυῖαι ἐπὶ τὰ ἕλκη προστρέχετε καὶ ἐφίπτασθε. Κἂν γὰρ μυρία τις εἴπῃ καλῶς, ἓν δὲ μικρὸν ὁτιοῦν εἴη μὴ εὐάρεστον ὑμῖν, ἢ μὴ νοούμενον, ἢ μὴ πρὸς τὸ ἀκριβὲς, τῶν μὲν πολλῶν καλῶν οὐ πεφροντίκατε, τοῦ δὲ μικροῦ ῥηματίου ἐπιλαμβάνεσθε, καὶ κατασκευάζειν αὐτὸ ὡς ἀσέβημα καὶ ἀδίκημα σπουδάζετε· ἵνα τῇ αὐτῇ
B ὁμοίᾳ (89) κρίσει ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κρινόμενοι, πολὺ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν μεγάλων τολμημάτων, εἴτε κακῶν πράξεων, εἴτε φαύλων ἐξηγήσεων ἃς παραποιοῦντες ἐξηγεῖσθε, λόγον δώσητε (90). Ὃ γὰρ κρῖμα κρίνετε, δίκαιόν ἐστιν ὑμᾶς κριθῆναι.

116. Ἀλλ' ἵνα τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου (91) ἀποδιδῶ ὑμῖν, ἀναλαμβάνω τὸν λόγον, καί φημι κἀκείνην τὴν ἀποκάλυψιν εἰς ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀρχιερέα τοῦτον τὸν σταυρωθέντα πιστεύοντας γεγενῆσθαι· οἵτινες, ἐν πορνείαις καὶ ἁπλῶς πάσῃ ῥυπαρᾷ πράξει ὑπάρχοντες, διὰ τῆς παρὰ τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ χάριτος τὰ ῥυπαρὰ πάντα ἃ ἠμφιέσμεθα κακὰ ἀπεδυσάμεθα· οἷς
C ὁ διάβολος ἐφέστηκεν ἀεὶ ἀντικείμενος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκειν πάντας βουλόμενος· καὶ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ πεμφθεῖσα ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπιτιμᾷ αὐτῷ, καὶ ἀφίσταται ἀφ' ἡμῶν. Καὶ ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς ἐξεσπασμένοι ἐσμὲν, ἀπὸ μὲν τῶν ἁμαρτιῶν τῶν προτέρων καθαρισθέντες, ἀπὸ δὲ τῆς θλίψεως (92) καὶ τῆς πυρώσεως ἣν πυροῦσιν ἡμᾶς ὅ τε διάβολος καὶ οἱ αὐτοῦ ὑπηρέται πάντες· ἐξ ὧν καὶ πάλιν ἀποσπᾷ (93) ἡμᾶς Ἰησοῦς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐνδῦσαι ἡμᾶς τὰ ἡτοιμασμένα ἐνδύματα, ἐὰν πράξωμεν αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς, ὑπέσχετο, καὶ αἰώνιον βασιλείαν προνοῆσαι ἐπήγγελται. Ὃν γὰρ τρόπον Ἰησοῦς ἐκεῖνος ὁ λεγόμενος ὑπὸ τοῦ προφήτου ἱερεὺς, ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐφάνη φορῶν, διὰ τὸ γυ-
D ναῖκα πόρνην (94) λελέχθαι εἰληφέναι αὐτὸν, καὶ δα-

(89) *Τῇ αὐτῇ ὁμοίᾳ.* Legendum monet Sylburgius τῇ αὐτῇ καὶ ὁμοίᾳ.

(90) *Δώσητε.* Clarom. δώσετε. Sylburgius mallet δῶτε vel δῴητε.

(91) *Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου.* « Cæcus est, inquit Thirlbius, qui non videat hæc corrupta esse. » Legendum monet τοῦ Ζαχαρίου, vel Ἰησοῦ καὶ ἀγγέλου, vel Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. Fateor mihi hanc corruptelam non apparere, nec video cur revelatio Jesu Christi sancti appellari non possit id quod non multo ante appellatur mysterium Christi arcane a Zacharia prædicatum. Tertullianus, cuicum in ipsius rei summa consentit Justinus, sic loquitur loco jam citato: « Sic et apud Zachariam, in persona ipsius, imo et in ipsius nominis sacramento, verus summus Sacerdos Patris Christus Jesus, duplici habitu in duos adventus delineatur. »

(92) *Ἀπὸ δὲ τῆς θλίψεως.* Hoc loco, ut in aliis multis, supplendum est aliquod verbum, quo Christianos ex persecutionibus, quas diabolus ejusque ministri excitabant, significetur aliquando liberatum iri, nempe in fine mundi. Tempus enim persecutionum aliis terminis non circumscribebat Justinus, ut vidimus n. 39.

(93) *Ἀποσπᾷ.* Legendum ἀποσπᾷν et mox καὶ ἐνδῦσαι. Si quis tamen retinere velit illud ἀποσπᾷ (sæpe enim præsens pro futuro usurpat Justinus) legendum erit ὃς ἐνδῦσαι.

(94) *Γυναῖκα πόρνην.* Non probabile est Justinum id commisisse, quod suspicatur Londinensis editor, ut Jesum filium Josedech cum Osea propheta confunderet. Probabilior alia ejusdem conjectura fornicariam uxorem a Justino vocari eam quæ conjugio illicito ducebatur. Nam Judæi vesti-

Digitized by Google

ὡς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρὸς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰληφέναι, ἐπιτιμηθέντος καὶ τοῦ ἀντικειμένου αὐτῷ διαβόλου· οὕτως ἡμεῖς οἱ διὰ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος, ὡς εἷς ἄνθρωπος πιστεύσαντες (95) εἰς τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ πρωτοτόκου αὐτοῦ Υἱοῦ, τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια, τουτέστι τὰς ἁμαρτίας, ἀπημφιεσμένοι, πυρωθέντες διὰ τοῦ λόγου τῆς κλήσεως αὐτοῦ, ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἐσμὲν τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ, εἰπὼν ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι θυσίας εὐαρέστους αὐτῷ καὶ καθαρὰς προσφέροντες(95*).Οὐ δέχεται δὲ παρ' οὐδενὸς θυσίας ὁ Θεὸς,εἰ μὴ διὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ.

A peccatorum accepit, etiam increpito, qui ei adversabatur, diabolo; ita nos, qui per nomen Jesu instar unius hominis omnes in Creatorem universorum Deum credimus, per nomen primogeniti illius Filii sordidis vestibus, id est peccatis exuti et per verbum illius vocationis inflammati, verum genus sacerdotale Dei sumus, ut Deus ipse testatur, cum sibi in omni loco in gentibus grata et pura sacrificia offerri dicit. A nemine autem Deus accipit sacrificia, nisi per ipsius sacerdotes.

117. Πάντας οὖν, οἱ (96) διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου θυσίας, ἃς παρέδωκεν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς γίνεσθαι, τουτέστιν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου, τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινομένας ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν, προλαβὼν ὁ Θεὸς, μαρτυρεῖ εὐαρέστους ὑπάρχειν αὐτῷ. Τὰς δὲ ὑφ' ὑμῶν καὶ δι' ἐκείνων ὑμῶν τῶν ἱερέων γινομένας ἀπαναίνεται, λέγων· « Καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν, τὸ ὄνομά μου δεδόξασται, λέγει, ἐν τοῖς ἔθνεσιν (97)· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. » Καὶ μέχρι νῦν φιλονεικοῦντες λέγετε, ὅτι τὰς μὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τῶν ἐκεῖ τότε οἰκούντων Ἰσραηλιτῶν καλουμένων θυσίας οὐ προσδέχεται ὁ Θεός· τὰς δὲ διὰ τῶν ἐν τῇ διασπορᾷ τότε δὴ ὄντων ἀπὸ τοῦ γένους ἐκείνου ἀνθρώπων εὐχὰς προσίεσθαι αὐτὸν εἰρηκέναι, καὶ τὰς εὐχὰς αὐτῶν θυσίας καλεῖν. Ὅτι μὲν οὖν καὶ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι, τέλειαι μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ θυσίαι (98), καὶ αὐτός φημι. Ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, καὶ ἐπ' ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς (99) αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς, ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους ὃ πέπονθε δι' αὐτοὺς ὁ Υἱὸς τοῦ

117. *Malachiæ prophetia de sacrificiis Christianorum. Hæc autem de precibus Judæorum qui erant in dispersione, accipi non possunt.* — Qui ergo per illius nomen sacrificia ipsi offerunt ea, quæ a Jesu Christo præscripta, id est quæ in eucharistia panis et calicis a Christianis in omni terrarum loco offeruntur, hos omnes in antecessum Deus gratos sibi esse **210** testatur. Quæ vero a vobis ac per vestros illos sacerdotes offeruntur, ea respuit, cum dicit : « Et sacrificia vestra non suscipiam de manibus vestris : quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatur in gentibus : vos autem profanatis illud [88]. Ac vos quidem hactenus contentionis studio dicitis Deum quidem sacrificia Hierosolymis ab his qui tunc ibi Israelitæ dicti habitabant, oblata non accipere; eorum autem preces, qui tunc ex illo genere in dispersione erant, gratas sibi esse dixisse, atque illorum preces sacrificia vocare. Equidem preces et gratiarum actiones, quæ a dignis peraguntur, sola esse perfecta et Deo accepta sacrificia et ipse pronuntio. Hæc enim Christiani quoque sola peragere didicerunt, etiam

[88] Malach. I, 10.

bus sordidis, teste Hieronymo, Jesum indutum fuisse dicebant, « vel ob conjugium illicitum, vel ob peccata populi, vel ob squalorem captivitatis. » Conjugium illicitum erat quia alienigenam uxorem duxerat.

(95) *Πιστεύσαντες*. Sic restituimus, monente Thirlbio. Maranus ediderat πάντες ἐσονται, veram lectionem in nota exhibens. Edit. Patrol.

(95*) *Προσφέροντες*. Vel subintellige εἰσίν, vel lege, cum Thirlbio, θυσίαι... προσφέρονται. Id.

(96) *Πάντας οὖν οἱ*. Vel legendum πάσας οὖν διὰ τοῦ, vel ante aut post τοῦ ὀνόματος τούτου supplendum προσφέρομεν.

(97) *Τὸ ὄνομά μου δεδόξασται, λέγει, ἐν τοῖς ἔθνεσι*. Fortasse addendum ex Malach. I, 11 : Καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, quod sequentia postulare videntur; hæc enim verba præcipue respiciunt, atque aliter τὰς δὲ διὰ τῶν ἐν τῇ διασπορᾷ, etc., non habebunt quo referantur. Quod, si quis putet Justinum, tum cum hæc citaret, præcedentium tantum rationem habuisse ideoque ita mutilata citasse, in sequentibus autem ad integrum locum respexisse, idque verisimilius existimet, quam librarium, iteratione vocis ἔθνεσι deceptum, omisisse intermedia : ego profecto prius illud fieri posse non negaverim, sed posterius multo credibilius habitum iri arbitror. Sed considera istud λέγει. Thirlbius.

(98) *Τέλειαι μόναι... θυσίαι*. Non magis negat hoc loco sacrificium et victimam a Christianis offerri solitam, quam tot aliis locis baptismum exteriorem, in quibus carnis circumcisioni successisse ait circumcisionem cordis, ac cordis conversionem solum esse verum baptisma contendit. Redundant scripta veterum his loquendi rationibus. Sic Tertullianus apud quem sacrificium mundum est « simplex oratio de conscientia pura » IV *adv. Marc.* cap. 1, agnoscit exterius sacrificium apud ipsos hæreticos, aut saltem ex hoc eorum sacrificio ansam ad eos refellendos capit. Postquam enim lib. III, cap. 22, retulit Malachiæ verba : « In omni loco sacrificium nomini meo offertur, sacrificium mundum, » statim addit : « Gloriæ scilicet relatio et benedictio et laus et hymni. Quæ omnia cum in te quoque deprehendantur, et signaculum frontium, et ecclesiarum sacramenta, et munditiæ sacrificiorum, debes jam erumpere uti dicas, spatium (leg. spiritum) Creatoris tuo Christo prophetasse. »

(99) *Καὶ ἐπ' ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς*. Redundat illud δέ ut supra n. 48. Illa autem recordatio alimoniæ siccæ et liquidæ videtur esse gratiarum actio, ut in *Apol.* I, n. 65, ob acceptum a Deo panem et vinum, quibus quodammodo continetur quidquid ad hominis alimoniam, siccam scilicet et liquidam, necessarium est. Justinus enim hoc loco distinguit ab hac recordatione alimoniæ siccæ et liquidæ recordationem passionis Domini. Quomodo celebretur illa recordatio passionis Domini, non erat explicandi locus; sed id facile intelligitur ex eadem *Apol.* I, ubi docet Justinus eadem omnipotentia, qua Verbum caro factum est, panem et vinum fieri corpus et sanguinem Christi. Hoc enim semel posito corpus et sanguinem Christi in altari

Digitized by Google

in recordatione alimoniæ suæ siccæ et liquidæ, in qua etiam passionis, quam Filius Dei propter eos pertulit, recordantur. Hujus nomen ut profanaretur per totum orbem terrarum et blasphemiis appeteretur, principes sacerdotum populi vestri et magistri perfecerunt. Sed hæc ipsa quoque sordida indumenta, a vobis imposita iis omnibus, qui ex nomine Jesu facti sunt Christiani, Deus a nobis sublata ostendet, cum omnes ad vitam revocabit, et alios quidem in æterno et indissolubili regno incorruptos et immortales et doloris expertes constituet, alios autem in æternum ignis supplicium detrudet. Quod autem et ipsi vos decipitis et magistri vestri, dum Scripturam sic interpretamini, quasi de dispersis vestri generis hominibus dicat, eorum preces et sacrificia in omni loco pura et accepta esse; agnoscite vos mentiri et operam dare ut in omnibus vosmetipsos decipiatis; primum quidem, quia ne nunc quidem ab ortu solis ad occasum diffusum est genus vestrum, ac gentes videre est, in quibus nondum quisquam vestrum habitavit. Nullum **211** enim omnino genus est sive Græcorum,

Θεοῦ μέμνηται (1). Οὗ τὸ ὄνομα βεβηλωθῆναι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν καὶ βλασφημεῖσθαι οἱ ἀρχιερεῖς τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ διδάσκαλοι εἰργάσαντο. Ἃ ῥυπαρὰ καὶ αὐτὰ ἐνδύματα (2) περιτεθέντα ὑφ' ὑμῶν πᾶσι τοῖς ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γενομένοις Χριστιανοῖς, δείξει αἱρόμενα ἀφ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὅταν πάντας ἀναστήσῃ, καὶ τοὺς μὲν ἐν αἰωνίῳ καὶ ἀλύτῳ βασιλείᾳ ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους καὶ ἀλύπους καταστήσῃ, τοὺς δὲ εἰς κόλασιν αἰώνιον πυρὸς παραπέμψῃ. Ὅτι δὲ ἑαυτοὺς πλανᾶτε καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, ἐξηγούμενοι ὅτι περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐν τῇ διασπορᾷ ὄντων ἔλεγεν ὁ λόγος, ὅτι τὰς εὐχὰς αὐτῶν καὶ θυσίας καθαρὰς καὶ εὐαρέστους ἐν παντὶ τόπῳ γενομένας ἔλεγεν, ἐπίγνωτε ὅτι ψεύδεσθε, καὶ ἑαυτοὺς κατὰ πάντα ἀπατᾶν πειρᾶσθε· ὅτι πρῶτον μὲν οὐδὲ νῦν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως δυσμῶν ἐστιν ὑμῶν τὸ γένος, ἀλλ' ἔστι τὰ ἔθνη ἐν οἷς οὐδέπω οὐδεὶς ὑμῶν τοῦ γένους ᾤκησεν. Οὐδὲ ἐν γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ (3) γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων, εἴτε Ἑλλήνων, εἴτε ἁπλῶς ᾠτινιοῦν ὀνόματι προσαγορευομένων, ἢ ἀμαξοβίων (4) ἢ ἀοίκων (5) καλουμένων, ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκούντων (6),

exstare, nemo non facillime animadvertit incruentam passionis cruentæ recordationem. Quod autem spectat ad ipsas species panis et vini, videtur Justinus ab eximia quadam earum simplicitate sacrificium Christianorum laudare et commendare. Observat enim Eustathius *in Iliad.* A, p. 138, edit. Rom., antiquos, ante usum victimarum, molas tantum et libationes obtulisse, ut his veluti primitiis totius alimoniæ humanæ, quæ sicca nimirum et liquida est, gratum animum testarentur. Διττῆς οὔσης ἐν ἡμῖν τροφῆς τῆς ἀναγκαιοτάτης, ξηρᾶς τε, ἥτις ἐν σπέρμασι θεωρεῖται καὶ ἄλλοις καρποῖς, ἔτι δὲ καὶ τῆς ὑγρᾶς τῆς θεωρουμένης πρώτως μὲν ἐν ὕδασι, δευτέρως δὲ καὶ ἐν οἴνῳ, ἀπαρχὰς οἱονεὶ τῆς ὅλης ζωογόνου τροφῆς εὐχαρίστως οἱ παλαιοὶ τούς τε ἁλοχύτας ἐν ταῖς θυσίαις προεβάλλοντο ἀπὸ ξηρᾶς τινος τροφῆς, ἀλλὰ μὲν καὶ τὰς σπονδὰς ἐν ἄλλοτε ἄλλῳ ὑγρῷ πρὸς καιρούς. Cum Justini sententia consentit hoc Irenæi testimonium: « Sed et suis discipulis, inquit, dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi sint nec ingrati, eum qui ex creatura panis est, accepit et gratias egit, dicens: Hoc est meum corpus. Et calicem similiter qui est ex creatura secundum nos, suum sanguinem confessus est, et Novi Testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo, et qui alimenta nobis præstat, primitias munerum suorum in Novo Testamento, » lib. IV, cap. 17, n. 5. Sic etiam Origenes lib. VIII, contra Celsum, p. 399: Ὁ Κέλσος μὲν, ὡς ἀγνοῶν Θεὸν, τὰ χαριστήρια δαίμοσιν ἀποδιδότω· ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσφερομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἁγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. « Ac Celsus quidem, ut Deum ignorans, gratias dæmonibus agat; nos autem, qui gratias Deo agimus, etiam panes illos comedimus, qui cum gratiarum actione et prece ob hæc dona accepta oblati, fiunt per precem corpus quoddam sanctum et sanctificans eos qui illo utuntur cum sano proposito. » Lucem etiam Justino afferunt hæc Liturgiæ nostræ verba: « Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, » etc. Vid. Joan. Bona, *Liturg.* II, 14.

gendum monet Maranus, quamvis in textu *manifestum*, ut ipsius verbis utar, *errorem* retineat, nempe, δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς τοῦ Θεοῦ. Nobis textum sanare magis placuit. EDIT. PATR.

(2) *Ἐνδύματα.* Sic etiam vocat calumnias Christianis afflictas *Apol.* II, n. 13. Paulo post legit Thribius αἰωνίου πυρός.

(3) *Οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἐστὶ τό.* Aptius videtur Sylburgio ἐστί τι. Ante Justinum Hermas dixerat lib. III, c. 9, n. 17: « Omnes nationes quæ sub cœlo sunt, audierunt et crediderunt et uno nomine Filii Dei vocantur. » Testatur etiam Irenæus lib. III, c. 4, multas gentes barbarorum in Christum credidisse, « sine charta et atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem. » Tertullianus cap. 7 *adv. Jud.*, universas gentes in Christum credidisse dicit, et postquam plurimas enumeravit, alias multas addendas esse declarat, quas fatetur sibi ignotas esse et a se enumerari non posse. Lactantius in libro *De morte persec.* c. 3, Ecclesiæ, post mortem Neronis, statum sic describit: « Manus suas in orientem occidentemque porrexit, ut jam nullus esset terrarum angulus tam remotus, quo non religio Dei penetrasset, nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non suscepto Dei cultu ad justitiæ opera mitesceret. » Sed hæc Justini et aliorum testimonia nimis præfracte sumi non debent. Nam Origenes tract. 28 *in Matth.*, multas esse nationes fatetur, quæ nondum Evangelii lucem receperint. Ipsos Judæos, quos Justinus in omnibus locis versari negat, rex Agrippa apud Josephum II, *De bello Jud.*, ita in omnes regiones diffusos esse ait, ut nulla gens sit, in qua non aliqua pars Judæorum reperiatur. Οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης δῆμος ὁ μὴ μοῖραν ἡμετέραν ἔχων.

(4) *Ἀμαξοβίων.* Hi fuerunt gens Scythica. Horat. od. III, 24, 10; Plin. *Hist. nat.* IV, c. 12, § 25; Justin. *Hist.* II, 2. OTTO.

(5) *Ἀοίκων.* Nomades potissimum vixerunt in Scythia (Plin. l. c, c. 26), India (VI, c. 17, §. 20), Arabia (V, c. 16, §. 16), Æthiopia (VI, c. 30, §. 35), Numidia (V, c. 5, §. 2). ID.

(6) *Ἐν σκηναῖς κτην. οἰκ.* Plin. l. c. VI, c. 8, §. 32: « Sabæi Scenitæ. » Cf. Jul. Solin. Polyhist. c. 33. — Gen. IV, 20: Οὗτος (Ἰωβὴλ) ἦν πατὴρ οἰκούντων ἐν σκηναῖς, κτηνοτρόφων. ID.

(1) *Δι' αὐτοὺς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ μέμνηται.* Sic le-

Digitized by Google

ἐν οἷς μὴ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι τῷ Πατρὶ καὶ Ποιητῇ τῶν ὅλων γίνονται. Εἰδότες (7), ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ὅτε ὁ προφήτης Μαλαχίας τοῦτο ἔλεγεν, οὐδέπω ἡ διασπορὰ ὑμῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐν ὅσῃ νῦν γεγόνατε, ἐγεγένητο, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀποδείκνυται. A sive barbarorum, sive quolibet nomine appellentur, vel Hamaxobiorum qui in plaustris degunt, vel nomadum qui domibus carent, vel Scenitarum, qui pecora pascentes habitant in tentoriis, nullum, inquam, ejusmodi genus est, in quo non per nomen crucifixi Jesu preces et gratiarum actiones Patri et Creatori universorum fiant. Deinde vero quia quo tempore propheta Malachias hæc dicebat, nondum dispersi eratis in omnes illas terræ partes in quibus nunc estis, id quod etiam ex Scriptura perspicitur.

118. Ὥστε μᾶλλον παυσάμενοι τοῦ φιλεριστεῖν, μετανοήσατε πρὶν ἐλθεῖν τὴν μεγάλην ἡμέραν τῆς κρίσεως, ἐν ᾗ κόπτεσθαι μέλλουσι πάντες οἱ ἀπὸ τῶν φυλῶν (8) ὑμῶν ἐκκεντήσαντες τοῦτον τὸν Χριστὸν, ὡς ἀπὸ Γραφῆς ἀπέδειξα προειρημένον. Καὶ ὅτι ὤμοσε Κύριος « κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, » καὶ τί B τὸ προειρημένον ἐστὶν, ἐξηγησάμην· καὶ ὅτι περὶ τοῦ θάπτεσθαι μέλλοντος καὶ ἀνίστασθαι Χριστοῦ ἦν ἡ προφητεία τοῦ Ἡσαΐου φήσαντος· « Ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου, » προεῖπον· καὶ ὅτι κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν ἁπάντων αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστὸς, εἶπον ἐν πολλοῖς. Καὶ Νάθαν δὲ ὁμοίως περὶ τούτου λέγων πρὸς Δαβὶδ, οὕτως ἐπήνεγκεν· « Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν, καὶ τὸ ἔλεός μου οὐ μὴ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς ἐποίησα ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ στήσω αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἕως αἰῶνος. » Καὶ τὸν ἡγούμενον δὲ ἐν τῷ οἴκῳ οὐκ ἄλλον Ἰεζεκιὴλ λέγει ἢ τοῦτον αὐτόν. Οὗτος γὰρ ἐξαίρετος ἱερεὺς καὶ αἰώνιος βασιλεὺς, ὁ Χριστὸς, ὡς Υἱὸς Θεοῦ· οὗ ἐν τῇ πάλιν παρουσίᾳ μὴ δόξητε λέγειν C Ἡσαΐαν ἢ τοὺς ἄλλους προφήτας θυσίας ἀφ' αἱμάτων ἢ σπονδῶν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἀναφέρεσθαι, ἀλλὰ ἀληθινοὺς καὶ πνευματικοὺς (9), αἴνους καὶ εὐχαριστίας. Καὶ οὐ μάτην ἡμεῖς εἰς τοῦτον πεπιστεύκαμεν, οὐδ' ἐπλανήθημεν ὑπὸ τῶν οὕτως διδαξάντων· ἀλλὰ καὶ θαυμαστῇ προνοίᾳ Θεοῦ τοῦτο γέγονεν, ἵνα ἡμεῖς ὑμῶν τῶν νομιζομένων, οὐκ ὄντων δὲ οὔτε φιλοθέων οὔτε συνετῶν, συνετώτεροι καὶ θεοσεβέστεροι εὑρεθῶμεν διὰ τῆς κλήσεως τῆς καινῆς καὶ αἰωνίου Διαθήκης, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ. Τοῦτο θαυμάζων Ἡσαΐας ἔφη· « Καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτῶν (10), ὄψονται· καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι D ἀπεκαλύφθη; » Καὶ ταῦτα λέγων, ἔφην, ὦ Τρύφων, ὡς ἐγχωρεῖ, διὰ τοὺς σήμερον σὺν σοὶ ἀφιγμέ-

118. *Hortatur ad pœnitentiam antequam Christus veniat, in quem credentes Christiani longe religiosiores quam Judæi.* — Quamobrem satius est, ut contentionis studium deponentes pœnitentiam agatis, antequam venjat magnus ille judicii dies, in quo plangent, quicunque ex vestris tribubus Christum pupugerunt, prout prædictum a Scripturis docui. Dominum autem jurasse « secundum ordinem Melchisedech [89], » et quid sibi velit hæc prædictio explicui. Atque hoc Isaiæ vaticinium: « Sepultura ejus ex medio sublata est [90], » de sepeliendo et resurrecturo Christo editum esse jam demonstravi [91]; ipsumque illum Christum vivorum et mortuorum omnium judicem esse pluribus disserui. Similiter Nathan, cum de eo loqueretur ad Davidem, sic intulit: « Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium; et misericordiam meam non removebo ab eo, sicut feci ab eis qui ante eum erant; et statuam eum in domo mea, et in regno ejus usque in sæculum [92]. » Ducem autem in domo non alium Ezechiel [93], nisi hunc ipsum dicit. Hic enim est eximius sacerdos et rex æternus, Christus, utpote Filius Dei; cujus in secundo adventu ne existimetis Isaiam aut cæteros prophetas dicere, sacrificia sanguinis aut libationum altari imponi, sed vera et spiritalia, laudes et gratiarum actiones. Nec frustra nos in eum credimus, nec ab iis, qui ita docuerunt, decepti sumus; sed et admirabili Dei providentia id contigit, ut vobis, qui Dei amantes et prudentes existimamini, nec estis tamen, prudentiores nos et religiosiores inveniremur per vocationem novi et æterni Testamenti, id est Christi. Hoc ipsum admirans Isaias, dixit: « Et continebunt reges os suum; quia quibus non est annuntiatum de eis, videbunt; et qui non audierunt, intelligent. Domine, quis credidit auditui nostro et brachium Domini cui revelatum est [94]? »

[89] Psal. CIX, 4. [90] Isa. LIII, 8. [91] supra n. 97. [92] II Reg, VII, 14, 15. [93] cap. XLIV, 3. [94] Isa, LII, 15; LIII, 1.

(7) *Εἰδότες.* Cum supra diceret Justinus ὅτι πρῶτον μέν, promittebat se pluribus rationum momentis probaturum absurdam esse Judæorum interpretationem. Quare si legamus εἶτα δὲ ὅτι pro εἰδότες ὅτι, habebimus alterum argumentum, et apta et nexa erit S. martyris oratio, quam illud verbum, εἰδότες, penitus deformabat.

(8) *Ἀπὸ τῶν φυλῶν.* Sic restituimus, monente Sylburgio. Maranus ediderat φαυλῶν, correctioni tamen Sylburgianæ assentiens. ED. PATROL.

(9) *Ἀλλὰ ἀληθινοὺς καὶ πνευματικούς.* Cl. Thirlbius legendum primo conjiciebat, ἀληθινὰς καὶ πνευματικάς, sed postea nihil mutandum duxit. Visa est mihi interpunctio necessaria, nihil amplius.

(10) *Περὶ αὐτῶν.* Justinus supra περὶ αὐτοῦ, sicque legitur, ut observat eruditus Londinensis editor, in Bibliis et apud scriptores ecclesiasticos. — *Αὐτοῦ.* Vulgo male αὐτῶν. At requirit illud αὐτοῦ (scil. Χριστοῦ) nexus sententiarum; insuper firmatur c. 13 et *Apol.* 1, c. 50. Facillime autem ων et ου confunduntur. In textum igitur recepi emendationem. OTTO.

Digitized by Google

Atque hæc quidem, Trypho, quantum licet, edisserens, propter eos qui tecum hodie venerunt, eadem conor dicere, breviter tamen et concise.

At ille : Recte, inquit, facis, ac etiamsi pluribus et eadem iterum dicas, scito me et eos qui adsunt audiendo delectari.

119. *Christiani populus sanctus Abrahæ promissus. Vocati sunt ut Abraham.* — Tum ego : Putatis, o viri, futurum fuisse, ut hæc in Scripturis intelligere possemus, nisi voluntate ejus, qui hæc voluit, intelligendi gratiam accepissemus ? nimirum ut et illud fiat quod tempore Moysis dictum est : « Irritaverunt **212** me in alienis, in abominationibus suis exacerbaverunt me. Sacrificaverunt dæmoniis, quæ non noverunt : novi et recentes venerunt, quos non noverunt patres eorum. Deum, qui te genuit, dereliquisti, et oblitus es Dei nutrientis te. Et vidit Dominus, et zelavit; et exacerbatus est propter iram filiorum suorum et filiarum, et dixit : Avertam faciem meam ab eis, et ostendam quid erit eis in novissimis ; quoniam generatio perversa est, filii quibus non est fides in eis. Ipsi ad zelum provocaverunt me in non deo, exacerbaverunt me in idolis suis; et ego provocabo eos ad zelum in non gente ; in gente stulta irritabo illos. Quoniam ignis accensus est ex furore meo : et ardebit usque ad infernum. Devorabit terram et genimina ejus, comburet fundamenta montium : congregabo in eos mala [95]. » Et postquam justus ille occisus est, nos populus alter refloruimus, et novæ ac florentes spicæ germinavimus, quemadmodum dixerunt prophetæ : « Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa in populum, et habitabunt in medio universæ terræ [96]. » Nos autem non modo populus, sed etiam populus sanctus sumus, ut jam demonstravimus [97]. « Et vocabunt eum populum sanctum, redemptum a Domino [98]. » Quapropter non contemnendus populus sumus, nec barbara natio, nec quales Carum aut Phrygum nationes. Sed nos quoque elegit Deus et manifestus apparuit non interrogantibus eum : « Ecce Deus sum, inquit, genti non invocanti nomen meum [99]. » Hæc enim illa gens est, quam olim Deus pollicitus est Abrahæ, eumque multarum gentium patrem a se institutum iri promisit, non Arabum, nec Ægyptiorum, nec Idumæorum patrem futurum dicens. Nam et Ismael pater magnæ gentis exstitit, magnæ etiam Esaü, et Ammonitarum magna nunc exstat multitudo. Noe autem ipsius etiam Abrahæ pater, ac totius prorsus hominum generis fuit; ac alii aliorum progenitores

A νους ταῦτα λέγειν πειρῶμαι, βραχέως μέντοι καὶ περιεκομμένως.

Κἀκεῖνος· Εὖ ποιεῖς, ἔφη· κἂν διὰ πλειόνων δὲ καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν λέγῃς, χαίρειν με καὶ τοὺς συνόντας τῇ ἀκροάσει γίνωσκε.

119. Ἐγώ τε αὖ εἶπον· Οἴεσθε ἂν ἡμᾶς ποτε, ὦ ἄνδρες, νενοηκέναι δυνηθῆναι ἐν ταῖς Γραφαῖς ταῦτα (11), εἰ μὴ θελήματι τοῦ θελήσαντος αὐτὰ ἐλάβομεν χάριν τοῦ νοῆσαι; ἵνα γένηται καὶ τὸ λελεγμένον ἐπὶ Μωϋσέως· « Παρώξυνάν με ἐπ' ἀλλοτρίοις, ἐν βδελύγμασιν αὐτῶν ἐξεπίκρανάν με. Ἔθυσαν δαιμονίοις οἷς οὐκ οἴδασι· καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἦκασιν, οὓς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν. Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ ἐπελάθου Θεοῦ τοῦ B τρέφοντός σε. Καὶ εἶδε Κύριος, καὶ ἐζήλωσε, καὶ παρωξύνθη δι' ὀργὴν υἱῶν αὐτοῦ καὶ θυγατέρων· καὶ εἶπεν· Ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων· ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστὶν, υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς· ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καὶ καυθήσεται ἕως ᾅδου. Καταφάγεται τὴν γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξει θεμέλια ὀρέων· συνάξω εἰς αὐτοὺς κακά. » Καὶ μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι τὸν δίκαιον ἐκεῖνον, ἡμεῖς λαὸς ἕτερος ἀνεθήλαμεν, καὶ ἐβλαστήσαμεν στάχυες καινοὶ καὶ εὐθαλεῖς, ὡς ἔφασαν οἱ προφῆται· « Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν C Κύριον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰς λαὸν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ τῆς γῆς πάσης. » Ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον λαὸς, ἀλλὰ καὶ λαὸς ἅγιός ἐσμεν, ὡς ἐδείξαμεν ἤδη. « Καὶ καλέσουσιν αὐτὸν λαὸν ἅγιον, λελυτρωμένον ὑπὸ Κυρίου. » Οὐκοῦν οὐκ εὐκαταφρόνητος δῆμός ἐσμεν, οὐδὲ βάρβαρον φῦλον, οὐδὲ ὁποῖα Καρῶν (12) ἢ Φρυγῶν ἔθνη· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ ἐμφανὴς ἐγενήθη τοῖς μὴ ἐπερωτῶσιν αὐτόν. « Ἰδοὺ Θεός εἰμι (13), φησὶ, τῷ ἔθνει οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. » Τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος ὃ πάλαι τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, καὶ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν θήσειν ἐπηγγείλατο, οὐκ Ἀράβων, οὐδ' Αἰγυπτίων, οὐδ' Ἰδουμαίων λέγων· ἐπεὶ καὶ Ἰσμαὴλ μεγάλου πατὴρ ἔθνους ἐγένετο, καὶ Ἡσαῦ· καὶ Ἀμανιτῶν ἐστι νῦν πολὺ πλῆθος. Νῶε δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ ἦν, καὶ ἁπλ D ἀνθρώπων γένους· ἄλλοι δὲ ἄλλων πρ πλέον ἐνθάδε ὁ X χαρίζεται διὰ τῆς ὁμοία φωνῆ ἐ ἐξελθεῖν ἀπ ἐν ᾗ τας δι' ἐ ομεν

[95] Deut. xxxii 16-23. [96] Zach. II, 11. [97] supra n. 1 v, 5.

(11) H. e. Incarnationem Filii ac vocationem gentium. Otto.

(12) *Καρῶν*. Allusio est ad Homericum illud *Iliad.* VIII, v. 867 : Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων Stilburg. — Etiam Phryges magno laborabant c temptu. Cicero, *pro Flacco*, c. 27, proveri commemorat, « Phrygem plagis fieri solere

Digitized by Google

ἤδη ἀπὸ τῆς πολιτείας ἐν ᾗ ἐζῶμεν κατὰ τὰ κοινὰ A τῶν ἄλλων τῆς γῆς οἰκητόρων κακῶς ζῶντες· καὶ σὺν τῷ Ἀβραὰμ τὴν ἁγίαν κληρονομήσομεν γῆν, εἰς τὸν ἀπέραντον αἰῶνα τὴν κληρονομίαν λῃψόμενοι, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ διὰ τὴν ὁμοίαν πίστιν ὄντες. Ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνος τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ ἐπίστευσε, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ, τῇ διά τε τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ λαληθείσῃ, πάλιν καὶ τῇ διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθείσῃ ἡμῖν πιστεύσαντες, μέχρι τοῦ ἀποθνήσκειν πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἀπεταξάμεθα. Ὁμοιόπιστον οὖν τὸ ἔθνος, καὶ θεοσεβὲς, καὶ δίκαιον, εὐφραῖνον τὸν πατέρα, ὑπισχνεῖται αὐτῷ, ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς « οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. »

fuere. Quid igitur amplius hic Abrahæ gratificatur Christus? Quod eum voce per similem vocationem vocavit, cum e terra, quam incolebat, exire jussit, ac nos omnes per illam vocem vocavit, jamque eximus ex illo vitæ genere, in quo prave secundum communem cæterorum terræ incolarum morem versabamur; et cum Abrahamo sanctæ terræ hæredes erimus, hæreditatem in infinitum ævum cernentes, quippe cum filii Abrahæ propter similem fidem simus. Quemadmodum enim ille voci Dei credidit, et reputatum est ei ad justitiam: ita et nos postquam voci Dei tum per apostolos Christi denuo prædicatæ, tum per prophetas nobis promulgatæ credidimus, ad mortem usque omnibus rebus, quæ in mundo sunt, renuntiavimus. Gentem igitur similis fidei et Dei cultricem et justam, quæque patrem suum lætitia perfundat, at nequaquam vos ei promisit, « in quibus non est fides in ipsis [1]. »

120. Ὁρᾶτε μέντοι ὡς καὶ τῷ Ἰσαὰκ τὰ αὐτὰ B καὶ τῷ Ἰακὼβ ὑπιαχνεῖται. Οὕτω γὰρ λέγει τῷ Ἰσαάκ· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Τῷ δὲ Ἰακώβ· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. » Οὐκέτι τοῦτο τῷ Ἡσαῦ, οὐδὲ τῷ Ῥουβὶμ λέγει, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ, ἀλλ' ἐκείνοις ἐξ ὧν ἐμελλεν ἔσεσθαι κατὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς Παρθένου Μαρίας ὁ Χριστός. Εἴγε δὲ καὶ τὴν εὐλογίαν Ἰούδα καταμάθοις, ἴδοις ἂν ὃ λέγω. Μερίζεται γὰρ τὸ σπέρμα ἐξ Ἰακώβ, καὶ διὰ Ἰούδα καὶ Φαρὲς, καὶ Ἰεσσαὶ καὶ Δαβὶδ κατέρχεται. Ταῦτα δ' ἦν σύμβολα ὅτι τινὲς τοῦ γένους ὑμῶν εὑρεθήσονται τέκνα Ἀβραὰμ, καὶ ἐν μερίδι τοῦ Χριστοῦ εὑρισκόμενοι· ἄλλοι δὲ τέκνα μὲν τοῦ Ἀβραὰμ, ὡς ἡ ἄμμος δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ὄντες, ἥτις ἄγονός τε καὶ C ἄκαρπος, πολλὴ μὲν καὶ ἀναρίθμητος ὑπάρχουσα, οὐδὲν δὲ ὅλως καρπογονοῦσα, ἀλλὰ μόνον τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης πίνουσα. Ὅπερ καὶ τὸ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πολὺ πλῆθος ἐλέγχεται, πικρίας μὲν διδάγματα καὶ ἀθεότητος συμπίνοντες, τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ λόγον ἀποπτύοντες. Φησὶ γοῦν καὶ ἐν τῷ Ἰούδα· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ τοῦτο ὅτι οὐκ εἰς Ἰούδαν ἐρρέθη, ἀλλ' εἰς τὸν Χριστὸν, φαίνεται. Καὶ γὰρ Ἰούδαν πάντες οἱ ἀπὸ τ[illegible] πάντων οὐ προσδοκῶμεν, ἀλλὰ Ἰησοῦν [illegible] πατέρας ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγόντ[illegible] τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἡ προφητ[illegible] Ἕως ἂν ἔλθῃ D ᾧ ἀπόκειται, καὶ [illegible] ἐθνῶν. » Ἐλήλυθε τοιγαρ[illegible]δείξαμεν, καὶ προσδοκᾶ[illegible] τῶν νεφελῶν Ἰησοῦς [illegible] καὶ βεβ[illegible] λοῦσθαι ἐν [illegible] δὲ ἦν μ[illegible] ἔφην, δ[illegible] τῆς λέξεως [illegible] ὡς ἂν ἔλθ[illegible] ὑμεῖς [illegible] ἐξηγ[illegible] ἀπὸ [illegible] περὶ [illegible]

120. *Christiani Isaaco etiam et Jacobo et Judæ promissi.* — Videte quomodo eadem et Isaac et Jacob promittat. Ita enim dicit ad Isaac: « Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [2]. » Et **213** ad Jacob: « Et benedicentur in te omnes tribus terræ et in semine tuo [3]. » Non id jam Esaü aut Ruben dicit, aut alii cuipiam, sed iis ex quibus Christus, secundum illam ex Virgine Maria dispensationem, oriturus erat. Quod si et Judæ benedictionem consideres, quæ dico perspicies. Dividitur enim semen ex Jacob, et per Judam et Phares et Jesse et Davidem deducitur. Hæc autem futurum significabant, ut quidam ex vestro genere filii Abrahæ invenirentur, et in parte Christi censerentur; alii autem filii quidem Abrahæ, sed instar arenæ in maris littore jacentis essent, quæ est infecunda et infructuosa, ac plurima quidem et innumerabilis, sed nullum omnino fructum ferens, ac tantum maris aquam ebibens. Cujus quidem rei ejiam magna illa in vestro genere multitudo arguitur, ut qui amaritudinis et impietatis doctrinas bibant, verbum autem Dei respuant. Ait igitur et in Juda: « Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femore ejus, donec veniant, quæ reposita sunt ei; et ipse erit exspectatio gentium [4]. » Atque hoc non in Judam, sed in Christum dictum esse liquet. Non enim Judam nos omnes ex omnibus gentibus exspectamus, sed Jesum, qui et patres vestros ex Ægypto eduxit. Nam usque ad Christi adventum prophetis [illegible] nuntiabat: « Donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium. » Venit igitur, ut [illegible] demonstravimus, ac rursus venturus [illegible] ex altis nubibus Jesus, cujus nomen [illegible] toto orbe profanetur, operum [illegible] dem contra vos decertare de [illegible] terpretamini, ut dictum esse [illegible] veniant, quæ reposita sunt ei. » [illegible] interpretati sunt Septuaginta, [illegible] at cui repositum est. » [illegible] esse patet ex his [illegible]

[1] [illegible], 18. [illegible], 14. [4] Gen. XLIX, 10.

Digitized by Google

habent : « Et ipse erit exspectatio gentium »), de vocula in contentionem vobiscum non venio; quemadmodum nec ex Scripturis, quas non agnoscitis, id est ex recitatis a me Jeremiæ prophetæ, Esdræ et Davidis verbis demonstrationem de Christo perficere studui, sed ex iis quæ hactenus ratæ a vobis habentur. Quas quidem si intellexissent doctores vestri, probe sciatis deleturos fuisse; quemadmodum et eas deleverunt, quæ mortem Isaiæ spectant, quem serra lignea dissecuistis. Christi mysterium id quoque, qui genus vestrum bifariam divisurus est, et alios quidem pro meritis regno æterno cum sanctis patriarchis et prophetis dignaturus est; alios vero in ignis inexstincti condemnationem cum similibus ex omni gente incredulis et immutari nolentibus immissurum se jam pronuntiavit. « Venient enim, inquit, ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum : filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores [a]. » Atque hæc quidem dixi, quia ita sum affectus animo, ut nihil prorsus dixerim, in quo aliud curem, quam ut verum dicam, neminem reveriturus, etiamsi e vestigio discerpi a vobis oporteat. Namque ex meo genere, id est ex Samaritanis, **214** neminem curans, cum Cæsarem oblato ad acta scripto compellarem, dixi eos errore decipi, ut qui Simoni gentis suæ mago fidem haberent, quem Deum supra omnem principatum et potestatem et virtutem esse dicunt.

121. *Ex eo quod gentes in Jesum credunt, eum esse Christum patet.* — Cumque illi conticescerent, hæc

[a] Matth. VIII, 11.

εἴρηται (οὕτω γὰρ ἔχουσι· « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν ») οὐ περὶ τοῦ λεξειδίου συζητῆσαι ὑμῖν ἔρχομαι, ὄνπερ τρόπον οὐδὲ ἀπὸ τῶν μὴ ὁμολογουμένων ὑφ' ὑμῶν Γραφῶν, ὧν καὶ ἀνιστόρησα, ἀπὸ λόγων Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, καὶ Ἔσδρα, καὶ Δαβίδ, τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ποιήσασθαι ἐσπούδασα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων μέχρι νῦν ὑφ' ὑμῶν· ἃ εἰ ἐνενοήκεισαν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν (14), ὡς καὶ τὰ περὶ τὸν θάνατον Ἡσαΐου, ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε, μυστήριον καὶ αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ τέμνειν ὑμῶν τὸ γένος διχῇ μέλλοντος, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους σὺν τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις καὶ προφήταις τῆς αἰωνίου βασιλείας καταξιοῦν μέλλοντος· τοὺς δὲ ἐπὶ τὴν καταδίκην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν τοῖς ὁμοίοις ἀπειθέσι καὶ ἀμεταθέτοις ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν πέμψειν ἤδη φήσαντος. « Ἥξουσι γὰρ, εἶπεν, ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. » Καὶ ταῦτα εἶπον (15), ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων (16), τινὸς φροντίδα ποιούμενος, ἐγγράφως (17) Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν θεὸν ὑπὲρ ἄνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι.

121. Καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων αὐτῶν, ἔφερον (18)· Διὰ Δαβὶδ περὶ τούτου λέγων (19) τοῦ Χριστοῦ, ὦ

(14) Ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν. Eadem docent Irenæus lib. III, cap. 21; Eusebius lib. VI *Demonstr. evang.* pag. 257; Jovius apud Photium.

(15) Καὶ ταῦτα εἶπον. Sic emendatum est in editionibus Græco-Latinis pro eo quod apud R. Stephanum est καὶ ταῦτα εἶπεν.

(16) Τῶν Σαμαρέων. Eadem habemus de Samaritanis sub finem *Apologiæ* II; de Simone autem vide *Apol.* I, n. 56.

Οὐδὲν γὰρ χρῄζουσιν οἱ προσήλυτοι διαθήκης, εἰ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς περιτεμνομένοις κειμένου νόμου, περὶ ἐκείνων οὕτως ἡ Γραφὴ λέγει· « Καὶ προστεθήσεται καὶ ὁ Γηόρας πρὸς αὐτοὺς, καὶ προστεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακώβ. » Καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος (27) ὁ περιτεμνόμενος εἰς τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι (28) ἐστὶν ὡς αὐτόχθων· ἡμεῖς δὲ λαὸς κεκλῆσθαι ἠξιωμένοι, ὁμοίως (29) ἔθνος ἐσμὲν διὰ τὸ ἀπερίτμητοι εἶναι. Πρὸς δὲ καὶ γελοῖόν ἐστιν ἡγεῖσθαι ὑμᾶς, τῶν μὲν προσηλύτων αὐτῶν ἀνεῳχθαι τὰ ὄμματα, ὑμῶν δὲ οὔ· καὶ ὑμᾶς μὲν ἀκούειν τυφλοὺς καὶ κωφοὺς, ἐκείνους δὲ πεφωτισμένους. Καὶ ὅτι γελοιότερον (30) ἀποβήσεται ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, εἰ τὸν νόμον τοῖς ἔθνεσι δεδόσθαι φήσετε, ὑμεῖς οὔτε ἐκεῖνον τὸν νόμον ἔγνωτε. Ηὐλαβεῖσθε γὰρ ἂν τὴν τοῦ Θεοῦ ὀργὴν, καὶ υἱοὶ ἄνομοι καὶ ῥεμβεύοντες οὐκ ἂν ἦτε, δυσωπούμενοι ἀκούειν ἑκάστοτε λέγοντος αὐτοῦ· « Υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. Καὶ τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου· καὶ κωφὸς, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Εἰ δέ γε (31) πολλάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε· ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε. » Εἰ καλὸς ὑμῶν ὁ ἔπαινος τοῦ Θεοῦ καὶ Θεοῦ μαρτυρία δούλοις πρέπουσα; οὐκ αἰσχύνεσθε πολλάκις ταῦτα ἀκούοντες, οὐδὲ ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ φρίσσετε, ἀλλ' ἢ λαὸς μωρὸς καὶ σκληροκάρδιός ἐστε. « Διὰ τοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, » λέγει Κύριος, « καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω. » Εὐλόγως· οὐ γὰρ σοφοί ἐστε, οὐδὲ συνετοὶ, ἀλλὰ δριμεῖς καὶ πανοῦργοι· σοφοὶ εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον· γνῶναι δὲ βουλὴν Θεοῦ κεκρυμμένην, ἢ διαθήκην Κυρίου πιστὴν, ἢ τρίβους αἰωνίους εὑρεῖν, ἀδύνατοι. « Τοιγαροῦν ἐγερῶ, φησὶ, τῷ Ἰσραὴλ καὶ τῷ Ἰούδα σπέρμα ἀνθρώπων, καὶ σπέρμα κτηνῶν. » Καὶ διὰ Ἡσαΐου περὶ ἄλλου Ἰσραὴλ οὕτω φησί· « Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τρίτος Ἰσραὴλ ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις, εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ ἣν εὐλόγησε Κύριος Σαβαὼθ, λέγων· Εὐλογημένος ἔσται ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου

A omnia ad Christum et gentes dicta sunt, ita et illa existimate esse dicta. Non enim indigent proselyti testamento; si, cum una et eadem lex omnibus circumcisis posita sit, de illis Scriptura sic loquitur : « Et apponetur etiam Geioras ad ipsos, et apponetur ad domum Jacob [16]. » Tum etiam quia proselytus, qui circumcisus est, **216** ut ad populum accedat, est instar indigenæ : nos autem, qui populi appellatione dignati sumus, gens tamen sumus, eo quod circumcisi non simus. Præterea ridiculum est, ut proselytorum quidem oculos apertos esse, vestros autem nequaquam; ac vos quidem cæcos et surdos, illos autem, illuminatos dici existimetis. Res adhuc magis ridicula videbitur, si legem gentibus datam dicatis, vos autem ipsam

B illam legem non noveritis. Nam si nossetis, iram Dei metuissetis, nec filii iniqui essetis et errore vagantes; sed cavissetis ne eum semper dicentem audiretis : « Filii quibus non est fides in ipsis [17]. Et quis cæcus nisi pueri mei? Et quis surdus, nisi qui dominantur eis? Et excæcati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, et non observastis : apertæ aures vestræ, et non audistis [18]. » Num præclara hæc laus, quam Deus vobis tribuit, et Dei testimonium servos decens? Non vos pudet eadem sæpe audire, nec Deo comminante contremiscitis; sed profecto populus estis insipiens et corde obduratus. « Propterea ecce addam ut transferam populum hunc, » dicit Dominus, « et transferam eos : et perdam sapientiam sapientium, et intelligentiam intelligen-

C tium abscondam [19]. » Meritò sane; neque enim sapientes estis aut prudentes, sed astuti et versuti; in hoc tantum sapientes ut male agatis; absconditum autem Dei consilium aut fidele testamentum Domini cognoscere, aut æternas semitas invenire non potestis. « Itaque excitabo, inquit, Israeli et Judæ semen hominum et semen pecudum [20]. » Et per Isaiam de alio Israele sic loquitur : « In die illa erit tertius Israel in Assyriis et Ægyptiis benedictus in terra, quam benedixit Dominus Sa-

[16] Isa. XIV, 1. [17] Deut. XXXII, 20. [18] Isa. XLII, 19. [19] Isa. XXIX, 14. [20] Jer. XXXI, 27.

(27) *Καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος.* Nescio cur optimam lectionem Cl. Thirlbius prava emendatione attentaverit. Legit enim καὶ ἔτι μέν, et mox ἐν τῷ λαῷ pro εἰς τῷ λαῷ. His verbis καὶ ὅτι μέν secundam Justini rationem contineri patet ex his quæ sequuntur, πρὸς δὲ καὶ γελοῖον. Tres enim rationes afferi, cur præclara illa testimonia ad proselytos Judæorum detorqueri non possint. Prima, quia Judæis et proselytis una et eadem lex; non ergo in proselytis promissio novæ legis impletur. Secunda, quia Judæi et proselyti unus sunt populus, unde manifesta conclusio est proselytos non esse illam gentium hæreditatem Christo promissam. Tertia denique, quia absurdum foret proselytos illuminatos dici, cæcos vero Judæos.

(28) *Εἰς τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι.* Sic legitur in codice Claromontano, excepto quod habet τῷ λαῷ pro τῷ λαῷ. Legitur etiam προσκεχωρηκέναι in Reg. et apud R. Stephanum. Sed in editiones Græco-Latinas (Londinenses tamen excipio) vitiosa

D Sylburgii conjectura inducit προσκεχώρηκεν. Multo aptior erit sententia si monstratam in codice Claromontano viam sequentes, legamus εἰς τὸ· τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι, proselytus, qui circumcisus est ut ad populum accedat. Sed subabsurda inesset dubitatio his verbis : « Proselytus circumcisus, si ad populum accedat, » quasi ex proselytis circumcisis alii adjungerentur populo, alii non.

(29) *Ὁμοίως.* Langus legit ὅμως et paulo post ὑμῶν δὲ οὔ· καὶ ὑμᾶς. Liquet hunc esse sensum S. martyris.

(30) *Καὶ ὅτι γελοιότερον.* Hic etiam conjicit vir eruditus legendum καὶ ἔτι. Probabilior sane conjectura, eique libenter assentior; quamvis illud καὶ ὅτι eodem sensu, ac paulo ante, intelligi possit.

(31) *Εἰ δέ γε.* Legendum esse εἴδετε, ut in Bibliis observavit eruditus Thirlbius, ac Isaiæ hæc verba et sequentia restituit, quæ Justino in aliis editionibus perperam attributa fuerant.

Digitized by Google

baoth, dicens : Benedictus erit populus meus, qui est in Ægypto, et qui in Assyriis, et hæreditas mea Israel [21]. » Cum igitur Deus hunc populum benedicat et Israelem vocet, ac hæreditatem suam esse clamet, quomodo pœnitentiam non agitis, et quod vos ipsi decipiatis, quasi soli Israel essetis, et quod benedictum hunc Dei populum exsecremini? Postquam enim ad Jerusalem et ad eas, quæ circa illam sunt, regiones, locutus est, sic rursum addidit : « Et generabo super vos homines, populum meum in Israel : et hæreditate possidebunt vos, et eritis absque liberis vos faciant. »

A Ἰσραήλ. » Εὐλογοῦντος οὖν τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τοῦτον τὸν λαὸν καλοῦντος, καὶ κληρονομίαν αὐτοῦ βοῶντος εἶναι, πῶς οὐ μετανοεῖτε ἐπί τε τῷ ἑαυτοὺς ἀπατᾷν ὡς μόνοι Ἰσραὴλ ὄντες, καὶ ἐπὶ τῷ καταρᾶσθαι τὸν εὐλογημένον τοῦ Θεοῦ λαόν; Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πέριξ αὐτῆς ἔλεγε χώρας, οὕτω πάλιν ἐπεῖπε; « Καὶ γεννήσω ἐφ' ὑμᾶς ἀνθρώπους τὸν λαόν μου Ἰσραήλ· καὶ κληρονομήσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε αὐτοῖς εἰς κατάσχεσιν· καὶ οὐ μὴ προστεθῆτε ἔτι ἀτεκνωθῆναι ἀπ' αὐτῶν. »

Quid igitur? inquit Trypho; vos Israel estis, ac de vobis hæc dicit?

Τί οὖν; φησὶν ὁ Τρύφων· ὑμεῖς Ἰσραὴλ ἐστε, καὶ περὶ ὑμῶν λέγει ταῦτα;

Si quidem, aiebam illi, non de his jam disseruissem, idque pluribus, dubitarem, utrum id minus intelligens interrogaveris; sed quia hanc quoque quæstionem, et cum demonstratione et cum assensione conclusimus, non te existimo ignorare quæ jam dicta sunt, aut rursus contentionis studio indulgere, sed provocare ut his quoque eadem demonstrem. **217** Tum illo oculorum nutu assentiente, Rursus, aiebam, in Isaia, si auribus audientes auditis, de Christo Deus in parabola loquens, Jacob illum et Israel appellat. Sic autem ait : « Jacob servus meus, suscipiam eum : Israel electus meus, ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus proferet. Non contendet, neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem ejus : calamum contritum non confringet, et linum fumigans non exstinguet; sed in veritate proferet judicium; recipiet et non frangetur, donec ponat in terra judicium. Et in nomine ejus gentes sperabunt [22]. » Quemadmodum igitur ab uno illo Jacob, qui et Israel cognominatus est, omne genus vestrum Jacob et Israel vocatum est; sic et nos ab eo qui nos in Deo genuit Christo, ut Jacob et Israel, et Juda et Joseph, et David, ita etiam veri filii Dei vocamur et sumus, mandata Christi servantes.

B Εἰ μὲν, ἔφην αὐτῷ, μὴ περὶ τούτων καὶ πολὺν λόγον πεποιήμεθα, κἂν ἀμφέβαλλον μή τι οὐ συνιὼν τοῦτο ἐρωτᾷς· ἐπειδὴ δὲ καὶ μετὰ ἀποδείξεως καὶ συγκαταθέσεως καὶ τοῦτο συνηγάγομεν τὸ ζήτημα, οὐ νομίζω σε ἀγνοεῖν μὲν τὰ προειρημένα, οὐδὲ πάλιν φιλεριστεῖν, ἀλλὰ προκαλεῖσθαί με καὶ τούτοις τὴν αὐτὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι. Καὶ τῷ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν νεύματι συντιθεμένου, Πάλιν, ἔλεγον ἐγὼ, ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, ὡσὶν ἀκούοντες εἰ ἄρα ἀκούετε, περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων ὁ Θεὸς ἐν παραβολῇ, Ἰακὼβ αὐτὸν καλεῖ καὶ Ἰσραήλ. Οὕτω λέγει· « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ἐκλεκτός μου (32), θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. Οὐκ ἐρίσει, οὔτε κράξει, οὔτε ἀκούσεταί τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ· κάλαμον C συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ μὴ σβέσει· ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλήψει (33) καὶ οὐ μὴ θραυσθήσεται ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν. Καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. » Ὡς οὖν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Ἰακὼβ ἐκείνου τοῦ καὶ Ἰσραὴλ ἐπικληθέντος, τὸ πᾶν γένος ὑμῶν προσηγόρευτο Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ γεννήσαντος ἡμᾶς εἰς Θεὸν Χριστοῦ, ὡς καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα καὶ Ἰωσὴφ, καὶ Δαβὶδ, καὶ Θεοῦ τέκνα ἀληθινὰ καλούμεθα καὶ ἐσμὲν, οἱ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ φυλάσσοντες.

124. *Christiani filii Dei.* — Cumque eos viderem perturbatos, quia dixeram, nos etiam Dei filios esse; interrogationi eorum occurrens : Audite, inquam, o viri, quomodo Spiritus sanctus de populo isto dicat filios Altissimi omnes esse, et in eorum conventu adfuturum ipsum illum Christum, ut omne hominum genus judicet. Hæc verba per Davidem, ut vos quidem interpretamini, sic dicta sunt : « Deus stetit in synagoga deorum : in medio autem deos dijudicat. Usquequo judicatis iniquitate n, et facies peccatorum sumitis? Judicate egeno-

124. Καὶ ἐπειδὴ εἶδον αὐτοὺς συνταραχθέντας ἐπὶ τῷ εἰπεῖν με καὶ Θεοῦ τέκνα εἶναι ἡμᾶς, προλαβὼν τὸ ἀνερωτηθῆναι, εἶπον· Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, πῶς τὸ ἅγιον Πνεῦμα λέγει περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, D ὅτι υἱοὶ Ὑψίστου πάντες εἰσὶ, καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν παρέσται αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστὸς, τὴν κρίσιν ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων (34) ποιούμενος. Εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι διὰ Δαβὶδ, ὡς μὲν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε, οὕτως· « Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει. Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Κρίνατε ὀρ-

[21] Isa. xix, 24, 25. [22] Isa. xlii, 1-4.

(32) *Ἐκλεκτός μου.* Legitur in utroque codice ms. ἐκλεκτοῦ μου, quæ scriptura a Stephano immutata, eo quod cum Bibliis non quadraret.

33) *Ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλήψει.* Post Grotium et Grabium monet Thirlbius legendum, ut apud LXX ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει.

(34) *Ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων.* Nequaquam legendum περί, ut Sylburgius et alii existimarunt, sed sic intelligendum, quasi scriptum esset ἀνθρώπων ἀπὸ παντὸς γένους vel τῶν ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων. Justino familiaris est hæc loquendi ratio. Hinc n. 131, legimus ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι.

Digitized by Google

φανῷ καὶ πτωχῷ, καὶ ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε. Ἐξέλεσθε πένητα, καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε. Οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται, σαλευθήσονται πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. Ἀνάστα ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. » Ἐν δὲ τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα (35) ἐξηγήσει, εἴρηται· « Ἰδοὺ δὴ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε· » ἵνα δηλώσῃ καὶ τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὔας, καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ ἑνὸς τῶν ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ κεκλημένου ἐκείνου ὄφεως, πεσόντος πτῶσιν μεγάλην, διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν (36). Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πρὸς τοῦτό μοι νῦν ὁ λόγος λέλεκται, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι ὑμῖν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνειδίζει τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καὶ Θεῷ ὁμοίως ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους, ἐὰν φυλάξωσι τὰ προστάγματα αὐτοῦ, γεγενημένους, καὶ κατηξιωμένους ὑπ' αὐτοῦ υἱοὺς αὐτοῦ καλεῖσθαι, καὶ οὗτοι ὁμοίως (37) τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ ἐξομοιούμενοι, θάνατον ἑαυτοῖς ἐργάζονται· ἐχέτω καὶ ἡ ἑρμηνεία τοῦ ψαλμοῦ ὡς βούλεσθε, καὶ οὕτως ἀποδέδεικται, ὅτι θεοὶ κατηξίωνται γενέσθαι, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες δύνασθαι γενέσθαι κατηξίωνται, καὶ παρ' ἑαυτοὺς καὶ κρίνεσθαι καὶ καταδικάζεσθαι μέλλουσιν, ὡς καὶ Ἀδὰμ καὶ Εὔα. Ὅτι δὲ καὶ Θεὸν τὸν Χριστὸν καλεῖ, ἐν πολλοῖς ἀποδέδεικται.

A et pupillo, et humilem et pauperem justificate. Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant; movebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi : Dii estis et filii Excelsi omnes. Vos autem sicut homines morimini, et sicut unus de principibus caditis. Exsurge, Deus, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus [23]. » In Septuaginta autem interpretatione dictum est : « Ecce sicut homines morimini, et sicut unus de principibus caditis; » ut inobedientiam hominum declaret, id est Adæ et Evæ, et casum unius ex principibus, id est illius qui serpens dictus est, ac magno casu concidit, eo quod Evam decepisset. Sed quia non in hunc usum verba illa nunc profero, sed ut vobis demonstrem Spiritum sanctum exprobrare hominibus quod, cum ita facti sint ut Deo similes ac perpessionis et mortis expertes, si mandata ejus servent, futuri sint, cumque eo honore sint digniti ut ejus filii vocentur, ipsi Adæ et Evæ assimilati mortem sibi ipsi conficiant; habeat sane, ut vultis, etiam psalmi interpretatio; sic tamen constabit omnibus concessum esse, ut dii, ac filii Altissimi fieri possint, ac pro se quemque et judicandum et condemnandum esse, **218** quemadmodum Adamum et Evam. Christum autem etiam Deum vocari jam multis demonstratum est.

B

125. Ἐβουλόμην, λέγω, παρ' ὑμῶν μαθεῖν, ὦ ἄνδρες, τίς ἡ δύναμις τοῦ Ἰσραὴλ ὀνόματος. Καὶ ἡσυχαζόντων αὐτῶν, ἐπήνεγκα· Ἐγὼ ὃ ἐπίσταμαι ἐρῶ· οὔτε γὰρ εἰδότα μὴ λέγειν δίκαιον ἡγοῦμαι, οὔτε ὑπονοοῦντα ἐπίστασθαι ὑμᾶς, καὶ διὰ φθόνον ἢ δι' ἀπειρίαν τὴν τοῦ βούλεσθαι, ἐπίσταμαι αὐτὸς (38) φροντίζειν ἀεὶ, ἀλλὰ πάντα ἁπλῶς καὶ ἀδόλως λέγειν, ὡς ὁ ἐμὸς Κύριος εἶπεν· « Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον· καὶ ὁ μὲν ἔπεσεν εἰς τὴν ὁδὸν· ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας· ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλήν. » Ἐλπίδι οὖν τοῦ εἶναί που καλὴν γῆν, λέγειν δεῖ· ἐπειδή γε ἐκεῖνος ὁ ἐμὸς Κύριος, ὡς ἰσχυρὸς καὶ δυνατὸς, τὰ ἴδια παρὰ πάντων ἀπαιτήσει ἐλθὼν, καὶ τὸν οἰκονόμον ἑαυτοῦ οὐ καταδικάσει, εἰ γνωρίζοι αὐτὸν διὰ τὸ ἐπίστασθαι ὅτι δυνατός ἐστιν ὁ Κύριος αὐτοῦ καὶ ἐλθὼν ἀπαιτήσει τὰ ἴδια, ἐπὶ πᾶσαν τράπεζαν διδόντα, ἀλλ' οὐ δι' αἰτίαν οἱανδηποτοῦν κατορύξαντα. Καὶ τὸ οὖν Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει, *ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν*. Τὸ γὰρ *Ἴσρα* (39), *ἄνθρωπός* ἐστι· τὸ δὲ

C

D

125. *Explicat quam vim habeat vox Israel et quomodo conveniat Christo.* — Sed ex vobis scire velim, o viri, quam vim habeat illud nomen Israel. Cumque illi silerent, intuli : Dicam equidem quod scio. Neque æquum esse arbitror, ut quod scio non eloquar, aut vos scire quidem, sed invidia, aut voluntaria imperitia vosmetipsos decipere suspicans, semper sollicitudine distringar, sed potius ut omnia simpliciter ac sine dolo proferam, quemadmodum Dominus meus dixit : « Exiit qui seminat seminare semen; et aliud cecidit in viam, aliud in spinas, aliud in loca saxosa, aliud in terram bonam [24]. » In hanc ergo spem alicubi esse terram bonam, dicendum est. Meus enim ille Dominus, tanquam fortis et potens, sua veniens ab omnibus reposcet; ac dispensatorem suum non condemnabit, si illum noverit, cum probe sciret Dominum suum potentem esse, ac venientem sua repetiturum, ad omnem mensam dedisse quæ acceperat, minime vero defodisse ob ullam prorsus causam. Id igitur valet

[23] Psal. LXXXI per totum. [24] Matth. XIII, 3.

(35) *Ἐν δὲ τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα.* Declarat profecto Justinus aliquid esse discriminis inter Hebræum et Septuaginta. Nullum tamen discrimen reliquerunt librarii. Sed tota res expedietur, si supra legamus ὡς ἄνθρωπος, ut in Hebræo. Ipse Justinus non obscure indicat discrimen in eo positum esse quod Septuaginta posuerint ὡς ἄνθρωποι. Ait enim illorum interpretationem aptam esse ad demonstrandam hominum inobedientiam, *τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων*, Adami scilicet et Evæ.

(36) *Διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν.* Vide Tatianum n. 8.

(37) *Ὁμοίως.* Legendum ὅμως, ut admonuit eruditus Thirlbius.

(38) *Ἐπίσταμαι αὐτός.* Pro his vocibus legendum videtur ἀπατᾷν ἑαυτούς. Sæpe alias exprobrat Judæis, quod semetipsos decipiant; cujus rei exempla habemus n. 34 et 103.

(39) *Τὸ γὰρ Ἴσρα.* Locus non caret vitio, ita corrigendus : Τὸ γὰρ *Ἴσρα ἄνθρωπός* ἐστι *νικῶν*,

Digitized by Google

Israelis nomen, *homo vincens virtutem. Isra* enim est homo vincens, *El* autem virtus. Quod quidem Christum ita facturum esse, cum homo factus fuisset, per mysterium illius etiam luctationis prædictum est, qua Jacob luctatus est cum eo qui videbatur quidem, eo quod Patris voluntati ministraret, Deus autem est, eo quod filius primogenitus sit omnium creaturarum. Postquam enim homo factus est, ut jam dixi, accessit ad eum diabolus, id est virtus illa, quæ et serpens vocatur et Satanas, tentans eum, et prosternere contendens, postulando ut se adoraret. At Christus eum profligavit et prostravit, improbum esse arguens, qui contra Scripturam adorari se ut Deum postularet, a Dei voluntate factus apostata. Respondit enim illi: « Scriptum est : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies [25]. » Tum fractus et convictus diabolus discessit. Sed quia futurum etiam erat ut Christus noster marcesceret, id est in ærumna et passionis sensu in crucem actus versaretur, hujus quoque rei prænuntiationem exhibuit, cum Jacobi femur tetigit, atque ut marcesceret effecit. Erat autem illi antiquitus nomen Israel, quo beatum Jacob cognominavit, benedicens eum suo ipsius nomine, atque hac etiam ratione prædicens omnes qui per eum ad Patrem confugiunt, benedictum esse Israelem. Vos autem cum nihil horum intelligatis, nec **219** ad intelligendum parati sitis; quia secundum carnale semen filli estis Jacobi, salvos omnino vos futuros exspectatis. At vos in his quoque a vobismetipsis in errorem induci, pluribus a me demonstratum est.

126. *Varia Christi nomina secundum utramque naturam. Deum esse illum, et apparuisse patriarchis ostenditur.*— Quod, si nossetis quis tandem ille sit, qui et Angelus magni consilii, interdum, et vir ab

Ἦλ, *δύναμις*. Ὅπερ καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τῆς πάλης ἦν ἐπάλαισεν Ἰακὼβ μετὰ τοῦ φαινομένου μὲν (40), ἐκ τοῦ τῇ τοῦ Πατρὸς βουλῇ ὑπηρετεῖν, Θεοῦ δὲ, ἐκ τοῦ (41) εἶναι τέκνον πρωτότοκον τῶν ὅλων κτισμάτων, ἐπεπροφήτευτο οὕτως καὶ ἄνθρωπος γενόμενος ὁ Χριστὸς ποιήσειν. Ὅτε γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν, ὡς προεῖπον, προσῆλθεν αὐτῷ ὁ διάβολος, τουτέστιν ἡ δύναμις ἐκείνη ἡ καὶ ὄφις κεκλημένη καὶ Σατανᾶς, πειράζων αὐτὸν, καὶ ἀγωνιζόμενος καταβαλεῖν, διὰ τοῦ ἀξιοῦν προσκυνῆσαι αὐτόν. Ὁ δὲ αὐτὸν κατέλυσε καὶ κατέβαλεν, ἐλέγξας ὅτι πονηρός ἐστι, παρὰ τὴν Γραφὴν ἀξιῶν προσκυνεῖσθαι ὡς Θεὸς, ἀποστάτης τῆς τοῦ Θεοῦ γνώμης γεγενημένος. Ἀποκρίνεται γὰρ αὐτῷ· « Γέγραπται· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Καὶ ἡττημένος καὶ ἐληλεγμένος ἀπέπεσε τότε ὁ διάβολος. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ναρκᾶν ἔμελλε, τουτέστιν ἐν πόνῳ καὶ ἐν ἀντιλήψει τοῦ πάθους, ὅτε σταυροῦσθαι ἔμελλεν ὁ Χριστὸς ὁ ἡμέτερος, καὶ τούτου προκήρυξιν ἐποίησε διὰ τοῦ ἅψασθαι τοῦ μηροῦ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ ναρκῆσαι ποιῆσαι. Ὁ δὲ Ἰσραὴλ ἦν ὄνομα αὐτῷ ἄνωθεν, ὃ ἐπωνόμασε τὸν μακάριον Ἰακὼβ εὐλογῶν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι, κηρύσσων καὶ διὰ τούτου ὅτι πάντες οἱ δι' αὐτοῦ τῷ Πατρὶ προσφεύγοντες, εὐλογημένος Ἰσραὴλ ἐστιν. Ὑμεῖς δὲ, μηδὲν τούτων νενοηκότες, μηδὲ νοεῖν παρασκευαζόμενοι, ἐπειδὴ κατὰ τὸ σαρκικὸν σπέρμα τοῦ Ἰακὼβ τέκνα ἐστὲ, πάντως σωθήσεσθαι προσδοκᾶτε. Ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τούτοις ἑαυτοὺς πλανᾶτε, ἀποδέδεικταί μοι ἐν πολλοῖς.

126. Τίς δ' ἐστὶν οὗτος ὃς καὶ Ἄγγελος μεγάλης βουλῆς ποτε, καὶ ἀνὴρ διὰ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου διὰ Δανιὴλ, καὶ παιδίον διὰ Ἡσαΐου, καὶ Χριστὸς, καὶ Θεὸς προσκυνητὸς, καὶ Δαβὶδ (42), καὶ

[25] Matth. IV, 10.

τὸ δὲ Ἦλ *δύναμις*. Correctio certa ex ipso loco Nam præcedit καὶ τὸ οὖν Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει *ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν*. Sententia Justini, Israel dictus, quasi איש שרה אל « homo vincens potentiam. » Drus. *Comm. post. ad voces N. T.*, pag. 190. JEBB.

(40) *Τοῦ φαινομένου μέν*. Pervertunt Justini sententiam qui cum Sylburgio post has voces addunt ἀνδρός aut ἀγγέλου. Loquitur Justinus de quocunque modo apparendi; et apte ac principiis suis consentanee Patrem nunquam apparuisse nec apparere posse, Filium vero apparuisse censet, non quod eadem non sit in Patre et Filio natura, sed quia Filius a Patre mittitur, Pater vero mitti non potest. — *Τοῦ φαινομένου*. Scil. ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου (c. 58). Designatur autem Logos; nunquam enim supremus Deus (ὁ ὄντως Θεός) in terram descendit, ut Justinus multis locis docet. OTTO.

(41) *Θεοῦ δὲ, ἐκ τοῦ*. Sic etiam supra n. 61, Filium ait vocari angelum et archiducem, « eo quod Patris voluntati ministret: » Deum vero et Dominum et Verbum, « eo quod voluntate ex Patre genitus sit; » quibus postremis verbis respondet quod hoc loco ait Justinus: « Deus autem est, eo quod Filius primogenitus sit omnium creaturarum. » Sic etiam infra n. seq., et n. 129. « Deus esse » dicitur utpote unius et ingeniti et non enarrabilis Dei Filius. In his omnibus locis generatio æterna intelligenda. Nam etsi generatio apud Justinum idem est nonnunquam ac progressio ad mundi creationem; at cum Dei Filius nominatur, generatio æterna intelligenda. Nam « Dei Filius, qui solus proprie Filius dicitur, Verbum antequam mundus crearetur, quod et una cum eo aderat, et genitum est, cum per illud initio omnia condidit et ornavit, hic, inquam, Filius, eo quod unctus sit et per eum Deus omnia ornaverit, Christus vocatur. » Ita Justinus *Apol.* II, n. 6, ubi æterna Filii generatio manifeste distinguitur a Verbi progressione. Sic etiam *Dialog.* n. 105, cum Christus vocatur « unigenitus Parentis universorum, proprie ex eo Verbum et virtus genitus, » non alia debet generatio, nisi æterna, intelligi. Quin etiam cum Justinus de temporaria ad mundi creationem generatione loquitur, propositum est ei, ut modo in not. ad n. 128 videbimus, æternam probare.

(42) *Καὶ Δαβίδ*. Sylburgius ante has voces ponit διὰ Δαβίδ, atque hæc postrema verba excidisse putat ob similitudinem cum sequentibus. Sed satius videtur pro his vocibus καὶ Δαβίδ, legere διὰ Δαβίδ. Ita etiam visum erudito editori Londinensi.

Digitized by Google

Χριστὸς, καὶ Λίθος διὰ πολλῶν, καὶ Σοφία διὰ Σολομῶνος, καὶ Ἰωσὴφ καὶ Ἰούδας, καὶ Ἄστρον διὰ Μωϋσέως, καὶ Ἀνατολὴ διὰ Ζαχαρίου, καὶ παθητὸς καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ πάλιν διὰ Ἡσαΐου, καὶ Ῥάβδος καὶ Ἄνθος καὶ Λίθος ἀκρογωνιαῖος κέκληται, καὶ Υἱὸς Θεοῦ, εἰ ἐγνώκειτε, ὦ Τρύφων, ἔφην, οὐκ ἂν ἐβλασφημεῖτε εἰς αὐτὸν ἤδη καὶ παραγενόμενον, καὶ γεννηθέντα, καὶ παθόντα, καὶ ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανόν· ὃς καὶ πάλιν παρέσται, καὶ τότε κόψονται ὑμῶν αἱ δώδεκα φυλαί. Ἐπεὶ, εἰ νενοήκατε τὰ εἰρημένα ὑπὸ τῶν προφητῶν, οὐκ ἂν ἐξηρνεῖσθε αὐτὸν εἶναι Θεὸν, τοῦ μόνου καὶ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου Θεοῦ Υἱόν. Εἴρηται γάρ που καὶ διὰ Μωϋσέως ἐν τῇ Ἐξόδῳ οὕτως· « Ἐλάλησε δὲ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἐγώ εἰμι Κύριος, καὶ ὤφθην πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Θεὸς αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομά μου (43) οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς, καὶ ἔστησα τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτούς. » Καὶ οὕτω πάλιν λέγει· « Κατὰ Ἰακὼβ ἄνθρωπος ἐπάλαιε· » καὶ Θεόν φησιν εἶναι. « Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή μου, » λέγει εἰρηκέναι τὸν Ἰακώβ. Καὶ ὅτι καὶ τὸν τόπον ὅπου αὐτῷ ἐπάλαισε καὶ ὤφθη καὶ εὐλόγησε, καὶ ἐκάλεσεν Εἶδος Θεοῦ, ἀνέγραψε. Καὶ τῷ Ἀβραὰμ ὁμοίως, Μωϋσῆς φησιν, ὤφθη ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένῳ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας. Εἶτα ταῦτα εἰπὼν, ἐπιφέρει· « Ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε, καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν, συνέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. » Μετ' ὀλίγον δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὑπισχνεῖται τῷ Ἀβραὰμ υἱόν· « Τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα, λέγουσα· Ἀρά γε τέξομαι; Ἐγὼ δὲ γεγήρακα. Μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; Εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἀποστρέψω εἰς ὥρας, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός. Καὶ ἀπαλλάσσονται ἀπὸ Ἀβραάμ. » Καὶ οὕτω περὶ αὐτῶν πάλιν λέγει· « Ἐξαναστάντες δὲ ἐκεῖθεν οἱ ἄνδρες κατέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων. » Εἶτα πάλιν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὃς ἦν καὶ ἔστιν, ὡς λέγει (44)· « Οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ τοῦ παιδός μου Ἀβραὰμ ἐγὼ ἃ μέλλω ποιεῖν· » καὶ τὰ ἑξῆς ἀνιστορημένα ἀπὸ τῶν τοῦ Μωϋσέως, καὶ ἐξηγημένα ὑπ' ἐμοῦ πάλιν ἔλεγον, δι' ὧν ἀποδέδεικται ὑπὸ τῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ τεταγμένος, καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτοῦ, οὗτος ὃς ὤφθη τῷ τε Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τοῖς ἄλλοις πατριάρχαις ἀναγε-

A Ezechiele, et tanquam Filius hominis a Daniele, et puerulus ab Isaia, et Christus et Deus adorandus a Davide, et Christus et Lapis a multis, et Sapientia a Salomone, et Joseph et Judas et Stella a Moyse, et Oriens a Zacharia, et rursus ab Isaia passibilis et Jacob et Israel, et Virga et Flos, et Lapis summus angularis vocatus; hoc, inquam, si nosseris, Trypho, non eum profecto blasphemiis appeteretis, etiam postquam advenit, et natus ac passus est, ac in cœlum ascendit; qui quidem rursum adveniet, ac tunc plangent duodecim vestræ tribus. Nam si intellexissetis quæ a prophetis dicta sunt; non eum negassetis Deum esse, solius et ingeniti et non enarrabilis Dei Filium. Dictum est enim alicubi et per Moysen in Exodo ad hunc modum: « Locutus B est autem Dominus ad Moysen et dixit ad eum: Ego sum Dominus, et visus sum Abrahæ et Isaac et Jacob, Deus eorum, et nomen meum non indicavi eis, et statui testamentum meum ad eos[26]. » Sic etiam rursus ait: « Cum Jacob homo luctatus est, » eumque Deum esse dicit. Nam Jacob dixisse refert: « Vidi Deum facie ad faciem; et salva facta est anima mea[27]. » Scribit etiam locum, ubi cum eo luctatus est, eique apparuit et benedixit, ab eo vocatum fuisse Faciem Dei. Et Abrahæ similiter, ut ait Moyses, Deus ad quercum Mambræ apparuit, sedenti ad ostium tabernaculi meridie. Deinde postquam hæc dicit, adjicit: « Suspiciens autem oculis vidit, et ecce tres viri stabant supra eum; et cum C vidisset, occurrit illis obviam[28]. » Paulo post unus ex illis promittit Abrahæ filium: « Quid ita risit Sara, dicens: *Num igitur pariam? Ego vero consenui.* An impossibile est apud Deum verbum? Tempore isto revertar in horas, et erit Saræ filius. Et discesserunt ab Abrahamo[29]. » Deinde sic de illis rursus loquitur: « Inde autem exsurgentes viri respexerunt in faciem Sodomorum[30]. » Tum rursus quomodo Abrahamum is qui est et qui erat sic alloquatur: « Non celabo Abraham servum meum quæ facturus sum[31]; » et quæ sequuntur ex Moysis scriptis jam deprompta et a me exposita rursus repetii; ex quibus demonstratur, sub Patre et Domino præfectum esse, ac ejus voluntati ministrare istum, qui apparuit Abrahæ et Isaac et Jacob et

[26] Exod. VI, 2, 3. [27] Gen. XXXII, 24, 30. [28] Gen. XVIII, 2. [29] Ibid., 13, 14. [30] Ibid., 16. [31] Ibid., 17.

(43) *Καὶ τὸ ὄνομά μου.* Biblia addunt Κύριος, quam quidem vocem omittit etiam Philo lib. *De nominum mutatione*, p. 1046. THIRLB. — Eusebius Cæsariensis, longe omnium, qui in partibus Arianis fuerunt, doctissimus, præclare vidit hanc Justini et aliorum Patrum ante Nicænorum sententiam non posse cum Ariano veneno conciliari. Pro eo enim quod Justinus Verbum Moysi apparuisse docet, eique dixisse, ut habemus n. 60, et *Apol.* I, n. 63: « Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob; » negat Eusebius Filium apparuisse Moysi, eique hæc verba dixisse: ipsum Patrem locutum esse contendit, angelum autem apparuisse. Cur ergo Eusebius, qui Patrem nunquam visum esse, sed Filium Abrahæ, Isaac et Jacob apparuisse D censet, ubi ad Moysem ventum est, non jam sibi in hac sententia constat, sed Patrem locutum esse, angelum apparuisse pertendit? Non aliam sane ob causam, nisi quia videbat his verbis: « Ego sum exsistens ille, » naturam divinam ita significanter exprimi, ut eam Christo denegare non possit, si quis hæc illi verba attribuat. Suam hanc Eusebius opinionem exponit in pluribus locis lib. VI *Demonstr. evang.*, præcipue vero c. 14. Nolebat enim Christo aptari loca, in quibus nomen est quadrilaterum. Vide ejus *Comment. in Psalmos*, p. 554 et 584.

(44) *Ὃς ἦν καὶ ἔστιν, ὡς λέγει.* Legendum fortasse ὃς ἦν καὶ ἔστιν οὕτω λέγει, atque ita legit Langus. Sed tamen nullam esse emendandi necessitatem perspici potest ex interpretatione.

Digitized by Google

aliis patriarchis, appellaturque in Scripturis Deus. Hic illud adjeci etsi antea non dixeram : Sic etiam et cum carnem edere populus concupivit, ac Moyses ei, qui illic etiam appellatur Angelus, Deum ad satietatem illis daturum pollicenti non credidit; ipse ille qui et Deus est et angelus a Patre missus fuerat, hæc dixisse et fecisse narratur. Sic enim ait Scriptura : « Et dixit Dominus ad Moysen : An manus Domini non sufficiet? Jam cognosces an operturum te sit verbum meum, nec ne[32]. » Et rursum alio in loco sic ait : « Dominus dixit ad me : Non transibis Jordanem istum; Dominus Deus tuus, qui præcedit ante faciem tuam, ipse exterminabit gentes[33]. »

220 A γραμμένος Θεὸς, ἔλεγον. Ἐπέφερον δὲ, εἰ καὶ μὴ εἴρηκεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· Οὕτω δὲ καὶ ὅτε κρέας ἐπεθύμησεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ ἀπιστεῖ (45) Μωϋσῆς τῷ λελεγμένῳ κἀκεῖ ἀγγέλῳ, ἐπαγγελλομένῳ δώσειν αὐτοῖς τὸν Θεὸν εἰς πλησμονὴν, αὐτὸς ὢν καὶ Θεὸς, καὶ ἄγγελος παρὰ τοῦ Πατρὸς πεπεμμένος, ταῦτα εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι δηλοῦται. Οὕτως γὰρ ἐπάγει ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· Μὴ ἡ χεὶρ Κυρίου οὐκ ἐξαρκέσει; Ἤδη γνώσῃ εἰ ἐπικαλύψεταί (46) σε ὁ λόγος μου, ἢ οὔ. » Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις οὕτω φησί· « Κύριος δὲ εἶπε πρὸς μέ· Οὐ διαβήσῃ τὸν Ἰορδάνην τοῦτον· Κύριος ὁ Θεός σου ὁ προπορευόμενος τοῦ προσώπου σου, αὐτὸς ἐξολοθρεύσει τὰ ἔθνη. »

127. *Hæc Scripturæ loca Patri non conveniunt, sed Verbo.* — Sunt et alia ejusmodi legislatoris et prophetarum dicta, et quæ dixi sufficere mihi videntur, ut, cum Deus alicubi dicit : « Ascendit Deus ab Abraham[34]; » aut : « Locutus est Dominus ad Moysem; » et : « Descendit Dominus ad videndam turrim quam ædificaverant filii hominum[35], » vel : « Clausit Deus arcam Noe extrinsecus[36], » non existimetis ipsum ingenitum Deum descendisse aut aliquo ex loco ascendisse. Neque enim ille non enarrabilis Pater et Dominus universorum in aliquem locum venit, neque ambulat, neque dormit, sed in regione sua, quæcunque tandem illa est, manet, acutum cernens et acutum audiens, non oculis quidem nec auribus, sed virtute non enarrabili; ac omnia videt, et omnia cognoscit; nec quisquam nostrum eum latet; nec movetur, nec loco compre-

127. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ τοιαῦτά ἐστιν εἰρημένα τῷ B νομοθέτῃ καὶ τοῖς προφήταις· καὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι ὑπολαμβάνω, ὅτι ὅταν μου ὁ Θεὸς (47) λέγῃ· « Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ· » ἢ· « Ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· » καί· « Κατέβη Κύριος τὸν πύργον ἰδεῖν ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· » ἢ ὅτε· « Ἔκλεισεν ὁ Θεὸς τὴν κιβωτὸν Νῶε ἔξωθεν, » μὴ ἡγεῖσθε αὐτὸν τὸν ἀγέννητον Θεὸν καταβεβηκέναι ἢ ἀναβεβηκέναι ποθέν. Ὁ γὰρ ἄῤῥητος Πατὴρ καὶ Κύριος τῶν πάντων οὔτε ποι ἀφῖκται, οὔτε περιπατεῖ, οὔτε καθεύδει, οὔτε ἀνίσταται, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ, ὅπου ποτὲ, μένει, ὀξὺ ὁρῶν, καὶ ὀξὺ ἀκούων, οὐκ ὀφθαλμοῖς οὐδὲ ὠσὶν, ἀλλὰ δυνάμει ἀλέκτῳ· καὶ πάντα ἐφορᾷ, καὶ πάντα γινώσκει, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν λέληθεν αὐτόν· οὔτε κινούμενος ὁ τόπῳ τε ἀχώρητος, καὶ τῷ κόσμῳ ὅλῳ, ὅς γε ἦν καὶ πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι. C Πῶς ἂν οὖν οὗτος (48) ἢ λαλήσειε πρός τινα, ἢ ὀφθείη

[32] Num. xi, 23. [33] Deut. xxxi, 2. [34] Gen. xvii, 22. [35] Gen. xi, 5. [36] Gen. vii, 16.

(45) *Ἀπιστεῖ.* Legendum conjicit ἠπίστει Thirlbius, sed postea conjecturam suam deserit, ac nihil mutat. Ibidem observat eum, qui tunc apparuit Moysi, non angelum vocari in Scriptura, ut opinatus est Justinus, sed Dominum.

(46) *Ἐπικαλύψεται.* Magis arridet eidem erudito editori id quod habetur in Bibliis ἐπικαταλήψεται.

(47) *Ὅτι ὅταν μου ὁ Θεός.* Legendum videtur ὅτι ὅταν που ὁ Θεός, ut paulo antea, εἴρηται γάρ που καὶ διὰ Μωϋσέως. Pro eo autem quod hic habemus, καὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι ὑπολαμβάνω ὅτι... μὴ ἡγεῖσθε, mallem equidem ὡς μὴ ἡγεῖσθαι. Sed cur nihil audeam mutandum proponere, detinet me similis D locus n. 80, ubi Justinus sic loquitur : Ὅτι δὲ οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γεγενημένων ἡμῖν λόγων ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν ποιήσομαι.

(48) *Πῶς ἂν οὖν οὗτος.* In hoc loco et in alio simili, quem supra vidimus n. 60, quasi victores exsultant, qui de Christo Domino aut saltem de sanctis Patribus æqua non sentiunt. Contendit Justinus non Patrem apparuisse, sed Filium; quia Pater immensus et immutabilis est. Inde, inquiunt, manifesta conclusio est dissimilem in utroque naturam a Justino admitti. Sed 1° Si Justinus naturæ dissimilitudinem, non personarum distinctionem considerat, dum Filium visum esse docet, Patrem videri posse negat; cur ipsum Filium non in propria forma, sed, ut paulo post legimus, in hominis aut angeli forma aut etiam in gloria ignis visum esse declarat? 2° Has formas sumere indignum Patre, non indecorum Filio existimat, non quia dissimilis in utroque natura, sed quia Filius ministrat Patri ac Deus est de Deo et a Patre mittitur. Ἐπάλαισεν Ἰακώβ, inquit n. 125, μετὰ τοῦ φαινομένου μὲν ἐκ τοῦ τῇ τοῦ Πατρὸς βουλῇ ὑπηρετεῖν· Θεοῦ δέ, etc. « Luctatus est Jacob cum eo qui videbatur quidem, eo quod voluntati Patris ministret; Deus autem est, » etc. Hoc ipso in loco idem repetit ac Filium angelum esse ait, quia Patris voluntati ministrat. Supra n. 56 et seqq. demonstrat eum, qui apparuit, et Deum esse et angelum vocari. 3° Justinum in hac Patris et Filii distinctione nullum prorsus naturæ discrimen spectare, illud etiam argumento est, quod Scripturæ loca ex quibus Filium, non Patrem apparuisse colligit, certissimum et evidentissimum habeant divinæ naturæ testimonium. Quid enim his Scripturæ verbis magnificentius : « Ego sum qui sum, Dominus virtutum, Dominus fortis et potens, Dominus regnavit, etenim correxit orbem terræ, Dominus regnavit, irascantur populi, » et aliis ejusmodi quæ tam sæpe et in *Apol.* I, et in hoc *Dialogo* ad Christum referri Justinus contendit? Si naturam idcirco diversam in Patre et Filio credidisset quia Pater nunquam apparuit, sed Filius; an hæc verba : « Exaltate Dominum Deum nostrum, » de Filio dicta esse putasset, quia is de quo dicuntur, « in columna nubis loquebatur » ad Moysem? 4° Quidquid ergo discriminis Patrem inter et Filium ponit, hoc uno nititur, quod memorati in Scripturis ascensus et descensus cum divina immensitate et immutabilitate conciliari non possint, si Patri tribuantur; secus vero, si Filio. Cur enim Pater descenderit et ascenderit, illud causæ afferri non potest, quod ab alio missus sit. Quinetiam se-

Digitized by Google

τινι, ἢ ἐν ἐλαχίστῳ μέρει γῆς φανείη; Ὁπότε γε οὐδὲ τὴν δόξαν τοῦ παρ' αὐτοῦ πεμφθέντος ἴσχυεν ὁ λαὸς ἰδεῖν ἐν Σινᾷ, οὐδ' αὐτὸς Μωϋσῆς ἴσχυσεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν σκηνὴν ἣν ἐποίησεν, εἰ μὴ ἐπληρώθη (49) τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δόξης· οὐδὲ μὴν ὁ ἱερεὺς ὑπέμεινε κατενώπιον τοῦ ναοῦ στῆναι, ὅτε τὴν κιβωτὸν Σολομὼν εἰσεκόμισεν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὃν αὐτὸς ὁ Σολομὼν ᾠκοδομήκει. Οὔτε οὖν Ἀβραὰμ, οὔτε Ἰσαὰκ, οὔτε Ἰακὼβ, οὔτε ἄλλος ἀνθρώπων εἶδε τὸν Πατέρα καὶ ἄῤῥητον Κύριον τῶν πάντων ἁπλῶς, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ (50)· ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ βουλὴν τὴν ἐκείνου (51) καὶ Θεὸν ὄντα Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ· ὃν καὶ ἄνθρωπον γεννηθῆναι διὰ τῆς Παρθένου βεβούληται· ὃς καὶ πῦρ ποτε γέγονε τῇ πρὸς Μωϋσέα ὁμιλίᾳ τῇ ἀπὸ τῆς βάτου. Ἐπεὶ, ἐὰν μὴ οὕτω νοήσωμεν τὰς Γραφὰς, συμβήσεται τὸν Πατέρα καὶ Κύριον τῶν ὅλων μὴ γεγενῆσθαι τότε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτε διὰ Μωϋσέως λέλεκται· « Καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα πῦρ καὶ θεῖον παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· » καὶ πάλιν διὰ Δαβὶδ ὅτε λέλεκται οὕτως· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν. καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι· καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης· » καὶ πάλιν ὅτε φησί· « Λέγει Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. »

A hendi potest, imo ne toto quidem mundo, quippe qui erat etiam antequam mundus fieret. Quomodo igitur, ille aut quemquam alloquatur, aut cuiquam appareat, aut in angustissima terræ parte conspiciatur? Cum ne illius quidem, qui ab eo missus est, gloriam populus in Sina intueri potuerit; nec ipse Moyses tabernaculum, quod fecerat, ingredi posset, si gloria Dei impletum esset; neque etiam sacerdos pro templo stare sustinuerit, cum arcam Salomon intulit in domum Hierosolymitanam, quam ipse construxerat. Nec Abraham igitur, nec Isaac, nec **221** Jacob, nec quisquam ex hominibus illum omnium omnino, ac ipsius Christi Patrem et Dominum non enarrabilem vidit; sed eum, qui secundum ipsius voluntatem et Deus est ipsius Filius, et B angelus ex eo quod ministret ipsius voluntati; quem et hominem nasci ex Virgine voluit; qui et ignis aliquando fuit in colloquio cum Moyse ex rubo. Nisi enim Scripturas ita intelligamus, eo res evadet ut Pater et Dominus universorum tunc in cœlis non fuerit, cum per Moysem dictum est: « Et Dominus pluit super Sodomam ignem et sulphur a Domino ex cœlo[37]; » aut cum rursus per Davidem: « Tollite portas, principes, vestras; et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ[38]; » aut cum idem ait: « Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum[39]. »

128. Καὶ ὅτι Κύριος ὢν ὁ Χριστὸς, καὶ Θεὸς Θεοῦ Υἱὸς ὑπάρχων, καὶ δυνάμει φαινόμενος (52) πρότερον ὡς ἀνὴρ, καὶ ἄγγελος, καὶ ἐν πυρὸς δόξῃ, ὡς ἐν τῇ βάτῳ πέφανται, καὶ ἐπὶ τῆς κρίσεως τῆς γεγενημένης ἐπὶ Σόδομα, ἀποδέδεικται ἐν πολλοῖς τοῖς εἰρημένοις. Ἀνιστόρουν δὲ πάλιν ἃ καὶ προέγραψα ἀπὸ τῆς Ἐξόδου πάντα, περί τε τῆς ὀπτασίας τῆς ἐπὶ τῆς βάτου, καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος, καὶ ἐπέλεγον· Καὶ μὴ νομίζητε, ὦ οὗτοι, ὅτι περιττολογῶν ταῦτα λέγω πολλάκις· ἀλλ' ἐπεὶ γινώσκω καί τινας προλέγειν ταῦτα βουλομένους, καὶ

128. *Verbum non ut virtus inanima mittitur, sed ut persona ex Patris substantia genita.* — Ac Christum quidem Dominum et Deum Dei Filium esse, et virtute prius apparuisse ut virum et angelum, et in gloria ignis, velut in rubo et in judicio de Sodomis facto, jam pluribus demonstratum est. Referebam autem iterum omnia, quæ prius ex Exodo descripsi, tum de visione in rubo oblata, tum de imposita nominis Jesu appellatione, tumque hæc insuper addidi: Ne existimetis me verbis superfluentem hæc sæpius iterare: sed quia non-

[37] Gen. XIX, 24. [38] Psal. XXIII, 7. [39] Psal. CIX, 1.

queretur, ut paulo post ait Justinus, eum aliquandiu cœlo abfuisse, si ad eum referrentur hæc Scripturæ loca: « Attollite portas, principes, vestras et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, » et alia ejusmodi quæ de Filio dicta facile conciliantur cum natura divina, quia Filius a Patre mittitur et habita ratione humanitatis aliquandiu cœlo abfuit. At in Patrem collata, non jam suppetente eadem rei explicandæ ratione, divinam essentiam læderent. 5° Eo spectat tota Justini disserendi ratio, ut Judæos fateri cogat Filium ex Patre, veluti lumen ex lumine genitum esse, nedum ei naturam divinam inviderit. 6° Judæi, ut eis exprobrat Justinus num. 114, Deum sibi, ut compositum quoddam animal, fingebant, et idcirco eum volebant apparuisse. Quid mirum ergo, si eos ad sublimiora vocat Justinus, ac Filium in variis formis, Patrem vero nequaquam in propria natura visum esse contendit?

(49) *Εἰ μὴ ἐπληρώθη.* Legendum εἰ μὲν ἐπληρώθη vel εἰ ἐπληρώθη, ut Justinus cum Scriptura concilietur. THIRLB.

(50) *Καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ.* Quo sensu Deus Christi dicatur, explicat Justinus infra n. 129. Nimirum quatenus ejus pater est, eique præstat ut potens sit et Dominus et Deus.

(51) *Κατὰ βουλὴν τὴν ἐκείνου.* Hæc loquendi ratio, quæ merito suspecta esset in hominibus generationem ex substantia rejicientibus, nihil prorsus habet suspicionis in ore Justini, qui paulo post declarat Verbum ex Patris substantia genitum esse, ut lumen de lumine. Quapropter cum Filium secundum voluntatem Patris Filium et Deum esse dicit, non alio consilio id dicere potuit, nisi ut hanc ex substantia generationem exprimeret, ac Filium demonstraret a Patre divinam naturam accepisse, nec eo invito, ut de commentitio illo Deo, sive secundo principio fingebant Marcionitæ, exsistere. Aliam etiam explicationem ipse paulo post subjicit Justinus. Ait enim Filium « ex Patre genitum esse, potestate et voluntate ipsius, nequaquam vero per abscissionem. »

(52) *Δυνάμει φαινόμενος.* Nimirum per operationem et virtutem, πρότερον, id est ante Incarnationem.

Digitized by Google

nullos etiam esse scio qui hæc occupare velint, ac dicere, virtutem illam, quæ a Patre universorum Moysi aut Abrahæ aut Jacob apparuit, angelum vocari cum ad homines venit, quia per eam mandata Patris hominibus nuntiantur; gloriam, quia per visa, quæ sustineri non possunt, apparet interdum; virum aliquando et hominem, quia in ejusmodi formis pro voluntate Patris conspicitur; Verbum denique appellant, quia Patris sermones ad homines perferat. Hanc autem virtutem a Patre abscindi aut separari non posse, quemadmodum lux solis in terra abscindi et separari nequit a sole qui est in cœlo, et cum sol occiderit, lux simul occidit; sic cum vult Pater, inquiunt, facit ut virtus ejus prosiliat; rursus cum vult, illam ad seipsum reflectit. Eodem modo angelos etiam ab eo fieri docent. Sed angelos quidem esse ac semper manere, neque in id, ex quo exstitere, dissolvi demonstratum est. Illam autem virtutem, quam et Deum sermo propheticus, ut multis similiter demonstratum est, et angelum vocat, non solo nomine, ut lucem solis, numerari, sed et numero aliud quid esse, etiam supra breviter disserui; cum **222** virtutem illam ex Patre genitam dicerem, virtute et voluntate ipsius, non vero per abscissionem, quasi Patris substantia divideretur, quemadmodum cætera omnia quæ dividuntur et scinduntur, non eadem sunt ac antequam scinderentur, ac exempli causa sumpsi ignes, quos ex alio igne accendi videmus, non imminuto illo ex quo multi accendi possunt, sed eodem manente.

Ἕτερα (55) ὁρῶμεν, οὐδὲν ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ

129. *Id confirmatur ex aliis Scripturæ locis.* —

φάσκειν τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων φανεῖσαν τῷ Μωϋσεῖ, ἢ τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ Ἰακώβ, ἄγγελον καλεῖσθαι ἐν τῇ πρὸς ἀνθρώπους προόδῳ, ἐπειδὴ δι' αὐτῆς τὰ παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῖς ἀνθρώποις ἀγγέλλεται· δόξαν δὲ, ἐπειδὴ ἐν ἀχωρήτῳ ποτὲ φαντασίᾳ φαίνεται· ἄνδρα δέ ποτε καὶ ἄνθρωπον καλεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐν μορφαῖς τοιαύταις σχηματιζόμενος φαίνεται, αἴσπερ βούλεται ὁ Πατήρ· καὶ Λόγον καλοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τὰς παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁμιλίας φέρει τοῖς ἀνθρώποις. Ἄτμητον δὲ καὶ ἀχώριστον τοῦ Πατρὸς ταύτην τὴν δύναμιν ὑπάρχειν, ὅπερ τρόπον τὸ τοῦ ἡλίου φασὶ φῶς ἐπὶ γῆς εἶναι ἄτμητον καὶ ἀχώριστον ὄντος τοῦ ἡλίου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅταν δύῃ, συναποφέρεται τὸ φῶς· οὕτως ὁ Πατὴρ, ὅταν βούληται, λέγουσι, δύναμιν αὐτοῦ προπηδᾶν ποιεῖ· καὶ ὅταν βούληται, πάλιν ἀναστέλλει εἰς ἑαυτόν. Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀγγέλους ποιεῖν αὐτὸν διδάσκουσιν. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὖν εἰσὶν ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ μένοντες, καὶ μὴ ἀναλυόμενοι εἰς ἐκεῖνο ἐξ οὗπερ γεγόνασιν, ἀποδέδεικται· καὶ ὅτι δύναμις αὕτη ἦν καὶ Θεὸν καλεῖ ὁ προφητικὸς λόγος, διὰ πολλῶν (53) ὡσαύτως ἀποδέδεικται, καὶ ἄγγελον, οὐχ ὡς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὀνόματι μόνον ἀριθμεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀριθμῷ ἕτερόν τί ἐστι, καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις διὰ βραχέων τὸν λόγον ἐξήτασα, εἰπὼν τὴν δύναμιν ταύτην γεγεννῆσθαι (54) ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, δυνάμει καὶ βουλῇ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐ κατὰ ἀποτομὴν, ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ὁποῖα τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα οὐ τὰ αὐτά ἐστιν ἃ καὶ πρὶν τμηθῆναι· καὶ παραδείγματος χάριν παρειλήφειν τὰ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀναπτόμενα πυρὰ οὗ ἀναφθῆναι πολλὰ δύνανται, ἀλλὰ ταὐτοῦ μένοντος.

129. Καὶ νῦν δὲ ἔτι καὶ οὓς εἶπον λόγους εἰς ἀπό-

(53) *Διὰ πολλῶν.* Præmittendum ὡς, quæ vocula videtur excidisse ob similem sonum syllabæ præcedentis.

(54) *Γεγεννῆσθαι.* Hæc de æterna Verbi generatione, simul et temporaria ad mundi creationem progressione intelligi debent. De temporaria quidem satis multa diximus ad n. 61. De æterna autem perspicuum erit, si consideremus, 1° Iis Justinum hoc loco occurrere, qui Verbum negabant exstitisse antequam prodiret ad mundi creationem et ad alias perfunctiones; virtutem enim esse a Patre minime distinctam, quæ non exsistat antequam prosiliat, et ubi rediit, exsistere desinat. 2° Iidem homines, qualis sit illa virtus existimari volebant, ex modo quo progreditur. Quare quod ait Justinus ad eos refellendos, Verbum ita generatum fuisse, ut ignem ex igne accensum, eo spectat ut Verbum semper fuisse lumen de lumine, ac proinde semper æquale et consubstantiale Patri intelligamus. 3° In his rebus disserendis æque Verbi ac Patris immutabilitati consulit. Contendit enim Verbum a Patre generatum fuisse, « virtute et voluntate ipsius, » ut personam divinam et immutabilem, « non vero per abscissionem, » ut efficientiam et rem inanimam. Statuit minime divisam Patris substantiam; quod quidem metuendum esset, si virtus quædam inanima et mutabilis ab ejus substantia avelleretur; at nihil ejusmodi suspicandum, ubi lumen de lumine ad mundi creationem progreditur, id est persona æque immutabilis ac ipse Pater, sive Verbum omnibus ejus ideis ac omnipotentia et omnibus attributis ab æterno donatum. Eamdem Verbi immutabilitatem astruit adhibitum n. 61 aliud exemplum humani λόγου, quem Justinus ait minime imminui dum profertur. 4° Ipse declarat quidquid ea de re disseruit n. 61, id se ea mente disseruisse, ut probaret « virtutem illam, quam et Deum sermo propheticus et angelum vocat, non solo nomine, ut lucem solis, numerari, sed et numero aliud quid esse, » sive, ut ait n. 62, semper cum Patre fuisse et cum eo Patrem collocutum, ut cum persona divina. Videndus ea de re Tatianus n. 5, ubi magistri doctrinam, si minus totidem verbis, certe totidem sententiis explanat.

(55) *Ἕτερα.* Postulat sensus ut legamus ἃ ἕτερα, nisi quis legere malit ὡς τὰ ἀπὸ πυρός. Mirifice congruit æternæ generationi hoc exemplum luminis de lumine accensi; nec mirum videri debet, cur Justinus, cum hoc in loco et supra, n. 61, loquatur de Verbi ad mundi creationem progressione, exemplum adhibeat generationi æternæ maxime consentaneum. Cum enim, ut jam dixi, tota illius disputatio eo spectat, ut Verbum semper fuisse cum Patre, semper lumen de lumine exstitisse demonstret; tum vero solemne est sanctis Patribus temporariam Filii missionem, iisdem exemplis ac æternam explicare. S. Cyrillus Alexandrinus, lib. IV *in Joann.*, p. 415, Filium in hunc mundum a Patre missum fuisse ait, « ut verbum ex mente, ut splendorem solis ex ipso, » ἀπεστάλη δὲ οὕτως, ὡς Λόγος ἐκ νοῦ, ὡς ἀπαύγασμα τὸ ἡλιακὸν ἐξ αὐτοῦ. Eadem habet Nicetas in orationem 38, S. Gregorii Nazianzeni. Sed si quid difficultatis in hoc loco, aut in eo qui supra occurrit, n. 61, residuum sit, velim illius explanatio repetatur ex Tatiano.

Digitized by Google

δειξιν τούτου ἐρῶ. Ὅταν λέγῃ· « Ἔβρεξε Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, » δύο ὄντας ἀριθμῷ μηνύει ὁ λόγος ὁ προφητικός· τὸν μὲν ἐπὶ γῆς ὄντα, ὃς φησι καταβεβηκέναι ἰδεῖν τὴν κραυγὴν Σοδόμων· τὸν δὲ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχοντα· ὃς καὶ τοῦ ἐπὶ γῆς Κυρίου Κύριός ἐστιν, ὡς Πατὴρ καὶ Θεὸς, αἴτιός τε αὐτῷ τοῦ εἶναι καὶ δυνατῷ, καὶ Κυρίῳ, καὶ Θεῷ. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ ὁ λόγος εἰρηκέναι τὸν Θεὸν ἐν ἀρχῇ· « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » τόδε, « ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » καὶ αὐτὸ ἀριθμοῦ δηλωτικόν ἐστιν· ἀλλ' οὐ τροπολογίαν χωροῦσιν οἱ λόγοι, ὡς ἐξηγεῖσθαι ἐπιχειροῦσιν οἱ σοφισταὶ, καὶ μηδὲ λέγειν τὴν ἀλήθειαν, μηδὲ νοεῖν δυνάμενοι. Καὶ ἐν τῇ Σοφίᾳ εἴρηται· « Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι. Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ (56) εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήγαγον· Νοεῖτε, ὦ ἀκροαταὶ, εἴ γε καὶ τὸν νοῦν προσέχετε, καὶ ὅτι γεγεννῆσθαι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τοῦτο τὸ γέννημα πρὸ πάντων ἁπλῶς τῶν κτισμάτων ὁ λόγος ἐδήλου, καὶ τὸ γεννώμενον (57) τοῦ γεννῶντος ἀριθμῷ ἕτερόν ἐστι, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειε.

A Nunc autem et quæ ad hujus rei demonstrationem attuli testimonia repetam. Cum dicit propheticus sermo : « Pluit Dominus ignem a Domino de cœlo [40], » duos numero esse declarat : alium quidem in terra, quem descendisse dicit ut videret clamorem Sodomorum ; alium autem in cœlis, qui et illius in terra apparentis Domini Dominus est, quatenus Pater et Deus, qui ei præstat, ut et potens sit et Dominus et Deus. Rursus cum refert Scriptura Deum in principio dixisse : « Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis [41], » id quoque numerum indicat ; neque hæc verba tropologiam admittunt, ut interpretari conantur sophistæ, et qui veritatem nec dicere, nec intelligere possunt. Dictum est etiam in Sapientia : « Si annuntiavero vobis, quæ B in diem fiunt : memor ero quæ a sæculo, numerare. Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua : ante sæculum fundavit me, in principio, antequam terram faceret, et antequam abyssos constitueret, priusquam prodirent fontes aquarum, antequam montes collocarentur, et ante omnes colles generat me [42]. » Et cum hæc dixissem, addidi : Intelligitis, auditores, siquidem animum advertitis, Scripturam declarare, progeniem ex Patre ante omnes omnino res creatas genitam esse. Porro genitum a gignente alium numero esse quilibet fatebitur.

130. Καὶ συντιθεμένων πάντων, εἶπον· καὶ λόγους δέ τινας οὓς μὴ ἀπεμνημόνευσα πρότερον, εἴποιμ' ἂν ἄρτι. Εἰσὶ δὲ εἰρημένοι ὑπὸ τοῦ πιστοῦ θεράποντος Μωϋσέως ἐπικεκαλυμμένως. Εἴρηται δὲ οὕτως· « Εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου ἐπέφερον ταῦτα· « Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, καὶ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν αὐτὸν ἀνταποδώσει, καὶ ἐκκαθαριεῖ Κύριος τὴν γῆν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἡμᾶς τὰ ἔθνη λέγει εὐφραίνεσθαι μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, λέγω Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ τοὺς προφήτας ἁπλῶς (58), καὶ τοὺς ἀπ' ἐκείνου τοῦ λαοῦ πάντας εὐαρεστοῦντας τῷ Θεῷ κατὰ τὰ προωμολογημένα ἡμῖν· ἀλλ' οὐ πάντας τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἀκουσόμεθα· ἐπειδὴ ἔγνωμεν καὶ διὰ Ἡσαΐου τὰ D ῥῶλα τῶν παραβεβηκότων ὑπὸ σκώληκος καὶ ἀπαύστου πυρὸς διαβιβρώσκεσθαι μέλλειν, ἀθάνατα μένοντα, ὥστε καὶ εἶναι εἰς ὅρασιν πάσης σαρκὸς (59). Ἐπειπεῖν δὲ ὑμῖν βούλομαι καὶ πρὸς τούτοις, ὦ ἄνδρες, ἔφην, καὶ ἄλλους τινὰς λόγους ἀπ' αὐτῶν τῶν

130. *Redit ad conversionem gentium eamque prædictam ostendit.* — Cum assentirentur omnes, dixi : Nonnulla testimonia, quæ antea non memoravi, C nunc proferam. Sunt autem arcane a fideli famulo Moyse dicta in hunc modum : « Lætamini, cœli, cum ipso, et adorent eum omnes angeli Dei : » et hæc quæ sequuntur in Scriptura adjeci : « Lætamini, gentes, cum populo ejus, et confortentur ei omnes angeli Dei, quia sanguinem filiorum suorum ulciscitur et ulciscetur, et vindictam retribuet inimicis, et his qui oderunt **223** eum retribuet, et expurgabit Dominus terram populi sui [43]. » Atque his verbis declarat nos, qui gentes sumus, cum ipsius populo lætari ; dico autem Abraham et Isaac et Jacob, et omnes prorsus prophetas, et quicunque ex illo populo placuerunt Deo, quemadmodum antea inter nos convenit : at nequaquam omnes, qui ex vestro genere sunt, intelligemus ; siquidem ex Isaia [44] didicimus futurum, ut membra prævaricatorum a verme et non exstinguendo igne vorentur, immortalia permanentia, ita ut spectaculo sint omni carni. Volo autem vobis, præter hæc testimonia, o viri, aiebam, alia etiam ex iisdem

[40] Gen. xix, 24. [41] Gen. iii, 22. [42,43] Prov. viii, 22-25. [43] Deut. xxxii, 43. [44] cap. lxv, 24.

(56) *Ὁδῶν αὐτοῦ.* Clarom. ὁδὸν αὐτοῦ. Sic etiam Regius ad marginem et R. Stephanus ad calcem.

(57) *Καὶ τὸ γεννώμενον.* Vel legendum καὶ ὅτι τὸ γεννώμενον, vel præmittendum ὡς his verbis πᾶς ὁστισοῦν.

(58) *Καὶ τοὺς προφήτας ἁπλῶς.* Illud ἁπλῶς meliore loco existimat collocari Thirlbius legendo, καὶ ἁπλῶς τοὺς ἀπ' ἐκείνου.

(59) *Πάσης σαρκός.* Legit idem vir eruditus πάσῃ σαρκί, ut in Bibliis et apud Justinum n. 44 et 140. Sed cum Justinus Scripturæ verba non referat hoc loco, non video cur ei non licuerit aliquid leviter immutare et malos spectaculum omnis carnis futuros dicere.

Digitized by Google

Moysis scriptis nonnulla proferre, ex quibus etiam intelligere potestis, Deum antiquitus dispersisse omnes homines secundum genera et linguas; cum autem ex omnibus generibus vestrum sibi genus assumpserit, genus inutile et inobediens et infidele; cumque eos, qui ex omni genere electi sunt, ipsius voluntati per Christum, quem et Jacob vocat et Israelem nominat, paruisse ostenderit, eos et Jacobum et Israelem, ut jam pluribus dixi, esse debere. Dum enim ait : « Lætamini, gentes, cum populo ejus, » similem illis quidem tribuit hæreditatem, nomen autem non simile ; sed dum gentes et cum populo suo lætantes dicit, in probrum vestrum gentes appellat. Quemadmodum enim et vos ad iracundiam illum concitastis, dum simulacra colitis, ita et illos, cum simulacrorum cultores essent, hac gratia dignatus est, ut cognoscerent ipsius voluntatem, et hæreditatem, quæ apud illum est, acciperent.

A Μωϋσέως λόγων· ἐξ ὧν καὶ νοῆσαι δύνασθε, ὅτι ἄνωθεν μὲν πάντας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς διεσκόρπισε, καὶ τὰ γένη (60), καὶ γλώσσας· ἐκ πάντων δὲ τῶν γενῶν, γένος ἑαυτῷ λαβὼν τὸ ὑμέτερον, γένος ἄχρηστον, καὶ ἀπειθὲς, καὶ ἄπιστον, δείξας τοὺς ἀπὸ παντὸς γένους αἱρουμένους πεπεῖσθαι αὐτοῦ τῇ βουλῇ διὰ τοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ Ἰακὼβ καλεῖ, καὶ Ἰσραὴλ ὀνομάζει, τούτους καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, ὡς προέφην ἐν πολλοῖς, εἶναι δεῖ (61). « Εὐφράνθητε, γὰρ, ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, » εἰπὼν, τὴν μὲν ὁμοίαν αὐτοῖς ἀπονέμει κληρονομίαν, καὶ τὴν ὁμοίαν ὀνομασίαν δίδωσιν (62)· ἔθνη δὲ αὐτοὺς καὶ εὐφραινομένους μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ λέγων, εἰς ὄνειδος τὸ ὑμέτερον λέγει ἔθνος. Ὃν γὰρ καὶ ὑμεῖς τρόπον παρωργίσατε εἰδωλολατρήσαντες, οὕτω καὶ αὐτοὺς εἰδωλο-
B λάτρας ὄντας κατηξίωσε γνῶναι τὴν βουλὴν αὐτοῦ, καὶ κληρονομῆσαι τὴν κληρονομίαν τὴν παρ' αὐτῷ.

131. *Quanto fideliores Deo gentes ad Christum conversæ quam Judæi.* — Proferam autem verba ex quibus omnes gentes a Deo divisas fuisse ostenditur. Sunt autem ejusmodi : « Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi : majores tuos, et dicent tibi, quando dividebat Altissimus gentes, quando dispergebat filios Adam. Constituit terminos gentium secundum numerum filiorum Israel, et facta est pars Domini populus ejus Jacob : funiculus hæreditatis ejus Israel [66]. » Et cum hæc dixissem, addidi : Septuaginta interpretes ita exposuerunt : C « Constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei. » Sed vestram interpretationem retuli, quia nihil ex ea re mihi imminuitur ratiocinatio. Vos autem, si verum fateri vultis, non negabitis nos, qui per abjectum et probri plenum crucis mysterium a Deo vocati (quorum confessioni et obedientiæ et pietati supplicia ad mortem usque a dæmonibus et exercitu diaboli per vestrum, quod iHis exhibuistis, ministerium infliguntur) omnia perferimus ne Christum voce tenus negemus, per quem ad præparatam a Patre salutem vocati sumus : nos, inquam, fideliores Deo esse quam vos, qui in brachio excelso et visitatione magnæ gloriæ **224** redempti estis ex Ægypto, cum vobis mare divisum est ac siccum iter effectum, in quo D eos, qui vos cum magna prorsus potestate et splendidis curribus persequebantur, occidit Deus, effuso in eos mari quod propter vos calcabile factum erat; quam vos, inquam, quibus columna

131. Ἐρῶ δὲ καὶ τοὺς λόγους δι' ὧν δηλοῦται μερίσας πάντα τὰ ἔθνη ὁ Θεός. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· « Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι, ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ. Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμοὺς υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήνεγκα λέγων, ὅτι οἱ Ἑβδομήκοντα ἐξηγήσαντο, ὅτι « Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. » Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν οὐδέν μοι ἐλαττοῦται ὁ λόγος, τὴν ὑμετέραν ἐξήγησιν εἶπον. Καὶ ὑμεῖς δ' εἰ βούλεσθε (63) τὴν ἀλήθειαν ὁμολογῆσαι, ὅτι πιστότεροι πρὸς τὸν Θεόν ἐσμεν, οἵτινες διὰ τοῦ ἐξουθενημένου καὶ ὀνείδους μεστοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κληθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ (ὧν καὶ τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τῇ ὑπακοῇ, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ, κολάσεις μέχρι θανάτου ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ τῆς στρατιᾶς τοῦ διαβόλου διὰ τῆς ὑφ' ὑμῶν ἐκείνοις γεγενημένης ὑπηρεσίας, προστετίμηνται), πάνθ' ὑπομένομεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲ μέχρι φωνῆς ἀρνεῖσθαι τὸν Χριστὸν, δι' οὗ ἐκλήθημεν εἰς σωτηρίαν τὴν προητοιμασμένην παρὰ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν (64), τῶν ἐν βραχίονι ὑψηλῷ καὶ ἐπισκοπῇ μεγάλης δόξης λυτρωθέντων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, θαλάσσης ὑμῖν τμηθείσης, καὶ γενομένης ὁδοῦ ξηρᾶς, ἐν ᾗ τοὺς διώκοντας ὑμᾶς μετὰ δυνάμεως πολλῆς πάνυ, καὶ ἐνδόξων ἁρμάτων, ἐπικλύσας αὐτοῖς τὴν δι' ὑμᾶς ὁδοποιηθεῖσαν θάλασσαν, ἀπέκτεινεν· οἷς καὶ στῦλος φωτὸς ἔλαμπεν, ἵνα καὶ παρὰ τὸν πάντα ἄλλον λαὸν τὸν ἐν τῷ κόσμῳ, ἰδίῳ καὶ ἀνελ-

[66] Deut. xxxii, 7-9.

(60) *Καὶ τὰ γένη.* Legendum κατὰ γένη per se patet, idque Thirlbius admonuit.

(61) *Εἶναι δεῖ.* Hæc verborum constructio νοῆσαι δύνασθε ὅτι... διεσκόρπισε· ἐκ πάντων δὲ λαβὼν ... εἶναι δεῖ, minime accurata est, sed exemplis non caret apud Justinum, ut jam non semel observavimus. Vid. *Apol.* I, n. 55 et 61, et *Dialog.* n. 88, 101, 103 et 110. Sic etiam infra n. 140 : Ἅπερ ἡμεῖς ὄντες, συνιέναι ὑμεῖς οὐ δύνασθε.

(62) *Καὶ τὴν ὁμοίαν ὀνομασίαν δίδωσιν.* Legendum οὐ δίδωσιν. Hinc enim tota pendet ratiocinatio Justini, quod populus et gentes nominatim distinguantur, et gentium nomen, quas Deus ad pœnitentiam vocabat, in opprobrium Judaici populi, quem Deus rejiciebat, usurpetur. Frustra ergo pro λέγει ἔθνος obtrudit λέγει ὁ Θεός eruditus Londinensis editor.

(63) *Εἰ βούλεσθε.* Subaudiendum δύνασθε.

(64) *Πατρὸς ἡμῶν.* Melius, ut admonuit Thirlbius, Πατρὸς, ὑμῶν τῶν.

Digitized by Google

λιπεῖ καὶ μὴ δύνοντι φωτὶ χρῆσθαι ἔχητε· οἷς ἄρτον, A
εἰς τροφὴν, δι' ἀγγέλων οὐρανίων (65) τὸ μάννα
ἔβρεξεν, ἵνα μηδὲ σιτοποιίας δεόμενοι ζητήσητε· καὶ
τὸ ἐν Μερρᾷ ὕδωρ ἐγλυκάνθη· καὶ σημεῖον τοῦ στα-
ρωθῆναι μέλλοντος καὶ ἐπὶ τῶν ὄφεων τῶν διδασκόν-
των (66) ὑμᾶς, ὡς προεῖπον, γεγενῆσθαι (πάντα προ-
λαμβάνοντος πρὸ τῶν ἰδίων καιρῶν τὰ μυστήρια χα-
ρίζεσθαι ὑμῖν τοῦ Θεοῦ· πρὸς ὃν ἀχάριστοι ἐλέγχεσθε
ἀεὶ γεγενημένοι) καὶ διὰ τοῦ τύπου τῆς ἐκτάσεως
τῶν χειρῶν Μωϋσέως, καὶ ὡς τοῦ ἐπονομασθέντος
Ἰησοῦ, πολεμούντων τὸν Ἀμαλήκ· περὶ οὗ εἶπεν ὁ
Θεὸς ἀναγραφῆναι τὸ γεγενημένον, φήσας (67) καὶ
εἰς τὰς ὑμῶν ἀκοὰς Ἰησοῦ παραθέσθαι τὸ ὄνομα,
εἰπών, ὅτι οὗτός (68) ἐστιν ὁ μέλλων ἐξαλείφειν ἀπὸ
τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ μνημόσυνον τοῦ Ἀμαλήκ.
Καὶ ὅτι τὸ μνημόσυνον τοῦ Ἀμαλὴκ καὶ μετὰ τὸν B
τοῦ Ναυῆ· υἱὸν μένει, φαίνεται· διὰ δὲ τοῦ Ἰησοῦ
τοῦ σταυρωθέντος, οὗ καὶ τὰ σύμβολα ἐκεῖνα προ-
κηρύγματα ἦν τῶν κατ' αὐτοῦ (69) ἁπάντων, ὅτι μέλ-
λει ἐξολοθρευθήσεσθαι τὰ δαιμόνια, καὶ δεδιέναι τὸ
ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασι-
λείας ὁμοίως ὑφορᾶσθαι αὐτὸν, καὶ ἐκ παντὸς γένους
ἀνθρώπων θεοσεβεῖς καὶ εἰρηνικοὺς δείκνυσθαι εἶναι
τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, φανερὸν ποιεῖ, καὶ τὰ
προανιστορημένα ὑπ' ἐμοῦ, Τρύφων, σημαίνουσι.
Καὶ τοσαύτη δὲ ὀρτυγομήτρα ἐδόθη ὑμῖν ἐπιθυμή-
σασι κρεωφαγίας, ὅση ἀνάριθμος εἰπεῖν· οἷς καὶ ἐκ
πέτρας ὕδωρ ἀνέβλυσε, καὶ νεφέλη εἰς σκιὰν ἀπὸ
καύματος καὶ φυλακὴν ἀπὸ κρύους εἵπετο, ἄλλου οὐ-
ρανοῦ καινοῦ τρόπον (70) καὶ προαγγελίαν ἀπαγγέλ- C
λουσα· ὧν καὶ οἱ ἱμάντες τῶν ὑποδημάτων οὐκ ἐρράγησαν, οὐδὲ αὐτὰ τὰ ὑποδήματα ἐπαλαιώθη, οὐδὲ τὰ ἐνδύματα κατετρίβη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν νεωτέρων συν-
ηύξανε (71).

132. Καὶ πρὸς τούτοις ἐμοσχοποιήσατε, καὶ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀλλογενῶν πορνεῦσαι καὶ εἰδωλο-
λατρῆσαι ἐσπουδάσατε· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν τῆς γῆς ὑμῖν παραδοθείσης μετὰ δυνάμεως τοσαύτης, ὡς καὶ τὸν ἥλιον θεάσασθαι ὑμᾶς προστάξει τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου τοῦ ἐπονομασθέντος τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, στα-
θέντα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ μὴ δύναντα (72) μέχρι ὡρῶν τριακονταέξ, καὶ τὰς ἄλλας πάσας δυνάμεις τὰς κατὰ καιρὸν γεγενημένας ὑμῖν· ὧν καὶ ἄλλην μίαν καταριθμῆσαι τανῦν εἶναί μοι δοκεῖ (73). Συν-
αίρεται γὰρ πρὸς τὸ καὶ ἐξ αὐτῆς συνιέναι ὑμᾶς D
τὸν Ἰησοῦν, ὃν καὶ ἡμεῖς ἐπέγνωμεν Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ σταυρωθέντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνεληλυθότα

luminis affulsit, ut etiam præter alium quemlibet in terrarum orbe populum propria et defectum atque occasum nescienti luce uti possetis; quibus panem, alimoniæ causa, proprium angelorum cœlestium, manna scilicet, pluit, ut ne panificio quidem vobis opus esset; quibus aquæ in Mara dulces factæ sunt; quibus denique signum illius, qui crucifigendus erat, ut jam dixi, exhibitum est, et cum vos morderent serpentes (omnia in antecessum mysteria vobis ante propria tempora gratificante Deo, in quem semper ingrato fuisse animo arguimini) et cum per figuram extensionis manuum Moysis, et eum qui cognominatus est Jesus, debellaretur Amalec: qua de re præcepit Deus, ut in litteras referretur, et auribus vestris nomen Jesu mandaretur, hunc esse dicens, qui deleturus erat de terra memoriam Amalec. Porro Amaleci memoriam etiam post filium Navæ manere liquet: at futurum ut per Jesum crucifixum, cujus etiam res omnes his symbolis præsignificabantur, dæmones exterminarentur, ejusque nomen formidarent, eumque pariter omnes principatus et regna metuerent, et ex omni hominum genere pii et pacifici ostenderentur, qui in illum credunt, Scriptura declarat, idque etiam demonstrant, quæ jam a me, Trypho, commemorata sunt. Vobis etiam carnes concupiscentibus tanta data est coturnicum copia quanta numerari non posset, quibus etiam aqua ex rupe scaturivit; quos nubes et ab æstu obumbrans et a frigore custodiens consequebatur, novi alius cœli speciem et præsignificationem habens; quorum nec lora calceamentorum rupta sunt, nec ipsa calceamenta veterarunt, nec vestimenta contrita, sed et in junioribus simul crescebant.

132. *Quanta vis fuerit nominis Jesu in Veteri Testamento.* — Et post hæc vitulum conflastis, et cum filiabus alienigenarum fornicari, et simulacra colere studuistis, etiam postquam tradita vobis terra est tanta cum virtute, ut solem jussu illius viri, qui Jesu appellatione cognominatus est, in cœlo stantem, nec usque ad horas triginta sex occidentem, videretis, et alias omnes virtutes, quæ vobis exhibitæ variis temporibus fuerunt; quarum etiam una videtur mihi hoc loco commemoranda; ad hoc enim conducit ut vel ex illa cognoscatis Jesum, quem nos Christum esse Filium Dei agnovimus, qui crucifixus est, et resurrexit, et ascendit

(65) *Δι' ἀγγέλων οὐρανίων.* Perpaucos fore arbitror, quibus hæc arrideat sententia, panem per angelos Israelitis suppeditatum fuisse. Multo magis quadrat ut panem angelorum illis Deus pluisse dicatur. Quare legendum: ἄρτον εἰς τροφὴν ἴδιον ἀγγέλων.

(66) *Διδασκόντων.* Legendum esse δακόντων admonuit Sylburgius, et mox γεγένηται, pro γεγενῆσθαι, et διὰ τοῦ ἐπονομασθέντος. Hujus posterioris nævi aliam emendationem proponit Thirlbius valde probabilem, nempe Αὐσῆ pro ὡς.

(67) *Φήσας.* Pro hac voce idem vir eruditus proponit φθάσας.

(68) *Ὅτι οὗτος* Reg. ad marginem ὁ τοιοῦτος, et sic ad calcem Rob. Stephanus.

(69) *Τῶν κατ' αὐτοῦ.* Legendum τῶν κατ' αὐτόν, idque Thirlbio observatum. Mox subaudiendum μέλλειν ante ὑφορᾶσθαι.

(70) *Τρόπον.* Thirlbio magis arridet τύπον.

(71) *Συνηύξανε.* De hac sancti martyris sententia consulendi commentatores sacræ Scripturæ.

(72) *Δύναντα.* In δύναντα triplicis lectionis sunt vestigia, nempe δύνοντα, δύσαντα et δύντα. Nam δύναντα usu receptum non est. SYLBURGIUS.

(73) *Ταῦτ εἶναι δοκεῖ.* Illud εἶναι tollendum, vel addendum οὐκ ἄτοπον. THIRLBIUS. — Forte addendum δίκαιον, ut infra n. 137.

Digitized by Google

in cœlos, et iterum omnium omnino hominum usque ad ipsum Adamum, judex 225 venturus est. Scitis igitur hostes Azotios, cum tabernaculum testimonii cepissent, ac horribili et insanabili plaga percussi fuissent, hoc consilium cepisse, ut illud currui, cui vaccas a partu recentes junxerant, imponerent, periculi faciendi causa, an virtute Dei propter tabernaculum percussi fuissent, illudque Deus eo reduci vellet, unde eductum fuerat. Quod cum fecissent, vaccæ, nullo hominum ducente, non in eum locum venerunt, unde eductum tabernaculum fuerat, sed in agrum cujusdam hominis qui Auses vocabatur, eodem nomine, ac ille, qui Jesus, ut jam dictum est, cognominatus populum introduxit in terram, eamque ipsis distribuit. Quem in agrum vaccæ cum venissent, constiterunt ; ex quo etiam vobis monstratur eas virtute nominis deductas fuisse ; quemadmodum antea populus ex his, qui ex Ægypto profecti fuerant, residuus, per eum, qui nomen Jesu accepit, cum Ause antea vocaretur, in terram inductus est.

133. *Duritia cordis Judæorum pro quibus orant Christiani.* — Et cum hæc et alia ejusmodi miracula habueritis et diversis temporibus videritis, arguunt vos etiam prophetæ, quod vestros etiam filios dæmoniis immolaveritis, et his scelcribus adjeceritis, quæ in Christum ausi estis, et etiamnum audetis, de quibus omnibus utinam, concessa vobis a Deo et Christo ejus misericordia, salvemini. Nam per prophetam Isaiam Deus, cum præsciret vos hæc facturos, ita vos exsecratus est : « Væ animæ ipsorum, quoniam consiliati sunt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes : Alligemus justum, quoniam incommodus est nobis. Itaque fructus operum suorum comedent. Væ iniquo : mala secundum opera manuum ejus accident ei. Populo meus, exactores vestri spoliant vos, et exigentes dominabuntur vobis. Populo meus, qui beatos vos dicunt, decipiunt vos, et semitam viarum vestrarum turbant. Sed nunc sistet in judicio populum suum ; et ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi, et cum principibus ejus. Vos autem quare incendistis vineam meam, et rapina pauperis in domibus vestris ? Quare vos injuriis afficitis populum meum, et faciem humilium confunditis [47] ? » Et alio item loco idem propheta in eamdem sententiam dixit : « Væ, qui trahunt peccata sua quasi funiculo longo, et quasi jugi corrigia vitulæ, iniquitates ; qui dicunt : Celeritas ejus appropinquet, et veniat consilium sancti Israel, ut cognoscamus. Væ, qui dicunt bonum malum, et malum bonum, qui ponunt lucem tenebras, et

[47] Isa. III, 9 et sq.

εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ πάλιν παραγενησόμενον κρι- A
τὴν πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων μέχρις αὐτοῦ Ἀδάμ.
Ἐπίστασθε οὖν, ἔλεγον, ὅτι τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυ-
ρίου ὑπὸ τῶν περὶ Ἄζωτίους πολεμίων ἁρπαγείσης,
καὶ πληγῆς αὐτοῖς γεγενημένης φοβερᾶς καὶ ἀνιάτου,
ἐβουλεύσαντο ἐφ' ἁμάξης, ὑφ' ᾗ δαμάλεις νεοτόκους
ἔζευξαν, ἐπιθεῖναι, εἰς πεῖραν τοῦ γνῶναι, εἰ δυνά-
μει Θεοῦ διὰ τὴν σκηνὴν πεπληγμένοι εἰσὶ, καὶ βού-
λεται ὁ Θεὸς ἀπενεχθῆναι αὐτὴν ὅθεν ἐλήφθη. Καὶ
πραξάντων τοῦτο, αἱ δαμάλεις, ὑπὸ μηδενὸς ὁδηγού-
μεναι ἀνθρώπων, οὐκ ἦλθον μὲν εἰς τὸν τόπον ὁπόθεν
εἵληπτο ἡ σκηνὴ, ἀλλ' εἰς χωρίον τινὸς ἀνδρὸς καλου-
μένου Αὐσῆ, ὁμωνύμου ἐκείνου τοῦ μετονομασθέντος
τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, ὡς προελέλεκτο, ὃς καὶ εἰσήγαγε
τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν, καὶ κατεκληροδότησεν αὐτοῖς B
αὐτήν· εἰς ὃ χωρίον ἐλθοῦσαι, μεμενήκασι, δεικνυ-
μένου ὑμῖν καὶ διὰ τούτων, ὅτι τῷ τῆς δυνάμεως
ὀνόματι (74) ὠδηγήθησαν, ὡς πρότερον ὁ περιλειφθεὶς
λαὸς ἀπὸ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντων, διὰ τοῦ λα-
βόντος τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, Αὐσῆ πρότερον καλουμένου,
εἰς τὴν γῆν ὠδηγήθη.

133. Καὶ τούτων καὶ πάντων τῶν τοιούτων παρα-
δόξων καὶ θαυμαστῶν ὑμῖν γενομένων τε καὶ ὁρω-
μένων κατὰ καιροὺς, ἐλέγχεσθε καὶ διὰ προφητῶν (75),
μέχρι τοῦ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα τεθυκέναι τοῖς δαι-
μονίοις· καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι τοιαῦτα τετολμηκέναι
εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ἔτι τολμᾶν· ἐφ' οἷς πᾶσι γέ-
νοιτο ὑμῖν, ἔλεος παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ
αὐτοῦ λαβοῦσι, σωθῆναι. Διὰ γὰρ τοῦ προφήτου
Ἡσαΐου προεπιστάμενος ὁ Θεὸς ταῦτα μέλλειν ὑμᾶς C
ποιεῖν, κατηράσατο οὕτως· « Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν·
βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες·
Δήσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Τοί-
νυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Οὐαὶ
τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ, κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ,
συμβήσεται αὐτῷ. Λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν
καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύσουσιν
ὑμῶν. Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν
ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ὁδῶν (76) ὑμῶν ταράσ-
σουσιν. Ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν (77) τὸν
λαὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ
τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ.
Ὑμεῖς δὲ τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ ἡ
ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν ; Ὑμεῖς τί
ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν ταπει- D
νῶν κατῃσχύνατε ; » Καὶ ἐν ἑτέροις πάλιν λόγοις ὁ
αὐτὸς προφήτης εἰς τὸ αὐτὸ εἶπεν· « Οὐαὶ οἱ ἐπι-
σπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς ἐν σχοινίῳ μακρῷ,
καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· οἱ λέ-
γοντες· Τὸ τάχος αὐτοῦ ἐγγισάτω, καὶ ἐλθέτω ἡ
βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν. Οὐαὶ οἱ λέγον-
τες τὸ πονηρὸν καλὸν καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οἱ τι-

(74) *Τῷ τῆς δυνάμεως ὀνόματι.* Justinus aut scripsit aut scribere voluit, τῇ τοῦ ὀνόματος δυνάμει. Th.

(75) *Καὶ διὰ τῶν προφητῶν.* Illud καί hanc videtur habere sententiam, Israelitas etiam a prophetis reprehensos fuisse, cum idem illis persæpe a Moyse accidisset.

(76) *Τρίβον τῶν ὁδῶν.* Biblia et Patres habent τῶν ποδῶν. Justinus ut in Hebræo. Thirlb.

(77) *Καταστήσεται εἰς κρίσιν.* Justinum Thirlbius scripsisse putat, ut in Bibliis, καταστήσεται εἰς κρίσιν Κύριος, καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ.

Digitized by Google

θέντες τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ οἱ δυνάσται, καὶ οἱ κιρνῶντες τὸ σίκερα· οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες. Διὰ τοῦτο ὃν τρόπον καυθήσεται καλάμη ὑπὸ ἄνθρακος πυρὸς, καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς καιομένης (78), ἡ ῥίζα ὡς χνοῦς ἔσται, καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν ὡς κονιορτὸς ἀναβήσεται. Οὐ γὰρ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαὼθ, ἀλλὰ τὸ λόγιον Κυρίου τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ παρώξυναν. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος Σαβαὼθ, καὶ ἐπέβαλε τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ παρωξύνθη ἐπὶ τὰ ὄρη· καὶ ἐγενήθη τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν ἐν μέσῳ ὡς κοπρία ὁδοῦ. Καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφησαν (79), ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ αὐτῶν ὑψηλή. » Ἔτι γὰρ ἀληθῶς ἡ χεὶρ ὑμῶν πρὸς κακοποιίαν ὑψηλή, ὅτι καὶ τὸν Χριστὸν ἀποκτείναντες, οὐδ' οὕτως μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν ὅλων μισεῖτε καὶ φονεύετε, ὁσάκις ἂν λάβητε ἐξουσίαν· ἀδιαλείπτως δὲ καταρᾶσθε αὐτῷ τε ἐκείνῳ, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ, πάντων ἡμῶν εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν καὶ Κυρίου ποιεῖν ἐδιδάχθημεν, παραγγείλαντος ἡμῖν εὔχεσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαπᾷν τοὺς μισοῦντας, καὶ εὐλογεῖν τοὺς καταρωμένους.

134. Εἰ οὖν καὶ ὑμᾶς δυσωπεῖ τά τε τῶν προφητῶν διδάγματα, καὶ τὰ ἐκείνου αὐτοῦ, βέλτιόν ἐστιν ὑμᾶς τῷ Θεῷ ἕπεσθαι ἢ τοῖς ἀσυνέτοις καὶ τυφλοῖς διδασκάλοις ὑμῶν, οἵτινες καὶ μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι, καὶ ἐὰν εὐμορφόν τις (80) ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ αὐτῆς· τὰς Ἰακὼβ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν πράξεις ἀνιστοροῦντες, καὶ μηδὲν ἀδικεῖν λέγοντες τοὺς τὰ ὅμοια πράττοντας· τάλανες καὶ ἀνόητοι καὶ κατὰ τοῦτο ὄντες. Ὡς προέφην γὰρ, οἰκονομίαι τινὲς μεγάλων μυστηρίων ἐν ἑκάστῃ τινὶ τοιαύτῃ πράξει ἀπετελοῦντο. Ἐν γὰρ τοῖς γάμοις τοῦ Ἰακὼβ, τίς οἰκονομία καὶ προκήρυξις ἀπετελεῖτο, ἐρῶ, ὅπως καὶ ἐν τούτοις ἐπιγνῶτε, ὅτι οὐδὲν πρὸς τὸ θειωδέστερον δι' ὃ ἑκάστη πρᾶξις γέγονεν, ἀπεῖδον ὑμῶν ἀεὶ οἱ διδάσκαλοι, ἀλλὰ πρὸς τὰ χαμαιπετῆ, καὶ τὰ διαφθορᾶς μᾶλλον πάθη. Προσέχετε τοιγαροῦν οἷς λέγω. Τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἀπαρτίζεσθαι πράξεως τύποι ἦσαν οἱ γάμοι τοῦ Ἰακώβ. Δύο γὰρ ἀδελφὰς κατὰ τὸ αὐτὸ οὐ θεμιτὸν γαμῆσαι τὸν Ἰακώβ. Καὶ δουλεύει δὲ τῷ Λάβαν ὑπὲρ τῶν θυγατέρων (81)·

tenebras lucem; qui ponunt amarum dulce, et dulce amarum. Væ, qui sunt arguti in semetipsis, et coram semetipsis scientes. Væ, valentes vestri, qui bibunt vinum, et potentes, et qui miscent siceram, qui justificant impium propter munera, et jus justi tollunt. Propter hoc, sicut uretur stipula a carbone ignis, simul quoque comburentur a flamma ardente; radix quasi lanugo erit, et flos eorum quasi pulvis ascendet. **226** Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed eloquium Domini sancti Israel irritaverunt. Et indignatus est ira Dominus Sabaoth, et immisit manus super eos, et percussit eos, et concitatus est in montes: et facta sunt morticina eorum in medio, quasi stercus viæ. Et in omnibus his non sunt aversi, sed adhuc manus eorum excelsa [68]. » Vere enim adhuc manus vestra ad male agendum extenta est; quippe qui cum Christum occideritis, ne sic quidem pœnitentiam agitis, sed nos etiam, qui per eum Deo et Patri universorum credidimus, odistis, et quoties facultas datur, occiditis; illumque indesinenter et eos, qui ab illo orti sunt, exsecramini; cum nos omnes pro vobis precemur, ac pro omnibus omnino hominibus, quemadmodum a Christo nostro et Domino facere edocti sumus; qui præcepit, ut etiam pro inimicis precemur, et eos diligamus qui nos oderunt, et maledicentibus benedicamus.

134. *Ecclesiæ figura connubia Jacob.* — Igitur si vos quoque et prophetarum et ipsius illius doctrina commovet, satius est ut Deum sequamini, quam imprudentes et cæcos magistros vestros, qui etiamnum quatuor aut quinque uxores habere unicuique permittunt; et si quis venustam inspiciens concupiverit, Jacob qui Israel dictus est, et aliorum patriarcharum facta, commemorantes, ac negantes peccare, si quis similia faciat; miseri hac etiam in re et insipientes. Nam, ut jam dixi, dispensationes magnorum mysteriorum in unaquaque ejusmodi actionum peragebantur. Dicam autem quænam dispensatio et præsignificatio in nuptiis Jacob peracta fuerit; ut in his quoque agnoscatis vestros semper magistros, non ad diviniorem cujusque facti causam, sed potius ad humi repentes et corruptionis plenas affectiones respexisse. Animum igitur his quæ dico advertite. Nuptiæ Jacob id quod Christus erat facturus prænuntiabant. Duas enim sorores simul uxores ducere Jacob fas non erat. Is servit Laban pro filiabus, ac deceptus in juniore,

[68] Isa. v, 18-25.

(78) *Καιομένης.* Justinum scripsisse putat Thirlbius ἀνημμένης, ut in Bibliis. Sed tamen S. Joannes Chrysostomus habet ἀνημμένης, eodem sensu ac Justinus, nec aliter S. Hieronymus, qui ita vertit, « Sicut calor flammæ exurit. »

(79) *Οὐκ ἀπεστράφησαν.* Habent Biblia: Οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς αὐτοῦ, ἀλλὰ ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Justinum ita scripsisse, ut in hoc *Dialogo* legimus, perspici potest ex his quæ sequuntur. Legit eodem modo Cyprianus, ut Cl. Thirlbius admonuit.

(80) *Καὶ ἐὰν εὐμορφόν τις.* Id est, quatuor aut quinque uxoribus aliam addi posse docent, si quis in speciosa muliere aliqua commotus fuerit. Infra enim Justinus n. 141, hanc licentiam latissime vagari, et quocunque terrarum veniant aut mittantur Judæi, ibi mulieres, matrimonii nomine, ab eis duci testatur.

(81) *Ὑπὲρ τῶν θυγατέρων.* Legendum conjicit Thirlbius ὑπὲρ τῆς νεωτέρας τῶν θυγατέρων. Sed non vidit verba sequentia, καὶ ψευσθείς, etc., ex-

Digitized by Google

iterum servit annis septem. Lia quidem populus vester et Synagoga : Rachel vero Ecclesia nostra. Pro his servit hactenus Christus et pro servis, qui in utraque sunt. Nam cum Noe duobus filiis semen tertii in servitutem tradiderit, nunc contra et ad amborum, qui liberi erant, filiorum, et ad servorum, qui inter eos sunt, restitutionem advenit Christus, eamdem omnibus dignitatem attribuens, qui ejus mandata servant; quemadmodum et quos ex liberis uxoribus et quos ex ancillis Jacob filios susceperat, filii omnes fuere ac eadem dignitate. Qualis autem quisque futurus esset secundum ordinem et secundum præscientiam prædictum est. Servivit Jacob Labano pro maculosis et variis pecoribus; servitutem Christus etiam usque ad crucem pro variis ex omni genere et multiformibus **227** hominibus servivit, sanguine suo et mysterio crucis eos acquirens. Liæ infirmi erant oculi; valde enim infirmi vestræ mentis oculi. Furata est Rachel deos Labani, et abscondit eos usque in hodiernum diem; nobis quoque periere patrii et materiales dii. Omni tempore Jacob odio habebatur a fratre : nos quoque ac ipse Dominus noster odio habemur a vobis et ab omnibus prorsus hominibus, cum omnes natura fratres simus. Israel cognominatus est Jacob : Israelem quoque Christum esse demonstratum est, qui est et vocatur Jesus.

135. *Christus rex Israel et Christiani Israeliticum genus.* — Et cum ait Scriptura : « Ego Dominus Deus sanctus Israel, qui ostendi Israelem regem vestrum[49]; » an non vere Christum sempiternum regem intelligetis? Nam Jacob filium Isaac nunquam regem fuisse scitis; quocirca Scriptura rursum explicans nobis quemnam regem Jacob et Israel designet, sic ait : « Jacob puer meus; assumam eum; et Israel electus meus, suscipiet eum anima mea. Dedi spiritum meum super eum : et judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque audietur foris vox ejus. Calamum fractum non conteret, et linum fumigans non exstinguet : donec victoriam proferat. Judicium recipiet, et non comminuetur, donec ponat super terram judicium. Et in nomine ejus gentes sperabunt[50]. » Num igitur qui ex gentibus sunt, ac vosmetipsi, in Jacob patriarcham speratis ac non in Christum? Quemadmodum igitur Israelem Christum et Jacob sic appellat; ita et nos ex Christi utero recisi verum sumus Israeliticum genus. Sed ad ipsum potius Scripturæ locum animum advertamus : « Et educam illud de Jacob semen et de Juda : et hæreditabit montem sanctum meum : et hæreditabunt electi mei, et servi mei, et habitabunt ibi; et erunt in

[49] Isa. XLIII, 15. [50] Isa. XLII, 1-4.

καὶ ψευσθεὶς ἐπὶ τῇ νεωτέρᾳ, πάλιν ἐδούλευσεν ἐπτὰ ἔτη. Ἀλλὰ Λεία μὲν ὁ λαὸς ὑμῶν καὶ ἡ συναγωγή· Ῥαχὴλ δὲ ἡ Ἐκκλησία ἡμῶν. Καὶ ὑπὲρ τούτων δουλεύει μέχρι νῦν ὁ Χριστός, καὶ τῶν ἐν ἀμφοτέραις δούλων. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς δυσὶν υἱοῖς τὸ τρίτου σπέρμα εἰς δουλείαν ὁ Νῶε ἔδωκε, νῦν πάλιν εἰς ἀποκατάστασιν ἀμφοτέρων τε τῶν ἐλευθέρων τέκνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δούλων, Χριστὸς ἐλήλυθε, τῶν αὐτῶν πάντας καταξιῶν τοὺς φυλάσσοντας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· ὃν τρόπον καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἐλευθέρων, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν δούλων γενόμενοι τῷ Ἰακὼβ, πάντες υἱοὶ καὶ ὁμότιμοι γεγόνασι. Κατὰ δὲ τὴν τάξιν, καὶ κατὰ τὴν πρόγνωσιν, ὁποῖος ἕκαστος ἔσται προλέλεκται. Ἐδούλευσεν Ἰακὼβ τῷ Λάβαν ὑπὲρ τῶν ῥαντῶν καὶ πολυμόρφων θρεμμάτων· ἐδούλευσε καὶ τὴν μέχρι σταυροῦ δουλείαν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ποικίλων καὶ πολυειδῶν ἀνθρώπων, δι' αἵματος καὶ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κτησάμενος αὐτούς. Λείας ἀσθενεῖς ἦσαν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ γὰρ ὑμῶν σφόδρα οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί. Ἔκλεψε Ῥαχὴλ τοὺς θεοὺς Λάβαν, καὶ κατέκρυψεν αὐτοὺς ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας· καὶ ἡμῖν ἀπολώλασιν οἱ πατρικοὶ καὶ ὑλικοὶ θεοί. Τὸν χρόνον πάντα ἐμισεῖτο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ ὁ Ἰακώβ· καὶ ἡμεῖς νῦν, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν μισεῖται ὑφ' ὑμῶν, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὄντων πάντων τῇ φύσει ἀδελφῶν. Ἰσραὴλ ἐπεκλήθη Ἰακώβ· καὶ Ἰσραὴλ καὶ ὁ Χριστὸς ἀποδέδεικται, ὁ ὢν καὶ καλούμενος Ἰησοῦς.

135. Καὶ ὅταν ἡ Γραφὴ λέγῃ, « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ, ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν, » οὐχὶ ἀληθῶς τὸν Χριστὸν τὸν αἰώνιον βασιλέα ἀκούσεσθε; καὶ Ἰακὼβ γὰρ ὁ τοῦ Ἰσαὰκ υἱὸς, ὅτι οὐδέποτε βασιλεὺς γέγονεν, ἐπίστασθε. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ Γραφὴ πάλιν ἐξηγουμένη ἡμῖν τίνα λέγει βασιλέα Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, οὕτως ἔφη· « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· καὶ Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσδέξεται αὐτὸν ἡ ψυχή μου. Δέδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν· καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. Οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. Κάλαμον τεθραυσμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως οὗ νῖκος ἐξοίσει (82)· κρίσιν ἀναλήψει, καὶ οὐ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν. Καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. » Μήτι οὖν ἐπὶ τὸν Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐλπίζουσιν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτοί; Ὡς οὖν Ἰσραὴλ τὸν Χριστὸν καὶ Ἰακὼβ οὕτως λέγει (83), καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ Χριστοῦ λατομηθέντες, Ἰσραηλιτικν τὸ ἀληθινόν ἐσμεν γένος. Αὐτῷ δὲ μᾶλλον τῷ ῥητῷ προσέχωμεν· « Καὶ ἐξαγάγω, φησὶ, τὸ ἐξ Ἰακὼβ σπέρμα καὶ ἐξ Ἰούδα· καὶ κληρονομήσει τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ κληρονομήσουσιν οἱ ἐκλεκτοί μου καὶ οἱ δοῦλοί μου, καὶ κατοικήσουσιν ἐκεῖ· καὶ

plicationem esse servitutis, quam Jacob pro filiabus Laban servivit. De his connubiis Jacob, de ejus servitute, et Esau in illum odio eadem habemus apud S. Irenæum lib. IV, cap. 21, ut observavit Samuel Jebb.

(82) *Ἕως οὗ νῖκος ἐξοίσει.* Legit Thirlbius, ἕως οὗ εἰς νῖκος ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει.

(83) *Οὕτως λέγει.* Mallet Thirlbius, οὕτως καὶ ἡμεῖς.

Digitized by Google

ἔσονται ἐν τῷ δρυμῷ ἐπαύλεις ποιμνίων, καὶ φάραγξ Ἀχὼρ εἰς ἀνάπαυσιν βουκολίων τῷ λαῷ οἱ ἐζήτησάν με. Ὑμεῖς δὲ οἱ ἐγκαταλείποντές με, καὶ ἐπιλανθανόμενοι τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ ἑτοιμάζοντες τοῖς δαιμονίοις τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῷ δαίμονι κέρασμα, ἐγὼ παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν. Πάντες σφαγῇ πεσεῖσθε, ὅτι ἐκάλεσα ὑμᾶς, καὶ οὐχ ὑπηκούσατε (84), καὶ ἐποιήσατε τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν μου, καὶ ἃ οὐκ ἐβουλόμην ἐξελέξασθε. » Καὶ τὰ μὲν τῆς Γραφῆς ταῦτα· συννοεῖτε δὲ καὶ αὐτοί, ὅτι ἄλλο τί ἐστι τὸ ἐξ Ἰακὼβ σπέρμα νῦν λεγόμενον, οὐχ ὡς οἰηθείη τις ἂν περὶ τοῦ λαοῦ λέγεσθαι. Οὐ γὰρ ἐνδέχεται τοῖς ἐξ Ἰακὼβ γεγεννημένοις ἀπολιπεῖν ἐπείσαξιν τοὺς ἐξ Ἰακὼβ σπαρέντας, οὐδὲ ὀνειδίζοντα τῷ λαῷ, ὡς μὴ ἄξίῳ τῆς κληρονομίας, πάλιν ὡς ὑπολαβόμενος τοῖς αὐτοῖς ὑπισχνεῖσθαι· ἀλλ' ὅνπερ τρόπον ἐκεῖ φησὶν ὁ προφήτης · « Καὶ νῦν σὺ οἶκος τοῦ Ἰακὼβ, δεῦρο καὶ πορευθῶμεν ἐν φωτὶ Κυρίου· ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, ὅτι ἐπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν, ὡς τὸ ἀπαρχῆς, μαντειῶν καὶ κληδονισμῶν, » οὕτω καὶ ἐνθάδε δεῖ νοεῖν ἡμᾶς δύο σπέρματα Ἰούδα, καὶ δύο γένη, ὡς δύο οἴκους Ἰακώβ· τὸν μὲν ἐξ αἵματος καὶ σαρκός· τὸν δὲ ἐκ πίστεως καὶ πνεύματος γεγεννημένον.

A saltu ovilia gregum; et vallis Achor in requiem armentorum populo, qui requisierunt me. Vos autem qui relinquitis me, et obliviscimini montis sancti mei, et paratis dæmoniis mensam, et impletis dæmoni temperationem, ego tradam vos in gladium; omnes in mactatione cadetis; quoniam vocavi vos, et non obedistis, et fecistis malum in conspectu meo, et, quæ nolebam, elegistis [51]. » Verba quidem Scripturæ sic habent; intelligitis autem et ipsi aliud quoddam esse Jacob semen, de quo nunc Scriptura loquitur, nec de populo vestro, ut forte aliquis existimaverit, id dici. Repugnat enim ut his, qui ex Jacob geniti sunt, subintroeundi locum relinquant qui ex Jacob sati sunt; et qui populo exprobrat quod hæreditate indignus sit, rursus B quasi eumdem probet, hæreditatem ei polliceatur. Sed quo modo propheta illic ait : « Et nunc tu, domus Jacob, venite, et ambulemus in luce Domini; dimisit enim populum suum, domum Jacob : quia repleta est, ut ab initio, terra eorum divinationibus et vaticiniis [52] : » ita et hoc loco duo nobis intelligenda sunt Judæ semina et duo genera, quemadmodum duæ domus Jacob, alterum ex sanguine et carne, alterum ex fide et spiritu natum.

136. Ὁρᾶτε γὰρ ὡς πρὸς τὸν λαὸν νῦν λέγει, ἀνωτέρω εἰπών, « Ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ῥὰξ ἐν βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι, *Μὴ λυμανῇ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐν αὐτῷ ἐστιν*· οὕτω ποιήσω ἕνεκεν τοῦ δουλεύοντός μοι· τούτου ἕνεκεν οὐ μὴ ἀπολέσω πάντας· » καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιφέρει· « Καὶ ἐξάξω τὸ ἐξ Ἰακὼβ καὶ ἐξ Ἰούδα. » Δῆλον οὖν (85), εἰ ἐκείνοις οὕτως ὀργίζεται, καὶ ὀλιγοστοὺς καταλείψειν ἀπειλεῖ, ἄλλους τινὰς ἐξάξειν ἐπαγγέλλεται, οἳ κατοικήσουσιν ἐν τῷ ὄρει αὐτοῦ. Οὗτοι δέ εἰσιν οὓς εἶπε σπερεῖν καὶ γεννήσειν. Ὑμεῖς γὰρ οὔτε καλοῦντος αὐτοῦ ἀνέχεσθε, οὔτε λαλοῦντος ἀκούετε, ἀλλὰ καὶ τὸ πονηρὸν ἐποιήσατε ἐνώπιον Κυρίου. Τὸ δὲ ὑπερβάλλον ὑμῶν τῆς κακίας τὸ καὶ μισεῖν, ἐφονεύσατε (86) δίκαιον, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ λαβόντας εἶναι ὅπερ εἰσὶν, εὐσεβεῖς καὶ δίκαιοι, καὶ φιλάνθρωποι. Τοιγαροῦν « Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, λέγει Κύριος, διὸ βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. » Οὐ γὰρ καὶ ὑμεῖς τῇ Βάαλ ἐθύετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, οὐδὲ ἐν συσκίοις ἢ μετεώροις τόποις πέμματα ἐποιεῖτε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐδέξασθε τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. Ὁ γὰρ τοῦτον ἀγνοῶν, ἀγνοεῖ καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ τοῦτον ὑβρίζων καὶ μισῶν, καὶ τὸν πέμψαντα δηλονότι καὶ μισεῖ καὶ ὑβρίζει. Καὶ εἰ οὐ πιστεύει τις εἰς αὐτὸν, οὐ πιστεύει τοῖς τῶν προφητῶν κηρύγμασι τοῖς αὐτὸν εὐαγγελισαμένοις, καὶ κηρύξασιν εἰς πάντας.

228 136. Videte enim quomodo nunc populum alloquatur. Postquam superius dixit : « Quomodo invenietur acinus uvæ in botro, et dicent, Ne læseris illum, quia benedictio est in eo; sic faciam propter servientem mihi : propter hunc non disperdam omnes; » deinde infert hoc : « Et educam C illud de Jacob semen et de Juda [53]. » Manifesta ergo res est, si istis ita irascitur et paucissimos relicturum minatur, alios quosdam adducturum se pollicetur, qui habitaturi sint in monte sancto ejus. Illi autem non alii sunt, quam quos saturum se et generaturum dixit. Vos enim nec vocantem eum perfertis, nec loquentem auditis, sed et malum fecistis coram Domino. In hoc autem maxime exuberat nequitia vestra, quod etiam oderitis justum, quem occidistis, et eos qui ab eo accepere ut sint id quod sunt, pii, justi et humani. Itaque « Væ animæ ipsorum, dicit Dominus, eo quod consilium ceperunt adversus seipsos dicentes : Tollamus justum, quoniam inutilis est nobis [54]. » Neque enim et vos D Baali sacrificastis, ut patres vestri, nec in lucis et in excelsis locis bellaria obtulistis militiæ cœli; sed non suscepistis Christum Dei. Nam qui hunc ignorat, consilium Dei ignorat, et qui hunc injuria afficit, eumque odit, eum videlicet, a quo missus est, odit et injuria afficit. Et si quis non credit in eum, non credit prophetarum vaticiniis illum prænuntiantibus et apud omnes prædicantibus.

[51] Isa. LXV, 9-12. [52] Isa. II, 5, 6. [53] Isa. LXV, 8, 9. [54] Isa. III, 9.

(84) *Καὶ οὐχ ὑπηκούσατε.* Omissa a librariis quæ sequuntur apud Isaiam, ἐλάλησα καὶ παρηκούσατε. Ad hæc enim verba respicit paulo post Justinus, cum ait : Ὑμεῖς γὰρ οὔτε καλοῦντος αὐτοῦ ἀνέχεσθε, οὔτε λαλοῦντος ἀκούετε. THIRLB.

(85) *Δῆλον οὖν.* Addi posset ὅτι, sed sic hunc locum scripsimus et interpretati sumus, ut necesse non sit hanc vocem addere.

(86) *Ἐφονεύσατε.* Vel legendum καὶ φονεῦσαι, vel, quod simplicius et aptius mihi videtur, ὃν ἐφονεύσατε. Utraque emendandi ratio proposita ab erudito Londinensi editore.

Digitized by Google

137. *Hortatur Judæos ad conversionem.* — Ne quid mali, fratres, in hunc crucifixum dicatis, nec vibices ejus rideatis, quibus licet omnibus sanari, quemadmodum et nos sanati sumus. Præclarum enim fuerit, si Scripturis assentientes, duri cordis circumcisionem accipiatis; non illam quam ob insitas vobis opiniones habetis. Hanc enim in signum institutam fuisse, non ad opus justitiæ, Scripturæ necessario demonstrant. Assentite igitur, nec convicium faciatis Filio Dei; nec Pharisæis magistris morem gerentes, Regem Israel cachinnis exagitetis, quales a Synagogæ vestræ principibus post preces docentur. Nam si is qui homines Deo non placentes tangit, pupillam Dei tangit quodammodo [11], quanto magis qui dilectum tangit? Hunc autem ipsum esse satis multis demonstratum. Tacentibus illis, Equidem, inquam, amici, Scripturas nunc refero, ut interpretati sunt Septuaginta. Nam cum eas antea retulissem, ut apud vos habentur, nunc animi vestri sententiam **229** periclitari volui. Recitans enim Scripturam quæ dicit: « Væ ipsis, quia consilium malum ceperunt adversus seipsos, dicentes, » addidi, ut interpretati sunt Septuaginta: « Tollamus justum, quia inutilis est nobis; » cum initio colloquii retulissem id quod vos dici vultis, dicentes: « Vinciamus justum, quia incommodus est nobis. » Sed vos alias res

137. Μὴ δή, ὦ ἀδελφοί, κακόν τι εἴπητε εἰς ἐκεῖνον τὸν ἐσταυρωμένον, μηδὲ χλευάσητε αὐτοῦ τοὺς μώλωπας οἷς ἰαθῆναι πᾶσι δυνατὸν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἰάθημεν. Καλὸν γὰρ, ἢν πεισθέντες τοῖς λόγοις περιτμηθῆτε τὴν σκληροκαρδίαν, ἣν οὐχὶ (87) δι' ὑμῶν ἐγγινομένην γνώμην ἔχετε, ἐπειδὴ εἰς σημεῖον ἦν δεδομένη, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοπραξίας ἔργον, οἱ λόγοι ἀναγκάζουσι. Συμφάμενοι οὖν μὴ λοιδορῆτε ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ Φαρισαίοις πειθόμενοι διδασκάλοις, τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισκώψητέ ποτε· ὁποῖα διδάσκουσιν οἱ ἀρχισυνάγωγοι ὑμῶν μετὰ τὴν προσευχὴν (88)· εἰ γὰρ ὁ ἁπτόμενος τῶν μὴ εὐαρέστων (89) τῷ Θεῷ, ὡς ὁ ἁπτόμενος κόρης τοῦ Θεοῦ, πολὺ μᾶλλον ὁ τοῦ ἠγαπημένου καθαπτόμενος. Ὅτι δὲ οὗτος αὐτός ἐστι, καὶ ἱκανῶς ἀποδέδεικται. Καὶ σιγώντων αὐτῶν, εἶπον· Ἐγὼ, ὦ φίλοι, καὶ τὰς Γραφὰς λέγω νῦν ὡς ἐξηγήσαντο οἱ Ἑβδομήκοντα· εἰπὼν γὰρ αὐτὰς πρότερον ὡς ὑμεῖς αὐτὰς ἔχετε, πεῖραν ὑμῶν ἐποιούμην, πῶς διάκεισθε ἤδη τὴν γνώμην. Λέγων γὰρ τὴν Γραφὴν ἣ λέγει, « Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, » ὡς ἐξηγήσαντο οἱ Ἑβδομήκοντα, ἐπήνεγκα, « Ἄρωμεν τὸν δίκαιον (90), ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν, » ἐμοῦ ἐν ἀρχῇ τῆς ὁμιλίας καὶ εἰπόντος ὅπερ ὑμεῖς εἰρῆσθαι βούλεσθε, εἰπόντες· « Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. » Ἄλλα δέ τινα ἐπράξατε, καὶ οὐ δοκεῖτέ μοι (91) ἀνηκόως

[11] Zach. II, 8.

(87) *Ἦν οὐχί.* Legendo οὐχ ἦν, clara et expedita fiet ex corrupta et obscura hæc verborum complexio. Mox tamen legendum ὡς οἱ λόγοι, ut admonuit Sylburgius.

(88) *Μετὰ τὴν προσευχήν.* Supra n. 16, et pluribus aliis in locis, quæ recensere longius foret, exprobrat Judæis, quod in synagogis suis Christianos diris agant. Justini testimonio videtur dissentire Epiphanius, qui diras illas preces non in Christianos, sed in hæreticos illos, qui Nazaræi dicebantur, effundi testatur. Sic enim de illis hæreticis loquitur, p. 224: Πάνυ δὲ οὗτοι ἐχθροὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὑπάρχουσιν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες πρὸς τούτους κέκτηνται μῖσος, ἀλλὰ ἀγιστάμενοι ἔσωθεν (ἔωθεν) καὶ μέσης ἡμέρας καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν, τρὶς τῆς ἡμέρας, ὅτε τὰς εὐχὰς ἐπιτελοῦσιν ἐν ταῖς αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶνται αὐτοῖς καὶ ἀναθεματίζουσι φάσκοντες, ὅτι Ἐπικαταράσαι ὁ Θεὸς τοὺς Ναζωραίους. « Omnino autem isti invisi sunt Judæis. Non solum enim filii Judæorum illos odio prosequuntur, sed etiam surgentes mane, meridie et ad vesperam, ter de die, cum preces absolvunt in synagogis suis, exsecrantur illos et anathematizant, dicentes: Exsecretur Deus Nazaræos. » Justinum errasse non puto: videtur potius Epiphanius, nominis errore deceptus, hæreticorum Nazaræorum sectam sumpsisse pro Christianis, quos ipse in primordiis Nazaræos vocatos fuisse ibidem testatur. Hoc Nazaræorum nomine Christianos Judæi appellare non desierunt, ut ex his Tertulliani verbis discimus: « Nazaræus vocari, inquit, lib. IV *in Marc.*, c. VIII, habebat secundum prophetiam Christus creatoris: unde et ipso nomine nos Judæi Nazaræos appellant per eum. » Hieronymus controversiam dirimit inter Justinum et Epiphanium. Ait enim de Judæis, lib. LII *in Isa.*, col. 377: « Sub nomine, ut sæpe dixi, Nazarenorum ter in die in Christianos congerunt maledicta. » Blasphemiarum, quas Judæi in synagogis adversus Jesum evomebant, testis est etiam Origenes, *in Jerem.* p. 111 et 176.

(89) *Τῶν μὴ εὐαρέστων.* Negationem recidendam existimavit Sylburgius, nec eam in interpretando Langus servavit. At eis non assentitur Thirlbius, et merito quidem; nam apud Zachariam Judæis, quos Justinus Deo semper displicuisse contendit, hæc dicuntur: Ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ. Cum ergo hæc dicta sint ad ejusmodi homines, quos non videtur Justinus Deo gratos et acceptos existimasse, inde colligit vir eruditus non delendam esse in Justini testimonio negationem.

(90) *Ἄρωμεν τὸν δίκαιον.* Ita legunt, ut observat Thirlbius, Tertullianus III *adv. Marc.*, c. 22; Clem. Alex., p. 713; Hegesipp. apud Euseb. *Hist.* II, c. 23. Scaliger in Euseb. *Chron.* p. 194, existimat in hunc Isaiæ locum, qui aliter in Hebræo ac apud LXX legitur, translata fuisse hæc libri Sapientiæ cap. II, v. 12, verba: Ἐνεδρεύσωμεν δίκαιον, ἐπεὶ δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. Verbum Ἄρωμεν Thirlbius desumptum putat ex Isaiæ cap. LVII, v. 1 et 2.

(91) *Καὶ οὐ δοκεῖτέ μοι.* In verbis quæ proxime antecedunt, visi sunt sibi Langus et uterque Anglicanus editor reprehensionem facinorum a Judæis admissorum animadvertere; in istis autem: Καὶ οὐ δοκεῖτέ μοι, etc., laudem et gratiarum actionem, quod Justino patientes aures accommodassent. Sed liquet his verbis, ἄλλα δέ τινα ἐπράξατε, id significari, Judæos alias res egisse, cum Justinus Scripturam, ut apud Septuaginta, proferret, eosque ita se gessisse quasi hanc Scripturæ citandæ rationem non animadvertissent, et idcirco minime reclamasse. Quare omnino legendum: Καὶ δοκεῖτέ μοι ἀνηκόως.

Digitized by Google

τῶν λόγων ἐπαισχυνόμεναι. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ νῦν ἤδη ἡ ἡμέρα πέρας πιεῖσθαι μέλλει· πρὸς δυσμὰς γὰρ ἤδη ὁ ἥλιός ἐστι· καὶ ἔν τι προσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, παύσομαι. Τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις, μοι ἐρρήθη, ἀλλὰ πάλιν αὐτῷ ἐπεξεργάσασθαι (92) ἂν δίκαιον εἶναί μοι δοκεῖ.

A egistis, mihique videmini quid dicerem audiendo non animadvertisse. Sed quia jam dies decedit, ad occasum enim Sol est; postquam supradictis unum aliquid addidero, desinam. Atque id quidem jam protuli, sed iterum aliquid operæ in illud impendere æquum mihi videtur.

138. Γινώσκετε οὖν, ὦ ἄνδρες, ἔφην, ὅτι ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέλεκται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν Ἰερουσαλὴμ, ὅτι « Ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε ἔσωσά σε. » Τοῦτο δέ ἐστιν ὃ ἔλεγεν ὁ Θεὸς, ὅτι τὸ μυστήριον τῶν σωζομένων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γέγονεν. Ὁ δίκαιος γὰρ Νῶε μετὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, τουτέστι τῆς τε γυναικὸς τῆς αὐτοῦ, καὶ τῶν τριῶν τέκνων αὐτοῦ, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν υἱῶν αὐτοῦ· οἵ τινες (93) ἀριθμῷ ὄντες ὀκτὼ, σύμβολον εἶχον τῆς ἀριθμῷ μὲν ὀγδόης ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐφάνη ὁ Χριστὸς ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἀναστὰς, δυνάμει δ' ἀεὶ πρώτης ὑπαρχούσης. Ὁ γὰρ Χριστὸς, πρωτότοκος πάσης κτίσεως ὤν, καὶ ἀρχὴ πάλιν ἄλλου γένους γέγονεν τοῦ ἀναγεννηθέντος ὑπ' αὐτοῦ δι' ὕδατος καὶ πίστεως, καὶ ξύλου τοῦ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ ἔχοντος· ὃν τρόπον καὶ ὁ Νῶε ἐν ξύλῳ διεσώθη ἐποχούμενος τοῖς ὕδασι μετὰ τῶν ἰδίων. Ὅταν οὖν εἴπῃ ὁ προφήτης, « ἐπὶ Νῶε ἔσωσά σε, » προέφην (94), τῷ ὁμοίως πιστῷ λαῷ πρὸς Θεὸν ὄντι (95) καὶ τὰ σύμβολα ταῦτα ἔχοντα λέγει. Καὶ γὰρ ῥάβδον ἔχων ὁ Μωϋσῆς μετὰ χεῖρα (96), διὰ τῆς θαλάσσης διήγαγεν ὑμῶν τὸν λαόν. Ὑμεῖς δὲ ὑπολαμβάνετε ὅτι τῷ γένει ὑμῶν μόνων ἔλεγεν ἢ τῇ γῇ. Ὅτι γὰρ (97) πᾶσα ἡ γῆ, ὡς ἡ Γραφὴ λέγει, κατεκλύσθη, καὶ ὑψώθη τὸ ὕδωρ ἐπάνω πάντων ὀρέων πήχεις δεκαπέντε· ὥστε οὐ τῇ γῇ φαίνεται εἰρηκὼς, ἀλλὰ τῷ λαῷ τῷ πειθομένῳ αὐτῷ· ᾧ καὶ ἀνάπαυσιν προητοίμασεν ἐν Ἰερουσαλὴμ (98), ὡς προαποδέδεικται διὰ πάντων τῶν ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ συμβόλων· εἶπον δὲ, δι' ὕδατος, καὶ πίστεως, καὶ ξύλου οἱ προπαρασκευαζόμενοι, καὶ μετανοοῦντες ἐφ' οἷς ἥμαρτον, ἐκφεύξονται τὴν μέλλουσαν ἐπέρχεσθαι τοῦ Θεοῦ κρίσιν.

138. *Noe figura Christi qui nos per aquam et fidem et lignum regeneravit.* — Nostis igitur, o viri, in Isaia dictum esse a Deo ad Jerusalem : « In diluvio Noe servavi te [86]. » Quod autem dixit Deus, illud est, mysterium hominum salvandorum in diluvio fuisse. Justus enim Noe cum aliis hominibus, id est cum uxore et tribus filiis et filiorum uxoribus, qui numero octo erant, signum habuerunt diei, numero quidem octavi, in quo Christus ex B mortuis redivivus apparuit, potestate autem semper primi. Christus enim, cum primogenitus esset omnis creaturæ, rursus etiam factus est principium alterius generis ab ipso regenerati per aquam et fidem et lignum, quo mysterium crucis continetur; quemadmodum et Noe in ligno salvatus est aquis invectus una cum suis. Cum ergo dicit propheta : « Tempore Noe servavi te, » ut jam dixi, hæc ad populum Deo pariter fidelem, eademque signa habentem dicit. Nam Moyses virgam manibus gerens populum vestrum per mare traduxit. Vos autem vestro tantum generi aut terræ hæc cum dixisse opinamini. Sed cum universa terra, ut ait Scriptura, inundata sit, et aqua altior fuerit, quam montes omnes, quindecim cubitis; liquet Deum hæc C terræ non dixisse, sed populo qui ei obsequitur, cuique etiam requiem Hierosolymis præparavit, ut per signa omnia in diluvio edita prænonstratum est; id est per aquam et fidem et lignum, qui præparati sunt, et peccatorum pœnitentiam agunt, venturum Dei judicium effugient.

139. Καὶ γὰρ ἄλλο μυστήριον ἐπὶ τοῦ Νῶε προεφητεύθη τελούμενον, ὃ οὐκ ἐπίστασθε. Ἔστι δὲ τοῦτο. Ἐν ταῖς εὐλογίαις αἷς εὐλόγει ὁ Νῶε τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καταρᾶται. Τὸν γὰρ υἱὸν συνευλογηθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ προφητικὸν Πνεῦμα καταρᾶσθαι οὐκ ἔμελλεν. Ἀλλ' ἐπεὶ δι' ὅλου τοῦ γένους τοῦ ἐπιγελάσαντος τῇ γυμνώσει (98') υἱοῦ αὐτοῦ, ἡ προστίμησις τοῦ ἁμαρτήματος εἶναι ἔμελλεν,

139. *Benedictiones datæ a Noe et ipsa etiam maledictio prædictio erant futurorum.* — Nam et aliud mysterium tempore Noe prædicebatur, quod vos nescitis. Sic autem se habet. In benedictionibus quibus Noe filios suos impertit, nepoti suo maledicit. Nam filio, qui simul cum fratribus a Deo benedictus fuerat, propheticus Spiritus non erat maledicturus. **230** Sed quia futurum erat ut ad uni-

[86] Isa. LIV, 9.

(92) *Αὐτῷ ἐπεξεργάσασθαι.* Idem videtur esse ac ἐπ' αὐτῷ ἐξεργάσασθαι, nec necesse est cum Sylburgio legere αὐτό. Idem monet legendum paulo ante ἐρρέθη, quod grammaticæ regulis magis consonat.

(93) *Οἵ τινες.* Magis placet Thirlbio legere πάντες, quod mihi quidem minime necessarium videtur.

(94) *Ἐπὶ Νῶε ἔσωσά σε προέφην.* Melius ὡς προέφην, quanquam non desunt apud Justinum exempla ejusmodi, in quibus, verbo parenthesi quadam incluso, particula ὡς omittitur. Vid. n. 113. In his autem verbis, ἐπὶ Νῶε ἔσωσά σε, vel ut paulo ante, ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε, videtur Justinus legisse in Hebræo, « in diluvio, » unius litteræ permutatione.

(95) *Πρὸς Θεὸν ὄντι.* Mox ergo legendum σύμβολα ταῦτα ἔχοντι, ut observavit Sylburgius.

(96) *Χεῖρα.* Legit Thirlbius χεῖρας, ut supra n. 86.

(97) *Ὅτι γάρ... ὥστε.* Jam non semel in stylo Justini similes nævos observavimus, qui quidem non videntur in librariis rejiciendi.

(98) *Ἀνάπαυσιν προητοίμασεν ἐν Ἰερουσαλήμ.* Libenter crederem hæc de cœlesti Jerusalem intelligenda esse; sed retinet me S. Irenæus, qui de terrena eodem modo loquitur lib. v, c. 30, n. 4.

(98') *Τῇ γυμνώσει.* Scil. τοῦ πατρός. Alii, inquit Thirlb., fortasse legent τοῦ πατρὸς αὐτοῦ pro υἱοῦ αὐτοῦ vel τ. γ. αὐτοῦ υἱοῦ. Deinde, post ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, addendum αὐτοῦ, ut Chanaan designetur. Forte scripserit Justinus ἀπὸ τοῦ υἱωνοῦ. Otto.

Digitized by Google

versum genus illius, qui nudum patrem irriserat, pœna peccati pertineret, ab ejus filio initium fecit maledicendi. In his autem, quæ dixit, futurum prædicebat, ut Sem posteri possessiones et domicilia Chanaan detinerent; et rursus qui ex Japhet ea detinerent, quæ posteri Sem adempta posteris Chanaan detinebant, et Sem posteros spoliarent, quemadmodum isti posteros Chanaan spoliaverunt. Atque hoc ita factum esse audite. Vos enim, qui ex Sem genus ducitis, in terram filiorum Chanaan secundum Dei voluntatem invasistis, eamque tenuistis. Non minus constat filios Japhet secundum Dei judicium in vos invasisse, et terram, quam vobis abstulerunt, tenuisse. Hæc autem dicta sunt in hunc modum: « Sobrius vero factus est Noe a vino: et cognovit omnia quæ fecit ei filius ejus junior, et dixit: Maledictus Chanaan puer; famulus erit fratribus suis. Et dixit: Benedictus Dominus Deus Sem, et erit Chanaan servus ejus. Dilatet Dominus Japhet, et habitet in domibus Sem, et fiat Chanaan servus ejus [87]. » Itaque cum duo populi benedicti essent, qui ex Sem, et qui ex Japhet; cumque ut posteri Sem domos Chanaan primi tenerent, decretum esset, ac prædictum rursus ab eis easdem possessiones posteros Japhet accepturos; cumque duobus populis unus populus ex Chanaan ortus in servitutem traditus fuisset; Christus secundum omnipotentis Patris virtutem ipsi traditam advenit, ac in amicitiam et benedictionem et pœnitentiam et convictum vocans, futuram in eadem terra sanctorum omnium possessionem, ut jam demonstratum est, promisit. Unde quacunque ex regione, sive servi, sive liberi, credentes in Christum, et eorum, quæ tum ab ipso, tum a prophetis tradita sunt, veritatem agnoscentes, sciunt se una cum eo in illa terra futuros et æterna ac incorrupta bona hæreditate accepturos.

140. *In Christo omnes liberi. Frustra salutem sperant Judæi, quia filii sunt Abrahæ.* — Hinc etiam Jacob, ut jam dixi, cum ipse etiam esset Christi figura, duas ancillas duarum liberarum conjugum suarum duxerat, et ex illis filios suscepit, ut prænuntiaretur Christum eos, qui in Japhet genere, omnes ex Chanaan orti, versantur, pariter ac liberos suscepturum, et in filiorum cohæredum loco habiturum. Atque hi quidem nos sumus, sed intelligere non potestis, quia ex vivo Dei fonte non potestis bibere, sed ex confractis cisternis, nec aquam continere valentibus, ut ait Scriptura. Confractæ autem cisternæ, nec aquam continentes, eæ sunt quas vobis foderunt magistri vestri, ut nominatim

[87] Gen. IX, 24-27.

ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τὴν κατάραν πεποίηται. Ἐν δὲ οἷς εἶπε, προέλεγεν, ὅτι καὶ οἱ ἀπὸ Σὴμ (99) γενησόμενοι διακαθέξουσι τὰς κτήσεις καὶ οἰκήσεις τοῦ Χαναάν· καὶ πάλιν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ αὐτὰς, ἃς διακατέσχον παρὰ τῶν τοῦ Χαναὰν οἱ ἀπὸ Σὴμ, παραλαβόντες καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ (1) διακαθέξουσιν, ἀφελόμενοι τοὺς ἀπὸ Σὴμ γενομένους, ὃν τρόπον ἀφαιρεθέντων αὐτὰ τῶν υἱῶν Χαναὰν αὐτοὶ διακατέσχον. Καὶ ὅτι οὕτω γέγονεν ἀκούσατε. Ὑμεῖς γὰρ οἱ ἀπὸ τοῦ Σὴμ κατάγοντες τὸ γένος, ἐπήλθετε κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βουλὴν τῇ γῇ τῶν υἱῶν Χαναὰν, καὶ διακατέσχετε αὐτήν. Καὶ ὅτι οἱ υἱοὶ Ἰάφεθ, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ἐπελθόντες καὶ αὐτοὶ ὑμῖν, ἀφεῖλοντο ὑμῶν τὴν γῆν, καὶ διακατέσχον αὐτὴν, φαίνεται. Εἴρηται δὲ ταῦτα οὕτως· « Ἐξένηψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος· καὶ εἶπεν· Ἐπικατάρατος Χαναὰν παῖς· οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν· Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Σὴμ, καὶ ἔσται Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. Πλατύναι Κύριος τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικησάτω ἐν τοῖς οἴκοις Σὴμ, καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. » Δύο οὖν λαῶν εὐλογηθέντων, τῶν ἀπὸ τοῦ Σὴμ καὶ τοῦ Ἰάφεθ· καὶ πρώτων κατασχεῖν τοὺς οἴκους τοῦ Χαναὰν ἐγνωσμένων τῶν ἀπὸ Σὴμ, καὶ πάλιν διαδέξασθαι παρ' αὐτῶν τὰς αὐτὰς κτήσεις τῶν ἀπὸ Ἰάφεθ προειρημένων, καὶ τοῖς δυσὶ λαοῖς τοῦ ἑνὸς λαοῦ τοῦ ἀπὸ Χαναὰν εἰς δουλείαν παραδοθέντος, ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ παντοκράτορος Πατρὸς δύναμιν δοθεῖσαν αὐτῷ παρεγένετο, εἰς φιλίαν καὶ εὐλογίαν καὶ μετάνοιαν καὶ συνοικίαν καλῶν, τὴν ἐν τῇ αὐτῇ γῇ τῶν ἁγίων πάντων μέλλουσαν γίνεσθαι, ὡς προαποδέδεικται, διακατάσχεσιν ἐπήγγελται. Ὅθεν οἱ πάντοθεν ἄνθρωποι, εἴτε δοῦλοι εἴτε ἐλεύθεροι, πιστεύοντες ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ἐγνωκότες τὴν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ καὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἀλήθειαν, ἐπίστανται ἅμα αὐτῷ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ γενησόμενοι, καὶ τὰ αἰώνια καὶ ἄφθαρτα κληρονομήσειν.

140. Ὅθεν καὶ Ἰακὼβ, ὡς προεῖπον, τύπος ὢν καὶ αὐτὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς δύο δούλας τῶν δύο ἐλευθέρων αὐτοῦ γυναικῶν ἐγεγαμήκει, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐτέκνωσεν υἱοὺς, εἰς τὸ προμηνυθῆναι, ὅτι ὁ Χριστὸς προσλήψεται καὶ τοὺς ἐν γένει τοῦ Ἰάφεθ, ὄντας ἀπὸ τοῦ Χαναὰν πάντας (2), ὁμοίως τοῖς ἐλευθέροις, καὶ τέκνα συγκληρονόμα ἕξει. Ἅπερ ἡμεῖς ὄντες, συνιέναι ὑμεῖς οὐ δύνασθε, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ζώσης πηγῆς πιεῖν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν συντετριμμένων λάκκων, καὶ ὕδωρ μὴ δυναμένων συνέχειν, ὡς ἡ Γραφὴ λέγει. Εἰσὶ δὲ λάκκοι συντετριμμένοι, καὶ ὕδωρ μὴ συνέχοντες, οὓς ὤρυξαν ὑμῖν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν αὐτῶν, ὡς καὶ ἡ Γραφὴ διαῤῥήδην λέγει, « διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώ-

(99) *Οἱ ἀπὸ Σήθ.* Manifestus error pro οἱ ἀπὸ Σήμ.

(1) *Καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ.* Inutilis prorsus repetitio. Legendum putat eruditus Londinensis editor, οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ.

(2) *Ὄντας ἀπὸ τοῦ Χαναὰν πάντας.* Interpunctio, quam et in interpretando sum secutus, comprobatur his verbis, ἅπερ ἡμεῖς οντες, ex quibus patet gentiles cohæredes esse illos filios, quos Christus una cum Israelitis credentibus asseruit in libertatem, cum antea « ex genere Chanaan omnes » essent, non origine quidem, sed servitute. — Mox congruentius legeretur Ἅπερ ἡμᾶς ὄντας vel εἶναι. EDIT. PATROL.

Digitized by Google

πων. » Καὶ πρὸς τούτοις ἑαυτοὺς καὶ ὑμᾶς βουκολούσιν, ὑπολαμβάνοντες, ὅτι πάντως τοῖς ἀπὸ τῆς σπορᾶς τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ οὖσι, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι καὶ ἄπιστοι καὶ ἀπειθεῖς πρὸς τὸν Θεὸν, ἡ βασιλεία ἡ αἰώνιος δοθήσεται· ἅπερ ἀπέδειξαν αἱ Γραφαὶ οὐκ ὄντα. Ἢ γὰρ τοῦτο οὐκ ἂν εἶπεν Ἡσαΐας, « καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν καὶ Γόμορρα ἐγενήθημεν. » Καὶ Ἰεζεκιὴλ, ὅτι, « Κἂν Νῶε καὶ Ἰακὼβ καὶ Δανιὴλ ἐξαιτήσωνται υἱοὺς ἢ θυγατέρας, οὐ μὴ δοθῇ αὐτοῖς. » Ἀλλ' οὔτε πατὴρ ὑπὲρ υἱοῦ, οὔτε υἱὸς ὑπὲρ πατρὸς, ἀλλ' ἕκαστος τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπολεῖται, καὶ ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ δικαιοπραξίᾳ σωθήσεται. Καὶ πάλιν Ἡσαΐας· « Ὀψονται τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων· ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ παύσεται, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί. » Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν Πατρὸς, καὶ Δεσπότου τῶν ὅλων, οὐκ ἂν εἶπεν, « Ἥξουσιν ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. » Ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐκ αἰτίᾳ τοῦ Θεοῦ οἱ προγινωσκόμενοι καὶ γενησόμενοι ἄδικοι, εἴτε ἄγγελοι, εἴτε ἄνθρωποι γίνονται φαῦλοι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ τοιοῦτοί εἰσιν, ὁποῖος ἕκαστος φανήσεται, ἀπέδειξα καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

A declarat Scriptura : « Docentes doctrinas, mandata hominum [58]. » Præterea et vos et seipsos ludificantur, dum existimant omnibus ex semine Abrahæ secundum carnem editis, etiamsi peccatores et increduli et in Deum contumaces fuerint, regnum æternum datum iri ; quod aliter se habere demonstrat Scriptura. Nunquam enim profecto dixisset Isaias : « Et nisi Dominus **231** Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma et Gomorrha facti essemus [59]. » Et Ezechiel : « Etiamsi Noe, et Jacob, et Daniel deposcerent filios aut filias, non dabuntur tamen eis [60]. » Sed nec pater pro filio, nec filius pro patre, sed unusquisque proprio peccato interibit, et unusquisque propriis justitiæ operibus salvabitur. Et rursus Isaias : « Videbunt cadavera eorum, qui prævaricati sunt, vermis eorum non quiescet, et ignis eorum non exstinguetur, et erunt in visionem omni carni [61]. » Neque etiam noster secundum voluntatem Patris, a quo missus est, et dominatoris omnium Dominus dixisset : « Venient ab occidente et oriente et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum. Filii vero regni ejicientur in tenebras exteriores [62]. » Quod autem qui futuri iniqui prænoscebantur, sive angeli, sive homines, non Dei culpa improbi fiunt, sed suo quisque vitio tales sunt, qualis quisque apparebit, id etiam supra demonstravi [63].

B

141. Ἵνα δὲ μὴ πρόφασιν ἔχητε λέγειν, ὅτι ἔδει τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι, ἢ καὶ ἐν τῷ γένει ἡμῶν εἶναι τοὺς παραβαίνοντας, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως ἐδύνατο γενέσθαι, φθάσας διὰ βραχέων εἶπον, ὅτι, βουλόμενος τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἕπεσθαι τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἐβουλήθη ποιῆσαι τούτους αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν, μετὰ λόγου τοῦ ἐπίστασθαι αὐτοὺς ὑφ' οὗ γεγόνασι, καὶ δι' ὃν εἰσὶ πρότερον οὐκ ὄντες, καὶ μετὰ νόμου τοῦ ὑπ' αὐτοῦ κρίνεσθαι, ἐὰν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττωσι· καὶ δι' ἑαυτοὺς ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι καὶ οἱ ἄγγελοι ἐλεγχθησόμεθα πονηρευσάμενοι, ἐὰν μὴ φθάσαντες μεταθώμεθα. Εἰ δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ προμηνύει πάντως τινὰς καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους κολασθήσεσθαι μέλλοντας, διότι προεγίνωσκεν αὐτοὺς ἀμεταβλήτους (3) γενησομένους πονηροὺς, προεῖπε ταῦτα, ἀλλ' οὐχ ὅτι αὐτοὺς ὁ Θεὸς τοιούτους ἐποίησεν. Ὥστε ἐὰν μετανοήσωσι, πάντες βουλόμενοι τυχεῖν τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐλέους δύνανται, καὶ μακαρίους αὐτοὺς ὁ λόγος προλέγει εἰπών· « Μακάριος ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν· » τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς (4) μετανοήσας ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τῶν ἁμαρτημάτων παρὰ τοῦ Θεοῦ λάβῃ ἄφεσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς ὑμεῖς ἀπατᾶτε ἑαυτοὺς καὶ ὑμᾶς, ὑπολαμβάνοντες, ὅτι ἐὰν ἁμαρτήσωμεν, ἐὰν θελήσωμεν μετανοῆσαι, ἐν τῇ ἐξόδῳ ἐσόμεθα τῆς ἁμαρτίας ἐλεύθεροι.

C

141. *Liberum arbitrium in hominibus et angelis.* — Sed ne vobis dicendi locus relinquatur oportuisse ut Christus crucifigeretur, ac in vestro genere essent qui prævaricarentur, neque aliter evenire potuisse; paucis antevertens dixi Deum, cum angelos et homines suæ voluntati parere vellet, liberos ad justitiæ observationem creare voluisse, indita eis ratione qua cognoscerent a quo creati sint, et per quem exsistant, cum antea non essent ; imposita etiam hac lege, ut ab eo judicarentur, si præter rectam rationem facerent. Quamobrem per nos ipsi, homines et angeli, improbitatis arguemur, nisi pœnitentiam occupemus. Quod si verbum Dei prædicit omnino quosdam angelos et homines punitum iri, idcirco hæc prædicit, quod eos citra ullam immutationem improbos futuros prænosceret, nequaquam autem quod eos Deus tales fecerit. Quapropter si pœnitentiam agant, licet omnibus, quicunque voluerint, misericordiam a Deo consequi, eosque beatos Scriptura prædicat his verbis : « Beatus cui non imputaverit Dominus peccatum [64]. » Id autem hanc vim habet ut, peccatorum pœnitentiam agendo, peccatorum a Deo remissionem accipiat,

D

[58] Isa. xxix, 13. [59] Isa. i, 9. [60] Ezech. xiv, 18. [61] Isa. lxvi, 24. [62] Matth. viii, 12. [63] sup. n. 88 et 102. [64] Psal. xxxi, 2

(3) Ἀμεταβλήτους. Sylburgius conjicit legendum ἀμεταβλήτως.

(4) Τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς. « Pro ὡς legi etiam posset ὅς, » inquit Sylburgius. Sed ejus timiditatem sic castigat Thiribius : « Quasi etiam legi posset ὡς. Apage intempestivam verecundiam. Certa res est ; » sed quod erudito viro tam certum et exploratum videtur, id vereor ut nullam in aliis dubitationem inveniat, cum vulgata Scriptura non careat præclaro sensu.

Digitized by Google

nequaquam autem ut vosmetipsos decipitis, et alii quidam vobis hac in re similes, qui dicunt etiamsi peccatores sint, Deum tamen, modo eum cognoscant, non imputaturum illis peccatum. Hujus rei testimonium habemus, unum Davidis lapsum propter ipsius gloriationem ; quod peccatum ei tum demum remissum est, cum sic flevit et lamentatus est, ut Scriptura testatur. Quod si tali viro remissio non ante concessa est, quam pœnitentiam ageret, sed tum demum cum sic flevit, seque ita gessit magnus ille rex et unctus et propheta ; quomodo impuri ac prorsus complorati, nisi lamententur et plangant, spem habere possint non imputaturum eis Dominum peccatum ? Atque alterum etiam illud Davidis in Uriæ conjugem peccatum argumento est, o viri, aiebam, patriarchas non ut mœcharentur plures uxores habuisse, sed dispensationem **232** quamdam et mysteria omnia per eos fuisse peracta. Nam si liceret quam quisque voluerit, et quo voluerit modo et quot voluerit uxores assumere (quale est quod faciunt vestri generis homines, qui in toto orbe terrarum, quocunque venerint aut mittantur, mulieres ducunt nomine matrimonii) ; quanto magis id Davidi facere liceret ? Hæc cum dixissem, amicissime Marce Pompei, finem feci.

A τοὺς, καὶ ἄλλοι τινὲς (5) ὑμῖν ὅμοιοι κατὰ τοῦτο, οἳ λέγουσιν ὅτι, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, Θεὸν δὲ γινώσκουσιν, οὐ μὴ λογίσηται αὐτοῖς Κύριος ἁμαρτίαν. Μαρτύριον δὲ τούτου τὴν μίαν τοῦ Δαβὶδ, διὰ τὴν καύχησιν αὐτοῦ, γενομένην παράπτωσιν ἔχομεν, ἥτις τότε ἀφείθη, ὅτε οὕτως ἔκλαυσε καὶ ἐθρήνησεν, ὡς γέγραπται. Εἰ δὲ τῷ τοιούτῳ ἄφεσις πρὶν μετανοῆσαι οὐκ ἐδόθη, ἀλλ' ὅτε τοιαῦτα ἔκλαυσε καὶ ἔπραξεν ὁ μέγας οὗτος βασιλεὺς καὶ χριστὸς, καὶ προφήτης, πῶς οἱ ἀκάθαρτοι, καὶ πάντα ἀπονενοημένοι, ἐὰν μὴ θρηνήσωσι, καὶ κόψωνται, καὶ μετανοήσωσιν, ἐλπίδα ἔχειν δύνανται, ὅτι οὐ μὴ λογίσηται αὐτοῖς Κύριος ἁμαρτίαν ; Καὶ ἡ μία δὲ αὕτη τῆς παραπτώσεως τοῦ Δαβὶδ πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα πρᾶξις, ὦ ἄνδρες, ἔφην, δείκνυσιν, ὅτι οὐχ ὡς πορνεύοντες πολλὰς ἔσχον γυναῖκας οἱ πατριάρχαι, ἀλλ' οἰκονομία τις καὶ μυστήρια πάντα δι' αὐτῶν ἀπετελεῖτο. Ἐπεὶ, εἰ συνεχωρεῖτο ἣν βούλεταί τις, καὶ ὡς βούλεται, καὶ ὅσας βούλεται λαμβάνειν γυναῖκας, ὁποῖον πράττουσιν οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἄνθρωποι, κατὰ πᾶσαν γῆν, ἔνθα ἂν ἐπιδημήσωσιν ἢ προσπεμφθῶσιν, ἀγόμενοι ὀνόματι γάμου γυναῖκας, πολὺ μᾶλλον ἂν τῷ Δαβὶδ (6) τοῦτο συνεχωρεῖτο πράξειν. Ταῦτα εἰπὼν, ὦ φίλτατε Μάρκε Πομπήϊε, ἐπαυσάμην.

142. *Gratias agunt Judæi et a Justino discedunt.* — Tryphon autem cum aliquandiu sese tenuisset, Vides, inquit, non data opera contigisse ut his de rebus colloqueremur. Equidem me congressu majorem in modum delectatum esse fateor, atque hos eodem ac me animo affectos esse arbitror. Plus enim invenimus, quam exspectabamus, aut quam exspectari unquam possit. Quod si id nobis sæpius facere liceret, majorem sane utilitatem perciperemus, dum ipsas Scripturas expendimus. Sed quia, ut dixisti, in procinctu es, et quotidie navigationem futuram exspectas, ne pigreris nostri, ut amicorum, si discesseris, meminisse.

142. Ἐπὶ ποσὸν δὲ ὁ Τρύφων ἐπισχὼν, Ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεως γέγονεν ἐν τούτοις ἡμᾶς συμβαλεῖν. Καὶ ὅτι ἐξαιρέτως ἥσθην τῇ συνουσίᾳ, ὁμολογῶ· καὶ τούτους δὲ οἶμαι ὁμοίως ἐμοὶ διατεθεῖσθαι. Πλέον γὰρ εὕρομεν ἢ προσεδοκῶμεν, καὶ προσδοκηθῆναί ποτε δυνατὸν ἦν. Εἰ δὲ συνεχέστερον ἦν τοῦτο ποιεῖν ἡμᾶς, μᾶλλον ἂν ὠφεληθεῖμεν, ἐξετάζοντες αὐτοὺς τοὺς λόγους. Ἀλλ' ἐπειδὴ, φημὶ (7), πρὸς τῇ ἀναγωγῇ εἶ, καὶ καθ' ἡμέραν τί λογιεῖσθαι (8) προσδοκᾷς, μὴ ὄκνει ὡς φίλων ἡμῶν μεμνῆσθαι ἐὰν ἀπαλλαγῇς.

Quod ad me spectat, inquam, si remanerem, quotidie idem fieri vellem. Sed cum me soluturum exspectem concedente et adjuvante Deo, adhortor vos ut in hoc maximum pro salute vestra certamen incumbentes, magistris vestris Christum omnipotentis Dei anteponere studeatis. Post hæc ita discessere, ut mihi et a navigatione et ab omni malo salutem precarentur. Ego autem pro eis orans, Nihil majus, aiebam, vobis precari possum, quam ut hac via mentem omni homini dari agnoscentes, ipsi quoque idem omnino ac nos sentiatis Jesum esse Christum Dei.

Ἐμοῦ δὲ χάριν, ἔφην, εἰ ἐπέμενον, καθ' ἡμέραν ἐβουλόμην ταὐτὸ γίνεσθαι. Ἀναχθήσεσθαι δὲ ἤδη προσδοκῶν, ἐπιτρέποντος τοῦ Θεοῦ καὶ συνεργοῦντος, ὑμᾶς προτρέπομαι ἐνστησαμένους ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας μέγιστον τοῦτον ἀγῶνα, τῶν διδασκάλων ὑμῶν σπουδάσαι προτιμῆσαι μᾶλλον τὸν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ Χριστόν. Μεθ' ἃ ἀπῆλθαν λοιπὸν, εὐχόμενοί τέ μοι σωτηρίαν καὶ ἀπὸ τοῦ πλοῦ καὶ ἀπὸ πάσης κακίας. Ἐγώ τε, ὑπὲρ αὐτῶν εὐχόμενος, ἔφην Οὐδὲν ἄλλο μεῖζον ὑμῖν εὔχεσθαι δύναμαι, ὦ ἄνδρες, ἢ ἵνα, ἐπιγνόντες διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ δίδοσθαι παντὶ ἀνθρώπινον νοῦν (9), πάντως καὶ αὐτοὶ ἡμῖν ὅμοια ποιήσητε, τὸ ἡμῶν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

(5) Dubio procul Gnosticæ factionis sectatores perstringit, quos errorem istum turpissimum errasse docet nos Irenæus passim. Vide *Adv. hæres.* 1, 1 et 20, et Feuardentii notas in utrumque locum. BULLUS, *Harm. apost.*, p. 108.

(6) *Ἀν τῷ Δαβίδ.* Ita codex Claromontanus, melius quam editi ἐν τῷ Δαβίδ.

(7) *Φημί.* Legit Thirlbius φησί.

(8) *Τί λογιεῖσθαι.* Idem proponit ναυτιλεῖσθαι. Legendum crediderim πλοῦν γενέσθαι.

(9) *Παντὶ ἀνθρώπινον νοῦν.* Legendum videtur παντὶ ἀνθρώπῳ τὸν νοῦν. Mox vel legendum πιστεύσητε, vel ὅμοιον ποιήσητε supplendo νοῦν. Dicit Justinus initio Dialogi n. 8 : Βουλοίμην δ' ἂν καὶ πάντας ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ Σωτῆρος λόγων. Pro τὸ ἡμῶν lego τὸν Ἰησοῦν.

(Hic in editione D. Prudentii Marani legitur *Epistola ad Diognetum*, quam inter scripta Patrum sæculi primi jam dedimus. EDIT. PATR.)

Digitized by Google

ANALYSIS

ORATIONIS TATIANI ADVERSUS GRÆCOS.

—

233-241 *Demonstrat Tatianus in hac adversus Græcos Oratione præstantiam et antiquitatem Christianæ religionis, non sine salibus et aculeis in adversarios, quorum errores et superstitiones cum Christianæ veritatis luce comparat.*

Ac initio quidem (*n.* 1) *exagitat ethnicos, quod de præclaris artibus et disciplinis tantopere glorientur; cum tamen nec eas invenerint, nec iis, ut par est, utantur, sed rhetoricam ad injustitiam et calumniam, posticam ad morum corruptelam convertant, ac ipsi etiam* (*n.* 2 *et* 3) *philosophorum principes suis quisque vitiis et erroribus insignes sint. Immerito ergo* (*n.* 4) *Christianos tanquam sceleratissimos odio haberi, quod ejusmodi instituta spernant. Cæterum eos regi submissos esse, sed solum Deum metuere : hac una in re non parere, si Deum negare jubeantur.*

Ab his exorsus initiis interiora religionis dogmata apertius exponit, ut illius præstantiam demonstret, ac pluribus edisserit quid de Deo ejusque Verbo, quid de mundi creatione, et corporum resurrectione, quid de hominis lapsu et de lapsus reparandi modis Christiani sentiant; ac tandem hæc instituta comparat cum ethnicorum institutis.

Unum et singularem Deum esse statuit (*n.* 5) ; *ab eo omnia creata per Verbum, quod in eo et cum eo erat, et omnia sustentabat, antequam mundus fieret. Verbum ex eo prodiit ad mundi creationem, ita tamen ut ab eo non divelleretur, sed tantum voluntariam administrationem susciperet.*

Hæc de creatione doctrina confirmat fidem resurrectionis (*n.* 6), *quæ aliquando judicii causa futura est. Ridetur hæc doctrina, sed parvi pendunt Christiani, qui, quemadmodum creati sunt, cum antea non essent, sic quamvis moriantur et videri desinant, revicturos se aliquando confidunt, Deo particulas corporum ex elementis colligente.*

Sed ut immortalitatis consequendæ studia commoveat Tatianus, pluribus disserit quomodo lapsus sit homo, quibusque modis ruinas sarcire possit. Huc autem redit tota illius ratiocinatio (*n.* 7)*: Verbum cœleste creavit hominem immortalitatis suæ imaginem et ante eum angelos. Utrique liberi creati, ut pro meritis remunerari possent. Postquam autem primogenitum angelum seculus homo a divina lege discessit, mortalis factus est potentiore Spiritu eum deserente. Primogenitus autem ille angelus dæmon effectus est, ejusque sectatores dæmonum exercitus. Dæmonum peccati materia homines fuere* (*n.* 8) *A dæmonibus enim tabula positionis siderum hominibus monstrata; a dæmonibus fatum inductum cujus ipsi moderatores sub deorum nominibus feruntur : ab iisdem* (*n.* 9) *animalia in cœlo co locata, transformationes deorum et hominum improborum inductæ consecrationes. At fato non indigent mores Christianorum* (*n* 10), *nec fato homines peccarunt sed libere* (*n.* 11) : *ab ipsis productum est malum, non a Deo; sed qui produxerunt, fugere ac repudiare possunt. Quomodo autem id assequantur sic exponit :*

Duo sunt spirituum genera (*n.* 12) : *alter anima vocatur, alter autem Spiritus sanctus. Non potest anima immortalis fieri, nisi Spiritui sancto conjungatur* (*n.* 13). *Neque enim per se ipsa immortalis est, sed sua sponte nihil aliud est quam tenebræ. Quapropter si degat solitaria, deorsum ad materiam vergit, una cum corpore moriens. Cum divino autem Spiritu copulata, non caret auxilio, sed eo ascendit, quo deducitur a Spiritu. Multo satius* (*n.* 14) *Spiritum ducem sequi quam dæmones, qui etsi nunc non moriuntur ut homines, eo gravius in immortalitate punientur. Danda ergo opera* (*n.* 15), *ut quod amisimus recuperemus, et animam cum Spiritu sancto conjungamus. Nequaquam, ut dæmones, spe veniæ careamus. Sed victi, rursus vincere possumus.*

Si vincere volumus, cavendum ne nobis illudant dæmones, dum potentiam suam ostentant, vel mali aliquid infligendo (*n.* 16), *quod quidem virtute Spiritus cœlestis facile repellemus; vel sanitatem per occultas dissensiones* (*n.* 17), *vel per mortuorum reliquias promittendo, vel rebus non vetitis alias prohibitas adjungendo* (*n.* 18) *: non enim sanant, sed hominibus illudunt. Pravæ cupiditates* (*n.* 19) **242** *quæ in ipsis etiam philosophis dominantur, fidem conciliant his dæmonum opinatis curationibus, et prædictionibus. Etiamsi materia adhibita curemur* (*n.* 20), *gratiæ ob eam rem Deo agendæ, ac danda opera ut spreta materia alas illas Spiritus recuperemus, quibus amissis angeli e cœlo detrusi, homines e terra longe hoc rerum ornatu præstantiore ac geographis prorsus ignota.*

Comparat Tatianus (*n.* 21) *cum institutis nostris ethnicorum nugas; ac Christianos, dum Deum in hominis forma natum prædicant, minime desipere declarat, sed ipsos Græcos, dum ejusmodi deos colunt, qui aut improbi et mortales sunt, aut, si ad naturam trahantur, ad nihilum deciduni. Tum salsissime exagitat* (*n.* 22) *mimos, athletas* (*n.* 23), *gladiatores, et alia spectacula* (*n.* 24).

Nec ejus sales effugiunt philosophi (*n.* 25), *quorum cultum et habitum, jactantiam et dissensiones acutis naribus suspendit : ac quærit cur discordes concordibus Christianis ac multo præstantiora docentibus bellum indicant; cur Thyesteæ cœnæ Christianis affingantur, cum ejusmodi facinora deorum exemplis comprobata sint. Ridet etiam* (*n.* 26) *inanem Græcorum in quæstionibus inutilibus laborem et absurda grammaticæ et atticæ pronuntiationis studia. Quo tenaciores ejusmodi institutorum Græci, eo magis vituperandi* (*n.* 27), *dum multo præstantiora Christianis crimini vertunt. Frustra mors Christianis intentatur, ut suam religionem mentiantur, aut nugas Græcorum probent. Ne ipsæ quidem Græcorum leges probari possint* (*n.* 28), *quæ mirum in modum variæ sunt, cum eædem ubique esse deberent. Addit Tatianus* (*n.* 29) *sese, cum hæc perspexisset, ac in libros quosdam barbarorum incidisset, omnibus veritatis notis, quibus hi libri signati sunt, captum et perculsum Christianæ religioni nomen dedisse, nec jam dæmoni* (*n.* 30), *qui vel minimis momentis corroboratur, nobisque ope occulti thesauri insidiatur, ansam ullam velle relinquere.*

In altera parte Christianam philosophiam longe antiquiorem esse Græcorum institutis demonstrat, adductis in exemplum Moyse et Homero (*n.* 31). *De Homeri ætate summa varietas sententiarum, aliis octoginta annis post bellum Trojanum, aliis quadringentis aut etiam quingentis vixisse asserentibus. Argumento est hæc dissensio Græcorum historias recto talo non stare. Apud Christianos autem, ut nullum gloriolæ aucupium, ita nulla dissensio : ab eorum doctrina nulla ætas aut conditio excluditur. Rident ethnici mulierculas et virgines Christianæ disciplinæ addictas, sed prorsus immerito ; cum ipsi meretricum discipuli sint* (32), *ac meretricibus ac improbis hominibus statuas posuerint* (*n.* 33), *quas vidisse se testatur Tatianus* (*n.* 34), *cum et magnam orbis partem peragrasset, et Romæ, quam in urbem allatæ fuerunt, versatus esset. Redit ad Moysem et Homerum, ac primum longe antiquiorem esse demonstrat* (*n.* 35) *ex Chaldæis et Phœnicibus scriptoribus* (36) *qui de Moyse locuti sunt, et ex Ægyptiis* (37), *qui illum collocant sub Inacho* (38), *id est annis ante Iliaca* 400, *ut patet ex serie regum Argivorum* (39). *Credendum ergo Moysi potius quam Græcis* (*n.* 40). *Imo alios Homero antiquiores superat Moyses* (*n.* 41) *: ac iis, qui existimati sunt sapientes, longe antiquior est.*

Tandem perorans (*n.* 42) *declarat se in Assyriorum regione natum esse, ac primo institutis Græcorum imbutum fuisse, deinde Christiana doctrina, cui se ita profiletur adhærescere, ut eam abnegare nefas esse judicet.*

—

Digitized by Google

ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ (1)

TATIANI ORATIO ADVERSUS GRÆCOS.

243 1. *Artium inventionem frustra sibi arrogant Græci.*—Ne infensum omnino in barbaros animum, o Græci, gerite, nec eorum invidete placitis. Quod enim apud vos institutum non a barbaris originem accepit? Nam Telmessensium spectatissimi divinandi ex somniis artem invenerunt; prænoscendi ex astris Cares; Phryges et Isaurorum antiquissimi auspicia; haruspicinam Cyprii; astronomiam Babylonii, magiam Persæ, geometriam Ægyptii, litterarum elementa Phœnices. Quapropter desinite inventa dicere quæ imitatione expressa sunt. Poesim enim excolere et cantare docuit vos Orpheus; idem et initiari; plasticen Tuscani; historias adornare commentarii temporum apud Ægyptios. Marsyæ autem et Olympi tibiarum modulationem ascivistis. Ambo Phryges, ambo homines agrestes, fistulæ concen-

A 1. Μὴ πάνυ φιλέχθρως διατίθεσθε πρὸς τοὺς βαρβάρους, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μηδὲ φθονήσητε τοῖς τούτων δόγμασι. Ποῖον γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ βαρβάρων ἐκτήσατο; Τελμισσέων (2) μὲν γὰρ οἱ δοκιμώτατοι τὴν δι' ὀνείρων ἐξεῦρον μαντικήν· Κᾶρες τὴν διὰ τῶν ἄστρων πρόγνωσιν· πτήσεις ὀρνίθων Φρύγες καὶ Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι, Κύπριοι θυτικὴν (3), ἀστρονομεῖν (4) Βαβυλώνιοι, μαγεύειν Πέρσαι, γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι, τὴν διὰ γραμμάτων παιδείαν Φοίνικες. Ὅθεν παύσασθε τὰς μιμήσεις εὑρέσεις ἀποκαλοῦντες. Ποίησιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ᾄδειν Ὀρφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μυεῖσθαι· Τουσκανοὶ πλάττειν, ἱστορίας συντάττειν αἱ παρ' Αἰγυπτίοις τῶν χρόνων ἀναγραφαί. Μαρσύου δὲ καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν

B ἀπηνέγκασθε· Φρύγες (5) δὲ οἱ ἀμφότεροι τὴν διὰ

(1) *Πρὸς Ἕλληνας.* Additur in editis : Ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων, οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται, Ἑλληνικόν· ἀλλ' ἐκ βαρβάρων τὴν εὕρεσιν ἐσχηκός. *Quod nullum ex institutis, quibus Græci gloriantur, Græcum est, sed a barbaris inventum.* Sed hæc pro titulo apponi non debent; non enim argumentum hujus orationis comprehendunt, ac instar scholii habentur in Regio primo. Legitur initio μὴ πάντως in Reg. 2.

(2) *Τελμισσέων.* Uterque Regius cod. Τελμισέων. Sic etiam Clemens *Strom.* I, p. 307. At Eusebius *Præp.* lib. X, c. 5, et Gregorius Naz. or. 3, p. 101, habent ut editi nostri.

(3) *Κύπριοι θυτικήν.* Hinc forte Cyprii Jovem ἐλαπιναστὴν καὶ σπλαγχνοτόμον *convivatorem et viscerum sectorem* colebant, teste Eustathio p. 1413. Ex hoc autem Tatiani loco non pauca Clemens Alexandrinus in primum *Stromatum* librum, p. 307, et Gregorius Naz. in tertiam orationem, p. 100, transtulerunt. Illam θυτικὴν videtur Gregorius non haruspicinam, sed victimarum immolationem intelligere. Ait enim : Τὸ θύειν δὲ οὐ παρὰ Χαλδαίων εἶτ' οὖν Κυπρίων; *Sacrificare autem nonne a Chaldæis, sive a Cypriis?* Sed leve est hoc discrimen; sive enim sacrificia, in quibus exta inspiciuntur, sive ipsa inspiciendorum ars extorum tribuatur Cypriis, perinde est. At illud mirum est, quod Gregorius Chaldæos hic obtrudat. Hi enim secernuntur ab haruspicibus, ut patet ex his Plutarchi verbis in *Mario*, p. 430 : Ὀκτάδιον δὲ Χαλδαῖοι καὶ θύται τινες καὶ σιβυλλισταὶ πείσαντες ἐν Ῥώμῃ κατ-

C *έσχον. Octavium autem Chaldæi et haruspices quidam et Sibyllistæ Romæ detinuerunt.* Chaldæis præcipue astrologia tribuitur; hinc ibidem Plutarchus tabulam Chaldaicam in sinu Octavii interempti repertam fuisse narrat. Clemens nec Cypriis, nec Chaldæis inventæ haruspicinæ dedecus adjudicat; sed, ut alii fere omnes scriptores, Hetruscis, qui hujus disciplinæ Tagetem monstratorem ferebantur habuisse. Hinc Tagetici libri apud Ammianum lib. XVII. Ex quo emendari potest quod legitur in epistola inter Augustinianas 234, *De præceptis Orphicis, Ageticis et Trismegisticis.* Legendum Tageticis.

(4) *Ἀστρονομεῖν.* Deest in utroque codice Regio et Anglicano. Sed necessarium est illud verbum ad sententiæ seriem, atque ita legerunt Clemens et Gregorius, qui Babylonios astronomiæ inventores fuisse dicunt. Iisdem astronomiam attribuit Clemens in alio opere, nempe *Protrept.*, p. 48. Theodoretus, lib. I *adv. Græc.* astronomiam ascribit Ægyptiis, ἀστρολογίαν et γενεθλιαλογίαν Chaldæis, pag. 467.

(5) *Φρύγες.* Frustra Gesnerus et Worthius ad majorem et minorem Phrygiam confugiunt, ut Tatianum explicent. Loquitur de Marsya et Olympo, ambobus Phrygibus et agrestibus. Clemens Alexandrinus *Strom.* I, pag. 306: Τυρρηνοὶ σάλπιγγα ἐπενόησαν, καὶ Φρύγες αὐλόν. Φρύγες γὰρ ἦστην Ὄλυμπός τε καὶ Μαρσύας. *Tyrrheni tubam, Phryges tibiam excogitavere. Phryges enim erant Olympus et Marsyas.*

Digitized by Google

σύριγγος ἁρμονίαν ἄγροικοι συνεστήσαντο· Τυρρηνοὶ σάλπιγγα· χαλκεύειν Κύκλωπες, καὶ ἐπιστολὰς συντάσσειν ἡ Περσῶν ποτε ἡγησαμένη γυνὴ (καθάπερ φησὶν Ἑλλάνικος)· Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν. Καταβάλλετε τοιγαροῦν τοῦτον τὸν τῦφον, μηδὲ προβάλλεσθε ῥημάτων εὐπρέπειαν, οἵτινες ὑφ' ὑμῶν (6) αὐτῶν ἐπαινούμενοι, συνηγόρους τοὺς οἴκοι κέκτησθε. Χρὴ δὲ τὸν νοῦν ἔχοντα τὴν ἀφ' ἑτέρων περιμένειν μαρτυρίαν, συνᾴδειν τε (7) καὶ ἐν τῇ τοῦ λόγου προφορᾷ. Νῦν δὲ μόνοις ὑμῖν ἀποβέβηκε, μηδὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὁμοφωνεῖν. Δωριέων μὲν γὰρ οὐχ ἡ αὐτὴ λέξις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς· Αἰολεῖς τε οὐχ ὁμοίως τοῖς Ἴωσι φθέγγονται. Στάσεως δὲ οὕσης τοσαύτης παρ' οἷς οὐκ ἐχρῆν, ἀπορῶ τίνα με δεῖ καλεῖν Ἕλληνα. Καὶ γὰρ τὸ πάντων (8) ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἑρμηνείας τετιμήκατε, βαρβαρικαῖς τε φωναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι, συμφύρδην (9) ὑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. Τούτου χάριν ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ, κἂν εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν Κωμικόν·

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ (10) *καὶ στωμύλματα,*
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ, τέχνης
Λαρυγγιῶσί τε οἱ ταύτης ἐφιέμενοι,
Καὶ κοράκων ἀφίενται (11) *φωνήν.*

Ῥητορικὴν μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστήσασθε, μισθοῦ πιπράσκοντες τῶν λόγων ὑμῶν τὸ αὐτεξούσιον· καὶ πολλάκις τὸ νῦν δίκαιον, αὖθις οὐκ ἀγαθὸν παριστῶντες· ποιητικὴν δὲ, μάχας ἵνα συντάσσητε, καὶ θεῶν ἔρωτας καὶ ψυχῆς διαφθοράν.

2. Τί γὰρ σεμνὸν (12) φιλοσοφοῦντες ἐξηνέγκατε; τίς δὲ τῶν πάνυ σπουδαίων ἀλαζονείας ἔξω καθέστηκεν; Διογένης, πιθάκνης καυχήματι τὴν αὐτάρ-

A tum invenerunt; tubam Tyrrheni, fabricam æreariam Cyclopes, epistolas scribere mulier, Persarum, ut ait Hellanicus, olim regina, cui nomen erat Atossæ. Deponite igitur hunc fastum, nec verborum elegantiam ostentate; qui dum vosmetipsos laudatis, domesticos adhibetis patronos. Oportet autem ut qui hanc laudem sibi arrogant, ii, si sapiant, aliorum testimonium exspectent, ac in ipsa sermonis pronuntiatione inter se consentiant. Nunc autem vobis solis contigit **244** ne in colloquiis quidem similes sonos edere. Neque enim Doricorum eadem dictio est ac Atticorum; nec Æoles similiter ut Iones loquuntur. Cum ergo tantum sit inter eos dissidium, inter quos minime oportebat, statuere non possum, quem a me Græcum oporteat
B appellari. Nam quod omnium absurdissimum est, dictiones, quæ vobis affines non sunt, in pretio habetis, et barbaris interdum vocibus abutentes, sartaginem loquendi linguam vestram effecistis. Quamobrem sapientiæ vestræ valediximus, quamvis in hoc genere præclarus omnino et spectatus aliquis essem. Nam, ut ait Comicus:

Infructuosi hæc sunt pampini et loquacitas,
Musæa hirundinum: inferunt damnum haud leve
Et turpe clamant hujus artis aucupes
Corvique ructantur sonos.

Rhetoricam enim ad injustitiam et calumniam instituistis, pretio addicentes sermonum vestrorum libertatem, et sæpe id quod nunc justum, alias haud
C bonum asserentes. Poeticam vero, ut pugnas describeretis, et deorum amores et animæ corruptelam.

2. *Philosophorum vitia et errores.*— Quid enim egregii philosophando protulistis, aut quis ex iis, qui præstantissimi fuerunt, extra arrogantiam con-

(6) Ὑφ' ὑμῶν. Sic codex Anglicanus et Fronto Ducæus in Bibliotheca Patrum, melius quam alii codices mss. et editi ὑφ' ἡμῶν. Mox codex Joannis Frisii, qui primus Tatianum Græce edidit, ad marginem habebat κέχρησθε pro κέκτησθε.

(7) Συνᾴδειν τε. Frustra Tatiani interpretes addendum putant, τοὺς μάρτυρας; unde Gesnerus sic vertit: *et testes ipsos inter se consentire.* Non testium in dicendo testimonio, sed loquentium in sermonis pronuntiatione consensum requirit Tatianus. Hunc enim consensum opponit variis pronuntiandi modis inter Græcos vigentibus. Quamobrem
D negat eos jure sermonis elegantiam sibi vindicare; primo quidem quia aliorum exspectandum esset testimonium, deinde vero, quia eadem pronuntiandi ratio inter Græcos adhibenda esset; aliis enim aliter pronuntiantibus jam statui non posse quinam sint Græci.

(8) Τὸ πάντων. Ita editiones Paris. ex conjectura Gesneri. Legitur τὸ πᾶν in Tigur. et tribus mss. His autem verbis insignis quædam et absurda inconstantia notatur. Quare monuit me vir peracutus et eruditus D. D. de Monsoury, abbas Orbacensis, legendum esse ἠτιμήκατε. *Dictiones vobis non affines spernitis* et *barbaris interdum vocibus utenies*, etc. Quæ quidem legendi ratio non videtur vituperari posse. Sed tamen necessariam illam esse non puto, quia jam satis Tatianus exprobravit Græcis contemptum barbarorum, ut ea res legentium menti hæreat, ac Græcos absurdissime facere intelligant, qui non solum inter se variis dialectis discrepant, sed etiam a barbaris, quos spernunt, vocabula mutuantur. Illud ergo absurdissimum videtur Tatiano, quod non solum se a suis dirimant Græci, sed etiam cum barbaris conjungant.

(9) Συμφύρδην. Sic uterque codex Reg. cum Anglicano et editionibus Tigur. et Front. Duc. Aliæ editiones συμφέρδην. Hanc autem vocem aptius vertere non potui, quam imitando illud Persii, sat. 1:

. . . Unde hæc sartago loquendi
Venerit in linguas.

Melius συμφυρτήν. Mox editi παρ' ἡμῖν. Reg. 2, Angl. et Ducæus ut in textu. Ibidem recentior codex Reg. et Anglic. cum edit. Tigur. et Front. ἦν ἐν αὐτῇ. Deerat ἦν in aliis.

(10) Ἐπιφυλλίδες. Duo primi versus desumpti sunt ex *Ranis* Aristophanis, act. 1, scen. 2, v. 55; sequentia unde hausta sint nescio. Tatiani orationem esse, non versus, existimat eruditus editor Oxoniensis. Quod autem de absurdis poetis dicit Aristophanes, eos esse infructuosos panipinos, etc., id Tatianus de ipsa Græcorum dicendi arte usurpat, ita ut hæc esse debeat illius verborum constructio: Λωβηταί εἰσι, λαρυγγιῶσί τε αἱ τέχνης ταύτης ἐφιέμενοι. — Vere editor Oxon. Ed. Patr.

(11) Ἀφίενται. Uterque Reg. et Angl. ἐφίενται.

(12) Τί γὰρ σεμνόν. Reg. secundus, τί γὰρ σοφόν.

Digitized by Google

stitutus fuit? Diogenes, qui dolii ostentatione de frugalitate gloriabatur, cum polypum crudum vorasset, morbo intestinorum correptus propter intemperantiam periit. Aristippus in veste purpurea ambulans gratuito nepos erat. Dum Plato philosophatur, a Dionysio propter gulam venditus est. Aristoteles, qui fines providentiæ imperite posuit, et felicitatem iis rebus, quibus delectabatur, admodum **245** inscite circumscripsit, Alexandro assentabatur, adolescentem illum esse oblitus. Qui quidem amicum suum prorsus Aristotelice, quod adorare se nollet, instar ursi aut pardi inclusum circumferebat. Omnino igitur parebat magistri decretis fortitudinem in conviviis et virtutem demonstrans, et amicum in primis charum hastili transfigens, ac postea plorans, seque per causam doloris inedia, ne in odium suorum incurreret, macerans. Rideo equidem illius etiamnum opinionum sectatores, qui cum sublunaria negent providentia regi, ipsi viciniores terræ quam luna, ejusque orbe inferiores, rebus a providentia desertis provident.

A κειαν σεμνυνόμενος, πολύποδος ὠμοβορίᾳ (13), πάθει συσχεθεὶς ἰλεῷ διὰ τὴν ἀκρασίαν ἀποτέθνηκεν. Ἀρίστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο (14). Πλάτων φιλοσοφῶν, ὑπὸ Διονυσίου διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο (15). Καὶ Ἀριστοτέλης, ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας λίαν ἀπαιδεύτως, Ἀλέξανδρόν τε μεμνημένος (16) μειράκιον ἐκολάκευεν· ὅστις Ἀριστοτελικῶς πάνυ τὸν ἑαυτοῦ φίλον, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν προσκυνεῖν καθείρξας, ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν, περιέφερε. Πάνυ γοῦν ἐπείθετο τοῖς τοῦ διδασκάλου δόγμασι, τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἀρετὴν συμποσίοις ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὸν οἰκεῖον καὶ πάνυ φίλτατον διαπείρων τῷ δόρατι, καὶ πάλιν κλαίων καὶ ἀποκαρτερῶν προφάσει λύπης, ἵνα ὑπὸ B τῶν οἰκείων μὴ μισηθῇ. Γελάσαιμι δ' ἂν καὶ τοὺς μέχρι νῦν τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ καταχρωμένους, οἳ, τὰ μετὰ σελήνην ἀπρονόητα λέγοντες εἶναι, προσγειότεροι παρὰ τὴν σελήνην ὑπάρχοντες, καὶ κατώτεροι τοῦ ταύτης δρόμου, προνοοῦσι τῶν ἀπρονοήτων. Παρ' οἷς δὲ οὐκ ἔστι κάλλος, οὐ πλοῦτος, οὐ ῥώμη σώματος,

(13) *Πολύποδος ὠμοβορίᾳ. De morte Diogenis*, inquit Laertius lib. VI, *varia feruntur. Alii eum cum polypodem crudum comedisset, bili accensa correptum interiisse; alii cum animam continuisset.* Ad hanc postremam opinionem accedit quod ait Hieronymus lib. II *in Jovin.*: Eum *eliso per noctem gutture* interiisse, cum *non tam mori se* diceret, *quam febrem morte excludere.* Julianus factum Diogenis pluribus defendit in quinta oratione, eumque ob voratum polypodem crudum immerito exagitari contendit. Videtur Gregorius Nazianzenus ad hanc C historiam respicere, cum Diogeni ὀψοφαγίαν, sive obsoniorum aviditatem exprobrat orat. 23, p. 414. Eum inter celebres ὀψοφάγους sive obsonii voratores recenset Athenæus lib. VIII, cap. 5, ob hunc polypodem voratum.

(14) *Ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο.* Videtur Tertullianus hæc Tatiani verba interpretari voluisse cum diceret *Apolog.* c. 46 : *Aristippus in purpura sub magna gravitatis specie nepotatur.* Sed valde dubito an Tatiani mentem assecutus sit. Neque enim Aristippus tristis quidam libidinosus fuit ; nec gravitatem inter voluptates, sed jocum potius et lusum adhibebat, ut ex multis ejus dicteriis apud antiquos memoratis perspicitur. Vid. Clementem Alex. *Pædag.* p. 177 et 179. Refert Lactantius l. III *Institut.*, c. 14, illud Aristippi dictum, ad quod respexisse Tatianum existimo : *Illud inter me*, aiebat Aristippus, *et nepotes interest, quod isti percharo, ego gratis voluptates consequar.* Videtur ἀξιοπίστως idem valere apud Tatianum ac gratis apud Lactantium. Significat enim Aristippum, cum voluptatibus se daret, coactum non fuisse pecuniam statim numerare, sed idem ei honoris habitum fuisse ac divitibus, quibus facile creditur, quia bonum nomen existimari solent. Illud enim ἀξιοπίστως in hanc sententiam Tatianus accipere solet. Opponit n. 13 ἀξιοπιστίαν paupertatis et indigentiæ opinioni ; et n. 11 divitibus ἀξιοπιστίαν attribuit ; quia videlicet bona nomina existimantur, nec numerata pecunia, si quid emere velint, aut pignora, si pecuniam mutuentur, exigi ab illis soleant. Jocatur ergo in Aristippum Tatianus, eumque libidines gratuito satiasse indicat, cum illum ἀξιοπίστως luxuriatum, id est pretii statim solvendi lege, veluti bonum aliquod nomen, immunem fuisse dicit.

(15) *Διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο.* Platonis famæ nocuerunt Siculæ dapes. Hinc eum Xenophon non obscure vellicat in quadam ad Æschinem epistola. Tertullianus loco supra citato : *Plato*, inquit, *a Dionysio ventris gratia venditatur.* Carpit etiam Gregorius Nazianzenus orat. 3 : *Siculam Platonis voracitatem, ob quam etiam ipse venditur, ac ne ab ullo quidem discipulorum, imo nec ab homine Græco redimitur.* Ter profectus est in Siciliam Plato, semel quidem sub Dionysio seniore, bis sub juniore, ut Plutarchus in Dionis Vita, Diogenes Laertius lib. III, Aristides apud Photium testantur. Utrique tyranno in offensam venit : senior eum Pollidi Lacedæmonio tradidit, a quo venditus est Æginæ ; sub juniore in periculum adductus est, ut Dionis ad liberandam insulam hortator. Probabilius hæc postrema molestia in amorem Siculæ mensæ rejiceretur ; nam Dionysii junioris invitatu in Siciliam venit, nec ingustatis aulæ deliciis abiit. Sed aliud illud periculum, quod Pollidi traditus subiit, in eamdem causam conferri non potest. Nam eo consilio sub tyranno seniore in Siciliam navigavit Plato, ut insulam viseret, nec se in tyranni familiaritatem insinuavit : sed ad ejus colloquium opera Dionis admissus, sic illius animum dicendi libertate commovit, ut statim de illo necando aut saltem vendendo mandata Pollidi data sint, ut narrat Plutarchus in Vita Dionis. Erravit ergo temporibus Tatianus. Multo minus consentit cum Plutarcho S. Cyrillus, qui in libro II *adv. Jul.*, p. 50, ait D de Platone : Οὐ γὰρ ἀρεσθέντα ταῖς παρ' αὐτοῦ θωπείαις τὸν Διονύσιον ἀποδόσθαι φασὶν αὐτόν. *Venditus enim fertur a Dionysio illius assentationibus offenso.*

(16) *Ἀλέξανδρόν τε μεμνημένος.* Legitur ad marginem in cod. Reg. 2 : Ἀλεξάνδρῳ τετιμημένος. Vox illa μεμνημένος deest in codice Anglicano, Cotelerius tom. III *Monum. Eccl. Græc.*, p. 657, legendum censet μεμνημένον μειράκιον, *adolescenti furioso assentabatur.* At multo aptior emendatio, si legamus, μὴ μεμνημένος, *adolescentem esse oblitus.* Facile potuit excidere illud μή ob similitudinem syllabæ sequentis. Nullus dubito sic legisse Tertullianum : sic enim reddit hunc locum Tatiani : *Aristoteles*, inquit *Apolog.* p. 46, *tam turpiter Alexandro, regendo potius, adulatur.* Nemo non videt quam apte respondeat illud Tertulliani, *regendo potius*, his Tatiani verbis μὴ μεμνημένος μειράκιον, *adolescentem esse oblitus.*

Digitized by Google

οὐκ εὐγένεια, παρὰ τούτοις οὐκ ἔστι παρὰ τὸν Ἀριστοτέλην (17) τὸ εὔδαιμον. Καὶ οἱ τοιοῦτοι (18) φιλοσοφείτωσαν.

3. Τὸν γὰρ Ἡράκλειτον οὐκ ἂν ἀποδεξαίμην, *Ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην* (19), εἰπόντα, διὰ τὸ αὐτοδίδακτον εἶναι καὶ ὑπερήφανον. Οὔτ' ἂν ἐπαινέσαιμι κατακρύψαντα τὴν ποίησιν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ναῷ, μυστηριωδῶς ὅπως ὕστερον ἡ ταύτης ἔκδοσις γένηται (20). Καὶ γὰρ οἷς μέλον ἐστὶ περὶ τούτων, φασὶν, Εὐριπίδην τὸν τραγῳδοποιὸν κατιόντα, καὶ ἀναγινώσκοντα, διὰ μνήμης κατ' ὀλίγον τὸ Ἡρακλείτου σκότος (21) σπουδαίως παραδεδωκέναι. Τούτου μὲν οὖν τὴν ἀμαθίαν ὁ θάνατος διήλεγξεν. Ὑδρωπι γὰρ συσχεθεὶς, καὶ τὴν ἰατρικὴν ὡς φιλοσοφίαν (22) ἐπιτηδεύσας, βολβίτοις τε περιπλάσας ἑαυτὸν, τῆς κόπρου κρατυνθείσης, συνολκάς τε τοῦ παντὸς ἀπεργασαμένης σώματος, σπασθεὶς (23) ἐτελεύτησε. Τὸν γὰρ Ζήνωνα διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, λέγω δὲ Ἄνυτον καὶ Μέλιτον (24) ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βούσιριν δὲ ἐπὶ τῷ ξενοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλέα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν παραιτητέον· ὅστις ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ (25) πλείονας τοὺς μοχθηροὺς τῶν δικαίων εἰσηγεῖται, Σωκράτους ἑνὸς καὶ Ἡρακλέους, καὶ τινῶν ἄλλων (26) τοιούτων γεγονότων ὀλίγων, καὶ οὐ πολλῶν. Οἱ γὰρ κακοὶ πάνυ πλείους εὑρεθή-

A Quibus autem non adest pulchritudo, non divitiæ, non robur corporis, non nobilitas, ab iis abest secundum Aristotelem felicitas. Ac tales quidem homines philosophentur.

3. *Philosophos vellicare pergit.*— Heraclitum enim minime probaverim, qui cum esset a seipso doctus et arrogans, dicebat : *Ego ipse me investigavi.* Nec laudaverim quod carmen in templo Dianæ occultaverit, ut postea instar mysterii ederetur. Nam quibus ista curæ sunt, ii Euripidem tragicum dicunt, cum eo ventitaret et legeret, memoriæ paulatim Heracliti tenebras diligenter tradidisse. Hujus autem imperitiam mors redarguit. Aqua enim intercute correptus, cum medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasset, seque stercoribus boum B circumlevisset, fimo indurato ac totum corpus convellente dilaceratus interiit. Neque etiam audiendus Zeno, qui per conflagrationem pronuntiat eosdem rursus homines ad eadem resurgere, id est, Anytum et Melitum ad accusandum, Busirim ad hospites necandos, Herculem ad repetendos certaminum labores. Qui quidem in hac conflagrationis ratione plures inducit improbos quam justos, cum unus tantum Socrates fuerit, unus Hercules, et alii ejusmodi non multi exstiterint, sed pauci. Mali enim omnino plures inveniuntur, **246** quam boni. Deus quoque malorum secundum illum auctor esse de-

(17) *Παρὰ τὸν Ἀριστοτέλην.* Ita Regii codices cum Anglicano et editione Tigurina. Aliæ κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην.

(18) *Τοιοῦτοι.* Addit μέν ad marginem Reg. 2, et mox pro τὸν γάρ habet in margine τὸν δέ.

(19) *Ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην.* Legendum crediderim, ἐδιζησάμην; tum quia insulsa prorsus esset et Tatiani salibus indigna hæc ταὐτολογία : *Heraclitum non probaverim dicentem, Ego meipsum docui, quia a seipso doctus erat et superbus;* tum quia memorabile est inprimis illud Heracliti dictum, quod refertur a Juliano, orat. 6 : Ἐδιζησάμην ἐμαυτόν, *Ego meipsum investigavi.* Confirmant emendationem nostram hæc Laertii de Heraclito verba, lib. IX : Ἤκουσέ τε οὐδενὸς, ἀλλ' αὐτὸν ἔφη διζήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ. *Neminem audivit, sed se investigasse seipsum dicebat, et a seipso omnia didicisse.*

(20) *Γένηται.* Sic legitur hic locus in margine Regii secundi : Γένηται. Καὶ γὰρ ἔτεσι τριάκοντα περὶ τούτων.

(21) *Τὸ Ἡρακλείτου σκότος.* Editio Tigurina τὸ Ἡρακλείτειον σκότος. Reg. I et Angl. Ἡράκλειτον. Nemo nescit Heraclitum apud antiquos σκοτεινόν appellatum fuisse. Tenebrosum appellat Tertullianus lib. *De anima.* Unus ex legatis Philippi Macedonum regis ad Annibalem Heraclitus scotinus vocabatur, nomen et cognomen Heracliti Ephesii referens. Emendandus Cyrillus Alexandrinus in lib. I *adv. Jul.*, pag. 13, ubi legitur septuagesima Olympiade floruisse Democritum et Anaxagoram philosophos physicos simul et Heraclidem cognomine Σκοτεινόν. Nemo non videt legendum esse Heraclitum. Lepide jocatur in has Heracliti tenebras Plato, cum ait lib. VI *De rep.*, p. 498, studium philosophiæ in plerisque citius exstingui quam solem Heracliti, quia videlicet clare interdum et splendide disserebat Heraclitus, ut testatur Laertius, sed cito tenebris suis immergebatur.

(22) *Ἰατρικὴν ὡς φιλοσοφίαν.* Medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasse dicitur Heraclitus, quia ab illis tenebris, quibus philosophiam demerserat, ne hydropicus quidem factus in consulendis medicis discedere voluit. Nam, ut ait Laertius : Τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι. *Quærebat a medicis per ænigma, an ex imbre siccitatem possent efficere.*

(23) *Σπασθεὶς.* Existimavit auctor editionis Oxoniensis sic interpretandum esse : *Dilaceratus a canibus, interiit.* At nequaquam Tatianus dilaceratum a canibus Heraclitum dicit, sed ab illo bovis stercore, quod totum corpus convellebat et dilacerabat. Sic etiam apud Tertullianum Heraclitus *se bubulo stercore oblitum exussisse dicitur.* Idem testatur Hermippus apud Laertium lib. IX, nempe Heraclitum, cum pueris jussisset ut se bovis stercore oblinerent, κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι, καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ, *obriguisse ac postridie interiisse ac sepultum fuisse in foro.* Fucum fecit erudito Anglo quod ait ibidem Neanthes Cyzicenus, Heraclitum μὴ δυνηθέντα αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλιτα μεῖναι, καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα, κυνόβρωτον γενέσθαι, *cum non potuisset stercus avellere, ibidem mansisse, et cum ob immutationem agnitus non fuisset, canibus escam fuisse.* Sed hoc Neanthis testimonium pugnat illud quidem cum Hermippo de Heracliti sepultura, nequaquam autem de mortis genere; si quidem uterque Heraclitum bovis stercore oblitum periisse memorat; verum alter postridie sepultum dicit, alter a canibus voratum propterea quod ab hominibus agnitus non fuisset.

(24) *Μέλιτον.* Reg. 2, Μέλητον.

(25) *Ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ.* Nullus hic liber Zenonis de conflagratione aut de universo citatur; sed quod ex illius de conflagratione sententia consequebatur, id refellit Tatianus.

(26) *Ἀλλων.* Deest in Reg. secundo. Mox lego πάνυ πλείους ut in Reg. 1, et Angl. Reg. 2, ad marg. πολὺ πλείους. Editi πάλιν πλείους. Doctus abbas in superiore pagina laudatus existimat Heraclitum hic pro Hercule reponendum, ut apud Justinum *Apol.* I, n. 46.

Digitized by Google

prehendetur, et in cloacis et vermibus et nefanda patrantibus versari. Empedoclis autem arrogantiam ignis in Sicilia eruptiones coarguerunt, quia cum Deus non esset, parum abfuit quin se Deum esse mentiretur. Rideo etiam Pherecydis aniles fabulas, et ejus decretorum Pythagoram hæredem, et Platonem, etiamsi id negent nonnulli, imitatorem. Quis autem caninas Cratetis nuptias testimonio suo comprobaverit, ac non potius rejecta ejus similium arroganti linguæ insania, ad id quod vere bonum est inquirendum sese convertat? Quare non vos abripiant philosophorum, qui philosophi non sunt, solemnes conventus; qui secum ipsi pugnant, et ut quæque res in mentem venerit, ita eam quisque effutiunt. Multæ autem etiam apud eos offensiones; odit enim alter alterum; æmulis inter se opinionibus certant, præstantiora loca ob arrogantiam eligunt. Oportebat autem, ut nec imperia anticipatis officiis colerent, nec principibus assentarentur, sed exspectarent, dum magni ad eos veniant.

4. *Merito hæc spernunt Christiani ac solum Deum colunt.* — Quid est igitur, o Græci, cur tanquam in

A σονται τῶν ἀγαθῶν. Καὶ ὁ Θεὸς κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν ποιητής, ἐν ἁμάραις τε καὶ σκώληξι, καὶ ἀῤῥητουργοῖς καταγινόμενος. Ἐμπεδοκλέους γὰρ τὸ ἀλαζονικὸν αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τοῦ πυρὸς ἀναφυσήσεις ἀπέδειξαν· ὅτι μὴ Θεὸς ὢν τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν (27) εἶναι κατεψεύδετο. Γελῶ καὶ τὴν Φερεκύδους γραολογίαν (28), καὶ τοῦ Πυθαγόρου τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν, καὶ τὴν τοῦ Πλάτωνος, κἂν τινες μὴ θέλωσι, περὶ τούτου μίμησιν. Τίς γὰρ ἂν ἐπιμαρτυρήσαι τῇ Κράτητος κοινογαμίᾳ (29), καὶ οὐ μᾶλλον (30) παραιτησάμενος τὴν ἔντυφον τῶν ὁμοίων αὐτῷ γλωσσομανίαν, ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸ κατ' ἀλήθειαν σπουδαῖον τρέψεται; Διόπερ μὴ παρασυρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων (31) πανηγύρεις, οἵτινες ἐναντία μὲν ἑαυτοῖς δογματίζουσιν· κατὰ

B δὲ τὸ ἐπελθὸν ἕκαστος ἐκπεφώνηκε (32). Πολλὰ δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ἐστι προσκρούματα· μισεῖ μὲν γὰρ ἕτερος τὸν ἕτερον· ἀντιδοξοῦσιν δὲ ἑαυτοῖς (33), διὰ τὴν ἀλαζονείαν τόπους ἐπιλεγόμενοι τοὺς προὔχοντας. Ἐχρῆν δὲ μήτε βασιλείας (34) προλήμματι (35) θε-

ραπεύειν, ἢ κολακεύειν τοὺς ἡγουμένους· περιμένειν δὲ μέχρις ἂν πρὸς αὐτοὺς οἱ μεγιστᾶνες ἀφίκωνται.

4. Διὰ τί γὰρ, ἄνδρες Ἕλληνες, ὥσπερ ἐν πυγμῇ συγκρούειν βούλεσθε τὰς πολιτείας καθ' ἡμῶν (36);

(27) *Τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν.* Claudicat hic Tatiani sententia, sed emendari potest levissima immutatione, si pro τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν, legamus τοῦτο παρ' ὀλίγον. Non enim dicebat Empedocles se Deum esse, sed astu consequi voluit ut Deus haberetur, ac ea mente in ardentem Ætnam desiluit. Quare nihil propius factum est quam ut evanuisse et in cœlum translatus esse crederetur. Sed illius commentum nudaverunt crepidæ, quas ignis erumpens rejecit.

(28) *Γραολογίαν.* Pherecydes anilium fabularum auctor hoc loco dicitur, non ob descriptam deorum genealogiam, ut eruditi viri Gesnerus et Worth. censuerunt, sed ob inventam Metempsychosim. Aniles fabulas vocat Tatianus hoc dogma, quod a Pherecyde Pythagoram accepisse, Platonem imitatione expressisse pronuntiat. Addit de Platone nonnullis videri secus. Revera sic elaboravit Plato in hac illustranda sententia, ut illius parens et architectus habitus sit. Hinc Irenæus sic de Metempsychosi ac de Platone loquitur lib. II, c. 33: *Ad hæc Plato, vetus ille Atheniensis, qui et primus sententiam hanc introduxit, cum excusare non posset, oblivionis induxit poculum.* De eodem Platone Tertullianus lib. *De anima*, c. 23: *Novum*, inquit, *elaboravit argumentum*, μαθήσεις ἀναμνήσεις, id est *discentias, reminiscentias esse.* Sustulimus ope codicis Anglicani τὴν ante has voces περὶ τούτου.

(29) *Τῇ Κράτητος κοινογαμίᾳ.* Legendum monet κυνογαμίᾳ auctor editionis Oxoniensis. Quam lectionem duplici ratione confirmat; 1° quidem, quia communes nuptias nusquam Crates approbasse, meretrices nonnunquam insectatus esse dicitur. Deinde vero quia apud Clementem Alexandrinum *Strom.* IV, p. 523, apud Theodoretum *adv. Græc.* p. 671, et apud Suidam Crates dicitur κυνογαμίαν, sive caninas nuptias aperto et publico concubitu in porticu celebrasse. Assentiri non possum erudito viro communitatem mulierum Crateti probatam non fuisse. Certe Diogenes illius præceptor hoc inter alia impudenter autumabat, teste Laertio, communes mulieres esse oportere, ne verbo quidem nuptias appellans. Ipse Crates filiam suam discipulis fertur tradidisse. Quod autem meretricibus convicium fecisse dicitur, id minime mirum de homine omnibus conviciari solito. Magis arridet altera doctissimi editoris ratio, ex Clementis, Theodoreti et Suidæ testimoniis petita. Celebriores enim Cynici ob caninos, sive publicos concubitus, quam ob mulierum communitatem. Gregorius Naz. orat. 23, p. 19, κοινογαμίαν, ut Tatianus, exprobrat Crateti. Sed Elias Cretensis videtur legisse κυνογαμίαν. Hanc enim potissimum causam affert, cur Crates ita notetur, *quod in publica schola corpus cum uxore miscuerit.*

C

(30) *Καὶ οὐ μᾶλλον.* Reg. 2, cum Angl. καὶ μᾶλλον. Mox Reg. 2, ἐπιζητεῖν ἐπὶ τῷ et ad marg. τό. Angl. ἐπὶ τὸ ζητεῖν ἐπὶ τό. Sic etiam Tigur.

(31) *Φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων.* Delendum videtur illud καί quod hujus griphi elegantiam deformat. Erit enim elegantius si legas, ut apud Clementem Alex., ἄκουε μῦθον, οὐ μῦθον lib. *Qui dives*, etc. et ἄνδρες οὐκ ἄνδρες initio Exhort., vel forte legendum, ut apud Justinum in minore *Apol.*, n. 3: Φιλοψόφων καὶ οὐ φιλοσόφων. *Strepitus non sapientiæ amatorum.*

(32) *Ἐκπεφώνηκε.* Edit. Tigur. ἐκπεφρόνηκε. Paris. anni 1615 ἐκπεφρώνηκε. Mox Reg. 2 ἐπιπροσκρούματα.

(33) *Ἑαυτοῖς.* Ita Reg. 1, cum Anglicano et Front. Duc.; editi αὐτοῖς, αὐτοῖς Reg. 2.

(34) *Βασιλείας προλήμματι.* Ita Reg. uterque cum Anglicano; editi, excepto Tigur., habent βασιλέας, ex conjectura prorsus inutili. Putarunt enim eruditi viri, hanc vocem, βασιλείας esse in singulari gignendi casu; hinc auctor editionis Oxon. sic interpretandum putat, si legatur βασιλείας, *regiæ majestatis prætextu.* At facilis et usitata est hæc loquendi ratio, βασιλείας προλήμματι imperia sive imperantes anticipatis officiis colere. Nam ut ἀρχή non solum imperium designat, sed eos etiam qui imperant, sic etiam βασιλεία. Hinc illud Gregorii Naz. orat. 3, p. 66, in philosophos dictum, τὰς σεμνὰς τυραννίδας μόνον οὐ προσκυνοῦσι, *splendidas tyrannides tantum non adorant.*

D

(35) *Προλήμματι.* Reg. 1, προσλήμματι, 2, προλήματι. Ita etiam editio Paris. anni 1615, et Oxon. Habent προλήμματι cod. Angl. et Ducæus.

(36) *Καθ' ἡμῶν.* Ita Reg. uterque cum Anglic.; editi καθ' ἡμᾶς. Mox iidem codices cum editione Tigurina τοῖς τινῶν. Aliæ editiones τοῖς ὑμῶν.

Digitized by Google

Καὶ εἰ μὴ τοῖς τινῶν νομίμοις συγχρῆσθαι βούλομαι, τίνος χάριν καθάπερ μιαρώτατος μεμίσημαι; Προστάττει φόρους τελεῖν ὁ βασιλεύς; Ἕτοιμος παρέχειν. Δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; τὴν δουλείαν γινώσκων (37). Τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέον. Φοβητέον δὲ μόνον τὸν Θεόν· ὅστις ἀνθρωπίνοις οὐκ ἔστιν ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ τέχνῃ περιληπτός. Τοῦτον μόνον ἀρνεῖσθαι κελευόμενος, οὐ πεισθήσομαι, τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. Θεὸς ὁ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἔχει σύστασιν ἐν χρόνῳ, μόνος ἄναρχος ὢν, καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων ἀρχή. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, οὐ διῆκον (38) διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σχημάτων κατασκευαστής· ἀόρατός τε καὶ ἀναφὴς, αἰσθητῶν καὶ ὁρατῶν αὐτὸς γεγονὼς πατήρ. Τοῦτον διὰ τῆς ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα. Δημιουργίαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένην χάριν ἡμῶν προσκυνεῖν οὐ θέλω. Γέγονεν ἥλιος καὶ σελήνη δι' ἡμᾶς· εἶτα πῶς τοὺς ἐμοὺς (39) ὑπηρέτας προσκυνήσω; Πῶς δὲ ξύλα καὶ λίθους θεοὺς ἀποφανοῦμαι; Πνεῦμα γὰρ τὸ διὰ τῆς ὕλης διῆκον ἔλαττον ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου πνεύματος· ὅπερ δὲ (40), ψυχῇ παρωμοιωμένον, οὐ τιμητέον ἐπίσης τῷ τελείῳ Θεῷ. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἀνωνόμαστον Θεὸν δωροδοκητέον (41). Ὁ γὰρ πάντων ἀνενδεὴς οὐ διαβλητέος ὑφ' ἡμῶν (42) ὡς ἐνδεής. Φανερώτερον δὲ ἐκθήσομαι τὰ ἡμέτερα.

A pugilatu aliorum instituta incitare in nos velitis? Ac si nonnullorum institutis uti nolo, cur tanquam scelestissimus odio habeor? Jubet rex tributa pendere? Paratus sum solvere. Servire et ministrare dominus? Servitutem agnosco. Homo enim, ut hominem decet, colendus est: solus autem Deus metuendus, qui nec oculis humanis cerni potest, nec arte comprehendi. Hunc negare si jubear, hac tantum in re non parebo, moriarque potius, ne mendax et ingratus arguar. Deus noster non esse cœpit in tempore, cum solus sine principio, ipse omnium sit principium. Spiritus Deus, non tamen materiam permeans spiritus, sed materialium spirituum et figurarum, quæ in materia sunt, opifex; et visu et tactu indeprehensus, quippe **247** cum ipse sensibilium et invisibilium exstiterit parens. Hunc ex his quæ creavit cognoscimus, et potentiam invisibilem ex operibus apprehendimus. Opus ab eo nostra causa conditum adorare nolo. Sol et luna propter nos creata sunt; quomodo ergo ministros meos adorem! Quomodo ligna et lapides pronuntiem deos? Est enim spiritu diviniore inferior ille spiritus, qui materiam pervadit; qui quidem cum animæ assimilatus sit, non eodem ac perfectus Deus honore colendus est. Neque etiam illum non enarrabilem Deum munerari debemus. Nam qui nullius rei indigus est, is ut indigere existimetur minime a nobis committendum est. Apertius autem nostra exponam.

5. Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ· τὴν δὲ ἀρχὴν Λόγου δύναμιν παρειλήφαμεν. Ὁ γὰρ Δεσπότης τῶν ὅλων, αὐτὸς ὑπάρχων τοῦ παντὸς ἡ ὑπόστασις, κατὰ μὲν τὴν μηδέπω γεγενημένην ποίησιν μόνος ἦν· καθὸ δὲ πᾶσα δύναμις, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα (σὺν αὐτῷ γάρ) διὰ λογικῆς δυνάμεως, αὐτὸς καὶ ὁ Λόγος ὃς ἦν ἐν αὐτῷ ὑπέστησε (43). Θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ

5. *Christianorum doctrina de mundi creatione per Verbum.* — Deus erat in principio: principium autem Verbi potentiam esse accepimus. Universorum enim Dominus: quatenus quidem mundus nondum erat creatus, solus erat; quatenus autem ipse potentia omnis, et eorum quæ videntur et non videntur hypostasis sive sustentatio erat, omnia cum eo per rationalem potentiam sustentabat ipsum etiam

(37) *Γινώσκων.* Reg. secundus ad marg. et Joannis Frisii codex pariter ad marg. et Fronto Ducæus habent γινώσκω. Aliæ editiones γινώσκων.

(38) *Διῆκον.* Reg. uterque et Fronto Ducæus διήκων.

(39) *Τοὺς ἐμούς.* Postrema vox percommode reperta est in Reg. primo; deerat in aliis mss. et editis, excepta editione Frontonis Ducæi.

(40) *Ὅπερ δέ.* Reg. 2, et Angl. cum editione Tigur. ὥσπερ δέ.

(41) *Οὐδὲ τὸν ἀνωνόμαστον Θεὸν δωροδοκητέον.* Si quis illud δωροδοκητέον, idem esse non putet ac munerari, et hæc verba ita reddenda existimet, ut reddidit Gesnerus: *Non existimandum est Deum innominatum muneribus affici*, haud equidem repugnabo. Hujus verbi is videtur sensus esse maxime accuratus: munera in mentem venire non debent, ubi de Deo, qui nomine caret, agitur. Loquitur manifeste Tatianus de victimis et nidoribus, quibus ethnici deos suos colebant. Infra n. 16 deos vocat δωρολήπτας.

(42) *Ὑφ' ἡμῶν.* Codex mss. Angl. ὑφ' ἡμῖν. Editio Oxon. et Paris. an. 1615, ὑφ' ὑμῶν.

(43) *Ὑπέστησε.* Hoc verbum prave redditum in sententiam Tatiani tenebras injecit. Sic enim habet interpretatio Gesneri: *Si vero respicias potentiam ejus, in qua visibilia et invisibilia cuncta consistunt, omnia cum ipso erant. In ipso enim per potentiam Verbi, tum ipse, tum Verbum, quod in eo erat, exstitit.* Inde accusatus Tatianus quod Verbum ante mundi creationem non actu, ut personam, sed potentia tantum crediderit in Patre cum aliis rebus exstitisse. Iniquam criminationem nova interpretatio refellit. Hæc autem verba σὺν αὐτῷ γάρ uncinis inclusi nec in interpretando Latine reddidi, quia ab aliquo librario addita videntur. Nam 1° illud γάρ deest in Regiis codicibus et Anglicano et Tigurina editione. Quod si hæc vocula a librariis addita; idem dicendum erit de his vocibus σὺν αὐτῷ quæ cum ea necessario conjuncta sunt. 2° Repugnat ut Deus dicatur solus non fuisse, quia omnia in eo potestate exsistebant. 3° Non aliter legit hunc locum Tertullianus, qui Tatianum sic imitatur: *Ante omnia enim*, inquit cap. 5, *adv. Prax., Deus erat solus, ipse sibi et mundus et locus et omnia. Solus autem, quia nihil extrinsecus præter illum. Cæterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum, quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet.* Deum ergo Tertullianus solum non fuisse existimat ante mundi creationem, quia Verbum illius cum eo exsistebat, minime vero propter creaturas potentia in ipso exsistentes.

Digitized by Google

illud Verbum, quod erat in eo. Voluntate autem simplicitatis ejus prosilit Verbum; Verbum autem, non in vacuum progressum, fit opus primogenitum Patris. Hoc scimus esse mundi principium. Natum est autem per communicationem, non per abscisionem. Nam quod abscissum est, a primo sepa-

A Λόγος· ὁ δὲ Λόγος οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας (44), ἔργον πρωτότοκον τοῦ Πατρὸς (45) γίνεται. Τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν. Γέγονε δὲ κατὰ μερισμόν, οὐ κατὰ ἀποκοπήν. Τὸ γὰρ ἀποτμηθὲν τοῦ πρώτου κεχώρισται· τὸ δὲ μερισθὲν οἰκονομίας τὴν αἵρεσιν προσλαβόν (46) οὐκ ἐνδεᾶ (47) τὸν ὅθεν εἰλήπται πα-

(44) *Οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας.* Verbum non progressum est in vacuum et inane, quia statim atque progressum est, mundus e nihilo eductus. In quo quidem significat Tatianus Verbum non esse rem inanimam, sive sonum inanem, sed personam omnibus Patris ideis, ejusque potentia et omnibus attributis instructam, qua progrediente non potuit effectio non consequi. Tatiani sensum egregie explicat Tertullianus dum ait: *Quod est enim, dices, sermo, nisi vox et sonus oris, et, sicut grammatici tradunt, aer offensus, intelligibilis auditu, cæterum vacuum nescio quid et inane et incorporale. At ego nihil dico de Deo inane et vacuum prodire potuisse, ut non de inani et vacuo prolatum, nec carere substantia quod de tanta substantia processit, et tantas substantias fecit; fecit enim et ipsc quæ facta sunt per illum. Quale est ut nihil sit ipse sine quo nihil factum est; ut inanis solida et vacuus plena et incorporalis corporalia sit operatus.* Tertull. cap. 5 *adv. Prax.*

(45) *Ἔργον πρωτότοκον τοῦ Πατρός.* Sic Regius primus; editi τοῦ Πνεύματος, excepta tamen editione Frontonis Ducæi. Non verendum est ne Filium Dei in rebus creatis numeret Tatianus. Satis ejus æternitati consulit, dum illud omnia ab æterno sustentasse dicit, atque hanc generationem ad mundi creationem nihil aliud esse quam *voluntariam administrationem.* Æqualitatem et substantiæ unitatem non minus aperte declarat, cum Verbum ait esse lumen de lumine accensum; ita tamen ut a Patre separari non possit. Verbum ergo vocatur opus, quia *non in vacuum progressum est*, sed statim atque prodiit, effectus consecutus est. Unde Philo lib. *De sacrificiis Abel et Cain*, p. 140: Ὁ γὰρ Θεὸς λέγων ἅμα ἐποίει, μηδὲν μεταξὺ ἀμφοῖν τιθείς· εἰ δὲ χρὴ δόγμα κινεῖν ἀληθέστερον, ὁ Λόγος ἔργον αὐτοῦ. *Deus enim simul dicendo faciebat, nihil inter utrumque spatii interponens; vel si verior sententia proferenda, Verbum est opus ejus.* Justinus *Dialog.* n. 114, contendit his in verbis: *Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum*, non aliam operationem intelligendam esse quam Verbum Dei. Sic etiam Tertullianus *adv. Hermogen.*, c. 20: Sapientiam fuisse initium viarum, *quia cogitatio et dispositio prima Sophiæ fit operatio, de cogitatu viam operibus instituens.* In quo quidem observandum est Verbum appellari opus, non sólum quia Deus instrumentis non indiget ac dicendo operatur, sed etiam maxime quia per consubstantialem personam operatur, non per sonum evanescentem aut inanimam efficientiam. Hinc etiam vocatur opus primogenitum, quod de re inanima dici non posset, cui nec ideæ mundi inessent, nec omnipotentia ad mundum creandum. Sed cum ideæ, quæ, ut pote æternæ, antiquiores sunt mundo, traditæ Verbo fuerint; cumque exemplar mundi in hoc Verbo omnia sustentante descriptum fuerit, Verbum appellatur opus primogenitum Patris. Tota res illustratur his Philonis verbis ex libro *De mundi opificio*: Οὐδ' ὁ ἐκ τῶν ἰδεῶν κόσμος ἄλλον ἂν ἔχοι τόπον, ἢ τὸν θεῖον Λόγον τὸν ταῦτα διακοσμήσαντα... Εἰ δέ τις ἐθελήσειε γυμνοτέροις χρήσασθαι τοῖς ὀνόμασιν, οὐδὲν ἂν ἕτερον εἴποι τὸν νοητὸν εἶναι κόσμον, ἢ Θεοῦ Λόγον ἤδη κοσμοποιοῦντος. *Neque ille ex ideis mundus alium habuerit locum, quam divinum Verbum, quod adornavit hæc omnia... Quod si cui libeat apertioribus uti vocabulis, nihil aliud dixerit esse mundum intelligibilem, quam Verbum Dei mundum jam condentis.*

(46) *Τὸ δὲ μερισθὲν οἰκονομίας αἵρεσιν προσ-*

λαβόν. Non probat Justinus hanc loquendi rationem: ait enim *Dialog.* n. 61, ea quæ dividuntur et scinduntur τὰ μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα, non eadem permanere. Sed quod in hac voce displicebat Justino, id corrigit Tatianus, dum ait: *Quod autem voluntariam administrationem suscipiens per communicationem progreditur.* His enim verbis declaratur Verbum, non ut efficientiam a Patre abscissam, nec ut sonum, qui in auras evanescat, sed ut Filium Patri æqualem, ejusque ideis et omnibus attributis ab æterno donatum prodiisse, nec creatum fuisse sic progrediendo aut mutatum, sed voluntariam administrationem suscepisse. Sed si hæc Verbi progressio nihil aliud est quam voluntariæ administrationis susceptio, cur Verbum μερισθὲν sive per communicationem progressum aut natum dicitur? Cur Tatianus utitur facis ex alia face accensæ exemplo, quod generationi æternæ explicandæ aptum et appositum videtur? Ad hujus rei explanationem adjuvat Tertullianus, cum ait: *Tunc igitur etiam ipse sermo speciem et ornatum suum sumit, sonum et vocem, cum dicit Deus: « Fiat lux, »* adv. Prax., c. 7. Idem paulo ante dicebat, nempe cap. 5: *Rationalis enim Deus, et ratio in ipso prius; et ita ab ipso omnia. Quæ ratio sensus ipsius est; hanc Græci* λόγον *dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. Ideoque jam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, sermonem dicere in primordio apud Deum fuisse, cum magis rationem competat antiquiorem haberi, quia non sermonalis a principio, sed rationalis Deus etiam ante principium; et quia ipse sermo ratione consistens, priorem eam ut substantiam suam ostendit. Tamen et sic nihil interest. Nam etsi Deus sermonem suum nondum miserat, proinde eum cum ipsa et in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum, quæ per sermonem mox erat facturus.* Subtilis illa ejusdem personæ sub duobus nominibus consideratio non displicuit Augustino, qui in libro *Quæstionum octoginta trium* explicans illud Joannis: *In principio erat Verbum.* quæst. 63, sic loquitur: *Hoc loco melius Verbum interpretamur, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam, quæ per Verbum facta sunt, operativa potentia. Ratio autem, etsi per eam nihil fiat, recte ratio dicitur.* Huc ergo redit id quod Filio ad mundi creationem progredienti communicatum fuit a Patre, nempe species et ornatus, sonus et vox, ut ait Tertullianus, cujus verbis respondet apud Tatianum voluntariæ administrationis susceptio. Subtili distinctione eadem persona nunc ratio, nunc Verbum dicitur; sed non magis in Filio suspicanda mutatio, quam in ipso Patre, qui *non sermonalis a principio, sed rationalis etiam ante principium.* Sed cur Tatianus, itidem ut Justinus, exemplo utitur facis de alia face accensæ? Nonne id aptius quadraret cum æterna generatione, in qua Deus totam suam Filio substantiam ita tradidit, ut ipse eam non amitteret, quemadmodum fax, ex qua aliæ accenduntur, minime minuitur. 1° Jam observavimus ad Justini *Dialog.* n. 128, æternam generationem et processionem ex temporaria progressione dijudicari. 2° Exemplum facis de alia accensæ non idcirco adhibent Justinus et Tatianus, quod Filium Dei tunc lumen de lumine esse cœpisse crediderint; sed

(47) *Ἐνδεᾶ.* Reg. 2, ἐνδεῆ.

Digitized by Google

ποίηκεν. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς δᾳδὸς ἀνάπτεται μὲν πυρὰ πολλά, τῆς δὲ πρώτης δᾳδὸς διὰ τὴν ἔξαψιν τῶν πολλῶν δᾳδῶν οὐκ ἐλαττοῦται τὸ φῶς· οὕτω καὶ ὁ Λόγος, προελθὼν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως, οὐκ ἄλογον πεποίηκε τὸν γεγεννηκότα. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ λαλῶ, καὶ ὑμεῖς ἀκούετε, καὶ οὐ δήπου διὰ τῆς μεταβάσεως τοῦ λόγου κενὸς ὁ προσομιλῶν λόγου γίνομαι· προβαλλόμενος δὲ τὴν ἐμαυτοῦ φωνήν, διακοσμεῖν τὴν ἐν ὑμῖν ἀκόσμητον ὕλην προῄρημαι. Καὶ καθάπερ ὁ Λόγος, ἐν ἀρχῇ γεννηθείς, ἀντεγέννησε (48) τὴν καθ' ἡμᾶς ποίησιν, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ὕλην δημιουργήσας· οὕτω κἀγὼ, κατὰ τὴν τοῦ Λόγου μίμησιν ἀναγεννηθείς, καὶ τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατάληψιν πεποιημένος, μεταῤῥυθμίζω (49) τῆς συγγενοῦς ὕλης τὴν σύγχυσιν. Οὔτε γὰρ ἄναρχος ἡ ὕλη καθάπερ ὁ Θεὸς (50), οὐδὲ διὰ τὸ ἄναρχον καὶ αὐτὴ ἰσοδύναμος τῷ Θεῷ· γεννητὴ δὲ καὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἄλλου γεγονυῖα, μόνου δὲ ὑπὸ τοῦ πάντων δημιουργοῦ προβεβλημένη.

6. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων (51) ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν μετὰ τὴν τῶν ὅλων συντέλειαν, οὐχ ὡς οἱ Στωϊκοὶ δογματίζουσι κατά τινας κύκλων περιόδους, γινομένων ἀεὶ καὶ ἀπογινομένων τῶν αὐτῶν, οὐκ ἐπί τι χρήσιμον· ἅπαξ δὲ, τῶν καθ' ἡμᾶς αἰώνων πεπερασμένων, καὶ εἰς τὸ παντελὲς, διὰ μόνων τῶν ἀνθρώπων τὴν σύστασιν ἔσεσθαι, χάριν κρίσεως (52). Δικάζουσι δὲ ἡμῖν οὐ Μίνως, οὐδὲ Ῥαδάμανθυς (53), ὧν πρὸ τῆς τελευτῆς οὐδεμία τῶν ψυχῶν, ὡς μυθολογοῦσιν, ἐκρίνετο· δοκιμαστὴς δὲ αὐτὸς ὁ ποιητὴς Θεὸς γίνεται. Κἂν γὰρ πάνυ φληνάφους καὶ σπερμολόγους ἡμᾶς νομίσητε, μέλον οὐκ ἔστιν ἡμῖν, ἐπεὶ τούτῳ τῷ λόγῳ πεπιστεύκαμεν. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ὢν πρὶν ἢ γενέσθαι (54) τίς ἦμην οὐκ ἐγίνωσκον, μόνον δὲ ἐν ὑποστάσει τῆς σαρκικῆς

ratur. Quod autem **248** per communicationem progreditur voluntariam administrationem suscipiens, id eum non imminuit ex quo desumptum est. Quemadmodum enim ex una face multi ignes accenduntur, nec tamen primæ facis, ob plures accensas faces, lux imminuitur: sic Verbum ex Patris potentia prodiens, genitorem Verbi expertem non fecit. Nam et ego loquor et vos auditis; nec propter transmissionem sermonis ego qui alloquor sermone vacuus fio; sed vocem meam proferens materiam in vobis inornatam ornare instituo. Et quemadmodum Verbum in principio genitum, vicissim mundum nostrum genuit, cum ipsum sibi materiam produxisset, sic ego quoque ad imitationem Verbi regeneratus et veritatis illustratus cognitione, materiæ mihi cognatæ confusionem emendo. Non enim caret initio materia, quemadmodum Deus: nec Deo, ut principii expers, parem habet potestatem; verum creata est, nec ab alio facta, sed a solo universorum opifice producta.

6. *Ex his sequitur resurrectio, quæ argumentis confirmatur.* — Propterea etiam corporum resurrectionem futuram credimus, cum omnia fuerint absoluta; non, ut Stoici decernunt, secundum quosdam orbium circuitus iisdem semper nascentibus et pereuntibus, nullam ob rem utilem; sed semel, seculis nostris absolutis, et in perpetuum, propter hominum solorum constitutionem, judicii causa. Judicium autem de nobis nec Minos nec Rhadamanthus faciunt, quorum ante mortem nulla prorsus, ut fabulantur, anima judicabatur; sed arbiter est ipse creator Deus. Etiamsi enim vobis omnino nugatores et blaterones videamur, parvi pendimus, cum hac ratione adducti crediderimus. Quemadmodum enim cum non essem antequam nascerer,

sed in hoc tantum consistit comparatio, quod quemadmodum fax, ex qua aliæ accenduntur, minime imminuitur, ita Patris substantia, Filio progrediente, minime divisa est, nec *Verbum progrediens ex Patris potentia genitorem Verbi expertem fecit.* Inde autem manifestum est, quam certa et explorata Justino et Tatiano fuerit unitas numerica substantiæ in Patre et Filio. Nam cum lumen de alio lumine accensum separatim exsistat primo minime imminuto; cur Filius, qui lumen est de lumine, separari a Patre non posset quin divideretur et minueretur Patris substantia; cur istud, inquam, nisi quia una prorsus et singularis in Patre et Filio substantia? Eadem substantiæ singularitas confirmatur exemplo humani λόγου quo Justinus et Tatianus utuntur.

(48) *Ἀντεγέννησε.* Ex his confirmatur et explicatur quidquid antiqui scriptores de Verbi ad mundi creationem generatione dixerunt. Cum Filius omnes ideas Patris ac omnia attributa possideat, eumque mundi exemplar in Verbo descriptum fuerit, inter Verbi generationem illam, sive progressionem et mundi creationem necessaria intercessit connexio.

(49) *Μεταῤῥυθμίζω.* Reg. 2, Angl. et Tigur. μεταῤῥυθμίζων.

(50) *Ὁ Θεός.* Reg. 1, καὶ ὁ Θεός. Mox Ducæus καὶ ὑπὸ τοῦ ἄλλου.

(51) *Διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων.* Non immerito Tatianus corporum resurrectionem ex materiæ creatione consequi existimat. Nefarii enim hæretici, qui mundum a vero Deo creatum negabant, nihil etiam loci relinquebant corporum resurrectioni. At semel posito materiam a vero Deo creatam esse; non jam metuendum est ne corpus humanum restituere non possit. Gesnerus, omissa præpositione, legendum censet: Μόνων τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀνάστασιν ἔσεσθαι.

(52) *Χάριν κρίσεως.* Tertullianus *Apolog.*, cap. 48: *Certe quia ratio restitutionis destinatio judicii est, necessario idem ipse qui fuerat exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti judicium a Deo referat. Ideoque repræsentabuntur et corpora.* Vide infra Athenag. *De resurrect.*

(53) *Ῥαδάμανθυς.* Sic omnes codices mss. et editi. Legitur Ῥαδάμανθος in editione Oxoniensi.

(54) *Πρὶν ἢ γενέσθαι.* Reg. 2, πρὶν γενέσθαι. Totum hoc argumentum mutuatus est Tatianus a magistro suo Justino, *Apolog.* 1. Sic etiam Tertullianus loco modo laudato: *Considera teipsum, o homo, et fidem rei invenies. Recogita quid fueris, antequam esses; utique nihil. Meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus cum esse desieris, cur non possis rursus esse de nihilo, ejusdem ipsius auctoris voluntate qui te voluit esse de nihilo? Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies. Redde, si potes, rationem qua factus es, et tunc require qua fies.*

Digitized by Google

ignorabam quis essem ac tantum in substantia carneæ materiæ exsistebam; genitus autem qui olim non eram, ex generatione consecutus sum, ut me exsistere non dubitem; eodem modo genitus ac per mortem esse ac videri desinens, denuo exsistam; quemadmodum olim cum non essem, postea genitus sum. Etiamsi mea caro igne evanescat, **249** diffusam instar vaporis materiam mundus excepit. Etiamsi in fluminibus, etiamsi in mari absumar, etiamsi a feris dilanier, thesauris recondor divitis Domini. Ac inopem quidem et atheum latent quæ recondita sunt; regnator autem Deus conspicuam sibi soli substantiam, ubi volet, in pristinum statum revocabit.

A ὕλης ὑπῆρχον· γεγονὼς δὲ ὁ μὴ πάλαι (55), διὰ τῆς γενέσεως τὸ εἶναι πεπίστευκα· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γενόμενος, καὶ διὰ θανάτου μηκέτι ὢν, αὖθίς τε μηκέθ' ὁρώμενος, ἔσομαι πάλιν, ὥσπερ μὴ πάλαι γεγονὼς, εἶτα γεννηθείς. Κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον (56), ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκεν· κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου Δεσπότου. Καὶ ὁ μὲν πτωχὸς καὶ ἄθεος οὐκ οἶδε τὰ ἀποκείμενα· Θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ μόνῳ ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον.

7. *Quomodo homines lapsi.* — Verbum enim illud cœleste, Spiritus a Patre genitus, et Verbum ex rationali potentia, ad imitationem Patris, a quo genitum est, imaginem immortalitatis hominem fecit; ut quemadmodum immortalitas est apud Deum, sic homo, Dei portionis particeps factus, immortalitatem etiam habeat. Verbum quidem ante homines creatos angelorum fit opifex. Utraque autem opificii species libera creata est, non habens naturam boni; id enim soli Deo inest, ab hominibus autem libera animi inductione perficitur, ut malus merito puniatur per se improbus factus; justus autem ob recte facta jure laudetur, ut qui, libero utens arbitrio, voluntatem Dei transgressus non sit. Atque ita quidem se habent quæ angelos et homines spectant. Verbi autem potentia, cum in se prævideret quid esset, non illud quidem fato sed libera eligentium voluntate, eventurum; futurarum rerum eventus prædicebat, ac nequitiam interdictis prohibebat, eos autem laudabat qui boni permanerent. Postquam autem homines unum aliquem præter cæteros, propterea quod primogenitus erat, callidiorem assectati sunt, ac eum etsi legi Dei obluctabatur, pro Deo habuere; tum Verbi potestatem

7. Λόγος γὰρ ὁ ἐπουράνιος, Πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ B τοῦ Πατρὸς, καὶ Λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως (57), κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν Πατρὸς (58) μίμησιν, εἰκόνα τῆς ἀθανασίας (59) τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν· ἵνα, ὥσπερ ἡ ἀφθαρσία παρὰ τῷ Θεῷ, τὸν αὐτὸν τρόπον Θεοῦ μοῖραν (60) ἄνθρωπος μεταλαβὼν, ἔχῃ καὶ τὸ ἀθάνατον. Ὁ μὲν οὖν Λόγος πρὸ τῆς τῶν ἀνδρῶν κατασκευῆς ἀγγέλων δημιουργὸς γίνεται. Τὸ δὲ ἑκάτερον τῆς ποιήσεως εἶδος αὐτεξούσιον γέγονε, τάγαθοῦ φύσιν μὴ ἔχον, ὃ πλὴν μόνον παρὰ τῷ Θεῷ (61), τῇ δὲ ἐλευθερίᾳ τῆς προαιρέσεως ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκτελειούμενον· ὅπως ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται δι' αὐτὸν γεγονὼς μοχθηρός· ὁ δὲ δίκαιος χάριν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἀξίως ἐπαινῆται, κατὰ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ Θεοῦ μὴ παραβὰς τὸ C βούλημα. Καὶ τὰ μὲν περὶ τοὺς ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἡ δὲ τοῦ Λόγου δύναμις, ἔχουσα παρ' ἑαυτῇ προγνωστικὸν τὸ μέλλον (62) ἀποβαίνειν, οὐ καθ' εἱμαρμένην, τῇ δὲ τῶν αἱρουμένων αὐτεξουσίων γνώμῃ, τῶν μελλόντων προῦλεγε τὰς ἀποβάσεις· καὶ τῆς μὲν πονηρίας κωλυτὴς ἐγίνετο δι' ἀπαγορεύσεων, τῶν δὲ μενόντων ἀγαθῶν ἐγκωμιαστής. Καὶ ἐπειδή τινι φρονιμωτέρῳ παρὰ τοὺς λοιποὺς ὄντι διὰ τὸ πρωτόγονον (63) συνεξηκολούθη-

(55) *Μὴ πάλαι.* Anglic. et Tigur. μὴ πάλιν.

(56) *Κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον.* Sic Reg. 1 et Anglic. Editi ἐξαφανίσῃ πᾶν τὸ σαρκίον.

(57) *Λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως.* Potentia rationalis hoc loco non est vis productiva Verbi, ut editor Oxoniensis existimat; multo minus potestas creandi, ut placuit Petavio; sed idem est prorsus ac D ipsum Verbum, quod Tatianus pro varia considerandi ratione nunc Verbum appellat, nunc λόγου δύναμιν et λογικὴν δύναμιν, *Verbi* sive *rationis potentiam et rationalem potentiam.* Dicebat antea n. 5: *Deus erat in principio. Principium autem* Λόγου δύναμιν, *Verbi potentiam esse accepimus.* Deus apte et recte dicitur esse in Filio, sive in Verbo suo. Nequaquam dicatur esse in vi productiva Verbi, aut in potentia creandi. Hoc ipso in loco, vel saltem non multo post ipsa Verbi persona bis appellatur Λόγου δύναμις. Sic etiam infra n. 18. Non aliud ergo discrimen inter Verbum et rationalem potentiam admittit Tatianus, quam inter Verbum et rationem Tertullianus et Augustinus, quorum testimonia modo retulimus.

(58) *Πατρός.* Deest in Reg. 2.

(59) *Εἰκόνα τῆς ἀθανασίας.* S. Clemens *Strom.* VI, p. 663, Tatianum, ut sæpe alias, imitatur. Ait enim: Ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. Legendum ἀϊδιότητος.

(60) *Θεοῦ μοῖραν.* Reg. 2: Θεοῦ μοίρας. Dei portionem Tatianus non animam humanam appellat, ut sibi editor Oxoniensis finxit, sed Spiritum sanctum, a quo animam accipere immortalitatem declarat. Eodem sensu Filius apud Tertullianum *adv. Prax.*, c. 9, dicitur *derivatio totius et portio.*

(61) *Ὁ πλὴν μόνον παρὰ τῷ Θεῷ.* Ita 1 Reg. et Ducæus. At Reg. 2, Angl. et Tigur. habent ὅπλην. Deest ὃ in editt. Paris. Legitur ad marginem Regii secundi ὅπερ μόνῳ πάρεστι τῷ Θεῷ, quod idem valet.

(62) *Τὸ μέλλον.* Melius τοῦ μέλλοντος, ut observat Anglus editor. Mox legendum videtur αὐτεξουσίῳ γνώμῃ.

(63) *Τὸ πρωτόγονον.* Ad verbum, *ob primogenituram;* Gesnerus, *utpote provectiorem ætate.* Manifestum est Tatianum de eo loqui, quem mox primogenitum appellat, nempe de diabolo. Non ideo tamen ita appellat, ut nonnulli opinati sunt, quod angelos ante homines creatos crederet, sed respicit ad hæc verba Scripturæ, quæ de diabolo antiqui scriptores intelligunt: *Τοῦτέστιν ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου*, Job. XL, 14.

Digitized by Google

σαν, καὶ Θεὸν ἀνέδειξαν (64) οἱ ἄνθρωποι καὶ τὸν ἐκπανιστάμενον (65) τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, τότε ἡ τοῦ Λόγου δύναμις τόν τε ἄρξαντα τῆς ἀπονοίας καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας τούτῳ τῆς σὺν αὐτῷ διαίτης παρῆτήσατο. Καὶ ὁ μὲν κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γεγονὼς, χωρισθέντος ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος τοῦ δυνατωτέρου, θνητὸς γίνεται· διὰ δὲ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἄγνοιαν ὁ πρωτόγονος δαίμων ἀποδείκνυται, καὶ οἱ μιμησάμενοι (66) τούτου τὰ φαντάσματα δαιμόνων στρατόπεδον ἀποδεδήκασι, καὶ διὰ τὸ αὐτεξούσιον τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ παρεδόθησαν.

8. Ὑπόθεσις δὲ (67) αὐτοῖς τῆς ἀποστασίας οἱ ἄνθρωποι γίνονται. Διάγραμμα γὰρ αὐτοῖς ἀστροθεσίας (68) ἀναδείξαντες, ὥσπερ οἱ τοῖς κύβοις παίζοντες, τὴν εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο λίαν ἄδικον. Ὅ τε γὰρ κρίνων καὶ ὁ κρινόμενος καθ' εἱμαρμένην εἰσὶ γεγονότες, καὶ οἱ φονεύοντες καὶ οἱ φονευόμενοι, καὶ οἱ πλουτοῦντες καὶ οἱ πενόμενοι, τῆς αὐτῆς εἱμαρμένης ὑπάρχουσιν ἀπογεννήματα· πᾶσά τε γένεσις (69), ὥσπερ ἐν θεάτρῳ (70), τερπωλὴν παρέσχε τούτοις (71), παρ' οἷς, ὥς φησιν Ὅμηρος,

Ἄσβεστος δ' ἀρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν.

Οἱ γὰρ τοὺς μονομαχοῦντας βλέποντες, καὶ θάτερος θατέρῳ σπουδάζων, καὶ ὁ γαμῶν (72) καὶ παιδοφθορῶν, καὶ μοιχεύων, γελῶν τε καὶ ὀργιζόμενος, φεύγων τε

A tia et inceptorem profligatæ temeritatis, et ejus sectatores a sua consuetudine exclusit. Atque is quidem, qui ad imaginem Dei factus erat, discedente ab eo potentiore Spiritu, fit mortalis; ille autem primogenitus propter transgressionem et ignorationem dæmon esse incœpit, et qui inania illius visa fuerant imitati, dæmonum exercitus evaserunt, ac propter arbitrii libertatem suæ stultitiæ traditi sunt.

8. *Hominum peccati materia dæmones.* — Materia autem defectionis homines illis **250** fuerunt. Nam cum eis tabulam positionis siderum ostendissent, velut qui tesseris ludunt, fatum induxerunt, B rem valde injustam. Nam qui judicat et qui judicatur, tales secundum fatum facti sunt; et qui occidunt et qui occiduntur, divites et pauperes, ejusdem sunt fati effectus; ac tota illis genitura, tanquam in theatro, oblectamentum præbet, apud quos

Inexstinctus risus exortus est beatis diis.

Nam qui singulare certamen spectant et alter alteri certantium favent; qui nubit et pueros stuprat et

(64) *Καὶ Θεὸν ἀνέδειξαν.* De Adamo et Eva hæc intelligenda non puto, qui serpentem quidem secuti sunt, sed eum tamen pro Deo non habuerunt. At utrumque convenit, ut observavimus ad *Cohort.* Justini, n. 21; iis, qui deorum cultum primi induxerunt. Hi enim non solum primogenitum illum angelum pro Deo habuere, sed etiam, ob acceptam ab Adamo et Eva hæreditatem peccati, non immerito dici possunt et a serpente decepti fuisse et a Verbo ejecti paradiso. Unde Tatianus de omnibus hominibus ait n. 11 : *Non facti sumus ut moreremur; sed nostra culpa morimur. Perdidit nos libera voluntas; servi facti sumus qui liberi eramus.*

(65) *Καὶ τὸν ἐκπανιστάμενον.* Deest καί in codice Anglicano.

(66) *Καὶ οἱ μιμησάμενοι.* Corruptus hic locus in tribus mss. et edit. Tigur. ubi sic legitur : Καὶ τοῦτον (Angl., Tigur. τούτων) οἱ μιμησάμενοι τούτου τά, etc. Paulo ante mallem legere καὶ ἀπόνοιαν.

(67) *Ὑπόθεσις.* Eadem habes apud Justinum *Dialog.* n. 124, Sic etiam Irenæus lib. III, c. 33, n. 8 : *Serpens initium et materiam apostasiæ suæ habens hominem*, et lib. V, c. 24, n. 4 : *Invidens homini apostata a divina factus est lege.* Idem docent Tertullianus lib. *De pat.* c. 5, et Cyprianus in libro *De zelo et livore*, ac alii plures. Non invidiam hoc loco commemorat Tatianus, sed, quod ex invidiæ fonte profluxit, astrologiæ inventionem ad hominum videlicet perniciem. Superbiam et affectatam divinitatem eis exprobrat n. 9 et 12. In quo quidem observandum est, peccatis malorum angelorum, quæ antiqui scriptores cum hominibus aut in homines commissa enumerant, videri præivisse peccatum superbiæ. Nam Tatianus, qui homines materiam fuisse defectionis angelorum asseverat, paulo ante dicebat : *Postquam autem homines unum aliquem præter cæteros, propterea quod primogenitus erat, astutiorem assectati sunt*, etc. Non videtur hæc astutia nisi spiritui perverso et a prima sanctitate in vitium delapso congruere. Sic etiam Basilius, qui diabolum invidia lapsum esse docet in oratione habita in Lacizis, quæ ob styli dissimilitudinem dubia est, invidiæ superbiam præivisse docet; sed etiam in commentario in Isaiam prophetam, quem Basilii esse multis rationibus probavimus in *Vit. Basil.* ait : *Fortasse, antequam homo crearetur, loci aliquid etiam diaboli pœnitentiæ relictum fuisse.* Τάχα γὰρ πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἄνθρωπον τόπος μετανοίας καὶ τῷ διαβόλῳ ὑπελείπετο. Minus sane probabilis hæc conjectura, sed tamen eam Cassianus ascivit in collationem 8, c. 10.

(68) *Τῆς ἀστροθεσίας.* Astrologiam homines a dæmonibus eloctos fuisse declarat Tertullianus *De idololatria*, c. 9.

(69) *Πᾶσά τε γένεσις.* Hac voce non designatur *mundi inferioris natura*, sed tota illa, ut vocant astrologi, genitura, quæ ex tabula positionis siderum constituitur. Hinc ait Tatianus num. 9, iracundum et laboriosum, temperantem et intemperantem, *ab iisdem genituræ gubernatoribus tales exstitisse.* Et n. 11 : Πῶς οὖν γένεσιν τὴν καθ' εἱμαρμένην ἀποδέξομαι;

(70) *Ὥσπερ ἐν θεάτρῳ.* Clemens Alexandrinus eos, qui *deorum nuptias et liberorum procreationes* D *et adulteria et convivia et risus* induxerunt, sic compellat : Οἶμοι τῆς ἀθεότητος! σκηνὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανόν. *O impietatem! scenam fecistis cælum.* Protrept.

(71) *Τούτοις.* Cod. Fris. τοῖς τοιούτοις.

(72) *Ὁ γαμῶν.* Existimat vir doctissimus (not. in S. Joan. Damasc. lib. *De hæres.*) matrimonium a Tatiano vituperari, eumque jam tum ad hæresim inclinasse, cum hæc scriberet. Sed si Tatianus matrimonium in diis exagitat, num idcirco illud in hominibus exagitasse et impermissum dixisse videbitur? Imitatur hunc locum Clemens Alexandrinus, ut in nota præcedenti vidimus, nec veretur matrimonium in diis eodem modo ac Tatianus explodere. Idem in alio ejusdem operis loco sic loquitur p. 23 : Ἀνάγκη τοίνυν θεραπείας καὶ τροφῆς παρεισάμενος αὐτοῖς, ὧν εἰσὶν ἐνδεεῖς. Διὸ τράπεζαι καὶ μέθαι καὶ γέλωτες καὶ συνουσίαι· οὐκ ἂν ἀφροδισίοις χρωμένων ἀνθρώπων, οὐδὲ παιδοποιουμένων, οὐδὲ μὴν ὑπνωσσόντων, εἰ ἀθάνατοι καὶ

Digitized by Google

mœchatur, qui ridet et irascitur, qui fugit et vulneratur, quomodo mortalis non existimetur? Per quæ enim se ipsi hominibus quales essent aperuerunt, per ea audientes ad similia facinora hortati sunt. Atque an non ipsi dæmones cum duce illorum Jove sub fatum cecidere, iisdem ac homines cupiditatibus superati! Præterea quomodo colendi apud quos plurima opinionum dissensio? Nam Rheam, quam Cybelem vocant Phrygiorum montium incolæ, pudendorum exsectiones aiunt propter Atyn, quem amabat, lege sancivisse. Venus conjugii complexibus delectatur; magus est Diana, medicus Apollo. Et post abscissum Gorgonis Neptuni amicæ caput, unde Pegasus equus et Chrysaor prosiluerunt, sanguinis guttas Minerva et Æsculapius partiti sunt; atque ex iis quidem iste salutem afferebat, illa autem ex simili cruore homicida et bellorum auctor exstitit. Videntur mihi Athenienses, cum de ejus fama detrahere nollent, filium ex Vulcani consuetudine genitum etiam terræ attribuisse, ne, ut Atalantæ a Meleagro, ita Minervæ a Vulcano virilitas erepta videretur. Hic enim utrimque claudus, fibularum et flexarum inaurium opifex his, ut verisimile est, puellarum ornamentis orbatam matre et pupillam infantem decepit. Neptunus navigat, Mars delectatur bellis, citharœdus est Apollo, tyrannus Thebarum Bacchus, Saturnus **251** tyrannicida. Jupiter cum filia miscetur, et ex eo filia concipit. Testes mihi nunc erunt Eleusis et Draco mysticus et Orpheus qui dicit:

Portas obserate profanis.

Pluto rapit Proserpinam, ejusque facinora fiunt mys-

καὶ τιτρωσκόμενος, πῶς οὐχὶ θνητὸς (73) εἶναι νομισθήσεται; Δι' ὥνπερ γὰρ ἑαυτοὺς, ὁποῖοί τινες πεφύκασι, τοῖς ἀνθρώποις πεφανερώκασι, διὰ τούτων τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὰ ὅμοια προετρέψαντο. Καὶ μήτι γε οἱ δαίμονες αὐτοὶ μετὰ τοῦ ἡγουμένου αὐτῶν Διὸς ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην πεπτώκασι, τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι, κρατηθέντες; Καὶ ἄλλως δὲ πῶς τιμητέον τούτους παρ' οἷς δογμάτων ἐναντιότης ἐστὶ πολλή; Ῥέαν μὲν γὰρ, ἣν οἱ ἀπὸ τῶν Φρυγίων ὀρῶν Κυβέλην, φασὶν ἀποτμήσεις αἰδοίων νενομοθετηκέναι (74) διὰ τὸν ἐρώμενον ταύτης Ἄττιν (75). Ἀφροδίτη δὲ γάμου πλοκαῖς ἥδεται· μάγος ἐστὶν Ἄρτεμις, θεραπεύει ὁ Ἀπόλλων. Καὶ μετὰ τὴν Γοργοῦς καρατομίαν, τῆς Ποσειδῶνος ἐρωμένης, ἀφ' ἧς Πήγασος ὁ ἵππος, καὶ ὁ Χρυσάωρ ἀγέθορε, τὰς σταγόνας τῶν αἱμάτων ἡ Ἀθηνᾶ καὶ Ἀσκληπιὸς διενείμαντο· καὶ ὁ μὲν ἀπ' αὐτῶν ἔσωζεν, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ὁμοίων λύθρων ἀνθρωποκτόνος καὶ πολεμοποιὸς ἐγίνετο. Ταύτην μοι (76) δοκοῦσιν Ἀθηναῖοι μὴ βουληθέντες διαβάλλειν, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Ἡφαίστου μίξεως γινόμενον τῇ γῇ προσάπτειν, ἵνα μὴ νομίζηται καθάπερ ἡ Ἀταλάντη διὰ τὸν Μελέαγρον, οὕτω καὶ ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸν Ἥφαιστον τῆς ἀνδρείας (77) ἐστερῆσθαι. Ὁ γὰρ ἀμφιγυήεις, ὡς εἰκὸς, ὁ πόρπας καὶ γναμπτὰς (78) ἕλικας δημιουργῶν, τοῖς κοροκοσμίοις ἡπάτησε τὴν ἀμήτορα παῖδα καὶ ὀρφανήν. Ποσειδῶν ναυτίλλεται, πολέμοις Ἄρης ἥδεται, κιθαριστὴς ἐστὶν ὁ Ἀπόλλων· Θηβαίοις Διόνυσος τυραννεῖ· Κρόνος τυραννοκτονεῖ (79). Ζεὺς καὶ θυγατρὶ συγγίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ ἀπ' αὐτοῦ κύει. Μαρτυρήσει μοι νῦν Ἐλευσὶς, καὶ Δράκων ὁ μυστικὸς, καὶ Ὀρφεὺς ὁ

Θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις (80)

λέγων. Ἀΐδωνεὺς ἁρπάζει τὴν Κόρην, καὶ αἱ πράλitate illa spoliasset.

(78) *Γναμπτάς.* Regii et Angl. γνάπτας. Sic habent Homeri versus *Il.* Ε, v. 401:

Πόρπας τε γναμπτὰς δ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ [*δρμους.*

Hunc puellarem mundum Vulcanus *Iliad.* 18. per novem annos apud Eurynomen nympham et Thetyn fabricasse se dicit. GESNER.

(79) *Τυραννοκτονεῖ.* Frustra eruditi viri illud τυραννοκτονεῖ idem esse putant ac *tyrannice occidit*, ob filios videlicet a Saturno immaniter voratos. Cum enim hanc interpretationem vox Græca non patitur; tum vero quid vetat Saturnum tyrannicidam dici ob Patrem solio deturbatum, virilibus exsectis. Auctorem hujus interpretationis habeo Gregorium Naz. qui Jovem exemplo patris tyrannicidam esse pronuntiat, quia quemadmodum patrem Saturnus, ita Saturnum Jupiter regno dejecit. Locus exstat orat. 3, p. 107, ubi sic loquitur Gregorius: Πῶς δὲ οὐ πείσει Κρόνος Οὐρανὸν ἐκτεμὼν, ἵνα ἄγονος ᾖ θεῶν καὶ δῷ κύμασιν ἀποτελέσαι θεὸν ἀφρῷ γέννημα, καὶ Κρόνῳ Ζεὺς ἐπανιστάμενος κατὰ μίμησιν τοῦ πατρὸς, ὁ γλυκὺς λίθος καὶ πικρὸς τυραννοκτόνος. *Quidni autem hoc persuadeat* (reverentiam erga parentes) *Saturnus Cœlo genitales partes amputans, ne deos gignat, verum hoc fluctibus det, ut deam spumæ fetum efficiant; et Jupiter adversus Saturnum Patris exemplo insurgens, dulcis, inquam, ille lapis et sævus tyrannicida.*

(80) *Βεβήλοις.* Sic uterque Regius et Anglicanus cum Tigurina editione. Aliæ editiones βέβηλοι, quam scripturam vitio non carere probavimus, Cohort. S. Justini, n. 14.

ἀνενδεεῖς καὶ ἀγήρως ὑπῆρχον. Legendum videtur πυρίσασθαι pro παρεισάμενος. Sic autem locum ab interpretibus deformatum interpretabor: *Necesse est ergo ut curationes et alimenta sibi comparent. Unde etiam mensæ et ebrietates, et risus et concubitus; cum tamen homines nec rebus venereis uterentur, nec liberis operam darent, nec dormirent, si immortales ac nullius rei egeni et senii expertes essent.*

(73) *Πῶς οὐχὶ θνητός.* De dæmonibus, qui sub deorum nominibus colebantur, quærit Tatianus, quomodo non existimentur mortales; non quod eos mortales crederet, sed quia illos *per totam vitam mori*, ut ait n. 14, *ac toties mori* putabat, *quoties sectatores suos ad peccandum erudiunt.*

(74) *Ῥέαν μὲν γὰρ νενομοθετηκέναι.* Hunc locum repræsentandum duxi, ut habetur in codicibus mss. et edit. Tigurina, excepto tamen quod interpunctionem mutaverim et Verbum φασὶν referam ad Ῥέαν, cum antea referretur ad Κυβέλην. Facilius est supplere verbum καλοῦσι. Editiones Parisienses et Oxon. habent Ῥέαν νενομοθέτηκε, Ducæus Ῥέα.

(75) *Ταύτης Ἄττιν.* Frisii codex ad marg. αὐτῆς, Gesnerus legendum conjicit Ἄτην.

(76) *Ταύτην μοι.* Sic Reg. 2. Sic etiam ad marginem Anglic. et Reg. 2, qui cum Tigur. habent in textu ταύτην μή. Editi ταύτην ἤ.

(77) *Τῆς ἀνδρείας.* Legendum ἀγνείας suspicatur auctor editionis Oxon. At ea vox omnino retinenda. Proprium enim est Minervæ τὸ ἀνδρικόν, ut ait Justinus in orat. *adv. Græc.*, n. 2, ut quæ nihil prorsus muliebre perageret. Quamobrem si ei Vulcanus virginitatem eripuisset, simul eam viri-

Digitized by Google

ξις αὐτοῦ γεγόνασι μυστήρια. Κλαίει Δημήτηρ τὴν θυγατέρα, καί τινες ἀπατῶνται διὰ τοὺς Ἀθηναίους (81). Ἐν τῷ τεμένει τοῦ Λητοΐδου καλεῖταί τις Ὀμφαλός (82)· ὁ δὲ Ὀμφαλὸς τάφος ἐστὶν Διονύσου. Ἐπαινῶ σε νῦν, ὦ Δάφνη· τὴν ἀκρασίαν τοῦ Ἀπόλλωνος νικήσασα, ἤλεγξας αὐτοῦ τὴν μαντικήν· ὅτι μὴ προγνοὺς τὰ περὶ σὲ, τῆς αὐτοῦ τέχνης οὐκ ὤνατο. Λεγέτω μοι νῦν ὁ Ἑκατηβόλος, πῶς Ὑάκινθον διεχρήσατο Ζέφυρος. Ζέφυρος αὐτὸν νενίκηκε· καὶ τοῦ τραγῳδοποιοῦ λέγοντος,

Αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον,

ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς, ἀπώλεσε τὸν ἐρώμενον.

9. Τοιοῦτοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες· οὗτοι οἱ τὴν εἱμαρμένην ὥρισαν. Στοιχείωσις δὲ αὐτοῖς ἡ ζώωσις ἦν. Τὰ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς ἑρπετὰ, καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι νηκτὰ, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τετράποδα, μεθ' ὧν ἐποιοῦντο τὴν δίαιταν, ἔκβλητοι τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης γεγενημένοι, ταῦτα τῆς ἐπουρανίου τιμῆς ἠξίωσαν, ἵνα τε νομισθῶσιν αὐτοὶ διατρίβειν ἐν οὐρανῷ, καὶ τὴν ἄλογον (83) ἐπὶ γῆς πολιτείαν εὔλογον διὰ τῆς ἀστροθεσίας ἀποδείξωσιν. Ὥστε ὁ θυμικὸς, καὶ ὁ ἐπίμοχθος, καὶ ὁ ἐγκρατευόμενος, καὶ ὁ ἀκρατὴς, καὶ ὁ πτωχεύων, ἀπ' αὐτῶν (84) ἐστι τῶν νομοθετησάντων τὴν γένεσιν. Ἡ γὰρ τοῦ Ζωδιακοῦ κύκλου γραφὴ, θεῶν ἐστι ποίημα. Καὶ τὸ ἐπικρατῆσαν, ὥς φασιν, ἑνὸς αὐτῶν φῶς τοὺς πλείονας παραβραβεύει· καὶ ὁ νικώμενος εἰσαῦθις νῦν ἐπικρατεῖν εἴωθεν. Εὐαρεστοῦσι δὲ αὐτοῖς οἱ ἑπτὰ πλανῆται, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς πεσσοῖς ἀθύροντες. Ἡμεῖς δὲ καὶ εἱμαρμένης ἐσμὲν ἀνώτεροι, καὶ ἀντὶ πλανητῶν δαιμόνων ἕνα τὸν ἀπλανῆ δεσπότην μεμαθήκαμεν καὶ οὐ καθ' εἱμαρμένην ἀγόμενοι, τοὺς ταύτης νομοθέτας παρῃτήμεθα. Λέγε μοι πρὸς τοῦ Θεοῦ, Τριπτόλεμος ἔσπειρε τοὺς πυροὺς, καὶ μετὰ τὸ πένθος εὐεργετεῖ τοὺς Ἀθηναίους; Διὰ τί δὲ ἡ Δημήτηρ τῆς θυγατρὸς μὴ ἀπολωλυίας τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτις οὐκ ἐγένετο; Κύων ὁ τῆς Ἠριγόνης ἐν οὐρανῷ δείκνυται, καὶ Σκορπίος ὁ τῆς Ἀρτέμιδος βοηθὸς, καὶ Χείρων ὁ Κένταυρος, καὶ ἡ ἡμίτομος Ἀργὼ, καὶ ἡ Καλλιστοῦς Ἄρκτος. Εἶτα πῶς, πρὶν τούτους περὶ τὰς προειρημένας πράξεις γενέσθαι, ἀκόσμητος ἦν ὁ οὐρανός; Τίνι δὲ οὐ γελοῖον εἶναι (85) δόξει τὸ κατὰ μὲν τινὰς διὰ τὴν Σικελίαν ἀστροθετούμενον (86) Δελτωτὸν, κατ' ἐνίους δὲ τῆς

(81) *Διὰ τοὺς Ἀθηναίους.* Ducæus vertendum existimavit, *propter Athenienses.* Sed minus animadvertit stylum Tatiani, qui paulo ante dicebat, διὰ τὸν Μελέαγρον, *per Meleagrum*, διὰ τὸν Ἥφαιστον, *per Vulcanum.* Difficilis locus mutata interpunctione enitescit. Antea scriptum erat : διὰ τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῷ τεμένει τοῦ Λητοΐδου καλεῖται, etc. Ex quo tenebræ et iis quæ præcedunt, et iis quæ sequuntur injectæ. Nunc utraque facilius explicabimus. Ait Tatianus: *Ceres filiam luget et nonnulli per Athenienses decipiuntur*, quia videlicet ex illo Cereris luctu originem mysteriorum repetebant, et quos his mysteriis initiabant, iis multa quidem bona et, ut ait Cicero II, *De legibus*, n. 14, spem meliorem moriendi promittebant: sed eos decipi pronuntiat Tatianus, quibus inanissimæ illæ spes illudebant.

(82) *Ὀμφαλός.* Non Delphos ita appellat Tatianus, sed locum in Apollinis templo ubi sepultus

A teria ; Ceres filiam luget, et quidam per Athenienses decipiuntur. In templo Apollinis est locus qui Omphalus dicitur : Bacchi autem sepulcrum Omphalus. Laudo te nunc, o Daphne, quæ victa Apollinis intemperantia illius divinationem conviceris; quippe cum nihil sua illum ars juverit, ut res tuas prænosceret. Dicat nunc mihi jaculator Apollo, quo modo Hyacinthum Zephyrus occiderit. Zephyrus eum vicit ; et cum tragicus poeta dicat,

Aura deum currus pretiosior,

ipse ab exigua victus aura perdidit amasium.

9. *De superstitionibus inductis a dæmonibus.*—Tales sunt dæmones : hi sunt qui fatum definierunt. B Elementum autem illis fuit animalium in cœlo collocatio. Nam animalia, quibuscum cœlo ejecti degebant, sive in terris repentia, sive in aquis natantia, sive in montibus quadrupedes, cœlesti honore dignati sunt, ut et ipsi in cœlo versari existimarentur, et vitam in terris a ratione alienam, rationi consentaneam esse per siderum positionem persuaderent. Quapropter iracundus et patiens, et temperans et intemperans et pauper ab iisdem genituræ legislatoribus tales exstitere. Nam Zodiaci circuli descriptio deorum est opus. Quod, si lux eorum unius dominetur (ita enim ipsi loquuntur), cæteris honorem præripit; et qui nunc vincitur, rursus vincere solet. Delectantur autem septem planetis, velut qui tesseris ludunt. Nos autem et fato superiores sumus, et pro errantibus dæmonibus unum Dominum non errantem didicimus : et cum fato non regamur, ejus legislatores rejicimus. Dic, age, per Deum, fruges sevit Triptolemus, et post luctum beneficium in Athenienses contulit? Sed cur Ceres, antequam filiam amitteret, bene de hominibus non merebatur? Canis Erigones in cœlo monstratur; et Scorpius Dianæ auxiliator, et Chiron centaurus, et Argo dimidiata et Callistus Ursa. Quomodo igitur antequam isti prædicta facinora ederent, inornatum erat cœlum? Quis autem non rideat Deltotum illud propter Siciliam, ut nonnullis **252** placet, vel, ut aliis, propter primam Jovi appellationis litteram, inter astra consecratum? Cur enim non Sardiniæ

D erat Bacchus.

(83) *Καὶ τὴν ἄλογον.* Non id dicit Tatianus, quod eum dixisse existimarunt interpretes, vitæ deteriori laudem conciliari, dum cœlo consecrantur qui male vixerunt. Sed dæmones *per siderum positionem* perfecisse dicit, ut vita a ratione aliena rationi consentanea videretur ; quia scilicet per tabulam positionis siderum fatum induxerunt, et sive quis virtutem colat, sive vitiosus sit, *ab iisdem genituræ gubernatoribus* talis exstitit, non propria voluntate. Similia habemus paulo ante n. 8. Supra legendum videtur : Ἡ τὴν ἀκρασίαν τοῦ Ἀπόλ.

(84) *Ἀπ' αὐτῶν.* Sic Reg. 1. Editi ἐπ' αὐτῶν. Mox Reg. 2 et Angl. cum Tigur. ὀνομαθετησάντων τὴν γένεσιν. Gesnerus addendum putat καὶ ὁ πλουτῶν. Paulo post lege ὁ νικώμενος νῦν εἰσαῦθις.

(85) *Εἶναι.* Deest in Reg. 2 et Angl.

(86) *Ἀστροθετούμενον.* Reg. 2, ἀστροθετευόμενον. Ad hunc locum exstat hoc scholium in marg.

Digitized by Google

quoque et Cypro cœlum concessum ? Aut quam ob causam Jovis fratrum, qui regna partiti sunt, non ipsæ etiam litterarum figuræ inter astra sunt relatæ? Quomodo vinctus Saturnus et regno ejectus fati moderator constituitur ? Aut quomodo regna donat qui non jam regnat ? Projicite igitur has nugas, nec injusto in nos odio fas et jura violate.

A τοῦ Διὸς προσωνυμίας πρωτότυπον στοιχεῖον, διὰ τί γὰρ οὐχὶ καὶ ἡ Σαρδὼ καὶ ἡ Κύπρος ἐν οὐρανῷ τετίμηνται ; Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ καὶ τῶν τοῦ Διὸς ἀδελφῶν, οἳ διενείμαντο τὰς βασιλείας (87), γραμμάτων σχηματουργίᾳ (88) κατεστηρίχθησαν ; Πῶς τε ὁ πεδοθηείς Κρόνος καὶ τῆς βασιλείας ἔκβλητος γενόμενος τῆς εἱμαρμένης οἰκονόμος καθίσταται ; Πῶς τε βασιλείας ὁ μηκέτι βασιλεύων δίδωσι; Καταβάλλετε τοιγαροῦν τὸν λῆρον, καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἡμᾶς ἀδίκως παρανομήσητε (89).

10. *Fato non indigent mores Christianorum.* — Narratur fabulosa hominum transformatio ; transformantur apud vos et dii. Rhea fit arbor ; Jupiter draco propter Proserpinam : populi Phaethontis sorores ; Latona vile animal, propter quam Ortygia vocata quæ nunc Delus est. Deus dic, age, fit olor, et aquilæ formam capit, et dum Ganymedem a poculis habet, de turpi puerorum amore gloriatur ? Quid attinet deos colere munerum aucupes, ac nisi acceperint, irascentes ? Habeant illi fatum ; ego stellas errantes adorare nolo. Quis est ille Berenices capillus ? Aut ubi stellæ ejus antequam ipsa moreretur ? Quomodo mortuus Antinoûs, formosus in luna adolescens consecratus ? Aut quis illum eo evexit ? Nisi forte (quemadmodum fidem invenit si quis reges mercede conductus in cœlum ascendisse non sine perjurio ac deorum irrisione affirmet) ita etiam hunc aliquis in deos simili ratione referens, præmiis et muneribus ornatus est. Cur in Deum estis sacrilegi ? Cur ejusdem opus dedecoratis ? Mactas ovem, et eamdem adoras ; taurus est in cœlo et ejus imaginem trucidas. Is quem vocant Engonasin premit animal noxium ; honore afficitur aquila opificem hominis Prometheum peredens. Præclarus sane Cycnus, quoniam adulter erat. Egregii illi alternis diebus viventes filii Jovis, filiarum Leucippi raptores. Præstantior his Helena, quæ, relicto flavicomo Menelao, mitrigerum et abundantem auro Paridem secuta est ! Æquus etiam exstitit Sophron,

10. Μεταμόρφωσις ἀνθρώποις μεμυθολόγηται · μεταμορφοῦνται δὲ παρ' ὑμῖν καὶ οἱ θεοί. Δένδρον ἡ Ῥέα γίνεται · δράκων δὲ ὁ Ζεὺς διὰ τὴν Φερσέφασσαν · αἴγειροι αἱ τοῦ Φαέθοντος ἀδελφαί, καὶ ἡ Λητὼ ζῶον εὐτελὲς, δι' ἣν Ὀρτυγία Δῆλος ἡ νῦν κέκληται. Θεὸς, εἰπέ μοι, κύκνος γίνεται, καὶ τὴν ἀετοῦ μορφὴν B ἀναλαμβάνει, καὶ δι' οἰνοχοΐαν τοῦ Γανυμήδους τῇ παιδεραστίᾳ σεμνύνεται ; Τί μοι σέβειν θεοὺς δωροληπτας, καὶ ὀργιζομένους, ἂν μὴ λάβωσιν (90) ; Ἐχέτωσαν οὗτοι τὴν εἱμαρμένην · τοὺς πλανήτας προσκυνεῖν οὐ βούλομαι. Τίς ἐστιν ὁ Βερενίκης πλόκαμος ; Ποῦ δὲ οἱ ἀστέρες αὐτῆς πρὶν τὴν προειρημένην ἀποθανεῖν ; Πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς Ἀντίνοος, μειράκιον ἐν τῇ σελήνῃ ὡραῖον καθίδρυται ; Τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν ; Εἰ μή (91) τι καὶ τοῦτον (ὡς τοὺς βασιλέας, μισθοῦ δι' ἐπιορκίας (92) τὶς, τοὺς θεοὺς καταγελῶν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι φήσας, πεπίστευται) κατὰ τὸν ὅμοιον θεολογήσας (93) τιμῆς καὶ δωρεᾶς ἠξίωται. Τί μοι τὸν Θεὸν σεσυλήκατε (94) ; Τί δὲ αὐτοῦ τὴν ποίησιν ἀτιμάζετε; Θύεις πρόβατον, τὸ δ' αὐτὸ προσκυνεῖς (95) · ταῦρος ἐστὶν ἐν οὐρανῷ, καὶ τὴν εἰκόνα C σφάττεις αὐτοῦ. Ζῶον πονηρὸν ὁ Ἐνγόνασι (96) ἐκθλίβει · καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν Προμηθέα καταφαγὼν ἀετὸς τετίμηται. Καλὸς ὁ Κύκνος, ὅτι μοιχὸς ἦν. Καλοὶ δὲ καὶ οἱ ἑτεροήμεροι Διόσκουροι τῶν Λευκιππίδων οἱ ἁρπασταί. Κρείττων ἡ Ἑλένη, τὸν μὲν καρήξανθον Μενέλαον καταλιποῦσα, τῷ δὲ μιτρηφόρῳ καὶ πολυχρύσῳ Πάριδι κατακολουθοῦσα. Δίκαιος καὶ σώφρων (97) ὁ τὴν ἐκπορνεύσασαν εἰς Ἠλύσια πεδία

Reg. 2 : Τινὲς δὲ διὰ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, φασὶν, καλούμενον Δέλτα οὐ (legit ὃ Editor Oxon.) ποιοῦσιν ἄνωθεν μὲν ὁ Νεῖλος διιστάμενος ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἑαυτοῦ ῥεύματος εἰς δύο, κάτωθεν δὲ ἡ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν θάλασσα, εἰς ἣν τὰ στόματα τοῦ Νείλου ἐκδιδοῖ.

(87) *Βασιλείας*. Hunc locum illustrat Gesnerus petita ex nugis astrologorum observatione. *Si genituræ gubernaculum accipienti Saturno*, inquit Pontanus lib. VIII, cap. 2, de rebus cœlestibus, *opportunoque in loco collocato, opportuno etiam ac felici e loco beneficæ stellæ suffragium contulerint, sitque diurna genitura ; natus ille futurus est nobilis, præclarisque in actionibus ac negotiis versabilur, honores, dignitates, magistratusque consecuturus, quos signa, loca, signorumque ipsorum domini, eorumque configurationes pollicebuntur.*

(88) *Σχηματουργίᾳ*. Legendum Σχηματουργίαι.

(89) *Παρανομήσητε*. Reg. 1 et Angl. παρανομίσητε.

(90) *Ἂν μὴ λάβωσιν*. Reg. 1 ἂν λάβωσιν, et supra lineam μή.

(91) *Εἰ μή*. Ita Reg. uterque, Angl., Tigur. et Fronto Ducæus. Sed legendum videtur εἰ μή τις. Aliæ editiones εἰ μὴ καί.

(92) *Μισθοῦ δι' ἐπιορκίας*. Sic Reg. uterque cum Anglicano. Editi μισθοῦ ἢ δι' ἐπιορκίας. Ope parenthesis spero me lucem loco difficillimo attulisse. Ibidem Grabius Not. in *Apol.* Justini n. 21, legendum putat θεοὺς καταγγέλλων.

(93) *Θεολογήσας*. Sic Reg. uterque ; editi θεολογῆσαι. Fronto Ducæus κατὰ τὸν Ὅμηρον θεολογῆσαι. Legendum videtur κατὰ τὸ ὅμοιον.

(94) *Τί μοι τὸν Θεὸν σεσυλήκατε ;* nempe illius nomen et cultum in res creatas transferendo. Infra n. 12 dæmones vocantur λησταὶ θεότητος, *latrones divinitatis*.

(95) *Προσκυνεῖς*. Fronto Ducæus καὶ προσκυνεῖς. Vid. *Apol.* I Justini n. 24. Præclare S. Clemens *Strom.* p. 635 : Καὶ τὰ ἴδια βρώματα βροτοῖς, θύματα θύουσι καὶ νεκρὰ νεκροῖς προσφέροντες, ὡς θεοῖς, ἀχαριστοῦσι τῷ Θεῷ. Legendum videtur βρώματα βρωτοῖς, θύματα θύμασι vel θύεσι, *cibos cibis, victimas victimis offerentes*.

(96) *Ἐνγόνασι*. Fronto ἐνγόνασις. Ibidem Reg. 2 et Angl. θλίβει. Engonasin signum in cœlo est, quod Latine Ingeniculus vocatur, et est Hercules, qui dextro genu nixus sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. GESNERUS.

(97) *Δίκαιος καὶ σώφρων*. Hæc de Sophrone accipio, insigni scriptore et statuario, non de probo et honesto viro.

Digitized by Google

μετατεθεικώς. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ Τυνδαρὶς ἀπηθανάτισται· καὶ σοφῶς ὁ Εὐριπίδης ὑπὸ Ὀρέστου (98) τῆς προειρημένης γυναικὸς τὴν ἀναίρεσιν παρεισήγαγε.

11. Πῶς οὖν γένεσιν τὴν καθ' εἱμαρμένην ἀποδέξομαι, τοιούτους αὐτῆς τοὺς οἰκονόμους θεωρῶν; Βασιλεύειν οὐ θέλω· πλουτεῖν οὐ βούλομαι· τὴν στρατηγίαν παρῄτημαι· πορνείαν μεμίσηκα· ναυτίλλεσθαι διὰ τὴν ἀπληστίαν οὐκ ἐπιτηδεύω· στεφάνους ἔχειν οὐκ ἀγωνίζομαι, δοξομανίας (99) ἀπήλλαγμαι· θανάτου καταφρονῶ· νόσου παντοδαπῆς ἀνώτερος γίνομαι· λύπη μου τὴν ψυχὴν οὐκ ἀναλίσκει. Δοῦλος ἐὰν ὦ, δουλείαν ὑπομένω· κἂν ἐλεύθερος ὑπάρχω, τὴν εὐγένειαν οὐ σεμνύνομαι. Τὸν ἥλιον ὁρῶ πάντων τὸν αὐτὸν, ἕνα δὲ κατὰ πάντων τὸν θάνατον δι' ἡδονῆς καὶ ἐλαττώματος. Ὁ πλούσιος σπείρει, καὶ ὁ πένης τῆς αὐτῆς σπορᾶς μεταλαμβάνει· τελευτῶσιν οἱ πλουσιώτατοι, καὶ οἱ μεταιτοῦντες τὴν αὐτὴν ἔχουσι τοῦ βίου περιγραφήν. Πλειόνων χρῄζουσιν οἱ πλουτοῦντες, καὶ δι' ἀξιοπιστίας μετὰ τῆς δόξης γίνονται (1)· πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος, τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐφιέμενος, εὐμαρέστερον περιγίνεται. Τί μοι (2) καθ' εἱμαρμένην ἀγρυπνεῖς διὰ φιλαργυρίαν; τί δέ μοι, καθ' εἱμαρμένην πολλάκις ὀρεγόμενος, πολλάκις ἀποθνήσκεις; ἀπόθνησκε τῷ κόσμῳ, παραιτούμενος τὴν ἐν αὐτῷ μανίαν· ζῆθι τῷ Θεῷ, διὰ τῆς ἑαυτοῦ καταλήψεως (3) τὴν παλαιὰν γένεσιν παραιτούμενος. Οὐκ ἐγενόμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκομεν δὲ δι' ἑαυτούς. Ἀπώλεσεν ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον· δοῦλοι γεγόναμεν οἱ ἐλεύθεροι· διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπράθημεν. Οὐδὲν φαῦλον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεποίηται· τὴν πονηρίαν ἡμεῖς ἀνεδείξαμεν· οἱ δὲ ἀναδείξαντες δυνατοὶ πάλιν παραιτήσασθαι.

12. Δύο πνευμάτων διαφορὰς (4) ἴσμεν ἡμεῖς, ὧν τὸ μὲν καλεῖται ψυχή· τὸ δὲ μεῖζον μὲν τῆς ψυχῆς, Θεοῦ δὲ εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις. Ἑκάτερα δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πρώτοις ὑπῆρχεν, ἵνα τὸ μέν τι ὦσιν ὑλικοὶ, τὸ δὲ ἀνώτεροι τῆς ὕλης. Ἔχει δὲ οὕτω· πᾶσαν ἔστιν ἰδεῖν τοῦ κόσμου τὴν κατασκευὴν σύμπασάν τε τὴν ποίησιν γεγονυῖαν (5) ἐξ ὕλης, καὶ τὴν ὕλην δὲ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προβεβλημένην, ἵνα τὸ μέν τι αὐτῆς ἄπορον καὶ ἀσχημάτιστον νοῆται πρὸ τοῦ διάκρισιν λαβεῖν, τὸ δὲ κεκοσμημένον καὶ εὐτα-

A qui hanc meretricem in campos Elysios transtulit. Sed neque Tyndaris immortalitate donata est; ac sapienter Euripides eam ab Oreste occisam tradit.

11. *Non fato homines peccarunt, sed libere.* — Quomodo igitur illam ex fato genituram probem, cum tales ejus moderatores videam? Regnare nolo, ditescere non libet, præturam recuso, scortationem odi, navigare ob insatiabilem avaritiam non cupio, de coronis consequendis non dimico, liber sum **253** ab insana gloriæ cupiditate, mortem contemno, quovis morbi genere superior sum, mœror animum non peredit. Si servus sum, servitutem sustineo; si liber, ingenuitatem non ostento. Solem video omnium eumdem, unam omnium mortem, sive in voluptate vivas, sive inedia labores. Dives seminat, et pauper eodem semente perfruitur. Moriuntur ditissimi, eumdem vitæ exitum habent mendici. Pluribus rebus indigent divites, quamvis fides illis et honos habeatur. Pauper autem et moderatissimus quisque id quod sibi satis est desiderans, facilius consequitur. Quid est quod ex fato præ avaritia vigilas? Cur ex fato sæpe appetens, sæpe moreris? Mundo morere ejus insaniam rejiciens; vive Deo, per ipsius cognitionem, veterem generationem repudians. Non facti sumus ut moreremur, sed nostra culpa morimur. Perdidit nos libera voluntas; servi facti sumus, qui liberi eramus; per peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est a Deo: nos ipsi improbitatem produximus. Eam vero qui produxerunt, denuo repudiare possunt.

12. *Duo spirituum genera.*—Duo spirituum discrimina novimus, quorum alter anima vocatur, alter anima præstantior, Dei imago et similitudo. Uterque primis hominibus inerat, ut partim ex materia constarent, partim materia præstantiores essent. Sic autem se res habet. Universam videre est mundi constructionem, ac universum opus ex materia profectum, ipsam autem materiam a Deo creatam; ita ut partim rudis et informis intelligatur, antequam divisionem acciperet, partim ornata

(98) *Ὑπὸ Ὀρέστου.* Angl. ἀπὸ Ὀρέστου. Non de Helena hæc dicta, sed de Clytæmnestra editor Oxoniensis existimavit.

(99) *Δοξομανίας.* Sic mss. codd. et Fronto Ducæus. Aliæ editiones δοξημανίας.

(1) *Καὶ δι' ἀξιοπιστίας... γίνονται.* Legendum videtur κἂν δι' ἀξιοπιστίας... γίνωνται.

(2) *Τί μοι... τί δή μοι.* Sic tres mss. codices et editio Tigurina. Parisienses τί μή... τί δὲ μή.

(3) *Διὰ τῆς ἑαυτοῦ καταλήψεως.* Si hæc scriptura servetur, sic erit interpretandum: *Per tuam ipsius comprehensionem*, sive cognitionem, *veterem generationem repudians.* Sed longe melior sententia exstabit, si legamus, αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ: *Vive Deo, per cognitionem ipsius veterem generationem repudians.* Satis perspicitur nihil vitii inesse huic sententiæ. *Agnitio enim Dei*, inquit Irenæus lib. v, c. 12, n. 4, *renovat hominem.* Infra n. 20, Tatianus Christianam doctrinam vocat τὴν περὶ Θεοῦ κατάληψιν. Et n. 13, docet animam, quæ Dei cognitione instructa est, immortalem fieri. Cum autem animæ immortalitatem repetat ex conjunctione cum Spiritu sancto; liquet eum Dei cognitione non nudam cognitionem intelligere, sed amorem etiam hac voce et conjunctionem cum Spiritu sancto complecti. Unde non mirum si per hanc cognitionem renovari hominem docet.

(4) *Δύο πνευμάτων διαφορὰς.* Ingreditur Tatianus prolixam disputationem de animæ humanæ imbecillitate, nisi a Spiritu sancto ad consequendam immortalitatem adjuvetur. Huic sententiæ non parum lucis affert Irenæus, qui Tatiani vestigiis Spiritum sanctum immortalitatis auctorem esse demonstrans, similiter monet eum a spiritu illo universum mundum permeante distinguendum esse. Sic loquitur S. martyr lib. v, cap. 12, n. 2: *Aliud est enim afflatus vitæ, qui et animalem efficit hominem: et aliud Spiritus vivificans, qui et spiritalem efficit eum. Aliud autem est quod factum est ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis, Spiritus autem sempiternus.* Supra Tatianus, n. 4, Spiritum divinum, quem perfectum Deum vocat, ab inferiore spiritu distingui monet.

(5) *Γεγονυῖαν.* Sic Reg. 1 et Front. melius quam editi καὶ γεγονυῖαν.

Digitized by Google

et digesta post peractam in ea divisionem. Cœlum igitur et quæ in eo stellæ, ex materia constant; et terra ac quidquid ea continetur similem habet constitutionem, ita ut eadem sit communis omnium generatio. Quamvis autem hæc ita se habeant, sunt tamen quædam eorum, quæ ex materia constant, discrimina, ita ut aliud pulchrius sit, aliud vero pulchrum illud quidem, sed tamen ab alio pulchriore superatum. Quemadmodum enim corporis constitutio unius est descriptionis et circa illud versatur nascendi causa; sed tamen quamvis hæc ita se habeant, sunt quædam in eo dignitatis discrimina, atque aliud est oculus, aliud est auris, aliud capillorum ornatus et intestinorum medullarumque distributio, ac ossium et nervorum compages; et cum aliud ab eo differat, summus est in communi distributione concentus; similiter mundus secundum **254** auctoris sui potestatem quædam splendidiora, quædam his dissimilia continens, materialem spiritum, ita volente opifice, accepit. Hæc autem singulatim perspicere potest qui non superbe despuit in divina oracula, quæ variis temporibus consignata litteris, studiosos sui amicos Deo prorsus faciunt. Dæmones igitur (ita enim appellatis), cum ex materia compacti fuissent, et spiritum ex ea traxissent, intemperantes et gulosi evaserunt, alii quidem ad puriorem materiam conversi, alii autem viliorem eligentes, et ad illius similitudinem vitam instituentes. Istos adoratis, o Græci, factos quidem ex materia, longe autem a recto ordine remotos. Sua enim ipsorum stultitia ad inanem gloriam conversi, frenisque excussis, latrones divinitatis fieri conati sunt. Universorum autem Dominus tamdiu illudere eos sivit, dum mundus ad finem perductus dissolvatur, ac judex adveniat, et quicunque perfecti Dei cognitionem, licet a dæmonibus oppugnati, concupiverint, perfectius propter certamina testimonium in die judicii consequantur. Spiritus igitur in stellis, spiritus in angelis, spiritus in plantis, spiritus in hominibus, spiritus in animalibus, et quamvis unus et idem sit, habet tamen in se discrimina. Atque hæc quidem nobis, non lingua nec probabili ratione nec sophistarum apparatu disserentibus, sed divinioris cujusdam vocis sermone utentibus, qui discere vultis, festinate. Et qui in Scytham Anacharsim non despuitis, neque etiam nunc indignum vobis

κτον μετὰ τὴν ἐν αὐτῇ διαίρεσιν. Ἔστιν οὖν ἐν αὐτῇ ὁ οὐρανὸς ἐξ ὕλης, καὶ τὰ ἄστρα τὰ ἐν αὐτῷ· καὶ ἡ γῆ δὲ καὶ πᾶν τὸ ἀπὸ αὐτῆς νοούμενον τὴν ὁμοίαν ἔχει σύστασιν, ὡς εἶναι κοινὴν πάντων γένεσιν. Τούτων δὲ οὕτως ὑπαρχόντων, διαφοραί τινες τῶν ἐξ ὕλης εἰσὶν, ὡς εἶναι τὸ μέν τι κάλλιον, τὸ δὲ καὶ αὐτὸ μὲν καλὸν, πλὴν ὑπό τινος κρείττονος ἐλαττούμενον. Ὥσπερ γὰρ ἡ μὲν τοῦ σώματος σύστασις μιᾶς ἐστιν οἰκονομίας, περὶ δὲ αὐτό ἐστι τοῦ γεγενῆσθαι τὸ αἴτιον· καὶ τούτων οὕτως ὄντων, διαφοραί τινές εἰσι δόξης ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ μὲν ὀφθαλμός τίς ἐστιν, τὸ δὲ οὖς, τὸ δὲ τριχῶν διακόσμησις, καὶ ἐντοσθίων οἰκονομία μυελῶν τε, καὶ ὀστέων καὶ νεύρων σύμπηξις· θάτερον δὲ θατέρου ὂν διάφορον, κατ' οἰκονομίαν συμφωνίας ἐστὶν ἁρμονία· παραπλησίως καὶ ὁ κόσμος, κατὰ τὴν τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν δύναμιν, τὰ μέν τοι (6) φαιδρότερα, τὰ δέ τινα τούτοις ἀνόμοια κεκτημένος, θελήματι τοῦ δημιουργήσαντος, πνεύματος (7) μετείληφεν ὑλικοῦ. Τὰ δὲ καθ' ἕκαστα (8) δυνατὸν κατανοῆσαι τῷ μὴ κενοδόξως ἀποσκορακίζοντι τὰς θειοτάτας ἑρμηνείας, αἳ κατὰ χρόνον διὰ Γραφῆς ἐξεληλεγμέναι πάνυ θεοφιλεῖς τοὺς προσέχοντας αὐταῖς πεποιήκασιν. Ὅμως δὲ οὖν καὶ οἱ δαίμονες οὓς ὑμεῖς οὕτω φατὲ (9), σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα τὸ ἀπ' αὐτῆς (10), ἄσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασιν, οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐπὶ τὸ καθαρώτερον τραπέντες, οἱ δὲ τῆς (11) ὕλης ἐπιλεξάμενοι τὸ ἔλαττον, καὶ κατὰ τὸ ὅμοιον αὐτῇ πολιτευόμενοι. Τούτους δὲ, ἄνδρες Ἕλληνες, προσκυνεῖτε, γεγονότας μὲν ἐξ ὕλης, μακρὰν δὲ τῆς εὐταξίας εὐρεθέντας. Οἱ γὰρ προειρημένοι, τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ πρὸς τὸ κενοδοξεῖν τραπέντες, καὶ ἀφηνιάσαντες, λῃσταὶ θεότητος γενέσθαι προεθυμήθησαν. Ὁ δὲ τῶν ὅλων Δεσπότης ἐντρυφᾷν αὐτοὺς εἴασε μέχρις ἂν ὁ κόσμος πέρας λαβὼν ἀναλυθῇ, καὶ ὁ δικαστὴς παραγένηται, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπαναστάσεως ἐφιέμενοι τῆς τοῦ τελείου Θεοῦ γνώσεως, τελειοτέραν διὰ τῶν ἀγώνων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τὴν μαρτυρίαν λάβωσιν. Ἔστιν οὖν πνεῦμα ἐν φωστῆρσι, πνεῦμα ἐν ἀγγέλοις, πνεῦμα ἐν φυτοῖς καὶ ὕδασι, πνεῦμα ἐν ἀνθρώποις, πνεῦμα ἐν ζώοις· ἓν δὲ ὑπάρχον καὶ ταὐτὸν, διαφορὰς ἐν αὐτῷ κέκτηται. Ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων, οὐκ ἀπὸ γλώττης, οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεώς τε σοφιστικῆς, θειοτέρας δέ τινος ἐκφωνήσεως λόγοις (12) καταχρωμένων, οἱ βουλόμενοι μανθάνειν σπεύσατε. Καὶ οἱ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν μὴ ἀποσκορακίζοντες (13),

(6) *Τὰ μέν τοι.* Ita Reg. uterque. Editi τὰ μέν τι.

(7) *Πνεύματος.* In Reg. 1 habemus hoc scholion: Δαίμονες σύνθετοι ἐξ ὕλης καὶ εἴδους.

(8) *Τὰ δὲ καθ' ἕκαστα.* Sic Reg. 1. Editi τὸ δὲ καθ' ἕκαστα. Mox editi διαγραφῆς. Scripsimus ut in mss. et apud Ducæum.

(9) *Οἱ δαίμονες οὓς ὑμεῖς οὕτω φατέ. Dæmones quos ita appellatis.* Videtur dæmonum nomine angelos bonos et malos designare. Nam si malos tantum, non diceret Gentilibus: *Dæmones quos ita appellatis;* quippe cum Christianorum proprium esset dæmonum nomen malis angelis tribuere.

(10) *Τὸ ἀπ' αὐτῆς.* Sic Reg. 1 et Angl. et Fronto Duc. Editi τὸ ὑπ' αὐτῆς.

(11) *Οἱ δὲ τῆς.* Scholion ad hæc verba exhibet Reg. 1, quod sic habet: Τοῦτο Πλατωνικὸν, εἰς δύο διαιρεῖν εἶδη τοὺς δαίμονας, ἀϋλοτέρους καὶ ὑλικωτέρους, καὶ τοὺς μὲν ἀϋλοτέρους ἀγαθοὺς εἶναι, τοὺς δὲ ὑλικωτέρους πονηροὺς καὶ κακοποιούς.

(12) *Λόγοις.* Ita Reg. 1, et Angl. et codex, ex quo Tigurina editio; legitur λόγῳ in aliis. Mox Reg. 2, et Anglic. et Tigur. οὓς οἱ, forte pro ὅσοι.

(13) *Ἀποσκορακίζοντες.* Clemens Alex. II *Pædag*, c. 12, p. 208: Τὰ κόσμια, ὥσπερ κοροκόσμια ἀποσκορακιστέον.

Digitized by Google

καὶ νῦν μὴ ἀξιοπαθήσητε (14) παρὰ τοῖς βαρβαρικῇ A ducite ab his, qui barbaricam disciplinam sequuntur, erudiri. Dogmata nostra saltem ut illam Babyloniorum divinationem asciscite; aurem nobis dicentibus, saltem ut quercui vaticinanti, accommodate. Sunt hæc quidem quæ recensuimus, dæmonum furentium stratagemata; nostra autem doctrina sublimior, quam ut eam mundus possit comprehendere.

νομοθεσίᾳ παρακολουθοῦσι παιδεύεσθαι. Χρήσασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν, κἂν ὡς τῇ κατὰ Βαβυλωνίους προγνωστικῇ· κατακούσατε λεγόντων ἡμῶν, κἂν ὡς δρυὸς μαντευομένης. Καὶ τὰ μὲν προειρημένα παραφόρων δαιμόνων ἐστὶν ἀντισοφιστεύματα, τὰ δὲ τῆς ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως.

13. Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος (15), ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν (16), θνητὴ δέ. Ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. Θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν, ἀνίσταται (17) δὲ εἰς ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα. Πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ, τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ πεποιημένη. Καθ' ἑαυτὴν γὰρ σκότος ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ φωτεινὸν, καὶ τοῦτό ἐστιν ἄρα τὸ εἰρημένον· *Ἡ σκοτία τὸ φῶς οὐ καταλαμβάνει.* Ψυχὴ γὰρ (18) οὐκ αὐτὴ τὸ πνεῦμα ἔσωσεν, ἐσώθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς τὴν σκοτίαν κατέλαβεν. Ὁ Λόγος (19) μὲν ἔστι τὸ τοῦ Θεοῦ φῶς, σκότος δὲ ἡ ἀνεπιστήμων ψυχή. Διὰ τοῦτο μόνη μὲν διαιτωμένη, πρὸς τὴν ὕλην νεύει κάτω, συναποθνήσκουσα τῇ σαρκί· συζυγίαν δὲ κεκτημένη τὴν τοῦ θείου Πνεύματος, οὐκ ἔστιν ἀβοήθητος· ἀνέρχεται δὲ πρὸς ἅπερ αὐτὴν ὁδηγεῖ χωρία τὸ Πνεῦμα. Τοῦ μὲν (20) γὰρ ἐστὶν ἄνω τὸ οἰκητήριον, τῆς δὲ κάτωθεν ἐστὶν ἡ γένεσις. Γέγονε μὲν οὖν συνδίαιτον ἀρχῆθεν τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ· τὸ δὲ πνεῦμα ταύτην ἕπεσθαι (21) μὴ βουλομένην αὐτῷ καταλέλοιπεν. Ἡ δὲ ὥσπερ ἔναυσμα

13. *Anima non potest fieri immortalis, nisi cum Spiritu sancto conjungatur.* — Non est immortalis per se ipsa, o Græci, anima, sed mortalis. Potest tamen eadem non mori. Moritur enim et dissolvitur cum corpore, si veritatem ignoret; postea autem resurgit in fine mundi una cum corpore, mortem per supplicia in immortalitate accipiens. Rursus B autem non moritur, etiamsi solvatur ad tempus, si Dei cognitione instructa sit. Per se enim nihil aliud est quam tenebræ, nec quidquam in ea luminosum. Atque **255** ad ipsum est quod dicitur: *Tenebræ lucem non comprehenderunt*[1]. Neque enim anima spiritum servavit, sed ab eo servata est, et lux tenebras apprehendit. Est autem Verbum divina lux: tenebræ vero imperita anima. Quapropter si degat solitaria, deorsum ad materiam vergit, una cum carne moriens. Cum divino autem Spiritu copulata, non caret auxilio, sed eo ascendit, quo deducitur a spiritu. Hujus enim sedes in supernis; istius generatio in inferioribus locis. Ac initio quidem spiritus animæ convictor erat; sed eam sequi C nolentem deseruit. Illa autem cum ejus virtutis quasdam veluti scintillulas retineret, sed ab eo se-

[1] Joan. I, 5.

(14) Ἀξιοπαθήσητε. Editor Oxoniensis legendum putat ἀναξιοπαθήσητε. Sed hoc verbum non videtur cum Græcæ linguæ ingenio conciliari posse. Melius profecto ἀξιοπαθεῖν, quod idem videtur esse, ac propriæ dignitatis opinione aliquid aspernari et fugere. Mox Reg. 2, Anglic. et Tigur. κἂν μὴ ὡς τῇ. in Reg. 1, μή supra lineam.

(15) *Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος.* Videtur prima specie inesse his verbis, nec inest tamen deterior sententia. Multi immortalitatem animæ a Tatiano everti existimant, velut auctor dissertationis quæ post Tatiani orationem exstat ad calcem editionis Oxoniensis. Sed illius sensum in Præfatione satis probatum ac purgatum fuisse spero. Consuli etiam possunt quæ initio *Dialogi cum Tryphone* notavimus. Nunc satis erit observare Tatianum non eam animæ immortalitatem denegare, quæ ex Dei voluntate et omnipotentia pendeat, sed quæ ipsius animæ viribus et naturæ tribuatur. Quid enim aliud sibi volunt hæc illius verba: *Non est immortalis per se ipsa.* Et paulo post: *Per se enim nihil aliud est quam tenebræ.* Sic etiam animæ mortem interpretatur, non dissolutionem et destructionem, sed peccatum et vitiosum rerum corporearum amorem; id quod satis declarat his verbis: *Deorsum ad materiam vergit, una cum carne moriens.* Illud: Θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται, non potest de destructione intelligi, cum eam solutionem attribuat Tatianus animæ quæ non moritur, πάλιν τε οὐ θνήσκει κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ.

(16) *Καθ' ἑαυτήν.* Hæc desunt in Reg. 2 et Anglic., ac suspecta sunt editori Oxoniensi, sed prorsus immerito.

(17) Ἀνίσταται. Quo sensu animam antiqui dixerint cum corpore resurgere, ex iis perspici potest, quæ observabimus ad Theophili lib. I.

(18) Ψυχὴ γάρ. Non absimiliter Irenæus lib. V, cap. 9, n. 4: *Non possidet, sed possidetur caro.* Et paulo post: *Caro hæc secundum seipsam, id est, sola regnum Dei hæreditate possidere non potest; hæreditate autem possideri in regno a Spiritu potest. Hæreditate enim possidet qui vivit ea quæ sunt mortui.... Ille enim dominatur et præest et disponit ea quæ hæreditate possidet, quemadmodum ipse velit, illa vero subjecta sunt et dominantur ab eo et sub dominatu sunt ejus qui possidet.*

(19) Ὁ Λόγος. Reg. uterque ἡ Λόγος Verbum non confundit cum Spiritu sancto, quamvis utrumque lucem appellet. Sed cum Joannes de Verbo D dixerit: *Lux in tenebris lucet*, his verbis utitur Tatianus ut lucem etiam esse probet illius Spiritum, per quem inhabitat in nobis, ac sine hac luce animam nostram tenebras esse. Propter illam identitatem suhstantiæ in Verbo et Spiritu sancto, quos Verbum a sua consuetudine excludit, ab iis discedit potentior Spiritus, ut ait Tatianus n. 7.

(20) Τοῦ μέν. Reg. 2, τούτου μέν.

(21) Ἕπεσθαι. Reg. 2, et Angelic. cum edit. Tigur. ἔσεσθαι. Ibidem deest negatio in editione Tigurina ante βουλομένην. Quod autem vocat Spiritum animæ συνδίαιτον, in hoc assentientem habet Clementem Alexandrinum, qui sic loquitur *Protrept.* p. 40: Ἡμεῖς ἐσμεν οἱ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ περιφέροντες ἐν τῷ ζῶντι καὶ κινουμένῳ τούτῳ ἀγάλματι, τῷ ἀνθρώπῳ, σύνοικον εἰκόνα, σύμβουλον, συνόμιλον, συνέστιον, συμπαθῆ, ἀνάθημα γεγόναμεν τῷ Θεῷ ὑπὲρ Χριστοῦ.

Digitized by Google

parata intueri res sublimiores non posset, dum Deum quærit, opinionis errore multos effinxit, doli artifices dæmones sequens. Porro Spiritus Dei non omnibus inest, sed in quibusdam juste viventibus residens et cum eorum animo complicatus, per prædictiones cæteris animabus res absconditas nuntiavit. Atque illæ quidem quæ sapientiæ paruerunt, cognatum sibi Spiritum attraxere: quæ vero non paruerunt et ministrum Dei passi rejecerunt, cum Deo potius deprehensæ sunt pugnare, quam eum colere.

14. *Dæmones gravius punientur quam homines.* — Tales et vos estis, o Græci, lingua quidem expoliti, mente autem absurdi; ac multorum principatum potius quam unius professi estis, dum dæmones, quasi præpotentes essent, statuitis assectari. Quemadmodum enim latro, cum inhumanus sit, audacia solet similes sui domare; sic dæmones ad summam improbitatem progressi solitarias apud vos animas ignoratione et inanibus visis deceperunt. Qui quidem non facile moriuntur, sunt enim carnis expertes, sed viventes mortis instituta profitentur, toties nimirum et ipsi morientes, quoties ad peccandum sectatores suos erudiunt. Itaque quod nunc præcipuum illis est, ut similiter ac homines non moriantur, id eis adfuturum est, quando suppliciis tradentur; neque tunc vitæ æternæ participes erunt, sed mortem quamdam in immortalitate sortientur. Quemadmodum enim nos, quibus nunc facile mori contingit, postea cum voluptate immortalitatem, vel dolorem cum immortalitate percipimus: sic et dæmones, qui præsenti **256** vita ad peccandum abutuntur, ac per totam vitam moriuntur, rursus immortalitatem habebunt, eamdem quidem ac dum viverent, statu autem simillem illorum hominum, qui ex animi sui sententia gessere quidquid viven-

A τῆς δυνάμεως; αὐτοῦ κεκτημένη, καὶ διὰ τὸν χωρισμὸν τὰ τέλεια (22) καθορᾶν μὴ δυναμένη, ζητοῦσα τὸν Θεὸν, κατὰ πλάνην πολλοὺς θεοὺς ἀνετύπωσε, τοῖς ἀντισοφιστεύουσι (23) δαίμοσι κατακολουθήσασα (24). Πνεῦμα δὲ τοῦ Θεοῦ παρὰ πᾶσιν μὲν οὐκ ἔστι, παρὰ δέ τισι τοῖς δικαίως (25) πολιτευομένοις καταγόμενον, καὶ συμπλεκόμενον (26) τῇ ψυχῇ, διὰ προαγορεύσεων ταῖς λοιπαῖς ψυχαῖς τὸ κεκρυμμένον ἀνήγγειλε. Καὶ αἱ μὲν πειθόμεναι σοφίᾳ σφίσιν αὐταῖς ἐφείλκοντο Πνεῦμα συγγενές· αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι καὶ τὸν διάκονον τοῦ πεπονθότος Θεοῦ (27) παραιτούμεναι, θεομάχοι μᾶλλον ἢπερ θεοσεβεῖς ἀνεφαίνοντο.

B 14. Τοιοῦτοί τινές ἐστε καὶ ὑμεῖς, ὦ Ἕλληνες, ῥήμασι μὲν στωμύλοι, γνώμην δὲ ἔχοντες ἀλλόκοτον· καὶ τὴν πολυκοιρανίην μᾶλλον ἢπερ τὴν μοναρχίαν ἐξησκήσατε, καθάπερ ἰσχυροῖς νομίζοντες δαίμοσι κατακολουθεῖν. Ὥσπερ γὰρ ὁ λῃστεύων, ἀπάνθρωπος ὢν, διὰ τόλμης τῶν ὁμοίων ἐπικρατεῖν εἴωθεν· οὕτω καὶ οἱ δαίμονες, εἰς πολλὴν κακίαν ἐξακείλαντες, τὰς μεμονωμένας (28) παρ' ὑμῖν ψυχὰς δι' ἀγνοιῶν καὶ φαντασιῶν ἐξηπατήκασιν. Οἳ θνήσκουσι μὲν οὐ ῥᾳδίως, σαρκὸς γὰρ ἀμοιροῦσι, ζῶντες δὲ θανάτου πράττουσιν ἐπιτηδεύματα, τοσαυτάκις καὶ αὐτοὶ θνήσκοντες, ὁσάκις ἂν τοὺς ἑπομένους αὐτοῖς τὰς ἁμαρτίας ἐκπαιδεύσωσιν (29). Ὥσθ' ὅπερ ἐστὶν αὐτοῖς περιττὸν ἐν τῷ νῦν μὴ ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις ἀποθνήσκειν, τοῦθ' ὁπότ' ἂν μέλλωσι κολάζεσθαι παρὸν αὐτοῖς, οὐ μεθέξουσιν ἀϊδίου ζωῆς, ἀντὶ θανάτου (30) ἐν ἀθανάτῳ μεταλαμβάνοντες. Ὥσπερ δὲ C ἡμεῖς, οἷς τὸ θνήσκειν ῥᾳδίως (31) ἀποβαίνει νῦν, εἰσαῦθις μετὰ ἀπολαύσεως ἢ τὸ ἀθάνατον ἢ τὸ λυπηρὸν μετὰ ἀθανασίας (32) προσλαμβάνομεν· οὕτω καὶ οἱ δαίμονες τῇ νῦν ζωῇ πρὸς τὸ πλημμελεῖν καταχρώμενοι, διὰ παντὸς καὶ διὰ τοῦ ζῆν (33) ἀποθνήσκοντες, εἰσαῦθις ἕξουσιν τὴν ἀθανασίαν (34) ὁμοίαν τῆς παρ' ὃν ἔζων χρόνον, κατὰ δὲ τὴν (35) σύστασιν ὁμοίαν ἀνθρώποις τοῖς κατὰ γνώμην διαπραξαμένοις, ἅπερ

(22) *Τέλεια.* Reg. τελετά et ad marg. τελευταῖα.

(23) *Ἀντισοφιστεύουσι.* Sic etiam paulo ante artes dæmonum vocabat ἀντισοφιστήματα.

(24) *Κατακολουθήσασα.* Codex Joan. Fris. ad marg. κατακολουθοῦσα.

(25) *Δικαίως.* Ita Fronto Ducæus, quem sequi non dubitavi, quamvis in aliis editis legatur δικαίοις.

(26) *Συμπλεκόμενον.* Sic etiam Irenæus *De Spiritu sancto* lib. v, c. 12, n. 2: Τὸ δὲ περιλαβὸν ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν τὸν ἄνθρωπον. *Spiritus circumdans intus et foris hominem.*

(27) *Τὸν διάκονον τοῦ πεπονθότος Θεοῦ.* Præclare hoc de Filio dictum, quem alibi n. 20, Tatianus vocat Deum in forma hominis natum. Sic etiam Clemens Alex. *Protrept.* p. 66: Πίστευσον, ἄνθρωπε, ἀνθρώπῳ καὶ Θεῷ· πίστευσον, ἄνθρωπε, τῷ παθόντι καὶ προσκυνουμένῳ Θεῷ ζῶντι. *Crede, homo, homini et Deo; crede, homo, passo et adoruto Deo vivenli.* Neque etiam de sancto Spiritu exiliter aut impie sensit. Ministrum illum quidem vocat, sed eum ita vocat, quia Pater et Filius per Spiritum in nobis tanquam in templis habitant, n. 15; ac per eumdem Spiritum corpora et animæ nostræ vivificantur n. 7, 13, 15. Elucet divinitas et omnipotentia Spiritus sancti in hoc ministerio, nec magis Deo indignum est, quam suscepta a Filio administratio ad mundi creationem. Spiritus sanctus apud Tertullianum *Præscript.* cap. 28, vocatur *Dei vilicus, Christi vicarius.* Suspecta esse non debet Tatiani sententia de sancto Spiritu, quem hoc ipso in loco Sapientiam vocat et n. 4, Deum perfectum.

(28) *Μεμονωμένας.* Ita Reg. uterque et Angl. melius multo quam editi μεμωρωμένας.

D (29) *Ἐκπαιδεύσωσιν.* Reg. 2 et Angl. ἐκπαιδεύουσι.

(30) *Ἀντὶ θανάτου.* Videtur legendum una voce ἀντιθανάτου, ut antea ἀντισοφιστήματα, ἀντισοφιστεύουσι.

(31) *Ῥᾳδίως.* Anglic. ῥᾴδιον.

(32) *Ἀθανασίας.* Sic Reg. uterque et Ducæus. Editi ἀθανασίης.

(33) *Διὰ παντὸς καὶ διὰ τοῦ ζῆν.* Melius forte διὰ παντὸς τοῦ ζῆν.

(34) *Τὴν ἀθανασίαν.* Reg. uterque et Anglic. τὴν αὐτὴν ἀθανασίαν.

(35) *Κατὰ δὲ τήν.* Reg. 2, et Anglic. κατὰ μὲν τήν. Sic interpretatur Gesnerus quasi legendum esset: κατὰ μὲν τὴν σύστασιν, κατὰ δὲ τὴν κόλασιν. Sed nihil mihi videtur mutandum. Nam vox illa σύστασις, quæ apud Tatianum sæpe essentiam et naturam significat, sæpe etiam statum significat. Legimus enim n. seq.: τῆς συστάσεως τὸ εἶδος, et paulo post: Θανάτου τὴν σύστασιν.

Digitized by Google

αὐτοῖς παρ' ὃν ἔζων χρόνον νενομοθετήκασι. Καὶ μήτι γε τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἐλάττονα τῆς ἁμαρτίας ἐξανθοῦσι τὰ εἴδη διὰ τὸ μὴ πολυχρονίως βιοῦν, τοῖς δὲ προειρημένοις δαίμοσι τὸ πληημελεῖν μειζόνως ἐποδέδηκε διὰ τὸ ἄπειρον τῆς βιότητος;

A tibus dæmones præscripserunt. An non enim hominibus pauciores peccatorum species ob vitæ brevitatem efflorescunt; prædictis autem dæmonibus ob infinitum ævum magis peccare contingit?

15. Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ὅπερ ἔχοντες ἀπολωλέκαμεν, τοῦτο νῦν ἀναζητεῖν, ζευγνύναι τε τὴν ψυχὴν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν συζυγίαν πραγματεύεσθαι. Ψυχὴ μὲν οὖν ἡ τῶν ἀνθρώπων πολυμερής ἐστι, καὶ οὐ μονομερής. Συνθετὴ (36) γάρ ἐστιν, ὡς εἶναι φανερὰν αὐτὴν διὰ σώματος. Οὔτε γὰρ ἂν αὐτὴ φανείη ποτὲ χωρὶς σώματος, οὔτε ἀνίσταται ἡ σὰρξ χωρὶς ψυχῆς. Ἔστι γὰρ ἄνθρωπος (37), οὐχ ὥσπερ οἱ κορακόφωνοι δογματίζουσιν, ζῶον λογικὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν· δειχθήσεται γὰρ κατ' αὐτοὺς καὶ τὰ ἄλογα νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικά. Μόνος δὲ ἄνθρωπος εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ. Λέγω δὲ ἄνθρωπον οὐχὶ τὸν ὅμοια τοῖς ζώοις πράττοντα, ἀλλὰ τὸν πόῤῥω μὲν ἀνθρωπότητος, πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν Θεὸν κεχωρηκότα. Καὶ περὶ μὲν τούτου ἐν τῷ *Περὶ ζώων* ἀκριβέστερον ἡμῖν συντέταχται. Τὸ δὲ νῦν συνέχον ῥητέον, ποταπή τις ἐστὶν ἡ κατὰ Θεὸν εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις· τὸ μὲν ἀσύγκριτον οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ ὄν· τὸ δὲ συγκρινόμενον οὔτι ἕτερον (38) ἢ αὐτὸ τὸ παρόμοιον. Ἄσαρκος μὲν οὖν ὁ τέλειος Θεὸς, ἄνθρωπος δὲ σάρξ· δεσμὸς δὲ τῆς σαρκὸς ψυχὴ, σχετικὴ δὲ τῆς ψυχῆς ἡ σάρξ. Τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς συστάσεως εἶδος, εἰ μὲν ὡς ναὸς ᾖ, κατοικεῖν ἐν αὐτῷ βούλεται Θεὸς διὰ τοῦ πρεσβεύον-

15. *Danda opera ut anima cum Spiritu sancto conjungatur.* — Jam vero oportet, ut quod habentes amisimus, id nunc quæramus, et animam cum Spiritu sancto copulemus et ad conjunctionem cum Deo enitamur. Non igitur simplex est hominum anima, sed ex multis partibus constat. Est enim composita, ita ut per corpus manifesta fiat. Neque enim unquam ipsa sine corpore apparuerit; nec caro resurgit sine anima. Est enim homo, non ut quidam instar corvorum crocitantes decernunt, animal ratione utens, B mentis et scientiæ capax; nam ipsæ secundum illos belluæ mentis et scientiæ capaces ostendentur. Solus autem homo imago et similitudo Dei. Hominem autem dico non eum qui similia belluis faciat, sed qui procul ab humanitate constitutus ad Deum pervenerit. Atque id equidem in libro *De animalibus* accuratius disserui. Nunc autem id quod instat disserendum, qualis sit illa secundum Deum imago et similitudo. Quod comparari non potest, nihil aliud est quam ipsum ens; quod autem comparatur, nihil aliud quam quod simile est. Carnis quidem expers perfectus Deus: homo autem caro. Vinculum est carnis anima: animam caro continet. Ac talis quidem naturæ species, si se instar templi habeat,

C

(36) *Συνθετή*. Male in edit. Paris. συνετή. Huc pertinet quod paulo ante dicebat, spiritum et animam primis hominibus fuisse concessa, *ut partim ex materia constarent, partim materia præstantiores essent.* An ergo corpoream et compositam animam existimavit Tatianus? Non immorabor in hac illustranda quæstione; siquidem antequam statuatur, utrum animam Tatianus corpoream necne existimaverit, excutiendum erit quid corporis nomine intelligat, quam disceptationem Augustinus inutilem judicat. *An forte*, inquit lib. II *De anima*, n. 7, *animam non spiritum esse sed corpus? Non quidem magnum doctrinæ Christianæ arbitror esse detrimentum ista nescire: et si de corporum generibus subtiliter disputetur, hoc majore difficultate quam utilitate perdiscitur.* Sententiam Tatiani illustrare potest Methodius, qui apud Photium cod. 234, sub fin., negat animam esse incorpoream, quia, si incorporea sit, impassibilem esse necesse sit, nec cum D corpore dolente et patiente mutari. Unde sic concludit: Εἰ δὲ συμπάσχοι τῷ σώματι, καθάπερ καὶ διὰ τῆς ἐπιμαρτυρήσεως τῶν φαινομένων ἐπιδείκνυται, ἀσώματος εἶναι οὐ δύναται. Ἤγουν ἀγένητος καὶ ἀνενδεὴς καὶ ἀκάματος φύσις ὁ Θεὸς μόνος ἁδέται ἀσώματος ὤν, διὸ καὶ ἀόρατος· Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακεν· αἱ δὲ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ καὶ Πατρὸς τῶν ὅλων, σώματα νοερὰ ὑπάρχουσαι, εἰς λόγῳ θεωρητὰ μέλη διακεκόσμηνται. Sic etiam S. Basilius ep. 8, negat angelos esse naturæ simplicis, atque id solius Dei proprium esse statuit.

De his autem qui non habent Spiritum sanctum sic loquitur cap. 8: *Eos autem qui abjiciunt quidem Spiritus consilium, carnis autem voluptatibus serviunt, et effrenati dejiciuntur in sua desideria, quippe nullam habentes aspirationem divini Spiritus, sed porcorum et canum more vivunt, hos juste Apostolus carnales vocat, quoniam nihil aliud quam carnalia sentiunt. Et prophetæ autem propter hanc eamdem causam irrationalibus animalibus assimilant eos*, etc.

(37) *Ἔστι γὰρ ἄνθρωπος*, etc. Hominem suum vocabant Gnostici substantiam illam, quam ab Achamoth, sive a Spiritu sancto accepisse se fingebant; corpus et animam spernebant, ut peritura et ab inferiore Deo creata; sed ob acceptam a Spiritu sancto particulam immortales sibi et Deo consubstantiales videbantur. Ab his longe discrepat Tatianus, qui non particulam Spiritus sancti substantiæ in nos derivari existimat, sed ipsum in nobis tanquam in templis habitare. Quamobrem cum eum hominem solum esse contendit, in quo Spiritus sanctus habitat, secus vero, negat a belluis distare; Spiritus sancti gratiam commendat, hominis imbellicitatem agnoscit, qui nisi adjuvetur a Spiritu sancto, in vitium flectitur. Quam quidem Tatiani sententiam sic imitatur Irenæus, ut simul explicet et illustret. *Sunt tria*, inquit, *ex quibus perfectus homo constat, carne, anima et spiritu: et altero quidem salvante et figurante, qui est Spiritus; altero quod unitur et formatur, quod est caro: id vero quod inter hæc est duo, quod est anima... Quotquot autem timent Deum et credunt in adventum Filii ejus, et per fidem constituunt in cordibus suis Spiritum Dei, hi tales juste homines dicentur, et mundi et spirituales et viventes Deo; quia habent Spiritum Patris.*

(38) *Οὔτι ἕτερον*. Ita Reg. 1 et Angl. et Reg. 2, ad marg. Sic etiam editio Tigurina, excepto quod habet ὄντι, pro οὔτι. Aliæ editiones τὸ δὲ συγκρινόμενον ὄντι ἕτερον ἢ αὐτὸ, παρόμοιον δέ. *Quod autem comparatur cum eo quod est, aliud quidem est, sed tamen simile.* Similis sententia apud Tertullianum lib. II *adv. Marc.*, cap. 9: *Porro imago*, inquit, *veritati non usquequaque adæquabitur; aliud est enim secundum veritatem esse, aliud ipsam veritatem esse.*

Digitized by Google

libenter illud incolit Deus per legatum Spiritum. Si vero tale non fuerit tabernaculum, præstat homo belluis sola voce articulata, cætera vero ejusdem est ac illæ vivendi rationis, ut qui non sit similitudo Dei. Porro dæmones omnes nullam habent carnem, sed spiritalis est eis compages, ut ignis et aeris. Iis autem solis, qui Spiritu Dei communiti sunt, facile videri possunt etiam dæmonum **257** corpora; cæteris vero nequaquam, id est psychicis. Nam præstantius ab inferiore comprehendi non potest. Propterea ergo dæmonum natura pœnitentiæ locum non habet. Sunt enim materiæ et nequitiæ quidam splendores. Materia autem animam in servitutem redigere voluit, ac secundum liberum arbitrium, isti quidem leges mortis hominibus tradiderunt; homines vero post immortalitatis jacturam morte per fidem obeunda mortem superaverunt, ac per pœnitentiam vocatio eis concessa secundum hunc sermonem : *Quoniam paulo minus ab angelis imminuti sunt* [2]. Potest autem quisquis victus est rursus vincere, si mortis causam repudiet. Quænam autem illa sit facile perspicere possunt, qui immortalitatem concupiscunt.

16. *Frustra dæmones potentiam suam ostentant. Facile vincuntur virtute Spiritus sancti.* — Dæmones autem qui hominibus imperant, non sunt hominum animæ. Quo enim pacto efficaces etiam post mortem fuerint? Nisi forte homo quandiu vivit, insipiens et invalidus est : mortuus efficaciore creditur præditus potestate. Sed res ita se non habet, ut alibi demonstravimus; ac perdifficile est existimare animam immortalem, quæ corporis membris impeditur, sagaciorem, cum ex eo migraverit, fieri. Dæmones enim, dum pro sua nequitia in homines debacchantur, deorsum vergentes eorum animos variis et fallacibus machinationibus pervertunt, quominus ad viam cœlorum erigi possint. Sed nec ea

[2] Psal. VIII, 4.

τος Πνεύματος. Τοιούτου δὲ μὴ ὄντος τοῦ σκηνώματος, προύχει τῶν θηρίων ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἔναρθρον φωνὴν μόνον· τὰ δὲ λοιπὰ, τῆς αὐτῆς ἐκείνοις διαίτης ἐστὶν, οὐκ ὢν ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ. Δαίμονες δὲ πάντες σαρκίον μὲν οὐ κέκτηνται, πνευματικὴ δὲ ἐστὶν αὐτοῖς ἡ σύμπηξις ὡς πυρὸς, ὡς ἀέρος. Μόνοις δὲ τοῖς Πνεύματι Θεοῦ φρουρουμένοις εὐσύνοπτα καὶ τὰ τῶν δαιμόνων ἐστὶ σώματος (39)· τοῖς λοιποῖς δὲ οὐδαμοῦ, λέγω δὲ τοῖς ψυχικοῖς (40). Τὸ γὰρ ἔλαττον κατάληψιν οὐκ ἰσχύει ποιεῖσθαι τοῦ κρείττονος. Διὰ τοῦτο γοῦν ἡ τῶν δαιμόνων ὑπόστασις οὐκ ἔχει μετανοίας τόπον. Τῆς γὰρ ὕλης καὶ τῆς πονηρίας εἰσὶν ἀπαυγάσματα. Ὕλη δὲ τῆς ψυχῆς κατεξουσιάζειν ἠθέλησεν· καὶ κατὰ τὸ (41) αὐτεξούσιον οἱ μὲν θανάτου νόμους τοῖς ἀνθρώποις παραδεδώκασιν· οἱ δὲ ἄνθρωποι, μετὰ τὴν τῆς ἀθανασίας ἀποβολὴν (42), θανάτῳ τῷ διὰ πίστεως τὸν θάνατον νενικήκασι, καὶ διὰ μετανοίας κλῆσις αὐτοῖς δεδώρηται, κατὰ τὸν εἰπόντα λόγον (43)· *Ἐπειδὴ βραχύ τι παρὰ ἀγγέλους ἠλαττώθησαν.* Δυνατὸν δὲ παντὶ τῷ νενικημένῳ πάλιν νικᾷν, τοῦ θανάτου τὴν σύστασιν παραιτούμενον. Τίς δὲ αὕτη, εὐσύνοπτον ἔσται τοῖς βουλομένοις ἀνθρώποις τὸ ἀθάνατον.

16. Δαίμονες δὲ οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτάττοντες οὐκ εἰσὶν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί. Πῶς γὰρ ἂν γένοιντο δραστικαὶ καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν; χωρὶς εἰ μὴ (44) ὁ ζῶν μὲν ἄνθρωπος, ἀνόητος καὶ ἀδύνατος γένοιτο, νεκρὸς δὲ γενόμενος, λοιπὸν δραστικωτέρας πιστεύοιτο μεταλαμβάνειν δυνάμεως. Ἀλλ' οὔτε τοῦθ' οὕτως ἐστὶν, ὡς ἐν ἄλλοις ἀπεδείξαμεν· καὶ χαλεπὸν οἰεσθαι τὴν ἀθάνατον (45) ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος μερῶν ἐμποδιζομένην, φρονιμωτέραν, ἐπειδὰν ἀπ' αὐτοῦ μεταναστῇ, γίνεσθαι. Δαίμονες γὰρ τῇ σφῶν κακοηθείᾳ τοῖς ἀνθρώποις (46) ἐκβακχεύοντες, ποικίλαις καὶ ἐψευσμέναις δραματουργίαις τὰς γνώμας αὐτῶν παρατρέπουσι κάτω νενευκυίας, ὅπως μεταρσιοῦσθαι πρὸς τὴν ἐν οὐρανοῖς πορείαν ἐξαδυνατῶσιν. Ἀλλ'

(39) *Σώματος*. Reg. 2, Angl. et Front. σώματα. Ibidem Ducæus οὐδαμῶς. Non absimilis est S. Basilii sententia, qui in libro *De Spiritu sancto* cap. 16, p. 32, sic loquitur de angelis : Οὐσία αὐτῶν ἀέριον πνεῦμα, εἰ τύχοι, ἢ πῦρ ἄϋλον... διὸ καὶ ἐν τόπῳ εἰσὶ καὶ ὁρατοὶ γίνονται.

(40) *Τοῖς ψυχικοῖς*. Non verendum est ne hanc vocem Tatianus eodem sensu usurpet ac Gnostici, quorum errores amplexus est post compositam hanc orationem. Neque enim, ut illi, catholicos hac voce designat, sed eos tantum qui non ita vivunt, ut in eis habitet Spiritus sanctus. In quo quidem Tatianus auctorem habet Apostolum, qui ait I Cor. II, 14 : *Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.* Sic etiam Irenæus lib. V, cap. 6, n. 1 : *Si autem defuerit animæ Spiritus, animalis est vere, qui est talis,* etc. Idem cap. 12, n. 3, animales opponit spiritualibus. Quamvis ergo hæretici, dum catholicos vocant psychicos sive animales, invidiam huic voci conflassent, non idcirco ex catholicorum usu facessebat.

(41) *Κατὰ τό*. Angl. et Tigur. τὸ κατὰ τό.

(42) *Τὴν... ἀποβολήν*. Reg. 2 τὰς... ἀποβολάς. Quod ait Tatianus materiam animæ imperare voluisse, id explicat n. seq., ubi docet dæmones adhibita inferiore ac viliore materia operam dare, ut nos vincant. Unde hortatur ut materiam repudiet quisquis illos vincere volet.

(43) *Κατὰ τὸν εἰπόντα λόγον*. Hic aliquid subintelligendum atque ex supra dictis eruendum, ita ut hæc sit sententia : Per pœnitentiam vocatio hominibus concessa, quia inferiores sunt angelis secundum Scripturam, quæ dicit, etc.

(44) *Χωρὶς εἰ μή*. Ita Reg. 2. Editi ἀποθανεῖν χωρίς; εἰ μή. Ibidem editi : Εἰ μὴ ὁ ζῶν ἄνθρωπος μέν, ἀνόητος δὲ ἀδύνατος. Emendavimus ope Reg. 1. Paulo ante editi τίς δὲ γὰρ αὐτή. Emendavit Ducæus.

(45) *Τὴν ἀθάνατον*. Huc redit sententia Tatiani. Animam immortalem, id est incorpoream et spiritalem, quæ cum corpore conjuncta membris corporis impediebatur, credibile non est sagaciorem, cum ex corpore migraverit, futuram in iisdem membris ad sanandum aut nocendum adhibendis. Alium Tatiano sensum ascribere non sinunt, quæ leguntur n. 17: *Quo enim pacto vivus ego minime sim malus, mei autem mortui, nihil agente me, reliquiæ quæ non moventur, imo nec sentiunt, aliquid quod sentiatur efficiant.*

(46) *Τοῖς ἀνθρώποις*. Reg. 1 et 2, τοὺς ἀνθρώπους ad marginem.

Digitized by Google

οὔτε ἡμᾶς τὰ ἐν κόσμῳ λέληθε, καὶ ἡμῖν (47) εὐκατάληπτον τὸ θεῖον τῆς ἀπαθανατιζούσης τὰς ψυχὰς ἡμῖν προσελθούσης. Βλέπονται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ψυχικῶν οἱ δαίμονες, ἔσθ' ὅτε τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτοὺς ἐκείνων δεικνύντων, ἵνα τε νομισθῶσιν εἶναι τινὲς, ἢ καί τι βλάψωσι, καθάπερ πολεμίους, φίλοι κακοὶ τὴν γνώμην ὑπάρχοντες, εἰ τοῖς (48) εἰς αὐτοὺς θρησκείας τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς τὰς ἀφορμὰς παράσχωσιν. Εἰ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς, πάντως ἂν καὶ τὸν οὐρανὸν σὺν ἅμα τῇ λοιπῇ ποιήσει καθείλκυσαν. Νῦν δὲ τοῦτο μὲν πράττουσιν οὐδαμῶς· ἀδυνατοῦσι γάρ· ὕλῃ δὲ τῇ κάτω, πρὸς τὴν ὁμοίαν (49) αὐτοῖς ὕλην πολεμοῦσι. Τούτους δὲ νικᾷν ἂν τις θελήσῃ, τὴν ὕλην παραιτησάσθω. Θώρακι γὰρ Πνεύματος ἐπουρανίου καθωπλισμένος, πᾶν τὸ ὑπ' αὐτοῦ περιεχόμενον σῶσαι δυνατὸς ἔσται. Εἰσὶ μὲν οὖν καὶ νόσοι καὶ στάσεις τῆς ἐν ἡμῖν (50) ὕλης· δαίμονες δὲ αὐτοὶ τούτων τὰς αἰτίας, ἐπειδὰν συμβαίνωσιν, ἑαυτοῖς προσγράφουσιν, ἐπιόντες ὁπόταν καταλαμβάνῃ κάματος. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοὶ χειμῶνι τῆς σφῶν ἀβελτηρίας κραδαίνουσι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, οἱ, λόγῳ Θεοῦ δυνάμεως πληττόμενοι, δεδιότες ἀπίασι, καὶ ὁ κάμνων θεραπεύεται.

A nos latent, quæ in mundo sunt; et divina facile a nobis comprehendi possunt, si vis illa, quæ animos immortales facit, ad nos accesserit. Videntur autem et a psychicis dæmones, ac sese nonnunquam hominum aspectui exhibent, vel ut aliquid esse existimentur, vel etiam aliquid tanquam inimicis noceant amici mala mente præditi, vel ut sui similibus causas ipsorum colendorum innectant. Nam si possent, cœlum ipsum profecto cum cæteris rebus creatis subverterent. Nunc autem nequaquam id faciunt; neque enim possunt; sed materia inferiore materiam sibi similem oppugnant. Hos ergo si quis vincere velit, materiam repudiet. Lorica enim Spiritus cœlestis armatus servare poterit quidquid ab eo **258** circumdatum fuerit. Habet quidem B materia nostra morbos et tumultus, qui cum acciderint, eorum causas sibi dæmones ascribunt, morbo invadenti supervenientes. Ipsi etiam interdum nequitiæ suæ tempestate habitum corporis nostri concutiunt; sed verbo virtutis Dei percussi, discedunt exterriti et æger sanatur.

17. Περὶ γὰρ τῶν κατὰ τὸν Δημόκριτον συμπαθειῶν τε καὶ ἀντιπαθειῶν τί καὶ λέγειν ἔχομεν, ἢ τοῦθ' ὅτι κατὰ τὸν κοινὸν λόγον Ἀβδηρολόγος ἐστὶν ὁ ἀπὸ τῶν Ἀβδήρων ἄνθρωπος; Ὥσπερ δὲ ὁ τῇ πόλει τῆς προσηγορίας αἴτιος, φίλος ὢν Ἡρακλέους, ὥς φασιν, ὑπὸ τῶν Διομήδους ἵππων κατεβρώθη· τρόπῳ τῷ αὐτῷ καὶ ὁ τὸν μάγον Ὀστάνην καυχώμενος ἐν ἡμέρᾳ συντελείας πυρὸς αἰωνίου βορᾷ παραδοθήσεται. Καὶ ὑμεῖς δὲ, τοῦ γέλωτος ἦν μὴ ἀποπαύσησθε, τῶν αὐτῶν ὥνπερ (51) καὶ οἱ γόητες τιμωριῶν ἀπολαύσετε. Διόπερ, ὦ Ἕλληνες, κεκραγότος ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατακούσατέ μου, μηδὲ ἐπιτωθάζοντες τὴν ὑμετέραν ἀλογιστίαν ἐπὶ τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας

17. *Frustra sanitatem promittunt per occultas consensiones et dissensiones aut mortuorum reliquias.* — De occultis enim secundum Democritum consensionibus et dissensionibus quid dicere habeamus, nisi id quod communi sermone contritum est, Abderiloquum esse hominem Abderitam. Quemadmodum autem is, a quo civitas illa nomen accepit, C Herculis, ut ferunt, amicus, ab equis Diomedis devoratus est: sic et iste, qui de mago Ostane gloriatur, in die consummationis igni depascendus tradetur. Ac vos quoque, nisi risum desinatis, eadem ac magi supplicia luetis. Quocirca velut ex loco excelso clamantem me, Græci, audite, nec cachin-

(47) *Καὶ ἡμῖν.* Regii codices cum Anglicano et editione Tigurina habent ὑμῖν, et paulo post ψυχὰς ὑμῖν. Codex Anglicanus καὶ ὑμῖν ἐστιν. Ibidem deest δυνάμεως aut aliquid simile post ἀπαθανατιζούσης. Paulo post Reg. 1 νομίζωσι, Angl. et Tigur. νομίζουσιν. Ita Reg. 2 et ad marg. νομισθῶσι. Aliæ editiones νομίζωνται ex conjectura Gesneri. Sic etiam infra n. 35, pro eo quod legitur νομίζωσι in mss. et edit. Tigur., et νομισθῶσι apud Eusebium, editiones aliæ habent νομίζωνται. D

(48) *Εἰ τοῖς.* In editione Tigurina legitur ad marginem ἢ τῆς. Ibidem vox θρησκείας deest in codicibus Regiis et Anglicano. Legerem libenter ἢ τιμῆς εἰς αὐτούς.

(49) *Πρὸς τὴν ὁμοίαν.* Id est, animam nostram, quæ ipsis simillima est, ope materiæ oppugnant. Dicebat supra Tatianus n. 6: *Materiæ mihi cognatæ confusionem emendo*, quia scilicet veritatem in hominum sibi similium animos insinuare conabatur. Cur autem angelos et homines materiam appellet, quamvis utrosque a materia longe discernat, id aptiore in loco examinabitur, nempe in part. II præfat. [*Ὕλῃ δὲ τῇ κάτω, κ. τ. λ. Materia inferiore materiam sibi similem oppugnant dæmones.* Dicebat Tatianus in eamdem sententiam n. 6: *Materiæ mihi cognatæ confusionem emendo.* Forte hæc intelligenda ut illud Tertulliani de angelis dictum lib. *De carne Christi*, cap. 6: *Constat angelos carnem propriam non gestasse, ut puta natura substantiæ spiritalis, et si corporis alicujus, sui tamen generis.* Animam spiritualis esse substantiæ declarat Tatianus, et cum eam negat videri posse nisi per corpus n. 15, et cum ait n. 13, Spiritum sanctum ab initio convictorem animæ fuisse, et animas, quæ sapientiæ paruerunt, cognatum sibi Spiritum attraxisse. Distinguit duo *spirituum discrimina, quorum alter anima vocatur, alter anima præstantior, Dei imago et similitudo. Utrumque primis hominibus datum, ut partim ex materia constarent, partim materia præstantiores essent*; id est, ut partim materiales essent per corpus spiritu corporeo motum, partim materia præstantiores essent per mentem Spiritu sancto animatam. Angelis compagem spiritalem attribuit Tatianus, ut ignis et aeris n. 13. Sed cum eos *ex materia compactos* dicit n. 12 et materiæ ac nequitiæ quosdam esse splendores, vel id de *corporibus sui generis*, ut ait Tertullianus, intelligendum, vel de corporibus vere e materia factis, quæ angelis attribuere videtur n. 15. Ea enim spiritualibus hominibus facile conspicua esse docet, a psychicis autem non videri posse nisi admodum raro n. 15.] —*Ex Addendis et Emendandis.*

(50) *Τῆς ἐν ἡμῖν.* Ita Reg. 1, licet alia manu. Editi τῆς ἐν ὑμῖν.

(51) *Αὐτῶν ὥνπερ.* Sic Reg. 1 et Anglic., et ad marg. edit. Tigur. Aliæ edit. αὐτῶν ὧν πέρι. Mox Reg. 2 ἀπολαύσητε.

Digitized by Google

nando dementiam vestram in præconem veritatis transferte. Non tollitur morbus per occultam dissensionem, nec furiosus pelliculis appensis curatur. Sed dæmones ventitant : et qui ægrotat et qui amare se dicit, et qui odit et qui ulcisci cupit, hos capiunt adjutores. Modus autem eorum machinationis sic se habet. Quemadmodum enim litterarum figuræ, et versus qui ex eis constant, non possunt per se ipsa id, quod cogitatur et componitur, demonstrare, sed sibi homines signa cogitationum instituerunt, ex certa eorum constructione id percipientes, cujus significandi causa etiam litterarum ordo institutus est : similiter nec radicum varietates, nec nervorum et ossium appositiones per se ipsa quidquam efficiunt, sed sunt dæmonum improbitatis elementum, qui ad quid valeret unumquodque illorum definierunt. Ubi autem vident consentire homines, ut sibi per eas res ministretur, tunc supervenientes efficiunt ut sibi homines serviant. Quomodo enim honestum sit adulteriis ministrare, aut præclarum auxilio adesse nonnullis ut oderint, aut materiæ decorum attribuere furentium curationem ac non Deo! Arte enim a Dei cultu homines avertunt, dum eos adducunt, ut herbis et radicibus fidem habeant. Deus autem, si hæc ad id efficiendum creasset, quod hominibus libet, malarum sane rerum opifex esset. Verum ipse omnia bene se habentia creavit; sed dæmonum intemperantia iis, quæ in mundo sunt, ad male agendum abusa est; eorumque est nequitiæ species, non perfecti **259** Dei. Quo enim pacto vivus ego minime sim malus, mei autem mortui, nihil agente me, reliquiæ, quæ non moventur, imo nec sentiunt, aliquid quod sentiatur efficiant? Et qui morte miserrima mortuus est, quomodo poterit ad alterius ultionem operam navare? Hoc enim si

A μετάγετε. Πάθος οὐκ ἔστι δι' ἀντιπαθείας ἀπαλλύμενον, οὐδὲ ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται. Δαιμόνων εἰσὶν ἐπιφοιτήσεις, καὶ ὁ νοσῶν, καὶ ὁ λέγων ἐρᾷν, καὶ ὁ μισῶν, καὶ ὁ βουλόμενος ἀμύνεσθαι, τούτους λαμβάνουσι βοηθούς. Τρόπος (52) δὲ αὐτοῖς τῆς μηχανῆς οὗτος· ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν γραμμάτων χαρακτῆρες, στίχοι τε οἱ ἀπ' αὐτῶν, οὐ καθ' ἑαυτούς εἰσι δυνατοὶ σημαίνειν τὸ συνταττόμενον, σημεῖα δὲ τῶν ἐννοιῶν σφίσιν ἄνθρωποι δεδημιουργήκασι παρὰ τὴν ποιὰν αὐτῶν σύνθεσιν γινώσκοντες, ὅπως καὶ ἡ τάξις τῶν γραμμάτων ἔχειν νενομοθέτηται· παραπλησίως καὶ τῶν ῥιζῶν αἱ ποικιλίαι, νεύρων τε καὶ ὀστέων παραλήψεις (53), οὐκ αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς δραστικαί τινές εἰσι, στοιχείωσις δέ ἐστι τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας, οἳ πρὸς ἅπερ ἕκαστον αὐ-
B τῶν (54) ἰσχύει, ὡρίκασιν. Ἐπεὶ δ' ἂν παρειλημμένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων θεάσωνται τὴν δι' αὐτῶν ὑπηρεσίαν, ἐπιλαμβάνοντές (55) σφισιν αὐτοῖς δουλεύειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπεργάζονται. Πῶς δὲ ἂν ἀγαθὸν μοιχείαις ὑπηρετεῖν; πῶς δὲ καὶ σπουδαῖον πρὸς τὸ μισεῖν τινας παριόντας (56) βοηθεῖν; ἢ πῶς ὕλῃ καλὸν προσυνάπτειν (57) τὴν εἰς τοὺς μεμηνότας βοήθειαν, καὶ μὴ τῷ Θεῷ; Τέχνῃ γὰρ τῆς θεοσεβείας τοὺς ἀνθρώπους παρατρέπουσιν, πόαις (58) αὐτοὺς καὶ ῥίζαις πείθεσθαι παρασκευάζοντες. Ὁ δὲ Θεὸς, εἴπερ αὐτὰ πρὸς τὸ ποιεῖν, ἅπερ οἱ ἄνθρωποι βούλονται, κατεσκευάκει, πονηρῶν ἂν ἦν πραγμάτων δημιουργός. Ἐπεὶ αὐτὸς μὲν, πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον ἐδημιούργησεν· ἡ δὲ τῶν δαιμόνων ἀσωτία τοῖς ἐν τῷ
C κόσμῳ πρὸς τὸ κακοποιεῖν ἐχρήσατο, καὶ τούτων ἐστὶ τῆς κακίας εἶδος, καὶ οὐχὶ τοῦ τελείου (59). Πῶς γὰρ ζῶν μὲν ἥκιστα μοχθηρὸς εἴην, νεκροῦ δὲ ὄντος μου, λείψανον τὸ ἐν ἐμοὶ μηδὲν ἐμοῦ πράττοντος, τὸ μήτε κινούμενον, ἀλλὰ μήτε αἰσθανόμενον, αἰσθητόν τι ἀπεργάσεται; Πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς οἰκτίστῳ θανάτῳ (60)

(52) *Τρόπος*. Edit. Tigur. τύπος.

(53) *Ποικιλίαι... παραλήψεις*. Sic codices tres mss., et Tigur. et Front. Aliæ edit. ποικίλαι... παράληψις. Melius forte δραστικαί τινος.

(54) *Ἕκαστον αὐτῶν*. Angl. et Tigur. ἕκαστος et ad marg. ἕκαστον. Ibidem legitur ἰσχύειν in codicibus Regiis et Anglicano et edit. Tigurina quæ ad marginem habet ἰσχύει. Dæmones definivisse dicit ad quid res ejusmodi valerent, id est quid per radicum varietates et ossium appositiones ipsi perficerent, et quos in usus ista adhiberent, ad fucum
D hominibus faciendum. Fatetur quidem Tatianus n. 16, interdum habitum corporis nostri a dæmonibus concuti; ac negat eos sanare, sed prorsus illudere, n. 18.

(55) *Ἐπιλαμβάνοντες*. Reg. 1 λαμβάνοντες. Secundus cum Angl. et Tigur. ὑπολαμβάνοντες. Legitur in 1 Reg. ὑπό supra lineam.

(56) *Παριόντας*. Reg. 2 παριέντας.

(57) *Προσυνάπτειν*. Fronto Ducæus legit προσανάπτειν. Editor Anglus citat Gatakerum qui in *Adnotationibus in M. Antoninum* p. 107, legendum monet προσσυνάπτειν..

(58) *Πόαις*. Sic Regii codices et Tigurina editio. Aliæ habent ποίαις. Non legitimum herbarum usum damnat Tatianus, nec medicinam dæmonibus acceptam refert; sed in superstitiosas radicum et ossium appositiones invehitur. *Aliud est enim*, inquit Augustinus lib. II *De doctrina Christiana* n. 45, dicere:

Tritam herbam si biberis, venter non dolebit; et aliud est dicere : Istam herbam collo si suspenderis, venter non dolebit. Ibi enim probatur contemperatio salubris, hic significatio superstitiosa damnatur. Christianos accusabat Celsus quod lustrationes et incantationes docerent et varia in numeris, lapidibus, plantis et radicibus amuleta. Sed hanc criminationem spernit Origenes, ut nulla prorsus verisimilitudine coloratam, lib. VI *Cels.*, p. 301.

(59) *Τοῦ τελείου*. Sic Regii codices et Anglic. Editi τοῦ Θεοῦ τελείου. Tigur. τοῦ Θεοῦ τοῦ τελείου.

(60) *Οἰκτίστῳ θανάτῳ*. Ut intelligatur Tatiani sententia, observandum est antiquos existimasse animas hominum violenter mortuorum multo plus posse in magicis operationibus, quam eorum qui sicca et matura morte obierunt. *Invocantur quidam*, inquit Tertullianus lib. *De anima*, cap. 57, *ahori et biæothanati sub illo fidei argumento, quod credibile videatur eas potissimum animas ad vim et injuriam facere, quas per vim et injuriam sævus et immaturus finis extorsit, quasi ad vicem offensæ*. Ex his emendari possunt quæ paulo post sequuntur. *Hanc quoque fallaciam*, inquit, *spiritus nequam sub personis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam rebus probamus, cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominem sui* (Rigalt. *suis*) *affirmat, interdum gladiatorem, vel bestiarium, sicut et alibi Deum nihil magis curans quam hoc ipsum excludere quod prædicamus, ne facile credamus animas universas ad inferos redigi, ut et judicii et resurrectionis fi-*

Digitized by Google

δυνήσεται πρὸς τιμωρίαν τινὸς ἐξυπηρετῆσαι; Τοῦτο γὰρ εἰ οὕτως εἴη, πολλῷ μᾶλλον ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν ἀμύνηται· δυνάμενος γὰρ καὶ ἄλλοις βοηθεῖν, ἔκδικος πολλῷ μᾶλλον ἑαυτοῦ καταστήσεται.

ita esset, multo magis a se ipso proprium inimicum propulsaret; nam qui opem etiam aliis ferre potest, multo magis sui ipsius ultor erit.

18. Φαρμακεία δὲ καὶ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ εἶδος, τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐπιτεχνήσεως. Εἰ γάρ τις ὑπὸ τῆς ὕλης θεραπεύεται, πιστεύων αὐτῇ, θεραπευθήσεται μᾶλλον αὐτὸς δυνάμει Θεοῦ προσανέχων. Ὥσπερ γὰρ τὰ θηλητήρια συνθέσεις εἰσὶν ὑλικαί, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ ὠφέλιμα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεώς ἐστιν. Εἰ δὲ (61) τὴν φαυλοτέραν ὕλην (62) παραιτούμεθα· πολλάκις καὶ διὰ τῆς ἐφ' ἕτερον (63) τῶν κακῶν τινος ἐπιπλοκῆς ἰάσασθαί τινες ἐπιτηδεύουσι, καὶ τοῖς κακοῖς (64) ἂν πρὸς τὸ ἀγαθὸν καταχρήσονται. Καθάπερ δὲ τῷ λῃστεύοντι (65) συνδειπνήσας, κἂν μὴ λῃστὴς αὐτὸς ᾖ, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ συνεστιαθῆναι τιμωρίας μεταλαμβάνει· τρόπῳ τῷ αὐτῷ καὶ ὁ μὴ (66) κακὸς, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγείς, πρὸς τὸ νομιζόμενον καλὸν (67) συγχρησάμενος, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν κοινωνίαν ὑπὸ τοῦ κρίνοντος (68) Θεοῦ κολασθήσεται. Διά τί γὰρ ὁ πιστεύων ὕλης οἰκονομίᾳ, πιστεύειν οὐ βούλεται τῷ Θεῷ; Τίνος δὲ χάριν οὐ τῷ δυνατωτέρῳ προσέρχῃ Δεσπότῃ, θεραπεύεις δὲ μᾶλλον αὐτὸν (69), ὥσπερ ὁ μὲν κύων διὰ πόας, ὁ δὲ ἔλαφος δι' ἐχίδνης, ὁ δὲ σῦς διὰ τῶν ἐν ποταμοῖς καρκίνων, ὁ δὲ λέων διὰ τῶν πιθήκων; τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ; Τί δὲ θεραπεύων τὸν πλησίον εὐεργέτης ἀποκαλῇ; Λόγου δυνάμει κατακολούθησον (70). Οὐ θεραπεύουσι δαίμονες

18. *Rebus permissis alias vetitas sæpe adjungunt: sed illudunt nec sanant.* — Medicandi autem ratio et quidquid ea continetur ejusdem est artificii. Nam si quis materia curatur ei confidens, multo magis curabitur si ad virtutem Dei confugiat. Quemadmodum enim ea quæ nocent, compositiones sunt materiales, sic et quæ sanant ejusdem sunt naturæ. Quod si deteriorem materiam recusamus, sæpe nonnulli etiam per malæ alicujus rei cum alia conjunctionem mederi conantur, et malis ad bonum abutuntur. Sed quemadmodum is, qui cum latrone cœnavit, etiamsi ipse non sit latro, quia tamen convivatus est, pœnæ fit particeps: sic qui minime malus est, sed cum eo, quod malum est, implicatur, eoque ad opinatum bonum utitur, propter commercium, quod cum eo habuit, a Deo judice condemnabitur. Cur enim qui materiæ dispositioni credit, Deo non vult credere? Aut quam ob causam ad potentiorem Dominum non accedis, sed potius ipse tibi mederis, ut canis gramine, cervus vipera, sus cancris fluvialibus, leo simiis? Cur iis, quæ in mundo sunt, divinitatem tribuis? Cur proximum sanans, beneficus vocaris? Verbi potentiam sequere. Non sanant dæmones, sed arte homines capiunt

dem turbet. Legendum videtur, *aliquem se ex patientibus hominem fuisse affirmat.* Hinc forte Celsus apud Origenem lib. VII, p. 567, quasi Christiani ejusmodi commenta in Christo colendo sequerentur, satius eos facturos ait si pro Christo Herculem aut Æsculapium, aut Orpheum καὶ αὐτὸν βιαίως ἀποθανόντα, *qui et ipse violenta morte sublatus est*, aut Anaxarchum aut Epictetum colant. Hanc de ejusmodi animabus opinionem illud etiam confirmabat, quod eas ad ipsum sepulchrum detineri crederent. Hinc Tertullianus ibidem: *Aut optimum est hic retineri secundum ahoros, aut pessimum secundum biæothanatos.* Porphyrius lib. 2, de abstinentia animalium p. 212: Καὶ τῶν ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ τῶν βίᾳ ἀποθανόντων κατέχονται πρὸς τῷ σώματι. *Hominum, quibus vi erepta vita est, animæ ad ipsum corpus detinentur.*

(61) *Εἰ δὲ.... παραιτούμεθα.* Locum corruptissimum sic emendavi ope Regii primi. Habent enim alii codices cum Tigurina editione εἰ δὲ παραιτούμενα. Reg. 2 ad marg., παραιτούμενοι. Aliæ editiones, οἱ δὲ παραιτούμενοι. Legendum conjicit editor Anglus ὑποστάσεως εἴδη.... παραιτούμενα.

(62) *Φαυλοτέραν ὕλην.* Videtur Tatianus materiam deteriorem intelligere, non eam cujus naturæ aliquid insit vitii (nihil enim non creatum a Deo, nihil non bonum esse paulo antea monebat), sed eam quæ cum sua sponte nihil afferat ad morbi curationem, sine superstitione, ac magicæ operationis crimine ad morbos curandos adhiberi non potest. Quia autem sæpe fiebat, ut ejusmodi res ad dissimulandum et occultandum scelus, cum aliis rebus sua sponte ad ægros levandos utilibus conjungerentur; ne sic quidem magicæ operationis crimen evitari pronuntiat. Sic Augustinus in libro II *De doctrina Christiana*, n. 30, fucatum ejusmodi magicæ operationis genus condemnat ac remedia, *quæ meliore nomine physica vocant, ut quasi non super-*

stitione implicare, sea natura prodesse videantur. Sic loquitur, n. 45: *Quanquam ubi præcantationes et invocationes et characteres non sunt, plerumque dubium est utrum res quæ alligatur, aut quoquo modo adjungitur sanando corpori, vi naturæ valeat, quod libere adhibendum est; an significativa quadam obligatione proveniat, quod tanto prudentius oportet cavere Christianum, quanto efficacius prodesse videbitur.*

(63) *Πολλάκις καὶ.... ἐφ' ἕτερον.* Sic Reg. 1 et Angl. Editi πολλάκις γὰρ διὰ τῆς ὑφ' ἕτερον.

(64) *Τῶν κακῶν.... τοῖς κακοῖς.* Sic codices tres mss. et Tigur. et Fronto Ducæus. Aliæ editiones τῶν καλῶν.... τοῖς καλοῖς.

(65) *Τῷ λῃστεύοντι.* Fronto Ducæus ὁ τῷ λῃστεύοντι.

(66) *Καὶ ὁ μή.* Deest καί in utroque Regio.

(67) *Καλόν.* Sic Fronto Ducæus et codex Joannis Frisii. Reg. uterque πρὸς τὸν νομιζόμενον κακόν.

(68) *Τοῦ κρίνοντος.* Editi addunt τοῦτον, quod multo melius abest a Reg. 1, et Angl. Nam superiora verba, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγείς, non significant conjunctionem cum hominibus malis, sed cum rébus; eamque Tatianus vitiosam esse demonstrat, exemplo petito ex ipsa cum hominibus malis, conjunctione. Inde patet, expungendum esse τοῦτον, ac paulo ante legendum εἰς αὐτό.

(69) *Θεραπεύεις.... αὐτόν.* Fronto Ducæus σεαυτόν. Gesnerus legendum conjicit σαυτόν. Non legitimum, ut jam dixi, medicinæ usum vituperat Tatianus, sed postquam incantationes notavit, nunc illud etiam præscribit ut medicinæ non fidamus, quasi ipsa in se aliud præter materiales compositiones habeat, sed utilitatem, quam ex ea percipimus, ad Deum referamus. Basilius in ultima longiorum regularum pluribus demonstrat sic medicina utendum esse, ut morborum levatio non huic arti, sed Deo accepta referatur.

(70) *Κατακολούθησον.* Ita Reg. 1, melius quam

Digitized by Google

et in servitutem redigunt. Ac recte admirandus ille imprimis Justinus eos latronibus similes esse declaravit. Quemadmodum **260** enim nonnullos isti vivos capere solent, ac deinde suis eos pretio restituere; sic et qui existimantur dii, postquam nonnullorum corporibus obrepsere, ac deinde opinionem præsentiæ suæ per somnia fecere, in publicum eos prodire jubent, ac omnibus spectantibus, cum rebus mundanis potiti fuerint, ab ægris avolant, et morbo, quem inflixerant, deleto, hominem pristinæ valetudini restituunt.

19. *Pratæ cupiditates fidem conciliant dæmonum operationibus et prædictionibus.* — Cæterum vos qui hæc non perspicitis, a nobis, qui perspicimus, discite. Qui mortem a vobis contemni et animum nihil extra se quærentem exerceri dicitis (vestri enim philosophi tantum absunt ab hoc studio, ut quotannis nonnulli a Romanorum rege sexcentos aureos accipiant, nullam ad rem utilem, sed ne gratis barbam promissam gerant. Crescens quidem ille, qui in magna urbe nidum posuerat, puerorum amore superabat omnes, et omnino pecuniæ studio attentus erat. Iste autem mortis contemptor ita mortem metuebat, ut eam Justino, non secus ac mihi, veluti malum aliquod, machinationibus infer-

νες, τέχνῃ δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι. Καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους λῃσταῖς (71). Ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινας, εἶτα τοὺς αὐτοὺς μισθοῦ (72) τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾷν· οὕτω καὶ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινων ἐπιφοιτῶντες μέλεσιν, ἔπειτα δι' ὀνείρων τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, δημοσίᾳ τε τοὺς τοιούτους προϊέναι κελεύσαντες, πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τῶν ἐγκοσμίων ἀπολαύσωσιν, ἀποπτάμενοι τῶν καμνόντων, ἣν ἐπραγματεύσαντο νόσον περιγράφοντες, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν.

19. Ὑμεῖς δὲ, τούτων οὐκ ἔχοντες τὴν κατάληψιν, παρ' ἡμῶν τῶν εἰδότων ἐκπαιδεύεσθε. Λέγοντες θανάτου καταφρονεῖν καὶ τὴν αὐτάρκειαν ἀσκεῖν (73) (οἱ γὰρ παρ' ὑμῖν φιλόσοφοι τοσοῦτον ἀποδέουσι (74) τῆς ἀσκήσεως, ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἐτησίους χρυσοῦς (75) ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μηδὲ τὸ γένειον δωρεὰν καθειμένον αὐτῶν ἔχωσι. Κρίσκης οὖν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει (76), παιδεραστείᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν (77) οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμὲ, οὓς κακῷ (78) τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν (79) πραγματεύσασθαι, διότι, κηρύττων τὴν ἀλήθειαν, λίχνους καὶ ἀπατεῶνας

---

editi κατακολουθῇς, aut Reg. 2, κατακολουθεῖς. Fronto Ducæus κατακολουθήσας. Sic etiam in margine editio Tigurina. Ibidem quod legebatur in editis ἀποκαλεῖ emendatum ope codicum mss.

(71) *Λῃσταῖς.* S. Joannes Chrysostomus orat. I *in Judæos* dicit de dæmonibus : *Insidiari sciunt ac nocere, non mederi;* sed tamen etiamsi Deo permittente *aliquando medeantur, quemadmodum homines,* nimirum adhibitis medicamentis; in hoc comparat eos cum latronibus, *qui pueris interdum bellaria, placentas, astragalos porrigunt, quibus inescatos libertate ac vita ipsa privant.* Vid. Athenag. *Apol.*, n. 23 et 27.

(72) *Μισθοῦ.* Sic mss. codices et Tigurin. Aliæ editiones μισθῷ.

(73) *Καὶ τὴν αὐτάρκειαν ἀσκεῖν.* Hæc verba sic reddenda : *et frugalitatem exerceri.* Hanc frugalitatem Tatianus n. 9 sic exprimit : Πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐφιέμενος εὐμαρέστερον περιγίνεται. *Ex Addendis et emendandis.*

(74) *Ἀποδέουσι.* Sig. Reg. secundus, licet supra lineam Editi ἀποδεύουσι.

(75) *Ἐτησίους χρυσοῦς.* Lucianus in Eunucho non longe a primordio sic loquitur : Συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις, οὐ φαύλη, κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω καὶ Πλατωνικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. Ἔδει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινὸς ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων· καὶ τὰ ἆθλα οὐ βοείη τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερήϊον, ἀλλὰ μύριαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. *Scis, Pamphile, salarium, idque non exiguum, ab imperatore constitutum fuisse singulis generibus philosophorum, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, et Peripateticis, unicuique sectæ præmium æquale. Cæterum demortuo ex his quopiam, alius in ejus locum subrogandus, optimatum calculis probatus. Præmium autem non pellis bubula juxta poetam, neque porcellus : sed in singulos annos decem millia nummorum, quos accipiunt ut doceant juventutem.*

(76) *Τῇ μεγάλῃ πόλει.* Gesnerus ac ipse etiam Fronto Ducæus Megalopolim a Tatiano designari arbitrati sunt. Melius Rufinus et Christophorsonus *magnam civitatem* interpretantur in *Hist. eccles.* Eusebii, qui hunc Tatiani locum citat lib. IV, cap. 16. Romam ita appellari a Tatiano perspicuum est, tum ex minore Justini *Apologia*, tum hoc ipso ex loco, ubi in Justinum, quem Romæ passum esse constat, Crescentis insidias commemorat Tatianus. Eodem modo Romam designat Porphyrius lib. II *De abstin. animal.*, p. 226, ubi sic loquitur : Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; *Sed etiam nunc quis nescit in magna urbe die festo Jovis Latiarii hominem mactari?* Sic etiam Roma appellatur apud Theodoret. in epistola Concilii Constantinopolitani, addito tamen Romæ proprio nomine. Interdum id nomen defertur aliis urbibus, ut Alexandriæ apud Evagrium lib. II, cap. 4, Thebis apud Synesium *De Provid.* p. 94; Constantinopoli in epistola modo citata et apud S. Joannem Chrysost. or. 17 *ad Antioch.* et in epist. Attici *ad Cyrillum*, et apud Pallad. *Vit. S. Chrysost.* p. 85, et Photium Nomocan. cap. 2, tit. 8.

(77) *Ὁ καταφρονῶν.* Legitur : Ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων οὕτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον apud Euseb. *Hist.* l. IV, c. 16.

(78) *Καὶ ἐμὲ οὓς κακῷ.* Legendum ὡς κακῷ jamdudum monuere interpretes Tatiani. Codex Joan. Fris. οἷον κακῷ. Sic habet Eusebius ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ. Videtur Eusebius de industria illud καὶ ἐμὲ omisisse, quia nihil conducebat illius proposito. Probat enim ex hoc testimonio Justinum insidiis a Crescente structis occisum fuisse; quod idem Tatiano non evenit. Sed tamen retinendas esse has voces non solum ex codicum mss. consensu declaratur, sed etiam ex his quæ sequuntur : *Quosnam autem philosophorum, nisi nos solos, insectari solebat?* Fuit ergo periculorum Justini socius Tatianus, quamvis mortem magno suo malo tunc effugerit.

(79) *Περιβαλεῖν.* Angl. περιλαβεῖν.

Digitized by Google

τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχεν (80). Τίνας δὲ ἂν καὶ δῶξαι τῶν φιλοσόφων, εἰ μὴ μόνους (81) ἡμᾶς εἰωθεν;) εἰ φατὲ μὴ δεῖν δεδιέναι τὸν θάνατον, κοινωνοῦντες ἡμῶν τοῖς δόγμασι, μὴ διὰ τὴν ἀνθρωπίνην δοξομανίαν (82), ὡς Ἀνάξαρχος, ἀποθνήσκετε· χάριν δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως (83), τοῦ θανάτου καταφρονηταὶ γένεσθε. Κόσμου μὲν γὰρ ἡ κατασκευὴ καλὴ, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ πολίτευμα φαῦλον· καὶ καθάπερ ἐν πανηγύρει θεατροκοπουμένους ἔνεστιν ἰδεῖν τοὺς οὐκ εἰδότας τὸν Θεόν. Τί γάρ ἐστι μαντική; τί δὲ ὑπ' αὐτῆς πεπλάνησθε; Τῶν ἐν κόσμῳ πλεονεξιῶν ἐστί σοι διάκονος. Πολεμεῖν θέλεις, καὶ τὸν Ἀπόλλω σύμβουλον τῶν φόνων λαμβάνεις. Κόρην ἁρπάσαι θέλεις, καὶ τὸ δαιμόνιόν σοι συναγωνίσασθαι προαιρῇ. Νοσεῖς διὰ σεαυτὸν, καὶ, ὥσπερ Ἀγαμέμνων δέκα συμφράδμονας, εἶναι θέλεις μετὰ σεαυτοῦ θεούς. Πιοῦσά τις ὕδωρ (84) μαίνεται, καὶ διὰ λιβάνων (85) ἔκφρων γίνεται, καὶ σὺ τὴν τοιαύτην μαντεύεσθαι λέγεις. Προγνώστης ὑπῆρχεν ὁ Ἀπόλλων καὶ τῶν μαντευομένων διδάσκαλος· ἐπὶ τῆς Δάφνης ἑαυτὸν ἐψεύσατο. Δρῦς, εἰπέ μοι, μαντεύεται, καὶ πάλιν ὄρνιθες προαγορεύουσι; Σὺ δὲ τῶν ζώων καὶ φυτῶν ἐλάττων ὑπάρχεις; Καλὸν ἄρα σοι γενέσθαι ξύλῳ μαντικῷ (86), καὶ τῶν ἀεροφοίτων τὴν πτῆσιν λαμβάνειν. Ὁ ποιῶν σε φιλάργυρον, οὗτος καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν σοι μαντεύεται. Στάσεις καὶ μάχας ὁ ἐγείρων, καὶ περὶ τῆς ἐν πολέμῳ νίκης προαγορεύει. Τῶν παθῶν ἂν ὑπάρχῃς ἀνώτερος (87), τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πάντων καταφρονήσεις. Τοιούτους ἡμᾶς ὄντας μὴ ἀποστυγήσητε, ἀλλὰ παραιτησάμενοι τοὺς δαίμονας Θεῷ τῷ μόνῳ κατακολουθήσατε. Πάντα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἕν. Εἰ δέ ἐστιν ἐν τοῖς φυομένοις καὶ δηλητήριον, τοῦτο διὰ τὸ ἐνάμαρτον ἡμῶν ἐπισυμβέβηκεν. Ἔχω δεικνύειν τὴν τούτων εἰκόνα· μόνον (88)· ὑμεῖς κατακούσατε, καὶ ὁ πιστεύων ἐπαγώσεται.

re conatus sit, quia veritatem prædicans gulæ et fraudis philosophos arguebat. Quosnam autem philosophorum, nisi nos solos insectari solebat?) si mortem metuendam non esse dicitis, decretis nostris consentientes; ne mortem, ut Anaxarchus, propter insanum hominum laudis amorem appetatis, sed propter Dei cognitionem, contemptores mortis efficiamini. Mundi enim constructio præclara, sed prava in eo vivendi ratio; ac videre est eos, qui Deum ignorant, tanquam in solemni conventu admiratione et plausu excipi. Quid enim est divinatio; cur ab ea decipimini? Ministra est tibi vigentium in mundo cupiditatum. Vis bellum gerere, et Apollinem consiliarium cædium capis. Vis rapere virginem, et dæmonem tibi optas auxilio venire. Ægrotas per te ipse, et ut Agamemnon decem consiliarios, ita deos tibi cupis adesse. **261** Quædam furit aqua pota, et adhibito thure amens fit: hanc tu vaticinari dicis. Præscius erat futurorum Apollo et vaticinantium magister: se ipse in Daphne frustratus est. Quercus, dic mihi, divinat, rursumque aves futura prænuntiant? Tu vero animalibus et plantis ignobilior es? Præclarum tibi erat fieri lignum præsagum et avium volatum sumere. Qui te facit avarum, idem et de re facienda vaticinatur. Qui seditiones et pugnas excitat, idem et de belli victoria prædicit. Si perturbationes animi viceris, omnia quæ in mundo sunt contemnes. Cum tales simus, nolite nos odio prosequi, sed dæmonibus rejectis, solum Deum sectamini: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*[a]. Si quid autem veneni est in his quæ nascuntur, id propter peccatum nostrum supervenit. Horum imaginem demonstrare licet; tantum vos auscultate, et qui credit intelliget.

[a] Joan. I, 3.

(80) *Συνήλεγχεν.* Euseb. ἐξήλεγχεν. Nicephorus et codices Colbertini Eusebii cum uno ex Regiis perantiquo habent ut Tatianus.

(81) *Μόνους.* Ita mss. codices et Fronto Ducæus. Aliæ editiones νόμους.

(82) *Δοξομανίαν.* Jam antea emendavimus vulgatam lectionem δοξημανίαν, quæ cum iterum hic occurreret, visa est emendanda, quamvis in codicibus mss. et editis exstet, excepto cod. Angl. et edit. Front. Ducæi.

(83) *Τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως.* Horum verborum non is videtur esse sensus, ut mortem Dei cognitionis comparandæ causa spernamus, sed ut eam pro fide libenter oppetamus. Dei enim cognitio idem interdum sonat apud Tatianum ac fides quæ per charitatem operatur. Anima Dei cognitione instructa n. 13 idem est ac anima quæ Spiritum sanctum accepit.

(84) *Πιοῦσά τις ὕδωρ.* Lucianus in *Bis accusato* peracute ridet laboriosam artem Apollinis, *cui nunc Delphis esse necesse est: paulo post Colophonem cursu petit: inde et Xanthum transit, posteu Clarum currendo contendit, deinde Delum aut Branchidas, denique quocunque vates sacrum laticem pota, manducata lauro et concusso tripode venire jubet:* καὶ ὅλως ἔνθα ἂν ἡ πρόμαντις πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ νάματος καὶ μασησαμένη ἀάφνης καὶ τὴν τρίποδα διασεισαμένη κελεύῃ παρεῖναι. Narrat Cornelius Tacitus ad annum 771, apud Clarium Apollinem, non feminam ut apud Delphos, *sed certis e familiis et ferme Mileto* accitum sacerdotem, *hausta fontis arcani aqua edere responsa versibus.* Vid. Greg. Nyss. *contra falsum, Vit. Apollonii lib.* VII, Porphyrium in epistola *ad Anebonem*, ubi videtur a Luciano dissentire. Nam Clarium quidem sacerdotem ait, epota aqua, in exstasim rapi; at Pythiæ id evenire, dum insidet cuidam orificio; in Branchidis autem prophetissam id assequi, dum vaporibus ex aqua manantibus perfunditur.

(85) *Διὰ λιβάνων.* Legimus apud Dionem Cassium, pag. 42, exstitisse Apolloniæ oraculum quoddam, ubi ex thure in ignem injecto futura prænoscebantur. Ejusmodi oraculis operam videntur dedisse, qui a Cyrillo Alex. VI, *in Jul.*, p. 198, vocantur ἐμπυρομάντεις.

(86) *Ξύλῳ μαντικῷ.* S. Hieronymus in illud Osee IV: *Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus ejus annuntiavit ei*, sic loquitur: *Propheta quasi stupens et mirabundus eloquitur: Populus meus, qui quondam meo vocabatur nomine, lignum interrogavit et virgas; quod genus divinationis Græci ῥαβδομαντείαν vocant. Unde in Ezechiele legimus* (c. XXV) *quod virgas suas miscuerit Nabuchodonosor contra Ammon et Jerusalem, et exierit virga contra Jerusalem.* Vid. Cyrill. Alexand. in eumdem Osee locum.

(87) *Ἀνώτερος.* Deest in Reg. 2, ubi ad marg. κρείττων.

(88) *Μόνον.* Anglicanus codex et edit. Tigur. pro hac voce habent μίαν.

Digitized by Google

20. *Pharmacis curati grates Deo agere debemus, et materia spreta alas Spiritus quærere.* — Etiam si te pharmacis cures, quod quidem tibi ad indulgentiam concedo, oportet tamen ut testimonio tuo rem Deo assignes. Trahit enim nos adhuc mundus, et materiam propter imbecillitatem quæro. Alæ enim erant animæ Spiritus sanctus, quem cum peccando projecisset, volavit instar pulli et humi decidit; cœlesti autem convictu delapsa inferiorum commercium appetivit. Transmigrarunt dæmones, primi homines ejecti sunt; ac isti quidem e cœlo detrusi, hi autem e terra, non ista quidem, sed hoc rerum ornatu præstantiore. Deinceps oportet ut, antiquæ conditionis desiderio commoti, quidquid obstat removeamus. Non enim infinitum est cœlum, o bone, sed finitum, et terminis circumscriptum. Supra illud autem sæcula præstantiora, quæ tempestatum, ex quibus varii morbi nascuntur, vicissitudinem nesciunt, sed temperie omni prædita diem habent perpetuum ac lumen nostris hominibus inaccessum. Qui autem terræ descriptiones elaboraverunt, ii quantum homini fas erat, regiones descripserunt; sed cum non haberent quod de iis, quæ ultra sunt, dicerent, propterea quod **262** invisi non possint, maris æstus causati sunt, et quod marium aliud alga, aliud luto plenum sit, et locorum alia torrida, alia frigida et gelu concreta. Nos autem quæ a vobis ignorantur per prophetas didicimus; qui quidem cum certo tenerent corpus simul cum anima indumentum cœleste mortalitatis immortalitatem adepturum, plurima cæteris animabus abscondita prænuntiabant. Potest autem quisquis nudus est hoc ornamentum consequi et ad veterem cognationem redire.

21. *Cum doctrina Christianorum de Deo sub hominis forma nato comparatur doctrina Græcorum de diis.* — Non enim desipimus, o Græci, nec nugas prædicamus, Deum sub hominis forma natum nuntiantes. Qui nobis convicium facitis, fabulas ve-

20. Κἂν θεραπεύησθε φαρμάκοις, κατὰ συγγνώμην ἐπιτρέπω σοι· τὴν μαρτυρίαν προσάπτειν σὲ δεῖ (89) τῷ Θεῷ. Κόσμος γὰρ ἡμᾶς ἔτι καθέλκει (90), καὶ δι' ἀτονίαν τὴν ὕλην ἐπιζητῶ. Πτέρωσις γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς τὸ Πνεῦμα τὸ τέλειον, ὅπερ ἀπορρίψασα διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἔπτη ὥσπερ νεοσσός, καὶ χαμαιπετὴς ἐγένετο· μεταβᾶσα δὲ τῆς οὐρανίου συνουσίας, τῶν ἐλαττόνων μετουσίαν ἐπεπόθησεν. Μετῳκίσθησαν (91) οἱ δαίμονες, ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι· καὶ οἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ κατεβλήθησαν, οἱ δὲ ἀπὸ γῆς μέν, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐνταυθοῖ διακοσμήσεως. Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς, ἐπιποθήσαντας τὸ ἀρχαῖον, παραιτήσασθαι πᾶν τὸ ἐμποδὼν γινόμενον. Οὐκ ἔστι γὰρ ἄπειρος ὁ οὐρανός, ὦ ἄνθρωπε, πεπερασμένος δὲ, καὶ ἐπὶ τέρματι. Τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον (92), αἰῶνες οἱ κρείττονες, οὐ μεταβολὴν ὡρῶν ἔχοντες, δι' ὧν ποικίλαι νόσοι καθίστανται, πάσης δὲ εὐκρασίας μετειληφότες ἡμέραν ἔχουσι διαμένουσαν, καὶ φέγγος τοῖς ἐντεῦθεν ἀνθρώποις ἀπρόσιτον. Οἱ μὲν οὖν τὰς γεωγραφίας ἐκπονήσαντες, μέχρις ἦν δυνατὸν ἀνθρώπῳ, τῶν χωρίων τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσαντο. Τὰ δὲ ἐπέκεινα λέγειν οὐκ ἔχοντες διὰ τὸ ἀδύνατον τῆς θεωρίας, ἀμπώτεις (93) ἠτιάσαντο, καὶ θαλασσῶν τὴν μὲν πρασώδη, τὴν δὲ πηλώδη· τόπων δὲ, τῶν μὲν τὸ ἔκπυρον, τῶν δὲ τὸ ψυχρὸν καὶ διαπεπηγός. Ἡμεῖς δὲ τὰ ὑφ' ὑμῶν ἀγνοούμενα διὰ προφητῶν μεμαθήκαμεν· οἵτινες ἅμα τῇ ψυχῇ πεπεισμένοι, ὅτι πνεῦμα τὸ οὐράνιον ἐπένδυμα τῆς θνητότητος τὴν ἀθανασίαν (94) κεκτήσεται, τὰ ὅσα μὴ ἐγίνωσκον αἱ λοιπαὶ ψυχαί, προὔλεγον. Δυνατὸν δὲ παντὶ γυμνητεύοντι κτήσασθαι τὸ ἐπικόσμημα, καὶ πρὸς τὴν συγγένειαν τὴν ἀρχαίαν ἀναδραμεῖν.

21. Οὐ γὰρ μωραίνομεν, ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. Οἱ λοιδοροῦντες ἡμᾶς συγκρίνατε τοὺς μύθους ὑμῶν τοῖς ἡμετέροις διηγήμασι. Δηΐφοβος, ὥς φασιν, ἦν ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸν Ἕκτορα,

(89) *Προσάπτειν σὲ δεῖ.* Postremam vocem addidimus ex Regiis codicibus, et Angl. et Tigur.

(90) *Ἔτι καθέλκει.* Sic Reg. 1, Angl., Fronto Ducæus, et ad marg. edit. Tigurina. Aliæ editiones ἐπικαθέλκει.

(91) *Μετῳκίσθησαν.* Ad marginem Regii primi legitur hoc scholium: Κατ' ἐξουσίαν διδασκαλικῶς, οὐκ ἐπιδεικτικῶς ταῦτα.

(92) *Τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον.* Nempe οὐρανόν, ex quo patet hac voce non cœlum a Tatiano intelligi, ut Valesius existimavit, not. in Euseb., p. 259, sed orbem terrarum. Agit enim hic de paradiso, quem in terra longe præstantiore, quam hæc nostra est, situm fuisse pronuntiat. Sed cum id difficile ad credendum videri posset, ultra eas regiones, quæ nobis cognitæ sunt, alias esse longe meliores contendit, ac testimonio utitur geographorum, qui, ut observat Ducæus, solebant teste Plutarcho *Vit. Thes.* ad marginem tabularum adnotare: Τὰ δὲ ἐπέκεινα θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ πηλὸς ἀΐδνης, ἢ Σκυθικὸν κρύος, ἢ πέλαγος πεπηγός. Tota ergo Tatiani disputatio hujus orbis terrarum finibus continetur, ac proinde illud τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον idem valet ac τὰ δὲ ἐπέκεινα, quod paulo post sequitur, ac de regionibus ultra eas, quæ nobis cognitæ sunt, repositis accipi debet. Cæterum non soli Tatiano ejusmodi ultra Oceanum regiones placuerunt. Notum enim est omnibus illud S. Clementis in epist. I *ad Cor.*, cap. 20: Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι. *Oceanus hominibus impermeabilis et qui post ipsum sunt mundi.* Vide adnotationem Cotelerii in hunc S. Clementis locum. In Platonis testimonio, quod citatur ab Athenagora, *Apol.*, n. 4, οὐρανός idem sonat ac κόσμος, et cum mundus sæpe orbem terrarum significet, videtur id Tatianum adduxisse, ut οὐρανόν eodem sensu usurparet. Huc ergo redit tota illius sententia: mundus noster non est infinitus, sed nostræ ignorationi tribuendum, si remotiores illius terminos non deprehendimus. Mox cod. Joan. Tres. ἐν τέρματι.

(93) *Ἀμπώτεις.* Ita Reg. 1, et Front. Editi ἀμπῶτις.

(94) *Τὴν ἀθανασίαν.* Hæc desunt in codice Anglicano, nec leguntur in Regio 1, nisi ad marginem, ac forte e margine in textum venerunt. Nullus autem dubito quin hoc loco legendum sit, ut in interpretatione expressi σῶμα, non vero Πνεῦμα. Non enim Spiritus sanctus, sed corpus cum anima induet immortalitatem.

Digitized by Google

καὶ χάριν Ἀδμήτου Φοῖβος ἀχειρεκόμης (95) τὰς εἰ- A stras conferte cum nostris narrationibus. Deipho-
λίποδας βοῦς ἐποίμαινε, καὶ πρεσβῦτις ἀφικνεῖται πρὸς bus erat, ut ferunt, Minerva propter Hectorem, et
τὴν Σεμέλην ἡ τοῦ Διὸς γαμετή. Τοιαῦτα δὲ μελε- in gratiam Admeti intonsus Apollo flexipedes bo-
τῶντες, πῶς ἡμᾶς διαγελᾶτε; Τέθνηκεν ὑμῶν ὁ ves pascebat; anusque venit ad Semelem Jovis
Ἀσκληπιὸς, καὶ ὁ τὰς πεντήκοντα παρθένους μιᾷ conjux. Qui talia excolitis, quomodo nos irridetis?
νυκτὶ Θεσπίασι (96) διακορεύσας, βορᾷ πυρὸς ἑαυτὸν Obiit Æsculapius vester, et qui quinquaginta virgi-
παραδοὺς, οἴχεται. Προμηθεὺς τῷ Καυκάσῳ προσαρ- nes una nocte Thespiis violavit, cum se voraci flam-
τηθεὶς, τιμωρίαν χάριν τῆς εἰς ἀνθρώπους εὐεργε- mæ tradidisset, vitam reliquit. Prometheus Cauca-
σίας ὑπήνεγκεν. Φθονερὸς ὁ Ζεὺς καθ' ὑμᾶς (97), καὶ so affixus pœnas ob collatum in homines benefi-
κρύπτει τὸν ὄνειρον (98) τοῖς ἀνθρώποις βουλόμενος cium persolvit. Jupiter secundum vos invidus est et
ἀπόλλυσθαι. Διόπερ ἀποβλέψαντες πρὸς (99) τὰ οἰκεῖα somnium hominibus abscondit, eos perire volens.
ἀπομνημονεύματα, κἂν ὡς ὁμοίως μυθολογοῦντας (1) Quapropter propria monumenta intuentes, saltem
ἀποδέξασθε. Καὶ ἡμεῖς μὲν οὐκ ἀφραίνομεν, nos, ut similia fabulantes, approbate. Ac nos qui-
φλήναφα δὲ τὰ ὑμέτερα. Γένεσιν ἂν λέγητε θεῶν, dem non desipimus: vestra autem meræ sunt nu-
καὶ θνητοὺς αὐτοὺς ἀποφανεῖσθε. Διὰ τί γὰρ οὐ κύει gæ. Si generationem deorum memoratis, etiam
νῦν ἡ Ἥρα; Πότερον γεγήρακεν; ἢ τοῦ μηνύσαντος B mortales eos declaratis. Cur enim nunc Juno non
(2) ὑμῖν ἀπορεῖτε; Πείσθητέ μοι νῦν, ὦ ἄνδρες Ἕλ- prægnat? Utrum consenuit, an deest qui vobis nun-
ληνες, μηδὲ τοὺς μύθους; μηδὲ τοὺς θεοὺς ὑμῶν ἀλ- tium afferat? Credite nunc mihi, o Græci, nec fabu-
ληγορήσητε. Κἂν γὰρ τοῦτο πράττειν ἐπιχειρήσητε, las, nec deos vestros ad allegoriam trahite. Nam si
θεότης ἡ καθ' ὑμᾶς ἀνήρηται καὶ ὑφ' ὑμῶν (3). Οἱ id facere tentetis, vestra etiam a vobis numina
γὰρ τοιοῦτοι παρ' ὑμῖν ὄντες οἱ δαίμονες, ὁποῖοι καὶ evertuntur. Vel enim dæmones improbis sunt mo-
λέγονται, φαῦλοι τὸν τρόπον εἰσίν· ἢ μεταγενόμενοι ribus, si tales sunt quales apud vos dicuntur; vel
πρὸς τὸ φυσικώτερον, οὐκ εἰσὶν οἷοι καὶ λέγονται. si transferuntur ad naturam, non ii sunt qui di-
Σέβειν δὲ τῶν στοιχείων τὴν ὑπόστασιν, οὔτ' ἂν πει- cuntur. Equidem ad colendam elementorum natu-
σθείην, οὔτ' ἂν πείσαιμι τὸν πλησίον. Καὶ Μητρόδω- ram nec adducar ipse, nec quemquam adduxerim.
ρος δὲ ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου λίαν εὐ- Metrodorus autem Lampsacenus in libro *De Homero* stolide prorsus disseruit, omnia ad physiologiam revocans. Nam nec Junonem, nec Minervam, nec Jovem id esse dicit quod existimant, qui
ἤθως διείλεκται, πάντα εἰς ἀλληγορίαν μετάγων. Οὔτε C ædes illis et templa constituerunt, sed naturæ par-
γὰρ Ἥραν, οὔτε Ἀθηνᾶν, οὔτε Δία τοῦτ' εἶναί φη- tes et elementorum dispositiones. Hectorem etiam
σιν, ὅπερ οἱ τοὺς περιβόλους αὐτοῖς καὶ τεμένη καθ- et Achillem et Agamemnonem, ac omnes omnino
ιδρύσαντες νομίζουσι· φύσεως δὲ ὑποστάσεις καὶ Græcos et barbaros cum Helena et Paride, ad **263**
στοιχείων διακοσμήσεις. Καὶ τὸν Ἕκτορα δὲ, καὶ eamdem naturam referri dicetis, et artis ac dispen-
τὸν Ἀχιλλέα δηλαδὴ, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ πάν- sationis causa introductos fuisse, cum prædictorum
τας ἁπαξαπλῶς Ἕλληνάς τε καὶ βαρβάρους σὺν τῇ
Ἑλένῃ καὶ τῷ Πάριδι τῆς αὐτῆς φύσεως ὑπάρχον-
τας, χάριν οἰκονομίας ἐρεῖτε (4) παρεισῆχθαι, οὐδε-

(95) Ἀχειρεκόμης. Joannis Frisii codex: ἀχερσεκόμης.

(96) Θεσπιάσι. Non immerito castigavit Fronto Ducæus hanc Gesneri interpretationem: *Qui Thespii filias quinquaginta violavit.* Illud enim Θεσπίασι locum, ubi gesta res est, necessario designat. Præterea, ut idem observat Ducæus, Thestii filias hoc stuprum passas esse testantur Pausanias in *Bœoticis*, Athenæus lib. XIII, Clemens in *Protrept.*, Arnobius lib. IV. His adjungi potest Gregorius Naz. orat. 3, p. 108. Favet tamen Gesneri sententiæ Diodorus Siculus, qui testatur *Thespim Atheniensem* D *Erechthei filium, cum quinquaginta filias ex diversis mulieribus genuisset, easque omnes ex Herculis complexu prolem suscipere vehementer optaret, eum ad solemne quoddam sacrificium invitasse, eidemque magnifice admodum et laute excepto singulas seorsim submisisse. Illum autem cum omnibus una eademque nocte congressum, eorum qui Thespiadæ vocantur patrem effectum esse.* Addit ex his Thespiadis duos Thebis mansisse, septem vero in urbe Thespiarum, δημούχους fuisse, eorumque posteros perdiu urbis principes fuisse.

(97) Καθ' ὑμᾶς. Sic Regius 1, et edit. Tigurina. Aliæ editiones καθ' ἡμᾶς.

(98) Κρύπτει τὸν ὄνειρον. Frustra auctor Editionis Oxon. ὄνειρον hic poni putat pro ὄνηρον, auxiliatorem. Respicit Tatianus ad librum secundum *Iliadis*, ubi Jupiter dicitur Agamemnoni somnium perniciosum, οὖλον ὄνειρον, misisse, *ut Achillem honore afficeret, ac multos perderet apud naves Achi-*

vorum. Sic Somnium jussu Jovis alloquebatur Agamemnonem:

Θωρῆξαί σε κέλευσε· κάρηκομόωντας Ἀχαιοὺς,
Πανσυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλοις πόλιν εὐρυάγυιαν
Τρώων.

Armare te jussit comatos Achivos omnibus copiis: nunc enim capies civitatem latos vicos habentem Trojanorum. Agamemnon cum ambiguam illam vocem πανσυδίῃ minus intelligeret, quæ, ut observat Synesius *De insomn.*, p. 149, Achillem et Myrmidonum phalangem complectebatur, stulte de lusus est, quasi urbem primo impetu sine Achillis auxilio capturus.

(99) Πρός. Reg. 2 et Fris. εἰς.

(1) Μυθολογοῦντας. Fronto Ducæus addit ἡμᾶς.

(2) Μηνύσαντος. Legendum putat H. Stephanus μηνύσοντος.

(3) Καὶ ὑφ' ὑμῶν. Sic Ducæus, cui favent Regii codices, nisi quod habent ὑφ' ἡμῶν καὶ ὑφ' ὑμῶν. Aliæ editiones καὶ ὑφ' ἡμῶν. Mox leg. ἢ γὰρ τοιοῦτοι.

(4) Ἐρεῖτε. Ita codex Anglicanus, Tigur. et Ducæus. Alii ἐρεῖ τε, nempe Achillem et omnes Græcos, Hectorem et omnes barbaros, Metrodorus, si secum constet, pariter asseverabit nullos exstitisse. Sed malim legere ἐρεῖτε. Monitis paulo ante Græcis ne fabulas suas ad physiologiam trahant, nunc demonstrat quid incommodi ex hac rerum explicandarum ratione consequatur. Ibidem codex Joannis Frisii ἐν τῇ ποιήσει παρεισήχθησαν. Mox Reg. 1 τῶν προειρημένων. Deerat articulus in editis.

Digitized by Google

hominum nullus exstitisset. Atque hæc quidem animi causa protulimus; nostram enim Dei cognitionem ne conferre quidem fas est cum iis, qui in materia et luto volutantur.

22. *Solemnes ludi Græcorum et histriones exagitantur.* — Quales enim sunt disciplinæ vestræ? Quis non rideat solemnes vestros et publicis peractos sumptibus ludos, qui pravorum dæmonum occasione celebrati, homines in ignominiam impingunt? Vidi sæpenumero quemdam, et cum viderem miratus sum, et postquam miratus sum contempsi, ut qui alius sit intus, foris autem id quod non est mentiatur. Hunc, inquam, vidi luxu valde diffluentem, et mollitie omni fractum, ac modo oculis rutilantem, modo manus huc et illuc versantem et lutoso vultu insanientem, et nunc Veneri, nunc Apollini similem; unum omnium deorum accusatorem, superstitionis compendium, vituperatorem actionum heroicarum, cædium histrionem, adulterii monstratorem et avaritiæ, cynædorum doctorem, occasionem sententiarum capitalium; eumdem tamen ab omnibus laudatum. Ego autem illum omnia mentientem, ejusque impietatem et studia, ac totum

νὸς ὄντος τῶν προειρημένων ἀνθρώπων. Ταῦτα δὲ ἡμεῖς προετείναμεν ὥσπερ ἐπὶ ὑποθέσεως (5)· τὴν γὰρ ἡμετέραν περὶ τοῦ Θεοῦ κατάληψιν οὐδὲ συγκρίνειν ὅσιον τοῖς εἰς ὕλην (6) καὶ βόρβορον κυλινδουμένοις.

22. Οἷα γάρ ἐστιν ὑμῶν καὶ τὰ διδάγματα; Τίς οὐκ ἂν χλευάσοι τὰς δημοτελεῖς πανηγύρεις ὑμῶν, αἳ, προφάσει πονηρῶν δαιμόνων ἐπιτελούμεναι, εἰς ἀδοξίαν τοὺς ἀνθρώπους περιτρέπουσιν; Εἶδόν τινα (7) πολλάκις, καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα, καὶ μετὰ τὸ θαυμάσαι, κατεφρόνησα, πῶς ἔσωθεν μέν ἐστιν ἄλλος, ἔξωθεν δὲ ὅπερ οὐκ ἔστι ψεύδεται, ἀδρυνόμενον σφόδρα, καὶ παντοίως διακλώμενον, καὶ τοῦτο μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς μαρμαρύσσοντα, τοῦτο δὲ τὼ χεῖρε λυγιζόμενον (8), καὶ διὰ πηλίνης ὄψεως (9) δαιμονῶντα, καὶ ποτὲ μὲν ὡς Ἀφροδίτην, ποτὲ δὲ Ἀπόλλωνα γινόμενον, ἕνα κατήγορον πάντων τῶν θεῶν (10), δεισιδαιμονίας (11) ἐπιτομήν, διάβολον ἡρωϊκῶν πράξεων, φόνων ὑποκριτήν, μοιχείας ὑπομνηματιστήν, θησαυρομανίας (12), κιναίδων παιδευτήν, καταδικαζομένων ἀφορμήν (13), καὶ τὸν τοιοῦτον ὑπὸ πάντων ἐπαινούμενον. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν παρῃτησάμην πάντα ψευδόμενον, καὶ τὴν ἀθεότητα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὸν ἄνθρωπον. Ὑμεῖς δὲ ὑπὸ τούτων συλαγω-

(5) *Ὥσπερ ἐπὶ ὑποθέσεως.* Male Gesnerus, *argumento sermonis invitati.* Paulo ante comparaverat res Christianorum cum ethnicorum rebus dicendo: *Propria intuentes monumenta, saltem nos ut similia fabulantes approbate.* Inde adductus est ut Metrodori nugas referret. Ne cui ergo videretur seriam comparationem instituisse inter res adeo dissimiles, declarat se hæc dixisse tanquam ex hypothesi, id est supponendo, at minime statuendo aut concedendo res Christianas cum Græcis posse conferri.

(6) *Τοῖς εἰς ὕλην.* Articulus additus ex cod. Angl. et editione Tigurina.

(7) *Εἶδόν τινα.* Tatiani editores, et eruditi critici, in his Tillemontius, Crescentem Cynicum, jam antea notatum, iterum hoc loco describi existimant. Sed illis assentiri non possum. Nam Tatianum de mimis loqui demonstrant et quæ præcedunt, et quæ sequuntur, ac ipsa etiam instituta descriptio. Quod enim sic præfatur: *Quis non rideat solemnes ludos*, id eum non de philosophis, sed de spectaculis disputaturum indicat. Tres autem ludorum species percurrit, mimos, pugiles et gladiatores. De duobus postremis nulla prorsus controversia; neque etiam de primis ulla supererit, si attendamus hæc verba: *Ut qui alius sit intus, foris autem id quod non est mentiatur. Hunc vidi luxu valde diffluentem et mollitie omni fractum, ac modo oculis rutilantem, modo manus huc et illuc versantem, nunc Veneri, nunc Apollini similem.* Nonne hæc ad scenam necessario referenda, ubi, ut ait Tertullianus, lib. *De spect.*, cap. 10: *Quæ privata et propria sunt scenæ de gestu et flexu corporis, nam mollitiam Veneri et Libero immolant;* ubi, ut idem *Apol.*, cap. 15, *imago dei alicujus ignominiosissimum caput et famosum vestit, et corpus impurum et ad istam artem effeminatione productum Minervam aliquam vel Herculem repræsentat.* Quod autem hunc hominem Tatianus cædium actorem et magistrum mœchandi vocat, id cum scena quadrare nemo non videt.

(8) *Λυγιζόμενον.* Reg. 2, λογιζόμενον.

(9) *Διὰ πηλίνης ὄψεως.* Quod ait Lucianus Peregrinum facie luto illita prodiisse in publicum, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον, id ut insigne hujus Cynici dementiæ exemplum narrat. Quare immerito eruditus Oxoniensis editor inde concludit, luteam faciem de qua hic Tatianus, Crescenti convenire. Multo aptius hac voce designatur larva ab histrionibus adhiberi solita.

(10) *Ἕνα κατήγορον πάντων τῶν θεῶν.* Hæc theatris optime conveniunt, ubi deorum flagitia et facinora agebantur aut acta referebantur. Unde Tertullianus *Apol.* cap. 15: *Cætera lasciviæ ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur... Sed et histrionum litteræ omnem fœditatem eorum designant*, et 1, ad Nat.: *Exinde quis non poetarum ex auctoritate principis sui in deos insolens, aut vera prodendo aut falsa fingendo? Et tragici quidem aut comici pepercerunt, ut non æruminas ac pœnas dei præferent?* Sic etiam Lactantius lib. v, c. 20: *Qualis hæc religio aut qualis majestas putanda est quæ adoratur in templis, illuditur in theatris!* Vid. Theophil. lib. III, n. 15.

(11) *Δεισιδαιμονίας.* Quia scilicet, ut paulo ante dixit, hæc occasione pravorum dæmonum fieri solebant. Sic etiam Tertullianus *De spect.*, cap. 10, demonstrat res scenicas idololatria totas contineri, sive origo spectetur, sive apparatus, sive theatrum, *quod proprie sacrarium Veneris est.*

(12) *Θησαυρομανίας.* Videtur deesse καί, aut forte nomen aliquod simile iis quæ præcedunt et sequuntur.

(13) *Καταδικαζομένων ἀφορμήν.* Sæpe usu evenit, ut scenæ insignium virorum accusatoribus viam aperirent. Unde Aristophanes cum Anyto et Melito constituisse dicitur, ut Socratem luderet in *Nubibus.* Sed præcipue in Christianos invehi solebant mimi et scenobatæ. *Odisse debemus*, inquit Tertullianus, *De spect.* 26, *istos conventus et cœtus ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphematur, illic in nos quotidiani leones expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur.* Ex his emendari potest locus corruptus, lib. I, *ad Nat.* cap. 10, ubi ait: *Quod si, ut unus atque alius... mus ait, idcirco vobis quoque irascuntur* (dii) *quoniam de nostra eradicatione negligitis, absolutum est de infirmitate et mediocritate eorum.* Videtur commode expleri hæc lacuna, si legatur, *unus atque alius mimus.*

Digitized by Google

γεῖσθε (14), καὶ τοὺς μὴ κοινωνοῦντας ὑμῶν ταῖς πραγματείαις λοιδορεῖτε. Κεχηνέναι πολλῶν ᾀδόντων οὐ θέλω, καὶ τῷ νεύοντι καὶ κινουμένῳ παρὰ φύσιν οὐ βούλομαι συνδιατίθεσθαι. Τί θαυμαστὸν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐξῃρημένον διαπράττεται; Ῥιναυλοῦσι (15) τὰ αἰσχρὰ, κινοῦνται δὲ κινήσεις ἃς οὐκ ἐχρῆν, καὶ τοὺς ὅπως δεῖ μοιχεύειν ἐπὶ τῆς σκηνῆς σοφιστεύοντας αἱ θυγατέρες ὑμῶν καὶ οἱ παῖδες θεωροῦσι. Καλὰ παρ' ὑμῖν (16) τὰ ἀκροατήρια, κηρύττονται πάνθ' ἅπερ ἐν νυκτὶ μοχθηρῶς πραγματεύεται, καὶ τέρποντα τοὺς ἀκροατὰς αἰσχρῶν λόγων ἐκφωνήμασι. Καλοὶ δέ εἰσιν ὑμῶν καὶ οἱ ποιηταὶ ψευδολόγοι, καὶ διὰ σχημάτων (17) ἐξαπατῶντες τοὺς ἀκροωμένους.

23. Εἶδον ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς σωμασκίας βεβαρημένους, καὶ φορτίον τῶν ἐν αὐτοῖς κρεῶν περιφέροντας (18), οἷς ἔπαθλα καὶ στέφανοι πρόκεινται, παρακαλουμένων αὐτοὺς τῶν ἀγωνοθετῶν, οὐκ ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ, ὕβρεως δὲ καὶ στάσεως φιλονεικίᾳ, καὶ τὸν μᾶλλον πλήκτην στεφανούμενον. Καὶ ταῦτα μὲν ἔστι τῶν κακῶν τὰ ἐλάττονα· τὰ δὲ μείζονα τίς οὐκ ἂν ἐξειπεῖν ὀκνήσειεν; Ἀργίαν τινὲς ἐπανῃρημένοι, διὰ τὴν ἀσωτίαν ἑαυτοὺς εἰς τὸ φονευθῆναι πιπράσκουσι. Καὶ πωλεῖ μὲν ἑαυτὸν ὁ πονῶν (19), ὁ δὲ πλουτῶν ὠνεῖται τοὺς φονεύοντας· καὶ τούτοις οἱ μαρτυροῦντες καθίζονται, μονομαχοῦσί τε οἱ πυκτεύοντες περὶ οὐδενὸς, καὶ ὁ βοηθήσων οὐ κάτεισιν. Ἆρά γε τὰ τοιαῦτα ὑφ' ὑμῶν καλῶς ἐπιτελεῖται; Τὸ μὲν γὰρ στρατόπεδον τῶν μιαιφονούντων, ὁ προῦχων ἐν ὑμῖν συναγείρει, λῃστοτροφεῖν ἐπαγγελλόμενος· οἱ δὲ λῃστεύοντες ἀπ' αὐτοῦ προΐασι, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν θέαν συνίετε κριταὶ γινόμενοι, τοῦτο μὲν πονηρίας ἀγωνοθέτου, τοῦτο δὲ καὶ αὐτῶν τῶν μονομαχούντων. Ὁ δὲ τῷ φόνῳ μὴ περιτυχὼν, λυπεῖται· διότι μὴ κατεχρίθη πονηρῶν καὶ ἀθέων καὶ μιαρῶν ἔργων θεατὴς γενέσθαι. Θύετε ζῶα διὰ τὴν κρεωφαγίαν, καὶ ἀνθρώπους ὠνεῖσθε τῇ ψυχῇ τὴν ἀνθρωποφαγίαν (20) παρεχόμενοι, τρέφοντες αὐτὴν αἱματοχυσίαις (21) ἀθεωτάταις. Ὁ μὲν οὖν λῃστεύων φονεύει χάριν τοῦ λαβεῖν· ὁ δὲ πλουτῶν μονομάχους ὠνεῖται χάριν τοῦ φονεύεσθαι (22).

24. Τί μοι συμβάλλεται πρὸς ὠφέλειαν, ὁ κατὰ τὸν Εὐριπίδην μαινόμενος, καὶ τὴν Ἀλκμαίωνος (23)

A denique hominem rejeci. Vos autem capiunt ejusmodi homines, et qui communia vobiscum studia non habent, eos conviciis exagitatis. Iliare nolo multis canentibus : ab eo, qui innuit oculis et movetur præter naturam, nolo me in eosdem affectus vocari. Quid mirabile apud vos aut egregium peragitur? Resonante naso turpia loquuntur; moventur indecore : **264** et dum in scena mœchandi artem docent, filii vestri spectant ac filiæ. Præclara apud vos auditoria, quidquid nefarie noctu perpetratur prædicantia, et turpium sermonum declamationibus auditores oblectantia. Laude etiam digni sunt mendaces poetæ vestri, qui etiam per gestus fucum auditoribus faciunt.

23. *De pugilibus et gladiatoribus.* — Vidi homines
B corporis exercendi studio aggravatos et pondus carnium suarum circumferentes, quibus præmia et coronæ, adhortantibus eos agonothetis proponuntur, non ad præclarum facinus, sed ad faciendæ injuriæ et excitandæ discordiæ contentionem; et qui magis percussor fuerit, coronatur. Atque hæc quidem minora sunt mala; majora autem quis non dicere refugiat? Quidam inertiam profitentes, propter luxuriam seipsos vendunt occidendos. Vendit se pauper; emit dives homicidas; sedent qui testimonium de his ferant, ac singulare certamen ineunt gladiatores nullam ob causam, nec quisquam descendit, qui auxilietur? An hæc præclare a vobis peraguntur? Qui enim inter vos dignitate
C præstat, exercitum homicidarum colligit, seque latrones alere profitetur. Prodeunt ab eo latrones, vosque omnes ad spectaculum convenitis, judices futuri, partim agonothetæ improbitatis, partim et ipsorum gladiatorum. Dolet qui cædi non interfuit, quod spectandis nefariis et impiis et scelestis facinoribus non fuerit damnatus. Occiditis animalia ut carnem edatis, ac homines emitis, ut humanæ carnis epulum apponatis animæ, eamque valde impia sanguinis effusione pascatis. Occidit latro ut accipiat; dives emit gladiatores ut occidantur.

24. *De aliis spectaculis.* — Quid me juverit ille apud Euripidem furiosus, et Alcmæonem matrici-

(14) *Συλαγωγεῖσθε.* Ita Reg. uterque, Angl. et Tigur. In Regio 2 legitur ad marginem ψυχαγωγεῖσθε. Aliæ editiones δημαγωγεῖσθε, ex conjectura Gesneri, ut observat editor Anglus.

(15) *Ῥιναυλοῦσι.* Hic in margine ascriptum erat : Ἤτοι ῥινοκτυποῦσιν, οἱονεὶ τὸ πνεῦμα τοῖς ῥώθωσι συνέλκοντες (συνελκόντων Ælon.), ποιὸν ἦχον ἐπὶ κατάγελων ἀποτελοῦσι (occurrit hoc Scholion in codice priore Regio), id est, spiritum naribus concipientes sonum risus excitandi gratia elidunt. Gesner. Ista, ni fallor, ob oculos habuit Clemens, *Pædag.*, lib. III, c. 4, ubi ait de ejusmodi hominibus : Τὸ πορνικὸν ἀναίδην εἰς ἀσέλγειαν διὰ ῥινῶν ἐπιψοφοῦντες ἐπικιναίδισμα, et paulo post : Ἐπικροτοῦσι τῇ ῥινὶ, βατράχων δίκην, καθάπερ ἔνοικον τοῖς μυκτῆρσι τὴν χολὴν κεκτημένοι. Wortii. Sic etiam Persius sat. 1 : *Rancidulum quiddam balba de nare locutus.*

(16) *Παρ' ὑμῖν.* Sic Anglicanus codex. Editi παρ' ἡμῖν. Ibidem Reg. 1, κηρύσσοντα. Editi habebant κηρύσσονται. Mox Joannis Frisii codex ἐκφωνήματα.

D (17) *Καὶ διὰ σχημάτων.* Non figuras poeticas, sed gestus indicat Tatianus. Sic apud Clem. Alex, *Pædag.*, lib. III, cap. 4, ejusmodi homines ἀκολάστοις ῥήμασι καὶ σχήμασι τέρπειν dicuntur.

(18) *Περιφέροντας.* Angl. et Ducæus ἐπιφέροντας. Mox idem codex Angl. ὑβρίσεως.

(19) *Ὁ πονῶν.* Cod. Joan. Fris. ὁ πεινῶν.

(20) *Τὴν ἀνθρωποφαγίαν.* Angl. et Tigur. διὰ τὴν. Reg. 2.

(21) *Αἱματοχυσίαις.* Reg. uterque αἱματεκχυσίαις.

(22) *Φονεύεσθαι.* Sic editio Tigurina ad marginem. Male in aliis editionibus φονεῦσθαι.

(23) *Ἀλκμαίωνος.* Quæ sequuntur existimat eruditus editor Oxon. non Euripidis quidem verba esse, sed sententiam. At nihil ex Euripide decerpit hoc loco Tatianus; sed actorem poetice describit, cui mandatæ Alcmæonis matricidæ partes.

Digitized by Google

dam agens, qui nec oris sui formam retinet, ac majorem in modum hiat, ensemque circumfert, clamansque incenditur, et stolam inhumanam gerit. Valeant Hegesilai fabulæ; valeat Menandri lingua versuum scriptoris. Quid est, quod fabulosum tibicinem admirer, aut ut Aristoxenus de Thebano Antigenide curiosius laborem? Concedimus vobis res inanes. Vos ergo vel credite dogmatibus nostris, vel nostra nobis similiter relinquite.

25. *Philosophorum jactantia et dissensiones. Christianorum concors et præstantior doctrina, mores innocui.*— Quid magnum aut mirabile faciunt apud vos philosophi? Alterum humerum negligunt, plurimam demittunt comam, barbam **265** alunt, ungues ferinos circumferunt. Ac nullius quidem sese dicunt egere; sed tamen, Protei more, coriario indigent propter peram, textore propter vestem, lignario propter baculum, divitibus propter ingluviem, et coquo. O canis æmulator homo, Deum ignoras, et ad belluarum imitationem declinas; qui publice clamas, non sine quadam hominis haud egeni confidentia, ulcisceris te ipse, ac nisi accipias, conviciaris; tibique fit ars lucrandi philosophia. Platonis decreta sequeris; ecce tibi Epicureus sophista palam et aperte adversatur. Rursus Aristotelem vis sectari; tibique Democriti sectator aliquis conviciatur. Pythagoras Euphorbum se fuisse ait, et Pherecydis doctrinæ est hæres. Aristoteles animæ immortalitatem exagitat. Vos autem qui tumultuosas habetis dogmatum

A μητροκτονίαν ἀπαγγέλλων; ᾧ μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι σχῆμα, κέχηνέ (24) τε μέγα καὶ ξίφος περιφέρει, καὶ κεκραγὼς πίμπραται, καὶ φορεῖ στολὴν ἀπάνθρωπον. Ἐῤῥέτω καὶ τὰ Ἡγησιλάου (25) μυθολογήματα, καὶ Μένανδρος τῆς ἐκείνου γλώττης (26) ὁ στιχοποιός. Τί δέ μοι καὶ τεθηπέναι τὸν μυθικὸν αὐλητήν; τί μοι καὶ κατὰ Ἀριστόξενον τὸν Θηβαῖον (27) Ἀντιγενίδην πολυπραγμονεῖν; Παραχωροῦμεν ὑμῖν τὰ μὴ ὠφέλιμα, καὶ ὑμεῖς ἢ πείσθητε τοῖς δόγμασι ἡμῶν, ἢ κατὰ τὸ ὅμοιον τῶν ὑμετέρων (28) ἡμῖν ἐκχωρήσατε.

25. Τί μέγα καὶ θαυμαστὸν οἱ παρ' ὑμῖν ἐργάζονται φιλόσοφοι; Θατέρου γὰρ τῶν ὤμων ἐξαμελοῦσι (29), κόμην ἐπιειμένοι πολλὴν, πωγωνοτροφοῦσιν, ὄνυχας θηρίων περιφέροντες, καὶ λέγοντες μὲν δεῖσθαι
B μηδενός· κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτοδέψου μὲν χρῄζοντες διὰ τὴν πήραν, ὑφάντου (30) δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον, καὶ διὰ τὸ ξύλον δρυοτόμου, διὰ δὲ τὴν (31) γαστριμαργίαν τῶν πλουτούντων καὶ ὀψοποιοῦ. Ὦ ζηλῶν ἄνθρωπε τὸν κύνα, τὸν Θεὸν οὐκ οἶδας, καὶ ἐπὶ τὴν ἄλογον μίμησιν (32) μεταβέβηκας. Ὁ δὲ κεκραγὼς δημοσίᾳ μετ' ἀξιοπιστίας, ἔκδικος γίνῃ σαυτοῦ, κἂν μὴ λάβῃς, λοιδορεῖς· καὶ γίνεταί σοι τέχνη τοῦ πορίζειν τὸ φιλοσοφεῖν. Τοῖς Πλάτωνος ἔπῃ (33) δόγμασι· καὶ ὁ κατ' Ἐπίκουρον σοφιστεύων διαπρύσιος ἀνθίσταταί σοι. Πάλιν τε εἶναι θέλεις κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην· καὶ τις κατὰ τὸν Δημόκριτον λοιδορεῖταί σοι. Πυθαγόρας Εὔφορβος γεγενῆσθαί φησιν. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τοῦ Φερεκύδους δόγματος (34) κληρονόμος
C ἐστι, καὶ τῆς ψυχῆς διαβάλλει τὴν ἀθανασίαν. Στασιώδεις δὲ ἔχοντες τῶν δογμάτων τὰς διαδοχὰς,

(24) *Κέχηνέ τε.* Reg. 2, κεχήνει τε.

(25) *Ἡγησιλάου.* Legendum Ἀκουσιλάου monet eruditus editor Oxoniensis atque hujus emendationis auctorem citat Jonsium, lib. I, cap. 3, *De scriptoribus philosophicis.*

(26) *Τῆς ἐκείνου γλώττης.* Subaudiendum videtur ἕνεκα. Editor Oxoniensis hanc esse sententiam putat : Qui pariter ac Acusilaus in re mythica versatur.

(27) *Τὸν Θηβαῖον.* Interdum in hac oratione occurrunt verba loco suo depulsa, quæ restitui non possunt, nisi accuratissime investigando. Deesse aliquod videtur post τὸν μυθικὸν αὐλητήν, nec satis commode dicitur κατὰ Ἀριστόξενον, τὸν Θηβαῖον Ἀντιγενίδην πολυπραγμονεῖν. Cum enim durior hæc loquendi ratio, tum vero Aristoxenus non in solo Antigenide Thebæo occupatus fuit, sed aliorum etiam tibicinum vitas scripsit. Quare videntur
D hæc verba τὸν Θηβαῖον Ἀντιγενίδην multo aptius collocari posse post τὸν μυθικὸν αὐλητήν.

(28) *Τῶν ὑμετέρων.* Legendum ἡμετέρων, aut nulla prorsus erit vel absurda sententia. Petit Tatianus, ut cum sua ethnicis instituta permittat, eodem se esse jure patiantur. Eamdem illis fert conditionem, n. 20 et n. 25.

(29) *Ἐξαμελοῦσι.* Angl. et Reg. ἐξαμπλοῦσι, et ad marg. ἐξαπλῶσι. Cynici qui et ἐξωμίαι sæpius dicti sunt, pallium induebant humero dextro subjectum, et in sinistrum conjectum, ante et retro duplicatum. Unde et alterum humerum nudatum et exsertum habebant, alterum duplicato pallii textu coopertum. Idem de Cynicis notat et Cyprianus, lib. *De bono patientiæ : Apparet non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia et exserti ac seminudi pectoris invereunda jactantia.* WORTH.

(30) *Ὑφάντου.* Reg. 2, ὑφάντων.

(31) *Διὰ δὲ τήν.* Illud δέ addidi ex codice Anglicano et edit. Tigur. et Front.

(32) *Ἄλογον μίμησιν.* Lege ἀλόγων.

(33) *Ἔπῃ.* Sic ope Reg. 1 et Angl. emendavi, atque ita emendandum monuerat editor Oxoniensis quod vitiose in editis legebatur: Τὸ φιλοσοφεῖν τοῖς Πλάτωνος ἐπὶ δόγμασι.

(34) *Τοῦ Φερεκύδους δόγματος. Aristoteles Pherecydis doctrinæ hæres est, et animæ immortalitatem exagitat.* Duo maxima vitia insunt huic vulgatæ scripturæ. 1° Aristotelem Pherecydis doctrinæ hæredem facit. At id prorsus absurdum, et veterum testimoniis repugnans, in primis Tatiani, qui supra n. 3, non Aristotelem, sed Pythagoram *Pherecydis decretorum hæredem* vocat. 2° Non minus absurde Aristoteles Pherecydis imitator in exagitanda animæ immortalitate diceretur; cum Pherecydes immortalis animæ asseverandæ princeps fuisse dicatur. *In eadem sententia*, inquit Lactantius lib. VII, cap. 8, *fuit etiam Pythagoras antea* (nempe ante Platonem) *ejusque præceptor Pherecydes, quem Cicero tradit primum de immortalitate animarum disputasse.* Dubium ergo non est, quin legendum sit: Φησὶ, καὶ τοῦ Φερεκύδους δόγματος κληρονόμος ἐστί· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τῆς ψυχῆς, etc. His quæ de Pherecyde ejusque discipulo Pythagora dixi, contraria videri non debent quæ apud Tertullianum leguntur lib. *De resurr.*, cap. I: *Nihil esse post mortem*, inquit, *Epicuri schola est. Ait et Seneca omnia finiri post mortem, etiam ipsam. Satis est autem si non minor philosophia Pythagoræ et Empedoclis. Sed Platonici immortalem animam contrario reclamant.* Non dubito quin legendum sit, Protagoræ et Empedoclis.

Digitized by Google

ἀσύμφωνοι πρὸς τοὺς συμφώνους ἑαυτοῖς διαμάχεσθε. Σῶμά τις εἶναι λέγει Θεόν· ἐγὼ δὲ ἀσώματον· ἄλυτον εἶναι τὸν κόσμον, ἐγὼ δὲ λυόμενον· ἐκπύρωσιν ἀποδαίνειν κατὰ καιροὺς, ἐγὼ δὲ εἰσάπαξ· κριτὰς εἶναι Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν (35), ἐγὼ δὲ αὐτὸν τὸν Θεόν· ἀπαθανατίζεσθαι μόνην τὴν ψυχὴν, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ σὺν αὐτῇ σαρκίον. Τί βλάπτομεν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες; τί δὲ τοὺς Λόγῳ Θεοῦ κατακολουθοῦντας, καθάπερ μιαρωτάτους μεμισήκατε; Παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία· ψευδομάρτυρες οἱ πεπαιδευμένοι (36) γεγόνατε. Παρ' ὑμῖν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται, καὶ Ποσειδῶνος ἐρώμενος, καὶ Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει, καὶ ὁ Ζεὺς τὴν Μῆτιν καταπίνει.

26. Παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύοντες, καὶ ὥσπερ ὁ κολοιὸς οὐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς. Ἑκάστη πόλις ἐὰν ἀφέληται τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἀφ' ὑμῶν λέξιν, ἐξαδυνατήσουσιν ὑμῖν τὰ σοφίσματα. Ζητοῦντες τίς ὁ Θεὸς, τὰ ἐν ὑμῖν (37) ἀγνοεῖτε· κεχηνότες δὲ εἰς οὐρανὸν, κατὰ βαράθρων πίπτετε. Λαβυρίνθοις ἐοίκασιν ὑμῶν τῶν βιβλίων (38) αἱ ἀναθέσεις, οἱ δὲ ἀναγινώσκοντες τῷ πίθῳ τῶν Δαναΐδων. Τί μοι μερίζετε τὸν χρόνον, λέγοντες, τὸ μέν τι εἶναι παρῳχηκὸς αὐτοῦ, τὸ δὲ ἐνεστὼς (39), τὸ δὲ μέλλον; Πῶς γὰρ δύναται παρελθεῖν ὁ μέλλων, εἰ ἔστιν ὁ ἐνεστώς; Ὥσπερ δὲ οἱ ἐμπλέοντες, τῆς νεὼς φερομένης οἴονται διὰ τὴν ἀμαθίαν ὅτι τὰ ὄρη τρέχουσιν· οὕτω καὶ ὑμεῖς οὐ γινώσκετε παρατρέχοντας μὲν ὑμᾶς, ἑστῶτα δὲ τὸν αἰῶνα, μέχρις ἂν αὐτὸν ποιήσας εἶναι θελήσῃ. Διὰ τί γὰρ ἐγκαλοῦμαι λέγων τὰ ἐμὰ, τὰ δέ μου πάντα καταλύειν σπεύδετε; Μὴ γὰρ οὐχ ὑμεῖς κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἡμῖν γεγένησθε, τῆς αὐτῆς τοῦ κόσμου διοικήσεως μετειληφότες; Τί φάσκετε σοφίαν εἶναι παρ' ὑμῖν μόνοις, οὐκ ἔχοντες ἄλλον ἥλιον, οὐδ' ἀστέρων ἐπιφοιτήσεις, καὶ γένεσιν διαφορωτέραν, θάνατόν τε παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐξαίρετον; Ἀρχὴ τῆς φλυαρίας ὑμῖν γεγόνασιν (40) οἱ γραμματικοὶ, καὶ οἱ μερίζοντες τὴν σοφίαν τῆς κατὰ ἀλήθειαν σοφίας ἀπετμήθητε· τὰ δὲ ὀνόματα τῶν μερῶν ἀνθρώποις προσενείματε. Καὶ τὸν μὲν Θεὸν ἀγνοεῖτε, πολεμοῦντες δὲ ἑαυτοῖς ἀλλήλους (41) καθαιρεῖτε. Καὶ διὰ τοῦτο πάντες οὐδέν ἐστε· σφετερίζοντες μὲν τοὺς λόγους, διαλεγόμενοι δὲ καθάπερ τυφλὸς κωφῷ. Τί κατέχετε σκεύη τεκτονικὰ, τεκταίνειν μὴ γινώσκον-

successiones, discordes cum concordibus pugnatis. Est qui Deum corpus esse dicat: ego incorporeum; mundum esse indissolubilem: ego dissolvendum; conflagrationem variis temporibus evenire: ego semel eventuram; judices esse Minoem et Rhadamanthum: ego Deum ipsum; solam animam immortalitate donari: ego carnem quoque cum anima. Quid vos lædimus, o Græci, aut cur eos, qui Verbum Dei sequuntur, tanquam scelestissimos odistis? Carnem humanam non edimus; falsi testes estis, qui edocti estis ut id diceretis. Apud vos fit Pelops deorum cœna, quanquam a Neptuno amatus. Saturnus filios devorat; Jupiter Metim deglutit.

26. *Græcorum inanes quæstiones et grammaticæ studia vellicantur.*— Desinite alienos sermones velut in triumpho ostentare, et velut graculus pennis ornari non vestris. Una quæque civitas si propriam a vobis dictionem repetitum veniat, vestra vos deficient sophismata. Dum quæritis quid sit Deus, quid in vobis agatur ignoratis, et in cœlum hiantes in foveas deciditis. Similes sunt labyrinthis librorum vestrorum pertractationes, et qui eos legunt Danaidum dolio. Quid mihi tempus dividitis, aliud quidem præteritum dicentes, aliud præsens, aliud futurum? Quomodo enim futurum elabi possit, si præsens adest? Sed quemadmodum navigantes, præterlabente nave, putant præ imperitia montes currere; ita et vos non perspicitis vos quidem prætercurrere, **266** ævum autem stare, quamdiu illud esse voluerit qui creavit. Cur enim mea exponens incusor, et cur mea omnia evertere studetis? Nonne enim simili ac nos modo nati estis, ejusdem mundi administrationis participes? Cur sapientiam apud vos esse solos dicitis, cum nec alium solem, nec alios siderum ortus, nec generationem præstantiorem, nec mortem præter cæteros homines eximiam habeatis? Initium nugandi vobis fuere grammatici, et qui sapientiam dividitis, a vera sapientia abscissi estis, ac partium illius nomina hominibus attribuistis. Ac Deum quidem ignoratis; dum autem inter vos digladiamini, vos invicem evertitis. Propterea nihil prorsus estis omnes; et quamvis sermones vobis quasi proprio jure vindicetis, velut cæ-

(35) *Ῥαδάμανθυν*. Ita tres mss. et Tigur. Aliæ edit. Ῥαδάμανθον.

(36) *Οἱ πεπαιδευμένοι*. Ita Reg. 1, haud paulo melius quam in editis οἱ ἐπιτηδευόμενοι, *qui de industria id fingitis*. Non enim hujus calumniæ inventores erant hi, quos alloquitur Tatianus, sed eam ab aliis traditam ac sine certo auctore et capite, sine argumentis jactatam probabant. Unde eos Tatianus, itidem ut falsos testes, edoctos et subornatos fuisse dicit.

(37) *Τὰ ἐν ὑμῖν*. Ita Reg. uterque, in quibus tamen legitur τίνα ante τά, quemadmodum et in cod. Anglic., et in edit. Tigur. Aliæ editiones τὰ ἐν ἡμῖν, et sic Reg. 1, supra lineam.

(38) *Βιβλίων*. Reg. 2, βίβλων.

(39) *Τὸ δὲ ἐνεστώς*. Similis sententia apud Eusebium *De laud. const.* cap. 6, p. 615, ubi Eusebius docet ævum nec senescere nec interire, nec præsens apprehendi posse, nedum præteritum aut futurum. Hoc enim non est, quippe quod jam transiit; futurum vero nondum adest, ac proinde non est omnino. Præsens autem apprehendi non posse sic probat: Τὸ δέ γε νῦν αὐτοῦ λεγόμενον, ἅμα νοήματι καὶ φωνῇ, λόγου θᾶττον διαδιδράσκει. Οὐκ ἔστι δ' ἄλλως αὐτοῦ ἐπιλαβέσθαι, ὡς ἑστῶτος· ἢ γὰρ τὰ μέλλοντα (leg. ἢ γὰρ μέλλοντα) προσδοκᾶν, ἢ παρελθόντα συνορᾶν ἀνάγκη. Ἅμα γὰρ ἐννοίᾳ συνολισθαίνων φεύγει. *Præsens autem quod dicitur tempus, simul cum ipsa cogitatione ac locutione, imo etiam citius evolat. Prorsus vero ipsum tanquam præsens apprehendere non licet. Nam illud aut futurum exspectemus aut præteritum contemplemur necesse est. Quippe simul cum ipsa cogitatione fugiens elabitur.*

(40) *Γεγόνασιν* Reg. 2 habuit prima manu γέγονεν.

(41) *Ἀλλήλους*. Ita Reg. 1 et Ducæus. Aliæ editiones ἀλλήλοις.

Digitized by Google

cus cum surdo disseritis. Quorsum tenetis fabrilia instrumenta, qui fabricari non scitis? Cur sermones profitemini, qui longe ab operibus distatis; gloria nimirum inflati, in calamitatibus autem demissi? Habent actiones vestræ speciem a ratione alienam. Nam in publico cum pompa inceditis; sermones autem in angulis occultatis. Missos vos fecimus cum tales cognosceremus; nec jam de vestris rebus quidquam attingimus, sed verbum Dei sectamur. Cur enim, o bone, litterarum bellum excitas et earum pronuntiationes tanquam in pugilatu, attice balbutiendo, collidis, cum te magis apte ad naturam loqui deceret? Nam si cum Atheniensis non sis, sermonem Atticum affectas, dic mihi cur non Doricum? Cur alter tibi barbarus videtur, alter ad colloquia hilarior?

A τες; Τί λόγους ἐπαναιρεῖσθε, τῶν ἔργων μακρὰν ἀφεστῶτες; φυσώμενοι μὲν διὰ δόξης, ἐν δὲ ταῖς συμφοραῖς ταπεινούμενοι. Παρὰ λόγον καταχρᾶσθε τοῖς σχήμασι· δημοσίᾳ μὲν γὰρ πομπεύετε, τοὺς δὲ λόγους ἐπὶ τὰς γωνίας ἀποκρύπτετε (42). Τοιούτους ὑμᾶς ἐπιγνόντες καταλελοίπαμεν· καὶ τῶν ὑμετέρων οὐκέτι ψαύομεν, Θεοῦ δὲ λόγῳ καταχολουθοῦμεν. Τί γάρ, ἄνθρωπε, τῶν γραμμάτων ἐξαρτύεις τὸν πόλεμον; τί δὲ ὡς ἐν πυγμῇ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν διὰ τῶν Ἀθηναίων ψελλισμῶν, δέον σε λαλεῖν φυσικώτερον; Εἰ γὰρ Ἀττικίζεις, οὐκ ὢν Ἀθηναῖος, λέγε μοι τοῦ μὴ Δωρίζειν τὴν αἰτίαν. Πῶς τὸ μὲν εἶναί σοι δοκεῖ βαρβαρικώτερον, τὸ δὲ πρὸς τὴν ὁμιλίαν ἱλαρώτερον;

B

27. *Christiani immerito invisi. Mortem oppetere malunt, quam sua instituta deserere.* — Quod si te istorum tenet eruditio, cur mihi dogmatum, quæ mihi placent, opiniones eligenti bellum indicis? Quomodo enim non absurdum latrones quidem propter nomen illud, quo appellantur, non puniri antequam veritas diligenter explorata fuerit: nos autem per anticipatam ex conviciis sine examine opinionem odio haberi? Diagoras Atheniensis erat, sed ei pœnam irrogastis, quod Atheniensium mysteria vul-

27. Εἰ δὲ σὺ τῆς ἐκείνων ἀντέχῃ παιδείας, τί μοι δόξας αἱρουμένῳ δογμάτων ὧν θέλω διαμάχῃ; Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὸν μὲν λῃστὴν διὰ τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα μὴ κολάζειν, πρὶν ἢ τάληθὲς ἐπ' ἀκριβείᾳ καταμανθάνειν, ἡμᾶς δὲ προλήμματι λοιδορίας ἀνεξετάστῳ μεμισηκέναι; Διαγόρας Ἀθηναῖος ἦν, ἀλλὰ τοῦτον ἐξορχησάμενον τὰ παρ' Ἀθηναίοις μυστήρια τετιμωρήκατε (43)· καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις (44) ἐντυγχάνοντες (45), ἡμᾶς μεμισήκατε. Λέοντος κεκτημένοι τὰ ὑπομνήματα, πρὸς τοὺς

(42) Ἀποκρύπτετε. Eruditus auctor editionis Oxoniensis hanc lectionem refellit ac legendum esse contendit ἀποκηρύσσετε, *prædicatis*. Hac potissimum ratione nititur, quod Christus, Pharisæorum ostentationem notans, ἐν γωνίαις τῶν πλατειῶν, *in angulis platearum* stantes precari dicat. Sed non animadvertit vir eruditus aliud esse in angulis platearum orare, aliud in angulis loqui. Qui in angulis platearum orat, multorum oculos non effugit; qui in angulis loquitur, a paucis tantum audiri potest. Illud autem dubium esse non potest quin latendi causa angulos philosophi quæsierint. Callicles apud Platonem in *Gorgia*, p. 485, ait philosophum *media urbis loca et forum fugientem latebras persequi* μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, *cum tribus aut quatuor in angulo pueris susurrantem*. Eodem sensu apud Themist. or. 22, ἐν γωνίᾳ ψιθυρίζειν. Apud Photium cod. 242, in Vita Isidori opponuntur vitæ actuosæ ac multas utilitates præstanti οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι λόγοι, *sedentes in angulis sermones. Quotusquisque nunc*, inquit Hieronymus Præfat. lib. III in epist. ad Galat., *Aristotelem legit? Quanti Platonis vel libros novere vel nomen? Vix in angulis otiosi eos senes recolunt.* Lactantius lib. IV, cap. 16: *Bonos facere*, inquit, *oportet potius, quam inclusos in angulis facienda præcipere.* Testatur Origenes lib. III *adv. Celsum*, n. 5, nonnullos Cynicos publice apud fortuitum auditorium solitos esse disserere, δημοσίᾳ πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας διαλεγόμενοι. Sed cum Tatianus opponat eorum in angulis disputationes superbæ in publicum proditioni, liquet eum loqui de doctrina, quam philosophorum plerique instar mysterii occultam tenebant. Vid. Origenem I *adv. Celsum*, Synesium ep. 142.

(43) *Τετιμωρήκατε.* Si nihil mutetur in textu, is erit sensus: Quamvis tanta fuerit licentia Diagoræ, ut Athenis pulsus fuerit, tamen ejus Phrygios libros legitis, nec nobis infensi esse desinitis. Sed mihi valde arridet eruditi abbatis Orbacensis, jam non semel a me laudati, sententia, qui legendum putat τετιμήκατε. Diagoram Atheniensem, quamvis mysteria evulgaverit, in pretio habetis; et qui Phrygios illius libros legitis, nos odio habetis. Hanc emendationem confirmat vir doctissimus simili Tertulliani loco, ubi legitur, *Apol.* cap. 12, edit. Pamel.: *Iidem estis, qui Senecam aliquem pluribus et majoribus de vestra superstitione perorantem reprehenditis.* Melius in edit. Rigaltii, *probatis*.

(44) *Τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις.* In his Phrygiis libris ea quæ ad Cybelen pertinent, tractata a Diagora fuisse existimat Vossius lib. II *De historicis Græcis*, cap. 2. Deorum autem refellendorum cum ipse Diagoras, tum duo alii, quos modo nominabit Tatianus, hanc viam sequebantur, ut eos vel homines esse vel res inanimas probarent. Arnobius lib. IV *Contra gentes* recenset Diagoram et Leontem Pellæum inter scriptores, *qui scrupulosæ diligentiæ cura in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt;* seque posse declarat eorum testimonio *omnes istos ..... deos homines fuisse monstrare.* Non dubium quin iidem scriptores non segniter elaboraverint in revocandis ad naturam fabulosis diis. Sic enim de Phrygiis et Ægyptiacis libris Plutarchus apud Eusebium *Præp. Evangel.* lib. III, c. 1: Ὅτι μὲν οὖν ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκαλυμμένος μύθοις, τὰ πολλὰ δι' αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἐπίκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία, τά τε λαλούμενα τῶν σιγωμένων σαφέστερα τοῖς παλαιοῖς ἔχοντα (leg. ἔχουσα), καὶ τὰ σιγώμενα τῶν λαλουμένων ὑποπτότερα, δῆλόν ἐστιν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις. *Antiquam physiologiam et apud Græcos et apud barbaros rationem fuisse naturalem fabulis involutam, et plerumque per ænigmata et abditas sententias occultam et mysterii plenam theologiam, in qua et his, quæ tacentur, clariora non sunt apud vulgus ea quæ enuntiantur, et quæ tacentur plus suspicionis afferunt quam quæ enuntiantur; id manifestum est ex Orphicis versibus et Ægyptiacis ac Phrygiis libris.* Leg. οὐ σαφέστερα

(45) Ἐντυγχάροντες. Reg. uterque: ἐντυγχάνοντας.

Digitized by Google

ἀφ' ἡμῶν ἐλέγχους δυσχεραίνετε· καὶ τὰς περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν δόξας Ἀππίωνος (46) ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς, ὡς ἀθεωτάτους ἡμᾶς ἐκκηρύσσετε. Τάφος τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καθ' ὑμᾶς δείκνυται, κἂν ψεύδεσθαί τις τοὺς Κρῆτας λέγῃ. Τῶν πολλῶν θεῶν ἡ ὁμήγυρις οὐδέν ἐστι. Κἂν ὁ καταφρονῶν αὐτῶν Ἐπίκουρος δᾳδουχῇ, τοὺς ἄρχοντας (47) οὐδὲν πλέον τοῦ θεοῦ κατάληψιν ἣν ἔχω περὶ τῶν ὅλων ταύτην οὐκ ἀποκρύπτομαι. Τί μοι συμβουλεύεις ψεύσασθαι τὴν πολιτείαν; τί δὲ λέγων θανάτου καταφρονεῖν, διὰ τέχνης φεύγειν αὐτὸν καταγγέλλεις; Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω καρδίαν ἐλάφου· τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων λόγων ἐπιτηδεύματα κατὰ τὸν ἀμετροεπῆ Θερσίτην γίνεται. Πῶς πεισθήσομαι τῷ λέγοντι μύδρον τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην γῆν; Τὰ γὰρ τοιαῦτα λόγων ἐστὶν ἀμιλλα, καὶ οὐκ ἀληθείας διακόσμησις. Ἢ πῶς οὐκ ἠλίθιον πείθεσθαι (48) τοῖς Ἡροδότου (49) βιβλίοις περὶ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, γῆν ἄνω κηρύττουσιν, κατεληλυθέναι τε ἀπ' αὐτῆς λέοντα τὸν ὑφ' Ἡρακλέους φονευθέντα; Τί δ' ἂν ὠφελήσειε λέξις Ἀττική, καὶ φιλοσόφων σωρεία, καὶ συλλογισμῶν πιθανότητες, καὶ μέτρα γῆς, καὶ ἄστρων θέσεις, καὶ ἡλίου δρόμοι; Τὸ γὰρ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν νομοθετοῦντος ἐστὶν ἔργον ἑαυτῷ τὰ δόγματα.

A gasset: et qui Phrygios illius legitis libros, odio nos habetis; **267** qui Leonis commentarios servatis, moleste fertis vos a nobis argui; et qui Appionis de diis Ægyptiis opiniones apud vos habetis, nos tanquam impiissimos putatis exterminandos. Sepulcrum Jovis Olympii apud vos monstratur, licet quidam Cretenses mentiri dicat. Nihil est illa multitudinis deorum congregatio. Quamvis Epicurus eorum contemptor tædiferi munere fungatur, nihilo magis quid de Deo ejusque universorum principatu sentiam, principes et magistratus celabo. Quid mihi auctor es ut meum institutum mentiar; et qui mortem a te contemni dictitas, cur hortaris ut eam astu declinem? At ego cor cervi non habeo; vestrarum autem litterarum studia loquacissimum B Thersiten imitantur. Quomodo credam dicenti solem esse massam ignitam, lunamque terram? Hæc enim verborum pugna sunt, non veritatis illustratio. Quomodo enim non stultum Herodoti de Herculis historia libris credere, terram superiorem prædicantibus, ac inde delapsum leonem quem Hercules occidit. Quid enim prodest stylus Atticus et philosophorum sorites, et syllogismorum probabilitates et terræ mensuræ et astrorum positiones et solis cursus? Ejusmodi enim quæstionibus occupari hominum est sibi dogmata instar legis imponentium.

28. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς παρ' ὑμῖν κατέγνων νομοθεσίας. Μίαν μὲν γὰρ ἐχρῆν εἶναι καὶ κοινὴν ἁπάντων τὴν πολιτείαν. Νυνὶ δὲ ὅσα γένη πόλεων, τοσαῦται καὶ τῶν νόμων θέσεις, ὡς εἶναι τὰ παρ' ἐνίοις αἰσχρὰ, C παρά τισι σπουδαῖα. Νομίζουσι γοῦν Ἕλληνες φευκτὸν εἶναι τὸ συγγίνεσθαι (50) μητρί· κάλλιστον δὲ τὸ τοιοῦτόν ἐστιν ἐπιτήδευμα παρὰ τοῖς Περσῶν μάγοις. Καὶ παιδεραστία μὲν ὑπὸ βαρβάρων διώκεται, προνομίας (51) δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἠξιωται, παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδων, συναγείρειν αὐτῶν πειρωμένων.

28. *Ne leges quidem Græcorum probandæ.*—Quapropter vestras quoque legum institutiones contempsi. Unam enim oportebat esse et communem omnium vivendi normam. Nunc autem quot civitates, tot legum institutiones, ita ut quæ apud nonnullos turpia sunt, apud alios sint præclara. Græcis nimirum fugiendum videtur ne quis cum matre conjungatur; at id præclarissimum apud Persarum magos institutum. Puerorum amor a barbaris damnatur, a Romanis autem prærogativa donatur, qui puerorum greges, instar equorum gregalium, cogere student.

29. Ταῦτα οὖν ἰδὼν, ἔτι δὲ καὶ μυστηρίων μεταλαβὼν, καὶ τὰς παρὰ πᾶσι θρησκείας δοκιμάσας, διὰ θηλυδριῶν (52) καὶ ἀνδρογύνων συνισταμένας· εὑρὼν δὲ παρὰ μὲν Ῥωμαίοις τὸν Λατιάριον (53) Δία λύθροις ἀνθρώπων καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον, Ἄρτεμιν δὲ οὐ μακρὰν τῆς Μεγάλης πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων ἐπανῃρημένην τὸ D εἶδος, ἄλλον τε ἀλλαχῇ δαίμονα κακοπραγίας ἐπαναστάσεις πραγματευόμενον· κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος

29. *Quomodo Tatianus ad Christianam religionem conversus.* — Hæc cum vidissem ac præterea mysteriorum particeps factus, varias ubique religiones, quæ quidem ab effeminatis et androgynis procurantur, explorassem, cumque reperissem Latiarem apud Romanos Jovem cruore humano et sanguine ex homicidiis delectari; Dianam non procul Megalopoli similes actiones profiteri, et aliorum alibi dæmonum molitione multa nefarie fieri; ut me ipse

(46) *Δόξας Ἀππίωνος.* Editi Ἀπίωνος, manifesto errore. Vocatur enim Appion sub finem hujus orationis et apud Justinum *Cohort.* n. 9, et alios scriptores.

(47) *Δᾳδουχῇ· τοὺς ἄρχοντας.* Conatus sum huic loco lucem afferre, sic interpungendo. Editi δᾳδουχῇ τοὺς ἄρχοντας. Sic reddidit Gesnerus: *Licet contemptor eorum Epicurus faces in deorum festis principibus ferat.*

(48) *Πείθεσθαι.* Sic Reg. uterque et Ducæus. Aliæ editiones πιθέσθαι.

(49) *Ἡροδότου.* Legendum esse Ἡροδώρου probat eruditus Worthius, quia nihil hujusmodi occurrit apud Herodotum: at de Hercule scripsisse Herodorum patet ex Clem. Alex. *Strom.* I, pag. 306, idemque apud Athenæum lib. IX, c. ult., sub finem sic citatur: Ἡρόδωρος δ' ἐν ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου.

(50) *Συγγίνεσθαι.* Reg. 1, συγγενέσθαι.

(51) *Προνομίας.* Reg. uterque, προνομίαις.

(52) *Διὰ θηλυδριῶν.* Observat Augustinus lib. VI *De civ. Dei*, sacra committi infamibus gallis, quibus ne in scenam quidem prodire liceat.

(53) *Τὸν Λατιάριον.* Tres mss. et edit. Tigur. habent τὸν κατὰ τούς. Reg. 2, ad marg., τὸν κατ' αὐτούς, atque ita legendum existimabat H. Stephanus.

Digitized by Google

collegi, quomodo verum invenire possem inquisivi; cumque animum per optima quæque versarem, forte in quosdam barbaricos libros incidi, antiquiores quam ut cum Græcorum disciplinis, diviniores quam ut cum eorum erroribus conferri possint. Usu mihi evenit, ut his fidem haberem propter dicendi genus minime arrogans, scriptorum **268** ingenium artificii expers, universi creationis explicationem captu facilem, futurorum præcognitionem, præceptorum excellentiam, ac singularem universorum principatum. Itaque mente mea divinitus edocta intellexi ista quidem condemnationi affinia esse, ab his autem servitutem illam, quæ in mundo est, dissolvi, nosque a multis principibus et infinitis tyrannis liberari, ac dono augeri non illo quidem alias non concesso, sed quod acceptum retinere error non siverat.

A ἐζήτουν, ὅτῳ τρόπῳ τἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναμαι (54). Περινοοῦντι δέ μοι τὰ σπουδαῖα συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, πρεσβυτέραις μὲν ὡς πρὸς τὰ Ἑλλήνων δόγματα, θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων πλάνην. Καί μοι πεισθῆναι ταύταις συνέβη διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τῆς τοῦ παντὸς ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον, καὶ τῶν μελλόντων τὸ προγνωστικόν, καὶ τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον, καὶ τῶν ὅλων τὸ μοναρχικόν. Θεοδιδάκτου δέ μου γενομένης τῆς ψυχῆς, συνῆκα, ὅτι τὰ μὲν καταδίκης ἔχει τρόπον, τὰ δὲ ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν, καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ τυράννων, δίδωσι δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπερ μὴ ἐλάβομεν (55), ἀλλ' ὅπερ λαβόντες ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν.

B

30. *Quomodo statuit resistere diabolo.* — Horum cognitione initiatus et instructus, volo instar puerorum infantium exui et nudari. Nequitiæ enim naturam minimorum seminum naturæ similem esse scimus; quippe cum ex parvis momentis iste corroboretur, rursus tamen dissolvendus, si verbis Dei fidem adjungamus nec nos ipsi dissipemus. Nostra enim invasit ope occulti cujusdam thesauri, quem dum fodimus, pulvere quidem impleti sumus, ipsi autem consistendi copiam præbuimus. Omnia enim suam possessionem esse ducens, pretiosiores divitias in suam potestatem redegit. Atque hæc quidem nostris dicta sint. Vobis autem Græcis quid aliud dicam, nisi ut ne melioribus convicium faciatis, nec, si barbari dicuntur, inde ansam arripiatis cavillandi? Nam cur alii aliorum linguam invicem intelligere non possint, causam, si vultis, reperire poteritis. Nostra enim inquirere si velitis, facilem vobis et copiosam narrationem instituam.

30. Τούτων οὖν τὴν κατάληψιν μεμυημένος καὶ πεποιημένος (56), βούλομαι καθάπερ τὰ νήπια τῶν βρεφῶν ἀποδύσασθαι. Τὴν γὰρ τῆς πονηρίας σύστασιν ἐοικυῖαν τῇ τῶν βραχυτάτων σπερμάτων ἴσμεν· ἅτε διὰ μικρᾶς ἀφορμῆς τούτου (57) κρατυνθέντος, πάλιν δὲ αὖ λυθησομένου ἡμῶν πειθομένων λόγοις Θεοῦ (58), καὶ μὴ σκορπιζόντων ἑαυτούς. Διὰ τινὸς γὰρ ἀποκρύφου θησαυροῦ τῶν ἡμετέρων ἐπεκράτησεν, ὃν ὀρύττοντες, κονιορτῷ (59) μὲν ἡμεῖς ἐνεπλήσθημεν, τούτῳ (60) δὲ τοῦ συνεστάναι τὴν ἀφορμὴν παρέχομεν. Τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν (61) ἀποδεχόμενος κτῆμα, τοῦ πολυτιμοτέρου πλούτου τὴν ἐξουσίαν ἐχειρώσατο. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἡμῶν οἰκείους εἰρήσθω. Πρὸς δὲ ὑμᾶς τοὺς Ἕλληνας τί ἂν ἕτερον, ἢ τὸ μὴ τοῖς κρείττοσι λοιδορεῖσθαι, μηδὲ εἰ βάρβαροι λέγοιντο, ταύτην λαμβάνειν τῆς χλεύης τὴν ἀφορμήν; Τοῦ γὰρ πάντας ἀλλήλων ὑπακούειν τῆς διαλέκτου μὴ δύνασθαι, τὴν αἰτίαν εὑρεῖν, ἣν ἐθέλητε, δυνήσεσθε· ἐξετάζειν γὰρ βουλόμενος τὰ ἡμέτερα, ῥᾳδίαν καὶ ἄφθονον ποιήσομαι τὴν διήγησιν.

C

31. *Christiana philosophia quanto antiquior Græca. De Homeri ætate variæ opiniones.* — Nunc au-

31. Νῦν δὲ προσῆκόν (62) μοι νομίζω παραστῆσαι πρεσβυτέραν τὴν ἡμετέραν φιλοσοφίαν τῶν παρ' Ἕλ-

(54) *Δύναμαι.* Legendum δύνωμαι existimavit H. Stephanus. Sed non videtur Tatiani oratio ad accuratissimas grammaticæ leges semper revocanda.

(55) *Ἐλάβομεν.* Reg. 2, Angl. et edit. Tigur. ἐλαύνομεν.

(56) *Πεποιημένος.* Ita tres mss. et Tigur. Aliæ editiones πεπεισμένος ex conjectura Gesneri, qui immerito immutavit scripturam a Tatiano non semel usurpatam; supra enim n. 13: Τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ πεποιημένη, *anima Dei cognitione instructa.*

(57) *Τούτου.* Ita Reg. uterque, Angl. et Tigur. Habent aliæ editiones τοῦ πονηροῦ ex conjectura Gesneri, satis illa quidem accommodata ad sententiam Tatiani, sed tamen minime necessaria. Liquet enim Tatianum loqui de diabolo, qui nostra invasit et omnia possessionem suam esse ducit, cuique consistendi copiam damus, dum thesaurum occultum fodimus. Hæc de peccato, sive de nequitia, de qua paulo ante locutus est, intelligi non possunt, sed diabolo prorsus conveniunt. Atque hunc quidem hac voce, *iste*, satis manifeste designat Tatianus; cum præsertim, ut ipse paulo post admonet, non Græcis, sed Christianis hæc dicta voluerit. Quare nulla contextus immutandi causa, nec probandus videtur is qui ad oram Reg. 1 scripsit, λείπειν δοκεῖ, *deesse aliquid videtur.*

(58) *Λόγοις Θεοῦ.* Angl. et Tigur. λόγων Θεοῦ.

(59) *Κονιορτῷ.* Ita Reg. uterque. Editi κονιορτῶν. Videtur Tatianus respicere ad illum Heracliti dictum: Χρυσὸν οἱ διζόμενοι γῆν πολλὴν ὀρύσσουσι καὶ εὑρίσκουσιν ὀλίγον. *Qui rimantur aurum, plurimam terram effodiunt, parumque inveniunt,* apud Theodoret. 1 *adv. Græc.*, p. 478.

(60) *Τούτῳ.* Sic uterque Reg. Editi habebant τούτων: atque hujus scripturæ vitio tenebræ erant Tatiani verba, adeo ut editor Oxoniensis, dum malam interpretationem emendare conatur, pejorem effecerit, ad Deum referens, quæ de diabolo dicuntur. Legendum videtur παρέσχομεν.

(61) *Τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν*, etc. Hæc etiam diabolo optime conveniunt, qui dicere ausus est Christo: *Hæc omnia tibi dabo, quia mihi tradita sunt.*

(62) *Προσῆκον.* Προσήκειν Reg. 2, Angl. Sic etiam Eusebius, qui totum hunc Tatiani locum, iis tamen omissis, quæ numeris 32, 33, 34 et 35 continentur, inseruit lib. x *Præp.*, cap. 11. Paulo ante leg. βουλομένοις.

Digitized by Google

λησιν ἐπιτηδευμάτων. Ὅροι δὲ ἡμῖν κείσονται Μωϋσῆς καὶ Ὅμηρος τῷ ἑκάτερον (63) αὐτῶν εἶναι παλαιότερον· καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν. Καὶ ὑφ' ἡμῶν νῦν (64) εἰς σύγκρισιν παραλαμβανέσθωσαν. Εὑρήσομεν γὰρ οὐ μόνον τῆς Ἑλλήνων παιδείας τὰ παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς (65) τῶν γραμμάτων εὑρέσεως ἀνώτερα. Μάρτυρας δὲ οὐ τοὺς οἴκοι παραλήψομαι, βοηθοῖς δὲ μᾶλλον Ἕλλησι χρήσομαι (66). Τὸ μὲν γὰρ ἄγνωμον, ὅτι μηδὲ ὑφ' ὑμῶν (67) παραδεκτέον (68)· τὸ δ' ἂν ἀποδεικνύηται θαυμαστὸν, ὅταν ὑμῖν διὰ τῶν ὑμετέρων ὅπλων (69) ἀντερείδων (70) ἀνυπόπτους παρ' ὑμῶν τοὺς ἐλέγχους λαμβάνω (71). Περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥήγιος κατὰ Καμβύσην γεγονὼς, Στησίμβροτός (72) τε ὁ Θάσιος, καὶ Ἀντίμαχος (73) ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος. Μετ' ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων (74), οἱ Περιπατητικοί· ἔπειτα γραμματικοὶ, Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος. Τούτων δὲ οἱ περὶ Κράτητα πρὸ τῆς (75) Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν· οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη (76) μετὰ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως· οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν· Φιλόχορος δὲ μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν (77), ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχίππου (78), τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα· οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον, μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατόν· ὅπερ (79) γένοιτο ἂν ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων τεσσαράκοντα (80). Τινὲς δὲ πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι, τουτέστι μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἔτεσι τετρακοσίοις ἐννενήκοντα (81).

tem convenire arbitror, ut philosophiam nostram Græcorum disciplinis antiquiorem esse demonstrem. Termini nobis erunt Moyses et Homerus, quod uterque sit vetustissimus, ac iste quidem poetarum et historicorum antiquissimus, hic autem barbaræ omnis sapientiæ princeps. Eos ergo in comparationem vocemus. Nostra enim reperiemus non solum Græcorum disciplinis, sed etiam litterarum inventione antiquiora. Testes autem non domi assumam, sed potius Græcis utar adjutoribus. Alterum enim insulsum, quia ne admittendum quidem a vobis est. Alterum vero admirabile ostenditur, si vestris vobiscum armis pugnans, non suspecta a vobis argumenta desumam. Nam de Homeri poesi, ejusque genere, et tempore quo floruit, investigarunt antiquissimi, Theagenes Rhegius, qui regnante fuit Cambyse; Stesimbrotus **269** Thasius, Antimachus Colophonius, Herodotus Halicarnasseus, et Dionysius Olynthius. Post hos Ephorus Cumæus, Philochorus Atheniensis, Megaclides et Chamæleo peripatetici : deinde grammatici Zenodotus, Aristophanes, Callimachus, Crates, Eratosthenes, Aristarchus, Apollodorus. Ex his Crates Homerum ante Heraclidarum reditum floruisse ait, intra annos post bellum Trojanum octoginta; Eratosthenes post annum centesimum ab Ilio capto; Aristarchus circa Ionicam migrationem, quæ post Troica annis centum et quadraginta contigit; Philochorus post Ionicam migrationem, archonte Athenis Archippo, annis post Iliaca centum et octoginta; Apollodorus post Ionicam profectionem annis centum, id est post Iliaca ducentis et quadraginta. Quidam, illum ante Olympiades vixisse dixerunt annis nonaginta, id est post Trojam captam trecentis supra decem et septem. Alii tempus infra deducunt, et Homerum Archilocho æqualem fuisse dicunt; floruit autem Archilochus circa Olympiadem vigesimam ter-

(63) *Τῷ ἑκάτερον.* Euseb. τῷ γάρ et mox παλαίτατον, πρεσβύτατον. Testatur Worthius in codice ms. collegii S. Joan. B. legi παλαιότατον.

(64) *Νῦν.* Deest apud Euseb., sed non deesse in codice ms. testatur idem vir eruditus.

(65) *Ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς.* Euseb. ἔτι δὲ καὶ τῆς.

(66) *Χρήσομαι.* Euseb. καταχρήσομαι.

(67) *Ὑφ' ὑμῶν.* Ita Eusebius. Editi ἡμῶν. Reg. 1 habet ὑ supra lineam.

(68) *Παραδεκτέον.* Euseb. παραδεκτόν. Mox Reg. 1 et Tigur., τόσῳ δ' ἂν ἀποδεικνύηται. Mox Euseb. ὁπόταν.

(69) *Ὅπλων.* Ita Euseb. et codices mss. Editi ὅλων, excepta Oxon. edit.

(70) *Ἀντερείδων.* Ita Euseb. et tres mss. et Tigur. et Oxon. Editiones aliæ ἀναντιῤῥήτων.

(71) *Λαμβάνω.* Euseb. παραλαμβάνω, et mox πρεσβύτατοι μὲν... Ῥηγῖνος.

(72) *Στησίμβροτος.* Euseb. Στησύμβροτος.

(73) *Ἀντίμαχος.* Euseb. Καλλίμαχος. Idem paulo post μετὰ δὲ ἐκείνους.

(74) *Καὶ Χαμαιλέων.* Conjunctionem ex Eusebio addidi : editi nostri habebant ὁ Χαμαιλέων. Reg. 1, Angl. et cod. Joan. Fris. Χαμαιλέων. Reg. 2 Χαμαλέων. Euseb. Χαμελέων.

(75) *Πρὸ τῆς.* Paulo aliter Clemens Alexandrinus : Περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον .... μετὰ ἔτη ὀγδοήκοντα.

(76) *Ἐρατοσθένη.* Euseb. Ἐρατοσθένην.

(77) *Ἀποικίαν.* Addit Eusebius ἔτεσιν.

(78) *Ἀρχίππου.* Ita Ducæus. Editi Ἀρξίππου.

(79) *Ὅπερ.* Legitur ὃ apud Euseb. ὃ γάρ in mss. et Tigur.

(80) *Τεσσαράκοντα.* Sic habet Eusebius, sicque emendandum monuit Ducæus tum ex cod. ms. Reg. tum quod paulo ante dixerit Tatianus migrationem Ionicam annis 740 post bellum Trojanum contigisse. Legebatur in editis πεντήκοντα. Hieronymus in *Chronico* habet sexaginta.

(81) *Τετρακοσίοις ἐννενήκοντα.* Sic Reg. uterque, et Angl. Ducæus et edit. Tigurina, cujus ad marginem cum positum fuisset, τετρακοσίοις ἑπτά, placuit id Gesnero, et inductum fuit in Parisienses editiones, sed utraque scriptura bis vitiosa est. Primum vitium in his verbis occurrit : Τινὲς δὲ πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι. Quos hactenus nominaverat Tatianus, hi omnes natu majorem Olympiadibus Homerum dixerant. Cur ergo nunc, velut in singulari quadam opinione, dicit : *Quidam autem illum ante Olympiades exstitisse dixerunt!* Huc accedit aliud erratum. Nam si ante Olympiades exstitit, neque annis 490, neque 407, post Iliaca exstitit; si quidem annos ipsos 407, ab Iliacis rebus ad Olympiades numerat Tatianus. Utrumque vulnus sanabitur, si post has voces αὐτὸν γεγονέναι, addamus ἔτεσιν ἐννενήκοντα, *quidam illum ante Olym-*

Digitized by Google

tiam, tempore Gygis Lydi, annis a bello Trojano quingentis. Atque hæc quidem a nobis de prædicti poetæ, id est Homeri ætate, ac eorum, qui de ipso locuti sunt, dissensione, satis multa his, qui diligenter investigare possunt, licet breviter et compendiose dicta sint. Falsi enim argui possent et quæ de rebus ipsis feruntur opiniones. Ubi enim temporum descriptio non cohæret, nec vera esse possit historia. Quid enim causæ est cur in scribendo erratur, nisi quia non vera componuntur?

A Ἕτεροι δὲ κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον, σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες. Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστήν, κατὰ Γύγην (82) τὸν Λυδὸν, τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον (83) ἔτεσι πεντακοσίοις. Καὶ περὶ μὲν τοῦ χρόνου (84) τοῦ προειρημένου ποιητοῦ, λέγω δὴ Ὁμήρου, συστάσεώς τε καὶ τῶν εἰπόντων περὶ αὐτοῦ (85) ἀσυμφωνίας, τοῖς ἐπ' ἀκριβὲς ἐξετάζειν δυναμένοις, αὐτάρκως (86) ἡμῖν ὡς ἐπὶ κεφαλαίων εἰρήσθω. Δυνατὸν γὰρ ψευδεῖς ἀποφήνασθαι καὶ τὰς περὶ τοὺς λόγους (87) δόξας. Παρ' οἷς γὰρ ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων ἀναγραφὴ, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν δυνατόν (88). Τί γὰρ τὸ αἴτιον τῆς ἐν τῷ γράφειν πλάνης, εἰ μὴ τὸ συντάττειν τὰ μὴ ἀληθῆ;

32. *Christiana doctrina a dissensionibus remota et ad omnem ætatem et conditionem accommodata.* — Apud nos autem nec inanis gloriæ cupiditas, nec varietas sententiarum. Remoti enim a pervulgata et terrena doctrina, Dei præceptis parentes, ac legem patris incorruptionis sequentes, quidquid humanis opinionibus continetur, rejicimus. Philosophantur non solum divites, sed et gratuitu pauperes doctrina perfruuntur. Majora enim sunt quæ a Deo proficiscuntur, quam ut mundi muneribus **270** rependi possint. Quicunque autem audire voluerint, omnes hoc modo admittemus etiamsi anus, etiamsi adolescentes fuerint; ac omni prorsus ætati suus est apud nos honor, sed longe abest lascivia. Nihil sane mentimur, sed præclarum fuerit, si vestra in incredulitate perseverantia modum accipiat; sin minus, res nostræ Dei sententia confirmatæ maneant. Vos autem ridete, ut et ploraturi. Nonne enim absurdum est Nestorem, tarde equorum lora abscindentem ob infirmam et gelidam ætatem, admirationi apud vos esse, quod se juvenibus in bello adæquare conetur; qui autem apud nos cum senectute luctantur, et res divinas pertractant, irrideri? Quis vos non rideat, quod dum Amazones et Semiramin et nonnullas alias dicitis bellicosas exstitisse, convicium nostris virginibus faciatis? Adolescens erat Achilles, et admodum generosus fuisse creditur.

32. Παρ' ἡμῖν δὲ τῆς μὲν κενοδοξίας ὁ ἵμερος οὐκ ἔστι, δογμάτων δὲ ποικιλίας οὐ καταχρώμεθα. Λόγου γὰρ τοῦ δημοσίου καὶ ἐπιγείου κεχωρισμένοι, καὶ B πειθόμενοι Θεοῦ παραγγέλμασι, καὶ νόμῳ Πατρὸς ἀφθαρσίας ἑπόμενοι, πᾶν τὸ ἐν δόξῃ κείμενον ἀνθρωπίνῃ παραιτούμεθα. Φιλοσοφοῦσί τε οὐ μόνον οἱ πλουτοῦντες (89), ἀλλὰ καὶ οἱ πένητες προῖκα τῆς διδασκαλίας ἀπολαύουσι. Τὰ γὰρ παρὰ Θεοῦ τῆς ἐν κόσμῳ δωρεᾶς ὑπερπαίει (90) τὴν ἀμοιβήν. Τοὺς δὲ ἀκροᾶσθαι βουλομένους πάντας οὕτως προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτιδες ὦσι, κἂν μειράκια· πᾶσά τε ἁπαξαπλῶς ἡλικία παρ' ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς· τὰ δὲ τῆς ἀσελγείας πόρρω κεχώρισται. Καὶ ἡμεῖς μὲν λέγοντες οὐ ψευδόμεθα· τὰ δὲ τῆς ὑμετέρας περὶ τὴν ἀπιστίαν ἐπιμονῆς καλὸν μὲν (91) εἰ λαμβάνοι περιγραφήν· εἰ δ' οὔ, τὰ ἡμέτερα ἔστω Θεοῦ γνώμῃ βεβαιούμενα. Γελᾶτε δὲ ὑμεῖς, ὡς καὶ κλαύσοντες. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, Νέστορα μὲν κατ' C ὑμᾶς τῶν ἵππων τὰς παρηορίας βραδέως ἀποτέμνοντα, διὰ τὸ ἄτονον (92) καὶ νωθὲς τῆς ἡλικίας, θαυμάζεσθαι, πειρώμενον ἐπίσης τοῖς νέοις πολεμεῖν· τοὺς δὲ παρ' ἡμῖν τῷ γήρᾳ παλαίοντας, καὶ τὰ περὶ Θεοῦ πραγματευομένους γελᾶσθαι; τίς δὲ οὐκ ἂν γελάσειεν Ἀμαζόνας μὲν καὶ Σεμίραμιν, καί τινας ἄλλας πολεμικὰς φασκόντων ὑμῶν γεγονέναι, τὰς δὲ παρ' ἡμῖν παρθένους λοιδορούντων (93); Μειράκιον ἦν ὁ Ἀχιλλεὺς, καὶ γενναῖος εἶναι πεπίστευται σφόδρα. Καὶ ὁ Νεοπτόλεμος νεώτερος, ἀλλὰ ἰσχυρὸς ἦν. Φιλοκτήτης

ɔiades exstitisse dixerunt annis nonaginta. Nititur hæc emendatio pluribus rationum momentis. 1° Favent codices mss. in quibus paulo post, sed loco non suo, legitur vox illa ἐννενήκοντα. 2° Manca erit, ut jam dixi, sententia, si Homerus ante Olympiades collocari dicatur, non addito annorum numero. D 3° Huc accedit testimonium S. Clementis Alexandrini, qui Homerum a Sosibio Lacone annis 90 ante Olympiades collocatum narrat, *Strom.* I, p. 337. Ex his autem alterum erratum sanatur. Ait enim sub finem orationis Tatianus se jam numerasse annos 407 ab Iliacis rebus ad Olympiades. Locus autem in quo ita numeraverit, alius afferri non potest præter eum, qui nunc in manibus est. Quare pro annis 407, aut 490, aut etiam, ut apud Eusebium, 480, apponendus est ejusmodi numerus ex quo sequatur Tatianum numerare annos 407 ab Iliacis rebus ad Olympiades, ac proinde legendum τιζ', sive 317.

(82) *Κατὰ Γύγην.* Ita Eusebius et Worth. Editi nostri καὶ Γύγην.

(83) *Ὕστερον.* Hanc vocem, quæ deerat in editis, restituit Reg. 1 Hanc etiam habet in marg. Reg. 2. Legitur apud Eusebium ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν.

(84) *Περὶ μὲν τοῦ χρόνου.* Euseb. τῶν χρόνων. Paulo post idem στάσεώς τε, quod melius mihi videtur.

(85) *Περὶ αὐτοῦ.* Euseb. τὰ περὶ αὐτῶν.

(86) *Αὐτάρκως.* Ita Reg. uterque et Euseb. Editi αὐταρκέως. Mox idem δυνατὸν γὰρ παντί.

(87) *Λόγους.* Ita Euseb. tres mss. et editio Tigurina. Aliæ editiones χρόνους ex mala Gesneri conjectura.

(88) *Δυνατόν.* Euseb. δύναται. Quod deinde ait Tatianus: *Quid enim causæ est cur in scribendo erratur, nisi quia non vera componuntur*, sic debet intelligi: Quid causæ est cur temporibus in scribendo erratur, nisi quia non vera componuntur?

(89) *Πλουτοῦντες.* Ita Reg. 1, et ad marginem secundus. Editi πληροῦντες.

(90) *Ὑπερπαίει.* Editio Paris. anni 1656, nescio unde habet ὑπεραίρει.

(91) *Καλὸν μέν.* Particula addita ex tribus mss. et Tigur. Ibidem editi εἰ δ' οὖν. Melius Ducæus, quem secuti sumus. Mox ex Gesneri conjectura ἔτι Θεοῦ. Tres mss. et Tigur. ἔστω.

(92) *Ἄτονον.* Male in Paris. edit. ἄτοπον.

(93) *Λοιδορούντων.* Codex Joan. Fris. λοιδορεῖσθαι.

Digitized by Google

ἰσθενὴς, ἀλλ' ἔχρῃζεν αὐτοῦ κατὰ Τροίας τὸ δαιμόνιον. Ὁ Θερσίτης ὁποῖος ἦν; ἀλλ' ἐστρατήγει· τὸ δ' ἀμετροεπὲς εἰ μὴ προσῆν αὐτῷ διὰ τὴν ἀμαθίαν, οὐκ ἂν ὡς φοξὸς καὶ ψεδνὸς διεβάλλετο. Πάντες οἱ βουλόμενοι φιλοσοφεῖν παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι, οὐ τὸ ὁρώμενον δοκιμάζομεν, οὐδὲ τοὺς προσιόντας ἡμῖν ἀπὸ σχήματος κρίνομεν. Τὸ γὰρ τῆς γνώμης ἐρρωμένον (94) παρὰ πᾶσιν εἶναι δύνασθαι λελογίσμεθα, κἂν ἀσθενεῖς ὦσι τοῖς σώμασι· τὰ δὲ ὑμέτερα φθόνου μεστὰ καὶ βλακείας πολλῆς.

A Junior Neoptolemus, sed fortis erat. Infirmus Philoctetes, sed tamen eo egebat adversus Trojam dæmonium. Qualis fuit Thersites? Sed tamen agminis ductor erat; ac nisi immoderata in eo loquacitas ob imperitiam exstitisset, non sane ei acutum et calvum caput exprobratum fuisset. Quicunque philosophari apud nos volunt, eos ex vultu non probamus; nec de accedentibus judicium ex specie et habitu facimus. Nam robur animi omnibus inesse posse censemus, quamvis infirmis sint corporibus. Vestra autem invidiæ plena ac plurimæ socordiæ.

33. Διὰ τοῦτο προεθυμήθην ἀπὸ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν τιμίων παριστᾶν, ὅτι τὰ μὲν ἡμέτερα σωφρονεῖ, τὰ δὲ ὑμέτερα ἔθη μανίας (95) ἔχεται πολλῆς. Οἱ γὰρ ἐν γυναιξὶ καὶ μειρακίοις (96), παρθένους τε καὶ πρεσβύταις φλυαρεῖν ἡμᾶς λέγοντες, καὶ διὰ τὸ μὴ σὺν ὑμῖν εἶναι χλευάζοντες, ἀκούσατε τῶν παρ' Ἕλλήνων πραγμάτων τὸν λῆρον. Ληραίνει γὰρ διὰ δόξης μᾶλλον πολλῆς τῶν παρ' ὑμῖν θεῶν τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ διὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἀσχημονεῖτε (97). Πράξιλλαν μὲν γὰρ Λύσιππος ἐχαλκούργησεν, μηδὲν εἰποῦσαν διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον· Λεαρχίδα δὲ Μενέστρατος, Σιλανίων (98) δὲ Σαπφὼ τὴν ἑταίραν, Ἤρινναν τὴν Λεσβίαν Ναυκύδης (99), Βοΐσκος (1) Μυρτίδα, Μυρὼ (2) τὴν Βυζαντίαν Κηφισόδοτος, Γόμφος Πραξιγορίδα, καὶ Ἀμφίστρατος Κλειτώ. Τί γάρ μοι περὶ Ἀνύτης λέγειν, Τελεσίλλης τε καὶ Μυστίδος; τῆς μὲν γὰρ Εὐθυκράτης τε καὶ Κηφισόδοτος, τῆς δὲ Νικήρατος, τῆς δὲ Ἀριστόδοτος, εἰσὶν οἱ δημιουργοὶ (3). Μνησιαρχίδος τῆς Ἐφεσίας Εὐθυκράτης, Κορίννης Σιλανίων, Θαλαρχίδος τῆς Ἀργείας Εὐθυκράτης. Ταύτας δὲ εἰπεῖν προύθυμήθην, ἵνα μηδὲ παρ' ἡμῖν ξένον τι πράττεσθαι νομίζητε· καὶ συγκρίναντες τὰ ὑπ' ὄψιν ἐπιτηδεύματα, μὴ χλευάζητε τὰς παρ' ἡμῖν φιλοσοφούσας. Καὶ ἡ μὲν Σαπφὼ γύναιον πορνικὸν ἐρωτομανὲς, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσέλγειαν ᾄδει· πᾶσαι δὲ αἱ παρ' ἡμῖν σωφρονοῦσι, καὶ περὶ τὰς ἡλακάτας αἱ παρθένοι τὰ κατὰ Θεὸν λαλοῦσιν ἐκφωνήματα (4) τῆς παρ' ὑμῖν παιδὸς (5) σπουδαιότερον. Τούτου χάριν αἰδέσθητε, μαθηταὶ μὲν ὑμεῖς τῶν γυναίων εὑρισκόμενοι, τὰς δὲ σὺν ἡμῖν πολιτευο-

B 33. *Mulieres Christiana philosophia imbutas frustra rident, qui statuas meretricibus posuere.* — Quapropter ex iis rebus, quas vos in pretio habetis, planum facere decrevi, nostra instituta temperantiam servare; vestra vero insania referta esse. Nam qui nos inter mulieres et adolescentes, inter virgines et anus nugari dicitis, et quia vobiscum non sumus, irridetis; quid nugarum ferant res Græcorum audite. Nugantur enim eorum artes, dum majore in pretio sunt, quam vestri dii, et circa gynæceum indecore vos geritis. Praxillam enim, quæ nihil utile carminibus dixit, æream fecit Lysippus. Learchidem Menestratus, Sappho meretricem Silanion, Erinnam Lesbiam Naucydes, Boiscus Myrtidem, Myrum Byzantiam Cephisodotus, Praxigoridem Gomphus, Clitum Amphistratus. Quid enim dicam de Anyta, Telesilla et Mystide? Primæ Euthycrates et Cephisodotus, secundæ Niceratus, tertiæ Aristo-
C dotus, opifices fuerunt. Mnesarchidis Ephesiæ Euthycrates, Corinnæ Silanion, Thalarchidis Argivæ Euthycrates. Has recensere volui, ne quid novi apud nos existimetis fieri, atque ut obversantia oculis monumenta **271** comparantes, eas quæ apud nos philosophantur non irrideatis. Ac Sappho quidem meretrix et impudica muliercula; ac suam ipsius lasciviam canit. At omnes pudicæ apud nos sunt, et circum cola virgines, multo præclarius, quam vestra illa puella, divina oracula pronuntiant. Quapropter pudere vos debet, quod ipsi quidem muliercularum discipuli sitis, mulieres autem insti-

(94) *Ἐρρωμένον*. Ita Reg. 1, sic etiam Reg. 2 in margine. Editi, excepto Frontone Ducæo et Oxon., ἐρωμένην.

(95) *Μανίας*. Hanc vocem suppeditavit Reg. 1, πάθης ad marginem Reg. 2. Paulo ante editi παρ' ἡμῖν, excepto Ducæo, quem secutus sum.

(96) *Ἐν γυναιξὶ καὶ μειρακίοις*. Hoc probri genere utebatur Celsus in Christianos, quod lanifices, sutores, fullones in suis ædibus, et illitteratissimos quosque, pueros et mulierculas ad Christianam religionem adducere conentur, ac pueris dicant debere eos, relicto patre et præceptoribus, ire cum mulierculis et collusoribus pueris in conclave mulierum aut officinam sutoriam, fulloniamve, ut mysteriis initientur, ἵνα τὸ τέλειον λάβωσι. Digna est quæ perlegatur Origenis præclarissima responsio, l. II, p. 145. Quod autem ethnici Christianis, ut probrum objiciebant, id religionis defensores magnæ laudi esse ducebant, ut paulo antea Tatianus, Justinus *Apol.* II, n. 10; Athenag. *Apol.*, n. 11; Clem. Alexandr. *Strom.* IV, p. 497; Lactantius l. VI *Institut.*, c. 4; Theodoret. *adv. Græcos* l. V. Vide Ju-
D liani impia dicteria apud S. Cyrill. l. VII, p. 229, et responsionem S. Cyrilli.

(97) *Ἀσχημονεῖτε*. Reg. 2 ἀσχημονεῖται.

(98) *Σιλανίων*. Reg. uterque Σειλανίων.

(99) *Ναυκύδης*. Angl. Νακύδης.

(1) *Βοΐσκος*. Gesnerus, cujus adnotatio in editione Oxoniensi apponitur, legendum conjicit Βοηθός, qui sculptor insignis fuit, Plinio majorem in modum laudatus lib. XXXIII, c. 12, et XXXIV, c. 8, et XXXVI, c. 13.

(2) *Μυρώ*. Reg. 2, Τυρώ.

(3) *Δημιουργοί*. Post hanc vocem addunt uterque Regius et Angl. Κλειτοῦς δὲ Ἀμφίστρατος.

(4) *Ἐκφωνήματα*. Sic etiam supra n. 12 : Θειοτέρας δέ τινος ἐκφωνήσεως λόγοις καταχρωμένων, et n. 3, ἐκπεφώνηκε pro eo quod habebatur in Tigurina editione ἐκπεφρόνηκε. Eadem editio hoc loco ἐκφρονήματα.

(5) *Τῆς παρ' ὑμῖν παιδός*. In Reg. 1, legitur hoc scholium ad marginem : Γλαυκίππην λέγει, Glaucippen dicit. Sed inepta prorsus hæc adnotatio, cum luce clarius sit Tatianum de Sappho loqui.

Digitized by Google

tuto nostro addictas, cum solemnibus, quas illæ obeunt, conventibus exagitetis. Qualem enim vobis et quam præclaram prolem edidit Glaucippe, quæ monstrum peperit, quemadmodum demonstrat illius statua, opifice Nicerato Atheniensi Euctemonis filio. Etsi enim Elephantem peperit Glaucippe, quid causæ est cur publico honore perfruatur? Phrynen vobis meretricem Praxiteles et Herodotus fecerunt, Panteuchidem e scortatore gravidam Euthycrates. Besantidem Pæonum reginam, quod nigrum infantem peperisset, arte sua Dinomenes hominum memoriæ commendavit. Ego autem et Pythagoram qui Europam tauro imposuit, et vos condemno, qui Jovis accusatorem honore ob ipsius artem afficitis. Rideo et Myronis artem, qui buculum effinxit, eique victoriam imposuit, quod rapta Agenoris filia adulterii et intemperantiæ præmium reportasset. Glyceram meretricem et Argivam psaltriam Herodotus Olynthius expressit. Bryaxis Pasiphaen statuit, cujus lasciviam commemorantes tantum non studio habetis, ut tales sint hodie mulieres. Quædam Melanippe sapiens erat, eamque idcirco Lysistratus effinxit; at vos sapientes esse apud nos mulieres non creditis.

34. *Improbis etiam hominibus statuæ positæ.* — Egregius sane Phalaris tyrannus, qui pueros lactentes vorans Polystrati Ampraciotæ arte etiamnum, quasi vir quidam admirandus, monstratur. Ac talem quidem illius vultum Acragantini ob humanæ carnis esum intueri reformidant; at qui eruditioni dant operam, gloriantur quod eum per imaginem aspiciant. Annon flagitiosum est fraternam cædem apud vos honorari, qui Polynicis et Eteoclis imagines aspicitis, ac non potius eas cum opifice Pythagora defodistis, ut nequitiæ monumenta interirent? Quid causæ est cur mulierem triginta pueros enixam, propter Periclymenum, veluti admirandum quidpiam, intuear et contempler? Nam cum multæ intemperantiæ fructus tulisset, præclarum erat illam detestari, utpote illi apud Romanos Scrophæ assimilatam, quæ et ipsæ sacrum aliquem cultum ob similem partum fertur assecuta. Mœchatus est Mars cum Venere, et natam ex illis Harmoniam Andron vobis expressit. Sophron qui nugas **272** et ineptias literis mandavit, clarior fuit ob æream fabricam, quæ etiamnum exstat. Fabulatorem Æsopum immortalitati non solum fabulæ commendarunt, sed etiam

μένας σὺν τῇ μετ' αὐτῶν πανηγύρει (6) χλευάζοντες. Τί γὰρ ὑμῖν ἡ Γλαυκίππη σεμνὸν εἰσηγήσατο παιδίον; ἢ τί τεράστιον ἐγέννησεν, καθὼς δείκνυσιν αὐτῆς ἡ εἰκών, Νικηράτου τοῦ Εὐκτήμονος Ἀθηναίου τὸ γένος χαλκεύσαντος; Εἰ γὰρ ἐκύησεν ἐλέφαντα, τί τὸ αἴτιον τοῦ δημοσίας (7) ἀπολαῦσαι τιμῆς τὴν Γλαυκίππην; Φρύνην τε τὴν ἑταίραν ὑμῖν Πραξιτέλης καὶ Ἡρόδοτος πεποιήκασι, καὶ Παντευχίδα συλλαμβάνουσαν ἐκ φθορέως Εὐθυκράτης ἐχαλκούργησεν. Βησαντίδα τὴν Παιόνων βασίλισσαν, ὅτι παιδίον μέλαν ἐκύησε, Δεινομένης διὰ τῆς ἑαυτοῦ τέχνης μνημονεύεσθαι παρεσκεύασεν. Ἐγὼ καὶ Πυθαγόρου κατέγνωκα τὴν Εὐρώπην ἐπὶ τοῦ ταύρου καθιδρύσαντος, καὶ ὑμῶν, οἵτινες τοῦ Διὸς τὸν κατήγορον διὰ τὴν ἐκείνου τέχνην τετιμήκατε. Γελῶ καὶ τὴν Μύρωνος (8) ἐπιστήμην ποιήσαντος μόσχον, ἐπὶ δὲ αὐτοῦ νίκην, ὅτι τὴν Ἀγήνορος ἁρπάσας θυγατέρα, μοιχείας καὶ ἀκρασίας βραβεῖον ἀπηνέγκατο. Τὴν Γλυκέραν (9) τὴν ἑταίραν καὶ Ἀργείαν τὴν ψάλτριαν ὁ Ὀλύνθιος Ἡρόδοτος κατεσκεύασεν. Βρύαξις Πασιφάην ἔστησεν, ἧς τὴν ἀσέλγειαν μνημονεύσαντες, μονονουχὶ καὶ τὰς γυναῖκας τὰς νῦν τοιαύτας εἶναι (10) προσῄρησθε. Μελανίππη τις ἦν σοφή, διὰ τοῦτο ταύτην ὁ Λυσίστρατος ἐδημιούργησεν, ὑμεῖς (11) δὲ εἶναι παρ' ἡμῖν σοφὰς οὐ πεπιστεύκατε.

34. Πάνυ γοῦν σεμνὸς καὶ ὁ τύραννος Φάλαρις, ὃς τοὺς ἐπιμαστιδίους θοινώμενος παῖδας, διὰ τῆς Πολυστράτου τοῦ Ἀμπρακιώτου κατασκευῆς μέχρι νῦν ὥς τις ἀνὴρ θαυμαστὸς δείκνυται. Καὶ οἱ μὲν Ἀκραγαντῖνοι βλέπειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τὸ προειρημένον διὰ τὴν ἀνθρωποφαγίαν ἐδεδίεσαν· οἷς δὲ μέλον ἐστὶ παιδείας, αὐχοῦσιν, ὅτι δι' εἰκόνος αὐτὸν θεωροῦσι. Πῶς γὰρ οὐ χαλεπὸν ἀδελφοκτονίαν παρ' ὑμῖν τετιμῆσθαι, οἳ Πολυνείκους καὶ Ἐτεοκλέους ὁρῶντες τὰ σχήματα, καὶ μὴ σὺν τῷ ποιήσαντι Πυθαγόρᾳ καταβοθρώσαντες (12), ἐναπόλλυτε (13) τῆς κακίας τὰ ὑπομνήματα; Τί μοι, διὰ τὸν Περικλύμενον, γύναιον ὅπερ ἐκύησε τριάκοντα παῖδας ὡς θαυμαστὸν ἡγεῖσθαι καὶ κατανοεῖν (14) ποίημα; Πολλῆς γὰρ ἀκρασίας ἀπενεγκαμένη τὰ ἀκροθίνια βδελύττεσθαι καλὸν ἦν, τῇ κατὰ Ῥωμαίους συῒ παρεικαζομένῃ, ἥτις καὶ αὐτὴ διὰ τὸ ὅμοιον μυστικωτέρας (15), ὥς φασιν, ἠξίωται θεραπείας. Ἐμοίχευσε δὲ Ἄρης τὴν Ἀφροδίτην, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν Ἁρμονίαν Ἄνδρων ὑμῖν κατεσκεύασε. Λήρους (16) καὶ φλυαρίας Σώφρων διὰ συνταγμάτων παραδοὺς, ἐνδοξότερος χάριν τῆς χαλκευτικῆς, ἣ μέχρι νῦν ἐστι. Καὶ τὸν ψευδολόγον Αἴσωπον ἀείμνηστον οὐ μόνον τὰ μυθολογήματα (17), ἀλλὰ

(6) *Πανηγύρει.* Joan. Fris. ὁμηγύρει.
(7) *Δημοσίας.* Reg. 2, δημοσίου.
(8) *Μύρωνος.* Hæc lectio conjectura est Gesneri in editiones Tigurina posteriores inducta. Legitur Μήκωνος in tribus mss. et Tigur. Gesnerus Myconem aut Myronem restituendum esse existimat. Uterque inter insignes statuarios numeratur et a Plinio ob artis præstantiam laudatur lib. xxxiv, c. 8. Addit Gesnerus in Buculam Myronis permulta epigrammata legi lib. 4 *Florileg. Græc.*, sect. 7.
(9) *Γλυκέραν.* Reg. uterque, Angl. et Tigur. διὰ τὴν Γλυκέραν.
(10) *Τοιαύτας εἶναι.* Deest postrema vox in cod. Angl. et Reg. 2.
(11) *Ὑμεῖς.* Reg. 1, ἢ ὑμεῖς.
(12) *Καταβοθρώσαντες.* Ita Reg. 1, et Angl. et Ducæus. Reg. 2 ad marginem καταβορθώσαντες. Editi καταβορθώσαντες.
(13) *Ἐναπόλλυτε.* Ducæus ἐναπόλοιντο, cod. Joan. Fris. ἐναπόλλοιτο.
(14) *Καὶ κατανοεῖν.* Ita Reg. 2. et Angl. Legitur in Reg. 1, ἡγεῖσθαι κατανοεῖν et supra lineam καί. Editi ἡγεῖσθαι τὸ κατανοεῖν.
(15) *Μυστικωτέρας.* Reg. 2, μυστικώτερον.
(16) *Λήρους.* Angl. λήρους τε καί.
(17) *Μυθολογήματα.* Fris. ψευδολογήματα.

Digitized by Google

2. *Christianorum innocentia eamdem judiciorum formam, ac gravissima crimina impetrare non potest.* — Ac nos quidem magni minorisve criminis si quis arguere habeat; non deprecamur pœnam, sed acerbissimam et sævissimam quamque nobis infligendam censemus. Sin **281** autem in solo nomine hæret accusatio (hactenus enim quod de nobis dictitant, promiscuus est et temerarius hominum rumor, nec ullus malefacti Christianus convictus est), C vestrum jam fuerit, maximi et humanissimi et litteratissimi reges, injuriam a nobis lege propulsare; ut quemadmodum in toto orbe et unumquemque et civitates beneficia vestra complectuntur, ita et nos gratiam vobis habeamus gloriantes, quod calumniis appeti desierimus. Neque enim vestræ æquitatis est, ut alii quidem, si in judicium de crimine aliquo vocentur, non ante puniantur, quam convicti fuerint; in nobis autem plus nomen valeat, quam in judicio argumenta; non id inquirentibus judicibus, utrum reus aliquid mali admiserit, sed nomini, tanquam sceleri, notam inurentibus. Nullum autem nomen in se et sua sponte bonum aut malum censetur; sed propter subjectas illis bonas aut malas actiones, bona aut mala videntur. Sed D hæc clarius ipsi perspicitis, utpote in philosophia et eruditione omni versati. Propterea et qui apud

se imperatores, sed aliorum sævitia oppressis Christianis non utique subvenisse, plane ad mentem Tertulliani ac Lactantii, ut supra vidimus. Quos vero persecutores intelligat, ex ipsa pœnarum mentione facile colligimus, ἐλαύνεσθαι, φέρεσθαι καὶ διώκεσθαι. *Nempe proscriptionem illa et exilium denotant, non autem mortes, sed ne cruciatus quidem. Non est itaque quod hic martyres aliquos fuisse colligamus.* At Dodwellus oscitanter hallucinatus est, si non animadvertit quæ sequuntur, vel probi viri non functus officio, si dissimulavit. Addit enim paulo post Athenagoras: *Neque enim ad pecunias spectat inimicorum injuria, neque ad mulctam ignominia, nec ad aliud quidpiam rei majoris illata damna...; sed corporibus ac vitæ nostræ, postquam projecerimus pecunias, insidiantur.* His adde illam precem: *Quo tandem aliquando mactari desinamus.* Non temere ergo credendum Dodwello, si quid confidentissime pronuntiet.

(18) *Παυσώμεθα.* Clarom. et unus ex Anglicanis, παυσόμεθα.

(19) *Ἡ κοινή.* Delendum articulum monet H. Stephanus et paulo post legendum φιλανθρωποτάτων.

(20) *Ἡ σύμπασα.* Deesse hic vocem οἰκουμένη aut aliam similem existimat Stephanus, sed forte supplenda magis quam deesse existimanda.

(21) *Ἐπιζητούντων.* Deest in tribus Anglicanis.

(22) *Φεύγωσι.* Uterque Regius et Orat. φεύγουσι.

Digitized by Google

vos judicantur, etiamsi maximis de criminibus in judicium vocati fuerint, confidunt tamen, cum futurum intelligant, ut in eorum vitam inquiratis, ac neque nominibus, si inania fuerint, neque accusationum criminibus, si falsa, moveamini, et damnantem sententiam eodem judicii ordine ac absolventem experiuntur. Quod igitur commune jus est omnium, nos quoque postulamus, ut nequaquam odio habeamur et puniamur, quia dicimur Christiani (quid enim nobis hoc nomen ad nequitiam affert?); sed judicemur de quocunque quis vocaverit, ac vel absolvamur, refutato crimine, vel, convicta improbitate, puniamur; non propter nomen (nemo enim Christianus improbus, nisi doctrinam hanc simulate profiteatur), sed propter crimen. Sic et de philosophis judicium ferri videmus, quorum nemo ante judicium, scientiæ aut artis nomine, bonus aut malus judici videtur, sed improbus deprehensus punitur, nullo in philosophiam redundante crimine (improbus enim ille est, qui non legitime philosophatur, scientia extra noxiam), repulsis autem calumniis, dimittitur. Nobis quoque servetur hæc juris æquabilitas; inquiratur in vitam reorum, nomen crimine omni exsolvatur. Necessarium autem mihi est doctrinam nostram defendere incipienti, vos, maximi imperatores, orare, ut æquis animis audiatis, nec communi et a ratione alieno rumore abrepti præoccupemini; sed vestrum doctrinæ ac veritatis studium nostris quoque rebus concedatis. Cum enim vos nihil imprudentes peccabitis, tum nos etiam postquam ea exuerimus **282** quæ temerarius multorum rumor affingit, bello appeti desinemus.

3. *Tria crimina Christianis afficta.* — Tria nobis affingunt crimina : atheismum, Thyesteas cœnas, Œdipodeos concubitus. Quæ si vera sunt, nulli parcite generi : pœnas scelerum repetite; radicitus nos cum uxoribus et pueris delete, si quis ferarum ritu vivit. Quanquam belluæ generis sui belluas non tangunt, ac lege naturæ et ad solum procreandæ sobolis tempus, non ad omnem licentiam miscentur, ac eos etiam, a quibus sibi bene fit, agnoscunt. Si quis ergo etiam belluis immanior, quamnam ille talium scelerum pœnam persolvens, vel pro meritis puniri censebitur? Sin autem hæc verba sunt et inanes calumniæ, quæ inde oriuntur quod vitium virtuti adversetur naturali quadam lege,

A αὐτῶν τὸν βίον, καὶ οὔτε τοῖς ὀνόμασι προσθήσεσθε, ἂν ᾖ κενά, οὔτε ταῖς ἀπὸ τῶν κατηγοριῶν αἰτίαις, εἰ ψευδεῖς εἶεν· ἐν ἴσῃ τάξει (23) τὴν καταδικάζουσαν τῆς ἀπολυούσης δέχονται ψῆφον. Τὸ τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἴσον καὶ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν, μὴ ὅτι Χριστιανοὶ λεγόμεθα, μισεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι (τί γὰρ ἡμῖν τὸ ὄνομα πρὸς κακίαν τελεῖ;) ἀλλὰ κρίνεσθαι ἐφ' ὅτων ἂν καὶ εὐθύνῃ τις, καὶ ἢ ἀφίεσθαι ἀπολυομένους τὰς κατηγορίας, ἢ κολάζεσθαι τοὺς ἁλισκομένους πονηρούς· μὴ ἐπὶ τῷ ὀνόματι (οὐδεὶς γὰρ Χριστιανὸς πονηρὸς, εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον), ἐπὶ δὲ τῷ ἀδικήματι. Οὕτω καὶ τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας (24) κρινομένους ὁρῶμεν. Οὐδεὶς αὐτῶν πρὸ κρίσεως διὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην ἀγαθὸς ἢ πονηρὸς τῷ δικαστῇ εἶναι δοκεῖ· ἀλλὰ δόξας μὲν εἶναι ἄδικος, κολάζεται,

B οὐδὲν τῇ φιλοσοφίᾳ προστριψάμενος ἔγκλημα (ἐκεῖνος γὰρ πονηρὸς, ὁ μὴ, ὡς νόμος, φιλοσοφῶν· ἡ δὲ ἐπιστήμη ἀναίτιος), ἀπολυσάμενος δὲ τὰς διαβολὰς, ἀφίεται. Ἔστω δὴ τὸ ἴσον καὶ ἐφ' ἡμῶν· ὁ τῶν κρινομένων ἐξεταζέσθω βίος· τὸ δὲ ὄνομα παντὸς ἀφείσθω ἐγκλήματος. Ἀναγκαῖον δέ μοι ἀρχομένῳ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ λόγου, δεηθῆναι ὑμῶν, μέγιστοι αὐτοκράτορες, ἴσους ἡμῖν ἀκροατὰς γενέσθαι, καὶ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας προκατασχεθῆναι, ἐπιτρέψαι δὲ ὑμῶν τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλάληθες καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ. Ὑμεῖς τε γὰρ οὐ πρὸς ἀγνοίας ἐξαμαρτήσετε, καὶ ἡμεῖς τὰ ἀπὸ τῆς ἀκρίτου τῶν πολλῶν φήμης ἀποδυσάμενοι (25),

C παυσόμεθα πολεμούμενοι.

3. Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα· ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους (26) μίξεις. Ἀλλὰ, εἰ μὲν ἀληθῆ ταῦτα, μηδενὸς γένους φείσησθε, ἐπεξέλθετε δὲ τοῖς ἀδικήμασι· σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ προρρίζους ἡμᾶς ἀποκτείνατε, εἴ γέ τις ἀνθρώπων ζῇ δίκην θηρίων. Καίτοι γε καὶ τὰ θηρία τῶν ὁμογενῶν οὐχ ἅπτεται, καὶ νόμῳ φύσεως, καὶ πρὸς ἕνα καιρὸν τὸν τῆς τεκνοποιίας, οὐκ ἐπ' ἀδείας μίγνυνται· γνωρίζει δὲ καὶ ὑφ' ὧν ὠφελεῖται. Εἴ τις οὖν καὶ τῶν θηρίων ἀνημερώτερος, τίνα οὖν πρὸς τὰ τηλικαῦτα ὑποσχὼν δίκην, καὶ πρὸς ἀξίαν κεκολάσθαι νομισθήσεται; Εἰ δὲ λογοποιαὶ ταῦτα καὶ διαβολαὶ κεναὶ, φυσικῷ λόγῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν τῆς κακίας ἀντικειμένης, καὶ πολεμούντων ἀλλήλοις τῶν ἐναντίων (27)

D

(23) *Ἐν ἴσῃ τάξει.* Ante hæc verba videtur deesse conjunctio copulativa, quam quidem in interpretando supplevimus. Henricus Stephanus eam collocat ante εἰδότες, quod idem esse putat ac διὰ τὸ εἰδέναι. Videtur ergo Stephanus sic intellexisse has voces ἐν ἴσῃ τάξει, etc., æquo animo sententiam damnantem et absolventem excipiunt vel exspectant. Mox tres Angl. ἐφ' ὅτῳ. Ducæus ἐφ' ὅσων. Alii ἐφ' ὅτων.

(24) *Τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας.* Hoc argumentum, quo utitur S. Justinus *Apol.* I, n. 5, eo majoris est ponderis, quod philosophi statuas et deos irridebant, nec tamen ob eam rem male audiebant, aut sacrificare cogebantur. *Cur ergo*, inquit Tertullianus *Apol.* 46, *quibus comparamur de disciplina, proinde illis non adæquamur ad licentiam impunitatemque disciplinæ? Vel cur et illi, ut pares nostri non urgentur ad officia, quæ nos non obeuntes periclitamur? Quis enim philosophum sacrificare aut dejerare aut lucernas meridie vanas proferre compellit? Quinimo et deos vestros palam destruunt, et superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis.*

(25) *Ἀποδυσάμενοι.* Videtur Athenagoras Justinum imitari et falsas criminationes, ut prava quædam integumenta considerare, quæ Christianæ doctrinæ, ut ait Justinus *Apol.* II, n. 13, improbi homines ad alios deterrendos injecerant. Si quis tamen hanc vocem ἀποδυσάμενοι idem esse velit ac *postquam depulerimus*, non repugnabo, sed tunc legendum erit ἀπολυσάμενοι, ut paulo ante et passim.

(26) *Οἰδιποδείους.* Reg. uterque, Orat. et tres Angl. Οἰδιποδίους.

(27) *Τῶν ἐναντίων.* Elegantius et ornatius fore existimat Stephanus si legitur καὶ ἐναντίων, sed inutili prorsus opera, cum locus nec corruptus sit,

Digitized by Google

θείῳ νόμῳ, καὶ τοῦ μηδὲν τούτων ἀδικεῖν, ὑμεῖς μάρτυρες, κελεύοντες μὴ ὁμνοεῖν (28)· πρὸς ὑμῶν λοιπὸν ἐξέτασιν ποιήσασθαι βίου, δογμάτων, τῆς πρὸς ὑμᾶς καὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον καὶ τὴν βασιλείαν (29) σπουδῆς καὶ ὑπακοῆς, καὶ οὕτω ποτὲ συγχωρῆσαι ἡμῖν οὐδὲν πλέον τοῖς διώκουσιν ἡμᾶς. Νικήσομεν γὰρ αὐτοὺς, ὑπὲρ ἀληθείας ἀόκνως καὶ τὰς ψυχὰς ἐπιδιδόντες (30).

A et contraria divina quadam lege inter se pugnent; si nihil horum a nobis admitti vos testes estis, qui nomen nostrum deferri vetatis; vestrum jam fuerit de moribus nostris, de doctrina, de nostro in vos ac domum vestram et imperium studio et obsequio inquirere, ac nobis tandem aliquando non amplius juris, quam inimicis nostris, concedere. Vincemus enim eos, ut qui nostram etiam pro veritate vitam libenter profundamus.

4. Ὅτι μὲν οὖν ἐσμεν ἄθεοι (πρὸς ἓν ἕκαστον ἀπαντήσω τῶν ἐγκλημάτων, μὴ καὶ γελοῖον ᾖ τοὺς λέγοντας μὴ ἐλέγχειν), Διαγόρᾳ μὲν γὰρ εἰκότως ἀθεότητα ἐπεκάλουν Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τὰ τῶν Καβείρων δημεύοντι μυστήρια, καὶ τὸ τοῦ Ἡρακλέους, ἵνα τὰς γογγύλας ἑψοῖ, κατακόπτοντι B ξόανον· ἄντικρυς δὲ ἀποφαινομένῳ μηδὲ ὅλως εἶναι θεόν. Ἡμῖν δὲ, διαιροῦσιν ἀπὸ τῆς ὕλης τὸν Θεὸν, καὶ δεικνύουσιν ἕτερον μέν τι εἶναι τὴν ὕλην, ἄλλο δὲ τὸν Θεὸν, καὶ τὸ διὰ μέσου πολὺ (τὸ μὲν γὰρ Θεῖον, ἀγέννητον εἶναι καὶ ἄϊδιον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ θεωρούμενον· τὴν δὲ ὕλην γενητὴν καὶ φθαρτὴν [31]), μήτι οὐκ ἀλόγως τὸ τῆς ἀθεότητος ἐπικαλοῦσιν ὄνομα; Εἰ μὲν γὰρ ἐφρονοῦμεν ὅμοια τῷ Διαγόρᾳ, τοσαῦτα ἔχοντες πρὸς θεοσέβειαν ἐνέχυρα, τὸ εὔτακτον, τὸ διαπαντὸς σύμφωνον, τὸ μέγεθος, τὴν χροιὰν, τὸ σχῆμα, τὴν διάθεσιν τοῦ κόσμου· εἰκότως ἂν ἡμῖν καὶ ἡ τοῦ μὴ θεοσεβεῖν δόξα καὶ ἡ τοῦ ἐλαύνεσθαι αἰτία προσετρίβετο. Ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος ἡμῶν ἕνα Θεὸν ἄγει τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴν, C

4. *Christianos atheos non esse probat doctrina de uno Deo.* — Quod igitur spectat ad impietatis crimen, quod immerito nobis affingitur (singulis enim criminationibus occurram, ne ridiculum sit eos qui hæc dicunt non arguere), Diagoram quidem merito atheum judicabant Athenienses, qui non solum Orphica verba proferebat in medium, ac Eleusinia et Cabirorum mysteria vulgabat, et de statua Herculis secabat, ex quo rapas suas coqueret; sed etiam Deum omnino non esse, palam et aperte pronuntiabat. Nobis autem, qui Deum a materia disjungimus, et aliud quidem materiam, aliud vero Deum esse, ac plurimo utrumque intervallo distare demonstramus (Deum enim increatum et æternum esse, ac sola mente et ratione et cognosci posse; materiam autem creatam corruptioni obnoxiam), nonne immerito atheorum nomen imponitur? Nam si idem **283** ac Diagoras sentiremus, cum tot ac tanta habeamus Dei colendi pignora, ratum ordinem, perpetuum concentum, magnitudinem, colorem, figuram, descriptionem mundi; merito in atheismi crimen, et

nec inornatus. Eadem sententia occurrit infra n. 31. Non absimili sensu Synesius epist. 76 : Οὐκ ἐθέλει περιμένειν ἄλληλα τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, ἀλλὰ νόμῳ φυσεως περίστανται, vel ut est apud Joan. Damasc. *Parallel.*, p. 532, ἀντιπερίστανται. *Non sese invicem exspectare amant lux et tenebræ, sed lege naturæ se devitant.*

(28) *Κελεύοντες μὴ ὁμνοεῖν.* Omisit hæc verba Gesnerus, ut parum quadrantia, suspicatur conjungi debere cum his quæ præcedunt, ita ut legatur : Θείῳ νόμῳ κελεύοντι μὴ ὁμνοεῖν. Suffridus ac auctor editionis Oxon. nihil mutandum putant; uterque sic interpretatur, quasi dicat Athenagoras vetuisse imperatores, ne ethnici cum Christianis consentirent. Ex quo nulla prorsus sententia erui possit, quamvis diversam uterque eruere conetur. Corrupti loci non difficilis erit emendatio, si, ut par est, attendamus. Lego itaque μὴ μηνύειν; *si nihil horum a nobis admitti vos ipsi testes estis, qui nomen nostrum deferri vetatis.* Nefas ambigere, quin respiciat Athenagoras ad aliquod imperatorum edictum, ex quo Christianorum eluceret innocentia. At vix ullo edicto imperatores innocentiam Christianorum significantius declararunt, quam cum eorum nomen deferri vetuerunt. Trajanus Plinio secundo rescripserat : *Hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere*, ut ait Tertull. *Apologet.*, c. 2. Adrianus in Epistola ad Minucium Fundanum in ipsos delatores animadverti jusserat, si Christianos solius religionis nomine accusarent. Idem sanxerat Antoninus in epistola ad commune Asiæ. M. Aurelius, etsi tam liberaliter cum Christianis non agebat, eos tamen accusari vetuerat paucis annis antequam ei hanc *Apologiam* Athenagoras offerret. *Sicut non palam ab ejusmodi hominibus*, inquit Tertullianus *Apologet.*, c. 5, *pœnam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adjecta etiam accusatoribus damnatione et quidem tetriore.* Quare cum Marcus Christianos accusari vetaret, accusatis pœnam non eximeret, merito Athenagoras illius testimonio Christianorum innocentiam declarari contendit. Quod quidem argumentum sic Tertulliani nervis vibratur *Apologet.*, c. 2 : *O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos ut nocentes. Parcit et sævit : dissimulat et animadvertit. Quid temetipsam, censura, circumvenis? Si damnas, cur non et inquiris? Si non inquiris, cur non et absolvis?* Hæc Tertulliani dicta de Trajani edicto haud scio an melius quadrent in edictum M. Aurelii, qui Christianos non solum, ut Trajanus, inquiri, sed etiam accusari vetabat, inflicta accusatoribus gravissima pœna, quod a Trajano factum non legimus.

D (29) *Τὴν βασιλείαν.* Reg. 2 et tres Anglicani τῆς βασιλείας.

(30) *Ὑπὲρ ἀληθείας... ἐπιδιδόντες.* Videtur ratiocinatio Athenagoræ duabus rebus, tanquam fundamento, niti : 1° Moribus tanto veritatis amore inflammatis nihil inesse posse sceleris, quod legum severitatem reformidet; 2° Christianos, dum vitam pro veritate profundunt, non cedere adversariis, nec ab eis vinci, sed potius vincere. His suppositis, sic ratiocinatur Athenagoras : Si nunc Christiani, cum impetrare non possunt ut leges observentur, mortem libenter oppetunt pro veritate; quanto magis causæ suæ confident et adversarios non metuent, cum accusatoribus non jam nomen Christiani deferendum erit, sed æquabili jure crimina probanda? Forte legendum ἢ τοῖς διώκουσιν.

(31) *Γενητὴν καὶ φθαρτήν.* Unus ex Anglicanis codicibus γεννητὴν καὶ φθαρτήν.

Digitized by Google

in capitis judicium vocaremur. Sed quia doctrina nostra unum Deum agnoscit, qui ingenitus ipse (quod enim est non fit, sed quod non est) omnia per Verbum suum fecit; utrumque præter rationem patimur, ut et male audiamus et vexemur.

A αὐτὸν μὲν οὐ γενόμενον (ὅτι τὸ ὂν οὐ γίνεται, ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν), πάντα δὲ διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ λόγου πεποιηκότα· ἑκάτερα ἀλόγως πάσχομεν, καὶ κακῶς ἀγορευόμεθα καὶ διωκόμεθα.

5. *Poetarum de uno Deo testimonia.* — Ac poetæ quidem et philosophi nequaquam athei visi sunt, cum de Deo quærerent. Euripides de iis, qui inscienter ex præjudicata vulgi opinione appellantur dii, dubius et incertus :

Debebat alto Jupiter si est in polo
Haud perculisse rebus adversis probum.

5. Καὶ ποιηταὶ μὲν καὶ φιλόσοφοι οὐκ ἔδοξαν ἄθεοι, ἐπιστήσαντες περὶ Θεοῦ. Ὁ μὲν Εὐριπίδης ἐπὶ μὲν τῶν κατὰ κοινὴν πρόληψιν ἀνεπιστημόνως ὀνομαζομένων θεῶν διαπορῶν·

Ὤφειλε δ' εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ
Ζεὺς, μὴ τὸν αὐτὸν (32) *δυστυχῆ καθιστάναι.*

De eo autem, qui scientia percipitur (quemadmodum idem poeta decernens et asseverans) :

Videsne sublimem hunc, qui et immensum æthera,
Ulnisque terras humidis circum tenet?
Jovem æstimabis hunc, hunc deum decernito.

Ἐπὶ δὲ τοῦ κατ' ἐπιστήμην νοητοῦ (ὡς ἐκεῖνος δογματίζων [33])·

B *Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ* (34) *τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,*
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον (35) *νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.*

Horum enim nec naturas, quibus nomina imponi solent, subesse,

(*Quis namque Juppiter haud scio præter sonum*),

nec nomina rebus subjectis imponi videbat. Quorum ergo nulla subest natura, quid eis prosint nomina? Illum autem invisibilem ex operibus inquirens, ea videbat, quæ manifesta sunt in æthere et terra. Cujus ergo extant opera, cujusque spiritu reguntur, hunc Deum esse perspiciebat, (ei etiam Sophocle, qui dixit,

Unus profecto est, unus est tantum Deus
Cæli atque terræ conditor latissimæ,

Τῶν μὲν γὰρ οὔτε τὰς οὐσίας, αἷς ἐπικατηγορεῖσθαι τὸ ὄνομα συμβέβηκεν, ὑποκειμένας ἑώρα,

(*Ζῆνα γὰρ ὅστις ἐστὶ Ζεὺς, οὐκ οἶδα* (36) *πλὴν λόγῳ*),

οὔτε τὰ ὀνόματα καθ' ὑποκειμένων κατηγορεῖσθαι πραγμάτων· ὧν γὰρ αἱ οὐσίαι οὐχ ὑπόκεινται, τί πλέον αὐτοῖς τῶν ὀνομάτων; Τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων ὄψει τῶν ἀδήλων (37) νοῶν τὰ φαινόμενα, ἀέρος, αἰθέρος, γῆς. Οὗ οὖν τὰ ποιήματα, καὶ ὑφ' οὗ τῷ πνεύματι ἠνιοχεῖται, τοῦτον κατελαμβάνετο εἶναι Θεὸν (συνᾴδοντος τούτῳ καὶ Σοφοκλέους,

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν (38), *εἷς ἐστιν Θεὸς,*
Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακράν,

assentiente circa Dei naturam, quæ divina opera implet pulchritudine), utrumque et ubi Deum esse C πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν τοῦ κάλλους τοῦ ἐκείνου πληρουμένην [39]), ἑκάτερα, καὶ ποῦ δεῖ εἶναι τὸν

(32) *Μὴ τὸν αὐτόν.* Recte observavit Gesnerus legendum esse ἐσθλόν. Ibidem tres Anglicani καθεστάναι.

(33) *Ὡς ἐκεῖνος δογματίζων.* Samuel Petitus *Var. Lect.* lib. III, cap. 3, legendum putat, ὡς ἔχει νοῦς, δογματίζων, quod idem est ac *apte et ut sana mens postulat.* Gesnerus legit, ὅτι Θεὸς, δογματίζων. Editor Oxoniensis, ὡς ἐκεῖνος ὁ Θεὸς δογματίζων, *illum Deum esse affirmans.* Sed parenthesis, quam apposui, videtur rem expedire, nosque inutilium conjecturarum labore levare. Si quis tamen legere malit οὕτως ἐκεῖνος, *sic ille decernens et asseverans;* eo probabilior erit hæc emendandi ratio, quod vocis οὕτως duæ priores litteræ facile, ob similitudinem cum præcedentibus, excidere potuerunt.

(34) *Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ.* Hos versus Athenagoras deflectit ab ea sententia in quam accipi solent. Sic D enim eos interpretatur Cicero lib. II *Nat. deorum* :

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qui terram tenero circumjectu amplectitur,
Hunc summum habeto Divum, hunc perhibeto Jovem.

Liquet Euripidis versus sic a Cicerone reddi, ut æther, qui terram circumplectitur, pro Deo habendus sit. Sed aliter interpretandi necessitatem mihi attulit Athenagoras, qui non ætherem pro Deo haberi ab Euripide existimat, sed eum qui et ætherem et terram complectitur. Nam 1° Euripidem laudat Athenagoras, quod Deum ex operibus in æthere et terra manifestis cognosci doceat. Non ætherem ergo, sed eum, qui ætherem complectitur, Deum ab Euripide credidit agnosci. 2° Euripidem loqui declarat de Deo qui scientia tantum cognoscitur, ἐπὶ τοῦ κατ' ἐπιστήμην νοητοῦ, nedum de æthere hos versus acceperit. Sic interpretandi Euripidis locum

fortasse dedit Athenagoræ is ejusdem poetæ versus, quem citant Justinus in libro *De monarchia*, et Clemens Alex. *Protrept.* p. 45 :

Τὸν πάνθ' ὁρῶντα κ'αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

Qui cuncta cernit, ipse sed non cernitur. Sed illud ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις dubitare non sinit quin ætherem Euripides appellaverit Deum.

(35) *Τοῦτον.* Duo Anglicani codices, τοῦτο.

(36) *Οὐκ οἶδα.* Sic codices omnes manu exarati. Male in editis οἶδεν. Cæterum hic versus accuratius a Justino ex Euripidis Hecuba citatur in lib. *De monarch.* :

Ζεὺς, ὅστις εἶ Ζεύς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ.

(37) *Ὄψει τῶν ἀδήλων.* Gesnerus legit ὄψει οὐκ ἀδήλων. Editor Oxoniensis ὄψει τὸν ἄδηλον. Atque hæc quidem lucis aliquid his tenebris afferre possunt. Sed cum in utroque Regio et utroque Ottobon. et Orat. legamus τὰ φαινόμενα ἀέρα, αἰθέρος, γῆς, facilis suspicio est illud ἀέρα corruptum esse, et ex alia voce, quam librarii non belle legerint, ortum esse. Cum enim illud ἀέρα, non consentit cum sequentibus vocibus αἰθέρος, γῆς, tum vero in testimonio Euripidis, quod hoc loco explanat Athenagoras, nulla fit mentio aeris, sed tantum ætheris et terræ. Quare pro ἀέρα legendum puto ἑώρα, sicque scribendum : Τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων ὄψει τὸν ἄδηλον νοῦν, τὰ φαινόμενα ἑώρα αἰθέρος, γῆς.

(38) *Ἀληθείαισιν.* Fronto Ducæus ἀληθείησιν. Reg. 2 et 3, Angl. ἀληθείαις.

(39) *Πληρουμένην.* Ita codices mss. summo consensu et editiones Ducæi et Oxon. Aliæ πληρουμένων. Langus et Gesnerus dum legunt πληρουμένων ἑκάτερος pro ἑκάτερα, mirum in modum aberrarunt. Suffridus hanc amat constructionem : Γαῖαν

Digitized by Google

Θεὸν, καὶ ὅτι ἕνα δεῖ εἶναι (40), διδάσκων (41).

6. Καὶ Φιλόλαος δὲ, ὥσπερ ἐν φρουρᾷ, πάντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων, καὶ τὸ ἕνα εἶναι, καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης, δεικνύει. Λύσις δὲ καὶ ὄψει (42)· ὁ μὲν ἀριθμὸν ἄῤῥητον ὁρίζεται τὸν Θεὸν, ὁ δὲ τοῦ μεγίστου τῶν ἀριθμῶν τὴν παρὰ τῶν ἐγγυτάτων (43) ὑπεροχήν. Εἰ δὲ μέγιστος μὲν ἀριθμὸς ὁ δέκα, κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς, ὁ τετρακτύς τε ὤν, καὶ πάντας τοὺς ἀριθμητικοὺς καὶ τοὺς ἁρμονίους περιέχων λόγους, τούτῳ δὲ ἐγγὺς παράκειται ὁ ἐννέα· μονάς ἐστιν ὁ Θεὸς, τοῦτ' ἔστιν εἷς. Ἑνὶ γὰρ ὑπερέχει ὁ μέγιστος τὸν ἐγγυτάτω ἐλάχιστον (44) αὐτῷ. Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης (καὶ οὐχ ὡς ἐπιδεικνύων τὰ δόγματα τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς, οὕτως ἃ εἰρήκασι περὶ Θεοῦ, διέξειμι. Οἶδα γὰρ, ὅτι ὅσον συνέσει καὶ ἰσχύϊ τῆς βασιλείας πάντων ὑπερέχετε, τοσοῦτον καὶ τῷ πᾶσαν παιδείαν ἀκριβοῦν, πάντων κρατεῖτε· οὕτω καθ' ἕκαστον παιδείας μέρος κατορθοῦντες, ὡς οὐδὲ οἱ ἐν αὐτῆς μόριον ἀποτεμνόμενοι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδύνατον δεικνύειν ἄνευ παραθέσεως ὀνομάτων, ὅτι μὴ μόνοι εἰς μονάδα τὸν Θεὸν κατακλείομεν, ἐπὶ τὰς δόξας ἐτραπόμην [45])· φησὶν οὖν ὁ Πλάτων· *Τὸν μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας* (46) *ἀδύνατον λέγειν*· ἕνα τὸν ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον νοῶν Θεόν. Εἰ δ' οἶδεν καὶ ἄλλους, οἷον ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, ἀλλ' ὡς γεννητοὺς οἶδεν αὐτούς· *Θεοὶ θεῶν* (47), *ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἀδύνατα ἐμοῦ μὴ θέλοντος. Τὸ μὲν οὖν δεθὲν πᾶν, λυτόν*. Εἰ τοίνυν οὐκ ἔστιν ἄθεος Πλάτων, ἕνα τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων νοῶν ἀγέννητον Θεόν· οὐδὲ ἡμεῖς ἄθεοι, ὑφ' οὗ λόγῳ δεδημιούργηται καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ πνεύματι συνέχεται τὰ πάντα, τοῦτον εἰδότες καὶ κρατοῦντες Θεόν. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἕνα ἄγοντες οἱονεὶ ζῶον σύνθετον (48), ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστηκότα λέγουσι τὸν Θεὸν, σῶμα μὲν αὐτοῦ τὸ αἰθέριον νομίζοντες, τούς τε πλανωμένους ἀστέρας καὶ τὴν σφαῖραν τῶν ἀπλανῶν κινούμενα κυκλοφορητικῶς, ψυχὴν δὲ, τὸν ἐπὶ τῇ κινήσει τοῦ σώματος λόγον· αὐτὸν μὲν

oporteat, et unum esse oportere demonstrans.

284 6. *Philosophorum de uno Deo sententiæ.* — Philolaus autem tanquam in carcere, omnia a Deo comprehendi asserens, et unum esse, et supra materiam esse demonstrat. Lysis vero et Opsimus Deum definiunt, alter quidem numerum non enarrabilem, alter autem id quo maximus numerus proximum sibi numerum superat. Igitur si maximus numerus, ut Pythagoricis placet, denarius est, utpote quaternarius, ac numerales omnes rationes et harmonicas in se continens, eumque novenarius proxime antecedit; unitas est Deus, id est unus. Unitate enim maximus numerus eum superat, qui proxime minor est ipso. Platonis etiam et Aristotelis sententiam exponam. Nec tamen quasi philosophorum placita accurate demonstrans, ita eorum de Deo dicta persequor. Scio enim quantum prudentia et imperii potentia omnes superatis, tanto etiam accurata omnis eruditionis investigatione omnibus præstare, sic in singulis doctrinæ partibus versantes, ut ne ii quidem, qui unam aliquam illius partem avellunt, tantum assequantur. Sed quia demonstrari non potest sine appositione nominum Deum non a nobis solis in unitatem includi, converti me ad opiniones. Ait igitur Plato :*Creatorem et Patrem hujus universi invenire difficile est; inventum apud omnes eloqui impossibile;* unum ingenitum et æternum intelligens Deum. Quod si et alios agnoscit, ut solem, lunam, et stellas, ut creatos agnoscit : *Dii deorum, quorum ego opifex, et pater operum, quæ dissolvi non possunt me nolente. Quidquid autem vinctum est solvi potest.* Si igitur non atheus Plato unum opificem omnium intelligens ingenitum Deum; neque nos athei, a quo omnia per Verbum creata sunt, et cujus spiritu continentur, eum agnoscentes et tenentes Deum. Aristoteles et qui eum sequuntur unum agnoscentes, veluti compositum quoddam animal, ex corpore et anima constantem inducunt Deum; corpus illius assignantes ætherem et stellas errantes, et fixarum sphæram, quæ in orbem mo-

μακρὰν πληρουμένην τοῦ κάλλους τοῦ ἐκείνου πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν. At illud πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν referri ad præcedens verbum συνάδοντος, non vidit Suffridus. Neque id etiam animadvertit eruditus editor Oxoniensis, qui ita reddit : *Præter naturam Dei illa mundi pulchritudine abundantem, hæc duo insuper ostendens*, etc. Perabsurde natura divina impleri dicitur mundi pulchritudine; nec quidquam magis pugnat cum sententia quam Athenagoras ex Euripidis versibus deducit. Difficilem et corruptum locum sanare conatus sum legendo, τοῦ κάλλους τὰ ἐκείνου πληρουμένην. Euripides eum pro Deo agnoscit cujus opera videbat; Sophocles unum esse Deum asseverat, qui cœlum et terram condidit. Uterque consentit de Dei natura, quæ opera sua pulchritudine implet. Themistius ait in tertia oratione, *Minervam ex Patris capite prosilientem implevisse cœlum primæva pulchritudine; implevisse solem et lunam et alia astra.* Ἡ Ἀθηνᾶ, ἐκθοροῦσα τῆς τοῦ πατρὸς κεφαλῆς, κατέπλησε μὲν οὐρανὸν τοῦ πρώτου κάλλους, κατέπλησε δὲ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα.

(40) *Εἶναι.* Lerum τὸν Θεὸν tres Angl. codices et Reg. secundus.

(41) *Διδάσκων.* Hæc ad Sophoclem non referuntur (is enim non docebat, ubi Deum esse oporteat) sed ad Euripidem, qui *sublimem illum*, cujus ulnis æther et terra continentur, solum Deum esse pronuntiat.

(42) *Ὄψει.* Meursius in Denario Pythagorico legit Ὄψιμος pro corrupta hac voce ὄψει.

(43) *Παρὰ τῶν ἐγγυτάτων.* Jamdudum monuit Gesnerus legendum τὸν ἐγγυτάτω, ut paulo post legitur.

(44) *Ἐλάχιστον.* Mallet Gesnerus ἀριθμόν, sed nihil mutandum.

(45) *Ἐτραπόμην.* Unus ex Anglicanis ἐπετραπόμην, ac paulo post τὸν δὲ τοῦ παντός.

(46) *Εἰς πάντας.* Tres Anglicani εἰς πλῆθος.

(47) *Θεοὶ θεῶν.* Hic locus aliter apud Platonem in Timæo ubi pro his vocibus ἀδύνατα ἐμοῦ μὴ θέλοντος, habemus : Δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. Ciceronem, qui vertit, « me invito », legisse μὴ θέλοντος probat H. Stephanus.

(48) *Ζῶον σύνθετον.* Sic exponitur sententia Aristotelis apud Plutarchum 1. *De Placit. philosoph.*, c. 7.

Digitized by Google

ventur; animam vero, rationem, quæ corporis motui præest, ipsam quidem minime mobilem, sed efficientem ut illud moveatur. Stoici, etsi secundum materiæ mutationes, per quam Dei spiritum dicunt permeare, Deum nominibus multiplicant, revera unicum statuunt Deum. Nam si Deus ignis est artificiosus ad mundi generationes via progrediens, ac seminales omnes rationes, secundum quas omnia fato eveniunt, in se complectens; si ejus spiritus totum mundum pervadit; unus est secundum illos Deus, qui Jupiter vocatur pro fervida materiæ parte, Juno pro aere, et aliis nominibus designatur pro singulis materiæ, quam permeat, partibus.

A οὐ κινούμενον, αἴτιον δὲ τῆς τούτου κινήσεως γινόμενον. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, κἂν ταῖς προσηγορίαις κατὰ τὰς παραλλάξεις τῆς ὕλης, δι' ἧς φασι τὸ πνεῦμα χωρεῖν τοῦ Θεοῦ, πληθύνωσι τὸ θεῖον τοῖς ὀνόμασι, τῷ γοῦν ἔργῳ ἕνα νομίζουσι τὸν Θεόν. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Θεὸς πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσεις κόσμου, ἐμπεριειληφὸς (49) ἅπαντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίγνεται, τὸ δὲ πνεῦμα αὐτοῦ διήκει δι' ὅλου τοῦ κόσμου· ὁ Θεὸς εἷς κατ' αὐτούς, Ζεὺς μὲν κατὰ τὸ ζέον τῆς ὕλης, ὀνομαζόμενος· Ἥρα δὲ, κατὰ τὸν ἀέρα· καὶ τὰ λοιπὰ καθ' ἕκαστον τῆς ὕλης μέρος δι' ἧς κεχώρηκε, καλούμενος.

7. *Christianorum longe præstantior doctrina, quam poetarum et philosophorum.* — Cum igitur unum esse Deum, ut plurimum vel inviti fateantur omnes, ubi ad universorum principia venerunt; cumque nos eum, a quo hæc universitas ornata est, Deum esse confirmemus; quid causæ est, cur istis **285** impune de Deo dicere quod libuerit et scribere liceat, nobis autem posita sit lex, qui quod et intelligimus et recte credimus unum esse Deum, id veritatis signis et rationibus demonstrare possumus? Nam poetæ et philosophi, ut res alias, ita hanc quoque conjiciendo attigere, ex quadam divini flatus cognatione, a sua quisque mente impulsi, ut tentarent, num verum invenire et intelligere possent. Sed tantum in eis facultatis minime inventum est, ut rem investigatione assequerentur; quippe cum de Deo non ab ipso Deo, sed a se quisque discendum sibi esse existimassent: unde etiam alius aliter statuit et de Deo et de materia et de formis et de mundo. Nos autem eorum, quæ perspicimus et credimus, testes habemus prophetas, qui divino Spiritu afflati de Deo ac rebus divinis pronuntiarunt. Atque id quidem ipsi quoque confirmabitis, qui prudentia et pietate in verum Numen cæteros superatis, alienum esse a ratione, ut Dei Spiritui, qui prophetarum ora, tanquam instrumenta pulsavit, credere supersedentes, animum ad humanas opiniones adjungamus.

7. Ὅταν οὖν τὸ μὲν εἶναι ἓν τὸ θεῖον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, κἂν μὴ θέλωσι, τοῖς πᾶσι συμφωνῆται, ἐπὶ B τὰς ἀρχὰς τῶν ὅλων παραγινομένοις, ἡμεῖς δὲ κρατύνωμεν τὸν διακοσμήσαντα τὸ πᾶν τοῦτο, τοῦτον εἶναι τὸν Θεόν· τίς ἡ αἰτία, τοῖς μὲν, ἐπ' ἀδείας ἐξεῖναι καὶ λέγειν καὶ γράφειν περὶ τοῦ Θείου ἃ θέλουσιν· ἐφ' ἡμῖν δὲ κεῖσθαι νόμον, οἳ ἔχομεν ὅ τι καὶ νοοῦμεν καὶ ὀρθῶς πεπιστεύκαμεν, ἕνα Θεὸν εἶναι, ἀληθείας σημείοις καὶ λόγοις παραστῆσαι; Ποιηταὶ μὲν γὰρ καὶ φιλόσοφοι, ὡς καὶ τοῖς (50) ἄλλοις, ἐπέβαλον στοχαστικῶς, κινηθέντες μὲν, κατὰ συμπάθειαν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ πνοῆς, ὑπὸ τῆς αὐτὸς αὐτοῦ ψυχῆς ἕκαστος ζητῆσαι, εἰ δυνατὸς εὑρεῖν καὶ νοῆσαι τὴν ἀλήθειαν· τοσοῦτον δὲ δυνηθέντες (51) ὅσον περινοῆσαι οὐχ εὑρηνται ὃν οὐ παρὰ Θεοῦ περὶ Θεοῦ ἀξιώσαντες μαθεῖν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἕκαστος. Διὸ C καὶ ἄλλος ἄλλως ἐδογμάτισεν αὐτῶν καὶ περὶ Θεοῦ καὶ περὶ ὕλης καὶ περὶ εἰδῶν καὶ περὶ κόσμου. Ἡμεῖς δὲ, ὧν νοοῦμεν καὶ πεπιστεύκαμεν, ἔχομεν προφήτας μάρτυρας, οἳ Πνεύματι ἐνθέῳ (52) ἐκπεφωνήκασι καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ. Εἴποιτε δ' ἂν καὶ ὑμεῖς, συνέσει καὶ τῇ περὶ τὸ ὄντως θεῖον εὐσεβείᾳ τοὺς ἄλλους προὔχοντες, ὡς ἔστιν ἄλογον, παραλιπόντα (53) πιστεύειν τῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ Πνεύματι, ὡς ὄργανα κεκινηκότι τὰ τῶν προφητῶν στόματα, προσέχειν δόξαις ἀνθρωπίναις.

8. *Incommoda ex pluribus diis consequentia.* — Unum igitur ab initio esse hujus universi creatorem Deum, ad hunc modum considerate, ut nostram etiam cum fide conjunctam ratiocinationem perspiciatis. Si duo essent ab initio vel plures dii; vel in

8. Ὅτι τοίνυν εἷς ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴς Θεὸς, οὑτωσὶ σκέψασθε, ἵν' ἔχητε καὶ τὸν λογισμὸν ἡμῶν τῆς πίστεως. Εἰ δύο ἐξ ἀρχῆς ἢ πλείους ἦσαν θεοὶ, ἤτοι ἐν ἑνὶ καὶ ταὐτῷ ἦσαν, ἢ ἰδίᾳ D ἕκαστος αὐτῶν. Ἓν μὲν οὖν ἑνὶ καὶ ταὐτῷ εἶναι οὐκ

(49) *Ἐπὶ γενέσεις κόσμου, ἐμπεριειληφός.* Mendose apud Plutarchum loco jam citato, ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος. Vid. Euseb. *Præp. Ev.* l., xv, c. 14.

(50) *Ὡς καὶ τοῖς.* Legit Gesnerus οἱ καὶ τοῖς. Sed nihil mutandum.

(51) *Τοσοῦτον δὲ δυνηθέντες.* Sic legitur totus hic locus in cod. Clarom: Τοσοῦτον δὲ δυνηθέντες περινοῆσαι, περὶ Θεοῦ ἀξιώσαντες μαθεῖν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἕκαστος. Gesnerus legit τοῦτον δὲ ὅσον μὴ δυνηθέντες· sed cum Athenagoræ verba verbis Latinis reddita commodam habeant sententiam, nihil prorsus mutandum est, præter illud ὃν ante οὐκ ἀξιώσαντες, quod aut tollendum est ut inutile, aut mutandum in οἱ vel ὧς. Cur autem philosophi cum veritatem quærerent, invenire non potuerint, eamdem causam afferunt multi alii scriptores, in primis Lactantius, qui l. I *Inst.*, c. 1, sic loquitur: *Neque ego nunc eorum studium reprehendo, qui veritatem scire voluerunt, quia naturam hominis Deus veri adipiscendi cupientissimam facit; sed id arguo, id revinco, quod honestam illorum et optimam voluntatem non sit secutus effectus, quia neque quid esset verum ipsum sciebant, neque quomodo, aut ubi, aut qua mente quærendum.* Et l. IV, c. 2: *Quid autem putemus fuisse causæ, cur tot ingeniis, totque temporibus summo studio et labore quæsita non reperiretur, nisi quod eam philosophi extra fines suos quæsierunt.* Vid. Justinum *Cohort.*

(52) *Ἐνθέῳ.* Unus Angl. ἐν Θεῷ.

(53) *Παραλιπόντας.* Tres Angl. παραλιπόντες, ut infra ἔχοιτε.

Digitized by Google

ἠδύναντο. Οὐ γὰρ εἰ θεοί, ὅμοιοι· ἀλλ' ὅτι ἀγένητοι, οὐχ ὅμοιοι (54). Τὰ μὲν γὰρ γενητὰ ὅμοια τοῖς παραδείγμασι· τὰ δὲ ἀγένητα ἀνόμοια, οὔτε ἀπό τινος, οὔτε πρός τινα γενόμενα. Εἰ δὲ ὡς χεὶρ καὶ ὀφθαλμὸς καὶ ποῦς περὶ ἓν σῶμά εἰσιν, συμπληροῦντες τὰ μέρη, ἕνα ἐξ αὐτῶν συμπληροῦντες, ὁ Θεὸς εἷς· καίτοι ὁ μὲν Σωκράτης, παρ' ὃ γεννητὸς καὶ φθαρτὸς, συγκείμενος καὶ διαιρούμενος εἰς μέρη· ὁ δὲ Θεὸς ἀγένητος καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀδιαίρετος. Οὐκ ἄρα συνεστὼς ἐκ μερῶν. Εἰ δὲ ἰδίᾳ ἑκάστου αὐτῶν ὄντος, τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος, ἀνωτέρω τῶν γεγονότων καὶ περὶ ἃ ἐποίησέ τε καὶ ἐκόσμησε, ποῦ ὁ ἕτερος, ἢ οἱ λοιποί; Εἰ γὰρ ὁ μὲν (55) κόσμος, σφαιρικὸς ἀποτελεσθεὶς, οὐρανοῦ κύκλοις ἀποκέκλεισται, ὁ δὲ τοῦ κόσμου ποιητὴς ἀνωτέρω τῶν γεγονότων ἐπέχων αὐτὸν τῇ τούτων προνοίᾳ, τίς ὁ τοῦ ἑτέρου Θεοῦ ἢ τῶν λοιπῶν τόπος; Οὔτε γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν, ὅτι ἑτέρου ἐστίν· οὔτε περὶ τὸν κόσμον· ὑπὲρ γὰρ τοῦτον ὁ τοῦ κόσμου ποιητὴς Θεός. Εἰ δὲ μήτε ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶ, μήτε περὶ τὸν κόσμον (τὸ γὰρ περὶ αὐτὸν πᾶν ὑπὸ τούτου κατέχεται), ποῦ ἔστιν; Ἀνωτέρω τοῦ κόσμου καὶ τοῦ Θεοῦ; ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ, ἢ περὶ ἕτερον; ἀλλ' εἰ μὲν ἔστιν ἐν ἑτέρῳ καὶ περὶ ἕτερον, οὔτε περὶ ἡμᾶς ἐστιν ἔτι. Οὔτε γὰρ κόσμου κρατεῖ, οὔτε αὐτὸς δυνάμει μέγας ἐστίν· ἐν γὰρ περιωρισμένῳ τόπῳ ἐστίν. Εἰ δὲ οὔτε ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ ἐστὶν (πάντα γὰρ ὑπὸ τούτου πεπλήρωται), οὔτε περὶ ἕτερον (πάντα γὰρ ὑπὸ τούτου κατέχεται), καὶ οὐκ ἔστιν, οὐκ ὄντος ἐν ᾧ ἐστιν. Ἢ τί ποιεῖ, ἑτέρου μὲν ὄντος οὗ ἐστιν ὁ κόσμος, αὐτὸς δὲ ἀνωτέρω ὢν τοῦ ποιητοῦ τοῦ κόσμου, οὐκ ὢν δὲ οὔτε ἐν κόσμῳ, οὔτε περὶ κόσμον; Ἀλλ' ἔστι τι ἕτερον, ἵνα που στῇ ὁ γενόμενος κατὰ τοῦ ὄντος (56), ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τίς ἔσται τόπος, τὰ ὑπὲρ τὸν κόσμον τούτου πεπληρωκότος; ἀλλὰ προνοεῖ (57); Καὶ μὴν οὐδὲν, εἰ μὴ προνοεῖ, πεποίηκεν. Εἰ δὲ μὴ ποιεῖ, μήτε προνοεῖ, μήτε ἐστὶ τόπος ἕτερος ἐν ᾧ ἐστιν εἷς οὗτος ἐξ ἀρχῆς καὶ μόνος ὁ ποιητὴς τοῦ κόσμου Θεός.

A uno et eodem loco essent, vel in suo quisque separatim. In uno quidem et eodem esse non possent. Neque enim si dii sunt, similes esse possint; sed quia ingeniti, minime similes. Nam quæ genita sunt, exemplaribus similia sunt: ingenita vero dissimilia, cum nec ab alio orta, nec ad aliud expressa sint. Quod si, quemadmodum manus, oculus, pes circa unum corpus versantur, et dum partes complent, unum ex se efficiunt, ita Deus unus est; verum illud quidem est Socratem, quatenus genitus et corruptioni obnoxius est, compositum esse et divisum in partes; Deus autem, cum ingenitus sit et perpessionis ac divisionis expers, non sane constat ex partibus. Si vero seorsum quisque fuerint; cum mundi creator supra mundum sit et circa ea B quæ condidit et ornavit, alter aut reliqui ubi erunt? Nam si mundus, cum sit rotundus, cœlestibus sphæris concluditur, mundi autem conditor Deus supra opera sua versatur, ad eorum providentiam advigilans: quis erit alterius Dei aut cæterorum locus? Neque enim in mundo est, cum sit alterius; neque circa mundum; supra hunc enim mundi conditor Deus. Si vero neque in mundo est, neque circa mundum (totus enim ille circuitus ab opifice occupatur), ubinam est? Supra mundum et Deum? In alio mundo, aut circa alium? Sed, si in alio est, vel circa alium, non jam circa nos est; neque enim mundi dominatum tenet, nec potestas ejus magna est, **286** cum in circumscripto loco versetur. Quod si neque in alio mundo est (omnia C enim ab isto implentur), neque circa alium (omnia enim ab isto tenentur), jam profecto nullus est, cum nihil sit in quo versetur. Aut quid faciet, si cum ab alio mundus teneatur, ipse supra conditorem mundi, nec tamen in mundo aut circa mundum versetur? Sed estne quidpiam, in quo stare possit? Verum quis erit iste locus, cum ab opifice quæ sunt supra mundum impleantur? Num etiam provideat? Nihil sane ab eo factum, nisi provideat. Quod si nec facit quidquam, nec providet, nec alius est locus, in quo versetur, unus est ille ab initio et solus mundi opifex Deus.

9. Εἰ μὲν οὖν ταῖς τοιαύταις ἐννοίαις ἀπηρκούμεθα, ἀνθρωπικὸν ἄν τις εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς ἐνόμισεν λόγον. Ἐπεὶ δὲ αἱ φωναὶ τῶν προφητῶν πιστοῦσιν ἡμῶν τοὺς λογισμούς (58) (νομίζω καὶ ὑμᾶς (59), φιλομαθεστάτους καὶ ἐπιστημονεστάτους ὄντας, οὐκ ἀνοήτους γεγονέναι οὔτε τῶν Μωϋσέως, οὔτε τῶν

9. *Rationem confirmant testimonia prophetarum.* — Si ejusmodi tantum rationibus niteremur, doctrina nostra nonnullis humana videretur. Sed quia D prophetarum vocibus argumenta nostra confirmantur (non enim vobis, qui litteratissimi et doctissimi estis, ignota esse puto Moysis scripta aut Isaiæ, aut

(54) Ἀλλὰ ὅτι ἀγένητοι, οὐχ ὅμοιοι. Sic habet codex Clarom. Sic etiam 1 Reg. nisi quod alia manus haud recens post ἀγένητοι addiderat, ut est in aliis codicibus mss. et editis, τε καὶ γεννητοί; ex quo tota Athenagoræ de Dei singularitate disputatio deformabatur. Eadem ratiocinatio occurrit apud Joan. Damasc. lib. v *De fide*, cap. 5.

(55) *Εἰ γὰρ ὁ μέν.* Tres Romani codices εἰ μὲν γὰρ ὁ.

(56) *Ὁ γενόμενος κατὰ τοῦ ὄντος.* Pugnant hæc verba cum Athenagoræ sententia, qui de duobus illis diis, quos animi causa fingit, ita disputat, ut utrumque ingenitum et increatum ac proinde dissimilem esse ponat, quemadmodum supra vidimus. Quamobrem has voces in interpretando neglexi· nec assutas esse dubito ab eo, qui prius addiderat similem vocem, καὶ γενητοί, ut duo illi dii, præter sententiam Athenagoræ, geniti et ingeniti dicerentur.

(57) *Προνοεῖ.* Reg. 1 προνοῇ. Ibidem Reg. 2, et duo Angl. οὐδέ. Legendum putat Gesnerus οὐδὲ προνοεῖ εἰ μὴ πεποίηκεν. Sed inutilis ejusmodi emendatio loci minime mendosi.

(58) *Λογισμούς.* Duo Angl. et Clarom. συλλογισμούς.

(59) *Νομίζω καὶ ὑμᾶς.* Legend. νομίζω γὰρ ὑμᾶς, vel νομίζω δέ. Primum testimonium non reperitur quoad verba. In secundo illud, καὶ μετὰ ταῦτα, malui reddere, *et novissimus*, ut in Vulgata.

Digitized by Google

Jeremiæ et aliorum prophetarum, qui mente et animo extra se rapti, impellente Spiritu sancto, quæ ipsis inspirabantur, ea sunt locuti; utente illis Spiritu sancto, velut si tibiam inflet tibicen). Quid igitur illi? *Dominus Deus noster : non comparabitur alius ad illum*[1]. Et rursus : *Ego sum Deus primus et novissimus, et præter me non est Deus. Similis ante me non fuit Deus, et post me non erit. Ego sum Deus, et non est præter me*[2]. Et de magnitudine ejus : *Cœlum mihi thronus est, terra vero scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, aut quis locus requietis meæ*[3]? Sed vobis relinquo ut ipsos libros adeuntes, eorum expendatis oracula, ut consentanea de causa injuriam a nobis propulsetis.

A Ἡσαΐου καὶ Ἱερεμίου, καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν, οἳ κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν, κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ θείου Πνεύματος, ἃ ἐνηργοῦντο ἐξεφώνησαν· συγχρησαμένου τοῦ Πνεύματος, ὡσεὶ καὶ αὐλητῆς αὐλὸν ἐμπνεῦσαι) (59*). Τί οὖν οὗτοι; *Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν.* Καὶ πάλιν· *Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος καὶ μετὰ ταῦτα· καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι Θεός. Ὅμοιος ἔμπροσθεν ἐμοῦ οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται. Ἐγὼ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ* (60). Καὶ περὶ τοῦ μεγέθους· *Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;* Καταλείπω δὲ ὑμῖν (61), ἐπ' αὐτῶν τῶν βιβλίων γενομένοις, ἀκριβέστερον τὰς ἐκείνων ἐξετάσαι προφητείας, ὅπως μετὰ τοῦ προσήκοντος λογισμοῦ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπήρειαν ἀποσκευάσησθε.

10. *Christiani cum Patre Filium et Spiritum sanctum colunt.* — Satis igitur demonstratum a me est atheos nos non esse, qui unum ingenitum et æternum tenemus Deum, invisibilem et impassibilem, qui nec capi aut comprehendi potest, qui sola mente et ratione cognoscitur, ac luce et pulchritudine, et spiritu ac potentia non enarrabili circumdatus est, a quo denique omnia per ipsius Verbum et creata et ornata sunt, et conservantur. Agnoscimus enim et Dei Filium. Nec quisquam ridiculum existimet suum Deo esse Filium. Neque enim, ut poetæ fabulantur, qui nihilo meliores hominibus inducunt deos, ita de Deo et Patre aut de Filio sentimus. Sed est Filius Dei Verbum Patris in idea et operatione; ab

B 10. Τὸ μὲν οὖν ἄθεοι μὴ εἶναι, ἕνα τὸν ἀγένητον καὶ ἄϊδιον καὶ ἀόρατον καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀχώρητον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον, φωτὶ καὶ κάλλει καὶ πνεύματι καὶ δυνάμει ἀνεκδιηγήτῳ περιεχόμενον, ὑφ' οὗ γεγένηται τὸ πᾶν διὰ τοῦ αὐτοῦ (62) Λόγου καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκρατεῖται, Θεὸν ἄγοντες, ἱκανῶς μοι δέδεικται. Νοοῦμεν γὰρ καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ μή μοι γελοῖόν τις νομίσῃ τὸ Υἱὸν εἶναι τῷ Θεῷ. Οὐ γάρ, ὡς ποιηταὶ μυθοποιοῦσιν, οὐδὲν βελτίους τῶν ἀνθρώπων δεικνύντες τοὺς θεοὺς, ἢ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἢ περὶ τοῦ Υἱοῦ πεφρονήκαμεν. Ἀλλ' ἔστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος (63) τοῦ Πατρὸς ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ (64). Πρὸς αὐτοῦ (65) γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο,

[1] Isa. XLI, 4. [2] Isa. XLV, 5; XLIII, 10. [3] Isa. LXVI, 1.

(59*) Caret altero membro phrasis, quod quidem, Athenagoræ, ut videtur, subintellectum, ab antecedentibus repetendum est; sicque locus explicandus quasi scriptum sit: Ἐπεὶ δὲ . . . . λογισμοὺς (νομίζω γὰρ ὑμᾶς . . . . ἐμπνεῦσαι), *οὐκ ἄν τις ἀνθρωπικὸν τὸν καθ' ἡμᾶς ἐνόμισε Λόγον.* EDIT. PATROL.

(60) *Πάρεξ ἐμοῦ.* Duo Angl. et Reg. 2 add. σώζων.

(61) *Ὑμῖν.* Unus Angl. ὑμῶν, et mox tres γενομένων.

(62) *Διὰ τοῦ αὐτοῦ.* Reg. 1 et duo Anglicani δι' αὐτοῦ. Legitur tamen in Regio διὰ τοῦ supra lineam. Ibidem mallem συγκροτεῖται pro eo quod omnes editi et mss. habent συγκρατεῖται.

(63) *Λόγος.* Uterque Bodl. ὁ Λόγος.

(64) *Ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ.* Accusatus Petavio Athenagoras, quod Verbum cum Patre usque ad mundi creationem confundat. Sed nihil iniquius hac criminatione. Duo incommoda removet a Filii generatione Athenagoras. Ne quis sibi fingeret Christianos de Filio Dei idem sentire ac poetas de filiis deorum, docet Filium Dei esse Verbum Patris in idea et operatione, ac proinde illius generationem nihil commune habere cum stultis gentilium de divinitate commentis. Rursus ne videretur hunc Λόγον in divinis ideis, veluti quamdam efficientiam et proprietatem, reponere, explanat has voces *in idea et operatione*, ac demonstrat Dei Filium esse *Verbum Patris in idea et operatione, quia secundum ipsum et per ipsum omnia creata sunt*, sive quia, ut paulo post legimus, Verbum prodiit *ut omnium idea et effectio foret*. Itaque Verbum declarat Athenagoras personam esse æqualem Patri, ut quæ omnes Patris ideas possideat, et æque omnipotens sit ac Pater. Nam Verbum *in idea et operatione*, sive Verbum prodiens ut omnium sit idea et effectio, nihil aliud

C est quam Verbum in quo mundi exemplar descriptum fuit, et per quod mundus creatus fuit. Notissima est antiquis hæc loquendi ratio. Verbum apud Philonem lib. *De mundi opificio*, p. 5, dicitur esse mundus intelligibilis, sive mundi exemplar, quod idem est ac idea. Vocatur idea apud Clementem, *Strom.* v, p. 553, idea idearum apud Origenem lib. VI *adv. Cels.* p. 320. Neque aliud senserunt quicunque omnia in Verbo creata dixerunt. Sic etiam Verbum apud antiquos scriptores vocatur, effectio, sive operatio, quia per eum omnia facta sunt; quale est illud Tertulliani *adv. Hermog.* c. 20 : *Erat initium viarum* (Sophia) *quia cogitatio et dispositio prima Sophiæ fit operatio de cogitatu viam operibus instituens.* Eadem de causa Verbum appellatur ἐργασία apud Justinum *Dialog.* n. 114, ἔργον apud Tatianum n. 5, quia nimirum per Verbum omnia creata sunt. Docet ergo Athenagoras Filium nec modo corporeo genitum esse, nec Patris efficientiam

D aut proprietatem esse, sed veram et coæternam Genitori personam.

(65) *Πρὸς αὐτοῦ.* Valde mihi displicet hæc scriptura. Neque enim, ut erudito Bullo visum est, idem valet ac ὑπ' αὐτοῦ, neque ullum afferri possit exemplum, in quo omnia πρὸς τοῦ Λόγου creata dicantur, pro eo quod sæpissime usurpatur ὑπὸ τοῦ Λόγου. Sed si legamus πρὸς αὐτόν, præclara exstabit sententia, nempe omnia secundum Verbum, sive secundum exemplar in Verbo descriptum creata esse. His enim verbis : Πρὸς αὐτοῦ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο, continetur explicatio præcedentium, ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ, nec difficile est animadvertere, quemadmodum Filius Verbum dicitur *in operatione*, quia omnia per eum facta sunt, ita etiam *in idea* dici, quia πρὸς αὐτόν omnia facta sunt. Dicebat n. 8: Τὰ δὲ ἀγέννητα ἀνόμοια, οὔτε πρός τινα γενόμενα.

Digitized by Google

ἑνὸς ὄντος τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Ὄντος δὲ τοῦ Υἱοῦ ἐν Πατρὶ, καὶ Πατρὸς ἐν Υἱῷ, ἑνότητι καὶ δυνάμει Πνεύματος (66), νοῦς καὶ Λόγος τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ δι' ὑπερβολὴν συνέσεως σκοπεῖν ὑμῖν ἔπεισιν, ὁ Παῖς τί βούλεται, ἐρῶ διὰ βραχέων, πρῶτον γέννημα εἶναι τῷ Πατρὶ, οὐχ ὡς γενόμενον (ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ Θεὸς νοῦς ἀΐδιος ὤν, εἶχεν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ (67) τὸν Λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὤν), ἀλλ' ὡς τῶν ὑλικῶν ξυμπάντων ἀποίου φύσεως καὶ γῆς ὀχείας (68) ὑποκειμένων δίκην, μεμιγμένων τῶν παχυμερεστέρων πρὸς τὰ κουφότερα ἐπ' αὐτοῖς, ἰδέα καὶ ἐνέργεια εἶναι προελθών (69). Συνάδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα· *Κύριος γὰρ*, φησὶν, *ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*. Καίτοι καὶ αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τοῖς ἐκφωνοῦσι προφητικῶς ἅγιον Πνεῦμα ἀπόῤῥοιαν εἶναί φαμεν τοῦ Θεοῦ, ἀπορῥέον καὶ ἐπαναφερόμενον (70), ὡς ἀκτῖνα ἡλίου. Τίς οὖν οὐκ ἂν (71) ἀπορήσαι, λέγοντας (72) Θεὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν Θεὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; Καὶ οὐκ ἐπὶ τούτοις τὸ θεολογικὸν (73) ἡμῶν ἵσταται μέρος· ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμεν, οὓς ὁ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς κόσμου Θεὸς διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ Λόγου διένειμε, καὶ διέταξε περί τε τὰ στοιχεῖα εἶναι καὶ τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν τούτων εὐταξίαν.

A eo enim et **287** per eum facta omnia, cum Pater et Filius unum sint. Cum autem Pater sit in Filio, et Filius in Patre, unitate et virtute Spiritus, mens et Verbum Patris est Filius Dei. Quod si vobis pro summa vestra intelligentia inquirere subeat, quid sibi velit Filius, dicam breviter primam esse Patris progeniem, non quod factus sit (ab æterno enim Deus habebat in seipso Verbum, utpote ab æterno rationalis), sed quod prodierit, ut omnium materialium rerum, quæ instar informis naturæ et inertis terræ, partibus crassioribus commistis cum levioribus, jacebant, idea et actus foret. Hæc sanctus ipse Spiritus confirmat. *Dominus enim*, inquit, *condidit me initium viarum ejus ad opera ejus* [a]. Atqui ipsum illum Spiritum sanctum, qui in prophetis B operatur, effluentiam Dei esse dicimus, emanantem et redeuntem veluti radium solis. Quis igitur non miretur, cum atheos vocari audiat eos, qui Deum Patrem, et Filium Deum et Spiritum sanctum asserunt, ac eorum et in unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant? Neque his tamen theologiæ nostræ ratio continetur; sed et multitudinem angelorum et ministrorum agnoscimus, quos creator et opifex mundi Deus per Verbum suum distribuit et ordinavit, ut circa elementa, cœlos, mundum, et quæ in eo sunt, eorumque temperationem versarentur.

[a] Prov. VIII, 22.

(66) *Ἑνότητι καὶ δυνάμει Πνεύματος.* Docet Filium in Patre esse et Patrem in Filio, quia una in utroque divinitas. Hoc enim loco Spiritus nomine divinitas significatur, ut sæpe alias apud antiquos ac nominatim ipsum Athenagoram, qui paulo ante dicebat Deum spiritu et virtute non enarrabili circumdatum esse. Deum ait esse Spiritum n. 16.

(67) *Ἐν ἑαυτῷ.* Tres Anglicani ἐν αὐτῷ.

(68) *Γῆς ὀχείας.* Clarom. et tres Anglicani γῇ ὡς ὀχείας. Evanescit tota hujus loci difficultas, quæ mirum in modum torsit interpretes, si legamus γῆς ἀχρείας et mutemus pravam editionum præcedentium interpunctionem, ἀποίου φύσεως καὶ γῆς, ὀχείας ὑποκειμένων δίκην.

(69) *Προελθών.* Alia criminatio hic repellenda. Jam vidimus immerito accusari Athenagoram, quod Verbum cum Patre confundat. Non justior accusandi causa, quod Verbum tunc productum fuisse censeat, cum mundus creatus est. Liquet hanc progressionem nihil minus esse quam productionem. 1° Idcirco omnia per Filium creata esse dicit, quia Pater et Filius unum sunt, quia una in utroque divinitas. Erant ergo unum, erat una in utroque divinitas antequam mundus crearetur. 2° Conceptis verbis declarat minime productum fuisse tunc Verbum, sed prodiisse ut idea et effectio foret omnium rerum creandarum. 3° Ejusdem Verbi æternitati consulit, cum ait: *Ab æterno enim Deus habebat in seipso Verbum.* Erat ergo ab æterno Verbum in Patre, ac proinde et ipse Pater in Verbo. Nam idcirco, ut jam dixit Athenagoras, Verbum est in Patre, quia uterque unum sunt ac una in utroque divinitas. Cur autem Deus, *utpote ab æterno rationalis*, Verbum in seipso dicatur habuisse, explicabimus ad lib. II Theophili. 4° Filium ab æterno Filium fuisse iisdem rationibus probatur. Hanc enim Filii notionem subjicit, *mens et Verbum Patris est.* Erat autem mens et Verbum Patris ab æterno, ut jam probavimus. Sed tamen hanc Filii notionem explicat Athenagoras ex mundi creatione; neque id incommode. Suppeditat enim mundi creatio exemplum, in quo Filius munus sustinuit, Filio Dei, id est, menti et Verbo Patris conveniens; idea omnium exstitit, qui ab æterno erat mens Patris et omnes ideas Patris acceperat; effectio omnium, qui Verbum erat Patris et ab æterno omnipotentiam ac totam Patris essentiam acceperat.

(70) *Ἐπαναφερόμενον.* Similia de Verbo leguntur apud Ignatium ep. *ad Magnes.*, n. 7. Nec verendum est ne hæc a Sabellianis commentis non satis recedant. Idem enim hic dicit de Spiritu, quod antea de Filio; quemadmodum Filius ita progressus est ad mundi creationem, ut semper sit in Patre, ita etiam de Spiritu sentiendum docet. Paulo post, prædicat trium personarum et in unione potentiam et in ordine distinctionem; similia habes n. 12. Vide etiam, n. 24, ubi tres personas unum esse dicit κατὰ δύναμιν, id est, secundum divinitatem.

(71) *Τίς οὖν οὐκ ἄν.* Reg. 1, et Clarom. οὖν et ἄν supra lineam. Deest οὖν in tribus Anglicanis.

(72) *Λέγοντας.* Tres Angl. codices λέγοντες, et mox cum Claromontano δεικνύντας αὐτόν. Ibidem in Reg. 2, distinctio apposita post Υἱόν, ut vox Deus referatur ad Spiritum sanctum.

(73) *Θεολογικόν.* Duo codices Anglicani λογικόν, quæ scriptura Suffrido sine ulla prorsus ratione arrisit. Satis ex hac voce perspicitur angelis honorem aliquem et cultum a Christianis adhiberi, sed tanto inferiorem eo cultu, qui Deo debetur, quanto res creata distat a Creatore. Quare immerito Barbeyrac in tractatu *De doctrina morali Patrum* Athenagoram exagitat, quasi haustum e Platonicis fontibus angelorum cultum doceat, ac ethnicis hæc legentibus integrum non fuerit non existimare *divinitates quasdam inferiores* a Christianis coli, et ab eis *polytheismum* quemdam admitti. Iniquissima sane criminatio post tam multas Athena-

Digitized by Google

11. *Christianorum doctrina de moribus criminationem repellit.* — Quod si accurate persequor doctrinæ nostræ rationem, non est quod miremini; nam ne communis vos et a ratione aliena abripiat sententia, atque ut verum videre possitis, **288** idcirco diligens et accuratus sum; siquidem ex ipsis etiam, quibus adhæremus præceptis, utpote non humanis, sed a Deo pronuntiatis et traditis, persuadere vobis possumus, ut ne nos atheos existimetis. Quænam sunt igitur illa placita, in quibus enutrimur? *Dico vobis: Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus, orate pro persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos*[a]. Per vos hoc loco mihi liceat, ut apud reges philosophos causam dicenti, in sermonem magno clamore exaudiendum liberius erumpere. Quinam enim vel ex iis, qui syllogismos resolvunt, et ambigue dicta dissolvunt, et voces unde dictæ sint explanant, vel ex iis, qui homonyma et synonyma, ac prædicamenta et axiomata, et quid sit subjectum, quid prædicatum docent, atque his et aliis ejusmodi sermonibus beatum auditorem facturos pollicentur; quinam, inquam, ex eis ita puri et insontes vivunt, ut inimicos non modo non oderint, sed etiam diligant, ac iis, qui priores maledixerunt, non modo non maledicant, quod tamen moderatissimum videretur, sed etiam benedicant, ac pro iis precentur, qui ipsorum vitæ insidiantur? At contra nunquam desinunt malo animo artis suæ arcana sibi ipsis investigare, ac semper mali aliquid facere cupiunt, institutum suum artem verborum, non factorum demonstrationem existimantes. Apud nos autem reperietis

[a] Matth. v, 44.

11. Εἰ δὲ ἀκριβῶς διέξειμι τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον, μὴ θαυμάσητε· ἵνα γὰρ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ συναποφέρησθε γνώμῃ, ἔχητε δὲ τἀληθὲς εἰδέναι, ἀκριβολογοῦμαι· ἐπεὶ καὶ δι' αὐτῶν τῶν δογμάτων (74) οἷς προσέχομεν (75), οὐκ ἀνθρωπικοῖς οὖσιν, ἀλλὰ θεοφάτοις καὶ θεοδιδάκτοις, πεῖσαι ὑμᾶς, μὴ ὡς περὶ ἀθέων ἔχειν, δυνάμεθα. Τίνες οὖν ἡμῶν οἱ λόγοι, οἷς ἐντρεφόμεθα; *Λέγω ὑμῖν· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν* (76) *τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὃς τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.* Ἐπιτρέψατε (77) ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐξακούστου μετὰ πολλῆς κραυγῆς γεγονότος, ἐπὶ παῤῥησίαν ἀναγαγεῖν, ὡς ἐπὶ βασιλέων φιλοσόφων ἀπολογούμενον. Τίνες γὰρ ἢ τῶν τοὺς συλλογισμοὺς ἀναλυόντων καὶ τὰς ἀμφιβολίας διαλυόντων καὶ τὰς ἐτυμολογίας ταφηνιζόντων, ἢ τῶν τὰ ὁμώνυμα καὶ συνώνυμα καὶ κατηγορήματα καὶ ἀξιώματα, καὶ τί τὸ ὑποκείμενον, καὶ τί τὸ κατηγορούμενον (78), οἱ εὐδαίμονας (79) ἀποτελεῖν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων λόγων ὑπισχνοῦνται τοὺς συνόντας, οὕτως ἐκκεκαθαρμένοι εἰσὶ τὰς ψυχάς, ὡς ἀντὶ τοῦ μισεῖν τοὺς ἐχθροὺς, ἀγαπᾷν, καὶ ἀντὶ τοῦ, τὸ μετριώτατον, κακῶς ἀγορεύειν τοὺς προκατάρξαντας λοιδορίας, εὐλογεῖν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπιβουλευόντων εἰς τὸ ζῆν προσεύχεσθαι; Οἳ τοὐναντίον ἀεὶ διατελοῦσι κακῶς τὰ ἀπόῤῥητα ἑαυτοῖς τὰ τοιαῦτα (80) μεταλλεύοντες, καὶ ἀεί τι ἐργάσασθαι ἐπιθυμοῦντες κακὸν (81), τέχνην λόγων, καὶ οὐκ ἐπίδειξιν ἔργων, τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι. Παρὰ δ' ἡμῖν εὕροιτε ἂν ἰδιώτας καὶ χειροτέχνας καὶ γραῖδια, εἰ λόγῳ ὠφέλειαν παριστᾷν εἰσιν ἀδύνατοι τὴν παρὰ τοῦ λόγου, ἔργῳ τὴν ἀπὸ τῆς προαιρέσεως ὠφέλειαν ἐπιδεικνυ-

goræ cautiones, tamque diligentem ab eo adhibitam operam, ut in tribus personis una adoretur divinitas, ut increatum a creato, id quod est ab eo quod non est secernatur, nec quidquam Dei nomine donetur, nisi quod æternum sit. Vox θεολογικόν, quæ moroso censori stomachum fecit, etsi apud antiquos divinæ naturæ prædicationem significare solet, interdum de omni doctrina divinitus revelata usurpatur. Moyses apud Eusebium *Præp. evangel.* lib. VII, c. 14, dicitur legibus, quas Judæis præscripsit, præmisisse *theologiam antiquitus a majoribus ad eum transmissam*, τὴν ἄνωθεν ἐκ προπατόρων εἰς αὐτὸν ἥκουσαν θεολογίαν. Hoc autem theologiæ nomine non ea solum comprehendit Eusebius, quæ ad divinam naturam spectant, sed ea etiam quæ ad hominis creationem. Unde ait cap. seq.: Μετὰ δὲ τὴν πρώτην θεολογίαν μέτεισιν ἐπὶ τὸ δεύτερον δόγμα φυσικὸν ὁμοῦ καὶ φιλόσοφον. Μετὰ γοῦν τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν, τήν τε περὶ ὅλων διακόσμησιν, τάξει πρόεισιν ἐπὶ τὸ καὶ τῇ φύσει δεύτερον· τοῦτο δὲ ἦν, τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου.

(74) *Δογμάτων.* Hanc vocem Athenagoras proprie de vivendi præceptis usurpat, quæ quidem a doctrina fidei supra exposita distinguit. Dogmata Christiana Tatianus eodem sensu videtur usurpare n. 27, si quidem ea pravis ethnicorum institutis opponit.

(75) *Προσέχομεν.* Tres codices Anglic. et Clarom. προέχομεν.

(76) *Ὑμῶν.* Deest in tribus Anglicanis.

(77) *Ἐπιτρέψατε.* Reg. 2, ἐπιτρέψασθε. Mox tres Anglicani codices ἀγαγεῖν.

(78) *Κατηγορούμενον.* Frustra Gesnerus addendum putat διδασκόντων.

(79) *Οἱ εὐδαίμονας.* Articulus additus in editione Oxoniensi ex tribus mss. quibuscum consentit Clarom. In Reg. 2, habetur supra lineam. In eodem Clarom. et 2, Angl. legitur, οἱ διὰ τούτων εὐδαίμονας. Mox duo Angl. καὶ τοὺς προκατάρξαντας.

(80) *Ἑαυτοῖς τὰ τοιαῦτα.* Hæc scriptura Reg. 2, et trium Angl. longe videtur præferenda vulgatæ, ἐπ' αὐτοὺς ταῦτα, quæ sic reddiderant interpretes: *Nunquam non pergunt adversus eos, a quibus offensi fuere, nefanda quævis excogitare.* Sed in hac interpretatione vox ταῦτα neq redditur, nec videtur reddi posse. Sed si illam, aut quod pro ea posuimus, nempe τὰ τοιαῦτα, referamus ad supradicta artis sophisticæ instituta, non difficilis erit nec obscura sententia. Rhetores et Sophistas exagitat Athenagoras, quod non modo Christianorum virtutem in diligendis inimicis non imitentur, sed etiam ipsi incœptores injuriarum sese præbeant, et dum aliis beatam vitam docendo pollicentur, ipsi artis arcana ad maledicta et malefacta sibi investigare non desinant.

(81) *Κακόν.* Legitur σκαιόν in Clarom. Atque ita in suo exemplari legerat H. Stephanus.

Digitized by Google

μένους. Οὐ γὰρ λόγους διαμνημονεύουσιν, ἀλλὰ πράξεις ἀγαθὰς ἐπιδεικνύουσιν· παιόμενοι (82) μὴ ἀντιτύπτειν, καὶ ἁρπαζόμενοι μὴ δικάζεσθαι, τοῖς αἰτοῦσι διδόναι, καὶ τοὺς πλησίον ἀγαπᾷν ὡς ἑαυτούς.

A imperitos homines, et opifices et anus, si minus verbis præstare possint eam, quæ ex doctrina nostra percipitur, utilitatem, at factis eam, quæ ex animi inductione proficiscitur, demonstrare. Neque enim verba declamitant, sed recte facta exhibent; percutientem non repercutere, rapienti litem non scribere, petentibus dare, proximum ut seipsum diligere.

12. Ἆρα τοίνυν, εἰ μὴ ἐφεστηκέναι Θεὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἐνομίζομεν, οὕτως ἂν ἑαυτοὺς ἐξεκαθαίρομεν; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀλλ' ἐπεὶ πεπείσμεθα ὑφέξειν παντὸς τοῦ ἐνταῦθα βίου λόγον τῷ πεποιηκότι καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν κόσμον Θεῷ, τὸν μέτριον (83) καὶ φιλάνθρωπον καὶ εὐκαταφρόνητον βίον αἱρούμεθα, οὐδὲν τηλικοῦτον πείσεσθαι κακὸν ἐνταῦθα νομίζοντες, κἂν τῆς ψυχῆς ἡμᾶς ἀφαιρῶνταί τινες, ὧν ἐκεῖ κομιούμεθα τοῦ πρόφου (84) καὶ φιλανθρώπου καὶ ἐπιεικοῦς βίου παρὰ τοῦ μεγάλου δικα- B στοῦ. Πλάτων μὲν οὖν Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν δικάσειν καὶ κολάσειν τοὺς πονηροὺς ἔφη· ἡμεῖς δὲ, κἂν Μίνως τις κἂν Ῥαδάμανθυς ᾖ, κἂν ὁ τούτων πατὴρ, οὐδὲ τοῦτόν φαμεν διαφεύξεσθαι τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ. Εἶθ' οἱ μὲν τὸν βίον τοῦτον νομίζοντες, *Φάγωμεν καὶ πίωμεν* (85), *αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν*, καὶ τὸν θάνατον βαθὺν ὕπνον καὶ λήθην τιθέμενοι (*ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονε* (86)), πιστεύονται θεοσεβεῖν· ἄνθρωποι δὲ, τὸν μὲν ἐνταῦθα ὀλίγου καὶ μικροῦ τινος ἄξιον βίον λελογισμένοι, ὑπὸ μόνου δὲ παραπεμπόμενοι (87) τούτου, ὃν ἴσως (88) Θεὸν καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Λόγον εἰδέναι, τίς ἡ τοῦ Παιδὸς πρὸς τὸν Πατέρα ἑνότης (89), τίς ἡ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν κοινωνία, τί τὸ Πνεῦμα, τίς ἡ τῶν τοσούτων (90) ἕνωσις, καὶ διαίρεσις ἑνουμένων, τοῦ Πνεύματος, τοῦ C Παιδὸς, τοῦ Πατρός· πολὺ δὲ καὶ κρεῖττονα (91) ἢ εἰπεῖν λόγῳ τὸν ἐκδεχόμενον βίον εἰδότες, ἐὰν καθαροὶ ὄντες ἀπὸ παντὸς παραπεμφθῶμεν ἀδικήματος· μέχρι τοσούτου δὲ φιλανθρωπότατοι, ὥστε μὴ μόνον στέργειν τοὺς φίλους (Ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε, φησὶν,

12. *Christianorum vita nihil loci relinquit atheismi crimini.* — Num igitur, nisi Deum humano generi præesse crederemus, ita puri et insontes viveremus? Id profecto dici non potest. Sed quia persuasum habemus redditurus nos totius hujus vitæ rationem ei, qui et nos et mundum condidit, Deo; moderatam et humanitatis plenam et aspernabilem vitam sectamur; nihil hic mali, etiamsi quis vitam eripiat, passuros arbitrati, quod quidem cum iis conferendum sit, quæ illic a magno judice ob vitam mansuete et benigne et moderate actam consequemur. Dixit quidem Plato Minoem et Rhadamanthum jura daturos et pœnas irrogaturos improbis; nos autem, etiam si Minos aliquis aut Rhadamanthus fuerit, **289** etiam si illorum pater, ne illum quidem judicium Dei declinaturum dicimus. Deinde vero qui hanc vitam in his positam putant: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur*[a]; quique mortem gravissimum somnum et oblivionem interpretantur (*somnus enim et mors gemelli*), ii pie existimantur vivere. Nos autem qui hanc vitam instar minimi ponderis habemus; qui hac una re ad futuram perducimur, si Deum, ejusque Verbum cognoscamus; tum quæ Filii cum Patre unio, quæ Patris cum Filio communicatio, quid Spiritus, quæ trium unio et in unitate distinctio, Spiritus, Filii, Patris; qui exspectatam vitam multo, quam verbis dici possit, præstantiorem esse scimus, si puri ad eam ab omni delicto perducamur; qui humanitatem eo perducimus, ut non amicos solum diligamus (*Si*

[a] Isa. xxii, 13.

(82) *Παιόμενοι.* Duo Anglicani codices παιόμενον. Paulo post tres Anglicani οὕτω ἂν ἑαυτούς, et mox Reg. 2, cum duobus Anglicanis, ἐνταῦθα κακὸν πείσεσθαι

(83) *Τὸν μέτριον.* Clarom. τὸ μέτριον.

(84) *Πρόφου.* Deest conjunctio post hanc vocem in duobus Anglicanis codicibus et Clarom.

(85) *Καὶ πίωμεν.* Hæc desunt in Clarom. Desumpta sunt, ut observat Ducæus, ex Isaiæ xxii, 13, et I Cor. xv, 32.

(86) *Ὑπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονε.* Casus sunt tres numeri dualis, nescio quam recte, neque cujus auctoris; malim ego dativo ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονι. Gesn.—Immo διδυμάοσι, v. Iliad. II, 672. E. P.

(87) *Παραπεμπόμενοι.* Ex hac voce pendet totius loci sententia; vertit Gesnerus: *Illum duntaxat ducem pertranseuntes sequimur.* Auctor editionis Oxon. *In hoc tantummodo incumbimus.* Langus: *Qui hanc vitam in hoc tantummodo transmittimus.* Sic reddendum videtur: *Qui hac una re ad futuram vitam perducimur.* Paulo post eodem sensu ab Athenagora usurpatur. Nam ne solam fidem requirere videretur, addit aliam conditionem, nempe *si puri ab omni delicto perducamur.* Sic apud Clementem Alex. *Strom.* vi, p. 617, cognitio non sine labore comparanda dicitur his qui per angustam viam *ad æternum et beatam salutem perducuntur*, τοῖς εἰς τὴν ἀΐδιον καὶ μακαρίαν παραπεμπομένοις σωτηρίαν. Virginitas apud Gregorium Naz. orat. 20, p. 358, dicitur *mundum ad mundum transmittere, præsentem nimirum ad futurum*, κόσμον κόσμῳ παραπέμπουσαν, τὸν ἐνεστῶτα τῷ μέλλοντι.

(88) *Ὑπὸ μόνου δὲ παραπεμπόμενοι τούτου, ὃν ἴσως.* Sic emendo hunc locum: Ὑπὸ μόνου δὲ παραπεμπόμενοι τοῦ τὸν Θεὸν καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Λόγον εἰδέναι. Cur τοῦ ponendum existimem pro τούτου, ducor auctoritate codicis Reg. 2, ubi postremum τοῦ alia manus addidit. Cum autem librarii alicujus culpa pro his vocibus, ὑπὸ τοῦ τὸν Θεόν, scriptum fuisset, ὑπὸ τούτου ὄν, lector non indoctus videtur apposuisse margini hanc notam, ἴσως Θεόν, *fortasse Deum*, id est fortasse legere oportet Θεόν. Inde ergo factum, ut hæ voces, ἴσως Θεόν, quæ sua sponte nihil aliud esse videntur, nisi observatio lectoris nævum animadvertentis, in ipsum contextum reciperentur, neque expungeretur illud τούτου ὄν. Vox Θεόν in eodem Regio codice supra lineam apposita, quod quidem emendationem meam confirmat.

(89) *Ἑνότης.* Deest in duobus Anglicanis.

(90) *Τοσούτων.* Non improbat hanc scripturam Gesnerus, sed tamen legi posse existimat τούτων vel τῶν τριῶν.

(91) *Κρείττονα.* Reg. 2, Clarom. et duo Anglicani κρεῖττον. Suffridi codex τὸ κρεῖττον.

Digitized by Google

enim diligitis, inquit, *eos qui vos diligunt, et mutuum datis iis, qui mutuum vobis dant, quam mercedem habebitis*[7]?); tales, inquam, cum simus, ac ejusmodi vitam agamus, ne damnemur in judicio; pie vivere non existimamur? Hæc igitur parva de magnis, et pauca de multis, ne pluribus vobis obstrepamus. Nam qui mel et serum lactis explorant, ex parte exigua de tota re an bona sit dijudicant.

13. *Cur cruentas victimas non immolant Christiani.* — Sed quia plerique eorum qui nos atheos esse criminantur, cum Dei cognitione ne per somnium quidem informati, sed rudes et ignari naturalium et divinarum rerum, pietatem victimarum norma metiantur, vitio illud etiam nobis vertunt, quod non eosdem ac civitates deos cognoscamus; spectate, quæso, utrumque, imperatores; ac primo quidem cur non immolemus. Opifex universorum et parens non eget sanguine, nec nidore, nec florum aut suffimentorum odore; sed ipse est suavissimus odor, nec ullius rei intra se indigus est aut extra; sed victima ei præstantissima, si cognoscamus quisnam ille sit qui cœlos extendit et conglobavit, qui terram instar centri stabilivit, qui congregavit aquas in maria, ac lucem a tenebris secrevit, qui astris ætherem ornavit, fecitque ut terra omne semen educeret, qui animalia creavit et hominem finxit. Hunc igitur opificem tenentes Deum, qui omnia scientia et arte gubernatrice conservat ac inspicit; si puras ei **290** manus tollamus, quid adhuc ei opus est hecatomba?

Atque illos victimis et precibus mœstis,
Nec non libamine et nidore placant homines
Orantes, si quis transgressus fuerit et peccaverit,

Quo mihi holocausta quorum non indiget Deus, cum victimam incruentam offerre et cultum rationalem adhibere oporteat?

14. *Si impii Christiani quia deos non colunt, idem crimen inhærebit omnibus civitatibus.* — Quod autem queruntur, cur non eosdem ac civitates adeamus et colamus deos, ineptum sane est. Sed ne ii quidem, qui nos atheos esse criminantur, quia non eosdem ac ipsi agnoscimus, inter se de diis con-

A τοὺς ἀγαπῶντας, καὶ δανείζετε τοῖς δανείζουσιν ὑμῖν, τίνα μισθὸν ἔξετε;) τοιοῦτοι δὲ ἡμεῖς ὄντες, καὶ τὸν τοιοῦτον βιοῦντες βίον, ἵνα κριθῆναι διαφύγωμεν, ἀπιστούμεθα θεοσεβεῖν; Ταῦτα μὲν οὖν, μικρὰ ἀπὸ μεγάλων, καὶ ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον ὑμῖν ἐνοχλοῖμεν· καὶ γὰρ τὸ μέλι καὶ τὸν ὀρὸν (92) δοκιμάζοντες, μικρῷ μέρει τοῦ παντὸς, τὸ πᾶν εἰ καλὸν δοκιμάζουσιν.

13. Ἐπεὶ δὲ (93) οἱ πολλοὶ τῶν ἐπικαλούντων ἡμῖν τὴν ἀθεότητα, οὐδ' ὄναρ τί ἐστι, Θεὸν ἐγνωκότες, ἀμαθεῖς καὶ ἀθεώρητοι ὄντες τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ θεολογικοῦ (94) λόγου, μετροῦντες τὴν εὐσέβειαν θυσιῶν νόμῳ, ἐπικαλοῦσι, τὸ μὴ καὶ τοὺς αὐτοὺς ταῖς πόλεσι θεοὺς ἄγειν· σκέψασθέ μοι, αὐτοκράτορες, ὧδε περὶ ἑκατέρων καὶ πρῶτόν γε περὶ τοῦ μὴ θύειν.

B Ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργὸς καὶ πατὴρ οὐ δεῖται αἵματος, οὐδὲ κνίσσης, οὐδὲ τῆς ἀπὸ τῶν ἀνθῶν καὶ θυμιαμάτων εὐωδίας, αὐτὸς ὢν ἡ τελεία εὐωδία (95), ἀνενδεὴς καὶ ἀπροσδεής· ἀλλὰ θυσία αὐτῷ μεγίστη, ἂν γιγνώσκωμεν τίς ἐξέτεινε καὶ συνεσφαίρωσε τοὺς οὐρανούς, καὶ τὴν γῆν κέντρου δίκην ἥδρασε, τίς συνήγαγε τὸ ὕδωρ εἰς θαλάσσας, καὶ διέκρινε τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ σκότους, τίς ἐκόσμησεν ἄστροις τὸν αἰθέρα, καὶ ἐποίησε πᾶν σπέρμα τὴν γῆν ἀναβάλλειν, τίς ἐποίησε ζῶα, καὶ ἄνθρωπον ἔπλασεν. Ὅταν (96) ἔχοντες τὸν δημιουργὸν Θεὸν συνέχοντα καὶ ἐποπτεύοντα ἐπιστήμῃ καὶ τέχνῃ, καθ' ἣν ἄγει τὰ πάντα, ἐπαίρωμεν ὁσίους χεῖρας αὐτῷ, ποίας ἔτι χρείαν ἑκατόμβης ἔχει;

C *Καὶ τοὺς μὲν θυσίῃσι καὶ εὐχωλῇς ἀγαρῇσι,*
Λοιβῇ τε κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι,
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβαλῇ καὶ ἁμάρτῃ.

Τί δέ μοι ὁλοκαυτώσεων, ὧν μὴ δεῖται ὁ Θεός; καίτοι προσφέρειν δέον (97) ἀναιμακτον θυσίαν, καὶ τὴν λογικὴν προσάγειν λατρείαν.

14. Ὁ δὲ περὶ τοῦ μὴ προσιέναι καὶ τοὺς αὐτοὺς ταῖς πόλεσι θεοὺς ἄγειν πάνυ αὐτοῖς εὐήθης λόγος. Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἡμῖν ἐπικαλοῦντες ἀθεότητα, ἐπεὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς οἷς ἴσασι νομίζομεν, σφίσιν αὐτοῖς συμφωνοῦσι περὶ θεῶν μάτην (98). Ἀλλ' Ἀθηναῖοι μὲν Κελεὸν καὶ Μετάνειραν (99) ἵδρυνται θεούς· Λακε-

[7] Matth. v, 46.

(92) *Ὀρόν*. Sic codices Regii et Ottoboniani cum editione Tigurina et codice quo usus est Suffridus. Mallet tamen Suffridus ὄξος, *acetum*. Gesnerus legendum putat οἶνον vel μύρον vel ὀπόν. Legitur οἶνον in editt. Paris. Salmasius ὀπόν legit *Plinian. exercit.* p. 369. Sed nihil vetat quominus ὀρόν retineamus; hæc lectio probatur Samueli Petito Var. Lect. lib. III, cap. 3, ubi *serum lactis* vertendum existimat.

(93) *Ἐπεὶ δέ*. Codices tres Anglicani ἐπειδή. Mox idem ex iisdem codicibus τί ἐστι Θεός. Codex Suffridi τί ἐστιν ὁ Θεός.

(94) *Θεολογικοῦ*. Codex Suffridi θεωρητικοῦ, quæ scriptura Suffrido arridet, quamvis omnino vitiosa sit.

(95) *Εὐωδία*. Sic Irenæus lib. IV, c. 14, n. 3: *Ipse quidem nullius horum est indigens : est enim semper plenus omnibus bonis, omnemque odorem suavitatis, et omnes suaveolentium vaporationes habens in se, etiam antequam Moyses esset.*

(96) *Ὅταν*. Addendum videtur οὖν.

(97) *Δέον*. Clarom. et tres Anglicani δεῖ.

(98) *Μάτην*. Hanc vocem, quæ tenebras huic loco offundit, librario alicui in mentem venisse puto ob similitudinem sequentium syllabarum, ἀλλ' Ἀθην. Sæpe enim librariis contigit, ut ex duabus similibus vocibus alteram omittere, ita eamdem vocem bis scribere. Sic infra n. 16, vocem μαρτυρεῖ, quæ perperam iterabatur, ope cod. Bodleiani sustuli.

(99) *Μετάνειραν*. Menalina dicitur apud Ovidium *Fast.* lib. IV, legendum Μεγάνειρα. Sic enim Pausanias, Nicander et Diomedes grammaticus. SUFFRIDUS. — Meganiræ quoque meminit Apollodorus lib. III, c. 3, et Antonius Liberalis *Metamorphos.*, cap. 8. RECHEMBERG.

Digitized by Google

δαιμόνιοι δὲ Μενέλεων (1), καὶ θύουσιν αὐτῷ καὶ ἑορτάζουσιν· Ἰλιεῖς δὲ, οὐδὲ τὸ ὄνομα ἀκούοντες, Ἕκτορα φέρουσι· καὶ Χῖοι (2) Ἀριστταῖον, τὸν αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ἀπόλλω νομίζοντες· Θάσιοι Θεαγένην (3), ὑφ' οὗ καὶ φόνος Ὀλυμπίασιν ἐγένετο· Σάμιοι Λύσανδρον (4), ἐπὶ τοσαύταις σφαγαῖς καὶ τοσούτοις κακοῖς· Ἀλκμᾶν καὶ Ἡσίοδος Μήδειαν· καὶ Νιόβην (5) Κίλικες· Σικελοὶ Φίλιππον τὸν Βουτακίδου· Ὀνησίλαον Ἀμαθούσιοι· Ἀμίλκαν Καρχηδόνιοι. Ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα τὸ πλῆθος καταλέγοντα. Ὅταν οὖν αὐτοὶ αὐτοῖς διαφωνῶσι περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς θεῶν, τί ἡμῖν μὴ συμφερομένοις ἐπικαλοῦσι; Τὸ δὲ κατ' Αἰγυπτίους μὴ καὶ γελοῖον ᾖ; Τύπτονται γὰρ (6) ἐν τοῖς ἱεροῖς, τὰ στήθη κατὰ τὰς πανηγύρεις ὡς ἐπὶ τετελευτηκόσι, καὶ θύουσιν ὡς θεοῖς. Καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· οἵ γε καὶ τὰ θηρία θεοὺς ἄγουσι, καὶ ξυρῶνται, ἐπεὶ ἀποθνήσκουσι, καὶ θάπτουσιν ἐν ἱεροῖς, καὶ δημοτελεῖς κοπετοὺς ἐγείρουσιν. Ἂν τοίνυν ἡμεῖς, ὅτι μὴ κοινῶς ἐκείνοις θεοσεβοῦμεν, ἀσεβῶμεν, πᾶσαι μὲν πόλεις, πάντα δὲ ἔθνη ἀσεβοῦσιν (7)· οὐ γὰρ τοὺς αὐτοὺς πάντες (8) ἄγουσι θεούς.

sentiunt; sed Athenienses Celeum et Metaniram deos statuunt; Menelaum Lacedæmonii, eique sacrificia et dies festos peragunt; Ilienses vero cum hujus nomen audiant perinviti, Hectorem celebrant; Aristæum Chii, quem eumdem esse ac Jovem et Apollinem putant; Theagenem Thasii, a quo etiam cædes in Olympicis facta; Lysandrum Samii post tot cædes et maleficia; Medeam Alcman et Hesiodus; Nioben Cilices; Philippum Butacidæ filium Siculi, Onesilaum Amathusii; Amilcam Carthaginienses. Deficiet me dies, si singulos percurram. Cum igitur inter se ipsi de diis suis dissentiant, quid nobis crimini vertunt, quod non in easdem ac ipsi opiniones feramur? Quæ autem apud Ægyptios fiunt, nonne ridicula sunt? In templis enim, cum magnos agunt conventus, pectora feriunt, tanquam ob defunctos, et sacrificant tanquam diis. Neque id mirum, quippe cum ipsas belluas referant in deos, iisque mortuis capillos deponant, easque sepeliant in templis, ac publicos luctus excitent. Si ergo impii sumus, quia non eamdem ac illi pietatem in deos sequimur; civitates omnes, gentes omnes impiæ. Non enim omnes eosdem venerantur deos.

(1) *Μενέλεων.* Illius delubrum in vico Laconico, qui dicebatur Therapne, commemorat Pausanias lib. III, p. 199.

(2) *Χῖοι.* Legendum esse Κεῖοι probat eruditus Oxoniensis editor tum ex his Virgilii (*Georg.* I, 14) versibus:

. . . . *et cultor nemorum, cui pinguia Ceæ*
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci;

tum etiam ex testimonio Diodori Siculi *Bibl.* lib. IV, p. 281, ex quo patet Aristæum non apud Chios, sed apud Cejos pro deo habitum fuisse; citat etiam hujus emendationis auctores Huetium *Demonstr.*, p. 550; Bochartum *Geogr. sacr.* p. 442: et Rechembergium.

(3) *Θεαγένην.* Lucianus in *deorum concilio* Thasiorum simplicitatem ridet, qui statuam hujus pugilis febribus mederi putabant. Quod spectat ad cædem ab eo patratam Olympiæ, existimat Suffridus memoriam effluxisse Athenagoræ, dum in Theagenem confert celeberrimam historiam, quæ de Cleomede Astypalæensi, pugile altero longe clariore, narratur. Non improbabilis hæc conjectura Suffridi. Quamvis enim, ut observat Rechembergius, non repugnet, ut cædem Theagenes patraverit; id tamen de Cleomede notum et testatum est, de Theagene autem, excepto Athenagora, silent omnino antiqui scriptores. At ea videtur exstitisse ejusmodi rerum Athenagoræ peritia, ut ei hæc facta asseveranti, quæ alii scriptores nec memorant nec negant, fides non sit deroganda.

(4) *Σάμιοι Λύσανδρον.* Gratum animum videntur Samii hac adulatione significare voluisse ob restitutam a Lysandro eorum rempublicam, ejectis Atheniensibus, ut testatur Plutarchus in *Lysandri Vita.* Idem scriptor, vivo Lysandro, aras in Græcia erectas, ac victimas narrat oblatas fuisse. Lysandri crudelitas, quam notat Athenagoras, præcipue enituit in occidendis octingentis Milesiis, quos jurisjurandi religione deceptos partim in urbe retinuerat, partim in urbem vocaverat.

(5) *Μήδειαν καὶ Νιόβην.* Habent duo Regii, Clarom. et orat. ἢ Νιόβην. Observat Suffridus Medeam ab Hesiodo in *Theogonia* commemorari, non tamen celebrari ut deam. Hac de causa Samuel Petitus, tum etiam quia Athenagoras hoc loco varias gentium superstitiones, non singulorum poetarum deliria persequitur, hunc locum sic emendat *Variar. lect.* lib. III, c. 3; Ἀλλὰ μὲν Καδούσιοι Μήδειαν, ἢ Νιόβην Κίλικες. *Sed Cadusii colunt et venerantur Medeam tanquam deam, quomodo etiam Cilices Nioben.*

(6) *Τύπτονται γάρ.* Sic Julius Firmicus lib. *De errore prof. relig.*, p. 21, edit. Lugd. Batav. an. 1672: *Si dii sunt quos colitis,* inquit, *cur eos lugetis? Cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis et luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis?* Similis sententia Xenophanis Colophonii refertur apud Plut. lib. *De Osir.*, p. 379.

(7) *Πάντα δὲ ἔθνη ἀσεβοῦσιν.* Eodem argumento sæpe usi sunt alii religionis defensores. Tertullianus *Apologet.* cap. 13: *Cum alii alios colitis,* inquit, *utique quos non colitis offenditis. Prælatio alterius sine alterius contumelia non potest procedere; quia nec electio sine reprobatione. Jam ergo contemnitis quos reprobando offendere non timetis.* Eadem leguntur lib. I, *Nat.*, cap. 10. Hac ratiocinatione Augustinus utendum sibi esse non duxit, quia aliud sibi proponebat. *Qua in re,* inquit, lib. VII *De Civit. Dei,* cap. 1, *non dico quod facetius ait Tertullianus fortasse quam verius, si dii seliguntur ut bulbi, utique cæteri reprobi judicantur. Non hoc dico; video enim etiam ex selectis seligi aliquos ad aliquid majus atque præstantius. Sicut in militia, cum tirones electi fuerint, ex his quoque eliguntur ad opus aliquod majus armorum.* Demonstrare instituebat Augustinus deorum cultu æternam felicitatem comparari non posse. Huic proposito parum conducebat ethnicos impietatis arguere, quia alios alii deos colebant. At eadem ratiocinatio magnum et præclarum Tertulliano usum præbebat, quem profecto rejectum non fuisse ab Augustino asseverare licet. Duobus enim illa ratiocinatio stat principiis. 1° Nemini cultum divinum esse deferendum, nisi qui ab omnibus colendus et adorandus sit. 2° Cum Christianos impietatis nomine damnarent ethnici ob cultum diis negatum; jure merito referebant Christiani quod allatum erat ab adversariis.

(8) *Πάντες.* Deest ea vox in editionibus Parisiensibus.

Digitized by Google

291 15. *Christiani Deum a materia secernunt.*— Sed esto, eosdem venerentur. Quid igitur? Quia plerique, cum internoscere non possint, quid sit materia, quid Deus, et quantum inter utrumque intervallum, supplicant confectis ex materia simulacris; num idcirco nos quoque, qui discernimus et disjungimus ingenitum et genitum, id quod est et quod non est, id quod mente et quod sensu percipitur, et aptum unicuique horum nomen imponimus, adibimus et adorabimus simulacra? Nam si unum et idem materia et Deus, ac duo ejusdem rei nomina, impii sumus, qui lapides et ligna, aurum et argentum non existimemus deos. Sin autem quam longissime et tantum a se invicem distant, quantum artifex et subjectus illius arti apparatus, quid incusamur? Quemadmodum enim figulus et lutum (materia quidem lutum, artifex autem figulus), ita Deus opifex, et quæ ejus arti obsequitur materia. Sed ut lutum per seipsum vasa fieri sine arte non potest : sic omnium formarum capax materia, sine opifice Deo, nec distinctionem, nec figuram, nec ornatum accepisset. Quemadmodum autem figlinum opus pluris non facimus, quam figulum, nec phialas et vasa aurea quam fabrum; sed, si quid in eis arte elegans, artificem laudamus, isque laudem ex vasis reportat, ita etiam, ubi agitur de materia et de Deo, mundi descriptionis gloriam et honorem non materia sibi merito vindicat, sed materiæ opifex Deus. Itaque si materiæ species existimemus deos, nullum veri Dei sensum habere videbimur, ut qui æterno adæquemus obnoxia dissolutioni et corruptioni.

A 15. Ἀλλ' ἑστωσαν τοὺς αὐτοὺς ἄγοντες· τί οὖν, ἐπεὶ οἱ πολλοὶ διακρῖναι οὐ δυνάμενοι τί μὲν ὕλη, τί δὲ Θεὸς, πόσον δὲ τὸ διὰ μέσου (9) αὐτῶν, προσίασι τοῖς ἀπὸ τῆς ὕλης εἰδώλοις, δι' ἐκείνους καὶ ἡμεῖς οἱ διακρίνοντες καὶ χωρίζοντες τὸ ἀγένητον καὶ τὸ γενητὸν, τὸ ὂν καὶ τὸ οὐκ ὄν, τὸ νοητὸν καὶ τὸ αἰσθητὸν, καὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὸ προσῆκον ὄνομα ἀποδιδόντες, προσελευσόμεθα καὶ προσκυνήσομεν τὰ ἀγάλματα; Εἰ μὲν γὰρ ταὐτὸν ὕλη καὶ Θεὸς, δύο ὀνόματα καθ' ἑνὸς πράγματος, τοὺς λίθους καὶ τὰ ξύλα, τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον οὐ νομίζοντες θεοὺς, ἀσεβοῦμεν· εἰ δὲ διεστᾶσι πάμπολυ ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τοσοῦτον ὅσον τεχνίτης καὶ ἡ πρὸς τὴν τέχνην αὐτοῦ παρασκευὴ, τί ἐγκαλούμεθα; Ὡς γὰρ ὁ κεραμεὺς καὶ ὁ πηλὸς (ὕλη μὲν ὁ πηλὸς, τεχνίτης B δὲ ὁ κεραμεύς (10)), καὶ ὁ Θεὸς δημιουργὸς, ὑπακούουσα δὲ αὐτῷ ἡ ὕλη πρὸς τὴν τέχνην. Ἀλλ' ὡς ὁ πηλὸς καθ' ἑαυτὸν σκεύη γενέσθαι χωρὶς τέχνης ἀδύνατος, καὶ ἡ πανδεχὴς (11) ὕλη ἄνευ τοῦ δημιουργοῦ διάκρισιν καὶ σχῆμα καὶ κόσμον οὐκ ἐλάμβανεν. Ὡς δὲ οὐ τὸν κέραμον προτιμότερον τοῦ εἰργασμένου (12) αὐτὸν ἔχομεν, οὐδὲ τὰς φιάλας καὶ χρυσίδας τοῦ χαλκεύσαντος· ἀλλ' εἴ τι περὶ ἐκείνας δεξιὸν κατὰ τὴν τέχνην, τὸν τεχνίτην ἐπαινοῦμεν, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐπὶ τοῖς σκεύεσι δόξαν καρπούμενος· καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ Θεοῦ, τῆς διαθέσεως τῶν κεκοσμημένων, οὐχ ὕλη τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν δικαίαν ἔχει, ἀλλ' ὁ δημιουργὸς αὐτῆς Θεός. Ὡς, εἰ (13) τὰ εἴδη τῆς ὕλης ἄγοιμεν θεοὺς, ἀναισθητεῖν τοῦ ὄντος Θεοῦ δόξομεν, τὰ λυτὰ καὶ φθαρτὰ τῷ ἀϊδίῳ ἐξισοῦντες. C

16. *Nec mundum, nec mundi partes colunt, nedum opera hominum.* — Præclarus quidem mundus tum magnitudine, quia omnia complectitur, tum eorum quæ in obliquo circulo, et eorum quæ circa Septentrionem, dispositione, tum etiam figura sphærica; non ille tamen, sed artifex adorandus. Neque enim qui ad vos accedunt subditi, vobis principibus ac dominis, a quibus sane ea, quibus indigent, consequantur, insalutatis, ad palatii vestri magnificentiam confugiunt; sed regiam quidem domum obiter spectantes, præclare adornatam mirantur, vos autem omni prorsus honore prosequuntur. Ac vos quidem reges, vobis ipsi regias domos adornatis; mundus autem non ideo factus, quod eo indigeret Deus. Omnia enim ipse sibi Deus est, lumen inaccessum, mundus perfectus, spiritus, po-

16. Καλὸς μὲν γὰρ ὁ κόσμος, καὶ τῷ μεγέθει περιέχων, καὶ τῇ διαθέσει τῶν τε ἐν τῷ λοξῷ κύκλῳ, καὶ τῶν περὶ τὴν Ἄρκτον, καὶ τῷ σχήματι σφαιρικῷ ὄντι· ἀλλ' οὐ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν τεχνίτην αὐτοῦ προσκυνητέον. Οὐδὲ γὰρ οἱ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνούμενοι ὑπήκοοι, παραλιπόντες ὑμᾶς τοὺς ἄρχοντας καὶ δεσπότας θεραπεύειν, παρ' ὧν, ὧν ἂν (14) δέοιντο, καὶ τύχοιεν, ἐπὶ τὸ σεμνὸν (15) τῆς καταγωγῆς ὑμῶν καταφεύγουσιν· ἀλλὰ τὴν μὲν βασιλικὴν ἑστίαν, τὴν ἄλλως ἐντυχόντες αὐτῇ, θαυμάζουσι καλῶς ἡσκημένην, ὑμᾶς δὲ πάντα (16) ἐν πᾶσιν ἄγουσι τῇ δόξῃ. Καὶ ὑμεῖς μὲν οἱ βασιλεῖς ἑαυτοῖς ἀσκεῖτε τὰς καταγωγὰς βασιλικάς· ὁ δὲ κόσμος, οὐχ ὡς δεομένου τοῦ Θεοῦ, γέγονεν. Πάντα γὰρ ὁ Θεός ἐστιν αὐτὸς αὐτῷ, φῶς ἀπρόσιτον, κόσμος τέλειος, πνεῦμα, δύναμις, λόγος. Εἰ τοίνυν ἐμμελὴς ὁ κόσμος ὄργανον καὶ κι-

(9) *Μέσου.* Tres Anglicani et Reg. 2, μέσον.

(10) *Καὶ ὁ πηλὸς... κεραμεύς.* Hæ voces cum deessent in omnibus editt., restitutæ sunt ex mss. codicibus. Reg. 2 et Clarom. et tribus Anglicanis et Suffridi. Habebant editi : Ὡς γὰρ ὁ κεραμεὺς ὁ Θεὸς δημιουργός. Unus ex Anglicanis ὑπακούσασα.

(11) *Πανδεχὴς.* Reg. 2 et Clarom. cum tribus Anglicanis παντευχής.

(12) *Εἰργασμένου.* Regius uterque et Ottobon. ἐργασαμένου.

(13) *Ὡς εἰ.* Legendum putat Gesnerus ὥστε.

(14) *Ὧν ἄν.* Hæc desunt in Reg. 1, et uno ex Anglicanis. Paulo ante tres Anglicani ἀφικούμενοι et mox unus ex iisdem τύχοιμεν.

(15) *Ἐπὶ τὸ σεμνόν*, etc. Refert Clemens Alex. *Protrept.* p. 33, illud Heraclitι : Καὶ ἀγάλμασι τουτέοισιν εὔχονται, ὁποῖον εἴ τις δόμοις λεσχηνεύοιτο. *His simulacris vota faciunt, velut si quis cum ædibus garriat.* Minucius Felix pag. 139 : *Quod si ingressus aliquam domum, omnia exculta, disposita, ornata vidisses, utique præesse ei crederes aliquem dominum, et illis bonis rebus multo esse meliorem : ita in hac mundi domo, cum cœlum terramque perspicias, providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatis Dominum, parentemque, ipsis sideribus et totius mundi partibus pulchriorem.*

(16) *Πάντα.* Frustra Gesnerus legendum conjicit ὑπὲρ πάντα.

Digitized by Google

νούμενον (17) ἐν ῥυθμῷ, τὸν ἁρμοσάμενον καὶ πλήσαντα (18) τοὺς φθόγγους, καὶ τὸ σύμφωνον ἐπάδοντα μέλος, οὐ τὸ ὄργανον, προσκυνῶ. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν, παραλιπόντες οἱ ἀθλοθέται τοὺς κιθαριστάς, τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν (19) αὐτῶν. Εἴτε (20) (ὡς Πλάτων φησί) τέχνη τοῦ Θεοῦ, θαυμάζων αὐτοῦ τὸ κάλλος, τῷ τεχνίτῃ πρόσειμι· εἴτε οὐσία καὶ σῶμα (21) (ὡς οἱ ἐπὶ τοῦ Περιπάτου), οὐ παραλιπόντες προσκυνεῖν τὸν αἴτιον τῆς κινήσεως τοῦ σώματος Θεὸν, ἐπὶ τὰ πτωχὰ καὶ ἀσθενῆ στοιχεῖα καταπίπτομεν, τῷ ἀπαθεῖ ἀέρι κατ' αὐτοὺς παθητὴν ὕλην προσκυνοῦντες· εἴτε δυνάμεις τοῦ Θεοῦ, τὰ μέρη τοῦ κόσμου νοεῖ τις, οὐ τὰς δυνάμεις προσιόντες θεραπεύομεν, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν αὐτῶν καὶ δεσπότην. Οὐκ αἰτῶ τὴν ὕλην ἃ μὴ ἔχει, οὐδὲ, παραλιπὼν τὸν Θεὸν, τὰ στοιχεῖα (22) θεραπεύω, οἷς μηδὲν πλέον ἢ ὅσον ἐκελεύσθησαν ἔξεστιν (23). Εἰ γὰρ καὶ καλὰ ἰδεῖν τῇ τοῦ δημιουργοῦ τέχνῃ, ἀλλ' αὐτὰ τῇ τῆς ὕλης φύσει (24). Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ Πλάτων (25)· *Ὅτι γὰρ οὐρανὸν*, φησὶ, *καὶ κόσμον ἐπωρόμακεν, πολλῶν μὲν μετέσχηκε μακαρίων παρὰ τοῦ Πατρός· ἀτὰρ οὖν δὴ κεκοινώνηκε σώματος· ὅθεν αὐτῷ μεταβολῆς ἀμοίρῳ τυγχάνειν ἀδύνατον.* Εἰ τοίνυν, θαυμάζων τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς τέχνης, οὐ προσκυνῶ αὐτὰ ὡς θεοὺς, εἰδὼς τὸν ἐπ' αὐτοῖς τῆς λύσεως λόγον· ὧν οἶδα ἀνθρώπους (26) δημιουργοὺς, πῶς ταῦτα προσείπω θεούς; σκέψασθε δέ μοι διὰ βραχέων.

17. Ἀνάγκη δὲ, ἀπολογούμενον, ἀκριβεστέρους παρέχειν τοὺς λογισμοὺς, καὶ περὶ τῶν ὀνομάτων, ὅτι νεώτερα, καὶ περὶ τῶν εἰκόνων, ὅτι χθὲς καὶ πρῴην γεγόνασιν, ὡς λόγος (27) εἰπεῖν. Ἴστε δὲ καὶ ὑμεῖς ταῦτα ἀξιολογώτερον, ὡς ἂν ἐν πᾶσι καὶ ὑπὲρ πάντας τοῖς παλαιοῖς συγγενόμενοι. Φημὶ οὖν Ὀρφέα καὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον εἶναι τοῖς ὑπ' αὐτῶν (28) λεγομένοις θεοῖς. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἡρόδοτος· *Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοις ἔτεσι δοκέω πρεσβυτέρους ἐμοῦ γενέσθαι, καὶ οὐ πλείοσι, τοὺς καὶ γένη καὶ ὀνόματα δόντας* (29). *Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι,*

(17) *Καὶ κινούμενον.* Deest conjunctio in duobus Anglicanis et Reg. utroque.

(18) *Πλήσαντα.* Tres Anglicani τὸν πλήσαντα.

(19) *Τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν.* Eodem exemplo utitur Tertullianus lib. II *ad Nat.*, cap. 5 : *Nam in voluptatibus vestris*, inquit, *non tibiæ aut citharæ coronam ad præmium adjudicatis, sed artifici, qui tibiam et citharam suavitatis temperet.* Vid. Iren. lib. II, cap. 25.

(20) *Εἴτε.* Clarom. et tres Anglicani ὥστε εἴτε.

(21) *Καὶ σῶμα.* Subaudiendum est Θεοῦ, quæ vox paulo ante occurrit. Neque enim Peripateticorum propria fuit hæc sententia, mundum esse substantiam et corpus; sed, ut supra n. 7, testatur Athenagoras, Deum Aristoteles ejusque sectatores ex corpore et anima, veluti animal quoddam componebant; et corpus quidem assignabant æthereum substantiam et tum errantia, tum fixa sidera, animam autem, rationem motuum corporis effectricem.

(22) *Τὰ στοιχεῖα.* Liquet hæc elementa, quæ visu præclara esse propter opificis artem declarat, non esse, aerem aut aquam aut ignem aut terram, sed solem et stellas. Vide l. I Theophili.

A tentia, ratio. Quamobrem sive mundus concinnum quoddam est et quod in numerum moveatur instrumentum; eum qui sonos temperat et pulsat, ac numerosum concentum modulatur, non ipsum instrumentum adoro. Neque enim præsides in certaminibus, citharœdis prætermissis, citharas **292** eorum coronant. Sive mundus, ut ait Plato, ars Dei est, admirans ejus pulchritudinem ad artificem adeo : sive illius substantia et corpus, ut Peripateticis placet; nequaquam Dei, qui motus corporis auctor est, omisso cultu, ad egena et infirma elementa nos abjicimus, aere, ut ipsi existimant, a perpessione immuni materiam perpessioni obnoxiam adcrantes. Sive quis Dei potestates mundi partes existimat, non ad potestates adimus colendi causa,
B sed ad earum creatorem et dominum. Non ea peto a materia, quibus ipsa caret, nec, relicto Deo, elementa colo, quibus nihil amplius licet, quam quod jussa sunt. Etsi enim visu præclara propter opificis artem, non tamen a materiæ natura discedunt. Testis accedit huic sententiæ ipse Plato. *Quod enim cœlum*, inquit, *et mundum appellavit, id multa quidem a Patre felicia consecutum est; sed tamen corporis est particeps; hinc mutationis expers esse non potest.* Igitur si cœli et elementorum artem admirans, ea ut deos non adoro, quippe cum impositam illis dissolutionis legem noverim; quorum homines opifices esse scio, ea quomodo appellaverim deos? Rem mihi paucis considerate.

C 17. *Deorum nomina et simulacra sunt recentia.* — Necesse est autem causam dicenti, accuratius et de nominibus, ea esse recentia, et de simulacris, heri et nudius tertius, ut ita dicam, facta demonstrare; hæc autem et vos accuratius scitis, ut qui cum omnibus eruditis hominibus, et supra omnes in antiquis scriptoribus versati sitis. Dico igitur Orpheum et Homerum et Hesiodum esse, qui genera et nomina iis, quos appellant, diis dedere. Testatur id ipse Herodotus. *Hesiodum enim*, inquit, *et Homerum annis quadringentis existimo majores natu me esse, nec pluribus. Hi sunt qui Græcis deorum*

(23) *Ἔξεστιν.* Hanc vocem addidimus ex utroque Reg., utroque Ottobon. Clarom. et Orat. Ibidem tres Anglicani ἢ ὅσον ἐκελεύσθησαν πλέον. Sic etiam Reg. 2, nisi quod deest ἢ ante ὅσον. Legitur illud
D ἔξεστιν in edit. Oxon.

(24) *Φύσει.* Hic editi addunt μαρτυρεῖ, quod cum iterum statim occurrat, ac sententiam prorsus deformet, ac desit in Bodleiano secundo, visum est delendum e contextu.

(25) *Καὶ Πλάτων.* Deest conjunctio in duobus Anglicanis ac Clarom.

(26) *Ἀνθρώπους* Pro hac voce tres Angl. habent αὐτούς.

(27) *Λόγος.* Legendum esse λόγῳ jamdudum monuit Stephanus. Sic legitur in edit. Frontonis Ducæi.

(28) *Ὑπ' αὐτῶν.* Nonnulli codices ἐπ' αὐτῶν.

(29) *Τοὺς καὶ... δόντας.* Has voces, quæ in contextu Herodoti non leguntur, nec sine incommodo legerentur, restituendas esse in avitam sedem, post hæc verba λεγομένοις θεοῖς admonuit Oxoniensis editor, idque in interpretando secutus sum.

Digitized by Google

originem texuerunt, ac diis cognomina imposuerunt, et honores atque artes distribuerunt, et eorum formas ac figuras designarunt. Simulacra autem, quandiu plastice et pictura et ars statuaria non erant, ne cognoscebantur quidem, donec tandem Saurius Samius et Craton Sicyonius et Cleanthes Corinthius, et Core virgo Corinthia prodierunt. Ac delineatio quidem a Saurio inventa est, cum is equum ad solem circumscripsisset; pictura autem a Cratone, cum in tabula dealbata umbras viri ac mulieris illevisset; a Core autem coroplastice. Hæc enim cujusdam amore capta, dormientis umbram in pariete delineavit : tum pater imagine simillima delectatus (is autem figulus erat) delineationem exculpsit ac luto implevit. Hæc effigies etiamnum servatur
293 Corinthi. His posteriores Dædalus et Theodorus Milesius plasticen et statuariam artem invenerunt. Ætas igitur imaginibus et simulacrorum apparatui tantula est, ut cujusque dei artificem dicere possimus. Nam Artemidis Ephesiæ simulacrum, et Minervæ, sive Athenæ vel potius Athelæ (Athela enim dicitur ab his qui rem secretius tradunt, sic enim illud ex olea antiquum simulacrum), et Minervam sedentem Endyus fecit Dædali discipulus; Pythius autem opus Theodori et Teleclis : Delius et Artemis, Idectæi et Angelionis ars. Juno Samia et Argiva, Smilidis manus; Phidiæ cætera

καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. Αἱ δ' εἰκόνες, μέχρι μήπω πλαστικὴ καὶ γραφικὴ καὶ ἀνδριαντοποιητικὴ ἦσαν, οὐδὲ ἐνομίζοντο (30)· Σαυρίου δὲ τοῦ Σαμίου καὶ Κράτωνος τοῦ Σικυωνίου καὶ Κλεάνθους τοῦ Κορινθίου, καὶ Κόρης Κορινθίας ἐπιγενομένων· καὶ σκιαγραφίας μὲν εὑρεθείσης ὑπὸ Σαυρίου, ἵππον ἐν ἡλίῳ περιγράψαντος, γραφικῆς δὲ ὑπὸ Κράτωνος, ἐν πίνακι λελευκωμένῳ σκιὰς (31) ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐναλείψαντος· ἀπὸ δὲ τῆς Κόρης ἡ κοροπλαστικὴ (32) εὑρέθη. Ἐρωτικῶς γάρ τινος ἔχουσα, περιέγραψεν αὐτοῦ κοιμωμένου ἐν τοίχῳ τὴν σκιάν· εἶθ' ὁ πατὴρ ἡσθεὶς ἀπαραλλάκτῳ οὔσῃ τῇ ὁμοιότητι (κέραμον δὲ εἰργάζετο), καὶ ἀναγλύψας (33) τὴν περιγραφὴν, πηλῷ προσανεπλήρωσεν. Ὁ τύπος ἔτι καὶ νῦν ἐν Κορίνθῳ σώζεται. Τούτοις δὲ ἐπιγενόμενοι Δαίδαλος καὶ Θεόδωρος ὁ Μιλήσιος, πλαστικὴν καὶ ἀνδριαντοποιητικὴν (34) προσεξεῦρον. Ὁ μὲν δὴ χρόνος ὀλίγος τοσοῦτος ταῖς εἰκόσι καὶ τῇ περὶ τὰ εἴδωλα πραγματείᾳ, ὡς ἔχειν εἰπεῖν τὸν ἑκάστου τεχνίτην θεοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, μᾶλλόν γε Ἀθηλᾶς (35) (Ἀθηλᾶ γὰρ ὡς οἱ μυστικώτερον, οὕτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας (36) τὸ παλαιόν), καὶ τὴν καθημένην Ἐνδυὸς (37) εἰργάσατο μαθητὴς Δαιδάλου· ὁ δὲ Πύθιος ἔργον Θεοδώρου καὶ Τηλεκλέους (38)· καὶ ὁ Δήλιος καὶ ἡ Ἄρτεμις Ἰδεκταίου (39) καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη·

(30) *Ἐνομίζοντο.* Duo codices Anglicani ὀνομάζοντο. Legendum conjicit Gesnerus ὠνομάζοντο.

(31) *Σκιάς.* Suffridi codex σκιάν, idque illi magis probatur. Paulo ante habent editiones Parisienses γραφικῆς δὲ καὶ Κράτωνος.

(32) *Κοροπλαστική.* Suffridi codex habet κοροπλαθική, quod quidem ei magis probatur, quia vox κορόπλαθος frequentiori usu teritur quam κοροπλαστή. Dechair ibidem leg. ὑπὸ δὴ τῆς Κόρης.

(33) *Καὶ ἀναγλύψας.* Conjunctionem suppeditavit codex Claromontanus.

(34) *Πλαστικὴν καὶ ἀνδριαντοποιητικήν.* Sic emendavi ope Reg. 2, Clarom. et duorum Anglicanorum. Male in editis ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πλαστικήν. Plastice enim, ut ait Plinius lib. xxxiv : *Prior quam statuaria fuit.* Unde etiam mater statuariæ vocatur apud eumdem lib. xxxv, p. 711.

(35) *Μᾶλλόν γε Ἀθηλᾶς.* Secum pugnare Gesnero visus est Athenagoras, quia Athenam, quam hic eamdem esse ac Athelam declarat, infra n. 20, ab Athela distinguit. Atque hæc causa Langum adduxit, ut has voces μᾶλλόν γε Ἀθηλᾶς, Ἀθηλᾶ γάρ, etc., e contextu in marginem obrepsisse crederet. Sed duæ sunt Athelæ : altera dicitur e cerebro Jovis prodiisse, et ut ait Eustathius *in Iliad.* p. 83 : Οἱονεὶ ἄθηλός τις οὖσα, ὡς μὴ θηλάσασα. Ὥδινε μὲν γὰρ, φασὶν, ἡ κεφαλὴ τοῦ Διός. Hæc Minerva dicitur et Athena, meritoque eam distinguit Athenagoras ab altera Athela, sive Proserpina, quam Jupiter ex matre suscepit, quæque idcirco lactata non fuit, quia matri, utpote horrendum monstrum, displicuit.

(36) *Οὕτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας.* Testatur Plutarchus apud Eusebium *Præp. evang.* l. III, ligneum fuisse Minervæ Urbicæ simulacrum, quod ab indigenis consecratum asservabatur apud Athenienses. Ξύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἱδρυθὲν, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. Athenagoræ verba οὕτω γάρ quæ Gesnerus interpres omiserat, sic redduntur in Oxoniensi editione: *Sic enim quod ex olea fabricatum fuit, antiquitus appellabatur.* Sed his verbis non simulacri nomen, sed illius species significari videtur : neque Athelæ, sed Poliadis simulacrum dicebatur. At quomodo Minerva in hoc simulacro Ἀθηλᾶ effingi potuit, si hac voce ubera illi admota non fuisse significetur? Dicendum ergo Minervam in hoc simulacro cum unica mamilla, ut Amazones solebant, effictam fuisse; vel, illa verba, quæ tantum molestiæ facessunt, post τὴν καθημένην rejicienda, unde in locum non suum, ut sæpe alias contigit, migrare potuerunt. Non repugnat Minervam sedentem in antiquissimo quoque illo simulacro expressam fuisse.

(37) *Ἐνδυός.* Ἐνδιός dicitur in duobus codicibus Anglicanis; vocatur Ἐνδοῖος apud Pausaniam lib. I, p. 47, ubi hæc leguntur : Ἐνδοῖος ἦν γένος μὲν Ἀθηναῖος, Δαιδάλου δὲ μαθητής· ὃς καὶ φεύγοντι Δαιδάλῳ διὰ τὸν Κάλω θάνατον ἐπηκολούθησεν εἰς Κρήτην. Τούτου καθήμενόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον, ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσειεν δὲ Ἐνδοῖος. *Endœus erat patria Atheniensis, Dædali discipulus, qui Dædalum ob necem Cali fugientem Cretam usque secutus est. Hujus est sedens Minervæ simulacrum, cum hac inscriptione : Callias dedicasse, fecisse Endœum.*

(38) *Θεοδώρου καὶ Τηλεκλέους.* Theodorum hunc paulo ante Athenagoras Milesium vocat; Plinius Samium fuisse dicit, *Hist. nat.* lib. VII, c. 56. Sed Plinii sententiam confirmat Pausanias, qui lib. VIII, p. 479, Rhœcum Philæi, et *Theodorum Teleclis filium, ambo Samios, æs excudere primos docuisse* narrat.

(39) *Ἰδεκταίου.* Τεκταῖον vocat Pausanias lib. II, p. 146, ubi sic loquitur : Μαθητὴς δὲ ὁ Κάλλων ἦν Τεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος, οἳ Δηλίοις ἐποίησαν τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλλωνος. Ὁ δὲ Ἀγγελίων καὶ Τεκταῖος παρὰ Διποίνῳ καὶ Σκύλλιδι ἐδιδάχθησαν. *Discipulus autem fuit Callon Tectæi et Angelionis, qui Samiis simulacrum Apollinis fecerunt. Angelion autem et Tectæus Dipœno et Scyllidi operam dederunt.*

Digitized by Google

ἡ δὲ ἐν Σάμῳ (40) Ἥρα καὶ ἐν Ἄργει Σμίλιδος χεῖρες, καὶ Φειδίου τὰ λοιπὰ εἴδωλα· ἡ Ἀφροδίτη ἐν Κνίδῳ ἑταίρα, Πραξιτέλους τέχνη· ὁ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς ἔργον Φειδίου. Συνελόντα φάναι, οὐδὲν αὐτῶν διαπέφευγεν τὸ μὴ ὑπ' ἀνθρώπου γεγονέναι. Εἰ τοίνυν θεοί, τί οὐκ ἦσαν (41) ἐξ ἀρχῆς; Τί δαί (42) εἰσι νεώτεροι τῶν πεποιηκότων; Τί δαὶ ἔδει αὐτοῖς, πρὸς τὸ γενέσθαι, ἀνθρώπων καὶ τέχνης; γῆ ταῦτα καὶ λίθοι, καὶ ὕλη, καὶ περίεργος τέχνη.

18. Ἐπεὶ τοίνυν φασί τινες εἰκόνας μὲν εἶναι ταύτας, θεοὺς δὲ, ἐφ' οἷς αἱ εἰκόνες· καὶ τὰς προσόδους ἃς τούτοις προσίασι, καὶ τὰς θυσίας ἐπ' ἐκείνους ἀναφέρεσθαι καὶ εἰς ἐκείνους γίνεσθαι· μὴ εἶναί τε ἕτερον τρόπον τοῖς θεοῖς ἢ τοῦτον προσελθεῖν (χαλεποὶ (43) δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς), καὶ τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν τεκμήρια παρέχουσι τὰς ἐνίων εἰδώλων ἐνεργείας· φέρε, ἐξετάσωμεν τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι δύναμιν αὐτῶν. Δεήσομαι δὲ ὑμῶν, μέγιστοι (44) αὐτοκρατόρων, πρὸ τοῦ λόγου, ἀληθεῖς παρεχομένῳ τοὺς λογισμοὺς συγγνῶναι. Οὐ γὰρ προκειμένου μοι ἐλέγχειν τὰ εἴδωλα, ἀλλ' ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς, λογισμὸν τῆς προαιρέσεως ἡμῶν παρέχω (45). Ἔχοιτε ἀφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν (46) ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχείρωται, ἄνωθεν τὴν βασιλείαν εἰληφόσιν (βασιλέως γὰρ ψυχὴ (47) ἐν χειρὶ Θεοῦ, φησὶ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα), οὕτως ἑνὶ Θεῷ καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ Λόγῳ Υἱῷ νοουμένῳ ἀμερίστῳ πάντα ὑποτέταχται. Ἐκεῖνο τοίνυν σκέψασθέ μοι πρὸ τῶν ἄλλων. Οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ὥς φασιν, ἦσαν οἱ θεοὶ, ἀλλ' οὕτως γέγονεν (48) αὐτῶν ἕκαστος, ὡς γιγνόμεθα ἡμεῖς· καὶ τοῦτο πᾶσιν αὐτοῖς ξυμφωνεῖ· Ὁμήρου μὲν γὰρ λέγοντος,

Ὠκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν [8a].

Ὀρφέως δὲ (ὃς καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν πρῶτος ἐξεῦρεν, καὶ τὰς γενέσεις διεξῆλθε, καὶ ὅσα ἑκάστοις πέ-

simulacra. Venus Cnidia meretrix, Praxitelis ars; Epidaurius Æsculapius, opus Phidiæ. Uno verbo, nullum est ex his simulacris, quod dici possit factum ab homine non fuisse. Si igitur dii, cur ab initio non erant? Cur iis recentiores a quibus facti sunt? Quid hominibus et arte opus habebant, ut fierent? Terra hæc sunt, et lapides, et materia, et ars curiosa.

18. *Statuarum cultus ad deos referri non potest, qui creati sunt, ut fatentur poetæ.* — Sed quia dicunt nonnulli simulacra hæc quidem esse, deos autem esse, quorum sunt simulacra; et supplicandi rationem, quam simulacris adhibent, et victimas, quas illis offerunt, ad deos referri, et diis fieri, nec alium esse ad deos accedendi modum (difficile enim est ut dii clare et aperte videantur), et quia argumenti loco, cur ita se res habeat, nonnullorum simulacrorum efficientias proferunt, age, inquiramus ecquid ex impositis nominibus habeant efficacitatis. Vos autem orabo, maximi imperatores, antequam disputationem hanc ingrediar, ut veris ratiocinationibus utenti ignoscatis. Neque enim mihi propositum est simulacra redarguere, sed cum afflicta crimina dissolvam, instituti nostri rationem exhibeo. Licet autem ex vobismetipsis cœleste regnum spectetis; quemadmodum enim vobis patri et filio parent omnia, qui cœlitus regnum accepistis (*regis enim anima in* **294** *manu Dei* [8]), inquit propheticus Spiritus), ita Deo ejusque Verbo, quem Filium non separabilem esse intelligimus, omnia subjecta. Illud igitur mihi ante omnia perpendite. Ab initio, ut aiunt, dii non erant, sed ita eorum quisque natus est, ut nos nascimur; qua de re inter eos omnes convenit. Sic enim canit Homerus:

Oceanum, deorum originem, et matrem Tethyn.

Orpheus autem (qui eorum nomina primus invenit, et nascendi modos persecutus est, et res cujus-

[8] Prov. xxi, 1. [8a] Il. Ξ, v. 201, 302.

(40) *Ἡ δὲ ἐν Σάμῳ.* Quod ait Athenagoras de Junone Samia, confirmatur a Pausania, qui Junonis Samiæ templum antiquum esse probat ex ipso simulacro, quod Smilidis Æginetæ, Euclidis filii, Dædalo æqualis opus esse testatur. Hinc emendari potest quod legitur apud Clementum Alexandrinum *Protrept.* p. 30: *Junonis Samiæ statuam scalpro Euclidis factam esse*, σμίλῃ τῇ Εὐκλείδου πεποιῆσθαι. Legendum videtur ὑπὸ Σμίλιδος τοῦ Εὐκλείδου πεποιῆσθαι, *a Smilide Euclidis filio factam esse.*

(41) *Τί οὐκ ἦσαν.* Sic editio Oxoniensis et mss. Aliæ editiones: θεοὶ οὐκ ἦσαν. Vitium animadverterat Stephanus et legendum monuerat, ut in textu posuimus.

(42) *Τί δαί.* Reg. 2 et tres Anglicani habent τί δέ, et mox τί δὲ ἔδει. Mox tres Anglicani λίθος.

(43) *Χαλεποί.* Pars versus 131, l. xx *Iliad.* deest θεοί in Clarom. et tribus Angl.

(44) *Μέγιστοι.* Duo codices ὦ μέγιστοι. Suffridus in suo codice reperit αὐτοκράτορες, atque ita legendum putat.

(45) *Παρέχω.* Multi veteres libri παρέχων. Mox Gesnerus legendum putat ἔχετε vel ἔχοιτε ἄν.

(46) *Βασιλείαν.* Hic editi addunt εἰληφόσιν, excepta editione Oxoniensi. Delendam censuit hanc vocem Stephanus, nec eam agnoscunt Anglic. codices et Clarom. Linea transversa notatur in Regio secundo. Mox codices Anglicani ὡς φησι.

(47) *Ψυχή.* Liquet hunc locum ab Athenagora de præcipuo quodam in regum vita protegenda præsidio intelligi. Sic intellexit Themistius, orator profanus, qui in orat. 7 ait scriptum esse in litteris Assyriorum: Ὡς ἄρα ὁ νοῦς τοῦ βασιλέως ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται· et in oratione 11, τὴν τοῦ βασιλέως καρδίαν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι. Præsidium singulare significat et ipsa illa vox δορυφορεῖσθαι et adjuncta a Themistio explicatio, qui in primo loco manum reges custodientem, in altero manum reges assectantem interpretatur. Mox editi ἑνὶ τῷ Θεῷ. Melius Anglicani codices quos secutus sum.

(48) *Γέγονεν.* Deest in cod. Clarom.

Digitized by Google

que gestas narravit, ac verius de rebus divinis pertractasse apud eos existimatus est, quem Homerus in multis ac præcipue in iis, quæ ad deos spectant, imitatur); ipse, inquam, Orpheus primam eorum generationem ex aqua constituit :

A πρακται εἶπε, καὶ πεπίστευται παρ' αὐτοῖς ἀληθέστερον θεολογεῖν· ᾧ καὶ Ὅμηρος τὰ πολλὰ καὶ περὶ θεῶν μάλιστα ἕπεται), καὶ αὐτοῦ τὴν πρώτην γένεσιν αὐτῶν ἐξ ὕδατος συνιστάντος·

Oceanus qui omnibus generatio exstitit.

Ὠκεανὸς (49), *ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.*

(17) *Λέγωσιν.* Legitur λέγουσιν apud Platonem.

(18) *Περὶ αὐτῶν θεῶν.* Gesnerus scribi vult καὶ περὶ τούτων τῶν θεῶν, quomodo scriptum in ms. et excuso Platonis codice, quo usus est Suffridus. At in Bodl. et Eton. et in edit. Platonis Francofurt. legitur περὶ τούτων τῶν θεῶν. DECHAIR.

(19) *Ἐγεννήθησαν.* Legitur ἐγενήθην apud Platonem.

(20) *Φόρκυς.* Codices nonnulli Φόρκος et sic edit. Oxon. Ibidem apud Plat. Φόρκυς τε καὶ Κρόνος καὶ Ῥέα.

(21) *Τούτων.* Plat. τοὺς τούτων.

(22) *Θεόν.* Reg. 2 Θεῖον. Tres codices Anglicani λαμβανόμενον.

(23) *Ἐξειπεῖν.* Legendum ἐξειπών, ut monuit Gesnerus. Ibidem frustra Suffridus legendum putat τὸ ἀΐδίως ὂν pro τὸ ὄντως ὄν, quamvis ita invenerit in suo codice ms.

(24) *Ἀποχεόμενον.* Reg. 2 et duo Angl. ἐπιχεόμενον.

(25) *Δυναμένους.* Legendum δυνάμενος Suffridus et Gesnerus monuerunt.

(26) *Αὐτῷ.* Reg. 2 τούτῳ.

(27) *Ἑτέρῳ.* Gesnerus putat addendum esse γάρ. Idem erit sensus si legamus ὃς ἑτέρῳ.

Digitized by Google

εἰς πάντας φέρειν κατὰ δύναμιν (28) τὸν Θεὸν, προσεχρήσατο, ἐπικαθηγορήσας τὸ μέγας, ἵνα διαστείλῃ τὸν οὐράνιον ἀπὸ τοῦ χαμᾶθεν, τὸν ἀγέννητον ἀπὸ τοῦ γεννητοῦ, τοῦ νεωτέρου μὲν οὐρανοῦ καὶ γῆς, νεωτέρου δὲ Κρητῶν, οἳ ἐξέκλεψαν αὐτὸν, μὴ ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρός.

24. Τί δαὶ (29) δεῖ, πρὸς ὑμᾶς πάντα λόγον κεκινηκότας, ἢ ποιητῶν μνημονεύειν, ἢ καὶ ἑτέρας δόξας ἐξετάζειν; τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχοντι· Εἰ καὶ μὴ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι ἕνα μὲν εἶναι ἐπεγίνωσκον Θεὸν, περὶ δὲ τούτων οἱ μὲν ὡς περὶ δαιμόνων, οἱ δὲ ὡς περὶ ὕλης, οἱ δὲ ὡς περὶ ἀνθρώπων γενομένων ἐφρόνουν, ἡμεῖς τε ἂν εἰκότως ξενηλατούμεθα (30), διαιρετικῷ λόγῳ καὶ περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης καὶ περὶ τῆς τούτων αὐτῶν οὐσίας κεχρημένοι. Ὡς γὰρ Θεόν φαμεν, καὶ Υἱὸν τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ Πνεῦμα (31) ἅγιον, ἑνούμενα μὲν κατὰ δύναμιν (32), τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν, τὸ Πνεῦμα, ὅτι Νοῦς, Λόγος, Σοφία, Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀπόῤῥοια, ὡς φῶς ἀπὸ πυρὸς, τὸ Πνεῦμα· οὕτως καὶ ἑτέρας εἶναι δυνάμεις κατειλήμμεθα περὶ τὴν ὕλην ἐχούσας καὶ δι' αὐτῆς (33)· μίαν μὲν τὴν ἀντίθεον· οὐχ ὅτι ἀντιδοξοῦν τι ἐστι τῷ Θεῷ, ὡς τῇ φιλίᾳ τὸ νεῖκος, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, καὶ τῇ ἡμέρᾳ νὺξ, κατὰ τὰ φαινόμενα (ἐπεὶ, κἂν εἰ ἀνθειστήκει τι τῷ Θεῷ, ἐπαύσατο τοῦ εἶναι, λυθείσης αὐτοῦ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ ἰσχύϊ τῆς συστάσεως), ἀλλ' ὅτι τῷ τοῦ Θεοῦ ἀγαθῷ, ὃ κατὰ συμβεβηκός (34) ἐστιν αὐτῷ, καὶ συνυπάρχον, ὡς χρόα σώματι, οὗ ἄνευ οὐκ ἔστιν (οὐχ ὡς μέρους ὄντος, ἀλλ' ὡς κατ' ἀνάγκην συνόντος παρακολουθήματος ἠνωμένου καὶ συγκεχρωσμένου (35), ὡς τῷ πυρὶ ξανθῷ εἶναι, καὶ τῷ αἰθέρι κυανῷ), ἐναντίον ἐστὶ τὸ περὶ τὴν ὕλην ἔχον πνεῦμα, γενόμενον μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθὸ οἱ λοιποὶ ὑπ' αὐ-

A Dei proprio, sed ad perspicuitatem, quia de Deo apud omnes pro viribus disseri non potest, usus est vocabulo, addito magni nomine, ut cœlestem a terrestri, ingenitum secerneret a genito, qui cœlo et 302 terra posterior est, ac ipsis etiam Cretensibus posterior, a quibus subreptus est ne occideretur a patre.

24. *De angelis et gigantibus.* — Sed quid necesse est apud vos, qui in omni doctrina versati estis, aut poetarum meminisse, aut alias sententias exquirere, cum paucis ita possim dicere: Si philosophi et poetæ unum quidem Deum esse non agnoscerent, nec de istis diis ita sentirent, ut eos alii dæmones esse, alii materiam, alii homines fuissé dicant; non deesset causa cur exagitaremur, qui Deum et materiam, ac utriusque naturas discernimus. Quemadmodum enim Deum dicimus et Filium ipsius, et Spiritum sanctum, unitos secundum virtutem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, quia mens, verbum et sapientia Filius Patris, effluvium autem, ut lumen ab igne, Spiritus: sic alias esse potestates accepimus, quæ circa materiam et ope materiæ principatum exercent. Unam quidem Deo inimicam, non quod Deo quidquam adversetur, ut amicitiæ discordia secundum Empedoclem, nox diei, ut oculis cernimus (si quid enim Deo adversaretur, esse desiisset, Dei potentia et vi dissolutum); sed quia Dei bono, quod ei adjunctum est, et ei coexsistit, ut color corpori, quo sine non exsistit (non quod pars illius sit, sed ut necessario coexsistens proprietas, eique insita et penitus infixa, ut igni color fulvus, ætheri cæruleus); Dei bono, inquam, contrarius est ille circa materiam spiritus, a Deo, ut cæteri angeli, factus, ac materiæ ejusque specierum admini-

(28) *Κατὰ δύναμιν.* Immerito has voces expungit Gesnerus, nisi addatur ἀνθρωπίνην. Neque Gesnerus hunc locum intellexit, quem ita reddit: *Deum enim summum illum in vulgus efferre, homini possibile non est;* neque ipse Oxoniensis editor, qui sic emendat: *Quod fieri non possit, ut pro potentia Deum vulgo pateſaciamus.* Non viderunt eruditi viri Athenagoram non suis verbis loqui, sed Platonis, qui difficultatem Dei apud omnes prædicandi, non ex Dei majestate infinita, non ex prædicantis imbecillitate repetit, sed ex malo audientium affectu, quos læderet ejusmodi prædicatio. Unde Athenagoras impossibile esse statuit ex Platonis sententia, id est valde periculosum, apud omnes Deum pro viribus prædicare, seu quod idem est, in vulgus efferre quidquid de Deo mens acutior investigaverit. Respicit igitur ad hæc verba Platonis, supra citata n. 6: Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.

(29) *Τί δαί.* Reg. 2 et tres Anglicani τί δέ. Quod sequitur ad ipsum referri posset in hunc modum: *Quid attinet apud vos, omne doctrinæ genus scrutando aut poetarum meminisse,* etc. Illud κεκινηκότας affine est, ut observat Gesnerus, proverbio, *Omnem lapidem movere,* satisque convenit homini argumenta undique exquirenti ad causæ defensionem. Ita hunc locum intellexit Suffridus, unde etiam paulo post legit εἰπεῖν ἔχοντας.

(30) *Ξενηλατούμεθα.* Legendum ξενηλατοίμεθα vel ἐξενηλατούμεθα monet Stephanus. Quanquam ei magis placet ut legatur: Εἰ καὶ ποιηταὶ... ἀνεικότως ξενηλατούμεθα.

(31) *Πνεῦμα.* Tres Anglic. ἅγιον Πνεῦμα.

(32) *Κατὰ δύναμιν.* Frustra Gesnerus legere mallet τρία μὲν κατὰ δύναμιν, ἑνούμενα δὲ κατ' οὐσίαν. Δύναμις hoc loco idem est ac οὐσία *et divinitas.*

(33) *Καὶ δι' αὐτῆς.* Valde mihi displicent hæc verba, quæ commodum sensum non videntur assequi posse, sive cum Gesnero reddamus, *quæ vel circa materiam vel intra eam versantur,* sive cum Lango, *circa materiam versantes et per eam consistentes.* Sed si pro ἐχούσας legamus ἀρχούσας, quæ quidem levissima est immutatio, paucis verbis expressam habebimus totam Athenagoræ de angelis sententiam, quos et materiæ præfectos fuisse, et quidquid juvant aut nocent per materiam id præstare mox docebit. Ita interpretari coactus sum, cum aliter commodam sententiam elicere non possem.

(34) *Κατὰ συμβεβηκός.* Sic etiam supra n. 23, τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ. Quæ quidem loquendi ratio interdum significat accidens; unde Clemens *Strom.* v, p. 587: Deus μήτε συμβεβηκός τι, μηδὲ ᾧ συμβέβηκέ τι, *neque est accidens, neque ei quidquam accidit.* Sed tamen eadem voce interdum ea, quæ alicui rei necessario conveniunt, sive attributa significantur, velut cum ait Eusebius *Demonstr. evangel.* lib. IV, p. 148: Ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον. *Splendor non ex luminis proposito et voluntate splendet, sed secundum quiddam, quod essentiæ inseparabiliter convenit.* Ambigua videri non debet Athenagoræ sententia, cum diserte declaret hac voce ea significari, quæ nec pars Dei esse possunt, nec ab eo separari.

(35) *Συγκεχρωσμένου.* Reg., I συγκεχραμένου.

Digitized by Google

strationi præfectus. Hoc enim consilio angelos Deus creavit, rebus scilicet a se creatis providens, ita ut universam quidem Deus et generalem omnium procurationem gereret, eam autem, quæ partes attingit, instituti ad hoc munus angeli sustinerent. Quemadmodum autem in hominibus, qui liberam habent eligendæ virtutis aut vitii optionem (neque enim præmiis bonos, suppliciis improbos afficeretis, si penes illos situm non esset vitium et virtus; atque alii quidem in his, quæ a vobis committuntur, probi, alii autem infideles reperiuntur); sic etiam in angelis se res habet. Alii enim, liberi scilicet, **303** quales a Deo facti fuerant, in his permanserunt, quorum causa creati a Deo fuerant, quæque illis commiserat Deus; alii vero et naturæ substantia et munere sibi commisso abusi sunt, iste videlicet materiæ ejusque specierum princeps, et alii circa primum hoc firmamentum constituti (scitis autem nihil nos sine testibus dicere, sed quæ a prophetis prædicata sunt, exponere); isti quidem in virginum cupiditatem lapsi et carnis amore superati; ille autem in rerum sibi commissarum administratione negligens et improbus. Ex his igitur virginum amatoribus nati sunt ii, qui vocantur gigantes; de quibus, si qua ex parte ipsi quoque poetæ locuti sunt, ne miremini; cum divina sapientia tantum distet a mundana, quantum verum a probabili, atque hæc quidem cœlestis, ista vero terrena sit. Nam secundum materiæ principem

Scimus falsa loqui non pauca simillima veris.

25. ***Dæmones et mali angeli in causa exstitere cur nonnulli Providentiam negarent.*** — Hi igitur angeli, qui de cœlo lapsi circa aerem et terram versantur, nec jam supra cœlum evehi possunt, tum etiam gigantum animæ, qui errabundi sunt circa mundum dæmones, motiones excitant, isti quidem, nempe

(36) *Τοῦτο γάρ.* Gesnerus præmittendum putat διά.

(37) *Πρόνοιαν.* Hic addendum ἔχοι aut aliquod simile verbum, ut monet Gesnerus. Generalis illa providentia, quam Deo tribuit Athenagoras, non sic accipienda est, quasi rebus particularibus ita præficiat legatos suos, ut nullam ipse illarum procurationem gerat. Tam stulta opinio non potest affingi Athenagoræ, qui infra lib. *De resur.* n. 18, pronuntiat *nihil neque in cœlo, neque in terra a gubernatione et providentia Dei destitui, sed ad omnia, sive non videantur, sive videantur, sive parva sint, sive magna, pervenire Creatoris sollicitudinem.* Quare providentia illa generalis in eo posita, quod, cum angeli, pro naturæ suæ conditione, paucis tantum rebus providere possint, Deus omnia prorsus regat et gubernet. Unde illam providentiam Athenagoras παντελικήν et γενικήν vocat. Methodius apud Photium cod. 234, ita hunc locum Athenagoræ citat, ut eum non modo de providentia Dei non detrahere existimaverit, sed etiam idoneum ad Dei dominatum astruendum judicaverit. Sic enim habet : Τούτων γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γεγονέναι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις, ἵνα, τὴν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν, ᾖ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς ἀνηρτημένος.

(38) *Τὴν δὲ ἐπὶ μέρους.* Sine causa Gesnerus le-

A τοῦ γεγόνασιν ἄγγελοι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι πιστευσάμενον διοίκησιν. Τοῦτο γὰρ (36) ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γέγονε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις, ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς τῶν ὅλων πρόνοιαν (37), τὴν δὲ ἐπὶ μέρους (38), οἱ ἐπ' αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι. Ὡς δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, αὐθαίρετον καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν ἐχόντων (ἐπεὶ οὐκ ἂν οὔτ' ἐτιμᾶτε τοὺς ἀγαθοὺς, οὔτ' ἐκολάζετε τοὺς πονηροὺς, εἰ μὴ ἐπ' αὐτοῖς ἦν καὶ ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετή· καὶ οἱ μὲν σπουδαῖοι περὶ ἃ πιστεύονται ὑφ' ὑμῶν, οἱ δὲ ἄπιστοι εὑρίσκονται), καὶ τὸ κατὰ τοὺς ἀγγέλους ἐν ὁμοίῳ καθέστηκεν. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι αὐθαίρετοι δή, οἷοι γεγόνασιν (39) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔμειναν, ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐποίησεν καὶ διέταξεν ὁ Θεός· οἱ δὲ ἐνύβρισαν καὶ τῇ τῆς οὐσίας ὑποστάσει καὶ τῇ ἀρχῇ· οὗτός τε ὁ τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ εἰδῶν ἄρχων, καὶ ἕτεροι τῶν (40) περὶ τὸ πρῶτον τοῦτο στερέωμα (ἵστε δὲ μηδὲν ἡμᾶς ἀμάρτυρον λέγειν, ἃ δὲ τοῖς προφήταις ἐκπεφώνηται, μηνύειν)· ἐκεῖνοι μὲν, εἰς ἐπιθυμίαν πεσόντες παρθένων, καὶ ἥττους σαρκὸς εὑρεθέντες· οὗτος δὲ, ἀμελήσας, καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων γενόμενος διοίκησιν. Ἐκ μὲν οὖν τῶν περὶ τὰς παρθένους ἐχόντων, οἱ καλούμενοι ἐγεννήθησαν γίγαντες. Εἰ δέ τις ἐκ μέρους εἴρηται περὶ τῶν γιγάντων καὶ ποιηταῖς λόγος, μὴ θαυμάσητε, τῆς κοσμικῆς σοφίας, καὶ θεολογικῆς (41), ὅσον ἀλήθεια πιθανοῦ διαφέρει, διαλλαττουσῶν, καὶ τῆς μὲν οὔσης ἐπουρανίου, τῆς δὲ ἐπιγείου. Καὶ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ὕλης

B

C *Ἴσμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοια.*

25. Οὗτοι τοίνυν οἱ ἄγγελοι οἱ ἐκπεσόντες τῶν οὐρανῶν, περὶ τὸν ἀέρα ἔχοντες καὶ τὴν γῆν, οὐκέτι εἰς τὰ ὑπερουράνια ὑπερκύψαι δυνάμενοι· καὶ αἱ τῶν γιγάντων ψυχαὶ, οἱ περὶ τὸν κόσμον εἰσὶ πλανώμενοι δαίμονες, ὁμοίας (42) κινήσεις οἱ μὲν αἷς ἔλαβον συστάσεσιν οἱ δαίμονες (43), οἱ δὲ αἷς ἔσχον ἐπι-

gendum putat τὴν δὲ τῶν ἐπὶ μέρους.

(39) *Οἷοι γεγόνασιν.* Uterque Reg. et duo Angl. γεγόνασιν οἷοι. Methodius hæc describendo partim ipsa verba immutat, partim ipsam sententiam, aut saltem liberius interpretatur. Ait enim diabolum invidia in hominem concepta peccasse, ac deinde cæteros mulierum amore captos fuisse : καὶ οἱ μὲν λοιποὶ ἐφ' ὧν αὐτὸς ἐποίησε καὶ διετάξατο ὁ Θεὸς ἔμειναν· αὐτὸς δὲ ἐνύβρισε καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο διοίκησιν, φθόνον ἐγκισσήσας καθ' ἡμῶν· ὥσπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν ἐρασθέντες καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς φιλοτησίαν ὁμιλήσαντες θυγατράσιν.

(40) *Ἕτεροι τῶν.* Deest articulus in Regio primo. Tres Anglicani, ἕτεροι τοῦ.

(41) *Καὶ θεολογικῆς.* Hæc ad contextus emendationem addidit Oxoniensis editor, ex tribus desumpta codicibus. Reperiuntur etiam ad marginem in Regio secundo.

(42) *Ὁμοίας... ποιούμενοι.* Hæc desunt in Clarom. et duobus Anglicanis.

(43) *Οἱ δαίμονες.* Legitur γίγαντες in codice Suffridi, quæ scriptura immerito ei probatur ac Gesnero. Nam gigantes Athenagoras eosdem esse ac dæmones declarat ; in quo quidem facile conciliatur cum Justino, qui in *Apol.* II, n. 5, dæmones ex angelorum cum mulieribus consuetudine genitos fuisse testatur.

Digitized by Google

θυμίαις οἱ ἄγγελοι, ποιούμενοι. Ὁ δὲ τῆς ὕλης ἄρχων, ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν τῶν γινομένων ἰδεῖν, ἐναντία τῷ ἀγαθῷ τοῦ Θεοῦ ἐπιτροπεύει καὶ διοικεῖ·

A dæmones, naturæ et constitutioni quam acceperunt; hi autem, scilicet angeli, cupiditatibus, quas sensere, congruentes. Materiæ autem princeps, ut ex ipsis rebus, quæ eveniunt, cernere est, contrariam Dei bono administrationem et procurationem exercet.

Πολλάκι (44) *μοι πραπίδων διῆλθε ϕροντὶς*
Εἴτε τύχα, εἴτε δαίμων τὰ βιότια κραίνει·
Παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν
Τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων δ' ἀναπίπτοντας
Ἄτερ βίου, τοὺς δὲ εὐτυχοῦντας ἄγει.

Incerta sæpe cura mentem agitat meam,
Casus gubernet, an Deus mortalia.
Spem nempe præter, jusque præter, hos quidem
Domo excidentes, omnibus nudos bonis :
Illos fruentes rebus usque prosperis.

Τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἐν ἀφασίᾳ τὸν Εὐριπίδην ἐποίησε, τίνος ἡ τοιαύτη τῶν περιγείων διοίκησις, ἐν ᾗ εἴποι τις ἄν·

Hi præter spem et præter æquum prosperi aut adversi successus eo redegerant Euripidem, ut eloqui non posset cuinam ascribenda sit ejusmodi administratio eorum, quæ circa terram sunt de qua quidem aliquis dixerit :

Πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες (45), *ἢ θεῶν γένος*
Εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;

B

Ergo hæc videntes quomodo deûm genus
Dicamus esse, aut obsequamur legibus ?

Τοῦτο καὶ τὸν Ἀριστοτέλη ἀπρονόητα εἰπεῖν τὰ κατωτέρω τοῦ οὐρανοῦ ἐποίησε, καίτοι τῆς ἀϊδίου ἐπίσης ἡμῖν μενούσης προνοίας τοῦ Θεοῦ·

Id quoque Aristotelem induxit, ut quæ cœlo inferiora sunt, nulla regi providentia diceret, quamvis æterna Dei providentia nobis æquabiliter præstetur,

(*Coacta terra, seu velit, seu non velit,*
Producit herbas, et pecus pascit meum),

(Ἡ γῆ δ' ἀνάγκη κἂν θέλῃ, κἂν μὴ θέλῃ
Φύουσα ποίαν (46) *τἀμὰ πιαίνει βοτά·)*

τῆς δ' ἐπὶ μέρους πρὸς ἀλήθειαν οὐ πρὸς δόξαν χωρούσης ἐπὶ τοὺς ἀξίους, καὶ τῶν λοιπῶν κατὰ τὸ κοινὸν συστάσεως νόμῳ (47) λόγου προνοουμένων. Ἀλλ' ἐπεὶ αἱ ἀπὸ τούναντίου πνεύματος δαιμονικαὶ κινήσεις καὶ ἐνέργειαι τὰς ἀτάκτους ταύτας ἐπιφορὰς παρέχουσιν, ἤδη καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄλλον ἄλλως καὶ καθ' ἕνα καὶ κατὰ ἔθνη, μερικῶς καὶ κοινῶς κατὰ τὸν τῆς ὕλης λόγον καὶ τῆς πρὸς τὰ θεῖα συμπαθείας, ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν κινοῦσαι· διὰ τοῦτό τινες, ὧν δόξαι οὐ μικραὶ, ἐνόμισαν οὐ τάξει τινὶ τὸ πᾶν τοῦτο συνεστάναι, ἀλλ' ἀλόγῳ τύχῃ ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι· οὐκ εἰδότες, ὅτι τῶν μὲν περὶ τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σύστασιν οὐδὲν ἄτακτον οὐδὲ ἀπημελημένον, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν γεγονὸς λόγῳ· διὸ οὐδὲ τὴν ὡρισμένην ἐπ' αὐτοῖς παραβαίνουσι τάξιν· ὁ δὲ ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὸν πεποιηκότα καὶ αὐτὸς εὐτάκτως ἔχει, καὶ τῇ κατὰ τὴν γένεσιν φύσει, καὶ ἕνα καὶ κοινὸν ἐπεχούσῃ λόγον, καὶ τῇ κατὰ τὴν πλάσιν διαθέσει, οὐ παραβαινούσῃ τὸν ἐπ' αὐτῇ νόμον, καὶ τῷ τοῦ βίου τέλει, ἴσῳ καὶ κοινῷ μένοντι· κατὰ δὲ τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ λόγον καὶ τὴν τοῦ ἐπέχοντος (48) ἄρχοντος, καὶ τῶν παρακολουθούντων δαιμόνων ἐνέργειαν, ἄλλος ἄλλως φέρεται καὶ κινεῖται· κοινὸν πάντες τὸν ἐν αὐτοῖς ἔχοντες λογισμόν.

Id quoque Aristotelem induxit, ut quæ cœlo inferiora sunt, nulla regi providentia diceret, quamvis æterna Dei providentia nobis æquabiliter præstetur,

(*Coacta terra, seu velit, seu non velit,*
Producit herbas, et pecus pascit meum),

quæ autem ad singulos pertinet, ad veritatem, non ad opinionem, pro meritis cujusque procedat; cætera autem secundum communem naturæ constitutionem lege rationis gubernentur. Sed quia profectæ a contrario **304** spiritu dæmonicæ motiones et operationes hos impetus inordinatos excitant, ac homines alium aliter, singulos et universos, privatim et communiter, pro ratione materiæ et cognationis cum divinis rebus, intus et exterius movent; propterea nonnulli, quorum non levis existimatio est, nullo ordine hoc universum consistere, sed casu temerario agi et ferri censuerunt. In quo non viderunt ex iis quidem, quæ ad totius mundi constitutionem attinent, nihil inordinatum esse aut neglectum, sed unumquodque ratione fieri, unde nec præscriptum sibi ordinem transgrediuntur; hominem autem, quantum ad eum, a quo factus est, spectat, tum generationis natura, quæ unam et communem rationem retinet, tum corporis, quod formatur, dispositione, quæ convenientem ipsi legem non transgreditur, tum vitæ exitu, qui par et communis manet, ordinate se habere; at secundum propriam ipsius rationem, et dominantis principis, et assectantium dæmonum operationem variis modis ferri et moveri, quamvis communis insit omnibus ratiocinandi facultas.

C

D

26. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὰ εἴδωλα αὐτοὺς ἕλκοντες, οἱ δαίμονές εἰσιν οἱ προειρημένοι, οἱ προστετηκότες

26. *Dæmones ad simulacra homines trahunt.* — Qui autem eos ad simulacra trahunt, ii sunt, quos

(44) *Πολλάκι.* Hos versus, qui inter *Incert. Tragœd.* Euripidis reperiuntur, ita edidimus, ut habentur in editione Oxon. Athenagoræ et Cantabrig. Euripidis. Pro ultima voce ἄγει legendum videtur ἀεί, ita ut hæ voces τοὺς μὲν, τοὺς δέ referantur ad κραίνει. Mox legendum videtur τίνος ἦ.

(45) *Εἰσορῶντες.* Reg. 1 et 2, Anglic. εἰσορῶντας. Mox Reg. 2, εἰ νόμοισι. Sunt etiam hi versus ex *Incert. Tragœd.* Euripidis.

(46) *Ποίαν.* Editi φύουσαν οἶαν, excepto Ducæo qui habet φύουσα πόαν. Euripides in *Cyclope*, ut observat editor Oxoniensis, τίκτουσα ποίαν. Legendum videtur ἀνάγκη.

(47) *Τὸ κοινὸν... νόμῳ.* Sic uterque Reg. et Clarom. et tres Anglic. Editi τὸν κοινὸν συστάσεως νόμον.

(48) *Ἐπέχοντος.* Duo Anglic. ἀπέχοντος. Ibidem deest ἄρχοντος in Clarom. Mox vox ἄλλος desumpta ex editione Oxoniensi cum deesset in Parisiensibus.

Digitized by Google

jam diximus, dæmones, victimarum sanguini affixi, easque lambentes. Dii autem illi, qui multis placent, quorumque nomina statuis imponuntur, homines, ut cernere est ex eorum historia, fuerunt. Ac dæmones quidem in hæc nomina invadere, argumento est cujusque illorum operatio. Alii enim virilia exsecant, ut Rhea; alii vulnerant aut incidunt, ut Diana; Taurica etiam hospites necat. Eos enim, qui se ipsi cultris et flagellis dilacerant, et quot sint dæmonum species prætermitto. Neque enim Dei est ad ea quæ sunt contra naturam impellere.

Dæmon mali quid si paret mortalibus,
Mens primum ab illo læditur.

Deus autem cum perfecte bonus sit, perpetuo beneficus est. Alios igitur esse qui operentur, alios quibus erigantur statuæ, maximo sunt documento Troas et Parium; quarum civitatum altera statuas habet Neryllini, qui nostra vixit ætate, Parium autem Alexandri et Protei. Alexandri adhuc in foro sepulcrum et simulacrum est. Ac cæteræ quidem statuæ Neryllini publicum ornamentum sunt (si tamen his civitas ornatur), una autem ex illis oracula edere et ægros sanare existimatur: ac propterea sacra faciunt et auro illinunt et coronant statuam Troadenses. Quod autem ad Alexandri et Protei statuas spectat (hunc autem non ignoratis seipsum in ignem circa Olympiam injecisse), hujus etiam statua oracula dicitur edere; Alexandri autem statuæ

(*Infelix Paris forma pulcherrime, in mulieres insaniens*)

sacrificia publicis sumptibus et dies festi, tanquam exaudienti Deo, peraguntur. Utrum igitur Neryllinus et Proteus et Alexander hæc circa statuas operantur, an ipsa materiæ natura? **305** At materia æs est. Quid autem æs per se potest, quod rursus aliam in formam diffingere licet, velut pelvim ille apud Herodotum Amasis? Neryllinus autem et Proteus et Alexander quid amplius ægrotantibus afferre possunt? Nam quæ nunc statua operari dicitur, ea vivente et ægrotante Neryllino operabatur.

27. *Dæmonum artificia ut sanare videantur.* — Quid igitur dicendum? Primum animæ a ratione alieni et phantastici circa opiniones motus, nunc has, nunc illas imagines partim ex materia trahunt, partim sibi ipsi effingunt et pariunt. Id autem anima tum maxime patitur, cum materiæ spiritum sibi asciscit, eique commiscetur, non cœlestia et eorum opificem considerans, sed deorsum ac terrestria, atque ad terram, ut sanguis tantum et caro, non jam purus

τῷ ἀπὸ τῶν ἱερείων αἵματι, καὶ ταῦτα περιλιχμώμενοι· οἱ δὲ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες θεοί, καὶ ταῖς εἰκόσιν ἐπονομαζόμενοι, ὡς ἔστιν ἐκ τῆς κατ' αὐτοὺς ἱστορίας εἰδέναι, ἄνθρωποι γεγόνασιν. Καὶ τοὺς μὲν δαίμονας εἶναι τοὺς ἐπιβατεύοντας τοῖς ὀνόμασι, πίστις ἡ ἑκάστου αὐτῶν ἐνέργεια. Οἱ μὲν γὰρ ἀποτέμνουσι τὰ αἰδοῖα, οἱ περὶ τὴν Ῥέαν· οἱ δὲ ἐγκόπτουσιν ἢ ἐντέμνουσιν, οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν. Καὶ ἡ μὲν ἐν Ταύροις φονεύει τοὺς ξένους. Ἐῶ γὰρ τοὺς ταῖς μαχαίραις καὶ τοῖς ἀστραγάλοις αἰκιζομένους αὐτοὺς λέγειν, καὶ ὅσα εἴδη δαιμόνων. Οὐ γὰρ Θεοῦ κινεῖν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν.

Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακὰ,
Τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον.

Ὁ δὲ Θεὸς, τελείως ἀγαθὸς ὤν, ἀϊδίως ἀγαθοποιός ἐστιν. Τοῦ τοίνυν ἄλλους μὲν εἶναι τοὺς ἐνεργοῦντας, ἐφ' ἑτέρων (49) δὲ ἀνίστασθαι τὰς εἰκόνας, ἐκεῖνο μέγιστον τεκμήριον, Τρωὰς καὶ Πάριον· ἡ μὲν, Νερυλλίνου (50) εἰκόνας ἔχει, ὃς ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς· τὸ δὲ Πάριον, Ἀλεξάνδρου καὶ Πρωτέως. Τοῦ Ἀλεξάνδρου ἔτι ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ ὁ τάφος καὶ ἡ εἰκών. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀνδριάντες τοῦ Νερυλλίνου, κόσμημά εἰσι δημόσιον (εἴπερ καὶ τούτοις κοσμεῖται πόλις), εἷς δὲ αὐτῶν καὶ χρηματίζειν καὶ ἰᾶσθαι νοσοῦντας νομίζεται· καὶ θύουσί τε δι' αὐτὰ (51), καὶ χρυσῷ περιαλείφουσι, καὶ στεφανοῦσι τὸν ἀνδριάντα (52) οἱ Τρωαδεῖς. Ὁ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ ὁ τοῦ Πρωτέως (τοῦτον δ' οὐκ ἀγνοεῖτε ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν), ὁ μὲν καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν· τῷ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου

(*Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανές*)

δημοτελεῖς ἄγονται θυσίαι καὶ ἑορταὶ, ὡς ἐπηκόῳ Θεῷ. Πότερον οὖν ὁ Νερυλλῖνος καὶ ὁ Πρωτεὺς καὶ ὁ Ἀλέξανδρός εἰσιν οἱ ταῦτα ἐνεργοῦντες περὶ τὰ ἀγάλματα, ἢ τῆς ὕλης ἡ σύστασις; ἀλλ' ἡ μὲν ὕλη, χαλκός ἐστιν· τί δαὶ (53) χαλκὸς δύναται καθ' αὐτόν; ὃν μεταποιῆσαι πάλιν εἰς ἕτερον σχῆμα ἔξεστιν, ὡς τὸν ποδονιπτῆρα ὁ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ Ἄμασις. Ὁ Νερυλλῖνος καὶ ὁ Πρωτεὺς καὶ ὁ Ἀλέξανδρος, τί πλέον τοῖς νοσοῦσιν; ἃ γὰρ ἡ εἰκὼν λέγεται νῦν ἐνεργεῖν, ἐνεργεῖ καὶ ζῶντος (54) καὶ νοσοῦντος Νερυλλίνου.

27. Τί οὖν; Πρῶτα μὲν αἱ τῆς ψυχῆς ἄλογοι καὶ ἐνδαλματώδεις περὶ τὰς δόξας κινήσεις, ἄλλοτε ἄλλα εἴδωλα, τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ὕλης ἕλκουσι, τὰ δὲ αὐταῖς ἀναπλάττουσι καὶ κυοῦσι. Πάσχει δὲ τοῦτο ψυχὴ μάλιστα τοῦ ὑλικοῦ προσλαβοῦσα καὶ ἐπισυγκραθεῖσα πνεύματος, οὐ πρὸς τὰ οὐράνια καὶ τὸν τούτων ποιητὴν, ἀλλὰ κάτω πρὸς τὰ ἐπίγεια βλέπουσα, καθολικῶς εἰς γῆν (55), ὡς μόνον αἷμα καὶ σὰρξ, οὐκέτι πνεῦμα καθαρὸν γιγνομένη. Αἱ οὖν ἄλογοι αὗται καὶ

(49) *Ἐφ' ἑτέρων.* Mallet Gesnerus ἐφ' ἑτέροις. Ibidem unus ex Anglic. αὐτοὺς μὲν εἶναι.

(50) *Νερυλλίνου.* Nonnulli codices Νερυλλίν et ad marg. Νερυλλίνης.

(51) *Δι' αὐτά.* Editor Oxoniensis legit δι' αὐτόν.

(52) *Ἀνδριάντα.* Duo Anglicani codices ἄνδρα.

(53) *Τί δαί.* Reg. 2 et duo Anglicani τί δέ. Mox fidem codices cum alio Anglic. καθ' ἑαυτόν.

(54) *Ἐνεργεῖ καὶ ζῶντος.* Legendum ἐνήργει.

Mortuus enim erat Neryllinus, cum hæc scriberet Athenagoras, quamvis non multo ante mortuus, ut patet ex superioribus verbis: Ὃς ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς. Illud etiam vũv, *quæ nunc efficere statua dicitur*, probat legendum esse ἐνήργει, ita ut his, quæ tunc statua efficere dicebatur, ea opponantur, quæ ipso vivente et ægrotante Neryllino, effecerat.

(55) *Εἰς γῆν.* Mallet Oxon. editor καὶ εἰς γῆν. Malim καθελκομένη εἰς γῆν.

Digitized by Google

ἐνδαλματώδεις τῆς ψυχῆς κινήσεις εἰδωλομανεῖς ἀποτίκτουσι φαντασίας. Ὅταν δὲ ἀπαλὴ καὶ εὐάγωγος ψυχὴ, ἀνήκοος μὲν καὶ ἄπειρος λόγων ἐρρωμένων, ἀθεώρητος δὲ τοῦ ἀληθοῦς, ἀπερινόητος δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων, ἐναποσφραγίσηται (56) ψευδεῖς περὶ αὐτῆς (57) δόξας· οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες, λίχνοι περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες, ἀπατηλοὶ δὲ ἀνθρώπων, προσλαβόντες τὰς ψευδοδόξους ταύτας τῶν πολλῶν τῆς ψυχῆς κινήσεις, φαντασίας αὐτοῖς (58), ὡς ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ ἀγαλμάτων, ἐπιβατεύοντες αὐτῶν τοῖς νοήμασιν, εἰσρεῖν παρέχουσι· καὶ ὅσα καθ' αὐτὴν, ὡς ἀθάνατος οὖσα, λογικῶς κινεῖται ψυχὴ, ἡ προμηνύουσα τὰ μέλλοντα, ἡ θεραπεύουσα τὰ ἐνεστηκότα, τούτων τὴν δόξαν καρποῦνται οἱ δαίμονες.

A spiritus, depressa. Illæ igitur a ratione alienæ et phantasticæ animi motiones visa pariunt simulacrorum insaniæ congruentia. Quando autem tenera et flexilis anima, ac robustioris doctrinæ jejuna et inexperta, et veritatis contemplandæ ac Patris et opificis universorum considerandi insolens, impressa et inusta fuerit falsis de se opinionibus; tum dæmones, qui circa materiam versantur, et nidores ac victimarum sanguinem liguriunt, hominesque in fraudem inducunt, adhibitis in auxilium hisce motibus, qui vulgi animos ad falsas opiniones inclinant, perficiunt, eorum mentes invadendo, ut tanquam ex statuis et simulacris, visa ad eos inania effluant; ac quoties per se ipsa, ut pote immortalis, accommodate ad rationem anima movetur, sive futura prædicens, sive curans præsentia, horum gloriam dæmones percipiunt.

B

28. Ἀναγκαῖον δὲ ἴσως, κατὰ τὰ προειρημένα, περὶ τῶν ὀνομάτων ὀλίγα εἰπεῖν. Ἡρόδοτος μὲν οὖν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου ἐν τῇ πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ (ἑκάτεροι δὲ ἐν τῇ Ἡλιουπόλει, καὶ Μέμφι (59) καὶ Θήβαις, εἰς λόγους τοῖς ἱερεῦσιν ἀφῖχθαι λέγονται), φασὶ παρ' ἐκείνων ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι, μαθεῖν. Ἡρόδοτος μέν· *Ἤδη ὧν τῶν αἱ εἰκόνες ἦσαν, τοιούτους ἀπεδείκνυσάν σφεας αὐτοὺς* (60) *ἐόντας, θεῶν δὲ πολλὸν ἀπηλλαγμένους. Τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων, θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας, οὐκ ἐόντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι· καὶ τούτων ἀεὶ ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι· ὕστερον* (61) *δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὧρον τὸν Ὀσίρεος* (62) *παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι. Τοῦτον καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου. Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος καθ' Ἑλλάδα γλῶσσαν.* Οἵ τε οὖν ἄλλοι, καὶ τελευταῖος βασιλεὺς Αἰγύπτου (παρὰ δὲ τούτων εἰς Ἕλληνας ἦλθε τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν) Ἀπόλλων ὁ Διονύσου καὶ Ἶσις (ὡς ὁ αὐτὸς Ἡρόδοτος λέγει· *Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν Διονύσου*

28. *Deos homines fuisse probatur ex Herodoto.* — Necesse est autem de nominibus, ut antea promisimus, pauca dicere. Herodotus igitur et Alexander Philippi in epistola ad matrem (uterque autem sacerdotibus Heliopoli et Memphi et Thebis in sermonem venisse fertur) accepisse se ab illis dicunt eos homines fuisse. Herodotus quidem sic loquitur: *Quorum igitur erant imagines, tales eos demonstrabant fuisse, a diis autem longe distantes. Sed ante hos homines, deos in Ægypto regnasse, nec cum istis hominibus fuisse, ac semper ex illis unum aliquem imperasse; postremum autem illic regnasse Orum Osiridis filium, quem Græci Apollinem vocant. Hunc, cum Typhonem* 306 *dejecisset, postremum in Ægypto regnasse. Osiris autem lingua Græca Bacchus est.* Cum alios igitur Ægyptiorum reges, tum horum postremum (ab istis autem ad Græcos deorum nomina pervenerunt) Apollinem Dionysii et Isidis filium (ut idem scribit Herodotus: *Apollinem autem et Dianam ferunt Dionysii et Isidis filios fuisse, ac Latonam nutricem illis et servatricem fuisse*), hos, in-

C

(56) *Ἐναποσφραγίσηται.* Tres Anglicani codices προσφραγίσεται.

(57) *Περὶ αὐτῆς.* Duo Anglic. περὶ αὐτῶν.

(58) *Φαντασίας αὐτοῖς.* Fraudem dæmonum eodem modo exponunt alii scriptores. Δι' ὀνείρων, ait Tatianus n. 18, τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, *per somnia illis opinionem de se injiciunt.* Tertullianus, *Apol.* 22: *Eadem igitur obscuritate contagionis*, inquit, *aspiratio dæmonum et angelorum, mentis quoque corruptelas agit furoribus, et amentiis fœdis, ac sævis libidinibus, cum erroribus variis, quorum iste potissimus, quo deos istos captis et circumscriptis hominum mentibus commendat.* Quod ait Eusebius lib. v *Præp. evang.*, cap. 2: *Stolidos et faciles animos a dæmonibus in errorem induci nescio quibus simulacrorum motibus*, κινήσεσί τισι τῶν ξοάνων, id explicandum videtur ex verbis Athenagoræ. Illi enim simulacrorum motus aliud esse nihil videntur, quam phantasiæ illæ, quas tanquam a simulacris dæmones immittunt in animos infirmos. Similia docent Minucius Felix cap. 27 et Cyprianus qui illius verbis utitur pro suis in libro *De Vanit. idol.*, et Lactantius lib. II, cap. 14. Quidquid autem hoc loco dicitur ab Athenagora, promissa explicatio est illorum effectuum, quos n. 23, sub nomine simulacrorum edi fatebatur. Huc autem redit tota illius disputatio: statuæ nihil possunt sua sponte; Neryllinus et Proteus et Alexander nihilo efficaciores; inani ergo specie dæmones hominibus illudunt. Tatianus n. 18, Justini auctoritate fretus, negat dæmones sanare: Minucius et Cyprianus eo redigunt dæmonum molitiones, *ut curasse videantur. Nihil aliud possunt quam nocere*, inquit Lactantius lib. II, cap. 15. Ex his autem asseverare possumus nullam prorsus fidem apud primos Christianos habuisse Cornelium Tacitum, dum narrat *Hist.* lib. IV, Alexandriæ hominem cæcum et alium manu ægrum, monitu Serapidis, ad Vespasianum confugisse, ac petente altero, *ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento*; altero, *ut vestigio Cæsaris calcaretur*, imperatorem Serapidi peruisse ac statim utrumque sanatum. Mox Gesnerus legit ὀνόμασι pro νοήμασι. At Tertullianus modo citatus ita hunc locum imitatur, ut legisse videatur νοήμασι.

D

(59) *Μέμφι.* Sic plerique codices mss. editiones Paris. Μέμφει.

(60) *Αὐτούς.* Pro hac voce legitur πάντας apud Herodotum, lib. II, cap. 144.

(61) *Ὕστερον.* Herodot. ὕστατον.

(62) *Ὀσίρεως.* Herodot. Ὀσίριος.

Digitized by Google

quam, quos cœlesti ortos origine primos reges habuerunt, partim veræ erga Deum religionis ignoratione, partim grato in imperium animo deos cum uxoribus existimarunt. *Ac boves quidem mundos et mares Ægyptii omnes immolant et vitulos; feminas autem nefas illis immolare, sed sacræ sunt Isidi, cujus simulacrum muliebri forma est ac bubulis cornibus, quemadmodum Io Græci effingunt.* Quinam autem hæc dicendo fidem potius obtineant, quam ii qui secundum generis successionem filius a patre, ut sacerdotium, ita et historiam acceperunt? Neque enim ædituos, qui simulacra perhonorifice commendant, verisimile est mentitos fuisse, cum eos homines fuisse dicerent. Quod si solus Herodotus deos Ægyptiorum historiis tanquam homines perhiberi diceret, etiam Herodoto dicenti : *Quæ autem de diis narrantur, ea non libenter, qualia audivi enuntiaverim, nisi tantum levissima eorum nomina*, ut fabularum scriptori nequaquam esset credendum. Sed quia idem dicunt Alexander et Mercurius qui Trismegistus vocatur, et æterno cum diis genere conjunctus est, et innumeri alii (ne singulos recenseam), nulla jam dubitandi ratio relinquitur, quin, cum reges essent, pro diis habiti fuerint. Eos etiam homines esse demonstrant Ægyptiorum doctissimi, qui cum deos dicant aerem, terram, solem, lunam, cæteros mortales esse homines, ac templa eorum sepulcra esse existimant. Idem docet Apollodorus in libro *De diis*. Quin etiam Herodotus eorum perpessiones mysteria vocat : *In urbe Busiridis festum Isidis ab eis celebrari jam a me dictum est. Verberantur autem post sacrificium singuli et singulæ, plurima hominum millia. Quo autem modo verberentur nefas mihi dicere.* Si dii sunt, immortales sunt. Sin autem verberantur homines ob eorum passiones, eæque sunt mysteria, homines sunt; quemadmodum ipse Herodotus testatur : *Sunt etiam ejus sepulcra, cujus nomen si nuncupavero hac in re, haud sancte fecero, in urbe Sai, in templo Minervæ, post totum delubrum, ejus parieti contigua. Lacus item adjunctus est lapidea basi adornatus, et circumquaque probe elaboratus, magnitu-*

A καὶ Ἴσιδος λέγουσιν εἶναι παῖδας· Ἀητὼ δὲ τροφὸν αὐτοῖς σωτηρίαν (63) γενέσθαι·) οὓς οὐρανίους γεγονότας, πρώτους βασιλέας ἔσχον· πῇ μὲν ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ Θεῖον εὐσεβείας (64), πῇ δὲ χάριτι τῆς ἀρχῆς θεοὺς ὁμοῦ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν ἦγον. Τοὺς μέν νυν καθαροὺς βοῦς τοὺς ἔρσενας, καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι· τὰς δὲ θηλείας (65) οὔ σφιν ἔξεστι θύειν, ἀλλ' ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιδος, τῆς ἀγάλμα ἐὸν γυναικήιον βουκερών ἐστιν, κατάπερ οἱ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν (66) γράφουσι. Τίνες δ' ἂν μᾶλλον ταῦτα πιστευθεῖεν λέγοντες, ἢ οἱ κατὰ διαδοχὴν γένους, παῖς παρὰ πατρὸς, ὡς τὴν ἱερωσύνην, καὶ τὴν ἱστορίαν διαδεχόμενοι; οὐ γὰρ τοὺς σεμνοποιοῦντας ζακόρους τὰ εἴδωλα, εἰκὸς ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι ψεύδεσθαι. B Εἴ τι μὲν οὖν Ἡρόδοτος ἔλεγε, περὶ τῶν θεῶν, ὡς περὶ ἀνθρώπων, ἱστορεῖν Αἰγυπτίους, καὶ λέγοντι τῷ Ἡροδότῳ· Τὰ μέν νυν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων, οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος διηγεῖσθαι, ἔξω ἢ (67) τὰ ὀνόματα αὐτέων μοῦνα ἐλάχιστα· μὴ πιστεύειν ὡς μυθοποιῷ ἔδει· ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρος καὶ Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἐπικαλούμενος, συνάπτων τὸ ἀΐδιον αὐτοῖς γένος (68), καὶ ἄλλοι μυρίοι (ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον καταλέγοιμι (69)), οὐδὲν λόγος ἔτι καταλείπεται, βασιλεῖς ὄντας αὐτοὺς μὴ νενομίσθαι (70) θεούς. Καὶ ὅτι μὲν ἄνθρωποι, δηλοῦσι μὲν καὶ Αἰγυπτίων οἱ λογιώτατοι, οἱ θεοὺς λέγοντες αἰθέρα, γῆν, ἥλιον, σελήνην, τοὺς ἄλλους (71) ἀνθρώπους θνητοὺς νομίζουσι, καὶ ἱερὰ τοὺς τάφους αὐτῶν. Δηλοῖ δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ *Περὶ θεῶν*. Ἡρόδοτος δὲ καὶ τὰ C μαθήματα (72) αὐτῶν φησι μυστήρια. Ἐν δὲ Βουσίρι πόλι, ὡς ἀράγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὀρτὴν, εἰρηται πρότερόν μοι. Τύπτονται γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην πάντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων. Τὸν δὲ τύπτονται τρόπον, οὐ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν. Εἰ θεοὶ, καὶ ἀθάνατοι· εἰ δὲ τύπτονται, καὶ τὰ πάθη ἐστὶν αὐτῶν μυστήρια, ἄνθρωποι· ὡς αὐτὸς Ἡρόδοτος· Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ τοῦ οὐχ ὅσιον ποιεῦμαι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τοὔνομα, ἐν Σάι, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθεν τοῦ νηοῦ παντὸς, τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐχόμεναι τοίχου (73). Λίμνη δ' ἐστὶν

(63) *Σωτηρίαν*. Herodot. lib. II, cap. 156, καὶ σώτειραν.

(64) *Εὐσεβείας*. Reg. 2, Clarom. et duo Angl. θεοσεβείας. Quod autem primos illos reges Ægyptiorum Athenagoras cœlesti ortos dicit origine, id ex Herodoti sententia, nec sine aliqua dicit ironia. Hos enim natos humano more et nutritos et inter homines regnasse probat, ut originem illis non cœlestem, sed terrenam fuisse demonstret.

(65) *Θηλείας*. Herodot. lib. II, cap. 41, θηλέας et mox Ἴσιος, quæ vox eodem modo antea legitur apud eumdem Herodotum. Mox legitur in Clarom. et duobus Anglicanis ἐστὰν ἐν δαμάλης σχήματι ἰδεῖν. Hæc etiam supra lineam scripta in Reg. 2. Præterea Clarom. addit ἔστιν. Melius in 2 Angl. τοὺς μὲν οὖν καθαρούς.

(66) *Ἰοῦν*. Plerique codices Ἰώ aut Ἰῶ.

(67) *Ἔξω ἢ*. Sic emendavi ope ipsius Herodoti contextus lib. II, c. 3, quod in editis nostris legebatur ἐξ ὧν. Legitur etiam apud Herodotum μόνον, et deest ἐλάχιστα.

D (68) *Συνάπτων τὸ ἀΐδιον αὐτοῖς γένος*. Ut antea cœlestem originem, animi causa, diis illis affingebat, ita nunc Mercurium æterno cum illis genere conjunctum dicit. Quare nec cum editore Oxoniensi legendum ἀνθρώπινον pro ἀΐδιον, nec cum Gesnero et Suffrido, συμφωνοῦσι μὴ εἶναι ἀΐδιον αὐτοῖς γένος, sed supplendum tantummodo λέγουσι.

(69) *Καταλέγοιμι*. Tres Anglic. codices λέγοιμι.

(70) *Μὴ νενομίσθαι*. Legit Gesnerus μὴ βασιλεῖς ὄντας αὐτοὺς νενομίσθαι. Sed iniquum prorsus est emendare velle quidquid in antiquis scriptoribus non elegantissimum et ornatissimum videtur.

(71) *Τοὺς ἄλλους*. Clarom. et tres Anglic. : τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἄλλους θνητούς.

(72) *Μαθήματα*. Legendum παθήματα Gesnerus dudum admonuit. Sequens Herodoti locus legitur in eodem lib. II, cap. 61.

(73) *Τοίχου*. Addit Herodotus lib. II, c. 170 : Καὶ ἐν τῷ τεμένει ὀβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι λίθινοι.

Digitized by Google

ἐχομένη λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη ἐν κύκλῳ, μέγεθος, ὡς ἐμοὶ δοκέει, ὅση περ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ Τροχοειδὴς καλεομένη. Ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. Καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδος δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ταριχεῖα· Ἐπεάν σφισι κομισθῇ νεκρὸς, δεικνύασι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα τῶν νεκρῶν ξύλινα τῇ γραφῇ μεμιμημένα· καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων φασὶν εἶναι τοῦ οὐχ ὅσιον ποιεῦμαι οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ὀνομάζειν.

29. Ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων οἱ περὶ ποίησιν καὶ ἱστορίαν σοφοὶ περὶ μὲν Ἡρακλέους·

Σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὅπιν ἠδέσατ' οὐδὲ τράπεζαν,
Τὴν οἱ παρέθηκεν· ἔπειτα δὲ πέφνε καὶ αὐτὸν Ἴφιτον (74).

Τοιοῦτος ὢν, εἰκότως μὲν ἐμαίνετο· εἰκότως δὲ, ἀνάψας πυρὰν, κατέκαυσεν αὐτόν. Περὶ δὲ Ἀσκληπιοῦ Ἡσίοδος μέν·

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Ὅτ' ἐχώσατ', ἀπ' Οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι [κεραυνῷ
Ἔκτανε Λητοΐδην φίλον, σὺν θυμὸν ὀρίνων.

Πίνδαρος δέ·

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
Ἔτραπεν κἀκεῖνον ἀγάροι μισθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανείς.
Χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων,
Ῥίψαις δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν
Στέρνων κάθελεν
Ὠκέως· αἰθὼν δὲ κεραυνὸς ἐνέσκηψε μόρον.

Ἢ τοίνυν θεοὶ ἦσαν, καὶ οὔτε αὐτοὶ πρὸς χρυσὸν εἶχον

Ὦ χουσὲ, δεξίωμα (75) κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,
Οὐ παῖδες.

Ἀνεπιδεὲς γὰρ καὶ κρεῖττον ἐπιθυμίας τὸ Θεῖον), οὔτε ἀπέθνησκον· ἢ ἄνθρωποι γεγονότες, καὶ πονηροὶ δι' ἀμαθίαν ἦσαν, καὶ χρημάτων ἐλάττους. Τί με πολλὰ λέγειν, ἢ Κάστορος ἢ Πολυδεύκους μνημονεύοντα, ἢ Ἀμφιάρεω, οἳ, ὡς εἰπεῖν λόγῳ, χθὲς καὶ πρώην ἄνθρωποι ἐξ ἀνθρώπων γεγονότες, θεοὶ νομίζονται· ὁπότε καὶ Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν καὶ τὰ ἐπὶ τῆς μανίας πάθη θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι;

Πόντου πλάτητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον.

Καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς·

Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

30. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἀπόπτυστοι (76) καὶ θεοστυγεῖς δόξαν ἔσχον εἶναι θεοὶ, καὶ ἡ θυγάτηρ τῆς Δερκετοῦς Σεμίραμις, λάγνος γυνὴ καὶ μιαιφόνος, ἔδοξε Συρία θεός (77)· καὶ διὰ τὴν Δερκετὼ καὶ τὰς

29. *Idem testantur poetæ.* — Sed et Græcorum in poesi et historia sapientes eadem docent. De Hercule quidem :

Miser neque deorum vindictam reveritus est neque [*mensam*
Quam ei apposuerat; deinde vero ipsum occidit Iphitum.

Talis cum esset, merito in furorem actus est, merito seipsum rogo accenso combussit. De Æsculapio Hesiodus :

Parens hominumque deùmque
Quando excanduit, e cœlo autem feriens fulmine [*ardenti*
Latoidem occidit charum ira commotus.

Pindarus autem :

Verum lucro etiam sapientia irretitur.
Pervertit et illum (Æsculapium) ingenti
Mercede aurum in manibus apparens.
Manibus igitur Saturnius fulmen
Jaculatus per utrumque, respirationem
Pectorum abstulit
Celeriter, ardensque fulmen inflixit mortem.

Vel igitur dii erant, nec eos auri capiebat amor :

(O munus aurum maximum mortalibus.
Nec mater ulla tantum habet dulcedinis,
Nec nati.

Nulla enim re indiget Numen, nec cupiditate vincitur:) nec mortui sunt; vel homines cum essent, improbi ob imperitiam fuerunt, et pecuniæ cupidi. Quid plura dicam vel Castorem, vel Pollucem, vel Amphiaraum memorans, qui, ut ita dicam, heri et nudiustertius homines ex hominibus nati pro diis habentur, cum ipsa etiam Ino post furorem, et eas, quæ ex furore consecutæ sunt, perpessiones, dea existimetur?

Cognominatam naufragi Leucotheam.

Et filius ejus

Nautis Palæmon divus invocabitur.

30. *Quibus de causis tributa hominibus divinitas.* — Nam si detestandi et Deo invisi homines opinionem habuerunt deorum; si filia Dercetus Semiramis, lasciva mulier et cruenta, Syria dea existi-

74) Ἴφιτον. Hæc ab aliquo insuta conjicit Stephanus. Legi Odyss. Φ prope initium monet Oxon. editor Versus Hesiodi non reperiri monet Gesnerus; Pindari autem exstare Pyth. 3. [Lege Χώσατ'.]

(75) Δεξίωμα. Sic uterque Reg. δεξίαμα in 3 Angl. ἀξίωμα in editis. Ὡς additum a Stephano ex aliis hos versus Euripidis citantibus. Mox Suffrid., τί δεῖ με.

(76) Ὡς ἀπόπτυστοι. Mallet Gesnerus οἱ ἀπόπτυστοι.

(77) Ἔδοξε Συρία θεός. Observat Suffridus, cum historiæ monumentis non quadrare id quod de Semiramide pronuntiat Athenagoras, nisi forte illam brevi admodum tempore hoc deæ Syriæ nomen habuisse dicamus. Sed minus attendit vir eruditus deam Syram idem hoc loco non esse ac celeberrimam illam Syriam deam, quæ præcipuum erat Syriorum numen; sed idem ac unam ex illis quæ

Digitized by Google

mata est, ac propter Dercetum Syri columbas et Semiramin colunt (nam, quod fieri non potest, in columbam mutata mulier, ut fert apud Ctesiam fabula); quid mirum alios quidem propter imperium aut tyrannidem deos a suis appellatos? (Sibylla cujus meminit Plato :

Decima ætate hominum linguis divisorum,
Ex quo diluvium prioribus hominibus accidit,

308 *Regnavit Saturnus et Titan et Japetus,*

Terræ filii præstantissimi et cœli, quos sic vo-
[carunt
Homines, terræ et cœli nomina imponentes,

Propterea quod primi fuere hominum lingua di-
[versorum.)

alios autem ob robur, ut Herculem et Perseum; alios ob artem, ut Æsculapium? Quibus autem ipsi subditi honorem detulerunt aut ipsi principes, horum alii metu, alii reverentia nomen consecuti sunt. Antinous quidem parentum vestrorum in subditos humanitate consecutus est, ut existimaretur deus. Qui vero postea nati sunt, religionem re non explorata susceperunt.

Mendaces semper Cretes, tibi namque sepulcrum,
Rex, Cretes fabricati, at tu non mortuus.

Credis, Callimache, Jovis natalem; sepulcrum non credis; et tum cum te veritati tenebras offusurum speras, mortuum prædicas etiam nescientibus. Atque antrum quidem si videris, Rheæ partum in memoriam revocas; sin autem loculum, mortem ejus tenebris involvis, ignarus solum æternum esse ingenitum Deum. Vel enim fide indignæ, quæ de diis apud vulgus et poetas fabulæ feruntur, sicque inutilis eorum cultus (neque enim ii exsistunt, de quibus mendax prædicatio), vel si veri ortus, amores, homicidia, furta, virilium exsecationes, fulmina; non jam exstant, sed esse desierunt, si quidem nati sunt, cum antea non essent. Quæ enim

περιστερὰς καὶ τὴν Σεμίραμιν σέβουσι Σύροι (τὸ γὰρ ἀδύνατον, εἰς περιστερὰν μετέβαλεν ἡ γυνή· ὁ μῦθος παρὰ Κτησίᾳ)· τί θαυμαστὸν τοὺς μὲν ἐπὶ ἀρχῇ καὶ τυραννίδι ὑπὸ τῶν κατ' αὐτοὺς κληθῆναι θεούς, (Σίβυλλα, μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ Πλάτων·

Δὴ τότε δὴ δεκάτῃ γενεῇ (78) *μερόπων ἀνθρώπων,*
Ἐξ οὗ δὴ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ'
[ἄνδρας,
Καὶ βασίλευσε (79) *Κρόνος, καὶ Τιτὰν, Ἰαπετός*
[τε,
Γαίης τέκνα φέριστα καὶ Οὐρανοῦ, ἐξεκάλεσσαν
Ἄνθρωποι, Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν (80) *σύνομα*
[θέντες,
Οὕνεκα οἱ πρώτιστοι (81) *ἔσαν μερόπων ἀνθρώ-*
[πων.)

τοὺς δ' ἐπ' ἰσχύϊ, ὡς Ἡρακλέα καὶ Περσέα, τοὺς δ' ἐπὶ τέχνῃ, ὡς Ἀσκληπιόν; Οἷς μὲν οὖν ἢ αὐτοὶ οἱ ἀρχόμενοι τιμῆς μετεδίδοσαν, ἢ αὐτοὶ οἱ ἄρχοντες, οἱ μὲν φόβῳ, οἱ δὲ καὶ αἰδοῖ, μετεῖχον τοῦ ὀνόματος. Καὶ Ἀντίνοος φιλανθρωπίᾳ (82) τῶν ὑμετέρων προγόνων πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἔτυχε νομίζεσθαι θεός. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς, ἀβασανίστως παρεδέξαντο.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες.

Πιστεύων, Καλλίμαχε, ταῖς γοναῖς τοῦ Διὸς, ἀπιστεῖς αὐτοῦ τῷ τάφῳ· καὶ νομίζων ἐπισκιάσειν (83) τἀληθὲς, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι κηρύσσεις τὸν τεθνηκότα. Κἂν μὲν τὸ ἄντρον βλέπῃς, τὸν Ῥέας ὑπομιμνήσκῃ τόκον· ἂν δὲ τὴν σορὸν ἴδῃς, ἐπισκοτεῖς τῷ τεθνηκότι, οὐκ εἰδὼς, ὅτι μόνος ἀΐδιος ὁ ἀγέννητος Θεός. Ἡ γὰρ ἄπιστοι οἱ ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ ποιητῶν λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν θεῶν, καὶ περισσὴ ἡ περὶ αὐτοὺς εὐσέβεια (οὐ γάρ εἰσιν ὧν ψευδεῖς οἱ λόγοι)· ἢ, εἰ ἀληθεῖς αἱ γενέσεις, οἱ ἔρωτες, αἱ μιαιφονίαι, αἱ κλοπαὶ, αἱ ἐκτομαὶ, οἱ κεραυνοὶ, οὐκέτ' εἰσὶ, παυσάμενοι εἶναι· ἐπεὶ καὶ ἐγένοντο, οὐκ ὄντες. Τίς γὰρ τοῖς μὲν πιστεύειν λόγος, τοῖς δὲ ἀπιστεῖν, ἐπὶ

a Syriis colebantur. Quidquid enim honoris Semiramidi delatum dicit Athenagoras, id illam non sua sponte habuisse dicit, sed propter matrem Dercetum, quam proinde longe filia venerabiliorem apud Syros fuisse statuit.

(78) *Δεκάτῃ γενεῇ*. Legitur in libris Sibyllinis δεκάτη γενεή, sed prorsus mendose, ut ex Tertulliano, quem mox citabimus, perspici potest.

(79) *Βασίλευσε*. Sic emendavit editor Oxoniensis ex ipsis versibus Sibyllinis pro eo quod erat in editis βασιλεύς. Ibidem editi οὐρανοὺς ἐκάλεσσαν. In Sibyllinis libris edit. Galei legitur οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν. Mallem οὓς ἐκάλεσσαν. Hos versus ita legebat Tertullianus, uti eos emendandos puto. Sic enim interpretatur ii *ad Nat.*, cap. 12: *Decima genitura hominum, ex quo cataclysmum prioribus accidit, regnavit Saturnus et Titan et Tamfetus, cœli et terræ fortissimi filii.*

(80) *Γαῖάν τε καὶ οὐρανόν*. Legitur γαίης τε καὶ οὐρανοῦ in versibus Sibyllinis, ut observavit editor Oxoniensis.

(81) *Οἱ πρώτιστοι*. Malunt οἱ προφέριστοι Gesnerus et Suffridus, atque ita legitur in versibus Sibyllinis. Sed multo aptior nostra lectio; nec dubium quin ita legerit Tertullianus, qui in loco jam laudato utitur Sibyllæ auctoritate, ut probet Saturnum cœli et terræ filium dici, non quod vere e cœlo et terra genitus fuerit, sed quia ignoti erant ejus parentes, et cum venisset in Italiam, *rudes tunc agebantur et oculi et mentes hominum et quolibet novi viri aspectu quasi divino commoverentur, nedum et regis et quidem primi.* Patet ex hac ultima voce Saturnum et Titanem et Japetum, etsi decima generatione regnarunt, primos tamen hominum dici, quia primi regnarunt, et quia antiquissimi fuere. Apud Justinum *Cohort.* n. 21, antiquissimi homines vocantur primi homines.

(82) *Φιλανθρωπίᾳ*. Sanctus Athanasius in orat. *adv. gentes* id testatur contigisse διὰ φόβον τοῦ προστάξαντος, *ob metum illius qui id præceperat.* Sed metus ille non tam videtur esse terror animis injectus, quam metus displicendi charissimis ob beneficia regibus, nempe Adriano et Antonino, quos Athenagoras M. Aurelii parentes appellat. Erat sane Adrianus lenitate et humanitate longe inferior Antonino; sed cum magna illius in Ægyptios beneficia exstiterint, non mirum si ab hominibus superstitiosis cultum Antinoi facile impetravit. Huc accessit gratia et auctoritas Antonini, quem ex testimonio Athenagoræ operam dedisse colligimus, ut instituta ab Adriano impietas, eo mortuo, non abrogaretur.

(83) *Ἐπισκιάσειν*. Clarom. et tres Anglicani, ἐπισκιάζειν.

Digitized by Google

τὸ σεμνότερον περὶ αὐτῶν τῶν ποιητῶν ἱστορηκότων; Οὐ γὰρ ἂν δι' οὓς ἐνομίσθησαν θεοὶ, σεμνοποιήσαντας τὴν κατ' αὐτοὺς ἱστορίαν, οὗτοι τὰ πάθη τὰ αὐτῶν ἐψεύσαντο. Ὡς μὲν οὖν οὐκ ἐσμεν ἄθεοι, θεὸν ἄγοντες τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Λόγον, κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀξίαν, ἐλήλεγκται.

31. Ἔτι δὲ καὶ τροφὰς καὶ μίξεις λογοποιοῦσιν ἀθέους καθ' ἡμῶν, ἵνα τε μισεῖν νομίζοιεν μετὰ λόγου, καὶ οἰόμενοι τῷ δεδίττεσθαι, ἢ τῆς ἐνστάσεως ἀπάξειν ἡμᾶς τοῦ βίου, ἢ πικροὺς καὶ ἀπαραιτήτους, τῇ τῶν αἰτιῶν ὑπερβολῇ, τοὺς ἄρχοντας παρασκευάσειν (84)· πρὸς εἰδότας παίζοντες, ὅτι ἀνωθέν πως ἔθος, καὶ οὐχ ἐφ' ἡμῶν μόνον, κατά τινα θεῖον νόμον (85) καὶ λόγον παρηκολούθηκε, προσπολεμεῖν τὴν κακίαν τῇ ἀρετῇ. Οὕτω καὶ Πυθαγόρας μὲν ἅμα τριακοσίοις ἑτέροις κατεφλέχθη πυρὶ, Ἡράκλειτος δὲ καὶ Δημόκριτος, ὁ μὲν τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἠλαύνετο, ὁ δὲ τῆς Ἀβδηριτῶν, ἐπικατηγορούμενος μεμηνέναι· καὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι θάνατον κατέγνωσαν. Ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι οὐδὲν χείρους εἰς ἀρετῆς λόγον διὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, οὐδ' ἡμῖν οὐθὲν (86) ἐπισκοτεῖ πρὸς ὁσιότητα βίου ἡ παρά τινων ἄκριτος βλασφημία. Εὐδοξοῦμεν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἀπαντήσω τὰ ἐγκλήματα. Ὑμεῖς μὲν οὖν (87) καὶ δι' ὧν εἴρηκα, εὖ οἶδα ἀπολελογῆσθαι ἐμαυτόν. Συνέσει γὰρ πάντας ὑπερφρονοῦντες, οἷς ὁ βίος ὡς πρὸς στάθμην τὸν Θεὸν κανονίζεται, ὅπως ἀνυπαίτιος καὶ ἀνεπίληπτος ἑκάστου ἡμῶν ἄνθρωπος αὐτῷ (88) γένοιτο, ἵστε τούτους μηδ' εἰς ἔννοιάν ποτε τοῦ βραχυτάτου ἐλευσομένους ἁμαρτήματος. Εἰ μὲν γὰρ ἕνα τὸν ἐνταῦθα βίον βιώσεσθαι πεπείσμεθα, κἂν ὑποπτεύειν ἐνῆν, δουλεύοντας σαρκὶ καὶ αἵματι, ἢ κέρδους ἢ ἐπιθυμίας ἐλάττους γενομένους ἁμαρτεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἐφεστηκέναι μὲν οἷς ἐννοοῦμεν, οἷς λαλοῦμεν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν Θεὸν οἴδαμεν, πάντα δὲ φῶς αὐτὸν ὄντα, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ὁρᾷν (89), πεπείσμεθα, τοῦ ἐνταῦθα ἀπαλλαγέντες βίου, βίον ἕτερον βιώσεσθαι ἀμείνονα ἢ κατὰ τὸν ἐνθάδε, καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπίγειον (ὡς ἂν μετὰ Θεοῦ καὶ σὺν Θεῷ ἀκλινεῖς καὶ ἀπαθεῖς τὴν

A ratio ut alia quidem credantur, alia vero non credantur, cum honoris causa eorum historias poetæ litteris mandaverint? Neque enim per quos existimati sunt dii, quique eorum res gestas perhonorifice descripserunt, ii eorum perpessiones mentiti fuissent. Nos igitur non esse atheos, qui Deum credimus universorum opificem, ejusque Verbum, pro meis viribus, quamvis non pro rei dignitate, demonstravi.

31. *Duo alia crimina jam confutata sunt ex doctrina Christianorum.* — Adhuc autem et epulas et concubitus nefandos nobis affingunt, tum ut nos cum ratione odisse sibi videantur, tum quod futurum existiment, ut vel metu ab instituti constantia nos abducant, vel acerbos nobis et inexorabiles, B criminum magnitudine, principes præbeant. Sed ludificantur cum hominibus probe scientibus jam antiquitus hunc morem, neque **309** nunc primum divina quadam lege et ratione invaluisse, ut vitium cum virtute bellum gerat. Sic et Pythagoras cum trecentis aliis igne combustus: Heraclitus et Democritus, alter quidem Ephesiorum urbe pulsus est, alter Abderitarum, insaniæ accusatus; Socratem Athenienses morte mulctarunt. Sed quemadmodum illi, quantum ad virtutem attinet, nequaquam deteriores propter multorum opinionem fuerunt; neque etiam nobis, quod ad vitæ innocentiam spectat, tenebras offundunt inconsideratæ nonnullorum calumniæ. Bene enim apud Deum audimus; sed tamen his criminibus occurram. Ac vobis quidem satis me, vel ex iis quæ dixi, purgatum C intelligo. Nam cum omnes intelligentia superetis; quorum vita ad Deum tanquam ad normam dirigitur, ut unusquisque nostrûm extra noxiam apud eum et reprehensionem sit, eos non ignoratis ne cogitationem quidem unquam vel levissimi admissuros peccati. Nam si hanc tantum vitam nos victuros crederemus, tum sane locus esset suspicandi nos carni et sanguini inservientes, vel avaritia aut cupiditate victos peccare. Sed cum iis, quæ cogitamus, quæque loquimur, Deum noctem diemque adesse sciamus, eumque persuasum habeamus, cum totus lumen sit, ea etiam quæ in cordibus no-

(84) *Παρασκευάσειν.* Tres Angl. παρασκευάζειν.

(85) *Θεῖον νόμον.* Idem dixit Athenagoras n. 3. Uterque locus illustratur ex libro *De resurrectione*, qui sic incipit: Παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ, τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας ἐχομένῳ, παραφύεταί τι ψεῦδος. Παραφύεται δὲ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς κατὰ φύσιν ὁρμώμενον, ἢ τῆς κατ' αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλὰ ὑπὸ τῶν τὴν ἔκθεσμον σπορὰν ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμηκότων σπουδαζόμενον. *Sententiæ omni ac doctrinæ, quæ quidem cum rerum veritate consentiat, adnascitur aliquid mendacii. Adnascitur autem non ex subjecto aliquo principio secundum naturam productum, aut ex propria cujusque rei causa, sed ab iis, qui semen adulterinum ad corruptionem veritatis cordi habent, de industria excogitatum.*

(86) *Οὐθέν.* Tres Anglicani οὐδέν.

(87) *Ὑμεῖς μὲν οὖν.* Legendum ὑμῖν, ut monuit H. Stephanus, atque ita videtur scriptum prima manu fuisse in Regio primo.

(88) *Ἑκάστου ἡμῶν ἄνθρωπος αὐτῷ.* Sic Reg. 1, et Orat. At Clarom. et tres Angl. habent αὐτῶν. Edit. Paris. αὐτοῦ. Legendum putat Gesnerus ἕκαστος ἡμῶν ἄνθρωπος, minus animadvertens hominem hoc loco appellari animam, ac proinde hominem uniuscujusque esse animam uniuscujusque. Unde Theophilus infra l. 1, n. 2: Δεῖξόν μοι τὸν ἄνθρωπόν σου, κἀγώ σοι δείξω τὸν Θεόν μου. *Demonstra mihi hominem tuum, et ego ostendam tibi Deum meum.* Et Tatianus n. 15: Μόνος δ' ἄνθρωπος εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις Θεοῦ. Nihil ergo mutandum in his Athenagoræ verbis, quæ sic reddenda essent, si verbum verbo redderetur: *ut uniuscujusque nostrum homo extra noxiam apud eum et reprehensionem sit.*

(89) *Ὁρᾷν.* Deest illud verbum in tribus Anglicanis, in quibus etiam paulo post desideratur ἕτερον et τὴν ψυχήν. Oxoniensis editor legendum conjicit καὶ πεπείσμεθα. Legendum potius videtur καὶ τοῦ ἐνταῦθα, atque ita visum Gesnero.

Digitized by Google

stris latent, videre, nosque hac vita liberatos aliam ista præstantiorem, ac cœlestem, non terrenam victuros (quippe cum apud Deum et cum Deo extra omnem immutationem et perpessionem animæ, non ut caro, etsi carnem habituri sumus, sed ut cœlestis spiritus mansuri simus), vel, si aliorum ruinis abripiamur, deteriorem ac in ignis supplicio victuros (neque enim nos etiam Deus tanquam pecora et jumenta perfunctorie et ut periremus et evanesceremus, creavit), in his institutis verisimile non est ut libenter peccemus, nosque magno judici puniendos tradamus.

A ψυχὴν, οὐχ ὡς σάρκες, κἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ὡς οὐράνιον πνεῦμα, μενοῦμεν)· ἢ συγκαταπίπτοντες τοῖς λοιποῖς χείρονα καὶ διὰ πυρός (οὐ γὰρ καὶ ἡμᾶς ὡς πρόβατα ἢ ὑποζύγια, πάρεργον, καὶ ἵνα ἀπολοίμεθα καὶ ἀφανισθείημεν, ἔπλασεν ὁ Θεός), ἐπὶ τούτοις οὐκ εἰκὸς ἡμᾶς ἐθελοκακεῖν, οὐδ' αὐτοὺς τῷ μεγάλῳ παραδιδόναι κολασθησομένους δικαστῇ.

32. *Quam alieni Christianorum mores a promiscuis flagitiis.* — Illud autem minime mirum quod ea nobis affingunt, quæ de diis suis dicunt, quorum perpessiones mysteria efficiunt. Decebat autem ut, si licenter et promiscue misceri grande nefas judicaturi erant, vel Jovem odissent, qui ex Rhea matre et filia Proserpina liberos suscepit, et propria so- B rore usus est uxore, vel horum inventorem Orpheum, ut qui Jovem Thyeste ipso scelestiorem et contaminatiorem fecisset. Is enim ex oraculo stuprum intulit filiæ, cum regnare ac se ulcisci vellet. Nos autem tantum absumus a promiscuis flagitiis, ut nobis ne aspicere quidem liceat ad concupiscendum. *Nam qui videt*, inquit, *mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde suo* [11]. Quibus igitur oculorum usus **310** eo fine terminatur, ad quem Deus oculos formavit, nempe ut nobis lumen essent; quibusque vel de ipsa cogitatione in judicium vocandis jucundior aspectus adulterium est, quia alios in usus oculi instituti; ii quomodo temperantes non credantur? Neque enim nobis ratio est cum humanis legibus, quas improbus quis etiam lateat (vobis autem initio, Domini, C demonstrabam doctrinam nostram a Deo traditam esse); sed nobis sancita lex est, ut justitiæ mensuram ex nobis et ex proximis nostris dijudicemus. Hinc pro ætate alios filios et filias novimus, alios fratres et sorores habemus, ac seniores patrum et matrum loco colimus. Quos igitur fratres et sorores cæterisque cognationis nominibus appellamus, maximæ nobis curæ est, ut intaminata et incorrupta eorum corpora permaneant. Huc accedit illa scriptura: *Si quis osculum propterea repetat, quod eo delectetur.* Tum addit: *Summa ergo cautione osculum adhibendum vel potius adoratio, ut quæ nos ab æterna vita excludat, si paulum cogitatione in-* D *quinetur.*

[11] Matth. v, 28.

32. Τοὺς μὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲν λογοποιεῖν περὶ ἡμῶν ἃ περὶ τῶν σφετέρων λέγουσι θεῶν, καὶ τὰ πάθη αὐτῶν δεικνύουσι μυστήρια. Χρῆν δ' αὐτοὺς, εἰ δεινὸν τὸ ἐπ' ἀδείας καὶ ἀδιαφόρως μίγνυσθαι κρίνειν ἔμελλον, ἢ τὸν Δία μεμισηκέναι, ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας, θυγατρὸς δὲ Κόρης πεπαιδοποιημένον, γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ (90) χρώμενον· ἢ τὸν τούτων ποιητὴν Ὀρφέα, ὅτι καὶ ἀνόσιον ὑπὲρ τὸν Θυέστην καὶ μιαρὸν ἐποίησε τὸν Δία. Καὶ γὰρ οὗτος τῇ θυγατρὶ κατὰ χρησμὸν ἐμίγη, βασιλεὺς ἐθέλων καὶ Θυέστης (91) ἐκδικηθῆναι. Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομεν, ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξεῖναι. *Ὁ γὰρ βλέπων*, φησὶ, *γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη μεμοίχευκεν* (92) *ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Οἷς οὖν μηδὲν πλέον (93) ἔξεστιν ὁρᾶν, ἢ ἐφ' ἃ ἔπλασεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Θεὸς, ἡμῖν φῶς αὐτοὺς εἶναι· καὶ οἷς τὸ ἰδεῖν ἡδέως, μοιχεία, ἐφ' ἕτερα τῶν ὀφθαλμῶν γεγονότων, μέχρις ἐννοίας κριθησομένοις· πῶς ἂν οὗτοι ἀπιστηθεῖεν σωφρονεῖν; Οὐ γὰρ πρὸς ἀνθρωπικοὺς νόμους ὁ λόγος ἡμῖν, οὓς ἄν τις γενόμενος πονηρὸς καὶ λάθοι (ἐν ἀρχῇ δὲ ὑμῖν, δεσπότης (94), θεοδίδακτον εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον ἐπιστούμην)· ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν νόμος ὃς (95) δικαιοσύνης μέτρον ἐποίησεν αὐτοῖς· καὶ τοὺς πέλας ἔχειν· διὰ τοῦτο καὶ καθ' ἡλικίαν, τοὺς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφάς· καὶ τοῖς προβεβηκόσι τὴν τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμὴν ἀπονέμομεν. Οὓς οὖν ἀδελφοὺς καὶ (96) ἀδελφὰς καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ γένους νοοῦμεν ὀνόματα, περὶ πολλοῦ ἡμῖν ἀνύβριστα καὶ ἀδιάφθορα αὐτῶν τὰ σώματα μένειν· πάλιν ἡμῖν λέγοντος τοῦ λόγου (97)· *Ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευτέρου καταφιλήσῃ, ὅτι ἥρεσεν αὐτῷ*· καὶ ἐπιφέροντος· *Οὕτως οὖν ἀκριβώσασθαι τὸ φίλημα, μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα* (98) *δεῖ· ὡς, εἴπου μικρὸν τῇ διανοίᾳ παραθολωθείη, ἔξω* D *ἡμᾶς τῆς αἰωνίου τιθέντος ζωῆς.*

(90) *Γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ.* Reg. 2 et Rom. uterque γυναικὶ δ' ἀδελφῇ. Reg. 1 γυναικὶ διαδελφῇ. Clarom. et tres Anglicani γυναικὶ καὶ ἀδελφῇ.

(91) *Βασιλεὺς ἐθέλων καὶ Θυέστης.* Locus corruptus, sed qui restitui possit et sanari, si legamus βασιλεῦσαι ἐθέλων καὶ ἐκδικηθῆναι, omissa illa voce Θυέστης, quam editor Oxoniensis probe vidit e margine, in qua aliquis notaverat de Thyeste Athenagoram loqui, in ipsum contextum obrepsisse.

(92) *Μεμοίχευκεν.* Tres Anglicani addunt αὐτήν.

(93) *Μηδὲν πλέον.* Sic Clarom. et tres Anglicani. Editi μηδὲν τὸ πλέον.

(94) *Δεσπότης.* Melius sane δεσπόται, ut habent Parisienses editiones ex conjecturis Gesneri et Suffridi. Alloquitur enim duos imperatores Athenagoras. Sed quia in omnibus mss. legitur δεσπότης, nihil mutandum duxi. Supra lineam in Regio 2, habetur ὦ.

(95) *Νόμος ὅς.* Plerique codices mss. νόμος ἡ.

(96) *Ἀδελφοὺς καί.* Hæc deerant in edit. Paris. At in omnibus leguntur mss.

(97) *Λέγοντος τοῦ λόγου.* Videtur hæc Athenagoras ex apocrypha aliqua scriptura deprompsisse; sic enim citari solet Scriptura. Vid. Clementem Alex. *Pædag.* III, p. 257.

(98) *Προσκύνημα.* Ad marginem Regii 2 legitur πρόσκυμα.

Digitized by Google

33. Ἐλπίδα οὖν ζωῆς αἰωνίου ἔχοντες, τῶν ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καταφρονοῦμεν, μέχρι καὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἡδέων. Γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, ἣν ἠγάγετο κατὰ τοὺς ὑφ' ἡμῶν (99) τεθειμένους νόμους, νομίζων, καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. Ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς, καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων· καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιία. Εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους, ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ τὸ ἐν παρθενίᾳ καὶ ἐν εὐνουχίᾳ μεῖναι (1), μᾶλλον παρίστησι τῷ Θεῷ, τὸ δὲ μέχρις ἐννοίας καὶ ἐπιθυμίας ἐλθεῖν ἀπάγει· ὧν τὰς ἐννοίας φεύγομεν, πολὺ πρότερον τὰ ἔργα παραιτούμεθα. Οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα· ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. Ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπὴς ἐστι μοιχεία (2). Ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησὶ, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλ-

A

B

33. *Quam casti in matrimonio Christiani. Vel non nubunt, vel semel tantum.*— Cum ergo spem habeamus æternæ vitæ, quæ in hac vita versantur usque ad ipsas animi oblectationes contemnimus. Unus quisque nostrum uxorem suam, quam secundum leges a vobis positas duxit, uxorem existimat usque ad liberorum procreationem. Quemadmodum enim agricola jactis in terram seminibus messem exspectat, nec alia superinjicit; sic nobis cupiditatis modus, procreatio liberorum. Multos etiam apud nos reperire est, tum viros, tum mulieres, qui cœlibes consenescant, spe arctius se cum Deo conjunctum iri. Quod si in virginitate et eunuchi statu manere, magis Deo conjungit, ab eo autem vel sola cogitatio et cupiditas abducit; quorum cogitationes fugimus, eorum actiones multo magis aversamur. Neque enim meditatione sermonum, sed demonstratione et disciplina actionum res nostræ

(99) Ὑφ' ἡμῶν. Nullus dubito quin legendum sit ὑφ' ὑμῶν. 1° Quidquid præcipue discrepabat inter Christianorum et Romanorum matrimonia, id a Christo, non ab ipsis Christianis institutum erat, matrimonio nimirum ad Sacramenti dignitatem evecto. Quare immerito dixisset Athenagoras: Uxorem unusquisque nostrum secundum leges a nobis positas ducit. 2° Tabulæ nuptiales, de quibus Tertullianus lib. II *ad uxorem*, cap. 3, secundum leges Romanas fiebant, et si qua repudii necessitas superveniret, id quoque ex earumdem legum more fiebat, ut patet ex muliere Christiana, de qua Justinus loquitur initio *Apol.* II. Mirum ergo non videtur si Christianos Athenagoras secundum leges Romanas matrimonium inire dicat. Quin etiam proprias leges hac in re jactare et Christianum jus Romano opponere, oratio fuisset ad placandos imperatores non valde idonea.

(1) Ἐν παρθενίᾳ καὶ εὐνουχίᾳ μεῖναι. Idem perpetuæ virginitatis propositum declarant, quæ paulo post leguntur, οἷός τις ἐτέχθη μένειν. Id enim dici solere de iis, qui se perpetuæ continentiæ voto obstringunt, jam observavimus ad Justini *Apol.* I, n. 29. Hanc Ecclesiæ doctrinam perspicere licet in insigni Clementis Alexandrini testimonio, quod et mendis et prava interpretatione deformatum restituere in suum nitorem aggrediar. Sic igitur Clemens *Strom.* III, p. 459 edit. Paris., 546 edit. Oxon.: Ἡ πρόθεσίς τε ἑκάστου, τοῦ τε ἑαυτὸν εὐνουχίσαντος, τοῦ τε αὖ γάμῳ διὰ παιδοποιίαν συζεύξαντος, ἀνενδότως πρὸς τὸ ἧττον διαμένειν ὀφείλει. *Propositum et illius, qui semetipsum castravit, et illius, qui se propter liberorum procreationem matrimonio conjunxit, ita perseverare debet, ut minime deflectat ad id quod inferius est.* Qui se ergo castraverunt propter regnum cœlorum, hi se irrevocabili obstrinxerunt voto. Deinde Clemens idem statuit de iis qui a conjugio ad perfectiorem statum transeunt: Εἰ μὲν γὰρ ἐπιτεῖναι οἷός τε ἔσται τὸν βίον, μείζονα ἀξίαν ἐν Θεῷ αὐτὸς ἑαυτῷ περιποιήσεται, καθαρῶς ἅμα καὶ λελογισμένως ἐγκρατευσάμενος· εἰ δὲ, ὑπερβὰς ὃν εἵλετο κανόνα εἰς μείζονα δόξαν, ἔπειτα ἀποπέσῃ, πρὸς τὴν ἐλπίδα. Ἔχει γὰρ ὥσπερ ἡ εὐνουχία, οὕτω καὶ ὁ γάμος ἰδίας λειτουργίας καὶ διακονίας τῷ Κυρίῳ διαφερούσας. Doctissimus Oxoniensis editor existimat post τὴν ἐλπίδα aliquid hujusmodi excidisse, *ne tamen animum despondeat*, ita ut is, qui post susceptum continentiæ propositum cadit redeundo ad id quod reliquerat, is lapsum suum hac ratione consolari possit, quod ut castitas, ita etiam matrimonium suas habeat virtutes. Sed quod hic dicitur de matrimonii virtutibus, non eo spectat, ut illius usum repetere liceat his qui perfectiorem statum amplexi sunt. Nam lapsum vocat hanc agendi rationem S. Clemens, atque ut perstantibus in suscepta continentia uberiorem mercedem promittit, ita cadentibus gravissimas minas intentat. Quare vulnus hujus loci sanabitur, si legamus, πῶς τὴν ἐλπίδα ἔχοι; illud ἔχοι facile excidere potuit ob similem vocem ἔχει, quæ proxime sequitur. Sic ergo totum hunc locum interpretor: *Quod si vitam ad perfectius intendere potuerit, majus meritum apud Deum sibi ipse comparabit ob servatam pure et rationi consentanee continentiam. Sed si postquam transcendit, majoris gloriæ causa, electum vitæ genus, ceciderit; quomodo spem habebit? Habet enim ut castitas, ita et matrimonium proprias perfunctiones et ministeria, quæ Domino probantur.* Spem aufert cadentibus, quandiu scilicet ad promissam continentiam non redibunt; quod autem addit de laudabilibus matrimonii perfunctionibus, eo manifeste spectat, ut qui hunc statum elegerunt, non temere ad perfectiorem transcurrant.

C

D

(2) Εὐπρεπὴς ἐστι μοιχεία. Non solus Athenagoras de digamis justo severius visus est judicare. Consuli potest longa series ejusmodi testimoniorum apud Cotelerium p. 64, in notis ad *Pastoris* lib. II. Non tamen prætermittendum quid sentiat Athenagoras, cum præsertim Tillemontius, quo viro nemo æquior, nemo ad vituperandum tardior, Athenagoræ verbis adductus sit, ut eum e Montanistis unum fuisse non affirmaret quidem, sed tamen suspicaretur. Equidem satis causæ esse non puto ut in hanc suspicionem vocetur. Nam 1° Cum monogamia maximo esset in pretio apud Christianos, secundæ autem nuptiæ, etsi non omnino inconcessæ, aliqua tamen ignominia notarentur, digamis a sacra communione ad tempus remotis; quid mirum si monogamiam Athenagoras, ut commune Christianorum institutum commendat? Similiter Theophilus Antiochenus lib. III. *ad Autol.*: *Apud Christianos*, inquit, *monogamia servatur.* Et Minucius Felix: *Cupiditatem procreandi aut unam sentimus, aut nullam.* 2° Metaphora non carent hæ voces: *Occultus est adulter.* Lenit enim asperiorem criminationem dum occultum vocat adulterium; ac secundas nuptias nulla lege interdictas fatetur, si quidem tunc manifestum esset vitium. Hanc igitur vim habet decorum illud et occultum adulterium ut digamus per quamdam metaphoram, ac sensu quodam subtiliore et longius petito adulter sit, quia videlicet, ut addit Athenagoras, discedit ab ea matrimonii ratione, quam Deus ab initio instituerat, unica uxore Adamo concessa.

Digitized by Google

continentur, ut quisque vel qualis natus est, maneat, vel unicis in nuptiis. **311** Secundæ enim decorum adulterium. *Quicumque enim dimiserit*, inquit, *uxorem suam et aliam duxerit, mœchatur* [18]; nec eam dimitti sinens, cujus virginitati finem quis imposuit, nec aliam insuper duci. Nam qui se ipse prima uxore spoliat, etiamsi mortua sit, occulta quadam ratione est adulter; tum quod manum Dei transgrediatur (nam initio Deus unum hominem finxit ac unam mulierem), tum quod carnis cum carne conjunctionem quodam veluti vinculo ad commiscendum genus colligatam dissolvat.

A λην, *μοιχᾶται*· οὔτε ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐπιγαμεῖν. Ὁ γὰρ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος, παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα· λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρὸς μίξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν (3).

' 34. *Quanta Christianos inter et eorum accusatores morum discrepantia.* Cæterum tales cum simus (quid ego tacenda proferam?), audimus illud proverbii: *Meretrix pudicam.* Nam qui nundinas impudicitiæ instituunt, et infanda omnis turpitudinis diversoria adolescentibus proponunt, ac ne masculis quidem temperant, masculi in masculos horribilia patrantes, et honestiora ac pulchriora quæque corpora omnibus stupris violantes, ac creatæ a Deo venustati dedecus inurentes (neque enim venustas in terris sua sponte exoritur, sed Dei manu et voluntate mittitur), ii quæ sibi ipsis conscivere, quæque diis suis attribuunt, tanquam de præclare factis ac deorum propriis gloriantes, ea nobis in convicii loco objiciunt; sicque adulteri et puerorum amatores eunuchos et semel nuptos vituperant, et qui instar piscium vivunt (nam et ipsi obvium quemque devorant, et infirmum fortior insectatur, idque carnes humanas attingere est, contra leges a vobis et majoribus vestris ad omnem æquitatem descriptas vim et impressionem exercere), ita ut missi a vobis provinciarum præsides causarum audiendarum onus vix sustineant, ii, inquam, qui ita vivunt, in eos invehuntur, quibus nec percussis seipsos non tradere, nec male audientibus fas est non benedicere. Neque enim satis est justum esse (justitia enim est par pari referre); sed illud etiam propositum nobis est, ut boni et patientes malorum simus.

34. Ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι (ὧ τί ἂν εἴποιμι τὰ ἀπόῤῥητα;) ἀκούομεν τὰ τῆς παροιμίας, *Ἡ πόρνη τὴν σώφρονα.* Οἱ γὰρ ἀγορὰν στήσαντες πορνείας, καὶ καταγωγὰς ἀθέσμους πεποιημένοι τοῖς νέοις πάσης αἰσχρᾶς ἡδονῆς, καὶ μηδὲ τῶν ἀρσένων φειδόμενοι, ἄρσενες ἐν B ἄρσεσι τὰ δεινὰ κατεργαζόμενοι· ὅσων σεμνότερα καὶ εὐειδέστερα σώματα, παντοίως αὐτὰ ὑβρίζοντες· ἀτιμοῦντες καὶ τὸ ποιητὸν τοῦ Θεοῦ καλόν (οὐ γὰρ αὐτοποίητον ἐπὶ γῆς τὸ κάλλος, ἀλλὰ ὑπὸ χειρὸς καὶ γνώμης πεμπόμενον τοῦ Θεοῦ), οὗτοι δὲ ἃ συνίσασιν αὐτοῖς καὶ τοὺς σφετέρους λέγουσι θεοὺς (4), ἐπ' αὐτῶν, ὡς σεμνὰ, καὶ τῶν θεῶν αὐτὰ αὐχοῦντες, ταῦτα ἡμᾶς λοιδοροῦνται· κακίζοντες οἱ μοιχοὶ καὶ παιδερασταὶ τοὺς εὐνούχους, καὶ μονογάμους· οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες (καὶ γὰρ οὗτοι καταπίνουσι τὸν ἐμπεσόντα, ἐλαύνοντες ὁ ἰσχυρότερος τὸν ἀσθενέστερον· καὶ τοῦτό ἐστι σαρκῶν ἅπτεσθαι ἀνθρωπικῶν, τὸ κειμένων νόμων, οὓς ὑμεῖς καὶ οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνην ἐξετάσαντες ἐθήκατε, παρὰ τούτους αὐτοὺς βιάζεσθαι), ὡς μηδὲ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κα- C ταπεμπομένους ἡγεμόνας τῶν ἐθνῶν ἐξαρκεῖν ταῖς δίκαις, οἷς οὐδὲ παιομένοις μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς, οὐδὲ κακῶς ἀκούουσι μὴ εὐλογεῖν ἔξεστιν· οὐ γὰρ(5) ἀπαρκεῖ(6) δίκαιον εἶναι (ἔστι δὲ δικαιοσύνη (7) ἴσα ἴσοις ἀμείβειν), ἀλλ' ἀγαθοῖς καὶ ἀνεξικάκοις (8) εἶναι πρόκειται.

34. *Quanta Christianos inter et eorum accusatores morum discrepantia.* Cæterum tales cum simus (quid ego tacenda proferam?), audimus illud proverbii: *Meretrix pudicam.* Nam qui nundinas impudicitiæ instituunt, et infanda omnis turpitudinis diversoria adolescentibus proponunt, ac ne masculis quidem temperant, masculi in masculos horribilia patrantes, et honestiora ac pulchriora quæque corpora omnibus stupris violantes, ac creatæ a Deo venustati dedecus inurentes (neque enim venustas in terris sua sponte exoritur, sed Dei manu et voluntate mittitur), ii quæ sibi ipsis conscivere, quæque diis suis attribuunt, tanquam de præclare factis ac deorum propriis gloriantes, ea nobis in convicii loco objiciunt; sicque adulteri et puerorum amatores eunuchos et semel nuptos vituperant, et qui instar piscium vivunt (nam et ipsi obvium quemque devorant, et infirmum fortior insectatur, idque carnes humanas attingere est, contra leges a vobis et majoribus vestris ad omnem æquitatem descriptas vim et impressionem exercere), ita ut missi a vobis provinciarum præsides causarum audiendarum onus vix sustineant, ii, inquam, qui ita vivunt, in eos invehuntur, quibus nec percussis seipsos non tradere, nec male audientibus fas est non benedicere. Neque enim satis est justum esse (justitia enim est par pari referre); sed illud etiam propositum nobis est, ut boni et patientes malorum simus.

35. *Christiani ne justam quidem cædem aspicere volunt, nedum injustam patrare.* Quis igitur non insulsissimus nos, cum tales simus, homicidas esse dixerit? Neque enim carnes humanas degustare possumus, nisi prius aliquem occiderimus. Dum autem alterum mentiuntur, si quis de altero ex eis quærat, an viderint quæ dictitant, nemo tam impu-

35. Τίς οὖν εὖ φρονῶν εἴποι, τοιούτους ὄντας ἡμᾶς, ἀνδροφόνους εἶναι; οὐ γὰρ ἔστι πάσασθαι (9) κρεῶν ἀνθρωπικῶν, μὴ πρότερον ἀποκτείνασί τινα. Τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι· τὸ δεύτερον, κἂν μέν τις αὐτοὺς ἔρηται (10), εἰ ἑωράκασιν ἃ λέγουσιν, οὐδεὶς οὕτως ἀπηρυθριασμένος, ὡς εἰπεῖν ἰδεῖν. Καίτοι καὶ δοῦλοί εἰσιν ἡμῖν, τοῖς μὲν

[18] Matth. xix, 9.

(3) *Εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν.* Ita codex Clarom. et tres Anglicani et Ducæus, quibus favet Reg. 2, ubi εἰς additum est post lineam. Deest in aliis hæc præpositio. Ut autem nihil desit ad sensus integritatem, legendum, ut in interpretatione expressimus, τὴν σαρκὸς πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρόσμιξιν. Sed molestum forte videbitur, quod Athenagoras iisdem utatur rationibus, quibus Tertullianus catholicam sententiam impugnat in libro *De monogamia.* Revocat enim Tertullianus ad primam matrimonii institutionem cap. 4. Profert etiam cap. 9, latam a Christo legem adversus divortium. Sed sæpe ex iisdem principiis diversæ consecutiones eruuntur. Cum enim hæc duo argumenta, de quibus diximus, tum multa alia Hieronymus ex libro Tertulliani *De monogamia* mutuatur in epis. 91, D alias 11, non ut secundas nuptias, ut Tertullianus, prohibitas et impermissas, sed ut propter intemperantiam concessas esse demonstret. Primam matrimonii institutionem pariter objiciunt digamis auctor *Constitut. apost.* lib. III, cap. 2. Clemens Alex. *Strom.* III, p. 461.

(4) *Θεούς.* Tres Angl. θεοῖς.

(5) *Οὐ γάρ.* Duo Angl. et Reg. 2, οὐδέ.

(6) *Ἀπαρκεῖ.* 2 Angl. ἐπαρκεῖ.

(7) *Δικαιοσύνη.* Uterque Regius, Clarom. et 2 Angl. δικαιοσύνης.

(8) *Ἀνεξικάκοις.* Tres Angl. ἀλεξικάκοις.

(9) *Πάσασθαι.* Tres Angl. et Reg. 2, σπάσασθαι.

(10) *Ἔρηται.* Tres Anglicani εἴρηται, et sic videtur prima manu habuisse Reg. 1.

Digitized by Google

καὶ πλείους, τοῖς δὲ ἐλάττους· οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν· ἀλλὰ καὶ τούτων οὐδεὶς καθ' ἡμῶν (11) τὰ τηλικαῦτα οὐδὲ κατεψεύσατο. Οὓς γὰρ ἴσασιν οὐδ' ἰδεῖν κἂν δικαίως φονευόμενον ὑπομένοντας, τούτων τίς ἂν κατείποι ἢ ἀνδροφονίαν (12), ἢ ἀνθρωποβορίαν; Τίς οἶδεν ἢ οὐχὶ τῶν περὶ σπουδῆς τὰς δι' ὅπλων ἀγωνίας καὶ διὰ θηρίων, καὶ μάλιστα τὰς ὑφ' ὑμῶν ἀγομένας, ἔχει; Ἀλλ' ἡμεῖς πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν τὸν φονευόμενον (13) τοῦ ἀποκτεῖναι νομίζοντες, ἀπηγορεύσαμεν τὰς τοιαύτας θέας. Πῶς οὖν μηδὲ ὁρῶντες, ἵνα μὴ ἑαυτοῖς ἄγος καὶ μίασμα προστρίψαίμεθα, φονεύειν δυνάμεθα; Καὶ οἱ τὰς τοῖς ἀμβλωθριδίοις χρωμένας, ἀνδροφονεῖν τε καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ Θεῷ φαμὲν, κατὰ ποῖον ἀνδροφονοῦμεν λόγον; Οὐ γὰρ τοῦ αὐτοῦ, νομίζειν μὲν καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς ζῷον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῦ μέλειν τῷ Θεῷ, καὶ παρελθόντα εἰς τὸν βίον, φονεύειν· καὶ μὴ ἐκτιθέναι μὲν τὸ γεννηθὲν, ὡς τῶν ἐκτιθέντων τεκνοκτονούντων, πάλιν δὲ τὸ τραφὲν ἀναιρεῖν· ἀλλ' ἐσμὲν πάντα πανταχοῦ ὅμοιοι καὶ ἴσοι, δουλεύοντες τῷ λόγῳ καὶ οὐκ ἄρχοντες (14) αὐτοῦ.

dens ut vidisse se dicat. Sunt nobis servi, aliis quidem plures, aliis autem pauciores, quos latere non possumus; horum tamen nemo inventus est, qui talia vel fingeret de nobis. Quos enim sciunt ne justæ quidem cædis aspectum sustinere, quis eos accusaverit vel occisi hominis vel vorati? Quis gladiatorum vel ferarum ludos, præsertim si a vobis dentur, non plurimi faciat? Nos autem cum homicidium spectare pæne idem esse arbitremur ac perpetrare, nuntium his spectaculis remisimus. Cædem igitur quomodo perpetrare possimus, qui eam ne spectandam quidem ducimus, ne scelus et piaculum nobis impingamus? Et qui mulieres illas, quæ medicamentis ad abortum utuntur, homicidas esse et rationem hujus abortus Deo reddituras dicimus, quomodo hominem occideremus? Non enim ejusdem est fetum etiam in utero animal esse, ac ideo Deo curæ esse existimare, et editum in lucem occidere; ac infantem non exponere, quia parricidæ sunt qui exponunt, rursus autem nutritum et educatum interficere. Sed semper in omnibus iidem et æquales sumus, rationi servientes, non ei imperantes.

36. Τίς ἂν οὖν, ἀνάστασιν πεπιστευκὼς, ἐπὶ σώμασιν ἀναστησομένοις ἑαυτὸν παράσχοι τάφον; Οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν, καὶ ἀναστήσεσθαι ἡμῶν πεπεῖσθαι τὰ σώματα, καὶ ἐσθίειν αὐτὰ ὡς οὐκ ἀναστησόμενα· καὶ ἀποδώσειν μὲν νομίζειν τὴν γῆν τοὺς ἰδίους νεκροὺς, οὓς δέ τις αὐτὸς ἐγκατέθαψεν αὐτῷ, μήτε ἀπαιτηθήσεσθαι. Τοὐναντίον μὲν οὖν εἰκὸς, τοὺς μὲν μήτε λόγον (15) ὑφέξειν τοῦ ἐνταῦθα ἢ πονηροῦ ἢ χρηστοῦ βίου, μήτε ἀνάστασιν εἶναι οἰομένους, συναπόλλυσθαι δὲ τῷ σώματι καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ οἷον ἐναποσβέννυσθαι λογιζομένους, μηδενὸς ἂν ἀποσχέσθαι τολμήματος· τοὺς δὲ μηδὲν ἀνεξέταστον ἔσεσθαι παρὰ τῷ Θεῷ, συγκολασθήσεσθαι δὲ καὶ τὸ ὑπουργῆσαν σῶμα ταῖς ἀλόγοις ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς καὶ ἐπιθυμίαις πεπεισμένους, οὐδεὶς λόγος ἔχει οὐδὲ τῶν βραχυτάτων τι ἁμαρτεῖν. Εἰ δέ τῳ λῆρος πολὺς δοκεῖ, τὸ σαπὲν καὶ διαλυθὲν καὶ ἀφανισθὲν σῶμα συστῆναι πάλιν, κακίας μὲν οὐκ ἂν εἰκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα διὰ τοὺς οὐ πιστεύοντας, ἀλλ' εὐηθείας δὲ ἴσως, ἐπειδὴ καὶ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων ἀδύνατον ἡγοῦνται.

36. *Doctrina Christianorum de resurrectione commentum Thyesteæ epulæ refellit.* — Quis est igitur qui, cum resurrectionem credat, resurrecturis corporibus sepulcrum se præbeat? Neque enim eorumdem est certo tenere corpora resurrectura, et eadem, ut minime resurrectura, comedere; ac terram quidem proprios mortuos redditurum existimare, quos autem quis in se sepeliverit, eos a se non repetitum iri. Quin potius, qui nec rationem se hujus vitæ, sive bene sive male actæ reddituros, nec futuram resurrectionem putant, sed cum corpore animam interire et quodammodo exstingui opinantur, eos verisimile est nulli facinori temperaturos. Qui vero nihil omnino apud Deum examini subtractum iri, ac corpus cum anima, cujus motibus a ratione alienis et cupiditatibus ministravit, punitum iri persuasum habent, eos ne levissimum quidem peccatum admissuros consentaneum est. Quod si cui merum somnium videatur, putrefactum

(11) *Οὐδεὶς καθ' ἡμῶν.* Testatur Justinus in minore *Apol.* n. 12, nonnullos Christianorum servos aut pueros aut mulierculas horrendis tormentis coactos fuisse fabulosa illa flagitia in Christianos fingere. Hoc ipso anno quo scribebat Athenagoras, id est anno 117, idem Lugduni contigerat, nonnullis servis tormentorum metu Thyesteas cœnas et concubitus OEdipodeos indicantibus, ut discimus ex *Epist. Eccles. Vien. et Lugd.* apud Euseb. lib. v, cap. 1. Sed forte non habebat in memoria Athenagoras quod apud Justinum legitur; forte scribebat antequam martyres Lugduni torquerentur, aut saltem antequam illorum martyrii fama ad ipsius aures perveniret. Atque etiamsi rem non ignorasset, quia tamen hæc indicia non sponte, non horrore criminis delata, sed cruciatibus expressa, liquido potuit ea floccifacere, ac innocentiam Christianorum nullo hactenus judicio læsam asseverare. Simili modo Tertullianus decantata illa crimina nunquam a servis, quos tamen latere non possent, comprehensa fuisse demonstrat. Oro vos, inquit, lib. I *ad Nat.* cap. 7, *extraneis unde notitia? cum etiam justa et licita mysteria omnem arbitrii* (leg. *arbitrum*) *extraneum caveant, nisi illicita minus spernunt.* Legendum videtur, *minus cernunt.* Id est nisi forte extranei in cernendis illicitis mysteriis minus curiosi sunt. Si retineatur illud *spernunt*, legendum erit *magis* pro *minus*. Pergit Tertullianus: *At quin extraneis tam honorare* (leg. *ignorare*) *quam confingere magis competit... (sed forte) domesticorum curiositas furata est per rimulas et cavernas. Quid? cum domestici eos* (leg. *reos*) *vobis prodant, a nullis (enim) magis prodimur; quanto magis si atrocitas tanta sit, quæ justitia indignationis omnem familiaritatis fidem rumpit, non poterit continere quod horruit mens, quod expavit oculus?*

(12) *Ἀνδροφονίαν.* Tres Angl. ἀνδροφονίας et mox ἀνθρωποβορίας.

(13) *Τὸν φονευόμενον.* Ita Reg. 1. Editi τὸ φονευόμενον.

(14) *Ἄρχοντες.* Clarom. et tres Anglicani κρατοῦντες.

(15) *Μήτε λόγον.* Tres Angl. μὴ λόγον. Sic etiam Reg. 1, sed secunda manu.

Digitized by Google

et dissolutum corpus, quodque penitus evanuit, iterum coalescere; non sane merito improbitatis opinionem propter eos, qui non credunt, referamus, sed tarditatis. Quibus enim rationibus nos decipimus, neminem iis lædimus. Porro non nos solum corpora resurrectura censere, sed multis etiam philosophis idem videri, supervacaneum est impræsentiarum demonstrare, ne propositæ orationi alienas inserere disputationes videamur, sive de iis quæ mente percipiuntur, sive de iis quæ sensu, ac de eorum natura; sive illud etiam **313** disserentes, incorporea antiquiora esse corporibus, et ea quæ sensu percipiuntur, licet prima nobis occurrant, iis quæ mente, esse posteriora; quippe cum ex incorporeis, per cumulatam conjunctionem insensibilium, constent corpora, et ex iis, que mente percipiuntur, ea quæ sensu. Nihil enim prohibet secundum Pythagoram et Platonem, quominus facta corporum dissolutione, quibus ex rebus primo coaluerant, ex iisdem eadem rursus coagmententur. Sed hac de resurrectione disputatione supersedeamus.

A θείας. Οἷς γὰρ ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς λόγοις, ἀδικοῦμεν οὐδένα. Ὅτι μέντοι οὐ καθ' ἡμᾶς μόνον ἀναστήσεται τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ κατὰ πολλοὺς τῶν φιλοσόφων, περίεργον ἐπὶ τοῦ παρόντος δεικνύειν, ἵνα μὴ ἐξαγωνίους τοῖς προκειμένοις ἐπεισάγειν δοκῶμεν λόγους, ἢ περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν καὶ τῆς τούτων συστάσεως λέγοντες, ἢ ὅτι πρεσβύτερα τὰ ἀσώματα τῶν σωμάτων καὶ τὰ νοητὰ προάγει τῶν αἰσθητῶν, κἂν πρώτοις περιπίπτωμεν τοῖς αἰσθητοῖς, συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων κατὰ τὴν ἐπισύνθεσιν τῶν νοητῶν σωμάτων (16), ἐκ δὲ τῶν νοητῶν. Οὐ γὰρ κωλύει, κατὰ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Πλάτωνα, γενομένης τῆς διαλύσεως τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν συνέστη, ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐτὰ καὶ πάλιν συστῆναι. Ἀλλ' ἀνακείσθω μὲν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως B λόγος.

37. *Æquitatem imperatorum perorans implorat.* — Vos autem tum natura, tum doctrina rebus omnino in omnibus boni et moderati et humani et imperio digni imperatores, jam mihi, postquam criminationes dissolvi, ac nostram in Deum pietatem et mansuetudinem et animæ temperantiam demonstravi, regio capite annuite. Quinam enim digniores qui ea quæ petunt impetrent, quam qui pro imperio vestro precamur, ut filius a patre, prout æquissimum est, regnum accipiatis, et accessionibus ac incrementis imperium vestrum, omnibus ditioni C vestræ subjectis, augeatur! Atque id quidem nostra etiam interest, quo tranquillam vitam agamus, et imperata omnia alacres ministremus.

37. Ὑμεῖς δέ, ὦ πάντα ἐν πᾶσι φύσει καὶ παιδείᾳ χρηστοὶ καὶ μέτριοι καὶ φιλάνθρωποι, καὶ τῆς βασιλείας ἄξιοι, διαλελυμένῳ μὲν τὰ ἐγκλήματα, ἐπιδεδεικότι δὲ, ὅτι καὶ θεοσεβεῖς καὶ ἐπιεικεῖς καὶ ψυχὰς κεκολασμένοι, τὴν βασιλικὴν κεφαλὴν ἐπινεύσατε. Τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵτινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξησιν δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ὑποχειρίων (17) γιγνομένων, λαμβάνῃ; Τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ πρὸς ἡμῶν (18), ὅπως ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγοιμεν, αὐτοὶ δὲ πάντα τὰ κεκελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῖμεν.

(16) *Τῶν νοητῶν σωμάτων.* Ut sibi Athenagoras constet in instituta divisione, legendum : Συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων, κατὰ τὴν ἐπισύνθεσιν, τῶν σωμάτων· ἐκ δὲ τῶν νοητῶν, τῶν αἰσθητῶν. Vidit Suffridus addendum esse τῶν αἰσθητῶν.

(17) *Ὑποχειρίων.* Sic et Reg. uterque et duo Romani codices, et Orat. quibus etiam favent duo Anglicani, in quibus legitur ὑποχειρῶν. Editi ἐπιχειρίων, excepta tamen Frontonis Ducæi editione, qui similia apponit Tertulliani et Prudentii testimonia, quorum primus sic loquitur *Apol. c.* 30 : *Precantes sumus omnes semper pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitum fortem, senatum fidelem,* D *populum probum, orbem quietum.* Sic autem Prudentius in *Agone S. Romani* :

Placanda nobis pro triumphis principis
Delubra; faustus ut secundet gloriam
Procinctus, utque subjugatis hostibus,
Ductor quietum frenet orbem legibus.

(18) *Καὶ πρὸς ἡμῶν.* Ita Reg. uterque, Clarom., Orat. et duo Romani. Unus ex Anglicanis ἡμᾶς. Editi καὶ πρὸς ὑμῶν, quæ scriptura Gesnero et Suffrido displicuit, nec immerito. Quale enim hoc acumen exstitisset, etiam imperatorum interesse, ut et eorum imperium augeatur, et omnibus obsequium suum præstantibus stabiliatur. At de Christianis Athenagoras, ut ostenderet quantum imperatorum causa cuperent, præclare ait eos in publicis commodis et in prosperis imperatorum rebus sua etiam commoda inventuros sperare.

Digitized by Google

ANALYSIS

Libri Athenagoræ De resurrectione mortuorum.

314 *Hunc librum dividit Athenagoras in duas partes, quarum in prima evellit ex animis anticipatas opiniones et objecta ab adversariis refellit; in altera doctrinam Christianam argumentis confirmat.*

Observat (n. 1) *hunc methodum sæpe utilem esse atque huic de resurrectione pertractationi convenire. Statuit* (n. 2) *ergo eos, qui resurrectionem impossibilem dicunt, demonstrare debere, si rerum causam Deo ascribant, repugnare hoc dogma, vel quia non potest Deus mortuos ad vitam revocare, vel quia non vult. Ut Deus dicatur resurrectionem perficere non posse, vel scientia ei deneganda, vel facultas. Probat Athenagoras Deum nec ignorare quomodo corpora ad vitam revocentur, qui non ignoravit quomodo in prima generatione formarentur, nec facultatem resurrectionis perficiendæ ei desse* (n. 3), *cui non defuit perficiendæ generationis.*

Illud præcipuè objiciunt increduli (n. 4), *hominum corpora, postquam belluas aluere, in alios homines transire, imo homines interdum ab hominibus vorari.*

Ut ducto ex his rebus argumento respondeat Athenagoras, demonstrat (n. 5) *unicuique animali provisum esse a Deo convenientem cibum, eumque solum nutriendis partibus et membris in alimentum cedere et quidquid contrarium est variis modis expelli, aut saltem ad alendas eas partes, quæ solæ resurgenti corpori necessariæ sunt, nunquam pervenire* (n. 7). *Quare nihil ab adversariis perfici posse* (n. 8), *nisi carnem humanam homini naturalem esse cibum demonstrent.*

Morari non vult Athenagoras (n. 9) *in refellendo argumento ex fabris et figulis, qui opera sua renovare non possunt.*

Neque etiam dici potest (n. 10) *Deum nolle mortuos ad vitam revocare. Vel enim id nollet quia injustum, vel quia Deo indignum: at neutrum omnino dici potest.*

His absolutis, nonnulla Athenagoras de methodi a se adhibitæ utilitate disserit (n. 11), *atque ad secundam partem operis venit, seque resurrectionem probaturum pollicetur ex triplici momento, ex causa secundum quam et propter quam homo creatus, ex illius natura, et Dei judicio.*

Homo non ad alterius usum creatus (n. 12), *sed ut esset et Deum contemplaretur; quare perire non potest, sed ex Dei in ejusmodi natura creanda consilio demonstratur resurrectio* (n. 13).

Causam sequitur natura (n. 14), *nec accurate ratiocinantur, qui resurrectionis causam omnem ex judicio repetunt. Hæc autem natura in eo posita* (n. 15), *ut homo constet ex anima et corpore; et cum animali composito ex anima et corpore unus et idem sit finis, necessaria est perpetuitas ac proinde et resurrectio* (n. 16). *Etsi autem hæc animæ et corporis conjunctio morte interrumpitur, non tamen desperanda resurrectio; sed ut vita præsens, etsi somno et variis mutationibus interrumpitur, eadem tamen vita dicitur; ita et de hominis in sua natura perpetuitate ratiocinandum, ac resurrectionem* (n. 17), *velut ultimam mutationum omnium, exspectandam probatur ex variis mutationibus quæ homini supervenirunt.*

Judicium Dei (n. 18), *cum justum sit, in animam et corpus, id est in hominem ex utroque compositum dirigi debet. Atque id quidem statuit Athenagoras adversus eos qui de primis principiis consentiunt. Contra alios demonstrat* (n. 19) *vel nullam esse providentiam, vel recte et prave factorum mercedem a Deo tribuendam; quod quidem nec in hac vita fieri manifestum est; nec post mortem fieri potest, si aut anima et corpus pereant, aut solum corpus* (n. 20). *Iniquum enim* (n. 21) *solam animam remunerari aut puniri, cum recte et prave factorum corpus particeps fuerit: imo virtus* (n. 22) *et vitium ne cogitari quidem et intelligi possunt in sola anima; nec leges soli animæ* (n. 23), *sed toti homini impositæ.*

Tribus præmissis argumentis quartum addit Athenagoras ex fine, ad quem homo creatus, repetitum. Hunc finem neque in indolentia, neque in corporeis voluptatibus positum esse docet (n. 24), *neque etiam in anima a corpore separata; unde concludit* (n. 25) *necessariam esse resurrectionem.*

ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ

ATHENAGORÆ

ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI

DE

RESURRECTIONE MORTUORUM

1. Παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ τῆς ἐν τοῖς οὖσιν (19) ἀληθείας ἐχομένῳ παραφύεταί τι ψεῦδος. Παραφύεται δὲ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς κατὰ φύσιν ὀρ-

A **315** 1. *Rationem reddit cur pro veritate ante disserendum putet, quam de veritate.* — Sententiæ omni ac doctrinæ, quæ quidem cum rerum veritate consen-

(19) Ἐν τοῖς οὖσιν. Hæc scriptura, quam suppeditavit codex Bigotianus, longe videtur præferenda vulgatæ, ἐν τούτοις. His vocibus ἐν τοῖς οὖσιν indicat Athenagoras veritatem certis rebus ac principiis constare, idque opponit iis quæ mox de mendacio pronuntiat, nempe nullo illud subjecto principio niti, nullo naturali causa contineri.

Digitized by Google

tiat, adnascitur aliquid mendacii. Adnascitur autem, non ex subjecto aliquo principio secundum naturam productum, aut ex propria cujusque rei causa, sed ab iis, qui semen adulterinum ad corruptionem veritatis cordi habent, de industria excogitatum. Atque id deprehendere est primo quidem ex iis, qui olim in ejusmodi rebus investigandis versati sunt, atque ex eorum et cum antiquioribus et cum æqualibus dissensione; non minime autem ex ipsa earum rerum, quæ in medio versantur, perturbatione. Nullam enim veritatis partem a calumniis liberam reliquerunt, non essentiam Dei, non ejus scientiam, non operationem, non quæ ex his apta serie consequuntur, et pietatis formam nobis exprimunt. Sed alii veritatem in ejusmodi rebus omnino desperant, alii ad suas opiniones detorquent, alii de industria res ante oculos positas in dubium vocant. Hinc iis, qui operam in res ejusmodi insumunt, duplici opus arbitror esse sermone, altero pro veritate, altero de veritate; pro veritate quidem adversus incredulos, aut dubitantes; de veritate ad eos qui æquo sunt animo, et veritatem libenter suscipiunt. Quamobrem qui his de rebus quærere volunt, spectare debent, quid quoque tempore expediat, eoque disputandi rationem metiri, et disputationis ordinem ad id quod decet accommodare, nec, ut eamdem semper exordiendi rationem retinere videantur, convenientiam negligere et locum quibusque rebus congruentem. Quantum enim ad demonstrationem et naturalem ordinem spectat, priores sunt semper sermones de veritate iis, qui pro veritate; quantum autem ad majorem utilitatem, conversa ratione, illis isti præeunt. Neque enim terræ semina convenienter agricola mandare possit, nisi prius silvestrem materiam, ac bonis seminibus nocentem evulserit; nec medicus salutare pharmacum ægroto corpori dare, nisi prius residentem vitiositatem expurget, aut irruentem cohibeat. Sic qui veritatem docere vult, neminem possit de veritate disserens docere, delitescente in audientium animo falsa aliqua opinione et iis, quæ dicuntur, obstante. Quamobrem nos quoque ad id quod utilius est respicientes, nonnunquam sermones pro veritate iis, quæ de veritate habentur, præponimus; **316** idque nunc ita facere in hac de resurrectione pertractatione non inutile, quid deceat spectantibus, videtur. Nam hac etiam in re alios reperimus om-

A μώμενον ἢ τῆς κατ' αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τὴν ἔκθεσμον σπορὰν ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμηκότων σπουδαζόμενον. Τοῦτο δὲ ἔστιν εὑρεῖν, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν πάλαι ταῖς περὶ τούτων φροντίσιν ἐσχολακότων, καὶ τῆς ἐκείνων πρός τε τοὺς ἑαυτῶν πρεσβυτέρους καὶ τοὺς ὁμοχρόνους γενομένης διαφορᾶς· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων ταραχῆς. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἀληθῶν οἱ τοιοῦτοι κατέλιπον ἀσυκοφάντητον, οὐ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, οὐ τὴν γνῶσιν, οὐ τὴν ἐνέργειαν, οὐ τὰ τούτοις ἑφεξῆς καθ' εἱρμὸν ἑπόμενα, καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ἡμῖν ὑπογράφοντα λόγον· ἀλλ' οἱ μὲν πάντη καὶ καθάπαξ ἀπογινώσκουσι τὴν περὶ τούτων ἀλήθειαν· οἱ δὲ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς διαστρέφουσιν (20)· οἱ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐμφανῶν ἀπορεῖν ἐπιτηδεύουσιν. Ὅθεν B οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ ταῦτα πονουμένοις λόγων διττῶν, τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας (21)· καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας ἢ τοὺς ἀμφιβάλλοντας· τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς εὐγνωμονοῦντας καὶ μετ' εὐνοίας δεχομένους τὴν ἀλήθειαν. Ὧν ἕνεκεν χρὴ τοὺς περὶ τούτων ἐξετάζειν ἐθέλοντας, τὴν ἑκάστοτε προκειμένην χρείαν σκοπεῖν, καὶ ταύτῃ τοὺς λόγους μετρεῖν· τήν τε περὶ τούτων τάξιν μεθαρμόζειν πρὸς τὸ δέον, καὶ μὴ τῷ δοκεῖν τὴν αὐτὴν πάντοτε φυλάττειν ἀρχήν, ἀμελεῖν τοῦ προσήκοντος, καὶ τῆς ἐπιβαλλούσης ἑκάστῳ χώρας. Ὡς μὲν γὰρ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν πάντοτε πρωτοστατοῦσιν οἱ περὶ αὐτῆς λόγοι τῶν ὑπὲρ αὐτῆς· C ὡς δὲ πρὸς τὸ χρειωδέστερον ἀνεστραμμένως οἱ ὑπὲρ αὐτῆς τῶν περὶ αὐτῆς. Οὔτε γὰρ γεωργὸς δύναιτ' ἂν προσηκόντως καταβάλλειν τῇ γῇ τὰ σπέρματα, μὴ προεξελὼν τὰ τῆς ἀγρίας ὕλης, καὶ τοῖς καταβαλλομένοις ἡμέροις σπέρμασι λυμαινόμενα· οὔτε ἰατρὸς ἐνεῖναί τι τῶν ὑγιεινῶν φαρμάκων τῷ δεομένῳ θεραπείας σώματι, μὴ τὴν ἐνοῦσαν κακίαν προκαθάρας (22), ἢ τὴν ἐπιῤῥέουσαν ἐπισχών. Οὔτε μὴν ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐθέλων διδάσκειν, περὶ τῆς ἀληθείας λέγων, πεῖσαι δύναιτ' ἄν τινα, ψευδοδοξίας τινὸς ὑποικουρούσης τῇ τῶν ἀκουόντων διανοίᾳ, καὶ τοῖς λόγοις ἀντιστατούσης. Διὸ πρὸς τὸ χρειωδέστερον ἀφορῶντες καὶ ἡμεῖς, προτάσσομεν ἔσθ' ὅτε τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγους τῶν περὶ τῆς ἀληθείας. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ποιῆσαι καὶ νῦν ἐπὶ τῶν D τῆς ἀναστάσεως λόγων οὐκ ἀχρεῖον φαίνεται, σκοπεῖσθαι τὸ δέον. Καὶ γὰρ ἐν τούτοις εὑρίσκομεν τοὺς μὲν ἀπιστοῦντας πάντη, τινὰς δὲ (23) ἀμφιβάλλοντας, καὶ τῶν γε τὰς πρώτας ὑποθέσεις (24) δεξαμένων

(20) *Διαστρέφουσι.* Reg. 2, in textu στρέφουσι, et supra lineam διά.

(21) *Περὶ τῆς ἀληθείας.* Disputationem de veritate non eam intelligit, in qua dogmata credentibus explicantur, sed eam in qua argumentis probantur et defenduntur. Hanc enim de veritate disputationem opponit susceptæ pro veritate disputationi, in qua anticipatæ evelluntur opiniones et adversariorum tricis occurritur. Atque hanc distinctionem utriusque disputationis adhibet Athenagoras, quia statuerat initium hujus pertractationis ducere ab opinionum præjudicatarum eversione, ac deinde dogma Christianum argumentis demonstrare; id quod in secunda parte exsequitur. Vide n. 11, ubi hoc discrimen ponit inter utramque disputationem, quod in altera mendacium redarguitur, in altera veritas stabilitur.

(22) *Προκαθάρας.* Reg. 1 et Bigot. προκαθῆρας.

(23) *Τινὰς δέ.* Sic Reg. 2 et Bigot. Editi τινὰς καί.

(24) *Τὰς πρώτας ὑποθέσεις.* Conjici posset eos hic designari, qui recens conversi cætera quidem dogmata credebant, sed adhuc de resurrectione fluctuabant. Hanc enim pro veritate disputandi rationem, quam in prima parte operis sequitur Athenagoras, utilem esse ait n. 11, ad eorum qui re-

Digitized by Google

τινὰς ἐπίσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν ἀποροῦντας· τὸ δὲ πάντων παραλογώτατον, ὅτι ταῦτα πάσχουσιν, οὐδ' ἠντιναοῦν ἔχοντες ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπιστίας ἀφορμὴν, οὐδ' αἰτίαν εὑρίσκοντες εἰπεῖν εὔλογον, δι' ἣν ἀπιστοῦσιν ἢ διαποροῦσιν.

A nino incredulos, nonnullos dubitantes, atque ex illis etiam, qui prima principia susceperunt, quosdam non minus animi incertos, quam qui dubitant; quodque omnium absurdissimum est, ita animo affecti sunt, quamvis nullam prorsus ex ipsis rebus ansam habeant ad incredulitatem, nec causam probabilem afferre possint, cur non credant, aut cur dubitent

2. Σκοπῶμεν δὲ οὕτως· Εἰ πᾶσα ἀπιστία μὴ προχείρως καὶ κατά τινα δόξαν ἄκριτον ἐγγινομένη (25) τισὶν, ἀλλὰ μετά τινος αἰτίας ἰσχυρᾶς καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσφαλείας (τότε γὰρ τὸν εἰκότα σώζει λόγον, ὅταν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, περὶ οὗ ἀπιστοῦσιν, ἄπιστον εἶναι δοκῇ· τὸ γάρ τοι τοῖς οὐκ οὖσιν ἀπίστοις ἀπιστεῖν ἀνθρώπων ἔργον οὐχ ὑγιαινούσῃ κρίσει περὶ τὴν ἀλήθειαν χρωμένων)· οὐκοῦν χρὴ καὶ τοὺς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστοῦντας ἢ διαποροῦντας μὴ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀκρίτως καὶ τὸ τοῖς ἀκολάστοις κεχαρισμένον τὴν περὶ ταύτης ἐκφέρειν γνώμην· ἀλλ' ἢ μηδεμιᾶς (26) αἰτίας ἐξάπτειν τὴν τῶν ἀνθρώπων γένεσιν (δ δὴ καὶ λίαν ἐστὶν εὐεξέλεγκτον), ἢ τῷ Θεῷ τὴν τῶν ὄντων ἀνατιθέντας αἰτίαν, εἰς τὴν τοῦδε τοῦ δόγματος ἀποβλέπειν ὑπόθεσιν, καὶ διὰ ταύτης δεικνύναι τὴν ἀνάστασιν οὐδαμόθεν ἔχουσαν τὸ πιστόν. Τοῦτο δὲ ποιήσουσιν, ἐὰν δεῖξαι δυνηθῶσιν, ἢ ἀδύνατον ὂν τῷ Θεῷ ἢ ἀβούλητον, τὰ νεκρωθέντα τῶν σωμάτων, ἢ καὶ πάντη διαλυθέντα, πάλιν ἑνῶσαι καὶ συναγαγεῖν πρὸς τὴν τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων σύστασιν. Ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δύνωνται, παυσάσθωσαν τῆς ἀθέου ταύτης ἀπιστίας, καὶ τοῦ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις. Ὅτι γὰρ οὔτε τὸ ἀδύνατον λέγοντες ἀληθεύουσιν, οὔτε τὸ ἀβούλητον, ἐκ τῶν ῥηθησομένων γενήσεται φανερόν. Τὸ ἀδύνατόν τινι γιγνώσκεται (27) κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον, ἢ ἐκ τοῦ μὴ γιγνώσκειν τὸ γενησόμενον, ἢ ἐκ τοῦ δύναμιν ἀρκοῦσαν μὴ ἔχειν πρὸς τὸ ποιῆσαι καλῶς τὸ ἐγνωσμένον. Ὁ γὰρ ἀγνοῶν τι τῶν γενέσθαι δεόντων οὐκ ἂν οὔτ' ἐγχειρῆσαι, οὔτε ποιῆσαι τὸ παράπαν δυνηθείη ὅπερ ἀγνοεῖ· ὅτε γινώσκων καλῶς τὸ ποιηθησόμενον, καὶ πόθεν γένοιτ' ἂν, καὶ πῶς, δύναμιν δὲ ἢ μηδ' ὅλως ἔχων πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸ γινωσκόμενον, ἢ μὴ ἀρκοῦσαν ἔχων, οὐκ ἂν ἐγχειρήσειε τὴν ἀρχὴν, εἰ σωφρονοίη, καὶ τὴν ἰδίαν ἐπισκέψεται (28) δύναμιν· ἐγχειρήσας δὲ ἀπερισκέπτως, οὐκ ἂν ἐπιτελέσειε τὸ δόξαν. Ἀλλ' οὔτε ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν δυνατὸν τῶν ἀναστησομένων σωμάτων τὴν φύσιν κατά τε μέρος ὅλον καὶ μόριον, οὔτε μὴν ὅποι χωρεῖ τῶν λυομένων ἕκαστον, καὶ ποῖον τῶν

2. *Si resurrectio impossibilis, vel quia Deus non potest vel quia non vult. Non deest scientia ei qui non ignoravit quomodo corpora formarentur.* — Sic autem consideremus. Si non omnis incredulitas temere et ex inconsiderata opinione, sed cum gravi aliqua causa et tuta in inquirendo vero diligentia nonnullis insidet (tunc enim justam habet rationem, cum rem, cui fidem derogant, incredibilem B esse patet; nolle enim res non incredibiles credere hominum est minus sano de veritate judicio utentium); oportet igitur ut et qui resurrectioni fidem derogant, aut de ea dubitant, ii non ad id, quod temere ipsis videtur, aut quod hominibus intemperantibus gratum est, suam ea de re sententiam dirigant, sed aut nulla ex causa hominum originem repetant (quod quidem perfacile refellitur), aut Deo rerum causam ascribentes, ad hoc dogma veluti ad quoddam principium respiciant, et ex eo demonstrent nihil omnino resurrectionem habere, quod sit credibile. Id autem perficient, si demonstrare queant vel non posse Deum vel nolle mortua corpora aut etiam omnino dissoluta iterum coagmentare, et, ut iidem homines constituantur, con- C glutinare. Quod si id non possint, desinant impie increduli esse, et blasphemiis ea quæ non licet appetere. Nihil enim veri ab eis afferri, sive non posse dicant, sive nolle, ex his quæ dicemus perspicuum erit. Rem ab aliquo perfici non posse certo intelligitur, vel ex eo quod non cognoscat quid faciendum sit, vel ex eo quod satis virium non habeat ad illud, quod cognoscit, præclare efficiendum. Nam qui ignorat quid faciendum sit, nec conari nec perficere omnino possit quod ignorat. Qui autem præclare novit quid faciendum, et unde et quomodo faciendum, vires autem aut nullas omnino habet ad faciendum quod cognoscit, aut non satis idoneas, is ne aggredietur quidem, si sapiat ac vires D suas consideret; temere autem aggressus, non perficiet id quod sibi proposuit. Deum autem latere non potest, nec quæ sit corporum ad vitam revo-

cens ad religionem accessere, dubitationes et falsas suspiciones evellendas. Sed satius est prima principia hic intelligere omnipotentiam Dei, et mundi creationem illo volente. Non enim alia statuit principia Athenagoras in hac prima parte, quam postquam absolvit, ait n. 11, se id quod sibi proposuerat perfecisse, *tum per ea quæ natura prima sunt, tum per ea quæ ex his consequuntur*. Satis absurde auctor *Schol.* Reg. 1, illud Athenagoræ: καὶ τῶν γε τὰς πρώτας ὑποθέσεις, etc., intelligit de iis qui, *cum resurrectionem dari fateantur, atque tamen ac qui dubitant increduli sunt sine ratione et causa*. Ἀλλὰ καὶ τῶν δεξαμένων ὡς ἔστιν ἀνάστασίς τινες (sic enim legendum pro οἵ τινες) ἐπίσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν ἀπιστοῦσιν ἀλόγως καὶ ἀναιτίως.

(25) *Ἐγγινομένη*. Bigot. ἐγγίνεται.

(26) *Μηδεμιᾶς*. Bigot. μηδεμίαν αἰτίαν ἐξάπτειν τῇ τῶν ἀνθρώπων γενέσει.

(27) *Γιγνώσκεται*. Legitur γίνεται in eodem Bigot. ac eodem modo videtur legisse auctor Scholiorum ad oram Reg. 2. Sic enim hunc locum summatim refert: Τὸ ἀδύνατόν τινι ποιῆσαί τι ἢ ἐξ ἀγνοίας τοῦ γενησομένου συμβαίνει, ἢ ἐκ τοῦ μὴ αὐτάρκως ἔχειν ἐπιτελῆσαι τὸ ἐγνωσμένον.

(28) *Ἐπισκέψεται*. Clarom. et Bigot. ἐπισκέψαιτο.

Digitized by Google

candorum natura, sive secundum membra integra, sive secundum membrorum partes, nec quo abeat unumquodque eorum quæ dissolvuntur, nec quæ pars elementorum exceperit id quod dissolutum in loca sibi congruentia **317** migravit; quamvis hominibus discerni omnino non posse videatur, quidquid cum partibus universi sibi cognatis rursus coaluit. Quem enim non latebat ante propriam cujusque constitutionem, nec futurorum elementorum natura, ex quibus humana corpora, nec eorumdem elementorum partes, ex quibus decerpturus erat id quod ipsi ad humani corporis constitutionem aptum videretur, facile patet neque etiam postquam idem corpus in varias universi partes dissipatum fuerit, ignarum illum futurum quonam migraverit unumquodque eorum, quæ ad cujusque absolutionem et perfectionem adhibuerat. Nam pro vigenti apud nos

A στοιχείων (29) μέρος δέδεκται τὸ λυθὲν, καὶ χωρῆσαν πρὸς τὸ συγγενὲς, κἂν πάνυ παρ' ἀνθρώποις ἀδιάκριτον εἶναι δοκῇ τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. Ὃ γὰρ οὐκ ἠγνόητο πρὸ τῆς οἰκείας ἑκάστου συστάσεως, οὔτε τῶν γενησομένων στοιχείων ἡ φύσις, ἐξ ὧν τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, οὔτε τὰ μέρη τούτων ἐξ ὧν ἤμελλεν λήψεσθαι τὸ δόξαν πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρωπείου σώματος σύστασιν, εὔδηλον, ὡς οὐδὲ μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸ πᾶν (30) ἀγνοηθήσεται ποῦ κεχώρηκεν ἕκαστον ὧν εἵληφε πρὸς τὴν ἑκάστου συμπλήρωσιν. Ὅσον μὲν γὰρ κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν παρ' ἡμῖν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ τὴν ἐφ' ἑτέρων κρίσιν, μεῖζον τὸ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν· ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν τούτου σοφίαν ἀμφότερα κατὰ φύσιν, καὶ ῥᾴδιον

B ἐπίσης, τῷ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν, τὸ καὶ διαλυθέντα γινώσκειν.

rerum ordine, quantumque de cæteris rebus judicari solet, majus est ea quæ nondum sunt præcognoscere; quantum autem ad Dei majestatem, ejusque sapientiam spectat, utrumque secundum naturam est, nec difficilius ea quæ nondum sunt prænoscere, quam quæ dissoluta cognoscere.

3 *4. Non deest potestas revocandi ad vitam ei, qui creare potuit.* — Illius autem potestatem excitandis ad vitam corporibus non imparem esse argumento est eorumdem generatio. Nam si non exstantia hominum corpora, eorumque principia in prima fecit creatione; etiam dissoluta, quolibet id contigerit modo, non difficilius exsuscitabit; æque enim potest id quoque. Nec de hac ratione quidquam detrahitur, sive ex materia prima principia, sive ex elementis, ut principiis, humana corpora nonnulli componant, sive ex seminibus. Cujus enim potestatis est informi, ut illi existimant, materiæ formam affingere et specie ac ornatu carentem multis variisque figuris ornare, et partes elementorum in unum cogere, et semen, quæ res una est et simplex, in multa dividere, et quod rude et incompositum est conformare et componere, et quod vitæ expers vita donare; ejusdem quoque est et dissoluta coagmentare et jacentia excitare, et mortua ad vitam revocare, et corrupta ad statum corruptionis expertem convertere. Ejusdem etiam auctoris, ejusdemque potestatis ac sapientiæ fuerit, et quod discerptum est ab omnis generis animalium multitudine, quæcunque ejusmodi corporibus accurrere solent, suamque ex illis satietatem ca-

3. Καὶ μὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὡς ἔστιν ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, δείκνυσιν ἡ τούτων αὐτῶν γένεσις. Εἰ γὰρ μὴ ὄντα κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν ἐποίησε τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα καὶ τὰς τούτων ἀρχάς· καὶ διαλυθέντα, καθ' ὃν ἂν τύχῃ τρόπον (31), ἀναστήσει μετὰ τῆς αὐτῆς (32) εὐμαρείας· ἐπίσης γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δυνατόν. Καὶ τῷ λόγῳ βλάβος οὐδὲν, κἂν ἐξ ὕλης ὑποθῶνταί τινες τὰς πρώτας ἀρχὰς, κἂν ἐκ τῶν στοιχείων, ὡς

C πρώτων, τὰ σώματα τὰ τῶν ἀνθρώπων, κἂν ἐκ σπερμάτων. Ἧς γάρ ἐστι δυνάμεως καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην (33) ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι, καὶ τὴν ἀνείδεον, καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι, καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν συναγαγεῖν, καὶ τὸ σπέρμα ἓν ὂν καὶ ἁπλοῦν εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον διαρθρῶσαι, καὶ τῷ μὴ ζῶντι δοῦναι ζωὴν, τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ διαλελυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν μεταβαλεῖν (34) εἰς ἀφθαρσίαν. Τοῦ αὐτοῦ δ' ἂν εἴη καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, καὶ τὸ διατεθρυμμένον πλήθει ζώων παντοδαπῶν, ὁπόσα τοῖς τοιούτοις σώμασιν ἐπιτρέχειν εἴωθε καὶ τὸν ἐκ τούτων ἀγείρειν κόρον, διακρῖναι μὲν ἐκεῖθεν, ἑνῶ-

D σαι δὲ πάλιν τοῖς οἰκείοις μέρεσι καὶ μορίοις (35), κἂν

(29) *Στοιχείων.* Codici Bigot. hanc scripturam debemus. Editi τοῦ στοιχείου.

(30) *Τὸ πᾶν.* Legendum videtur εἰς τὸ πᾶν. Sic enim paulo ante: Τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. Difficultas, quam hic solvit Athenagoras, nequaquam in eo posita, quod totum corpus dissolutum esset, sed quod in varias partes dissipatum.

(31) *Τρόπον.* Male in editionibus Parisiensibus τύπον.

(32) *Τῆς αὐτῆς.* Legitur τῆς ἴσης in tribus codicibus, nempe Reg. 2, Bigot. et Anglic.

(33) *Παρ' αὐτοῖς νενομισμένην.* Corruptum locum emendavimus ope codicum Bigot. et Clarom. 1. Habet etiam Reg. 1 νενομισμένην. Editi παρὰ αὐτῆς νενομισμένης.

(34) *Μεταβαλεῖν.* Legitur μεταβάλλειν in edit. Frontonis Ducæi.

(35) *Μέρεσι καὶ μορίοις.* Nullam esse puto in prima voce difficultatem; et cum sæpe in hoc opere occurrat, membra corporis ubique videtur significare. At quid sit μόριον fateor mihi non ita facile visum esse; nec sine plurima inquisitione perspexi aut mihi visus sum perspicere, membrorum partes hac voce designari. Supra n. 2, opponitur μόριον toti membro. Præterea humores, pituitam, bilem et alia hujusmodi nequaquam hoc vocabulo significat Athenagoras, qui n. 7, declarat *resurgentia corpora ex propriis iterum partibus constare, nihil autem ex eis* quæ humida aut sicca, calida aut frigida, dicuntur, *aut partem esse, aut partis locum et speciem occupare; imo non semper in partibus alimentum accipientibus permanere, nec cum resurgentibus resurgere; nihil tum conferente ad vitam sanguine, sive pituita, sive bili, sive spiritu.*

Digitized by Google

εἰς ἓν ἐξ ἐκείνων χωρήσῃ ζῶον, κἂν εἰς πολλὰ, κἂν ἐντεῦθεν εἰς ἕτερα, κἂν ἐκείνοις αὐτοῖς (36) συνδιαλυθὲν ἐπὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς ἐνεχθῇ κατὰ τὴν φυσικὴν εἰς ταύτας ἀνάλυσιν· ὃ δὴ καὶ μάλιστα ταράττειν ἔδοξέ τινας καὶ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων, ἰσχυρὰς οὐκ οἶδ' ὅπως ἡγησαμένων τὰς παρὰ τῶν πολλῶν φερομένας διαπορήσεις.

pere, id inde separare, ac propriis iterum membris et membrorum partibus adjungere, etiamsi in unum aliquod ex his animalibus migraverit, etiamsi in multa, etiamsi inde in alia, etiamsi cum illis una dissolutum ad prima principia secundum naturalem dissolutionem redierit; quod quidem nonnullos maxime visum est perturbare, eosque sapientiæ laude insignes, quibus graves nescio quo pacto visæ sunt, quæ a vulgo jactantur, dubitandi rationes.

4. Οὗτοι δέ γέ (37) φασιν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς (38) δυσθανάτων ἰχθύσι γενέσθαι τροφὴν, πολλὰ δὲ τῶν ἐν πολέμοις θνησκόντων, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ τραχυτέραν αἰτίαν καὶ πραγμάτων περίστασιν, ταφῆς ἀμοιρούντων, τοῖς προστυγχάνουσι ζώοις προκεῖσθαι βοράν. Τῶν οὖν οὕτως ἀναλισκομένων σωμάτων, καὶ τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν καὶ μορίων, εἰς πολὺ πλῆθος ζώων διαθρυπτομένων, καὶ διὰ τῆς τροφῆς τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασιν ἑνουμένων· πρῶτον μὲν τὴν διάκρισιν τούτων φασὶν ἀδύνατον· πρὸς δὲ ταύτῃ τὸ δεύτερον ἀπορώτερον. Τῶν γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐκβοσκηθέντων ζώων, ὁπόσα πρὸς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια, διὰ τῆς τούτων γαστρὸς ἰόντων, καὶ τοῖς τῶν μετειληφότων σώμασιν ἑνουμένων, ἀνάγκην εἶναι πᾶσαν τὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, ὁπόσα τροφὴ γέγονε τοῖς μετειληφόσι ζώοις, πρὸς ἕτερα τῶν ἀνθρώπων μεταχωρεῖν σώματα, τῶν μεταξὺ τούτοις (39) τραφέντων ζώων τὴν ἐξ ὧν ἐτράφησαν τροφὴν διαπορθμευόντων εἰς ἐκείνους τοὺς ἀνθρώπους ὧν ἐγένετο τροφή. Εἶτα τούτους ἐπιτραγῳδοῦσι τὰς ἐν λιμοῖς καὶ μανίαις τολμηθείσας τεκνοφαγίας, καὶ τοὺς κατ' ἐπιβουλὴν ἐχθρῶν τῶν γεννησαμένων ἐδηδεσμένους παῖδας, καὶ τὴν Μηδικὴν τράπεζαν ἐκείνην, καὶ τὰ τραγικὰ δεῖπνα Θυέστου, καὶ τοιαύτας δή τινας ἐπισυνείρουσι παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις καινουργηθείσας συμφοράς· ἔκ τε τούτων κατασκευάζουσιν, ὡς νομίζουσιν, ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν αὐτῶν (40) μερῶν ἑτέροις τε καὶ ἑτέροις συναναστῆναι σώμασιν· ἀλλ' ἤτοι τὰ τῶν προτέρων συστῆναι μὴ δύνασθαι, μετεληλυθότων τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν πρὸς ἑτέρους, ἢ τούτων ἀποδοθέντων τοῖς προτέροις, ἐνδεῶς ἕξειν τὰ τῶν ὑστέρων.

4. *Objiciunt increduli humana corpora, quæ belluas aluere, ac inde in alia hominum corpora transierunt.* — Hi igitur dictitant multa hominum corpora, **318** qui in naufragiis et fluminibus misere periere, escam piscibus facta esse; multa eorum qui in bello obiere, aut ob aliam tristiorem aliquam causam et calamitatem supremis muneribus caruerunt, quibuslibet feris exposita ad vorandum fuisse. Cum ergo sic absumpta fuerint corpora, cumque membra et membrorum partes, ex quibus constabant, in plurimas belluas dilaniata, et cum earum corporibus per nutritionem coagmentata fuerint, primo quidem fieri posse negant, ut inde eliciantur; deinde vero aliud esse difficilius volunt. Nam cum pastæ humanis corporibus belluæ, quotquot ad homines alendos aptæ sunt, in eorum ventrem descendant, et cum edentium corporibus coagmententur, necesse esse omnino ut hominum corpora, quæcunque belluas aluere, in alia hominum migrent corpora; quippe cum belluæ, quas interim aluere, acceptum alimentum in eos homines trajiciant, quibus ipsæ in cibum cedunt. Ad hæc tragœdias agunt in filios, quos parentes, fame aut insania urgente, ausi sunt vorare, aut per inimicorum insidias appositos epulati sunt; tum Medicam illam mensam, tragicasque cœnas Thyestis, et alia hujusmodi colligunt novo calamitatis genere apud Græcos et barbaros perpetrata. Ex quibus efficiunt, ut ipsis quidem videtur, impossibilem esse resurrectionem, cum eædem partes cum aliis et aliis corporibus exsuscitari non possint; vel enim priorum corpora consistere non posse, partibus, ex quibus constabant, ad alios traductis; vel si istæ prioribus reddantur, manca et imperfecta posteriorum futura.

5. Ἐμοὶ δὴ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος καὶ διοικοῦντος τόδε τὸ πᾶν ἀγνοεῖν δύναμίν τε καὶ σοφίαν, ἑκάστου ζώου φύσει καὶ γένει τὴν προσφυῆ καὶ κατάλληλον συναρμόσαντος τροφὴν, καὶ μήτε πᾶσαν φύσιν πρὸς ἕνωσιν ἢ κρᾶσιν παντὸς σώματος ἰέναι δικαιώσαντος, μήτε πρὸς διάκρισιν τῶν ἑνωθέντων ἀπόρως ἐχόντος· ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ἕκαστον φύσει τῶν γενομένων τὸ δρᾶν ἢ πάσχειν ἃ πέφυκεν ἐπιτρέποντος, ἄλλοτε καὶ (41) κωλύοντος, καὶ πᾶν ὃ βούλεται, καὶ πρὸς ὃ βούλεται συγχωροῦντος ἢ μεταστρέφοντος. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις μηδὲ

5. *Unicuique animali provisus a Deo congruens et naturalis cibus.* — Sed mihi videntur ejusmodi homines primum quidem conditoris et gubernatoris universorum potestatem et sapientiam ignorare, qui uniuscujusque animalis naturæ et generi aptum et congruentem accommodavit cibum; ac neque omnem naturam cum quolibet corpore coalescere et commisceri voluit, nec eorum, quæ coaluerunt, secernendorum difficultatem experitur; sed singularum rerum naturæ concedit, ut quæ sibi congruunt faciat aut patiatur, interdum etiam impe-

(36) *Ἐκείνοις αὐτοῖς*. Reg. 2, αὐτοῖς ἐκείνοις. Bigot. αὐτοῖς ἐκείνοις συνδιαλυθῇ..... ἐνεχθῆναι.
(37) *Οὗτοι δέ γε*. Non male Bigot. οὗτοι δὴ γάρ.
(38) *Καὶ ποταμοῖς*. Bigot. ἢ ποταμοῖς.
(39) *Τούτοις*. Clarom. 1, τούτων.
(40) *Αὐτῶν*. Clarom. 1, αὐτοῦ.
(41) *Ἄλλοτε καί*. Bigot. ἄλλοτε δέ.

Digitized by Google

candorum natura, sive secundum membra integra, sive secundum membrorum partes, nec quo abeat unumquodque eorum quæ dissolvuntur, nec quæ pars elementorum exceperit id quod dissolutum in loca sibi congruentia **317** migravit; quamvis hominibus discerni omnino non posse videatur, quidquid cum partibus universi sibi cognatis rursus coaluit. Quem enim non latebat ante propriam cujusque constitutionem, nec futurorum elementorum natura, ex quibus humana corpora, nec eorumdem elementorum partes, ex quibus decerpturus erat id quod ipsi ad humani corporis constitutionem aptum videretur, facile patet neque etiam postquam idem corpus in varias universi partes dissipatum fuerit, ignarum illum futurum quonam migraverit unumquodque eorum, quæ ad cujusque absolutionem et perfectionem adhibuerat. Nam pro vigenti apud nos rerum ordine, quantumque de cæteris rebus judicari solet, majus est ea quæ nondum sunt præcognoscere; quantum autem ad Dei majestatem, ejusque sapientiam spectat, utrumque secundum naturam est, nec difficilius ea quæ nondum sunt prænoscere, quam quæ dissoluta cognoscere.

A στοιχείων (29) μέρος δέδεκται τὸ λυθὲν, καὶ χωρῆσαν πρὸς τὸ συγγενὲς, κἂν πάνυ παρ' ἀνθρώποις ἀδιάκριτον εἶναι δοκῇ τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. Τῷ γὰρ οὐκ ἠγνόητο πρὸ τῆς οἰκείας ἑκάστου συστάσεως, οὔτε τῶν γενησομένων στοιχείων ἡ φύσις, ἐξ ὧν τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, οὔτε τὰ μέρη τούτων ἐξ ὧν ἤμελλεν λήψεσθαι τὸ δόξαν πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρωπείου σώματος σύστασιν, εὔδηλον, ὡς οὐδὲ μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸ πᾶν (30) ἀγνοηθήσεται ποῦ κεχώρηκεν ἕκαστον ὧν εἵληφε πρὸς τὴν ἑκάστου συμπλήρωσιν. Ὅσον μὲν γὰρ κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν παρ' ἡμῖν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ τὴν ἐφ' ἑτέρων κρίσιν, μεῖζον τὸ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν· ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν τούτου σοφίαν ἀμφότερα κατὰ φύσιν, καὶ ῥᾴδιον B ἐπίσης, τῷ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν, τὸ καὶ διαλυθέντα γινώσκειν.

3 *4. Non deest potestas revocandi ad vitam ei, qui creare potuit.* — Illius autem potestatem excitandis ad vitam corporibus non imparem esse argumento est eorumdem generatio. Nam si non exstantia hominum corpora, eorumque principia in prima fecit creatione; etiam dissoluta, quolibet id contigerit modo, non difficilius exsuscitabit; æque enim potest id quoque. Nec de hac ratione quidquam detrahitur, sive ex materia prima principia, sive ex elementis, ut principiis, humana corpora nonnulli componant, sive ex seminibus. Cujus enim potestatis est informi, ut illi existimant, materiæ formam affingere et specie ac ornatu carentem multis variisque figuris ornare, et partes elementorum in unum cogere, et semen, quæ res una est et simplex, in multa dividere, et quod rude et incompositum est conformare et componere, et quod vitæ expers vita donare; ejusdem quoque est et dissoluta coagmentare et jacentia excitare, et mortua ad vitam revocare, et corrupta ad statum corruptionis expertem convertere. Ejusdem etiam auctoris, ejusdemque potestatis ac sapientiæ fuerit, et quod discerptum est ab omnis generis animalium multitudine, quæcunque ejusmodi corporibus accurrere solent, suamque ex illis satietatem ca-

3. Καὶ μὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὡς ἔστιν ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, δείκνυσιν ἡ τούτων αὐτῶν γένεσις. Εἰ γὰρ μὴ ὄντα κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν ἐποίησε τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα καὶ τὰς τούτων ἀρχάς· καὶ διαλυθέντα, καθ' ὃν ἂν τύχῃ τρόπον (31), ἀναστήσει μετὰ τῆς αὐτῆς (32) εὐμαρείας· ἐπίσης γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δυνατόν. Καὶ τῷ λόγῳ βλάβος οὐδὲν, κἂν ἐξ ὕλης ὑποθῶνταί τινες τὰς πρώτας ἀρχὰς, κἂν ἐκ τῶν στοιχείων, ὡς C πρώτων, τὰ σώματα τὰ τῶν ἀνθρώπων, κἂν ἐκ σπερμάτων. Ἧς γάρ ἐστι δυνάμεως καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην (33) ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι, καὶ τὴν ἀνείδεον, καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι, καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν συναγαγεῖν, καὶ τὸ σπέρμα ἓν ὂν καὶ ἁπλοῦν εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον διαρθρῶσαι, καὶ τῷ μὴ ζῶντι δοῦναι ζωὴν, τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ διαλελυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν μεταβαλεῖν (34) εἰς ἀφθαρσίαν. Τοῦ αὐτοῦ δ' ἂν εἴη καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, καὶ τὸ διατεθρυμμένον πλήθει ζώων παντοδαπῶν, ὁπόσα τοῖς τοιούτοις σώμασιν ἐπιτρέχειν εἴωθε καὶ τὸν ἐκ τούτων ἀγείρειν κόρον, διακρῖναι μὲν ἐκεῖθεν, ἑνῶσαι δὲ πάλιν τοῖς οἰκείοις μέρεσι καὶ μορίοις (35), κἂν D

(29) *Στοιχείων.* Codici Bigot. hanc scripturam debemus. Editi τοῦ στοιχείου.

(30) *Τὸ πᾶν.* Legendum videtur εἰς τὸ πᾶν. Sic enim paulo ante : Τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. Difficultas, quam hic solvit Athenagoras, nequaquam in eo posita, quod totum corpus dissolutum esset, sed quod in varias partes dissipatum.

(31) *Τρόπον.* Male in editionibus Parisiensibus τύπον.

(32) *Τῆς αὐτῆς.* Legitur τῆς ἴσης in tribus codicibus, nempe Reg. 2, Bigot. et Anglic.

(33) *Παρ' αὐτοῖς νενομισμένην.* Corruptum locum emendavimus ope codicum Bigot. et Clarom. 1. Habet etiam Reg. 1 νενομισμένην. Editi παρὰ αὐτῆς νενομισμένης.

(34) *Μεταβαλεῖν.* Legitur μεταβάλλειν in edit. Frontonis Ducæi.

(35) *Μέρεσι καὶ μορίοις.* Nullam esse puto in prima voce difficultatem; et cum sæpe in hoc opere occurrat, membra corporis ubique videtur significare. At quid sit μόριον fateor mihi non ita facile visum esse; nec sine plurima inquisitione perspexi aut mihi visus sum perspicere, membrorum partes hac voce designari. Supra n. 2, opponitur μόριον toti membro. Præterea humores, pituitam, bilem et alia hujusmodi nequaquam hoc vocabulo significat Athenagoras, qui n. 7, declarat *resurgentia corpora ex propriis iterum partibus constare, nihil autem ex eis* quæ humida aut sicca, calida aut frigida, dicuntur, *aut partem esse, aut partis locum et speciem occupare; imo non semper in partibus alimentum accipientibus permanere, nec cum resurgentibus resurgere; nihil tum conferente ad vitam sanguine, sive pituita, sive bili, sive spiritu.*

Digitized by Google

εἰς ἓν ἐξ ἐκείνων χωρήσῃ ζῶον, κἂν εἰς πολλά, κἂν ἐντεῦθεν εἰς ἕτερα, κἂν ἐκείνοις αὐτοῖς (36) συνδιαλυθὲν ἐπὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς ἐνεχθῇ κατὰ τὴν φυσικὴν εἰς ταύτας ἀνάλυσιν· ὃ δὴ καὶ μάλιστα ταράττειν ἔδοξέ τινας καὶ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων, ἰσχυρὰς οὐκ οἶδ' ὅπως ἡγησαμένων τὰς παρὰ τῶν πολλῶν φερομένας διαπορήσεις.

pere, id inde separare, ac propriis iterum membris et membrorum partibus adjungere, etiamsi in unum aliquod ex his animalibus migraverit, etiamsi in multa, etiamsi inde in alia, etiamsi cum illis una dissolutum ad prima principia secundum naturalem dissolutionem redierit; quod quidem nonnullos maxime visum est perturbare, eosque sapientiæ laude insignes, quibus graves nescio quo pacto visæ sunt, quæ a vulgo jactantur, dubitandi rationes.

4. Οὗτοι δέ γέ (37) φασιν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς (38) δυσθανάτων ἰχθύσι γενέσθαι τροφὴν, πολλὰ δὲ τῶν ἐν πολέμοις θνησκόντων, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ τραχυτέραν αἰτίαν καὶ πραγμάτων περίστασιν, ταφῆς ἀμοιρούντων, τοῖς προστυγχάνουσι ζώοις προκεῖσθαι βοράν. Τῶν οὖν οὕτως ἀναλισκομένων σωμάτων, καὶ τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν καὶ μορίων, εἰς πολὺ πλῆθος ζώων διαθρυπτομένων, καὶ διὰ τῆς τροφῆς τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασιν ἐνουμένων· πρῶτον μὲν τὴν διάκρισιν τούτων φασὶν ἀδύνατον· πρὸς δὲ ταύτῃ τὸ δεύτερον ἀπορώτερον. Τῶν γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐκδοσκηθέντων ζώων, ὁπόσα πρὸς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια, διὰ τῆς τούτων γαστρὸς ἰόντων, καὶ τοῖς τῶν μετειληφότων σώμασιν ἐνουμένων, ἀνάγκην εἶναι πᾶσαν τὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, ὁπόσα τροφὴ γέγονε τοῖς μετειληφόσι ζώοις, πρὸς ἕτερα τῶν ἀνθρώπων μεταχωρεῖν σώματα, τῶν μεταξὺ τούτοις (39) τραφέντων ζώων τὴν ἐξ ὧν ἐτράφησαν τροφὴν διαπορθμευόντων εἰς ἐκείνους τοὺς ἀνθρώπους ὧν ἐγένετο τροφή. Εἶτα τούτους ἐπιτραγῳδοῦσι τὰς ἐν λιμοῖς καὶ μανίαις τολμηθείσας τεκνοφαγίας, καὶ τοὺς κατ' ἐπιβουλὴν ἐχθρῶν τῶν γεννησαμένων ἐδηδεσμένους παῖδας, καὶ τὴν Μηδικὴν τράπεζαν ἐκείνην, καὶ τὰ τραγικὰ δεῖπνα Θυέστου, καὶ τοιαύτας δή τινας ἐπισυνείρουσι παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις καινουργηθείσας συμφοράς· ἔκ τε τούτων κατασκευάζουσιν, ὡς νομίζουσιν, ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν αὐτῶν (40) μερῶν ἑτέροις τε καὶ ἑτέροις συναναστῆναι σώμασιν· ἀλλ' ἤτοι τὰ τῶν προτέρων συστῆναι μὴ δύνασθαι, μετεληλυθότων τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν πρὸς ἑτέρους, ἢ τούτων ἀποδοθέντων τοῖς προτέροις, ἐνδεῶς ἕξειν τὰ τῶν ὑστέρων.

4. *Objiciunt increduli humana corpora, quæ belluas aluere, ac inde in alia hominum corpora transierunt.* — Hi igitur dictitant multa hominum corpora, **318** qui in naufragiis et fluminibus misere periere, escam piscibus facta esse; multa eorum qui in bello obiere, aut ob aliam tristiorem aliquam causam et calamitatem supremis muneribus caruerunt, quibuslibet feris exposita ad vorandum fuisse. Cum ergo sic absumpta fuerint corpora, cumque membra et membrorum partes, ex quibus constabant, in plurimas belluas dilaniata, et cum earum corporibus per nutritionem coagmentata fuerint, primo quidem fieri posse negant, ut inde eliciantur; deinde vero aliud esse difficilius volunt. Nam cum pastæ humanis corporibus belluæ, quotquot ad homines alendos aptæ sunt, in eorum ventrem descendant, et cum edentium corporibus coagmententur, necesse esse omnino ut hominum corpora, quæcunque belluas aluere, in alia hominum migrent corpora; quippe cum belluæ, quas interim aluere, acceptum alimentum in eos homines trajiciant, quibus ipsæ in cibum cedunt. Ad hæc tragœdias agunt in filios, quos parentes, fame aut insania urgente, ausi sunt vorare, aut per inimicorum insidias appositos epulati sunt; tum Medicam illam mensam, tragicasque cœnas Thyestis, et alia hujusmodi colligunt novo calamitatis genere apud Græcos et barbaros perpetrata. Ex quibus efficiunt, ut ipsis quidem videtur, impossibilem esse resurrectionem, cum eædem partes cum aliis et aliis corporibus exsuscitari non possint; vel enim priorum corpora consistere non posse, partibus, ex quibus constabant, ad alios traductis; vel si istæ prioribus reddantur, manca et imperfecta posteriorum futura.

5. Ἐμοὶ δὴ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος καὶ διοικοῦντος τόδε τὸ πᾶν ἀγνοεῖν δύναμίν τε καὶ σοφίαν, ἑκάστου ζώου φύσει καὶ γένει τὴν προσφυῆ καὶ κατάλληλον συναρμόσαντος τροφὴν, καὶ μήτε πᾶσαν φύσιν πρὸς ἕνωσιν ἢ κρᾶσιν παντὸς σώματος ἰέναι δικαιώσαντος, μήτε πρὸς διάκρισιν τῶν ἑνωθέντων ἀπόρως ἐχόντος· ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ἕκαστον φύσει τῶν γενομένων τὸ δρᾶν ἢ πάσχειν ἃ πέφυκεν ἐπιτρέποντος, ἄλλοτε καὶ (41) κωλύοντος, καὶ πᾶν ὃ βούλεται, καὶ πρὸς ὃ βούλεται συγχωροῦντος ἢ μεταστρέφοντος. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις μηδὲ

5. *Unicuique animali provisus a Deo congruens et naturalis cibus.* — Sed mihi videntur ejusmodi homines primum quidem conditoris et gubernatoris universorum potestatem et sapientiam ignorare, qui uniuscujusque animalis naturæ et generi aptum et congruentem accommodavit cibum; ac neque omnem naturam cum quolibet corpore coalescere et commisceri voluit, nec eorum, quæ coaluerunt, secernendorum difficultatem experitur; sed singularum rerum naturæ concedit, ut quæ sibi congruunt faciat aut patiatur, interdum etiam impe-

(36) *Ἐκείνοις αὐτοῖς*. Reg. 2, αὐτοῖς ἐκείνοις. Bigot. αὐτοῖς ἐκείνοις συνδιαλυθῆ..... ἐνεχθῆναι.
(37) *Οὗτοι δέ γε*. Non male Bigot. οὗτοι δὴ γάρ.
(38) *Καὶ ποταμοῖς*. Bigot. ἢ ποταμοῖς.
(39) *Τούτοις*. Clarom. 1, τούτων.
(40) *Αὐτῶν*. Clarom. 1, αὐτοῦ.
(41) *Ἄλλοτε καί*. Bigot. ἄλλοτε δέ.

Digitized by Google

dit; et quidquid vult concedit, et ad eum quem vult finem concedit, aut interpellat. Præterea nec eorum, quæ alunt aut aluntur, vim et naturam cujusque videntur considerasse. Perspexissent enim profecto non quidquid comedit aliquis, ut necessitati exteriori cedat, id congruens esse animali alimentum, sed nonnulla statim atque circumplicatis ventris partibus excepta sunt, corrumpi solere, dum scilicet vomuntur, et secernuntur, aut alio modo ejiciuntur; ita ut ne paulisper quidem primam et naturalem coctionem sustineant, nedum cum partibus, quæ nutriuntur, commisceantur; quemadmodum etiam nec quidquid coctum est et primam immutationem accepit, id semper ad partes, quæ nutriuntur, pervenit; quippe cum nonnulla in ipso ventre facultatem nutriendi amittant, alia in secunda immutatione et ea quæ in hepate fit coctione secernantur, et ad aliud quidpiam commigrent, **319** quod a nutriendi facultate alienum sit. Ipsa etiam immutatio, quæ fit in jecore, non tota hominibus in alimentum cedit, sed in consuetas superfluitates secernitur, et quod superest alimenti in ipsis illis membris et membrorum partibus, quæ nutriuntur, id interdum in aliud quidpiam vertitur, prout dominatur id quod redundat et luxuriat, et corrumpere aut in se convertere solet quidquid attigit.

A τὴν ἑκάστου τῶν τρεφόντων ἢ τρεφομένων ἐπεσκέφθαι δύναμίν τε καὶ φύσιν. Ἡ γὰρ ἂν ἔγνωσαν, ὅτι μὴ πᾶν ὃ προσφέρεταί τις ὑπενδόσει τῆς ἔξωθεν ἀνάγκης, τοῦτο γίνεται τῷ ζώῳ τροφὴ προσφυής (42)· ἀλλὰ τὰ μὲν ἅμα τῷ (43) προσομιλῆσαι τοῖς περιπτυσσομένοις τῆς κοιλίας μέρεσι φθείρεσθαι πέφυκεν, ἐμούμενά τε καὶ διαχωρούμενα, καὶ τρόπον ἕτερον διαφορούμενα, ὡς μηδὲ κατὰ βραχὺ τὴν πρώτην καὶ κατὰ φύσιν ὑπομεῖναι πέψιν, ἤπού γε τὴν εἰς τὸ τρεφόμενον σύγκρασιν· ὥσπερ οὖν μηδὲ πᾶν τὸ πεφθὲν καὶ τὴν πρώτην δεξάμενον μεταβολὴν τοῖς τρεφομένοις μορίοις προσπελάζει πάντως, τινῶν μὲν κατ' αὐτὴν τὴν γαστέρα τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀποκρινομένων, τῶν δὲ κατὰ τὴν δευτέραν μεταβολὴν καὶ τὴν ἐν ἥπατι γινομένην πέψιν διακρινομένων, καὶ πρὸς ἕτερόν τι μεταχωρούντων, ὃ τὴν B τοῦ τρέφειν ἐκδέδηκε δύναμιν· καὶ αὐτῆς γε τῆς (44) ἐν ἥπατι γινομένης μεταβολῆς οὐ πάσης ἐς τροφὴν ἀνθρώποις χωρούσης, ἀλλ' εἰς ἃ πέφυκε περιττώματα διακρινομένης· τῆς τε καταλειφθείσης τροφῆς ἐν αὐτοῖς ἔσθ' ὅτε τοῖς τρεφομένοις μέρεσι καὶ μορίοις πρὸς ἕτερόν τι μεταβαλλούσης, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τοῦ πλεονάζοντος ἢ περιττεύοντος (45) καὶ φθείρειν πως ἢ πρὸς ἑαυτὸ τρέπειν τὸ πλησιάσαν εἰωθότος.

6. *Quidquid naturæ contrarium est, variis modis ejicitur.* — Cum igitur multa sit in omnibus animalibus naturæ varietas, et accommodatum ad naturam alimentum pro vario animalis et corporis, quod nutritur, genere immutetur; cumque triplex sit animalis cujusque alimentorum expurgatio et secretio, necesse est omnino corrumpi et quo convenit discedere aut in aliud quidpiam mutari quidquid alienum est ab animalis nutritione, quippe quod coalescere non possit: congruentem autem et secundum naturam esse facultatibus animalis, quod nutritur, vim corporis nutrientis, eamque congruis colis percolatam et accurate naturæ secretionibus expurgatam, sincerissimum fieri substantiæ incrementum. Hanc autem et solam quidem alimentum appellarit, si quis vera nomina rebus imponat, ut quæ quidquid alienum et noxium est nutriendi corporis constitutioni, et plurimum illud pondus ad ventrem implendum et ad famem satiandam congestum abjiciat. Sed hoc quidem alimentum nemo dubitaverit, D cum corpore quod alitur coalescere, implicatum et conglutinatum omnibus ejus partibus et membris; quod autem aliter se habet et a natura alienum est

6. Πολλῆς οὖν οὔσης ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τῆς φυσικῆς διαφορᾶς, καὶ αὐτῆς γε τῆς κατὰ φύσιν τροφῆς ἑκάστῳ γένει ζώου καὶ τῷ τρεφομένῳ σώματι συνεξαλλαττομένης· τριτὴς δὲ (46) κατὰ τὴν ἑκάστου ζώου τροφὴν γενομένης καθάρσεως καὶ διακρίσεως, δεῖ C πάντως φθείρεσθαι μὲν καὶ διαχωρεῖν ᾗ πέφυκεν, ἢ πρὸς ἕτερόν τι μεταβάλλειν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον εἰς τὴν τοῦ ζώου τροφήν, ὡς συγκραθῆναι μὴ δυνάμενον· συμβαίνουσαν δὲ καὶ κατὰ φύσιν εἶναι τὴν τοῦ τρέφοντος σώματος δύναμιν ταῖς τοῦ τρεφομένου ζώου δυνάμεσι, καὶ ταύτην ἐλθοῦσαν δι' ὧν πέφυκε κριτηρίων, καὶ καθαρθεῖσαν ἀκριβῶς τοῖς φυσικοῖς καθαρσίοις, εἰλικρινεστάτην γενέσθαι πρόσληψιν εἰς οὐσίαν· ἣν δὲ καὶ μόνην, ἐπαληθεύων ἄν τις τοῖς πράγμασιν, ὀνομάσειεν τροφήν, ὡς ἀποβάλλουσαν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον καὶ βλαβερὸν εἰς τὴν τοῦ τρεφομένου ζώου σύστασιν, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ὄγκον ἐπεισαχθέντα (47) πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς ἀποπλήρωσιν, καὶ τὴν τῆς ὀρέξεως θεραπείαν. Ἀλλὰ ταύτην μὲν (48) οὐκ ἄν τις ἀμφισβητήσειεν ἐνοῦσθαι τῷ τρεφομένῳ σώματι, συμπλεκομένην (49) τε καὶ περιπλαττομένην πᾶσι τοῖς τούτου μέρεσι καὶ μορίοις· τὴν δὲ ἑτέρως ἔχουσαν (50) καὶ παρὰ φύσιν φθείρε-

(42) *Προσφυής*. Bigot. προσφυῶς.

(43) *Ἅμα τῷ*. Deest articulus in Anglic. et Reg. 2

(44) *Αὐτῆς γε τῆς*. Reg. 2 et Anglic. αὐτῆς τῆς. Sic etiam paulo post Anglic. αὐτῆς τῆς.

(45) *Ἢ περιττεύοντος*. Legitur in Bigotiano codice ἢ ἐλλείποντος, quæ scriptura si probetur, vertendum erit: *Quidquid redundat aut deficit quidem, sed*, etc.

(46) *Τριτὴς δέ*. Frustra addendum τῆς existimat Stephanus. Melius censet postea legendum γινομένης.

(47) *Ἐπεισαχθέντα*. Legendum ἐπισαχθέντα monet Stephanus, ac ita legitur ad marginem codicis Regii primi.

(48) *Ταύτην μέν*. Post has voces legitur in omnibus editionibus τὴν εἰλικρινεστάτην. Sed cum hæc desint in Regio primo et Bigot., ac præterea contextum denorment, expungere non dubitavi. Leguntur ad marginem in Regio codice, ut ad lectorem monendum apposita; quod argumento est in aliorum codicum contextum e margine irrepsisse.

(49) *Συμπλεκομένην*. Reg. 1 et Bigot. συνδιαπλεκομένην.

(50) *Ἔχουσαν*. Bigot. ἔχοντος.

Digitized by Google

σθαι μὲν ταχέως, ἢν ἐῤῥωμενεστέρᾳ συμμίξῃ δυνάμει, φθείρειν δὲ σὺν εὐμαρείᾳ τὴν κρατηθεῖσαν, εἴς τε μοχθηροὺς ἐκτρέπεσθαι χυμοὺς καὶ φαρμακώδεις ποιότητας· ὡς μηδὲν οἰκεῖον ἢ φίλον τῷ τρεφομένῳ σώματι φέρουσαν. Καὶ τούτου τεκμήριον μέγιστον τὸ πολλοῖς τῶν τρεφομένων ζώων ἐκ τούτων ἑπακολουθεῖν ἄλγος, ἢ κίνδυνον, ἢ θάνατον, ἢν ὑπὸ σφοδροτέρας ὀρέξεως τῇ τροφῇ καταμεμιγμένον συνεφελκύσηταί τι φαρμακῶδες (51) καὶ παρὰ φύσιν· ὃ δὴ καὶ πάντως φθαρτικὸν ἂν εἴη τοῦ τρεφομένου σώματος, εἴγε τρέφεται μὲν τὰ τρεφόμενα τοῖς οἰκείοις καὶ κατὰ φύσιν, φθείρεται δὲ τοῖς ἐναντίοις. Εἴπερ οὖν τῇ διαφορᾷ τῶν τῇ φύσει διαφερόντων ζώων ἡ κατὰ φύσιν συνδιήρηται τροφὴ, καὶ ταύτης γε αὐτῆς οὔτε πᾶν ὅπερ ἂν προσενέγκηται τὸ ζῶον, οὔτε τὸ τυχὸν ἐκ τούτου τὴν πρὸς τὸ τρεφόμενον σῶμα δέχεται σύγκρασιν, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ διὰ πάσης πέψεως κεκαθαρμένον, καὶ μεταβεβληκὸς (52) εἰλικρινῶς πρὸς τὴν τοῦ ποιοῦ σώματος ἕνωσιν, καὶ τοῖς τρεφομένοις μέρεσιν εὐάρμοστον· εὔδηλον, ὡς οὐδὲν τῶν (53) παρὰ φύσιν ἐνωθείη ποτ' ἂν τούτοις, οἷς οὐκ ἔστι τροφὴ προσφυὴς καὶ κατάλληλος, ἀλλ' ἤτοι κατ' αὐτὴν τὴν κοιλίαν διαχωρεῖ, πρὶν ἕτερόν τινα γεννῆσαι χυμὸν, ὠμὸν καὶ διεφθαρμένον, ἢ συστὰν ἐπὶ πλεῖον, τίκτει πάθος ἢ νόσον δυσίατον, συνδιαφθείρουσαν καὶ τὴν κατὰ φύσιν τροφὴν, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν τῆς τροφῆς δεομένην σάρκα. Ἀλλὰ κἂν ἀπωσθῇ ποτε, φαρμάκοις τισὶν, ἢ σιτίοις βελτίοσιν, ἢ ταῖς φυσικαῖς δυνάμεσι νικηθὲν (54), μετ' οὐκ ὀλίγης ἐξερρύη τῆς βλάβης, ὡς μηδὲν φέρον τοῖς κατὰ φύσιν εἰρηνικὸν, διὰ τὸ πρὸς τὴν φύσιν ἀσύγκρατον.

7. Ὅλως δὲ κἂν συγχωρήσῃ τις τὴν ἐκ τούτων εἰσιοῦσαν τροφὴν (προσειρήσθω δὲ τοῦτο συνηθέστερον) καίπερ οὖσαν παρὰ φύσιν, διακρίνεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἰς ἕν τι τῶν ὑγραινόντων ἢ ξηραινόντων, ἢ θερμαινόντων ἢ ψυχόντων· οὐδ' οὕτως ἐκ τῶν συγχωρηθέντων αὐτοῖς γενήσεταί τι προὔργου, τῶν μὲν ἀνισταμένων σωμάτων ἐκ τῶν οἰκείων μερῶν πάλιν συνισταμένων, οὐδενὸς δὲ τῶν εἰρημένων μέρους ὄντος, οὐδὲ τὴν ὡς μέρους (55) ἐπέχοντος σχέσιν ἢ τάξιν· οὐ μὴν οὐδὲ παραμένοντος πάντοτε τοῖς τρεφομένοις τοῦ σώματος μέρεσιν, ἢ συνανισταμένου ἀνισταμένοις (56)· οὐδὲ συντελοῦντος ἔτι πρὸς τὸ ζῆν, οὐχ αἵματος, οὐ φλέγματος, οὐ χολῆς, οὐ πνεύματος (57). Οὐδὲ γὰρ ὧν ἐδεήθη ποτὲ τὰ τρεφόμενα σώματα, δεηθήσεται καὶ τότε, συνανῃρημένης τῇ τῶν τρεφομένων (58) ἐνδείᾳ καὶ φθορᾷ τῆς ἐξ ὧν ἐτρέφετο χρείας. Ἔπειθ' ὅτι κἂν μέχρι σαρκὸς φθάνειν τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης τροφῆς μεταβολὴν (59) ὑποθοῖτό τις,

A cito corrumpi, si in majores vires inciderit, facile vero corrumpere si vicerit, ac in pravos succos et venenatas qualitates converti; quippe cum corpori nutriendo nihil cognatum aut amicum ferat. Cujus rei maximum signum est, quod in multis animalibus dolor ex ejusmodi alimentis consequatur aut periculum aut ipsa mors, si præ acriori appetitione aliquid venenosi et a natura alieni admistum alimento traxerint: quod quidem corpori, quod alitur, perniciem omnino affert, siquidem quæ aluntur, cognatis et ad naturam accommodatis rebus aluntur, corrumpuntur vero contrariis. Igitur si pro varia animalium natura variæ sunt ciborum naturæ congruentium species, neque quidquid ex ipsis illis cibis ab animali sumptum fuerit, id cum corpore, quod alitur, B totum coalescit, imo nec pars illius quælibet, sed ea tantum quæ omni coctione expurgata et ad sinceram cum certo quodam corpore coagmentationem immutata, et partibus nutriendis accommodata sit; perspicuum est nihil unquam a natura alienum cum iis coagmentatum iri, quibus nec aptum nec congruum est alimentum; sed aut crudum et corruptum per **320** ipsam alvum ejici, antequam alium aliquem succum gignat, aut si diutius consistat, vitium ab eo gigni et morbum qui facile non sanetur, quique cibum naturæ congruentem aut ipsam carnem alimento egentem corrumpat. Sed etiamsi pellatur aliquando, aut quibusdam medicamentis aut cibis melioribus, aut facultatibus naturalibus superatum, non sine magno discedit damno, quippe cum nihil pacificum ferat C iis, quæ secundum naturam sunt, propterea quod cum natura coalescere non possit.

7. *Quidquid naturæ contrarium est minime transit ad eas partes alendas, quæ solæ resurgenti necessariæ.* — Omnino autem etiamsi quis concedat intromissum ex ejusmodi rebus alimentum (ita enim appelletur consuetudinis causa) secerni et immutari in aliquid humidum aut siccum, aut calidum aut frigidum, ne sic quidem, his concessis, quidquam promovebunt, propterea quod resurgentia corpora ex propriis iterum partibus constent, nulla autem earum rerum quas diximus aut pars sit, aut partis speciem et locum occupet, imo non semper in partibus alimentum accipientibus permaneat, nec cum resurgentibus resurgat; nihil tum ad vitam conferente sanguine, sive pituita, sive bili, sive spiritu. D Neque enim quibus rebus aliquando egebant corpora, tum cum alerentur, iisdem etiam tunc temporis egebunt, una cum illius, qui alebatur, indigentia et corruptione, eorum etiam, ex quibus

(51) *Φαρμακῶδες*. Codex Anglicanus φαρμακώδους.

(52) *Μεταβεβληκός*. Legebatur in antiquioribus editionibus μεταβεβηκός, quod merito displicuit Stephano. Legitur μεταβεβληκός in omnibus codicibus mss., excepto Anglicano.

(53) *Οὐδὲν τῶν*. Reg. 3, οὐδὲν ἂν τῶν.... ἑνωθείη ποτὲ τούτοις.

(54) *Δυνάμεσι νικηθέν*. Reg. 3, δυνάμεσιν ἡττηθέν.

(55) *Οὐδὲ τὴν ὡς μέρους*. Reg. 3, οὐθ' ὅλως ὡς μέρους.

(56) *Ἀνισταμένοις*. Ita Reg. 3 et Clarom. 2. Editi τοῖς ἀνισταμένοις.

(57) *Οὐ χολῆς, οὐ πνεύματος*. Hæc desunt in contextu Regii primi. Non habet Claromontanus secundus has voces, οὐ πνεύματος, nec istas, οὐ φλέγματος Anglicanus. Deest etiam οὐ πνεύματος in Reg. 3.

(58) *Τῶν τρεφομένων*. Clarom. τοῦ τρεφομένου.

(59) *Μεταβολήν*. Idem cum Anglicano καταβολήν. Editio Oxoniensis ἐκ τῆς τοιαύτης. At Parisienses et codices mss. habent τοιᾶσδε.

Digitized by Google

alebatur, usu sublato. Huc accedit quod etiamsi quis ponat inductam ex ejusmodi alimento immutationem ad carnem usque pervenire; ne sic quidem necesse fuerit mutatam ex ejusmodi alimento carnem, si alterius hominis corpori accedat, rursus in partis loco ad ejus complementum censeri; quippe cum nec ipsa caro quæ asciscit, eam semper retineat quam ascivit, nec quæ ascita est, ibi constanter permaneat, quo accessit; sed multam in diversa mutationem accipiat, nunc doloribus et curis dissipata nunc mœroribus et laboribus et morbis, et exortis ex æstu aut frigore intemperiis tabefacta; humoribus, qui cum carne et adipe immutantur, non accipientibus alimentum ut id quod sunt permaneant. Cum igitur tot ac tanta caro patiatur, multo hæc magis pati reperias nutritam ex cibis minime congruentibus carnem, nunc turgescentem et pinguescentem ex iis quæ accepit, nunc rejicientem quolibet modo et imminutam ex causarum, quas prius diximus, aliqua, aut etiam ex pluribus; eam autem quæ a natura electa est, quæque iis adhærescit, quibuscum vitam naturæ congruentem et vitæ labores adimplet, solam, in partibus, quæ ab ea colligari, contineri et foveri solent, permanere. Ac profecto nec iis, quæ modo investigavimus, ut par est, dijudicatis, nec iis quæ contra disputata **321** sunt per concessionem approbatis, verum esse demonstrari possit id quod ab istis dicitur; nec nunquam hominum corpora cum aliis ejusdem naturæ coaluerint, sive imprudentes, alterius fraude sensum præripiente, degustent de ejusmodi corpore, sive per se ipsi inopia aut insania adducti simillis naturæ corporibus sese contaminent. Neque enim nos latet quasdam esse in humana forma belluas, aut compositam habere ex hominibus et belluis naturam, quales affingi ab audacioribus poetis solent.

A οὐδ' οὕτως ἀνάγκη τις ἔσται τὴν νεωστὶ μεταβληθεῖσαν ἐκ τῆς τοιᾶσδε τροφῆς σάρκα, προσπελάσασαν ἑτέρου τινὸς ἀνθρώπου σώματι, πάλιν ὡς μέρος εἰς τὴν ἐκείνου τελεῖν συμπλήρωσιν, τῷ μήτε αὐτὴν τὴν προσλαμβάνουσαν σάρκα πάντοτε φυλάττειν ἣν προσείληφε, μήτε τὴν ἐνωθεῖσαν ταύτῃ μόνιμον εἶναι καὶ παραμένειν ᾗ προσετέθη· πολλὴν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ θάτερα δέχεσθαι μεταβολήν, ποτὲ μὲν πόνοις ἢ φροντίσι διαφορουμένην, ἄλλοτε δὲ λύπαις, ἢ καμάτοις, ἢ νόσοις συντηκομένην, καὶ ταῖς ἐξ ἐγκαύσεως ἢ περιψύξεως ἐπιγενομέναις δυσκρασίαις, μὴ συμμεταβαλλομένων σαρκὶ καὶ πιμελῇ τῶν δημῶν ἐν τῷ μένειν ἅπερ ἐστὶν τὴν τροφὴν δεχομένων. Τοιούτων δὲ ἐπιγινομένων (60) ἐπὶ τῆς σαρκὸς παθημάτων, πολύ γ' ἔτι μᾶλλον εὕροι τις ἂν ταῦτα πάσχουσαν τὴν ἐξ B ἀνοικείων τρεφομένην σάρκα· νῦν μὲν εἰς ὄγκον προϊοῦσαν καὶ πιαινομένην ἐξ ὧν προσείληφε· εἶτα πάλιν ἀποπτύουσαν ὅν ἂν τύχῃ τρόπον καὶ μειουμένην, ἢ μιᾷ τινι τῶν ἔμπροσθεν ῥηθεισῶν αἰτιῶν ἢ πλείοσι· μόνα δὲ (61) παραμένειν τοῖς μέρεσιν ἃ συνδεῖν ἢ στέγειν ἢ θάλπειν πέφυκεν, τὴν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξειλεγμένην καὶ τούτοις προσπεφυκυῖαν, οἷς τὴν κατὰ φύσιν συνεξέπλησε ζωὴν, καὶ τοὺς ἐν τῇ ζωῇ πόνους· ἀλλ' οὔτε γὰρ καθ' ὃ δεῖ κρινομένων τῶν ἐναγχος ἐξητασμένων, οὔτε κατὰ συγχώρησιν (62) παραδεχθέντων τῶν ἐπ' ἐκείνοις γεγυμνασμένων, ἀληθὲς δεικνύναι δυνατὸν τὸ πρὸς αὐτῶν λεγόμενον, οὔτ' ἂν συγκραθείη ποτὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα τοῖς τῆς αὐτῆς οὖσι φύσεως, κἂν ὑπ' ἀγνοίας ποτὲ κλαπῶσι τὴν αἴσθησιν δι' ἑτέρου τινὸς μετασχόντες C τοιούτου σώματος, κἂν αὐτόθεν ὑπ' ἐνδείας ἢ μανίας; ὁμοειδοῦς τινος μιανθῶσι σώματι· εἴγε μὴ λελήθασιν ἡμᾶς ἀνθρωποειδεῖς τινες ὄντες θῆρες, ἢ μικτὴν ἔχοντες φύσιν ἐξ ἀνθρώπων καὶ θηρίων, οἵους πλάττειν εἰώθασιν οἱ τολμηρότεροι τῶν ποιητῶν.

8. *Nihil promovent adversarii, nisi demonstrent carnem humanam cibum esse hominis naturalem.* — Sed de corporibus, quæ nulli animali ad vescendum destinata, nec aliud sepulcrum quam terram in honorem naturæ sortita sunt, quid attinet dicere, cum ne ullum quidem animal creator ejusdem speciei animalibus ad vescendum addixerit, quamvis in quibusdam aliis diversi generis cibus sit ad naturam accommodatus? Si ergo demonstrare possunt D

8. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν μηδενὶ ζώῳ πρὸς τροφὴν (63) ἀποκληρωθέντων σωμάτων, μόνην δὲ τὴν εἰς γῆν ταφὴν ἐπὶ τιμῇ τῆς φύσεως μεμοιραμένων; ὅπου γε μηδ' ἄλλο τι τῶν ζώων τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ (64) εἴδους εἰς τροφὴν ἀπεκλήρωσεν ὁ ποιήσας, κἂν ἐν ἄλλοις τισὶ τῶν ἑτερογενῶν τροφὴ γίνηται κατὰ φύσιν. Εἰ μὲν οὖν ἔχουσι δεικνύναι σάρκας ἀνθρώπων ἀνθρώποις εἰς βρῶσιν ἀποκληρωθείσας, οὐδὲν κωλύσει τὰς ἀλληλοφαγίας εἶναι κατὰ φύσιν, ὥσπερ

(60) *Ἐπιγιομένων* Ita Reg. 2. Editi γενομένων.
(61) *Μόνα δέ.* Legendum videtur μόνην δέ.
(62) *Κατὰ συγχώρησιν.* Bigot. παρὰ συγχώρησιν. Eidem difficultati ab incredulis objectæ S. Augustinus non eodem modo, ac Athenagoras, respondet; sic enim habet lib. XXII *De civ. Dei*, n. 20: *Unde jam etiam quæstio illa solvenda est, quæ difficilior videtur cæteris, ubi quæritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit viventis caro, cui potius eorum in resurrectione reddatur; si enim quispiam confectus fame atque compulsus vescatur cadaveribus hominum, quod malum aliquoties accidisse et vetus testatur historia et nostrorum temporum infelicia experimenta docuerunt; num quisquam veridica ratione contendet, totum digestum fuisse per imos meatus, nihil inde in ejus carnem mutatum atque conversum, cum ipsa macies, quæ fuit et non est, satis indicet quæ de illis escis detrimenta suppleta sint? Jam itaque aliqua paulo ante præmisi, quæ ad istum quoque nodum solvendum valere debebunt. Quidquid enim carnium exhausit fames, utique in auras est exhalatum; unde diximus omnipotentem Deum posse revocare quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini in quo esse caro humana primitus cœpit. Ab illo quippe altero tanquam mutuo sumpta deputanda est: quæ sicut æs alienum ei redhibenda est, unde sumpta est. Sua vero illi, quem fames exinanierat, ab eo, qui potest etiam exhalata revocare, reddetur. Quamvis, etsi omnibus perisset modis, nec ulla ejus materies in ullis naturæ latebris remansisset, unde vellet eam reparare Omnipotens.*
(63) *Πρὸς τροφήν.* Bigot. πρὸς τρυφήν.
(64) *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.* Clarom. 2. ἐκ ταὐτοῦ.

Digitized by Google

ἄλλο τι τῶν τῇ φύσει συγκεχωρημένων, καὶ τούς γε τὰ τοιαῦτα λέγειν τολμῶντας, τοῖς τῶν φιλτάτων ἐντρυφᾶν σώμασιν ὡς οἰκειοτέροις, ἢ καὶ τοὺς εὐνουστάτους σφίσι, τούτοις αὐτοῖς ἐστιᾶν· εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδ' εἰπεῖν εὐαγὲς, τὸ δὲ σαρκῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπους μετασχεῖν, ἔχθιστόν τι καὶ παμμίαρον, καὶ πάσης ἐκθέσμου καὶ παρὰ φύσιν βρώσεως ἢ πράξεως ἐναγέστερον· τὸ δὲ παρὰ φύσιν οὐκ ἄν ποτε χωρήσειεν εἰς τροφὴν τοῖς ταύτης δεομένοις μέρεσι καὶ μορίοις (65)· τὸ δὲ μὴ χωροῦν εἰς τροφὴν οὐκ ἂν ἐνωθείη τούτοις ἃ μηδὲ τρέφειν πέφυκεν· οὐδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα συγκριθείη ποτ' ἂν τοῖς ὁμοίοις σώμασιν, οἷς ἐστιν εἰς τροφὴν παρὰ φύσιν, κἂν πολλάκις διὰ τῆς τούτων ἴῃ γαστρὸς, κατά τινα πικροτάτην συμφοράν (66)· ἀποχωροῦντα δὲ τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως, καὶ σκιδνάμενα πρὸς ἐκεῖνα πάλιν ἐξ ὧν τὴν πρώτην ἔσχε σύστασιν, ἑνοῦται μὲν τούτοις ἐφ' ὅσον ἂν ἕκαστον τύχῃ χρόνον· ἐκεῖθεν δὲ διακριθέντα πάλιν σοφίᾳ καὶ δυνάμει τοῦ πᾶσαν ζώου φύσιν σὺν ταῖς οἰκείαις δυνάμεσι συγκρίναντος, ἑνοῦται προσφυῶς ἕκαστον ἑκάστῳ, κἂν πυρὶ καυθῇ, κἂν ὕδατι κατασαπῇ, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζώων καταδαπανηθῇ, κἂν τοῦ παντὸς σώματος ἐκκοπὲν, προδιαλυθῇ τῶν ἄλλων μερῶν· ἑνωθέντα δὲ πάλιν ἀλλήλοις, τὴν αὐτὴν ἴσχει χώραν πρὸς τὴν τοῦ αὐτοῦ σώματος ἁρμονίαν τε καὶ σύστασιν, καὶ τὴν τοῦ νεκρωθέντος ἢ καὶ πάντη διαλυθέντος ἀνάστασιν καὶ ζωήν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖον μηκύνειν οὐκ εὔκαιρον· ὁμολογουμένην γὰρ ἔχει τὴν ἐπίκρισιν, τοῖς γε μὴ μιξοθήροις. A carnes hominum hominibus ad vescendum destinatas esse, nihil vetabit quominus sese invicem comedere naturæ congruat, velut aliud quid ex iis quæ natura concessa sunt, et qui talia effutire audent, amicissimorum corporibus ad deliciag epulentur ut magis congruentibus, ac eadem amicissimis apponant. Sed si id vel dictu impium est, homines autem de hominum carnibus degustare teterrimum quiddam et sceleratissimum est ac nefando omni et contra naturam cibo et facinore detestabilius; deinde vero si quod contra naturam est nunquam membris et partibus alimento egentibus in alimentum cesserit; quod autem in alimentum non cedit, nequaquam cum iis, quæ non potest nutrire, coaluerit; nunquam sane hominum corpora cum similibus sui corporibus, quibus hoc B alimentum contra naturam est, coaluerint, quamvis sæpe per eorum corpora pertranseant acerbissima aliqua calamitate; sed remota a nutriendi facultate et inter eas universi partes dissipata, unde primum ortum habuerunt, cum illis junguntur, quantum cuique obtigerit temporis; inde autem rursus separata illius sapientia et potestate, qui animalis cujusque naturam propriis facultatibus instruxit et temperavit, secum invicem convenienti ratione coeunt, sive igne succensa, sive aquis putrefacta, sive a feris aut quibuslibet animalibus consumpta fuerint, sive pars aliqua a toto corpore avulsa ante cæteras dissoluta sit; secum autem invicem rursus coagmentata, eumdem occupant locum ad aptam ejusdem corporis compositionem et constitutionem, et illius, quod mortuum aut etiam omnino dissolutum **322** erat, resurrectionem et vitam. Hæc autem pluribus persequi minime opportunum est; confessum enim habent judicium, saltem apud eos qui non sunt semibelluæ.

9. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν εἰς τὴν προκειμένην ἐξέτασιν χρησιμωτέρων, παραιτοῦμαι δὴ νῦν τοὺς καταφεύγοντας ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα, καὶ τοὺς τούτων δημιουργοὺς ἀνθρώπους, οἳ τὰ συντριβέντα τῶν ἔργων, ἢ χρόνῳ παλαιωθέντα, ἢ καὶ ἄλλως διαφθαρέντα καινουργεῖν ἀδυνατοῦσιν· εἶτα ἐξ ὁμοίου τοῖς κεραμεῦσι καὶ τέκτοσι δεικνύναι πειρωμένους, τὸ καὶ τὸν Θεὸν μήτ' ἂν βουληθῆναι, μήτε βουληθέντα δυνηθῆναι νεκρωθὲν ἢ καὶ διαλυθὲν ἀναστῆσαι σῶμα· καὶ μὴ λογιζομένους ὅτι διὰ τούτων τοῖς χειρίστοις ἐξυβρίζουσιν εἰς Θεὸν, συνεξισοῦντες τῶν πάντη διε- C 9. *Breviter refellitur argumentum ex figulis petitum.* — Cum autem multa sint ad propositam quæstionem utiliora, auditos impræsentiarum eos nolim, qui ad humana opera confugiunt, et ad opifices homines, a quibus opera sua, si contrita, aut die labefactata aut alia fuerint ratione corrupta, renovari non possunt; deinde ex figulorum et fabrorum similitudine demonstrare conantur, nec Deum velle, nec, si velit, mortuum aut etiam dissolutum corpus exsuscitare posse. In quo non videntsese gravissimam Deo contumeliam facere, dum

(65) *Καὶ μορίοις.* Reg. 2, cum antiquioribus editionibus, καὶ χωρίοις, cujus scripturæ vitium displicuit Stephano.

(66) *Κατά τινα πικροτάτην συμφοράν.* Rechembergius Athenagoræ verbis confirmat Pufendorfii sententiam, nimirum: *Etsi carnibus hominum temere occisorum vesci, semper nefas apud gentes moratiores habitum est, tamen in summa fame et deficientibus aliis nutrimentis licere etiam carnibus hominum a nobis non cæsorum vesci, ac miserandum quidem illum cibum esse, nefarium vero dici non posse.* Huic sententiæ patrocinium ab Athenagora immerito petitur. Paulo ante dicebat: *Homines de hominum carnibus degustare teterrimum quiddam ac sceleratissimum esse, ac nefando omni et contra naturam cibo et facinore detestabilius.* Nec dicas eos excipi qui non occiderunt. Parvi enim id intererat ad propositum Athenagoræ. Cibum ejusmodi nefarium et sceleratum appellat, ut probet naturæ contrarium esse, nec in genuinum alimentum posse converti; quod quidem non minus ferit eos qui non occiderunt, quam qui hoc facinus patrarunt. Præterea n. 7, eos qui imprudentes de humana carne gustaverint, distinguit ab iis, qui scientes hoc committunt, quanquam *inopia aut insania adducti.* Postremos semibelluas esse pronuntiat, nullo inter eos qui occiderunt aut non occiderunt delectu ac discrimine adhibito. His ergo verbis: *Quamvis sæpe per eorum corpora pertranseant acerbissima aliqua calamitate,* non excusatur facinus edentium carnem humanam; sed generatim designantur omnes quibuscunque id evenit, sive imprudentibus, sive scientibus, sive occiderint, sive non. Eadem calamitatis voce pariter comprehendit n. 2, quidquid in hoc genere aut alieno scelere deceptis, aut fame vel insania incitatis contigisse narratur.

Digitized by Google

nihil discriminis ponunt inter rerum disjunctissimarum facultates, vel potius inter eorum qui illis utuntur, naturas, ac inter ea quæ arte et ea quæ natura continentur. In hæc igitur studium insumere, reprehensione non caret. Stolidum enim omnino est levia et inania refellere. Multo autem probabilius dictu est, ac longe omnium verissimum, quod apud homines fieri non potest, id a Deo posse fieri. Quod si per hæc ipsa, ut probabilia, et per ea, quæ supra indagavimus, rem posse fieri ratio demonstrat, liquet alienam non esse a Dei potestate. Imo nec a voluntate aliena est.

A στηκότων τὰς δυνάμεις, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ταύταις χρωμένων τὰς οὐσίας (67) καὶ τὰ τεχνητὰ τοῖς φυσικοῖς. Περὶ μὲν οὖν τούτων σπουδάζειν οὐκ ἀνεπιτίμητον. Ἠλίθιον γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ τοῖς ἐπιπολαίοις καὶ ματαίοις ἀντιλέγειν· μακρῷ γε μὴν ἐνδοξότερον καὶ πάντων ἀληθέστατον τὸ φῆσαι τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον παρὰ Θεῷ δυνατόν. Εἰ δὲ δι' αὐτῶν τούτων ὡς ἐνδόξων καὶ διὰ πάντων τῶν μικρῷ πρόσθεν ἐξητασμένων δείκνυσιν ὁ λόγος δυνατὸν, εὔδηλον ὡς οὐκ ἀδύνατον. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀβούλητον.

10. *Si resurrectionem Deus velle non posset, vel quia injusta, vel quia Deo indigna; neutrum dici potest.*— Quod in Dei voluntatem non cadit, vel ideo non cadit quod injustum sit, vel quod indignum. Rursus id B quod injustum est, vel circa eum qui resurrecturus est spectatur, vel circa alium ab eo. Porro nulli externæ rei, quæ quidem in rerum natura numeretur, injuriam fieri perspicuum est. Nam nec spiritalibus naturis noceat hominum resurrectio (neque enim illis impedimento est, quo sint minus, aut damnum et injuriam infert hominum resurrectio) nec etiam brutorum et inanimorum naturæ. Hæc enim post resurrectionem non erunt. Quod autem non exsistit, injuriam non accipit. Sed fac semper futura; nec sic quidem ullam accipient injuriam, hominum corporibus renovatis. Nam si nunc hominum naturæ eorumque usui, dum adhuc egeni sunt, obsequentia ac sub jugum et servitutem omnem missa, C nullam accipiunt injuriam : multo magis ,iisdem hominibus extra perpessionem et indigentiam omnem positis, nec jam ejusmodi rerum usu indigentibus, liberata omni servitute , nihil accipient injuriæ. Neque enim, si voce instructa essent, Creatorem incusarent, quod immerito infra homines, non eamdem ac illi resurrectionem sortita, collocentur. Quorum enim natura non est æqualis, neque etiam iis finem æqualem is qui æquus est constituit. Præterea apud quos nulla justitiæ notio, neque etiam ulla ob injustitiam querela. Neque etiam illud dici potest injustitiam aliquam circa hominem reviviscentem spectari. Cum enim constet ex anima et corpore, nec in animam nec in corpus injuriam accipit. Neque enim quisquam est qui, si sapiat, injuD riam dicat animæ fieri; sic enim imprudens una cum resurrectione vitam quoque præsentem excludat. Nam si nunc in corpore corruptioni et perpessioni obnoxio habitans nihil patitur **323** injuriæ; multo minus patietur cum eodem corruptionis et perpessionis experte conjuncta. Neque etiam corpori quidquam fit injuriæ. Nam si nunc, cum sit

εἰσιν ὁμογενεῖς, ὡς ἐκ τῆς αὐτῆς φύντες ἀρχῆς (ἀρχὴ γὰρ αὐτοῖς ἡ τῶν πρώτων ἀνθρώπων ἐκ δημιουργίας γένεσις)· ἀλλ' οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς κρατύνονται τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, οἱ δὲ, παρεπόμενοι τῇ τε φύσει καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς προνοίας λαμβάνουσι τὴν πίστιν (ἡ μὲν γὰρ αἰτία καθ' ἣν καὶ δι' ἣν γεγόνασιν ἄνθρωποι, συνεζευγμένη τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἐκ δημιουργίας ἔχει τὴν ἰσχύν· ὁ δὲ τῆς δικαιοσύνης λόγος, καθ' ὃν κρίνει Θεὸς τοὺς εὖ ἢ κακῶς (14) βεβιωκότας ἀνθρώπους, ἐκ τοῦ τούτων τέλους)· φύονται μὲν γὰρ ἐκεῖθεν, ἤρτηνται δὲ μᾶλλον τῆς προνοίας. Δεδειγμένων δὲ ἡμῖν τῶν πρώτων ὡς οἷόν τε, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ διὰ τῶν ὑστέρων δεῖξαι τὸ προκείμενον· λέγω δὲ διὰ τῆς ὀφειλομένης ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων κατὰ δικαίαν κρίσιν τιμῆς ἢ δίκης, καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τέλους· αὐτῶν δὲ τούτων προτάξαι τὸν κατὰ φύσιν ἡγούμενον· καὶ πρῶτόν γε διασκέψασθαι τὸν περὶ τῆς κρίσεως λόγον· τοσοῦτον μόνον ὑπειπόντας φροντίδι τῆς προσηκούσης τοῖς προκειμένοις ἀρχῆς καὶ τάξεως, ὅτι δεῖ τοὺς ποιητὴν τὸν Θεὸν τοῦδε τοῦ παντὸς παραδεξαμένους τῇ τούτου σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ τὴν τῶν γενομένων ἁπάντων ἀνατιθέναι φυλακήν τε καὶ πρόνοιαν, εἴγε ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς παραμένειν ἐθέλοιεν· ταῦτα δὲ περὶ τούτων φρονοῦντας, μηδὲν ἡγεῖσθαι μήτε τῶν κατὰ γῆν, μήτε τῶν κατ' οὐρανὸν ἀνεπιτρόπευτον, μηδ' ἀπρονόητον, ἀλλ' ἐπὶ πᾶν ἀφανὲς ὁμοίως καὶ φαινόμενον, μικρόν τε καὶ μεῖζον, διήκουσαν γινώσκειν τὴν παρὰ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμέλειαν. Δεῖται γὰρ πάντα γενόμενα (15) τῆς παρὰ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμελείας, ἰδίως δὲ ἕκαστον καθ' ὃ πέφυκε, καὶ πρὸς ὃ πέφυκεν ἃ χρή (16). Οὐ γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας τὸ κατάγειν (17), ἢ διαιρεῖν νῦν, ἢ τὸ πρόσφορον ἑκάστῃ φύσει καταλέγειν ἐθέλειν. Ὅ γε μὴν ἄνθρωπος, περὶ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν, ὡς μὲν ἐνδεὴς, δεῖται τροφῆς· ὡς δὲ θνητὸς, διαδοχῆς· ὡς δὲ λογικὸς, δίκης. Εἰ δὲ τῶν εἰρημένων ἕκαστόν ἐστιν ἀνθρώπῳ κατὰ φύσιν, καὶ δεῖται μὲν τροφῆς διὰ τὴν ζωὴν, δεῖται δὲ διαδοχῆς διὰ τὴν τοῦ γένους διαμονὴν, δεῖται δὲ δίκης διὰ τὸ τῆς τροφῆς καὶ τῆς διαδοχῆς ἔννομον, ἀνάγκη δήπου, τῆς τροφῆς καὶ τῆς διαδοχῆς ἐπὶ τὸ συναμφότερον φερομένης, ἐπὶ τοῦτο (18) φέρεσθαι καὶ τὴν δίκην· λέγω δὴ συναμφότερον τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· καὶ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον γίνεσθαι πάντων τῶν πεπραγμένων ὑπόδικον, τήν τε ἐπὶ τούτοις δέχεσθαι τιμὴν ἢ τιμωρίαν. Εἰ δὲ κατὰ τοῦ συναμφοτέρου φέρει τὴν ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις δίκην ἡ δικαία κρίσις, καὶ μήτε τὴν ψυχὴν μόνην δεῖ κομίσασθαι τὰ ἐπίχειρα τῶν μετὰ τοῦ σώματος εἰργασμένων (ἀπροσπαθὴς γὰρ αὕτη καθ' ἑαυτὴν τῶν περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ἢ τροφὰς καὶ θεραπείας γινομένων πλημμελημάτων), μήτε τὸ σῶμα μόνον (ἄκριτον γὰρ τοῦτο

A a nobis ad investigandum proposita ac resurrectionem astruentia, sunt quidem omnia ejusdem generis, ut ex eodem nata principio (principium autem illis est primorum hominum ex creatione generatio), sed alia ex ipso confirmantur primo principio unde orta sunt, alia naturæ et vitæ hominum consequentia ex Dei circa nos providentia fidem accipiunt (nam causa secundum quam et propter quam nati sunt homines, cum natura hominum colligata, ex creatione vim deducit; justitiæ autem ratio secundum quam homines, qui bene vel male vixerunt, judicat Deus, ex eorumdem hominum fine), illinc enim nascuntur, sed magis pendent ex providentia. Prioribus autem, ut potuimus, demonstratis, præclarum sane fuerit etiam ex posterioribus, id est ex B debito cuique homini secundum justum judicium præmio aut pœna, et ex vitæ humanæ fine rem propositam demonstrare, atque ex ipsis illis id præmittere quod natura princeps est, et a judicii ratione initium considerandi facere; unum tantum, studio convenientis rebus propositis principii et ordinis, subjicientes, oportere ut qui creatorem hujus universi admittunt Deum, ejus sapientiæ et justitiæ operum omnium custodiam et providentiam assignent, si quidem in suis principiis permanere velint, et cum de his ita sentiant, nihil omnino neque in cœlo neque in terra gubernationis et providentiæ expers existiment, sed ad omnia sive latentia, sive exstantia, sive parva, sive magna procurationem Creatoris permeare agnoscant. Egent enim C res creatæ omnes Creatoris procuratione; sigillatim autem unaquæque prout a natura instituta, **331** est, et ad quod instituta est. Præposteri enim studii esse arbitror frangere nunc et dividere et quid cuique naturæ conveniat, recensere velle. Homo certe, de quo nunc propositum est dicere, quatenus indigus est, eget alimento; quatenus mortalis, successione; quatenus ratione præditus, judicio. Jam vero, si horum unumquodque homini secundum naturam est; si alimento eget propter vitam, successione propter generis perpetuitatem, judicio propter cibi et successionis legem; necesse est ut, cum alimentum et successio in utrumque ferantur, judicium quoque in utrumque, id est in D hominem ex corpore et anima constantem feratur, ac ejusmodi homo rationem actionum omnium reddat, et pro eis præmium aut pœnam accipiat. Quod si justum judicium utrique mercedem actionum irrogat, si æquum non est ut anima sola rerum una cum corpore gestarum præmia referat (nam per se ipsa non movetur iis quæ circa corporis voluptates et cibos et cultus peccantur), nec corpus solum (est enim per seipsum dijudicandæ legis et

(14) Ἢ κακῶς. Sic 5 Regii et Angl. Editi καὶ κακῶς.

(15) Γενόμενα Editio Anglicana τὰ γενόμενα.

(16) Ἃ χρή. Recte observavit Stephanus legendum ἀχρείου γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας.

(17) Κατάγειν. Sic uterque Reg. et Angl. Editi κατάνειν, Bigot. καταγνεῖν. Legit Stephanus καταγνύειν, quam vocem simili sensu apud Platonem in Phædro usurpari ait, et apud Ciceronem II *De fin.* : *Hoc est frangere rem, non dividere.*

(18) Ἐπὶ τοῦτο. Regii duo et Ang. ἐπὶ τοῦτον.

Digitized by Google

justitiæ expers), sed ut compositus ex utrisque homo de unaquaque actionum suarum in judicium vocetur; id autem si neque in hac vita evenire ratio reperit (non enim ille pro meritis status in præsenti vita servatur, cum multi athei et iniquitati ac nequitiæ omni dediti, usque ad mortem expertes malorum permaneant; contra qui vitam suam ad omnem virtutem dirigunt, in doloribus, injuriis, calumniis, cruciatibus et omnis generis calamitatibus vivant), neque etiam post mortem (neque enim adhuc utrumque exstat, anima quidem a corpore separata, corpore autem ipso in ea dissoluto ex quibus collectum fuerat, nec quidquam prioris naturæ et formæ, nedum memoriam rerum gestarum retinente), quod superest cuique perspicuum est, oportere secundum Apostolum hoc corruptibile et dissipabile induere incorruptionem[24], ut vivificatis ex resurrectione iis, quæ mortua erant, et rursum conjunctis quæ separata, aut etiam omnino dissoluta, merito quisque referat quæ per corpus gessit, sive bona, sive mala.

19. *Vita hominum deterior belluis, nisi merces, quæ in hac vita tribui non potest, in altera tribuatur.* — Igitur adversus eos qui providentiam confitentur, et eadem ac nos admittunt principia, deinde propriis sententiis, nescio quo pacto, excidunt, his utatur quis sermonibus ac multo etiam pluribus, si quidem dilatare velit, quæ concise et cursim dicta sunt. Sed adversus eos qui de principiis dissident, optimum forte fuerit aliud istis principium præmittere, simul cum illis dubitantes de quibus ipsi rebus opinantur, et ad hunc modum una disceptantes, num tota prorsus hominum vita despiciatur, ac densa quædam caligo terris diffusa tum ipsos homines, tum eorum actiones ignoratione et oblivione involvat; an multo tutius sit existimare suis Creatorem præsse operibus, omnium quæcunque **332** sunt aut fiunt, inspectorem operum et cogitationum judicem. Nam, si nullum omnino hominibus rerum gestarum judicium datur, nihil homines amplius habent quam belluæ. Imo istis infelicius agunt, ut qui perturbatos animi motus in servitutem redigant, ac pietatis et justitiæ virtutumque cæterarum curam gerant; belluarum autem et ferarum vita optima, virtus vero insipiens, judicii minæ res perridicula, voluptati autem omni indulgere maximum bonum, commune autem horum omnium decretum atque una lex, amica illa intemperantibus et lascivis sententia: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur*[25]. Talis enim vitæ finis ne voluptas quidem, ut nonnulli opinantur, sed status omnis sensus expers.

A καθ' ἑαυτὸ νόμου καὶ δίκης), ὁ δὲ ἐκ τούτων ἄνθρωπος τὴν ἐφ' ἑκάστῳ (19) τῶν εἰργασμένων αὐτῷ δέχεται κρίσιν· τοῦτο δὲ οὔτε κατὰ τήνδε τὴν ζωὴν εὑρίσκει συμβαῖνον ὁ λόγος (οὐ γὰρ σώζεται τὸ κατὰ ἀξίαν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, διὰ τὸ (20) πολλοὺς μὲν ἀθέους καὶ πᾶσαν ἀνομίαν καὶ κακίαν ἐπιτηδεύοντας, μέχρι τελευτῆς διατελεῖν κακῶν ἀπειράτους, καὶ τοὐναντίον τοὺς κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἐξητασμένον τὸν ἑαυτῶν βίον ἐπιδειξαμένους, ἐν ὀδύναις ζῇν, ἐν ἐπηρείαις, ἐν συκοφαντίαις, αἰκίαις τε καὶ παντοίαις κακοπαθείαις), οὔτε δὲ μετὰ θάνατον (οὐδὲ γάρ ἐστιν ἔτι τὸ συναμφότερον, χωριζομένης μὲν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, σκεδαννυμένου δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἐξ ὧν συνεφορήθη, καὶ μηδὲν ἔτι σώζοντος τῆς προ-
B τέρας φυῆς, ἢ μορφῆς, ἢπού γε τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων)· εὔδηλον παντὶ τὸ λειπόμενον, ὅτι δεῖ κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὸ φθαρτὸν τοῦτο καὶ διασκεδαστὸν (21) ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, ἵνα, ζωοποιηθέντων ἐξ ἀναστάσεως τῶν νεκρωθέντων, καὶ πάλιν ἑνωθέντων τῶν κεχωρισμένων, ἢ καὶ πάντη διαλελυμένων, ἕκαστος κομίσηται δικαίως ἃ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὰ εἴτε κακά.

19. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ὁμολογοῦντας τὴν πρόνοιαν, καὶ τὰς αὐτὰς ἡμῖν παραδεξαμένους ἀρχάς, εἶτα τῶν οἰκείων ὑποθέσεων οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκπίπτοντας, τοιούτοις χρήσαιτ' ἄν τις λόγοις, καὶ πολλῷ πλείοσι τούτων, εἴγε πλατύνειν ἐθέλοι τὰ συντόμως καὶ κατ' ἐπιδρομὴν εἰρημένα. Πρὸς δέ γε τοὺς περὶ τῶν πρώτων διαφερομένους ἴσως ἂν ἔχοι καλῶς ἑτέραν ὑπο-
C θέσθαι πρὸ τούτων ἀρχήν, συνδιαποροῦντας αὐτοῖς περὶ ὧν δοξάζουσι, καὶ τοιαῦτα συνδιασκεπτομένους, ἆρά γε πάντη καθάπαξ ἡ τῶν ἀνθρώπων παρῶπται ζωὴ καὶ σύμπας ὁ βίος, ζόφος δέ τις βαθὺς κατακέχυται τῆς γῆς, ἀγνοίᾳ καὶ σιγῇ κρύπτων αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰς τούτων πράξεις· ἢ πολὺ τούτων ἀσφαλέστερον τὸ δοξάζειν, ὅτι τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασιν ἐφέστηκεν ὁ ποιήσας, πάντων τῶν ὁπωσοῦν ὄντων ἢ γινομένων ἔφορος, ἔργων τε καὶ βουλευμάτων κριτής. Εἰ μὲν γὰρ μηδεμία μηδαμοῦ τῶν ἀνθρώποις πεπραγμένων γίγνοιτο κρίσις, οὐδὲν ἔξουσι πλεῖον τῶν ἀλόγων ἄνθρωποι· μᾶλλον δὲ κἀκείνων πράξουσιν ἀθλιώτερον, οἱ τὰ πάθη δουλαγωγοῦντες, καὶ φροντίζοντες εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, ἢ
D τῆς ἄλλης ἀρετῆς· ὁ δὲ κτηνώδης βίος καὶ θηριώδης ἄριστος· ἀρετὴ δὲ ἀνόητος· δίκης δὲ ἀπειλὴ γέλως πλατύς· τὸ δὲ πᾶσαν θεραπεύειν ἡδονὴν ἀγαθὸν τὸ μέγιστον· δόγμα δὲ κοινὸν (22) τούτων ἁπάντων καὶ νόμος εἷς τὸ τοῖς ἀκολάστοις καὶ λάγνοις φίλον· *Φάγωμεν δὲ* (23) *καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.* Τοῦ γὰρ τοιούτου βίου τέλος οὐδὲ ἡδονή κατά τινας, ἀλλ' ἀναισθησία παντελής. Εἰ δέ ἐστί τις τῷ ποιήσαντι τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἰδίων ποιημάτων φροντίς, καὶ σώζεταί που τῶν εὖ ἢ κα-

[24] I Cor. xv, 53. [25] I Cor. xv, 32.

(19) *Ἐφ' ἑκάστῳ.* Reg. 3, ἐφ' ἑκάστου.
(20) *Διὰ τό.* Ita Reg. 3 et Bigot. Editi διὰ δὲ τό.
(21) *Διασκεδαστόν.* Reg. et Bigot. σκεδαστόν.
(22) *Κοινόν.* Deest in Reg. 3.
(23) *Φάγωμεν δέ.* Deest particula in Reg. 3.

Digitized by Google

κῶς βεβιωμένων ἡ διάκρισις, ἤτοι κατὰ τὸν παρόντα βίον, ζώντων ἔτι τῶν κατ' ἀρετὴν ἢ κακίαν βεβιωκότων, ἢ μετὰ θάνατον, ἐν χωρισμῷ καὶ διαλύσει τυγχανόντων. Ἀλλὰ κατ' οὐδέτερον τῶν εἰρημένων εὑρεῖν δυνατὸν σωζομένην τὴν δικαίαν κρίσιν· οὔτε γὰρ οἱ σπουδαῖοι κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν φέρονται τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπίχειρα, οὔτε μὴν οἱ φαῦλοι τὰ τῆς κακίας. Παρίημι γὰρ λέγειν, ὅτι σωζομένης τῆς φύσεως, ἐν ᾗ νῦν (24) ἐσμεν, οὐθ' ἡ θνητὴ φύσις ἐνεγκεῖν οἵα τε τὴν σύμμετρον δίκην πλειόνων ἢ βαρυτέρων φερομένων πλημμελημάτων. Ὅ τε γὰρ μυρίους ἐπὶ μυρίοις ἀνελὼν ἀδίκως λῃστὴς, ἢ δυνάστης, ἢ τύραννος, οὐκ ἂν ἑνὶ θανάτῳ λύσειε τὴν ἐπὶ τούτοις δίκην· ὅ τε μηδὲν περὶ Θεοῦ δοξάζων ἀληθὲς, ὕβρει δὲ πάσῃ καὶ βλασφημίᾳ συζῶν, καὶ παρορῶν μὲν τὰ θεῖα, καταλύων δὲ νόμους, ὑβρίσας δὲ παῖδας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, κατασκάψας δὲ πόλεις ἀδίκως, ἐμπρήσας δὲ οἴκους μετὰ τῶν ἐνοικούντων, καὶ δηῖώσας χώραν, καὶ τούτοις συναφανίσας δήμους καὶ λαοὺς, ἢ καὶ σύμπαν (25) ἔθνος, πῶς ἂν ἐν τῷ φθαρτῷ σώματι πρὸς τὴν τούτοις συμμετρον ἀρκέσειε δίκην, προλαμβάνοντος τοῦ θανάτου τὸ κατὰ ἀξίαν, καὶ μηδὲ πρὸς ἕν τι τῶν εἰργασμένων τῆς θνητῆς ἐξαρκούσης φύσεως; Οὔτ' οὖν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡ κατ' ἀξίαν δείκνυται κρίσις, οὔτε μετὰ θάνατον.

A Quod si hominum Creatori aliqua est operum suorum cura, ac bene aut male actæ vitæ servatur alicubi discrimen, vel in præsenti vita, adhuc viventibus qui virtutem aut vitium sectantur, vel post mortem, iisdem in separatione et dissolutione versantibus. At in neutro servata judicii æquitas reperiri potest. Nam nec boni in præsenti vita virtutis præmia referunt, nec mali nequitiæ. Illud enim prætermitto, natura, in qua nunc sumus, servata, non posse naturam mortalem pares pluribus aut gravioribus peccatis pœnas sustinere. Nam qui innumeros ex innumeris occidit injuste vel latro, vel princeps, vel tyrannus, is sane una morte horum scelerum pœnam non persolverit. Sic etiam qui de Deo nihil veri opinatus est, sed in omni B convicio et blasphemia vixit, divina contempsit, leges infregit, stupra pueris æque ac mulieribus intulit, urbes evertit injuste, domos una cum hominibus incendit, regionem vastavit, simulque populos et incolas aut etiam universam gentem exstinxit, quonam is pacto in corpore corruptioni obnoxio, pari his sceleribus pœnæ suffecerit, cum mors debitam meritis mercedem præripiat, ac ne uni quidem alicui facinorum mortalis natura sufficiat? Neque igitur in præsenti vita judicium pro meritis demonstratur, neque etiam post mortem.

20. Ἤτοι γὰρ παντελής ἐστι σθέσις τῆς ζωῆς ὁ θάνατος, συνδιαλυομένης τῷ σώματι τῆς ψυχῆς καὶ συνδιαφθειρομένης· ἢ μένει μὲν καθ' ἑαυτὴν ἄλυτος ἡ ψυχὴ, ἀσκέδαστος, ἀδιάφθορος, φθείρεται δὲ καὶ διαλύεται τὸ σῶμα, οὐδεμίαν ἔτι σῶζον οὔτε μνήμην τῶν εἰργασμένων, οὔτ' αἴσθησιν τῶν ἐπ' αὐτῇ παθημάτων. Σβεννυμένης μὲν γὰρ παντελῶς τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, οὐδεμία φανήσεται τῶν ἀνθρώπων οὐ ζώντων φροντὶς, οὐ τῶν κατ' ἀρετὴν ἢ κακίαν βεβιωκότων ἡ κρίσις· ἐπεισκυκληθήσεται δὲ πάλιν τὰ τῆς ἀνόμου ζωῆς, καὶ τῶν ταύτῃ συνεπομένων ἀτόπων τὸ σμῆνος, τό τε τῆς ἀνομίας ταύτης κεφάλαιον ἀθεότης (26). Εἰ δὲ φθείροιτο μὲν τὸ σῶμα καὶ χωροίη πρὸς τὸ συγγενὲς τῶν λελυμένων ἕκαστον, μένοι δὲ ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν ὡς ἄφθαρτος, οὐδ' οὕτως ἔξει χώραν ἡ κατ' αὐτῆς κρίσις, μὴ προσούσης δικαιοσύνης· ἐπειδὴ (27) μηδὲ θεμιτὸν ὑπολαμβάνειν ἐκ Θεοῦ καὶ παρὰ Θεοῦ γίνεσθαί τινα κρίσιν, ᾗ μὴ πρόσεστι τὸ δίκαιον· οὐ πρόσεστι δὲ τῇ κρίσει τὸ δίκαιον, μὴ σωζομένου τοῦ διαπραξαμένου τὴν δικαιοσύνην ἢ τὴν ἀνομίαν. Ὁ γὰρ διαπραξάμενος ἕκαστον τῶν κατὰ τὸν βίον, ἐφ' οἷς ἡ κρίσις, ἄνθρωπος ἦν, οὐ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν. Τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, ὁ λόγος οὗτος ἐπ' οὐδενὸς φυλάξει τὸ δίκαιον.

20. *Nulla merces boni aut mali, si aut anima et corpus pereant, aut solum corpus.* — Vel enim mors totius est omnino vitæ interitus, anima simul cum C corpore dissoluta et corrupta; vel per se ipsa manente anima dissolutionis et dissipationis et corruptionis experte, corrumpitur et dissolvitur corpus, nullam jam retinens nec rerum gestarum memoriam, nec eorum, quæ ob animam toleravit, sensum. Exstincta omnino hominum vita, nulla jam videtur hominum non exstantium procuratio, nec eorum, qui secundum virtutem aut vitium vixerint, judicium; iterum autem revolventur exlegis vitæ incommoda, et absurdorum ex ea consequentium examen, et, quod hujus perversitatis caput est, impietas Dei negatrix. Quod si corrumpatur quidem corpus, et partes quæque dissolutæ ad congrua elementa migrent, anima autem per se ipsa, ut pote incorrupta, maneat, ne sic quidem D locum habebit animæ judicium, quippe cum justitia desideretur. Si quidem **333** nefas est suspicari ullum ex Deo aut a Deo judicium fieri, cui non adsit justitia; judicio autem abest justitia, non exstante eo qui justitiam aut injustitiam exercuit. Nam qui unumquodque eorum de quibus judicium instituitur, in vita egit, homo erat, non anima per se ipsa. Atque ut verbo dicam, hæc judicii ratio nullam æquitatis partem retinet.

21. Κατορθωμάτων τε γὰρ (28) τιμωμένων, ἀδι-

21. *Iniquum est solam animam remunerari aut*

(24) *Ἐν ᾗ νῦν.* Reg. 3, ἐν ᾧ νῦν. *Manente natura in quo nunc sumus statu.* Libenter hanc sequerer lectionem, si faverent alii codices mss. Ibidem Reg. 3, ἐνεγκεῖν δύναται.

(25) *Καὶ σύμπαν.* Nonnulli codices mss. καὶ πᾶν.

(26) *Ἀθεότης.* Ita Reg. 2 et uterque Clarom. At Reg. 1, Bigot. et editio Parisiensis anni 1636 habent ἀθεότητος.

(27) *Ἐπειδή.* Reg. 2 et 3, et Clarom. 2 ἐπεί.

(28) *Κατορθωμάτων τε γάρ.* Reg. 3 et Clarom. 2, κατορθωμάτων μὲν γάρ.

Digitized by Google

puniri, quæ non sola peccavit aut bene egit. — Nam, si recte facta remunerentur, aperte fiet injuria corpori, eo quod susceptorum in rebus præclare gerendis laborum particeps fuerit, mercedis autem recte factorum particeps non sit; ac veniam quidem anima in quibusdam peccatis habeat propter corporis indigentiam et usum, ipsum autem corpus recte factorum, pro quibus simul labores in vita toleravit, societate excidat. Peccatis autem judicatis, non servatur animæ justitia, si quidem sola pœnas eorum persolvat, quæ obstrepente corpore et ad proprios appetitus et motus trahente peccavit, nunc simul abrepta et veluti furto abducta, nunc violentius tracta, interdum accommodatione quadam gratiam et cultum impendens ad corporis conservationem. Aut quomodo non injustum animam de iis rebus per seipsam judicari, ad quas, secundum suam ipsius naturam, nullum habet omnino appetitum nec motum, nec impetum, ut de luxuria, violentia, avaritia, injustitia, et inde nascentibus peccatis? Nam, si ejusmodi mala inde pleraque oriuntur, quod homines non comprimant tumultuantes animi motus, tumultuantur autem propter corporis indigentiam et usum, et illius fovendi studium et cultum (horum enim causa possessio omnis, et potior possessione usus, nuptiæ præterea, et cæteræ vitæ actiones, in quibus et circa quas spectatur quid vitiosum sit et quid non), ubi æquitas, ut quibus in rebus corpus primas sentiendi partes sustinet, et animam trahit in mutuam consensionem, et actionum ad ea quibus indiget societatem, sola ipsa judicetur, et appetitus ac voluptates, metus et dolores, in quibus quidquid minus moderatum judicio obnoxium est, a corpore motionem habeant; quæ autem ex eis consequuntur peccata, et quæ ex peccatis supplicia, ea in solam animam ferantur, nec indigentem cujusquam ejusmodi rei, nec appetentem, nec metuentem, nec quidquam ejusmodi patientem, quod homo pati solet? Quamvis autem non solius corporis, sed hominis esse motus animi ponamus, quod quidem recte facimus, quia una est ex duobus ipsius vita, non tamen hæc animæ convenire dicemus, si propriam ejus naturam pure inspiciamus. Nam, si nullius omnino alimenti eget, nunquam ea profecto appetet, quibus opus non habet ut exsistat, nec ad eorum quidquam rapietur, quibus omnino uti non potest. Neque etiam dolebit propter penuriam pecuniarum aut possessionum, ut quæ nihil ad eam pertineant. **334** Quod si etiam corruptione superior est, nihil omnino metuit quod ei interitum possit afferre; non formidat famem, non morbum, non membrorum abscissionem, aut insignem nævum, non ignem aut ferrum; quippe cum ex his nihil pati possit noxii aut molesti, quam omnino

A κηθήσεται τὸ σῶμα σαφῶς, ἐκ τοῦ κοινωνῆσαι μὲν τῇ ψυχῇ τῶν ἐπὶ τοῖς σπουδαζομένοις πόνων, μὴ κοινωνῆσαι δὲ τῆς ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι τιμῆς, καὶ συγγνώμης μὲν τυγχάνειν πολλάκις τὴν ψυχὴν ἐπί τινων πλημμελημάτων διὰ τὴν τοῦ σώματος ἔνδειάν τε καὶ χρείαν, ἐκπίπτειν δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι κοινωνίας, ὑπὲρ ὧν τοὺς ἐν τῇ ζωῇ συνδιήνεγκε πόνους (29). Καὶ μὴν καὶ πλημμελημάτων κρινομένων οὐ σώζεται τῇ ψυχῇ τὸ δίκαιον, εἴ γε μόνη τίνοι δίκην ὑπὲρ ὧν, ἐνοχλοῦντος τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰς οἰκείας ὁρέξεις ἢ κινήσεις ἕλκοντος, ἐπλημμέλησεν· ποτὲ μὲν κατὰ συναρπαγὴν (30) καὶ κλοπὴν, ποτὲ δὲ κατά τινα βιαιοτέραν ὁλκὴν, ἄλλοτε κατὰ συνδρομὴν, ἐν χάριτος μέρει καὶ θεραπείας τῆς τούτου συστάσεως. Ἢ πῶς οὐκ ἄδικον,
B τὴν ψυχὴν κρίνεσθαι καθ' ἑαυτὴν ὑπὲρ ὧν οὐδ' ἡντιναοῦν ἔχει, κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν, οὐκ ὄρεξιν, οὐ κίνησιν, οὐχ ὁρμήν· οἷον λαγνείας, ἢ βίας, ἢ πλεονεξίας, ἢ ἀδικίας, καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀδικημάτων (31); Εἰ γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων γίνεται κακῶν ἐκ τοῦ μὴ κατακρατεῖν τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἐνοχλούντων παθῶν· ἐνοχλοῦνται δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἐνδείας καὶ χρείας, καὶ τῆς περὶ τοῦτο σπουδῆς καὶ θεραπείας (τούτων γὰρ ἕνεκεν πᾶσα ἡ κτῆσις, καὶ πρὸ ταύτης ἡ χρῆσις· ἔτι δὲ γάμος, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν βίον πράξεις, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ θεωρεῖται τό τε πλημμελὲς καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον)· οὗ δίκαιον,
C ἐν οἷς πρωτοπαθεῖ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἕλκει πρὸς συμπάθειαν καὶ κοινωνίαν τῶν ἐφ' ἃ δεῖται πράξεων, αὐτὴν κρίνεσθαι μόνην; καὶ τὰς μὲν ὀρέξεις καὶ τὰς ἡδονὰς, ἔτι δὲ φόβους καὶ λύπας, ἐφ' ὧν πᾶν τὸ μὴ μέτριον ὑπόδικον, ἀπὸ τοῦ σώματος ἔχειν τὴν κίνησιν· τὰς δὲ ἐκ τούτων ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις τιμωρίας ἐπὶ τὴν ψυχὴν φέρεσθαι μόνην, τὴν μήτε δεομένην τοιούτου τινὸς, μήτε ὀρεγομένην, μήτε φοβουμένην, ἢ πάσχουσάν τι τοιοῦτον καθ' ἑαυτὴν, οἷον πάσχειν πέφυκεν ἄνθρωπος; Ἀλλὰ κἂν μὴ μόνου τοῦ σώματος, ἀνθρώπου δὲ θῶμεν
D εἶναι τὰ πάθη, λέγοντες ὀρθῶς, διὰ τὸ μίαν ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τὴν τούτου ζωὴν, οὐ δήπου γε καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα προσήκειν φήσομεν, ὁπόταν καθαρῶς τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἐπισκοπῶμεν φύσιν. Εἰ γὰρ πάσης καθάπαξ τροφῆς ἐστιν ἀνενδεὴς, οὐκ ἂν ὀρεχθείη ποτὲ τούτων ὧν οὐδαμῶς δεῖται πρὸς τὸ εἶναι, οὔτ' ἂν ὁρμήσειεν ἐπί τι τούτων οἷς μηδ' ὅλως χρῆσθαι πέφυκεν· ἀλλ' οὐδ' ἂν λυπηθείη δι' ἀπορίαν χρημάτων ἢ κτημάτων, ὡς οὐδὲν αὐτῇ προσηκόντων. Εἰ δὲ καὶ φθορᾶς ἐστι κρείττων, οὐδὲν φοβεῖται τὸ παράπαν, ὡς φθαρτικὸν ἑαυτῆς· οὐ γὰρ δέδοικεν οὐ λιμὸν, οὐ νόσον, οὐ πήρωσιν, οὐ λώβην, οὐ πῦρ, οὐ σίδηρον· ἐπεὶ μηδὲ παθεῖν ἐκ τούτων δύναταί τι βλαβερὸν, οὔτ' ἀλγεινὸν, οὐχ ἁπτομένων αὐτῆς τὸ παράπαν οὔτε σωμάτων, οὔτε σωματικῶν δυνάμεων. Εἰ δὲ τὸ τὰ πάθη ταῖς ψυχαῖς ἰδιαζόντως προσάπτειν ἄτοπον, τὸ τὰς ἐκ τούτων ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις τι-

(29) *Πόνους.* Hic editi addunt πῶς οὐκ ἄδικον; sed cum hæc desint in Regio 1, et, eis recisis, multo facilius currat sententia, expungenda esse duxi.

(30) *Κατὰ συναρπαγήν.* Ita Reg. 3 aptius et commodius quam editi, κατὰ τὴν συναρπαγήν. Mox idem et Bigot. ἄλλοτε δὲ κατὰ συνδρομήν.

(31) *Ἀδικημάτων.* Reg. 3 ἁμαρτημάτων.

Digitized by Google

μωρίας ἐπὶ μόνας φέρειν τὰς ψυχὰς ὑπερβαλλόντως ἄδικον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως ἀνάξιον.

nec corpora attingunt, nec corporum facultates. Quod si vitiosos motus animabus proprie affingere absurdum est, orta ex his peccata et ex peccatis supplicia in solas animas conferre, longe iniquissimum et Dei judicio indignum.

22. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν μηδὲ νοηθῆναι δύνασθαι γωρὶς ἐπὶ τῆς ψυχῆς (32) (ἀνθρώπου γὰρ ἀρετὰς εἶναι γινώσκομεν τὰς ἀρετὰς, ὡσπερουῦν καὶ τὴν ταύταις ἀντικειμένην κακίαν, οὐ ψυχῆς κεχωρισμένης τοῦ σώματος, καὶ καθ' ἑαυτὴν οὔσης)· τὴν δὲ ἐπὶ τούτοις τιμὴν ἢ τιμωρίαν ἐπὶ μόνης φέρεσθαι τῆς ψυχῆς; Ἢ πῶς ἂν τις καὶ νοήσειεν ἐπὶ ψυχῆς μόνης ἀνδρείαν ἢ καρτερίαν, οὐκ ἐχούσης οὐ θανάτου φόβον, οὐ τραύματος, οὐ πηρώσεως, οὐ ζημίας, οὐκ αἰκίας, οὐ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀλγημάτων, ἢ τῆς ἐκ τούτων κακοπαθείας; Πῶς δὲ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, οὐδεμιᾶς ἐλκούσης αὐτὴν ἐπιθυμίας πρὸς τροφὴν, ἢ μῖξιν, ἢ τὰς ἄλλας ἡδονάς τε καὶ τέρψεις, οὐδ' ἄλλου τινὸς οὔτ' ἔσωθεν ἐνοχλοῦντος, οὔτ' ἔξωθεν ἐρεθίζοντος; Πῶς δὲ φρόνησιν, οὐχ ὑποκειμένων αὐτῇ πρακτέων καὶ μὴ πρακτέων (33), οὐθ' αἱρετῶν καὶ φευκτῶν· μᾶλλον δὲ μηδεμιᾶς ἐνούσης αὐτῇ κινήσεως τὸ παράπαν ἢ φυσικῆς ὁρμῆς ἐπί τι τῶν πρακτέων; Ποῦ δὲ ὅλως ψυχαῖς ἡ πρὸς ἀλλήλας δικαιοσύνη προσφυὴς, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν ὁμογενῶν ἢ ἑτερογενῶν, οὐκ ἐχούσαις οὔτε πόθεν, οὔτε δι' ὧν, οὔτε πῶς ἀπονείμωσι τὸ κατ' ἀξίαν ἢ κατ' ἀναλογίαν ἴσον, ἐξῃρημένης τῆς εἰς Θεὸν τιμῆς· οὐδ' ἄλλως ἐχούσαις ὁρμὴν ἢ κίνησιν πρὸς χρῆσιν ἰδίων, ἢ πρὸς ἀποχὴν τῶν ἀλλοτρίων· τῆς μὲν χρήσεως τῶν κατὰ φύσιν, ἢ τῆς ἀποχῆς (34) ἐπὶ τῶν χρῆσθαι πεφυκότων θεωρουμένης· τῆς δὲ ψυχῆς μήτε δεομένης τινὸς, μήτε χρῆσθαί τισιν ἢ τινι πεφυκυίας, καὶ διὰ τοῦτο μήτε τῆς λεγομένης ἰδιοπραγίας (35) τῶν μερῶν ἐπὶ τῆς οὕτως ἐχούσης ψυχῆς εὑρεθῆναι δυναμένης;

22. *Virtus et vitium non solius animæ sunt; ergo nec merces soli proponitur animæ.* — Ad hæc quomodo non absurdum virtutem et vitium ne cogitari quidem separatim posse in anima (virtutes enim, hominis virtutes esse novimus, et oppositam eis vitiositatem non animæ a corpore separatæ aut per seipsam exsistentis), horum autem mercedem aut pœnam in animam solam ferri? Aut quomodo possit quis in anima sola fortitudinem et constantiam vel cogitatione informare, quæ nec mortis metum habet, nec vulneris, nec abscissionis membrorum, nec damni aut cruentorum verberum, nec orti ex ejusmodi rebus doloris et ex dolore miseriæ? Quomodo continentiam et temperantiam, nulla eam cupiditate ad cibum aut coitum aut alias voluptates et oblectationes trahente, nec ulla re alia aut intrinsecus perturbante, aut extrinsecus stimulante? Quomodo prudentiam, non subjectis ei agendis rebus aut non agendis, eligendis aut fugiendis, nec ulla omnino insita ei motione aut naturali ad aliquid faciendum impetu? Quomodo autem animabus omnino justitia congruat vel erga se invicem, vel erga aliud quidquam ejusdem aut diversi generis, cum non habeant, nec unde, nec per quæ, nec quomodo pro meritis aut pro rationum paritate æqua distribuant, excepta Dei reverentia et observatione; ac præterea nec impetum aut motionem habeant ad usum propriarum rerum, et abstinentiam alienarum, si quidem usus eorum quæ sunt secundum naturam, aut abstinentia in iis spectatur, qui ita nati sunt ut possint uti: anima autem nec ulla re eget, nec ita comparata est, ut his aut illis uti possit, ac propterea ne illa quidem quæ dicitur propria partium perfunctio in anima sic constituta reperiri potest.

23. Καὶ μὴν κἀκεῖνο πάντων παραλογώτατον, τὸ τοὺς μὲν θεσπισθέντας νόμους ἐπ' ἀνθρώπους φέρειν, τῶν δὲ νομίμως ἢ παρανόμως πεπραγμένων τὴν δίκην ἐπὶ μόνας τρέπειν τὰς ψυχάς. Εἰ γὰρ ὁ τοὺς νόμους δεξάμενος, οὗτος δέξαιτ' ἂν δικαίως καὶ τῆς παρανομίας τὴν δίκην, ἐδέξατο δὲ τοὺς νόμους ἄνθρωπος, οὐ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, ἄνθρωπον δεῖ καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων ὑποσχεῖν δίκην, οὐ ψυχὴν καθ' ἑαυτήν. Ἐπεὶ μὴ ψυχαῖς ἐθέσπισε Θεὸς ἀπέχεσθαι τῶν οὐδὲν αὐταῖς προσηκόντων, οἷον μοιχείας, φόνου, κλοπῆς, ἁρπαγῆς, τῆς κατὰ τῶν γεννησάντων ἀτιμίας, πάσης τε κοινῶς τῆς ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ βλάβῃ τοῦ πέλας γινομένης ἐπιθυμίας. Οὔτε γὰρ τό, *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα* (36), ψυχαῖς μόνον εὐάρμοστον, οὐ προσηκόντων αὐταῖς τῶν τοιούτων ὀνομάτων· οὐ γὰρ ψυχαὶ, ψυχὰς γεννῶσαι, τὴν τοῦ

23. *Leges non soli animæ ponuntur; ergo nec præmia.* — Atque illud quidem omnium maxime a ratione alienum est, sancitas quidem leges conferre in homines, observatæ autem aut violatæ legis mercedem in solas vertere animas. Nam, si qui leges recepit, is etiam merito violatæ legis pœnam recipiet, leges autem recepit homo, non anima per se ipsa; hominem etiam oportet peccatorum pœnam sustinere, non animam per seipsam. Siquidem non animabus præcepit Deus, ut abstineant rebus ad eas nihil attinentibus, velut adulterio, cæde, furto, rapina, ignominia in parentes, ac omni generatim cupiditate, quæ injuriam et damnum proximo infert. Neque enim illud: *Honora patrem tuum et matrem* [16], animabus solis convenit, cum eis ejusmodi **335** nomina non conveniunt; neque enim

[16] Exod. xx, 12.

(32) Ἐπὶ τῆς ψυχῆς. Sic codices mss. et editio Anglic. Deest præpositio in aliis.

(33) Καὶ μὴ πρακτέων. Hæc addita ex tribus Regiis, Clarom. 2, Bigot. et Angl.

(34) Ἢ τῆς ἀποχῆς. Reg. 3 et Bigot. καὶ τῆς ἀποχῆς.

(35) Ἰδιοπραγίας. Reg. 3 δικαιοπραγίας.

(36) Τὴν μητέρα. Addunt σου Clarom. 2 et Reg. 3.

Digitized by Google

animæ ab animabus gignuntur, ut patris et matris appellationem sibi asciscant, sed homines ab hominibus. Neque igitur illud : *Non mœchaberis* [37], de animabus dicatur decenter aut cogitetur, cum inter eas non sit masculi et feminæ discrimen, nec ulla ad coitum habilitas aut appetitus. Nullus autem cum sit appetitus, neque etiam coitus fieri potest. Apud quos autem nullus est coitus, neque etiam legitimus est coitus, quod est matrimonium. Ubi autem nihil est loci legitimæ consuetudini, neque etiam inconcessus alienæ uxoris appetitus et cum ea consuetudo locum habere potest. Sed nec furtum aut avaritia cum interdicuntur, id animabus convenit. Neque enim indigentes sunt earum rerum, quibus qui indigent, propter naturalem indigentiam aut usum, furari solent aut per vim rapere, velut aurum aut argentum, aut animal, aut aliud quidpiam eorum quæ ad victum aut vestitum aut usum apta sunt. Inutile enim est immortali naturæ quidquid ab indigentibus, tanquam utile, appetitur. Sed uberiorem de his rebus disputationem iis dimittamus qui singula diligentius considerare volunt, aut vehementius dimicare cum adversariis. Nobis autem, cum satis sint quæ modo dicta sunt et quæ his consentanea resurrectionem astruunt, in iisdem diutius immorari non jam tempestivum sit. Neque enim nihil prætermittere ex iis quæ dici possunt, propositum nobis est, sed summatim his, qui adsunt, indicare quid de resurrectione sentiendum sit, et argumenta, quibus hoc dogma nititur, ad audientium facultatem accommodare.

A πατρὸς ἢ τῆς μητέρος οἰκειοῦνται προσηγορίαν, ἀλλ' ἀνθρώπους ἀνθρωποι. Οὔτε οὖν τὸ, *Οὐ μοιχεύσῃς*, ἐπὶ ψυχῶν λεχθείη ποτ' ἂν ἢ νοηθείη (37) δεόντως, οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς τῆς κατὰ τὸ (38) ἄρσεν καὶ θῆλυ διαφορᾶς, οὐδὲ πρὸς μίξιν τινὸς ἐπιτηδειότητος, ἢ πρὸς ταύτην ὀρέξεως. Ὀρέξεως δὲ τοιαύτης οὐκ οὔσης, οὐδὲ μίξιν εἶναι δυνατόν. Παρ' οἷς δὲ μίξις οὐκ ἔστιν ὅλως (39), οὐδὲ ἔνθεσμος μίξις, ὅπερ ἐστὶν ὁ γάμος. Ἐννόμου δὲ μίξεως οὐκ οὔσης, οὐδὲ τὴν παράνομον καὶ' τὴν ἐπ' ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ γινομένην ὄρεξιν ἢ μίξιν εἶναι δυνατόν· τοῦτο γάρ ἐστι μοιχεία. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ κλοπὴν ἀπαγορεύειν, ἢ τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν, ψυχαῖς προσφυές· οὐδὲ γὰρ δέονται τούτων, ὧν οἱ δεόμενοι διὰ τὴν φυσικὴν ἔνδειαν ἢ χρείαν κλέπτειν εἰώθασιν, ἢ λῃστεύειν, οἷον χρυσὸν, B ἢ ἄργυρον, ἢ ζῶον, ἢ ἄλλο τι τῶν πρὸς τροφὴν ἢ σκέπην ἢ χρῆσιν ἐπιτηδείων. Ἀχρεῖον γὰρ ἀθανάτῳ φύσει πᾶν ὁπόσον τοῖς ἐνδεέσιν ὀρεκτὸν, ὡς χρήσιμον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐντελέστερος περὶ τούτων λόγος ἀφείσθω τοῖς σπουδαιότερον ἕκαστον σκοπεῖν βουλομένοις, ἢ φιλοτιμότερον διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς διαφερομένους. Ἡμῖν δὲ ἀρκούντων τῶν ἀρτίως εἰρημένων, καὶ τῶν συμφώνως τούτοις τὴν ἀνάστασιν πιστουμένων, τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβειν, οὐκέτ' ἂν ἔχοι καιρόν. Οὐ γὰρ τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν ἐνόντων εἰπεῖν (40), πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλὰ τὸ κεφαλαιωδῶς ὑποδεῖξαι τοῖς συνελθοῦσιν ἃ χρὴ περὶ ἀναστάσεως φρονεῖν, καὶ τῇ δυνάμει τῶν παρόντων συμμετρῆσαι τὰς ἐπὶ τοῦτο φερούσας ἀφορ- C μάς.

24. *Proprius hominum finis esse debet, qui nec in indolentia nec in voluptatibus reponi potest.* — Examinatis autem aliquatenus his quæ proposita fuerant, jam superest ut et argumentum, quod ex fine ducitur, consideremus; jam illud quidem ex his, quæ dicta sunt, exstans atque elucens, tantumque examinis et accessionis requirens, quantum opus est, ut non videamur ex his quæ modo dicta sunt, immemoratum aliquid relinquere et materiam aut susceptam ab initio divisionem lædere. Illorum ergo in gratiam et eorum qui has in res incumbent, præclarum fuerit hoc tantummodo observare, nempe et eorum quæ a natura constituta sunt, et eorum quæ arte fiunt, proprium cujusque finem esse de- D bere : quod quidem nos communis omnium notio docet, ac res ante oculos positæ testantur. An non enim videmus alium esse agricolis, alium medicis propositum finem, ac rursus alium eorum quæ

24. Ἐξητασμένων δὲ ποσῶς τῶν προτεθέντων, ὑπόλοιπον ἂν εἴη καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ τέλους διασκέψασθαι λόγον, ἤδη μὲν τοῖς εἰρημένοις (41) ἐμφαινόμενον, τοσαύτης δὲ μόνον ἐπιστασίας καὶ προσθήκης δεόμενον, ὡς μὴ δοκεῖν τι τῶν μικρῶς (42) εἰρημένων ἡμῖν ἀμνημόνευτον (43) καταλιπεῖν, καὶ παραβλάψαι τὴν ὑπόθεσιν, ἢ τὴν ἐξ ἀρχῆς γενομένην διαίρεσιν. Τούτων τε οὖν (44) ἕνεκεν καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἐγκεισομένων, καλῶς ἂν ἔχοι τοσοῦτον ἐπισημήνασθαι μόνον, ὅτι δεῖ καὶ τῶν ἐκ φύσεως συνισταμένων καὶ τῶν κατὰ τέχνην γινομένων οἰκεῖον ἑκάστου τέλος εἶναι, τοῦτό που (45) καὶ τῆς κοινῆς πάντων ἐννοίας ἐκδιδασκούσης ἡμᾶς καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς στρεφομέ- D νων ἐπιμαρτυρούντων. Ἡ γὰρ (46) οὐ θεωροῦμεν ἕτερόν τι τοῖς γεωργοῦσιν, ἕτερον δὲ τοῖς ἰατρεύουσιν ὑποκείμενον τέλος· καὶ πάλιν ἄλλο μέν τι τῶν ἐκ γῆς φυομένων, ἄλλο δὲ τῶν ἐπ' αὐτῆς τρεφομένων ζώων, καὶ κατά τινα φυσικὸν εἱρμὸν γεννωμένων; Εἰ δὲ

[37] Exod. xx, 14

(37) *Ποτ' ἂν ἢ νοηθείη.* Hæc deerant in editionibus Parisiensibus, sed exstant in aliis et in codicibus mss. Ibidem Reg. 3, καὶ τὸ θῆλυ.

(38) *Κατὰ τό.* Præpositio pariter omissa a Ducæo et aliis editionibus Parisiensibus.

(39) *Οὐκ ἔστιν ὅλως.* Reg. 3, ὅλως οὐκ ἔστιν.

(40) *Εἰπεῖν.* Deest in Clarom. 1 et Angl.

(41) *Τοῖς εἰρημένοις.* Bigot. ἐν τοῖς εἰρημένοις.

(42) *Δοκεῖν τι τῶν μικρῶς.* Ita Reg. 3. Editi, δοκεῖν τῶν μικρόν.

(43) *Ἀμνημόνευτον.* Clarom. 1 et Angl. statim addunt γενομένην διαίρεσιν, cæteris omissis.

(44) *Τούτων τε οὖν.* Eos intelligit quos paulo ante significavit secum convenire solitos esse.

(45) *Τοῦτό που.* Sic emendavimus ope Reg. 2 et 3, et Clarom. 1, et Angl. Male in editis τοῦ τρόπου.

(46) *Ἡ γάρ.* Reg. 3, εἰ γάρ.

Digitized by Google

τοῦτ' ἔστιν ἐναργὲς, καὶ δεῖ πάντως ταῖς φυσικαῖς ἢ τεχνικαῖς δυνάμεσι καὶ ταῖς ἐκ τούτων (47) ἐνεργείαις τὸ κατὰ φύσιν ἕπεσθαι τέλος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων τέλος, ὡς ἰδιαζούσης ὂν φύσεως, ἐξῃρῆσθαι τῆς τῶν ἄλλων κοινότητος. Ἐπεὶ μηδὲ θεμιτὸν ταὐτὸν ὑποθέσθαι τέλος τῶν τε λογικῆς κρίσεως ἀμοιρούντων, καὶ τῶν κατὰ τὸν ἔμφυτον νόμον καὶ λόγον ἐνεργούντων, ἔμφρονί τε ζωῇ καὶ δίκῃ χρωμένων. Οὔτ' οὖν τὸ ἄλυπον οἰκεῖον τούτοις (48) ἂν εἴη τέλος (μετεῖη γὰρ ἂν τούτου καὶ τοῖς παντελῶς ἀναισθητοῦσιν)· ἀλλ' οὐδὲ τῶν τὸ σῶμα τρεφόντων ἢ τερπόντων ἀπόλαυσις, καὶ πλῆθος ἡδονῶν· ἢ πρωτεύειν ἀνάγκη τὸν κτηνώδη βίον, ἀτελῆ δὲ εἶναι τὸν κατ' ἀρετήν. Κτηνῶν γὰρ οἶμαι καὶ βοσκημάτων οἰκεῖον τοῦτο τέλος, οὐκ ἀνθρώπων ἀθανάτῳ ψυχῇ καὶ λογικῇ κρίσει χρωμένων.

A ex terra nascuntur, alium vero animalium, quæ terræ munere vescuntur, et naturali quadam serie generantur? Quod si id perspicuum est, ac omnino oportet, ut potentias, quæ natura aut arte continentur, earumque opera consentaneus naturæ finis sequatur; necesse prorsus est, ut hominum finis, ut singularis naturæ finis, secernatur **336** ab aliorum communitate. Neque enim fas est eumdem statuere finem eorum, quæ rationalis judicii expertia sunt, et eorum quæ secundum insitam legem et rationem operantur, ac prudenti vita et justitia prædita sunt. Non igitur indolentia proprius erit eis finis; communis enim esset iis etiam quæ sensus expertia sunt. Sed nec eorum quæ corpus alunt aut oblectant perfruitio, B et copia voluptatum; aut necesse est belluinam vitam primas obtinere, eam autem quæ ad virtutem dirigitur, nullum ad finem dirigi. Belluarum enim arbitror et pecudum esse proprium hunc finem, non hominum immortali anima et rationali judicio præditorum.

Οὐ μὴν οὐδὲ μακαριότης ψυχῆς κεχωρισμένης (49) σώματος· οὐδὲ γὰρ τὴν θατέρου τούτων ἐξ ὧν συνέστηκεν ἄνθρωπος ἐσκοποῦμεν ζωὴν ἢ τέλος, ἀλλὰ τοῦ συνεστῶτος ἐξ ἀμφοῖν. Τοιοῦτος γὰρ πᾶς ὁ τόνδε λαχὼν τὸν βίον ἄνθρωπος, καὶ δεῖ τῆς τούτου ζωῆς εἶναί τι τέλος οἰκεῖον. Εἰ δὲ τοῦ συναμφοτέρου τὸ τέλος, τοῦτο δὲ οὔτε ζώντων αὐτῶν (50) ἔτι κατὰ τόνδε τὸν βίον εὐρεθῆναι δυνατὸν διὰ τὰς πολλάκις ἤδη ῥηθείσας αἰτίας, οὔτε μὴν ἐν χωρισμῷ τυγχανούσης τῆς ψυχῆς, τῷ μηδὲ συνεστάναι τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, διαλυθέντος ἢ καὶ πάντη σκεδασθέντος τοῦ σώματος, κἂν ἡ ψυχὴ διαμένῃ καθ' ἑαυτήν· ἀνάγκη C πᾶσα κατ' ἄλλην τινὰ τοῦ συναμφοτέρου καὶ τοῦ αὐτοῦ ζώου σύστασιν, τὸ τῶν ἀνθρώπων φανῆναι τέλος. Τούτου δ' ἐξ ἀνάγκης ἑπομένου, δεῖ πάντως γενέσθαι τῶν νεκρωθέντων ἢ καὶ πάντη διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασιν, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους συστῆναι πάλιν· ἐπειδή γε τὸ μὲν τέλος οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων ὁ τῆς φύσεως τίθεται νόμος, ἀλλ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ζωὴν βεβιωκότων. Τοὺς δ' αὐτοὺς ἀνθρώπους συστῆναι πάλιν ἀμήχανον, μὴ τῶν αὐτῶν σωμάτων ταῖς ψυχαῖς αὐταῖς (51) ἀποδοθέντων. Τὸ δ' αὐτὸ σῶμα τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἀπολαβεῖν ἄλλως μὲν ἀδύνατον, κατὰ μόνην δὲ τὴν ἀνάστασιν δυνατόν. Ταύτης γὰρ γενομένης (52), καὶ τὸ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων πρόσφορον ἐπακολουθεῖ τέλος. Τέλος δὲ ζωῆς ἔμφρονος καὶ λογικῆς κρίσεως οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν τὸ τούτοις ἀπερισπάστως συνδιαιωνίζειν, οἷς μάλιστα καὶ πρώτως ὁ φυτικὸς συνήρμοσται λόγος, τῇ τε θεωρίᾳ τοῦ ὄντος (53) καὶ τῶν ἐκείνῳ δεδογμένων ἀπαύστως ἐπαγάλλεσθαι· κἂν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐμπαθέστερον καὶ σφοδρότερον τοῖς τῇδε προσπεπονθότες (54), ἄστοχοι τούτου διατελῶσιν. Οὐ γὰρ ἀκυροῖ τὴν κοινὴν ἀποκλή-

25. *Finis hominis proprius, non est animæ solius aut corporis finis, sed hominis ex utroque constantis. Unde necessario sequitur resurrectio.* — Neque etiam beatitudo animæ a corpore separatæ. Neque enim alterutrius eorum, ex quibus constat homo, vitam consideramus aut finem, sed illius qui ex utroque constat. Talis enim est quisquis hanc vitam sortitus est homo, ac illius vitæ proprium aliquem esse finem oportet. Quod si utriusque finis est, isque nec illis adhuc degentibus in hac vita reperiri potest, propter causas sæpe allatas, nec in C anima a corpore separata, eo quod talis homo non exsistat, dissoluto aut prorsus etiam dissipato corpore, etiamsi anima per se ipsa permaneat; necesse est omnino in alia utriusque ac ejusdem animalis constitutione hominum finem reperiri. Hoc autem cum necessario consequatur, necesse prorsus est mortuorum aut omnino dissolutorum corporum fieri resurrectionem, ac eosdem homines rursus exsistere; siquidem finem non simpliciter, nec quorumlibet hominum, lex naturæ constituit, sed ipsorum illorum qui præcedentem vitam traduxerunt. Iidem autem homines rursus exsistere non possunt, nisi eadem corpora iisdem animabus reddantur. Ut autem idem corpus eadem anima recipiat, aliter fieri non potest, quam per resurrectionem. Hac enim perfecta, conveniens naturæ D hominum consequitur finis. Vitæ autem prudentia et rationali judicio præditæ non erraverit si quis hunc finem esse dicat, in iis perpetuo sine interpellatione versari, quibus maxime et primario congruit naturalis ratio, et in contemplatione illius, qui est, ejusque legis indesinenter gloriari; quamvis plerique homines terrenis rebus libidinose ac

(47) *Ἐκ τούτων*. Deest præpositio in Reg. 3.
(48) *Τούτοις*. Ita Reg. 3. Editi τοῦτο.
(49) *Κεχωρισμένης*. Clarom. 2, κεχωρισμένη.
(50) *Αὐτῶν*. Clarom. 2, τῶν αὐτῶν.
(51) *Αὐταῖς*. Deest in Reg. 3.
(52) *Γενομένης*. Ita Reg. 2, melius quam editi γινομένης.
(53) *Τοῦ ὄντος*. Reg. 2, Bigot. et Angl. τοῦ δόντος.
(54) *Προσπεπονθότες*. Sic Clarom. 2. Editi προπεπονθότες. Legendum esse ut in textu posuimus, admonet eruditus editor Oxoniensis, atque hujus emendationis auctorem laudat Gatakerum in adnotationibus in Antoninum.

Digitized by Google

vehementer affecti hunc finem non assequantur. Non enim communem sortem evertit multitudo eorum, qui congruente illis fine excidunt; quippe cum ejusmodi rerum examen et inquisitio ad singulos pertineat, et vitæ bene aut male actæ merces aut pœna ad unumquemque accommodetur.

A ρωσιν τὸ πλῆθος τῶν ἀποπιπτόντων τοῦ προσήκοντος αὐτοῖς τέλους, ἰδιαζούσης τῆς ἐπὶ τούτοις ἐξετάσεως, καὶ τῆς ἑκάστῳ συμμετρουμένης ὑπὲρ τῶν εὖ ἢ κακῶς βεβιωμένων τιμῆς ἢ δίκης.

S. P. N. THEOPHILI

EPISCOPI ANTIOCHENI

AD AUTOLYCUM LIBRI TRES

ANALYSIS LIBRI PRIMI

337 *Continet liber hic primus sermonem Theophili cum Autolyco habitum, erudito illo quidem, sed simulacrorum cultore et Christianis non amico. Is cum jocatus esset in Christianorum de Deo ac de resurrectione sententiam, materiam dedit Theophilo utriusque dogmatis defendendi. Postquam igitur Theophilus* (n. 1) *illius in venditandis diis arrogantiam et illepida in Christianorum nomen dicteria perstrinxit, respondet huic ejusdem petitioni* (n. 2): « *Ostende mihi Deum tuum.* » *Demonstrat: 1° Deum videri non posse, nisi cordis oculi diligenter expurgati fuerint. 2°* (n. 3, 4), *Si quis postulat ut Dei forma exprimatur, id prorsus fieri non posse, quia nihil de Deo dicere possumus, quod non longe infinita illius virtute superetur. 3° Etiamsi Deus non cernatur oculis, at ex providentia et operibus cognosci* (n. 5. 6). *4° Tum demum fore ut Deum videamus, cum mortalitatem exuerimus et incorruptionem induerimus* (n. 7).

Sed quia resurrectionis fides abhorrebat ab Autolyci ingenio, conatur Theophilus incredulum animum flectere, ac probat: 1° In multis artibus ac variis in rebus ad vitæ cultum pertinentibus nihil sine fide ad exitum perduci (n. 8); *quanto magis Deo, a quo creati sumus, fidem derogari non debere? 2° Autolycum exagitat, quod cum statuas deos esse et mira efficere credat, credere nolit Deum a quo creatus est, iterum creare posse. 3° Tum oblata occasione scelera et flagitia deorum persequitur, superstitiones Ægyptiorum, matrem deorum ejusque filios Cæsari vectigales* (n. 18); *ex quo concludit Cæsarem multo magis quam ejusmodi deos honorandum esse, sic tamen ut minime adoretur* (n. 11). *Christianum autem nomen* (n. 12) *non risu, ut deos Autolyci, dignum esse, sed rem maxime suavem et utilem significare demonstrat. 4° Cum petiisset Autolycus* (n. 13) *aliquem sibi ex mortuis redivivum monstrari, cumque creditum se promisisset, si quem vidisset ejusmodi, rejicit eum Theophilus ad Herculem et Æsculapium, ac creditum dubitat etiamsi mortuorum aliquem ad vitam revocatum videat. Sed tamen ut obstinatum frangat animum, objicit in rebus ante oculos positis imagines quasdam resurrectionis, velut in dierum ac noctium vicibus, in mirabili frugum et plantarum nascendi ratione, in lunæ interitu ac resurrectione, in hominum ægrotantium ad pristinam sanitatem et formam restitutione. Suum denique* (n. 14) *exemplum Autolyco proponit; et quemadmodum ipse olim incredulus tum rationibus supra demonstratis, tum Scripturarum lectione et certissimo propheticorum oraculorum eventu convictus credidit, idem nunc Autolyco faciendum censet, ne, si nunc utiliter credere nolit, frustra credat aliquando in æterna supplicia conjectus.*

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ

THEOPHILI AD AUTOLYCUM

338 LIBER PRIMUS.

1. *Autolycus simulacrorum defensor et Christiani nominis derisor.* — Lepida quidem lingua ac elegans dictio delectationem afferunt ac laudem ad

B

ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

1. Στωμύλον μὲν οὖν (1) στόμα καὶ φράσις εὐεπὴς τέρψιν παρέχει καὶ ἔπαινον πρὸς κενὴν δόξαν ἀθλίοις ἀνθρώποις ἔχουσι τὸν νοῦν κατεφθαρμένον· ὁ δὲ τῆς

(1) *Στωμύλον μὲν οὖν*, etc. Refertur hæc sententia totidem verbis a Joanne Damasc. *Parat.* p. 564. Deest conjunctio sequens in codice Bodleiano.

Digitized by Google

ἀληθείας ἐραστὴς οὐ προσέχει λόγοις μεμιασμένοις (2)· ἀλλὰ ἐξετάζει τὸ ἔργον τοῦ λόγου (3), τί καὶ ὁποῖόν ἐστιν. Ἐπειδὴ οὖν, ὦ ἑταῖρε, κατέπληξάς (4) με λόγοις κενοῖς καυχησάμενος ἐν τοῖς θεοῖς σου τοῖς λιθίνοις καὶ ξυλίνοις, ἐλατοῖς τε καὶ χωνευτοῖς καὶ πλαστοῖς καὶ γραπτοῖς, οἳ οὔτε βλέπουσιν οὔτε ἀκούουσιν· εἰσὶ γὰρ εἴδωλα καὶ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· ἔτι δὲ φῄς με καὶ Χριστιανὸν, ὡς κακὸν τοὔνομα φοροῦντα· ἐγὼ μὲν οὖν ὁμολογῶ εἶναι Χριστιανὸς, καὶ φορῶ τὸ θεοφιλὲς ὄνομα τοῦτο, ἐλπίζων εὔχρηστος εἶναι τῷ Θεῷ (5). Οὐ γὰρ, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις χαλεπὸν εἶναι τοὔνομα τοῦ Θεοῦ (6), οὕτως ἔχει· ἴσως δὲ ἔτι, αὐτὸς σὺ ἄχρηστος ὢν τῷ Θεῷ, περὶ τοῦ Θεοῦ οὕτω φρονεῖς.

A inanem gloriam miseris hominibus, qui mentem corruptam gerunt. Veritatis autem amator non ducitur sermonibus fucatis, sed sermoni opus adjunctum, quodnam et quale sit, inquirit. Quoniam igitur me, amice, obtudisti inanibus sermonibus, deos tuos venditans, lapideos et ligneos, ductos et fusos, fictos et pictos, qui nec vident nec audiunt (sunt enim imagines et opera manuum hominum), meque præterea Christianum dicis quasi malum nomen ferentem, equidem confiteor me esse Christianum, et gratum illud Deo nomen fero, sperans me utilem esse Deo. Neque enim, ut tu existimas, molestum esse nomen Dei, ita se res habet; sed fortasse quia adhuc inutilis es Deo, idcirco ita de Deo sentis.

2. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν φῇς, Δεῖξόν μοι (7) τὸν Θεόν σου· κἀγώ σοι εἴποιμι ἂν, Δεῖξόν μοι τὸν ἄνθρωπόν σου, κἀγώ σοι δείξω τὸν Θεόν μου. Ἐπεὶ δεῖξον βλέποντας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὰ ὦτα τῆς καρδίας σου ἀκούοντα. Ὥσπερ γὰρ οἱ βλέποντες τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ σώματος κατανοοῦσι τὴν τοῦ βίου καὶ ἐπίγειον πραγματείαν, ἅμα δοκιμάζοντες τὰ διαφέροντα ἤτοι φῶς ἢ σκότος, ἢ λευκὸν ἢ μέλαν, ἢ ἀεισὲς ἢ εὔμορφον, ἢ εὔρυθμον καὶ εὔμετρον, ἢ ἄρρυθμον καὶ ἄμετρον, ἢ ὑπὲρ μέτρον ἢ κόλουρον· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὑπ' ἀκοὴν πίπτοντα, ἢ ὀξύφωνα ἢ βαρύφωνα, ἢ ἡδύφωνα· οὕτως ἔχοι ἂν καὶ περὶ τὰ ὦτα τῆς καρδίας καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς τῆς ψυχῆς, δύνασθαι (8) Θεὸν θεάσασθαι. Βλέπεται γὰρ Θεὸς τοῖς δυναμένοις αὐτὸν ὁρᾷν, ἐπὰν ἔχωσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνεῳγμένους τῆς ψυχῆς.

B 2. *Petit ut sibi ostendatur Deus; sed prius expurgandi cordis oculi.* — Sed si dicas : Ostende mihi Deum tuum; dicam tibi : Ostende mihi hominem tuum, et ego tibi ostendam Deum meum. Proinde ostende an oculi mentis tuæ videant, et aures cordis tui audiant. Quemadmodum enim, qui vident oculis corporis, percipiunt quæ in hac vita terrena peraguntur, ac ea quæ inter se differunt explorant, lucem et tenebras, album et nigrum, deforme et formosum, concinnum et **339** inconcinnum, apte dimensum et inepte, partibus excedens et mutilum; quod idem etiam de iis dicendum, quæ sub aures cadunt, acutis sonis aut gravibus aut jucundis; ita etiam se habent aures cordis et oculi mentis, ut Deum videre possint. Videtur enim Deus ab his qui

C

(2) *Μεμιασμένοις.* Ait Cl. Wolfius hanc vocem erudito viro, quem non nominat, visam esse superfluam. Equidem assentirer, si vox illa de sermonibus manifesta nequitia corruptis intelligenda esset. Hic enim facta generatim opponuntur sermonibus etiam decoris et in speciem præclaris, nedum aperte improbis et nequitiam præ se ferentibus. Nec profecto veritatis cultoribus magna laus esset non decipi sermonibus aperte nefariis. Sed cum μιαίνω, ut apud Latinos *violo*, idem sæpe valeat ac *tingo*, λόγους μεμιασμένους interpretor sermones fuco et pigmentis coloratos.

(3) *Τὸ ἔργον τοῦ λόγου. Opus sermonis*, id est qualis vita sit eleganter et ornate loquentium. Confirmant hanc interpretationem innumera sanctorum Patrum testimonia, quale est illud S. Cypriani initio libri *De Pat.* : *Nos autem, fratres dilectissimi, qui philosophi non verbis sed factis sumus... qui non loquimur magna sed vivimus*, etc. Vide Athenag. *Legat.*, num. 11. Eodem sensu Rom. II, 15 : *Opus legis scriptum in cordibus*, τὸ ἔργον τοῦ νόμου.

(4) *Κατέπληξας.* Ita Oxon. et Hamburg. cum Front. Duc. Legitur κατέπλησας ad marginem codicis Bodleiani, *obruisti me.* Tigur. κατεπλήθαμεν. Paris. κατέπληθάς με. Cum autem editio Tigurina et codex ms. Bodleianus habeant ἐπειδή, magis id mihi placuit quam ἐπειδάν, quod operarum incuria in alias editiones irrepserat.

(5) *Εὔχρηστος εἶναι τῷ Θεῷ.* Usitata hæc loquendi ratio apud ecclesiasticos scriptores. Hermas de Christianis divitibus lib. I, c. 3, n. 6 : *Respondens*, inquit, *dico ei : Domina, quando utiles erunt Domino? Cum circumcisæ*, inquit, *fuerint divitiæ eorum, quæ eos delectant, tunc utiles erunt Domino ad ædificium.* Et lib. II, c. 3 : *Vide enim quam sit æquanimitas dulcior melle; et utilis erit Domino, qui in ipsa commoratur; nam iracundia inutilis est. Si ergo mista fuerit iracundia æquanimitate, contribulatur animus, et non est utilis Deo oratio illius*, καὶ οὐκ ἔστιν εὔχρηστος τῷ Θεῷ ἡ ἔντευξις αὐτῆς. Mulieres corruptæ a Marco hæretico confessæ sunt, teste Irenæo, lib. I, c. 13 : κατὰ τὸ σῶμα ἠχρειῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, *secundum corpus exterminatas se ab eo.* Hinc etiam Cyrillus Hierosol. catech. 2 : *Corpus polluisti et inutilis factus es*, καὶ ἄχρηστος γέγονας. *Vas in honorem sanctificatum et utile Domino.* II Tim. II, 21.

(6) *Τοῦ Θεοῦ.* Dei videlicet Christi a quo suum Christiani nomen acceperunt. Vel, quod verisimilius mihi videtur, postquam dixit Theophilus Christianum nomen Deo gratum esse; inde occasionem sumit de ipsius Dei nomine ac de ejus natura omnem intelligentiam superante disserendi.

D (7) *Δεῖξόν μοι.* Videtur hominis nomine intelligere animam Spiritu sancto illustratam. Vid. Tatianum, num. 15. Quod autem paulo post legitur ἐπεὶ δεῖξον, pro eo mallet Wolfius ἐπίδειξον. Sed nihil mutandum videtur, cum sua sponte plana sit sententia. His Theophili de Deo videndo sententiis similes occurrunt apud Augustinum *in psalm.* XLI, et lib. III *De Symbolo*, c. 3. Quod autem ait Theophilus : *Sed si dicas, Ostende mihi Deum tuum;* nequaquam conjiciendo suspicabatur hæc dicturum Autolycum; sed revera id dixerat Autolycus, ut patet ex fine hujus libri.

(8) *Δύνασθαι.* Legitur τοῦ δύνασθαι in editione Hamburg. Minus recte articulum hunc addidit doctissimus editor. Scribendum potius fuisset τὸ δύνασθαι αὐτά. Sed satis est hæc subintelligere. Habemus enim infra num. 5, locum simillimum : Οὕτως ἔχοι αὐτὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν, etc.

Digitized by Google

eum videre possunt, siquidem oculos mentis apertos habent. Omnes enim habent oculos, sed quidam caligine suffusos, ac solis lucem non videntes. Neque ex eo quod cæci non videant, idcirco lux solis non lucet, sed sibi ipsis assignent cæci et suis oculis. Sic et tu mentis tuæ oculos caligine suffusos habes ob peccata et malas actiones tuas. Ut speculum renidens, ita animam hominis puram esse decet. Cum igitur ærugo in speculo exstiterit, non potest hominis vultus in speculo conspici : ita cum peccatum in homine fuerit, non potest quisquam hujusmodi Deum videre. Ostende igitur teipsum an non mœchus sis, an non scortator, an non fur, an non prædo, an non spoliator, an non puerorum stuprator, an non contumeliosus, an non maledicus, an non iracundus, an non invidus, an non arrogans, an non superbus, an non percussor, an non avarus, an non parentibus non obsequens, an non filiorum tuorum venditor; hæc enim qui agunt, iis Deus non apparet, nisi prius se ab omni labe expurgaverint. Hæc igitur omnia tenebras tibi injiciunt, velut si obstet humor in oculos trajectus quominus in lucem solis defigi possint : ita et tibi impietates tenebras offundunt, quominus Deum videre possis.

A Πάντες μὲν γὰρ ἔχουσι τοὺς ὀφθαλμούς, ἀλλὰ ἔνιοι ὑποκεχυμένους καὶ μὴ βλέποντας τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· καὶ οὐ παρὰ τὸ μὴ βλέπειν τοὺς τυφλοὺς, ἤδη καὶ οὐκ ἔτι (9) τὸ φῶς τοῦ ἡλίου φαῖνον· ἀλλὰ ἑαυτοὺς αἰτιάσθωσαν οἱ τυφλοὶ, καὶ τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμούς. Οὕτω καὶ σὺ, ὦ ἄνθρωπε, ἔχεις ὑποκεχυμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς σου ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν πράξεών σου τῶν πονηρῶν. Ὥσπερ ἔσοπτρον ἐστιλβωμένον, οὕτω δεῖ τὸν ἄνθρωπον ἔχειν καθαρὰν ψυχήν. Ἐπὰν οὖν ᾖ ἰὸς ἐν τῷ ἐσόπτρῳ, οὐ δύναται ὁρᾶσθαι τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ ἐσόπτρῳ (10)· οὕτω καὶ ὅταν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, οὐ δύναται ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος θεωρεῖν τὸν Θεόν. Δεῖξον οὖν καὶ σὺ σεαυτὸν, εἰ οὐκ εἶ μοιχὸς, εἰ οὐκ εἶ πόρνος, εἰ οὐκ εἶ κλέπτης, εἰ οὐκ εἶ ἅρπαξ, εἰ οὐκ εἶ ἀποστερητὴς, εἰ οὐκ εἶ ἀρσενοκοίτης, εἰ οὐκ εἶ ὑβριστὴς, εἰ οὐκ εἶ λοίδορος, εἰ οὐκ ὀργίλος, εἰ οὐ φθονερὸς, εἰ οὐκ ἀλαζὼν, εἰ οὐχ ὑπερόπτης, εἰ οὐ πλήκτης, εἰ οὐ φιλάργυρος, εἰ οὐ γονεῦσιν ἀπειθὴς, εἰ οὐ τὰ τέκνα σου πωλεῖς. Τοῖς γὰρ ταῦτα πράσσουσιν ὁ Θεὸς οὐκ ἐμφανίζεται, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτοὺς καθαρίσωσιν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. Καί σοι οὖν ἅπαντα ἐπισκοτεῖ, καθάπερ ὕλης ἐπιφορὰ (11), ἐπὰν γένηται τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· οὕτω καὶ σοὶ, ὦ ἄνθρωπε, ἐπισκοτοῦσιν αἱ ἀσέβειαι πρὸς τὸ μὴ δύνασθαί σε ὁρᾷν τὸν Θεόν.

B

3. *Nihil de Deo dici potest, quod non illius virtute inferius sit.* — Dices igitur mihi : Tu qui vides, narra mihi forma Dei qualis sit. Audi, o homo : forma Dei nec dici, nec narrari potest, nec oculis corporeis videri. Nam nec ejus gloria animo capi, nec magnitudo comprehendi potest, nec altitudo cogitari, nec ejus robur in comparationem vocari, nec sapientia assimilari, nec ejus benignitas imitabilis, nec beneficentia enarrabilis. Nam si lucem eum dicam, opus ejus dico; si verbum dicam, ejus principatum dico; si mentem dicam, ejus prudentiam dico; si spiritum dicam, meam ipsius respirationem dico; si sapientiam dicam, ejus progeniem dico; si robur dicam, ejus potentiam dico; si virtutem dicam, ejus operationem dico; si providen-

3. Ἐρεῖς οὖν μοι· Σὺ ὁ βλέπων διήγησαί μοι τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. Ἄκουε, ὦ ἄνθρωπε· Τὸ μὲν εἶδος τοῦ Θεοῦ ἄῤῥητον καὶ ἀνέκφραστον καὶ μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁραθῆναι. Δόξῃ γάρ ἐστιν ἀχώρητος, μεγέθει ἀκατάληπτος, ὕψει ἀπερινόητος, ἰσχὺϊ ἀσύγκριτος, σοφίᾳ ἀσυμβίβαστος, ἀγαθοσύνῃ ἀμίμητος, καλοποιΐᾳ ἀνεκδιήγητος. Εἰ γὰρ φῶς (12) αὐτὸν εἴπω, ποίημα αὐτοῦ λέγω· εἰ λόγον εἴπω, ἀρχὴν αὐτοῦ (13) λέγω· νοῦν ἐὰν εἴπω, φρόνησιν αὐτοῦ λέγω· πνεῦμα ἐὰν εἴπω, ἀναπνοὴν ἑαυτοῦ λέγω (14)· σοφίαν ἐὰν εἴπω, γέννημα αὐτοῦ λέγω· ἰσχὺν ἐὰν εἴπω, κράτος αὐτοῦ λέγω· δύναμιν ἐὰν εἴπω, ἐνέργειαν αὐτοῦ λέγω· πρόνοιαν ἐὰν εἴπω, ἀγαθοσύνην αὐτοῦ λέγω· βασιλείαν ἐὰν εἴπω, δόξαν αὐτοῦ λέγω· κύριον ἐὰν εἴπω, κριτὴν αὐτὸν λέγω (15)· κριτὴν ἐὰν εἴπω, δί-

C

(9) *Οὐκ ἔτι.* Ita Ducæus et Paris. Aliæ editiones οὐκ ἔστι.

(10) *Οὐ δύναται... ἐν τῷ ἐσόπτρῳ.* Hæc addita ex cod. ms. in editione Oxoniensi; ita etiam Wolfius qui paulo post legendum putat ᾖ ἁμαρτία.

(11) *Ἐπιφορά.* Sic Tigur. et Hamburg. et cod. Bodleian. multo melius quam in aliis editionibus ἐκφορά. Cf. Grabe *Spicileg.* II, p. 232.

(12) *Εἰ γὰρ φῶς.* Hunc locum sic imitatur Novatianus lib. *De Trin.*, c. 2, ut ipsis Theophili verbis utatur : *Sive enim illum*, inquit, *dixeris lucem, creaturam ipsius magis quam ipsum dixeris, ipsum non expresseris; sive illum dixeris virtutem, potentiam ipsius magis quam ipsum dixeris, et deprompseris; sive dixeris majestatem, honorem ipsius magis, quam illum ipsum descripseris.* Simili modo demonstrat Gregorius Nazianzenus in orat. 34, divinam naturam minus accurate describi, cum *Spiritus et ignis et lux et charitas et sapientia et justitia et mens et Verbum et aliis ejusmodi nuncupatur.*

(13) Ἀρχὴν αὐτοῦ. Ducæum vituperat Wolfius, quod hanc vocem interpretetur *principatum*, ac ipse reddidit *principium*. Sed parum quadrat ut Patris principium Filius dicatur. Dicitur quidem lib. II, num. 13, principium in quo Deus creavit cœlum et terram; at principium Patris non dicitur. Quare malui retinere *principatum;* idque eo lubentius, quod Theophilus in libro II, n. 10, Filium vocari doceat ἀρχήν, quia imperat et dominatur omnibus rebus ab ipso creatis. Est ergo principatus Patris, quia Pater omnibus per eum imperat.

D

(14) Ἀναπνοὴν ἑαυτοῦ λέγω. Si hæc ad Deum referantur, legendum ἀναπνοὴν αὐτοῦ, *respirationem illius dico*. Sed hæc de Deo loquendi ratio non admodum decora est; nec illius confirmandæ causa mutandus videtur contextus non vitiosus. Cur enim non ita interpretemur: *Meam ipsius respirationem dico*. Dicebat paulo ante: *Si lucem eum dicam, opus ejus dico*. Sic etiam hoc loco, si spiritum dicam, opus illius dico, nempe spiritum illum de quo ait Theophilus n. 7 : *Hujus spiritu loqueris, o homo, hujus spiritum ducis.*

(15) Κριτὴν αὐτὸν λέγω. Hæc verba quæ desunt in omnibus editis, sumpta sunt ex codice Bodleiano.

Digitized by Google

καιον αὐτὸν λέγω· πατέρα ἐὰν εἴπω, τὰ πάντα αὐτὸν λέγω (16)· πῦρ ἐὰν εἴπω, τὴν ὀργὴν αὐτοῦ λέγω. Ἐρεῖς οὖν μοι· Ὀργίζεται Θεός; Μάλιστα· ὀργίζεται τοῖς τὰ φαῦλα πράσσουσιν, ἀγαθὸς δὲ καὶ χρηστὸς καὶ οἰκτίρμων ἐστὶν ἐπὶ τοὺς ἀγαπῶντας καὶ φοβουμένους αὐτόν· παιδευτὴς (17) γάρ ἐστι τῶν θεοσεβῶν καὶ πατὴρ τῶν δικαίων, κριτὴς δὲ καὶ κολαστὴς τῶν ἀσεβῶν.

A tiam dicam, ejus benignitatem dico; si regnum dicam, ejus gloriam dico; si Dominum **340** dicam, judicem dico; si judicem dicam, justum eum dico; si patrem dicam, omnia eum dico; si ignem dicam, iracundiam ejus dico. Dices igitur mihi: Irascitur Deus? Maxime; irascitur enim male agentibus, bonus vero et benignus et misericors est in eos qui eum amant ac timent. Est enim magister piorum et pater justorum, judex vero et vindex impiorum.

4. Ἄναρχος δέ ἐστιν, ὅτι ἀγέννητός ἐστιν· ἀναλλοίωτος δὲ, καθότι ἀθάνατός ἐστι. Θεὸς δὲ λέγεται (18) διὰ τὸ τεθειχέναι τὰ πάντα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ (19) ἀσφαλείᾳ, καὶ διὰ τὸ θέειν· τὸ δὲ θέειν ἐστὶν τὸ τρέχειν, καὶ κινεῖν, καὶ ἐνεργεῖν, καὶ τρέφειν, καὶ προνοεῖν, καὶ κυβερνᾷν, καὶ ζωοποιεῖν τὰ πάντα. Κύριος δέ B ἐστι διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων· πατὴρ δὲ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πρὸ τῶν ὅλων· δημιουργὸς δὲ καὶ ποιητὴς διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων· ὕψιστος δὲ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀνώτερον τῶν πάντων· παντοκράτωρ δὲ, ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει. Τὰ γὰρ ὕψη τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ βάθη τῶν ἀβύσσων, καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐστιν· καὶ οὐκ ἔστι τόπος τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ. Οὐρανοὶ μὲν γὰρ ἔργον αὐτοῦ εἰσιν, γῆ ποίημα αὐτοῦ ἐστι· θάλασσα κτίσμα αὐτοῦ ἐστιν· ἄνθρωπος πλάσμα καὶ εἰκὼν αὐτοῦ ἐστιν. Ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἀστέρες στοιχεῖα (20) αὐτοῦ εἰσιν, εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς γεγονότα, πρὸς ὑπηρεσίαν καὶ δουλείαν ἀνθρώπων· καὶ τὰ πάντα ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, ἵνα διὰ τῶν ἔργων γινώσκηται καὶ νοηθῇ τὸ μέγεθος αὐτοῦ.

4. *Pergit de Dei attributis disserere.*— Caret principio quia ingenitus est: immutabilis est quatenus immortalis. Deus dicitur, διὰ τὸ τεθειχέναι, id est quia omnia in sua ipsius stabilitate posuit, et διὰ τὸ θέειν, quod idem est ac currere et movere, et operari, et nutrire, et providere, et gubernare et vivificare omnia. Dominus est quia omnibus dominatur; Pater, quia ante omnia; conditor et creator, quia omnia condidit et creavit; altissimus, quia supra omnia; omnipotens, quia omnia tenet et complectitur. Nam et alta cœlorum, et profunda abyssorum, et termini orbis terræ, sunt in manu ejus; nec est locus in quo moretur et quiescat. Est enim cœlum ejus opus, terra et mare ejus opificium, homo ejus figmentum et imago. Sol, luna et stellæ sunt ejus elementa, in signa et tempora, et dies et annos condita, ut ministrent et serviant hominibus. Atque omnia Deus fecit, cum antea non essent, ut ex operibus cognoscatur et intelligatur ejus majestas.

5. Καθάπερ γὰρ ψυχὴ (21) ἐν ἀνθρώπῳ οὐ βλέπε- C

5. *Invisibilis Deus ex providentia cognoscitur.* —

et cum mutilam hujus loci sententiam non inconcinne restituant, visa sunt præferenda conjecturæ celeberr. Wolfii, qui legendum putat τὸν ὄντα αὐτὸν λέγω. Referuntur ab eodem editore hæ conjecturæ hominum eruditorum, Felli, tanquam ex cod. ms. ἑαυτὸν λέγω, Grabii, δυνατὸν αὐτὸν λέγω, Lacrosii, Θεὸν αὐτὸν λέγω, Cotelerii *Monum. eccles. Græc.*, pag. 662 : Κύριον ἐὰν εἴπω, τὰ πάντα αὐτοῦ λέγω. Forte pro κριτὴν quod suppeditavit cod. ms., legendum κτίστην, *Si Dominum illum dicam, conditorem dico.*

(16) *Τὰ πάντα αὐτὸν λέγω.* Satis commode legeretur τὰ πάντα αὐτοῦ, ut placet erudito editori Hamburgensi, vel ἀπ' αὐτοῦ. *Omnia illius esse* vel *ab eo esse dico.* Non tamen commodo sensu caret vulgata scriptura. Indicat enim Patris nomine comprehendi quidquid humana imbecillitas de Deo eloqui potest. Cotelerius, in loco quem modo citavimus, legit πρὸ πάντων αὐτὸν λέγω, atque hanc conjecturam confirmat ex his quæ paulo post leguntur, *Pater dicitur, quia est ante omnia.*

(17) *Παιδευτής.* Melius forte redderetur, *castigator Dei cultorum.* Videtur enim Theophilus indicare velle quid intersit inter pœnas, quibus bonos interdum Deus erudit, et eas quas impiis, ut severus judex, infligit. Notus est omnibus Proverbiorum locus, quem citat Apostolus, Hebr. xii, 5.

(18) *Θεὸς δὲ λέγεται.* Citat hunc locum S. Joannes Damascenus sub nomine S. Amphilochii episcopi Iconii, non tamen sine aliqua dissimilitudine. Sic enim habet : Θεὸς λέγεται διὰ τὸ τεθειχέναι πάντα τῇ ἑαυτοῦ ἐξουσίᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ καὶ διὰ τὸ θέειν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν, καὶ κινεῖν, καὶ κυβερνᾷν καὶ ζωογονεῖν τὰ πάντα. In codice Coisliniano 276, quo continentur *Parallela*, sed alio ac in editis ordine, legitur hoc testimonium sub eodem Amphilochii nomine, sed deest ἐξουσίᾳ, et pro ζωογονεῖν habetur ζωοποιεῖν.

(19) *Ἑαυτοῦ.* Legendum putat ἑαυτῶν Suicerus *Lexic.*, p. 1367. Cui quidem favet illud psalmi cii : *Qui fundasti terram super stabilitatem suam*, ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς. Sed hic locus ita citatur a sancto Joanne Damasceno, ut necesse sit legere ἑαυτοῦ. Habet enim πάντα τῇ ἑαυτοῦ, omissa præpositione.

(20) *Στοιχεῖα.* Sic etiam infra n. 5 et 6, solem et stellas appellat Theophilus. Eodem sensu vocem hanc usurpant Eusebius *Hist.* lib. III, c. 31; *Præp. evang.* lib. I, c. 12, et lib. III, p. 91; Basil. hom. 4 *in Hexaem.*; Chrysost. homil. 6 *in Genes.*; Cyrill. *Jul.*, p. 17. Unde facile explicatur, quod nonnullos criticos torsit, cur astra interdum apud Latinos elementa appellentur, ut apud Tertullianum lib. II *ad Nat.*; Lactantium lib. II, c. 5, et S. Hieronymum epist. *ad Hebidium.* Miror Petavium minus vidisse quid sint apud Epiphanium τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων παρὰ τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα, ἃ ζώδια καλοῦσι, *frustra excogitata, pro numero elementorum, apud errantes nomina, quæ Zodia appellant.* Hæc Petavius, not. in hæres. 16, interpretatur de quadripartita signorum divisione pro quatuor elementorum numero. Sed liquet Epiphanium loqui de signis Zodiaci, non de quatuor elementis. Recenset enim duodecim nomina Hebraica totidem Græcis nominibus respondentia *pro numero elementorum*, id est duodecim signorum Zodiaci.

(21) *Καθάπερ γὰρ ψυχή.* Eodem modo Octavius

Digitized by Google

Nam quemadmodum anima in homine non videtur, sed cum fugiat humanos visus, ex motu corporis intelligitur : ita et Deus oculis humanis videri non potest, sed ex providentia et operibus videtur et intelligitur. Quemadmodum enim et navem quis in mari instructam et currentem videns et ad littus appellentem, procul dubio gubernatorem in ea esse judicabit a quo gubernetur ; ita Deus omnium gubernator intelligendus est, quamvis non videatur carnis oculis, quippe cum comprehendi non possit. Nam si in solem, **341** exiguum illud elementum, non potest homo oculos defigere ob calorem et vim exsuperantem, quanto magis Dei gloriam, quæ non est enarrabilis, mortalis homo intueri non potest? Quemadmodum enim malum punicum cortice circumdatum, intus plurimos habet foros ac loculos pelliculis interjectos, ac multa grana in se includit, sic universa creatura spiritu Dei, ipse vero spiritus una cum creatura continetur manu Dei. Quemadmodum igitur granum mali punici intus inclusum, non potest videre ea quæ sunt extra corticem, cum ipsum sit intus, sic nec homo, qui una cum omni creatura continetur manu Dei, Deum potest videre. Deinde vero rex terrenus exsistere creditur, quamvis ab omnibus non videatur; sed ex legibus suis et edictis et potestatibus et copiis et imaginibus cognoscitur : Deum autem non vis intelligere ex ejus operibus et potestatibus?

A ται, ἀόρατος οὖσα ἀνθρώποις, διὰ δὲ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος νοεῖται ἡ ψυχή· οὕτως ἔχοι ἂν καὶ τὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρωπίνων· διὰ δὲ τῆς προνοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. Ὃν τρόπον γὰρ καὶ πλοῖον θεασάμενός τις ἐν θαλάσσῃ κατηρτισμένον, καὶ τρέχον, καὶ κατερχόμενον εἰς λιμένα, δῆλον ὅτι ἡγήσεται εἶναι ἐν αὐτῷ κυβερνήτην τὸν κυβερνῶντα αὐτό· οὕτω δεῖ νοεῖν εἶναι τὸν Θεὸν κυβερνήτην τῶν ὅλων, εἰ καὶ οὐ θεωρεῖται ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις διὰ τὸ αὐτὸν ἀχώρητον (22) εἶναι. Εἰ γὰρ τῷ ἡλίῳ (23) ἐλαχίστῳ ὄντι στοιχείῳ οὐ δύναται ἄνθρωπος ἀτενίσαι διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θέρμην καὶ δύναμιν, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ ἀνεκφράστῳ οὔσῃ ἄνθρωπος θνητὸς οὐ δύναται ἀντωπῆσαι; Ὃν τρόπον γὰρ ῥοὰ ἔχουσα φλοιὸν τὸν περιέχοντα αὐτὴν ἔνδον ἔχει μονὰς καὶ θήκας πολλὰς διαχωριζομένας διὰ ὑμένων, καὶ πολλοὺς κόκκους ἔχει τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας· οὕτως ἡ

B πᾶσα κτίσις περιέχεται ὑπὸ πνεύματος Θεοῦ (24), καὶ τὸ πνεῦμα τὸ περιέχον σὺν τῇ κτίσει περιέχεται ὑπὸ χειρὸς Θεοῦ. Ὥσπερ οὖν ὁ κόκκος τῆς ῥοᾶς ἔνδον κατοικῶν οὐ δύναται ὁρᾷν τὰ ἔξω τοῦ λέπους αὐτὸς ὢν ἔνδον· οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπος ἐμπεριεχόμενος μετὰ πάσης τῆς κτίσεως ὑπὸ χειρὸς Θεοῦ οὐ δύναται θεωρεῖν τὸν Θεόν. Εἶτα βασιλεὺς (25) μὲν ἐπίγειος πιστεύεται εἶναι, καίπερ μὴ πᾶσιν βλεπόμενος, διὰ δὲ νόμων καὶ διατάξεων αὐτοῦ, καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων καὶ εἰκόνων νοεῖται· τὸν δὲ Θεὸν οὐ βούλει σὺ νοεῖσθαι διὰ ἔργων καὶ δυνάμεων;

apud Minucium Felicem ineptam Dei videndi cupiditatem in ethnicis castigat : *Deum*, inquit, *oculis carnalibus vis videre, cum ipsam animam tuam, qua vivificaris et loqueris, nec aspicere possis nec tenere.*

(22) Ἀχώρητον. Vide hujus rei uberiorem explicationem lib. II, n. 22.

(23) *Εἰ γὰρ τῷ ἡλίῳ.* Similem Xenophontis sententiam citant Clemens Alex. *Protrept.* 46, et Cyrillus Alex. I *Jul.*, p. 32. Putat Clemens hæc Xenophontem hausisse ex Sibylla, cujus testimonium ibidem omnino gemellum refert. Sic etiam Minucius Felix : *In sole adeo*, inquit, *qui vivendi omnibus causa est, videre non possumus; radiis acies submovetur, obtutus intuentis hebetatur, et si diutius inspicias, omnis visus exstinguitur. Quid? Ipsum solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere?* Eadem habes apud Theodoret. serm. 10 *De Provid.*, p. 439.

(24) Ὑπὸ πνεύματος Θεοῦ. Non loquitur Theophilus de Spiritu sancto, sed de illo spiritu, quem ait infra n. 7, a nobis spirando hauriri ; quem lib. II, n. 4, per omnia diffusum esse dicit, et n. 13, natura tenuem esse.

(25) *Εἶτα βασιλεύς.* Refert hoc testimonium S. Joannes Damascenus *Parall.* p. 787, sub nomine Theophili Alexandrini et pag. 339, sub Theophili nomine. Illud etiam imitatur Irenæus lib. II, cap. 6, n. 2, ubi Gnosticos supremum quemdam et omnibus ignotum Deum fingentes eodem prorsus argumento, ac ethnicos Theophilus, refellit. *Aut nunquid hi*, inquit, *qui sub Romanorum imperio sunt, quamvis nunquam viderint imperatorem, sed valde et per terram et per mare separati ab eo, cognoscent, propter dominium, eum qui maximam potestatem habet principatus? Qui autem super nos erant angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent omnipotentem?* Illud Irenæi, *propter dominium*, respondet his Theophili verbis διὰ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων, *per principatus et potestates;* quibus verbis designat Theophilus legatos et præfectos ab imperatore in provincias mitti solitos. Ejusmodi enim voces sæpe eos significant qui magistratum gerunt. Euripides in Andromache : Ἀρχαί τ' ἐπληροῦντο, *Magistratus congregabantur.* Eodem sensu Plato in libris *De Rep.*; Philostratus *Vit. Apoll.* lib. II, cap. 12, hanc vocem usurpant. Sic etiam Juvenalis apud Latinos sat. X. 99,100 :

Hujus qui trahitur, prætextam sumere malis,
Quam Fidenarum Gabiorumve esse potestas?

Vopiscus in Saturnino c. 3 : *Ut primum Ægyptii*, inquit, *magnam potestatem ad se venisse viderunt, statim clamaverunt : « Saturnine Auguste, dii te servent. »* Hæc pauca de multis referenda duxi, ut intelligatur quid sibi velit illud Theophili δι' ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων, quid etiam illud Irenæi *propter dominium*. Videtur enim vetus interpres Irenæi, ut sæpe alias, ita hoc loco lapsus esse, et pro δι' ἐξουσιῶν legisse δι' ἐξουσίαν; unde reddit, *propter dominium*, cum reddere debuisset *per potestates*. Neque enim dubium, quin eadem sit hoc loco Irenæi ac Theophili sententia, quæ tamen dissimilis foret, utpote obscura prorsus et enervata in Irenæo, si legeretur, *propter dominium*. Huc accedit quod Irenæus, dum imperatorem vocat *eum qui maximam potestatem habet principatus*, non obscure confirmet eam, quam dico, comparationem imperatoris cum minoribus potestatibus, id est cum legatis et præfectis, per quos imperator cognoscitur. Ambigi possit utrum Irenæus ex Theophilo, an Theophilus ex Irenæo hanc sententiam mutuatus fuerit. Sed cum ea res magni sit momenti ad investigandum tempus quo Theophilus hos libros elucubravit, rejicienda in tertiam partem Præfationis videtur.

Digitized by Google

6. Κατανόησον, ὦ ἄνθρωπε, τὰ ἔργα αὐτοῦ, καιρῶν μὲν κατὰ χρόνους ἀλλαγὴν, καὶ ἀέρων τροπὰς (26), στοιχείων τὸν εὔτακτον δρόμον, ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν, καὶ μηνῶν, καὶ ἐνιαυτῶν τὴν εὔτακτον πορείαν, σπερμάτων τε καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν τὴν διάφορον καλλονὴν, τήν τε πολυποίκιλον γονὴν κτηνῶν τετραπόδων, καὶ πετεινῶν καὶ ἑρπετῶν καὶ νηκτῶν, ἐνύδρων τε καὶ ἐναλίων, ἢ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ζώοις δεδομένην σύνεσιν πρὸς τὸ γεννᾷν καὶ ἐκτρέφειν οὐκ εἰς ἰδίαν χρῆσιν, ἀλλὰ εἰς τὸ ἔχειν τὸν ἄνθρωπον· τήν τε πρόνοιαν ἣν ποιεῖται ὁ Θεὸς ἑτοιμάζων τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, ἢ τὴν ὑποταγὴν ἣν ὥρισεν ὑποτάσσεσθαι τὰ πάντα τῇ ἀνθρωπότητι· πηγῶν τε γλυκερῶν καὶ ποταμῶν ἀεννάων ῥύσιν· δρόσων τε καὶ ὄμβρων καὶ ὑετῶν τὴν κατὰ καιροὺς γινομένην ἐπιχορηγίαν, τὴν τῶν οὐρανίων παμποίκιλον κίνησιν, Ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα μὲν καὶ προσημαίνοντα ἔρχεσθαι τὸν τέλειον φωστῆρα· σύνδεσμόν τε Πλειάδος καὶ Ὠρίωνος· Ἀρκτοῦρόν τε καὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἄστρων πορείαν γιγομένην ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, οἷς ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἴδια ὀνόματα κέκληκεν. Οὗτος Θεὸς μόνος ὁ ποιήσας ἐκ σκότους φῶς, ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ (27), ταμεῖά τε νότου καὶ θησαυροὺς ἀβύσσου, καὶ ὅρια θαλασσῶν, χιόνων τε καὶ χαλαζῶν θησαυροὺς, συνάγων ὕδατα ἐν θησαυροῖς ἀβύσσου, καὶ συνάγων (28) τὸ σκότος ἐν θησαυροῖς αὐτοῦ, καὶ ἐξάγων τὸ φῶς τὸ γλυκὺ καὶ τὸ ποθεινὸν καὶ ἐπιτερπὲς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ· ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς καὶ ἀστραπὰς πληθύνων εἰς ὑετόν· ὁ ἀποστέλλων τὴν βροντὴν εἰς φόβον καὶ προκαταγγέλλων τὸν κτύπον τῆς βροντῆς διὰ τῆς ἀστραπῆς, ἵνα μὴ ψυχὴ, αἰφνιδίως ταραχθεῖσα, ἐκψύξῃ· ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀστραπῆς τῆς κατερχομένης ἐκ τῶν οὐρανῶν τὴν αὐτάρκειαν ἐπιμετρῶν πρὸς τὸ μὴ ἐκκαῦσαι τὴν γῆν· εἰ γὰρ λάβοι τὴν κατεξουσίαν (29) ἡ ἀστραπὴ, ἐκκαύσει τὴν γῆν· εἰ δὲ καὶ ἡ βροντὴ, καταστρέψει τὰ ἐν αὐτῇ.

7. Οὗτός μου Θεὸς, ὁ τῶν ὅλων Κύριος, ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ θεὶς τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανὸν (30)· ὁ συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, καὶ ἠχῶν τὰ κύματα αὐτῆς· ὁ δεσπόζων τοῦ κράτους αὐτῆς, καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων καταπραΰνων· ὁ θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, καὶ δοὺς πνεῦμα τὸ τρέφον αὐτήν· οὗ ἡ πνοὴ ζωογονεῖ τὸ πᾶν· ὃς ἐὰν συσχῇ τὸ πνεῦμα παρ' ἑαυτῷ, ἐκλείψει τὸ πᾶν. Τοῦ-

6. *Ex operibus cognoscitur Deus.* — Considera, o homo, ejus opera, tempestatum statis temporibus vicissitudines, aeris mutationes, astrorum attemperatum cursum, dierum et noctium, mensium et annorum rite descriptas vices, seminum, plantarum et fructuum amœnam varietatem, diversos pecudum fœtus, quadrupedum, volatilium, reptilium, natatilium, fluvialium et marinorum; tum datum ipsis illis animalibus generandæ et alendæ prolis instinctum, non ad suos, sed ad hominis usus; tum providentiam, qua Deus cibum omni carni præparat, tum servile obsequium, quod homini ab omnibus præstari jussit: dulcium fontium et fluviorum perennes fluxus, roris, imbrium et pluviarum copiam variis temporibus suppeditari solitam; corporum cœlestium diversos motus; luciferum exorientem et perfecti astri adventum prænuntiantem; Pleiadis et Orionis conjunctionem; Arcturum et cæterorum astrorum iter in cœli circulo descriptum; quibus omnibus multiplex Dei sapientia propria nomina imposuit. Solus ille Deus est qui lucem ex tenebris fecit, qui lumen e thesauris suis educit, et receptacula Austri [1], ac thesauros abyssi et terminos maris fecit, ac nivis et grandinis thesauros; qui aquas in thesauris abyssi, et tenebras in thesauris suis **342** congregat: et suavem illam ac desiderabilem et jucundissimam lucem e thesauris suis profert; qui eduxit nubes ab extremo terræ, et fulgura in pluviam multiplicat [2]: qui emittit tonitru ad terrorem, et ejus fragorem fulgure prænuntiat, ne anima subito turbata deficiat; atque etiam fulguris vim e cœlo erumpentis ita temperat, ut ne terram comburat; nam si fulgur impetui suo permittatur, terram comburet; quod si ipsum etiam tonitru, quæ in ea sunt subvertet.

7. *Tunc Deum videbimus, cum immortalitatem induerimus.* — Hic Deus meus est, universorum Dominus, qui cœlum extendit solus, et statuit orbis terræ latitudinem: qui conturbat profundum maris, et sonum fluctuum ejus excitat [3]: qui dominatur potestati ejus, et motum fluctuum ejus mitigat [4]: qui fundavit terram super aquas, et spiritum eam nutrientem largitur: cujus spiritus vivificat omnia,

[1] Psal. XLVI; Job. IX, 9. [2] Psal. CXXXIV, 7. [3] Psal. LXIV, 8. [4] Psal. LXXXVIII, 10.

(26) *Ἀέρων τροπάς.* Miror Wolfium huic scripturæ substituisse ἀστέρων τροπάς. Fatetur editionem Tigurinam et cod. Bodleianum habere ἀέρων τροπάς. At sibi opinionis errore finxit Ducæum et alias editiones habere ἀστέρων τροπάς. Sed eum falli asseverare possum; ἀέρων μεταβολή legitur apud Clementem *Strom.* VI, p. 659.

(27) *Ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.* Hæc in textum perperam videntur irrepsisse. Nam et paulo post repetuntur, et orationis seriem hic perturbant.

(28) *Συναγαγών.* Redundat hoc verbum sive Theophili, sive, quod libentius crediderim, librariorum incuria.

(29) *Κατεξουσίαν.* Ita scribo pro κατ' ἐξουσίαν. Hinc Matth. XX, κατεξουσιάζω. WOLFIUS. Legere malim τὸ κατ' ἐξουσίαν.

(30) *Τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανόν.* Ita scripsi pro eo quod Tigurina et Parisienses habebant τὸ σύρος τῆς ὑπ' οὐρανῶν. Pro me facit B. ms. ubi legitur εὖρος, nec aliter scripsit Theophilus. Is enim phrasin hanc integram petiit ex Jobi XXXIII, 18, qui ita: *Νενουθέτησαι δὲ τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανόν*, id est *nostine latitudinem terræ?* WOLFIUS.

Digitized by Google

quem si apud se retineat, hoc universum deficiet. Hujus spiritu, o homo, loqueris, hujus spiritum ducis, atque hunc ignoras. Hoc autem tibi accidit ob mentis obcæcationem et cordis duritiem. Sed, si vis, potes sanari : da te medico, et punget oculos mentis et cordis tui. Quis est iste medicus? Deus qui per Verbum et sapientiam sanat et vivificat. Deus per Verbum et sapientiam condidit universa : nam *Verbo ejus firmati cœli et Spiritu ejus omnis virtus eorum* [5]. Præstantissima est illius sapientia. Deus in sapientia terram fundavit; cœlos præparavit in prudentia ; in sensu disrupti abyssi, et nubes rorem effuderunt. Hæc si intelligis, o homo, et pure et sancte ac juste vivas, potes Deum videre; sed ante omnia præeant in corde tuo fides et timor Dei, tuncque hæc intelliges. Cum mortalitatem deposueris et immortalitatem indueris, tunc Deum pro meritis videbis. Excitat enim tuam carnem cum anima immortalem Deus, ac tunc factus immortalis immortalem videbis, si nunc ei credideris; tunc etiam cognosces te contra illum inique locutum esse.

A τον λαλεῖς, ἄνθρωπε· τούτου (31) τὸ πνεῦμα ἀναπνεῖς, τοῦτον ἀγνοεῖς. Τοῦτο δέ σοι συμβέβηκε διὰ τὴν τύφλωσιν τῆς ψυχῆς καὶ πώρωσιν (32) τῆς καρδίας σου. Ἀλλά, εἰ βούλει, δύνασαι θεραπευθῆναι· ἐπίδος σεαυτὸν τῷ ἰατρῷ, καὶ παρακεντήσει σου τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς καὶ τῆς καρδίας. Τίς ἐστιν ὁ ἰατρός; Ὁ Θεὸς, ὁ θεραπεύων καὶ ζωοποιῶν διὰ τοῦ Λόγου καὶ τῆς σοφίας. Ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας ἐποίησε τὰ πάντα. *Τῷ* γὰρ *Λόγῳ αὐτοῦ ἐστερεώθησαν οἱ οὐρανοί, καὶ τῷ Πνεύματι αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Κρατίστη ἡ σοφία αὐτοῦ (33). Ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν· ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς φρονήσει· ἐν αἰσθήσει ἄβυσσοι ἐρράγησαν, νέφη δὲ ἐρρύησαν δρόσους. Εἰ ταῦτα νοεῖς, ἄνθρωπε, ἀγνῶς, καὶ ὁσίως καὶ δικαίως ζῶν, δύνασαι ὁρᾶν τὸν Θεόν. B Πρὸ παντὸς δὲ προηγείσθω σου ἐν τῇ καρδίᾳ πίστις καὶ φόβος ὁ τοῦ Θεοῦ, καὶ τότε συνήσεις ταῦτα. Ὅταν ἀπόθῃ (34) τὸ θνητὸν καὶ ἐνδύσῃ τὴν ἀφθαρσίαν, τότε ὄψει κατ' ἀξίαν τὸν Θεόν. Ἀνεγείρει (35) γάρ σου τὴν σάρκα ἀθάνατον σὺν τῇ ψυχῇ (36) ὁ Θεός· καὶ τότε ὄψει γενόμενος ἀθάνατος τὸν ἀθάνατον (37), ἐὰν νῦν πιστεύσῃς αὐτῷ· καὶ τότε ἐπιγνώσῃ, ὅτι ἀδίκως κατελάλησας αὐτοῦ.

8. *Deo resurrectionem promittenti absurdum est nolle credere.*—Sed mortuos excitari non credis. Cum res eveniet, tunc credes, velis nolis; sed tua fides in incredulitatis loco deputabitur, nisi nunc credas. Sed cur non credis? An **343** ignoras rebus

8. Ἀλλὰ ἀπιστεῖς νεκροὺς ἐγείρεσθαι. Ὅτε ἔσται, τότε πιστεύσεις θέλων καὶ μὴ θέλων· καὶ ἡ πίστις σου εἰς ἀπιστίαν λογισθήσεται, ἐὰν μὴ νῦν πιστεύσῃς. Πρὸς τί δὲ καὶ ἀπιστεῖς; Ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι ἁπάντων πραγμάτων ἡ πίστις προηγεῖται (38); Τίς γὰρ δύνα-

[5] Psal. xxxii, 6.

(31) *Τούτου.* Ita codex Bodleianus et editio Hamburgensis. Aliæ editiones τοῦτο. Sed, ut accurata sit sententia, legendum etiam, τούτῳ λαλεῖς; satisque adderetur καὶ ante τοῦτον ἀγνοεῖς.

(32) *Πώρωσιν.* Hoc malim pro πήρωσιν quod ms. B. et editi omnes exhibent. At B. superscriptum habebat πω syllabæ πη. Atque vox πώρωσιν apud LXX, atque in N. T. subinde de obstinata mente occurrit; vicissim πήρωσις, ejusdem alioqui significationis frustra utrimque quæritur. Wolfius.

(33) *Πᾶσα ἡ ... σοφία αὐτοῦ.* Hæc addita e codice Bodleiano in editione Oxoniensi, ac postea in Hamburgensi.

(34) *Ἀπόθῃ.* Legit Wolfius ἀπόθῃς et paulo post ἀποδύσῃς. Sed nulla subest hujus mutationis, quanquam levissimæ, necessitas.

(35) *Ἀνεγείρει.* Necesse non est legere ἀνεγερεῖ, ut Grabius legendum censebat teste cl. Wolfio. Usitatum enim est præsens pro futuro, cum certa et explorata res promittitur.

(36) *Σὺν τῇ ψυχῇ.* Sic reddi possent hæc verba: *Suscitabit carnem tuam immortalem cum anima futuram.* Sed nihil vetat sic etiam interpretari, ut anima cum corpore excitari et resurgere dicatur. Sæpe enim sancti Patres resurrectionem animæ et corporis prædicant, non quod animam ad tempus cum corpore interire suspicentur, sed ut illius restitutionem in pristinum statum significent. Polycarpus gratias agit apud Euseb. lib. vi, quod a Deo in numerum martyrum vocetur ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος, *in calice Christi, in resurrectionem vitæ æternæ, animæ atque corporis.* Irenæus lib. iv, cap. 18, n. 5: Προσφέρομεν δ' αὐτῷ ἴδια, ἐμμελῶς κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀπαγγέλλοντες καὶ ὁμολογοῦντες σαρκὸς καὶ πνεύματος ἔγερσιν. *Offerimus ei quæ sunt ejus, congruenter communicationem et unitatem prædicantes et confitentes resurrectionem carnis et spiritus.* Et lib. v, cap. 31 : *Manifestum est quia et di cipu-*

lorum ejus, propter quos et hæc operatus est Dominus, animæ abibunt in invisibilem locum, definitum eis a Deo, et ibi usque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem ; post recipientes corpora et perfecte resurgentes, hoc est corporaliter, quemadmodum et Dominus resurrexit, sic venient ad conspectum Dei. Tertullianus lib. *De pœnit.*, cap. 3: *An tu discernas actus carnis et spiritus, quorum et in vita et in morte et in resurrectione tantum communionis atque consortii est, ut pariter tunc aut in vitam aut in judicium suscitentur?* Lactantius lib. vii, cap. 11, ubi probat *non interire animam, sed dissociari a corpore,* sic tamen de ejus resurrectione, sive in antiquum statum restitutione loquitur : *Et quia temporalem vitam temporalis mors sequitur, consequens est ut resurgant animæ ad vitam perennem, quia finem mors temporalis accepit.* Nihil ergo commune his sanctorum Patrum dictis cum absurdo nonnullorum Arabum errore, qui cum sibi fingerent animas simul cum corporibus interire et resurgere, eruditis Origenis coram frequenti concilio disputationibus cesserunt, teste Eusebio *Hist.* lib. vi, cap. 37.

(37) *Τὸν ἀθάνατον.* Hæc addita ex cod. ms. in editt. Oxon. et Hamb. Mox aliquid subintelligendum, nempe, si inique loqui pergas.

(38) *Ἡ πίστις προηγεῖται.* In hoc argumento, quod multi alii usurparunt, ut Clemens Alex. *Strom.* ii; Origenes i *contra Celsum;* Arnobius l. ii; Eusebius *Præp.* i; Cyrillus cat. 5, Theodoretus i *adv. Græcos,* observare possumus fidei nomine apud antiquos scriptores non modo assensum rebus revelatis, sed sæpe etiam eorum, quæ Deus promisit, impetrandorum fiduciam designari. Quamvis autem immane discrimen sit inter eam fidem quam navis gubernatori, aut medico aut doctori habemus, et eam quam Deo, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, habere debemus; habent tamen hæc exempla ex humanis rebus re-

Digitized by Google

ται θερίσαι γεωργὸς, ἐὰν μὴ πρῶτον πιστεύσῃ τὸ σπέρμα τῇ γῇ· ἢ τίς δύναται διαπερᾶσαι τὴν θάλατταν, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτὸν πιστεύσῃ τῷ πλοίῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ; Τίς δὲ κάμνων δύναται θεραπευθῆναι, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτὸν πιστεύσῃ τῷ ἰατρῷ; Ποίαν δὲ τέχνην ἢ ἐπιστήμην δύναταί τις μαθεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐπιδῷ ἑαυτὸν καὶ πιστεύσῃ τῷ διδασκάλῳ; Εἰ οὖν γεωργὸς πιστεύει τῇ γῇ, καὶ ὁ πλέων τῷ πλοίῳ, καὶ ὁ κάμνων τῷ ἰατρῷ· σὺ οὐ βούλει σεαυτὸν πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, τοσούτους ἀρραβῶνας ἔχων παρ' αὐτοῦ; Πρῶτον μὲν γάρ, ὅτι ἐποίησέ σε ἐξ οὐκ ὄντος εἰς τὸ εἶναι (εἰ γὰρ ὁ πατήρ σου οὐκ ἦν, οὐδὲ ἡ μήτηρ, πολὺ μᾶλλον οὐδὲ σὺ ἦς ποτε), καὶ ἔπλασέ σε ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας μικρᾶς καὶ ἐλαχίστης ῥανίδος, ἥτις οὐδὲ αὐτὴ ἦν ποτε· καὶ προήγαγέ σε ὁ Θεὸς εἰς τόνδε τὸν βίον. Εἶτα πιστεύεις τὰ ὑπὸ ἀνθρώπων γινόμενα ἀγάλματα θεοὺς εἶναι καὶ ἀρετὰς ποιεῖν· τῷ δὲ ποιήσαντί σε Θεῷ ἀπιστεῖς δύνασθαί σε καὶ μεταξὺ ποιῆσαι;

9. Καὶ τὰ μὲν ὀνόματα ὧν φῂς σέβεσθαι θεῶν, ὀνόματά ἐστι νεκρῶν ἀνθρώπων. Καὶ τούτων τίνων καὶ ποταπῶν; Οὐχὶ Κρόνος μὲν τεκνοφάγος εὑρίσκεται, καὶ τὰ ἑαυτοῦ τέκνα ἀναλίσκων; Εἰ δὲ καὶ Δία τὸν παῖδα αὐτοῦ εἴποις, κατάμαθε κἀκείνου τὰς πράξεις καὶ τὴν ἀναστροφήν· πρῶτον μὲν ὅτι ἐν Ἴδῃ ὑπὸ αἰγὸς ἀνετράφη, καὶ ταύτην σφάξας, κατὰ τοὺς μύθους, καὶ ἐκδείρας, ἐποίησεν ἑαυτῷ ἔνδυμα. Τάς τε λοιπὰς πράξεις αὐτοῦ, περί τε ἀδελφοκοιτίας, καὶ μοιχείας, καὶ παιδοφθορίας, ἄμεινον (39) Ὅμηρος καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ περὶ αὐτοῦ ἐξηγοῦνται. Τί μοι τὰ λοιπὰ καταλέγειν περὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ (40); Ἡρακλέα μὲν ἑαυτὸν καύσαντα· Διόνυσον δὲ μεθύοντα καὶ μαινόμενον· καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Ἀχιλλέα δεδιότα καὶ φεύγοντα, καὶ τῆς Δάφνης ἐρῶντα, καὶ τὸν Ὑακίνθου μόρον ἀγνοοῦντα· ἢ Ἀφροδίτην τὴν τιτρωσκομένην· καὶ Ἄρεα τὸν βροτολοιγὸν, ἔτι δὲ καὶ ἰχῶρα ῥέοντα τούτων τῶν λεγομένων θεῶν; Καὶ ταῦτα μὲν μέτριον (41) εἰπεῖν, ὅπου γε θεὸς εὑρίσκεται μεμελισμένος, ὁ καλούμενος Ὄσιρις, οὗ καὶ κατ' ἔτος γίνονται τελεταὶ ὡς ἀπολλυμένου, καὶ εὑρισκομένου, καὶ κατὰ μέλος ζητουμένου. Οὔτε γὰρ εἰ ἀπόλλυται νοεῖται, οὔτε εἰ εὑρίσκεται δείκνυται. Τί δέ μοι λέγειν Ἄττιν ἀποκοπτόμενον, ἢ Ἄδωνιν ἐν ὕλῃ ῥεμβόμενον, καὶ κυνηγετοῦντα καὶ τιτρωσκόμενον ὑπὸ συός; ἢ Ἀσκληπιὸν κεραυνούμενον; καὶ

A omnibus fidem præire? Quis enim agricola metere potest, nisi prius semen terræ crediderit; aut quis mare transmittere, nisi prius se ipse rati credat et gubernatori? Quis autem ægrotans sanari potest, nisi prius se ipse medico crediderit, aut quam artem quis aut disciplinam ediscere potest, nisi se prius tradiderit et crediderit magistro? Igitur si terræ credit agricola, si navigaturus rati, si ægrotus medico, non vis tu credere te Deo, tot ac tantis ab eo pignoribus acceptis? Primo, quod te creavit cum antea non esses (nam si nec pater tuus erat nec mater, multo magis ipse aliquando non eras), ac te ex humida et parva materia et minutissima guttula, quæ et ipsa non erat aliquando, formavit, atque in hanc vitam produxit. Deinde vero credis efficta ab B hominibus simulacra deos esse et mira facere; Deo autem conditori tuo non credis facere eum posse, ut te in vitam revocet?

9. *Flagitia et scelera deorum.* — Ac nomina quidem eorum, quos a te coli dictitas deorum, nomina sunt hominum mortuorum. Et ii quidem qui et quales fuere? An non Saturnus filiorum vorator inventur? Quod si et Jovem ejus filium nomines, accipe ejus actiones et vivendi rationem. Primum in monte Ida nutritus est a capra; eamque cum mactasset, ut ferunt fabulæ, et pellem detraxisset, fecit sibi indumentum. Cætera ejus facta, incestos cum sorore coitus, adulteria, illata pueris stupra melius Homerus et cæteri poetæ descripserunt. Quid cætera ad ejus filios spectantia enumerem? Herculem a se ipso combustum; Bacchum ebrium et furentem, Apollinem Achillis metu fugientem, et Daphnes amatorem, et Hyacinthi mortis ignarum; C Venerem vulneratam, Martem hominum perniciem; præterea sanguinem ex his, quos vocatis diis, profluentem? Atque hæc quidem sunt dictu mediocria, quandoquidem deus reperitur membratim discerptus, nomine Osiris, cujus etiam mysteria quotannis celebrantur, quasi pereat et inveniatur, et singula ejus membra quærantur; neque enim utrum perierit scitur, neque utrum inveniatur ostenditur. Quid dicam Atin castratum, Adonim in silva errantem, et inter venandum ab apro vulneratum; Æsculapium fulmine percussum; Serapim Sinope pro-

D

petita non parum ponderis ad refellenda ethnicorum dicteria. Sic enim in Christianorum fidem jocari solebant, quasi isti, dum magna mysteria ad credendum proponunt, a quo hæc tradita et revelata, minime ostenderent. Unde Celsus, postquam Christianos irrisit quod dicere solerent: Μὴ ἐξέταζε, ἀλλὰ πίστευσον, καὶ ἡ πίστις σου σώσει σε, *Noli inquirere, sed crede, et fides tua te salvum faciet*; sic eos urget quasi hæc a Deo tradita esse non probarent: Εἰ μὲν δὴ θελήσουσιν ἀποκρίνεσθαί μοι, ὡς οὐ διαπειρωμένῳ, πάντα γὰρ οἶδα, ἀλλ' ὡς ἐξ ἴσου πάντων κηδομένῳ, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δ' οὐκ ἐθελήσουσιν, ἀλλ' ἐροῦσιν ὥσπερ εἰώθασι, Μὴ ἐξέταζε· ἀνάγκη αὐτοὺς ταῦτά τε διδάξαι ὁποῖ' ἄττα ἐστὶν ἃ λέγουσι καὶ ὁπόθεν ἐρρύηκε. *Si mihi respondere voluerint, ut eos minime tentanti ac periclitanti (omnia enim novi) sed æque omnibus consulenti, præclare se res habebit. Si vero recusabunt, dicentque quod solent: Noli disquirere; necesse est ut doceant cujusmodi sint, quæ asseverant et unde dimanaverint.* Dignissima est quæ legatur Origenis responsio 1 *adv. Cels.*

(39) Ἄμειρον. Legitur ad marginem codicis Bodl. ἃ μήν, quæ scriptura in contextum inducta a Fello et Wolfio. Sed non videtur contextus, cum sua sponte sanus esset et integer, ob lectionem margini appositam immutari debuisse.

(40) Αὐτοῦ. Hanc vocem addidit Wolfius ex cod. Bodl. desumptam.

(41) Καὶ ταῦτα μὲν μέτριον. Refellit Wolfius hanc interpretationem: *Hæc quidem mediocria sunt*; ipse vero sic reddit: *Sed de his quidem pauca et modica dicere attinet.* Probari non potest hæc doctissimi viri interpretatio, quam tamen, inquit, *peritis se facile probaturam esse confidimus.* Luce clarius est Theophilum levia et mediocria dicere, quæ antea dixerat, quia ad graviora transibat

Digitized by Google

fugum Alexandriam; Artemidem Scythicam, ipsam
344 quoque profugam, homicidam, venatricem et Endymionis amore captam? Non enim a nobis hæc dicuntur, sed a vestris historicis et poetis prædicantur.

10. *Superstitiones Ægyptiorum. Mater deorum ejusque filii vectigales Cæsari.* — Quid jam refert enumerare multitudinem animalium, quæ ab Ægyptiis coluntur, reptilium, pecudum, ferarum, volatilium et natatilium fluvialium : ad hæc etiam pelves et inhonestos sonos? Quod si Græcos cites et cæteras gentes : colunt lapides et ligna ac reliquam materiam, simulacra, ut jam diximus, mortuorum hominum. Phidias enim reperitur Pisæ fecisse Eliis Jovem Olympicum, et Atheniensibus B Minervam in arce. Juvat ex te, o homo, quærere quot inveniantur Joves. Jupiter inprimis Olympius dicitur; deinde Jupiter Latialis, Jupiter Cassius, Jupiter Ceraunius, Jupiter Propator, Jupiter Pannychius, Jupiter Poliuchus, Jupiter Capitolinus; atque ille quidem Jupiter, qui Saturni filius et rex Cretensium fuit, habet sepulcrum in Creta, cæteri vero forte ne sepultura quidem dignati. Si vero matrem eorum, quos vocatis, deorum objicias, absit ut vel ipsius vel ministrorum, a quibus colitur, actiones ore efferam (hæc enim ne appellare quidem nobis fas est), vel quæ regi vectigalia et tributa tum ipsa tum ejus filii pendant. Neque enim sunt dii, sed simulacra, ut prædiximus, opera C manuum hominum, et impura dæmonia. Tales fiant qui faciunt ea, et qui spem suam in eis constituunt [6].

11. *Magis honorandus Cæsar, cui dii vectigales*

[6] Psal. CXIII, 8 et CXXXIV, 18.

A Σάραπιν τὸν ἀπὸ Σινώπης φυγάδα εἰς Ἀλεξάνδρειαν γεγονότα; ἢ τὴν Σκυθίαν Ἄρτεμιν καὶ αὐτὴν φυγάδα γεγονυῖαν, καὶ ἀνδροφόνον, καὶ κυνηγέτιν (42), καὶ τοῦ Ἐνδυμίωνος ἐρασθεῖσαν; ταῦτα γὰρ οὐχ ἡμεῖς φαμὲν, ἀλλὰ οἱ καθ' ὑμᾶς συγγραφεῖς (43) καὶ ποιηταὶ κηρύσσουσιν.

10. Τί μοι λοιπὸν καταλέγειν τὸ πλῆθος ὧν σέβονται ζώων Αἰγύπτιοι, ἑρπετῶν τε, καὶ κτηνῶν, καὶ θηρίων, καὶ πετεινῶν, καὶ ἐνύδρων νηκτῶν (44)· ἔτι δὲ καὶ ποδόνιπτρα καὶ ἦχους αἰσχύνης; Εἰ δὲ Ἕλληνας εἴποις καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, σέβονται λίθους, καὶ ξύλα, καὶ τὴν λοιπὴν ὕλην, ὡς ἔφθημεν εἰρηκέναι, ἀπεικονίσματα νεκρῶν ἀνθρώπων. Φειδίας μὲν γὰρ εὑρίσκεται ἐν Πίσῃ ποιῶν Ἡλείοις τὸν Ὀλύμπιον Δία, Ἀθηναίοις ἐν ἀκροπόλει τὴν Ἀθηνᾶν. Πεύσομαι δέ σου κἀγὼ, ὦ ἄνθρωπε, πόσοι Ζῆνες εὑρίσκονται· Ζεὺς μὲν γὰρ ἐν πρώτοις προσαγορεύεται Ὀλύμπιος, καὶ Ζεὺς Λατιάριος, καὶ Ζεὺς Κάσσιος (45), καὶ Ζεὺς Κεραύνιος, καὶ Ζεὺς Προπάτωρ, καὶ Ζεὺς πανύχιος, καὶ Ζεὺς Πολιοῦχος, καὶ Ζεὺς Καπιτώλιος. Καὶ ὁ μὲν Ζεὺς παῖς Κρόνου, βασιλεὺς Κρητῶν γενόμενος, ἔχει τάφον ἐν Κρήτῃ, οἱ δὲ λοιποὶ ἴσως οὐδὲ ταφῆς κατηξιώθησαν. Εἰ δὲ καὶ εἴποις τὴν μητέρα τῶν λεγομένων θεῶν, μή μοι γένοιτο διὰ στόματος τὰς πράξεις αὐτῆς ἐξειπεῖν (ἀθέμιτον γὰρ ἡμῖν τὰ τοιαῦτα καὶ ὀνομάζειν) ἢ τῶν θεραπόντων αὐτῆς τὰς πράξεις ὑφ' ὧν θεραπεύεται, ὁπόσα τε τέλη καὶ εἰσφορὰς (46) παρέχει τῷ βασιλεῖ αὐτή τε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῆς. Οὐ γάρ εἰσι θεοὶ, ἀλλὰ εἴδωλα, καθὼς προειρήκαμεν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, καὶ δαιμόνια ἀκάθαρτα. Γένοιντο δὲ τοιοῦτοι οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτοῖς.

11. Τοιγαροῦν (47) μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ

(42) *Κυνηγέτιν.* Ita se emendasse monet Lacrosii consilio Wolfius pro eo quod erat in editis κυνηγέτην.

(43) *Συγγραφεῖς.* Interdum hoc nomine generatim omnes scriptores designat Theophilus, velut n. 2, lib. II, et initio libri tertii. Sed hoc loco συγγραφεῖς qui a poetis distinguuntur, non alii videntur esse quam historici, nec ad alios pertinet hæc antiquarum rerum, licet fabulosa, narratio. Sic etiam vocantur historici n. 12, l. II, et a poetis et philosophis distinguuntur : Δοκεῖ δὲ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἢ συγγραφέων καὶ ποιητῶν εἰρημένα, ἀξιόπιστα μὲν εἶναι. Si quis dubitet his verbis, ἢ συγγραφέων historicos significari, attentius legat hæc Theophili verba ex n. 33 : Τίς μὲν οὖν... τῶν καλουμένων σοφῶν καὶ ἱστοριογράφων.

(44) *Καὶ ἐνύδρων νηκτῶν.* Fortasse excidit καί. Ita noster supra n. 6 : Καὶ νηκτῶν ἐνύδρων τε καὶ ἐναλίων; ubi νηκτά ab ἐνύδροις distinguit. Wolfius. — Ex ipsis verbis, quæ ab erudito viro citantur, nihil hoc in loco mutandum esse patet. Nam cum duas species natatilium distinguat Theophilus, nempe fluvialium et marinorum; natatilia fluvialia vocare debuit pisces Nili ab Ægyptiis adoratos; frustra ergo diceremus natatilia et fluvialia.

(45) *Ζεὺς Κάσσιος.* Eruditus Wolfius legendum monet Κάσιος idque probat testimoniis Scriptorum apud quos memoratur Jupiter Casius, nempe Lucani lib. VIII, Plinii IV, 3, et V, 3. Sexti Empir. *Pyrrhon.* III, 24. Stephani Byzantini, qui Jovem Casium a Casio monte et urbe Ægypti deducit.

(46) *Τέλη καὶ εἰσφοράς.* Quod ait Theophilus de vectigalibus, quæ mater deorum, ejusque filii imperatori solvebant, explicari et illustrari potest ex Tertulliano : *Sed aliquo solatio*, inquit lib. I *ad Nat.*, c. 10, *privatorum et domesticorum deorum querelæ juvantur, quod publicos turpius contumeliosiusque tractetis. Jam primum, quos in hastarium regessistis publicanis sub... lis, omni quinquennio inter vectigalia vestra proscripto addicitis. Sic Serapeum, sic Capitolium petitur, addicitur, conducitur... sub eadem voce præconis, eadem exactione Quæstoris. Sed enim agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa, ignobiliora. Nam hæ sunt captivitate notæ pœna; Dei vero qui magis tributarii, magis sancti, imo qui magis sancti magis tributarii; majestas constituitur in quæstum, negotiatio religione proscribitur, sanctitas locationem mendicat; exigitis mercedem pro solo templi, pro auditu sacri, pro stipitibus, pro ostiis; venditis totam divinitatem, non licet eam gratis coli; plus denique publicanis reficitur, quam sacerdotibus.*

(47) *Τοιγαροῦν.* Videtur sibi ante hæc verba hiatum et lacunam perspicere eruditus Wolfius, quia *deesse nonnulla et ms. B. indicat et series orationis evincit.* Sed vix quidquam magis aptum magisque nexum reperiri potest. Quid enim cum vectigalibus, quæ Cæsari deorum mater et dii pende-

Digitized by Google

προσκυνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Θεῷ δὲ τῷ ὄντως Θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς, ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν. Ἐρεῖς οὖν μοι· Διὰ τί οὐ προσκυνεῖς τὸν βασιλέα; Ὅτι οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι γέγονεν, ἀλλὰ εἰς τὸ τιμᾶσθαι τῇ νομίμῳ τιμῇ· θεὸς γὰρ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένος, οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ εἰς τὸ δικαίως κρίνειν. Τρόπῳ γάρ τινι (48) παρὰ Θεοῦ οἰκονομίαν πεπίστευται· καὶ γὰρ αὐτὸς, οὓς ἔχει ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους (49), οὐ βούλεται βασιλεῖς καλεῖσθαι· τὸ γὰρ βασιλεὺς αὐτοῦ ἐστιν ὄνομα, καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐξόν ἐστι τοῦτο καλεῖσθαι· οὕτως οὐδὲ προσκυνεῖσθαι ἀλλ' ἢ μόνῳ Θεῷ. Ὥστε κατὰ πάντα πλανᾶσαι, ὦ ἄνθρωπε. Τὸν δὲ βασιλέα τίμα (50) εὐνοῶν αὐτῷ, ὑποτασσόμενος αὐτῷ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, ποιεῖς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ· λέγει γὰρ ὁ νόμος ὁ τοῦ Θεοῦ· *Τίμα* (51), *υἱὲ*, *Θεὸν καὶ βασιλέα, καὶ μηδενὶ αὐτῶν ἀπειθὴς ἧς. Ἐξαίφνης γὰρ τίσονται τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν.*

12. Περὶ δὲ τοῦ σε καταγελᾶν μου, καλοῦντά με Χριστιανὸν, οὐκ οἶδας ὃ λέγεις. Πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ χριστὸν (52) ἡδὺ καὶ εὔχρηστον καὶ ἀκαταγέλαστόν ἐστι. Ποῖον γὰρ πλοῖον δύναται εὔχρηστον εἶναι καὶ σώζεσθαι, ἐὰν μὴ πρῶτον χρισθῇ; ἢ ποῖος πύργος ἢ οἰκία εὔμορφος καὶ εὔχρηστός ἐστιν, ἐπὰν οὐ κέχρισται; Τίς δὲ ἄνθρωπος εἰσελθὼν εἰς τόνδε τὸν βίον ἢ ἀθλῶν οὐ χρίεται ἐλαίῳ; Ποῖον δὲ ἔργον ἢ κόσμιον (53) δύναται εὐμορφίαν ἔχειν, ἐὰν μὴ χρισθῇ καὶ στιλβωθῇ; Εἶτα ἀὴρ μὲν καὶ πᾶσα ἡ ὑπ' οὐρανὸν τρόπῳ τινὶ χρίεται φωτὶ καὶ πνεύματι· σὺ δὲ οὐ βούλει χρισθῆναι ἔλαιον Θεοῦ; Τοιγαροῦν ἡμεῖς τούτου εἵνεκεν καλούμεθα Χριστιανοὶ, ὅτι χριόμεθα ἔλαιον Θεοῦ.

13. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρνεῖσθαί σε νεκροὺς ἐγείρεσθαι· φῆς γάρ· Δεῖξόν μοι κἂν ἕνα ἐγερθέντα ἐκ νεκρῶν, ἵνα, ἰδὼν, πιστεύσω· πρῶτον μὲν τί μέγα, εἰ θεασάμενος τὸ γεγονὸς πιστεύσεις; Εἶτα πιστεύεις μὲν

sunt; non tamen colendus. — Regem igitur potius colam, non tamen eum adorans, sed preces pro eo fundens. Verum autem et vere exsistentem Deum adoro, cum regem ab eo factum sciam. Dices igitur mihi: Cur regem non adoras? Quia non ideo rex factus est ut adoretur, sed ut legitimo honore observetur. Neque enim deus est, sed homo a Deo constitutus, non ut adoretur, sed ut juste judicet. Est enim quodammodo administratio ei a Deo commissa; ac ipse quidem quos sub se 445 præfectos habet, reges vocari non patitur. Est enim rex ipsius nomen, quo nomine alium vocari non licet: ita nec adorari nisi solum Deum. Itaque in omnibus, o homo, errore duceris. Regem igitur cole, sed eum diligendo cole, eique parendo et orando pro eo. Hoc enim si facies, voluntatem Dei exsequeris, ita enim præcipit lex divina: *Honora, fili mi, Deum et regem, nec eis inobediens sis. Subito enim ulciscentur inimicos suos*[7].

12. *Christianorum nomen non risu dignum, ut Dei oleo uncti.* — Quod autem me irrides, Christianum vocans, nescis quid dicas. Primo quidem quia quod unctum est, suave et utile est, nec rideri debet. Quæ enim navis utilis et salva esse potest, nisi prius ungatur; aut quæ turris vel domus elegans et commoda est, si uncta non fuerit? Quis est qui cum in hanc vitam editur aut in palæstram ingreditur, oleo non ungatur? Quodnam opus ornatum esse et præclarum potest, nisi ungatur et expoliatur. Deinde vero aer et omnis, quæ sub cœlo est, terra quodammodo unguntur lumine et spiritu; tu vero non vis ungi oleo Dei? Nos enim ideo Christiani vocamur, quod Dei oleo ungamur.

13. *Probatur resurrectio argumentis et exemplis.* — Quod autem mortuos excitari negas, ais enim: Ostende mihi vel unum ex mortuis excitatum; ut credam cum videro. Primum quidem quid magni

[7] Prov. XXIV, 21, 22.

bant, magis consequens, quam Cæsari, ut pote deorum domino, plus tribuendum esse, quam diis? Similiter Tertullianus, postquam gentilium deos salibus suis perfricuit, transit ad cultum Cæsarum, quos potius colendos esse ait quam deos. *Ventum est igitur*, inquit, *ad secundum titulum læsæ augustioris majestatis: si quidem majore formidine et callidiore timiditate Cæsarem observatis quam ipsum de Olympo Jovem: et merito, si sciatis. Quid enim? Ex viventibus quilibet non mortuo potior?* Apol. cap. 28. Et cap. 32: *Sed et juramus, sicut non per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus diis.* Nulla igitur in hoc Theophili loco lacunæ suspicio; neque ipsa codicis ms. auctoritas in ejusmodi notis arbitrio librariorum appositis magni facienda.

(48) *Τρόπῳ γάρ τινι.* Illud *quodammodo*, non eo spectat ut dubia et incerta res videatur, sed quia comparationem quamdam inter Deum et reges instituit Theophilus, et quemadmodum præfecti et judices a regibus constituuntur, ita potestas regia est quædam veluti administratio a Deo commissa.

(49) *Ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους.* Non subditos generatim hæc designant, sed eos quibus aliquam rerum administrandarum partem committebat imperator, id est præfectos et duces et præsides. Sic Justinus *Apol.* I, n. 23: Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν. Hoc ipso in loco imperator dicitur ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένος.

(50) *Τίμα.* Deest in codice Bodl.

(51) *Τίμα... ἐχθροὺς αὐτῶν.* Legitur φοβοῦ Proverb. XXIV, 21. Sed, ut observat Cl. Wolfius, S. Ignatius in epistola *ad Smyrnenses* legit ut Theophilus.

(52) *Τὸ χριστόν.* Vide Notas in *Apologiam* I S. Justini, num. 4, et II, n. 6. Miror eruditum Wolfium opinari Theophilum respicere hoc loco ad χρηστός, *quia Christum gentiles Chrestum et forte etiam Christianos Chrestianos appellare consueverant.* Quamvis autem Christianos ita dictos existimet Theophilus, quia uncti sunt oleo Dei, non tamen, ut eidem videtur Wolfio, discrepat ab aliis scriptoribus, qui Christianorum nomen a Christo deducunt. Nam Justinus etsi hoc nomen deducit a chrismate, *Apol.* I, n. 4. Christianos tamen a Christo nomen accepisse docet in pluribus locis *Dialogi*, ut n. 117.

(53) *Ἢ κόσμον.* Recte observat Wolfius legendum esse κόσμον δύναται ἢ εὐμορφίαν, transponendo conjunctionem.

Digitized by Google

præstabis, si tum credes cum rem factam videris? Deinde vero credis Herculem, qui se ipse combussit, vivere; Æsculapium fulmine percussum in vitam revocatum; quæ vero tibi a Deo dicuntur, ea non credis? Fortasse ostendam tibi mortuum ad vitam revocatum et viventem, nec tamen id credes, Ac multa quidem tibi Deus exhibet argumenta cur ei credas. Observa enim, si placet, temporum et dierum et noctium interitum; attende quemadmodum hæc etiam intereant et renascantur. Quid? An non seminum et fructuum fit quædam resurrectio, idque ad usus humanos? Granum enim tritici, exempli gratia, aut aliorum seminum, cum terræ injectum fuerit, primo perit et solvitur, deinde excitatur et in spicam assurgit. Arborum autem natura nonne certis temporibus Dei jussu latentes antea et invisos fructus producit? Quin etiam interdum passerculus aut avis alia quælibet, cum semen mali aut ficus aut cujusvis alius sorbuerit, avolat in petrosum collem, aut aliquod sepulcrum, ac ibi alvum **346** exonerat, tumque semen illud radices agens, arbor nascitur, quod olim absorptum fuerat, et tantum calorem trajeeerat. Hæc autem omnia operatur divina sapientia, ut vel ex his demonstret posse Deum generalem omnium hominum resurrectionem perficere. Quod si mirabilius ad resurrectionem demonstrandam spectaculum videre cupis, non solum in terrestribus rebus, sed etiam in cœlo; observa menstruam lunæ resurrectionem, quemadmodum intereat et renascatur. Accipe præterea resurrectionem in te ipso ad effectum, etiamsi ignores, perductam. Forte enim aliquando in morbum incidisti, et carnes tuas ac vires et speciem amisisti, sed misericordiam a Deo et medelam nactus, recuperasti corpus tuum et speciem et vires : et quemadmodum ignoras quonam abierint carnes tuæ cum evanuere, ita nec perspectum habes undenam exstiterint et unde venerint. Dices ex cibis et succis in sanguinem conversis. Præclare; sed hoc opus Dei est ita rem conficientis, non cujusquam alterius.

Σπουδάζομεν δὲ πόλλ' ὑπ' ἐλπίδων μάτην
Πόνους ἔχοντες, οὐδὲν εἰδότες.

Καὶ μὴ θέλοντες ὁμολογοῦσι τὸ ἀληθὲς μὴ ἐπίστασθαι· ὑπὸ δαιμόνων δὲ ἐμπνευσθέντες, καὶ ὑπ' αὐτῶν φυσιωθέντες, ἃ εἶπον, δι' αὐτῶν εἶπον. Ἤτοι γὰρ οἱ ποιηταὶ (11), Ὅμηρος δὴ καὶ Ἡσίοδος, ὥς φασιν, ὑπὸ Μουσῶν ἐμπνευσθέντες, φαντασίᾳ καὶ πλάνῃ ἐλάλησαν, καὶ οὐ καθαρῷ πνεύματι, ἀλλὰ πλάνῃ. Ἐκ τούτου δὲ σαφῶς δείκνυται (12), εἰ καὶ οἱ δαιμονῶντες (13) ἐνίοτε καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἐξορ-

A Similiter Euripides :

Nihil Deo absque, nil venit mortalibus.

354 Et Menander :

Procurat haud quis nostra, ni solus Deus.

Et rursus Euripides :

Servare namque si Deus quondam volet,
Momenta donat ad salutem plurima.

Et Thestius :

Deo volente navigans vel vimine
Es salvus.

Et cum innumerabilia ejusmodi dixerunt, secum ipsi pugnantia dixerunt. Sophocles igitur, qui providentiam alibi tollit, sic ait :

Mortalis ictum subter haud fugit Dei.

Quin etiam multitudinem deorum induxerunt, B aut singulare Dei imperium dixerunt, et contra eos, qui providentiam asserunt, nullam esse providentiam dixerunt. Hinc Euripides sic confitetur :

Multis studemus sub spe inani plurimum
Laborem habentes, nilque prorsus novimus.

Fatentur vel inviti verum se nescire, sed a dæmonibus inspirati et inflati, quidquid dixerunt eorum afflatu dixerunt. Nam profecto poetæ, Homerus scilicet et Hesiodus, a musis, ut ipsi dicunt, afflati, ex falsis animi visis loquebantur, nec ex puro spiritu, sed fallaci. Quod quidem clare ex eo demonstratur, quod qui a dæmonibus interdum corripiuntur, ii etiamnum adjurentur per nomen veri Dei,

melius deest in codice ms. hæc negatio, quæ sententiæ plus nocet, quam versui perficiendo conducit. Hi versus sic leguntur in editione Hamburgensi :

Οὔ τις ἄνευ τε θεῶν ἀρετὴν λάβεν, οὐ πόλις, [*οὔτις,*
Οὐ βροτὸς, οὐ θεὸς ὃς παμμῆτις. Ἔστιν δ' ἐν [*αὐτοῖς*
Οὐδὲν ἀπήμαντον.

Sed has emendationes sequi non libuit, quia nullo codice ms. nituntur et numero magis quam rationi consulunt.

(7) *Θέστιος.* Scriptor omnino ignotus, eoque magis suspectum hoc nomen quod Plutarchus versum, qui Thestio attribuitur, sub Pindari nomine citat, non tamen sine dubitatione. Addit enim, ut eruditus Wolfius post Gatakerum admonuit, εἴγε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας. Plut. *De Pythiæ oraculis.*

(8) *Θεοῦ θέλοντος.* Sic legebatur in editis nostris hic versus Θεοῦ θέλοντος σώζῃ κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέῃς. Cod. ms. et Tigur. Θεοῦ διδόντος. Observant Ducæus et Thom. Gatakerus *Advers. Miscell.* p. 101, interpretem legisse κἂν ἐν Εὐρίπῳ, vertit enim, *Etiamsi in Euripo navigarit.* Uterque monet proverbium apud antiquos hoc tritum fuisse : *Mare Ionium aut Ægæum virgulto velle trajicere.* Addit Gatakerus hunc versum ita legi, σὺν τῷ Θεῷ πλέων κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, apud Suidam tom. III, p. 261, edit. Kusteri ; a Scholiaste autem Aristophanis citari ad occasionem hujus Aristophanis dicti in Simonidem, Κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. *Causa lucelli naviget vel vimine.* Hæc desumpsimus ex edit. Hamburg.

(9) *Λέγει.* Vel legendum λέγων, vel antea simile aliquod verbum, ut observat Cl. Wolfius, ex hoc loco excidit.

(10) *Πλὴν καὶ πληθύν.* Scribit in ipso contextu Cl. Wolfius πλὴν καὶ οἱ πληθύν, sed sine ulla prorsus auctoritate aut ratione, vel potius non sine C contextus perturbatione. Liquet enim duas a Theophilo controversias commemorari, nempe de monarchia et de Providentia, de quibus alii affirmabant, alii negabant.

(11) *Ἤτοι γὰρ οἱ ποιηταί.* Quamvis tolerabilis sit vulgata scriptura et constructio verborum, libenter tamen unam ex duabus periodum facerem, sic legendo : Ὅτι γὰρ οἱ ποιηταὶ.... ἐκ τούτου δὲ σαφῶς δείκνυται, etc. Particula δέ sæpe negligenda, ut in pluribus Justini locis observavimus.

(12) *Ἐκ τούτου δὲ σαφῶς δείκνυται.* Explanandæ Theophili ratiocinatio, ne videatur obscura. Dubitari enim possit, utrum ipsi dæmones confessi fuerint se *in istis scriptoribus* operatos esse, an id Theophilus ex eo colligat, quod se Apollinem esse faterentur aut alium deum. Nam, ut ait Lactantius lib. II, c. 15, *non modo dæmonas se esse* confitebantur, *sed etiam nomina sua* edebant, *illa quæ in templis adorantur.* Videtur Theophilus inde concludere poetas a fallacibus spiritibus fuisse afflatos, quippe D qui his diis carmina sua accepta referrent.

(13) *Δαιμονῶντες.* Videntur hac voce non energumeni solum designari, sed ii etiam maxime, qui vel ad divinandum, vel ad miri aliquid faciendum deorum aliquem invocabant, qualis erat Pythia et alii ejusmodi vates. In utroque dæmonum genere expellendo æque elucebat Christianorum potestas. *Edatur hic aliquis*, inquit Tertullianus *Apol.* cap. 23, *sub tribunalibus, quem dæmone agi constet ; jussus a quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quam alibi deum de falso. Æque producatur aliquis ex iis qui de Deo pati existimantur, qui, aris inhalantes, numen de nidore concipiunt, qui ructando conantur, qui anhelando profantur. Ista ipsa virgo cœlestis pluviarum pollicitatrix, iste ipse Æsculapius medicinarum demonstrator, alia die morituris Socordio et Thanatio et Asclepiodoto vitæ subministrator, nisi se dæmones confessi fuerint, Christiano mentiri non audentes ;*

Digitized by Google

tumque fallaces ipsi illi spiritus dæmones se esse fateantur, qui etiam olim in istis scriptoribus operabantur, nisi quod interdum eorum nonnulli animis expergefacti, consentanea prophetis dixerunt, ut tum in ipsos, tum in omnes homines testimonio essent, de singulari imperio, de judicio, cæterisque rebus quas pertractarunt.

9. *Prophetæ a sancto Spiritu afflati.* — Sed Dei homines, cum a Spiritu sancto efferrentur ac prophetæ essent, divinitus docti et sancti et justi fuerunt, utpote ab ipso Deo afflati et eruditi. Quamobrem hac etiam mercede dignati sunt, ut Dei instrumenta fierent, et sapientiam quæ ab eo est caperent; cujus quidem sapientiæ beneficio et de creatione **355** mundi et cæteris omnibus rebus dixerunt. Pestes enim et fames et bella prædixerunt; nec unus aut alter, sed plures variis temporibus fuere apud Hebræos (sed et apud Græcos Sibylla) ac amica inter se et consona omnes dixere, tum quæ ante eos gesta fuerant, tum quæ ipsis erant æqualia, tum quæ apud nos hodie perficiuntur; unde etiam et de futuris certo scimus, ea ita esse eventura, quemadmodum et priora ad exitum perducta sunt.

10. *Mundus a Deo per Verbum creatus.* — Ac primo quidem summo consensu docuere Deum ex nihilo omnia creasse. Nihil enim Deo coævum, sed cum sibi ipse locus sit, nec ulla re egeat, ac sæculis antiquior sit, hominem facere voluit cui innotesceret; huic homini mundum præparavit. Nam qui creatus est multis rebus eget, increatus autem nulla omnino. Habens igitur Deus suum ipsius Verbum in propriis visceribus insitum, genuit illud cum sua Sapientia, proferens ante omnia. Hoc Verbo usus est administro operum suorum, et per illud omnia condidit. Vocatur principium, eo quod principatum habeat et dominatum eorum omnium, quæ per ipsum creata sunt. Hic igitur cum sit Spiritus Dei et principium et sapientia et virtus Altissimi, descendebat in prophetas, ac per eos de

κίζονται κατὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ὄντος Θεοῦ, καὶ ὁμολογεῖ αὐτὰ τὰ πλάνα πνεύματα, εἶναι δαίμονες, οἱ καὶ τότε εἰς ἐκείνους ἐνεργήσαντες. Πλὴν ἐνίοτέ τινες τῇ ψυχῇ ἐκνήψαντες ἐξ αὐτῶν, εἶπον ἀκόλουθα τοῖς προφήταις, ὅπως εἰς μαρτύριον αὐτοῖς τε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, περί τε Θεοῦ μοναρχίας καὶ κρίσεως, καὶ τῶν λοιπῶν ὧν ἔφασαν.

9. Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι, πνευματοφόροι Πνεύματος ἁγίου καὶ προφῆται γενόμενοι, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἐμπνευσθέντες καὶ σοφισθέντες ἐγένοντο θεοδίδακτοι, καὶ ὅσιοι καὶ δίκαιοι. Διὸ καὶ κατηξιώθησαν τὴν ἀντιμισθίαν ταύτην λαβεῖν ὄργανα Θεοῦ γενόμενοι, καὶ χωρήσαντες (14) σοφίαν τὴν παρ' αὐτοῦ, δι' ἧς σοφίας εἶπον καὶ τὰ περὶ τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. Καὶ γὰρ περὶ λειμῶν καὶ λιμῶν καὶ πολέμων προεῖπον· καὶ οὐχ εἷς ἢ δύο, ἀλλὰ πλείονες κατὰ χρόνους καὶ καιροὺς ἐγενήθησαν παρὰ Ἑβραίοις (ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἕλλησι Σίβυλλα) καὶ πάντες φίλα ἀλλήλοις καὶ σύμφωνα εἰρήκασι, τά τε πρὸ αὐτῶν γεγενημένα, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς γεγονότα, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς νυνὶ τελειούμενα· διὸ καὶ πεπείσμεθα καὶ περὶ τῶν μελλόντων οὕτως ἔσεσθαι, καθὼς καὶ τὰ πρῶτα ἀπήρτισται.

10. Καὶ πρῶτον μὲν συμφώνως ἐδίδαξαν ἡμᾶς, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα ἐποίησεν. Οὐ γάρ τι τῷ Θεῷ συνήκμασεν, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ τόπος ὤν, καὶ ἀνενδεὴς ὤν, καὶ ὑπερέχων πρὸ τῶν αἰώνων, ἠθέλησεν ἄνθρωπον ποιῆσαι ᾧ γνωσθῇ· τούτῳ οὖν προητοίμασε τὸν κόσμον. Ὁ γὰρ γενητὸς καὶ προσδεής ἐστιν· ὁ δὲ ἀγένητος, οὐδενὸς προσδεῖται. Ἔχων οὖν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Λόγον ἐνδιάθετον (15) ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις, ἐγέννησεν αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ Σοφίας (16) ἐξερευξάμενος πρὸ τῶν ὅλων. Τοῦτον τὸν Λόγον ἔσχεν ὑπουργὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν. Οὗτος λέγεται ἀρχή, ὅτι ἄρχει καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι' αὐτοῦ δεδημιουργημένων. Οὗτος οὖν, ὢν Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἀρχὴ καὶ σοφία, καὶ δύναμις Ὑψίστου κατήρχετο εἰς τοὺς προφήτας, καὶ δι' αὐτῶν ἐλάλει τὰ περὶ τῆς

ibidem procacissimi illius Christiani sanguinem fundite. Vid. Lact. l. II, c. 15 et l. IV, c. 27. Observat Wolfius ethnicos hoc Christianorum in dæmones imperium non negasse, sed aut a suis similia fieri, aut a Christianis ex compacto cum dæmonibus ipsis perfici dixisse. Citat hanc in rem Steph. le Moyne in notis ad *Varia sacra* pag. 1043 et seqq. *Quo magis mirum est*, inquit idem Wolfius, *non defuisse nostris temporibus homines, qui asserere auderent expulsiones ejusmodi dæmonum a Christianis conflictas fuisse, ut fidem gentilibus extorquerent. Huc tendit anonymus, cujus observata exstant in J. Clerici* Biblioth. selecta, tom. XIII. p. 220.

(14) *Χωρήσαντες.* Ita recte emendatum erudito Wolfio pro χωρίσαντες, qui etiam paulo ante observabat scribendum potius πνευματόφορος quam πνευματοφόρος.

(15) *Λόγον ἐνδιάθετον.* Hunc locum avide arripuerunt non pauci, ut Arianam hæresim Christianis illius ætatis aut saltem Theophilo affingerent. Sed 1° Nihil magis oderant Ariani, quam illam Theophili doctrinam de Verbo Dei visceribus insito et ad mundi creationem prodeunte; illum enim Λόγον longe secernebant ab eo, quem ad mundi creationem genitum esse dicebant. 2° Verbi æternitatem demonstrant hæc verba· Ὁ ἀεὶ συμπαρὼν αὐτῷ. 3° Illud etiam a vero abhorret, quod sibi finxit Petavius, Λόγον a Theophilo cum Patre confundi usque ad mundi creationem. Non magis profecto confunditur ante mundi creationem, quam post mundi creationem. Ideo enim post mundi creationem descendebat ad prophetas, quia *Spiritus est Dei et principium et sapientia et virtus Altissimi.* At eadem de causa generatus dicitur ad mundi creationem; quia videlicet Λόγος erat insitus visceribus Patris, quique ei semper adest. Vide infra n. 22. Non magis ergo illa ad mundi creationem generatio de Filii æternitate aut distinctione a Patre detrahere possit, quam missio ad prophetas.

(16) *Μετὰ τῆς ἑαυτοῦ Σοφίας.* Hæc verba referri possunt ad verbum sequens ἐξερευξάμενος. Sed cum generatio, de qua hic agitur, nihil aliud sit quam missio: quid mirum si Deus Verbum cum sapientia sua genuisse dicitur? Spiritum sanctum emissum fuisse ad creandum docet Damasus papa, epist. 497: *Neque enim*, inquit, *creaturæ dignus est injuria, qui emissus est ad creandum.*

Digitized by Google

ποιήσεως τοῦ κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. Οὐ γὰρ ἦσαν οἱ προφῆται ὅτε ὁ κόσμος ἐγίνετο, ἀλλὰ ἡ σοφία ἡ ἐν αὐτῷ (17) οὖσα ἡ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Λόγος ὁ ἅγιος αὐτοῦ ὁ ἀεὶ συμπαρὼν αὐτῷ. Διὸ δὴ καὶ διὰ Σολομῶνος προφήτου οὕτω λέγει· *Ἡτοίμασε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, καὶ ὡς ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἥμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα.* Μωϋσῆς δὲ ὁ καὶ Σολομῶνος πρὸ πολλῶν ἐτῶν (18) γενόμενος, μᾶλλον δὲ ὁ Λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ ὡς δι' ὀργάνου δι' αὐτοῦ φησιν· *Ἐν ἀρχῇ* (19) *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Πρῶτον ἀρχὴν καὶ ποίησιν ὠνόμασεν, εἶθ' οὕτως τὸν Θεὸν συνέστησεν· οὐ γὰρ ἀργῶς χρὴ καὶ ἐπὶ κενῷ Θεὸν ὀνομάζειν. Προῄδει γὰρ ἡ θεία σοφία μέλλειν φλυαρεῖν τινας, καὶ πληθὺν θεῶν ὀνομάζειν τῶν οὐκ ὄντων. Ὅπως οὖν ὁ τῷ ὄντι Θεὸς διὰ ἔργων νοηθῇ, καὶ ὅτι ἐν τῷ Λόγῳ αὐτοῦ ὁ Θεὸς πεποίηκε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἔφη· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Εἶτα εἰπὼν τὴν ποίησιν αὐτῶν, δηλοῖ ἡμῖν· *Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.* Ταῦτα ἐν πρώτοις διδάσκει ἡ θεία Γραφὴ, τρόπῳ τινὶ ὕλην γενητὴν (20), ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονυῖαν, ἀφ' ἧς πεποίηκε καὶ δεδημιούργηκεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον.

A mundi creatione et cæteris rebus loquebatur; nondum enim erant prophetæ cum mundus crearetur, sed tantum Sapientia Dei quæ est in eo, ac sanctum Verbum ejus, quod ei semper adest. Hinc per Salomonem prophetam sic fatur: *Cum præpararet cœlum, una aderam ei, et cum firma faceret fundamenta terræ, eram cum eo disponens*[15]. Moyses autem qui multis annis ante Salomonem fuit, vel potius Verbum Dei, ita per eum velut per instrumentum loquitur: *In principio creavit Deus cœlum et terram.* Primo principium et creationem nominavit, deinde ipsum Deum prædicavit; neque enim fas est temere et levi de causa Deum appellare. Prævidebat enim divina sapientia futurum, ut nonnulli nugarentur, ac multitudinem deorum nusB quam exstantium nominarent. Igitur ut verus Deus ex operibus intelligeretur, eumque constaret in Verbo suo cœlum et terram et quæ in eis sunt creasse, scriptum est: *In principio creavit Deus cœlum et terram.* Deinde postquam narravit eorum creationem, sic nos edocet: *Terra autem erat invisibilis et* **356** *incomposita, et tenebræ super abyssum, et Spiritus Dei superferebatur super aquas.* Hæc igitur initio docet divina Scriptura, materiam, ex qua mundum Deus fecit et condidit, quodammodo indicans rem creatam esse, ut pote a Deo factam.

11. Ἀρχὴ δὲ τῆς ποιήσεως φῶς ἐστιν· ἐπειδὴ τὰ κοσμούμενα τὸ φῶς φανεροῖ. Διὸ λέγει· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν (21)· » δηλονότι καλὸν ἀνθρώπῳ γεγονός. « Καὶ διεχώρισεν ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος. Καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στε-

11. *Operis sex dierum descriptio ex libro Genesis.*— Initium autem condendi a luce fit; si quidem ea C quæ conduntur et ornantur lux ostendit. Quare dicit: *Et dixit Deus: Fiat lux, et facta est lux; et vidit Deus lucem quia bona est.* Bona scilicet homini facta. *Et discrevit Deus inter lucem et tenebras, et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem. Et factum est vespere et factum est mane, dies unus. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, et sit discernens inter aquam et aquam. Et factum est sic. Et fecit Deus firmamentum, et divisit Deus inter*

[15] Prov. VIII, 27, 29.

(17) *Ἡ σοφία ἡ ἐν αὐτῷ.* Spiritum sanctum his verbis manifeste designat Theophilus. Unde Triadem appellat num. 15 Deum, Verbum et Sapientiam; quo quidem in loco perinique Petavius *Trin.* lib. V, Verbum et Sapientiam pro una sumi persona queritur. Nam cum Spiritum multi alii Patres Sapientiam appellaverint, ut Irenæus lib. III, c. 24; lib. IV, c. 7 et cap. 20, cur idem non licuit Theophilo? Erat ei hæc loquendi ratio familiaris. Nam et in libro I, n. 7, Verbum et Sapientiam, Verbum et Spiritum distinguit, et hoc ipso in loco Deus Verbum suum cum sapientia sua genuisse dicitur. Vid. infra n. 15 et 18.

(18) *Πρὸ πολλῶν ἐτῶν.* Non videtur necesse esse legere πρὸ Σολομῶνος, ut conjicit Wolfius. Idem enim valet hæc loquendi ratio ac Σολομῶνος προγενόμενος.

(19) *Ἐν ἀρχῇ.* Theophilus, ut multi alii, illud *in principio* idem esse putat ac in Verbo. Profert enim hoc testimonium ut probet Verbi æternitatem. Mox demonstrat Deum in Verbo suo fecisse cœlum et terram ex his verbis: *In principio creavit Deus cœlum et terram.* Non multo ante declaraverat idem Verbum esse ἀρχήν.

(20) *Τρόπῳ τινὶ τὴν ὕλην γενητήν.* Satis commode post has voces poneretur δηλοῦσα vel simile aliud participium. Ait autem Theophilus materiæ creationem quodammodo a Scriptura doceri in exordio Genesis, quia, etsi materiæ nomen Scriptura non usurpat, satis aperte materiam sub aliis nomiD nibus designat. Sic de Hesiodo dicebat n. 6: Καὶ ὕλην μὲν τρόπῳ τινὶ ὑποτίθεται καὶ κόσμου ποίησιν, quia etsi Hesiodus diserte non dicat creationem sine creatore factam fuisse, id tamen sequitur ex ejus verbis. Hanc autem materiæ creationem ex his verbis: *In principio creavit cœlum et terram*, deducebat Theophilus, quia cœli et terræ nomine intelligebat materiam ex qua cœlum et terra facta sunt. Sequitur hanc interpretationem Basilius homilia 1 *in Hexaem.*, n. 8, docetque initio homil. 2, non solam terram initio creationis, sed ipsum etiam cœlum inconditum fuisse. Justinus quoque *Apol.* 1, num. 59, mundum a Deo factum testatur ex cœlo et terra quæ prius creaverat.

(21) *Καὶ ἐγένετο... ὅτι καλόν.* Fellus et Wolfius minime dubitaverunt, quin hæc verba, quæ in cod. Bodl. et in omnibus editis desunt, librariorum culpa excidissent. Quapropter ea in contextum restituerunt, eisque hac in re libenter assentior.

Digitized by Google

aquam, quæ erat sub firmamento, et inter aquam, quæ supra firmamentum. Et vocavit Deus firmamentum, cœlum. Et vidit Deus quia bonum est. Et factum est vespere, et factum est mane dies secundus. Et dixit Deus : Congregentur aquæ quæ sub cœlo, in congregationem unam, et appareat arida. Et factum est sic. Et congregata est aqua in congregationes suas, et apparuit arida. Et vocavit Deus aridam terram, et congregationes aquarum vocavit maria. Et vidit quod esset bonum. Et dixit Deus : Germinet terra herbam virentem, seminantem semen secundum genus et similitudinem, et lignum fructiferum, faciens fructum, cujus semen in ipso in similitudinem ; et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, seminantem semen secundum genus, et lignum fructiferum faciens fructum secundum genus in terra. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et factum est mane, dies tertius. Et dixit Deus : Fiant luminaria in firmamento cœli, ad illuminationem in terra, et dividant inter medium diei et inter medium noctis, et sint in signa et in tempora et in dies et in annos : et sint ad illuminationem in firmamento cœli, ut luceant super terram : et factum est ita. Et fecit Deus duo luminaria magna, luminare magnum, ut præesset diei, et luminare minus, ut præesset nocti, et stellas. Et posuit illa Deus in firmamento cœli, ut luceant super terram, et præsint diei et nocti, et dividant inter medium lucis et inter medium tenebrarum. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et factum est mane, dies quartus. Et dixit Deus : Producant aquæ reptilia animarum viventium et aves volantes super terram sub firmamento cœli. Et factum est ita. Et fecit Deus cete grandia et omnem animam animalium reptilium, quæ produxerant aquæ secundum genus suum, et omnem avem pennatam secundum genus. Et **357** *vidit Deus quod essent bona ; et benedixit eis Deus, dicens : Crescite et multiplicamini et replete aquas maris, et aves multiplicentur in terra. Et factum est vespere et factum est mane dies quintus. Et dixit Deus : Producat terra animam viventem secundum genus, quadrupedes et reptilia et bestias terræ secundum genus. Et factum est ita. Et fecit Deus bestias terræ secundum genus, jumentum secundum genus et omnia reptilia terræ. Et vidit Deus quod esset bonum. Et dixit Deus : Faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem, et imperent piscibus maris, et volatilibus cœli et jumentis et omni terræ, et omnibus reptilibus, quæ repunt super terram. Et fecit Deus hominem : ad imaginem Dei fecit illum, masculum et feminam fecit eos. Et benedixit eis Deus, dicens : Crescite et multiplicamini et replete terram, et subjicite eam, et dominamini piscibus maris, et volatilibus cœli, et jumentis, et universæ terræ, et omnibus reptilibus, quæ repunt super terram. Et dixit Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam seminalem, seminantem semen, quæ est in superficie universæ terræ : et omne lignum, quod habet in se fructum seminis seminalem, erit vobis in cibum : sed et omnibus bestiis terræ, et omnibus volatilibus cœli,*

ρέωμα, καὶ διεχώρισεν ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα δευτέρα. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. Καὶ ἐγένετο οὕτω. Καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὴν ξηρὰν γῆν, καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσεν θαλάσσας. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον, ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ εἰς ὁμοιότητα· καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, καὶ ξύλον κάρπιμον, ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα τρίτη. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ὥστε διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτὸς, καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς ἀστέρας. Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα τετάρτη. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγεν τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν, καὶ πᾶν πετεινὸν πτερωτὸν κατὰ γένος. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλά· καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς λέγων· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέτω ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα πέμπτη. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος. Καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, λέγων· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατα-

Digitized by Google

κυριεύσατε αὐτῆς, καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θα- A
λάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων
τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρ-
πετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός·
Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον σπόριμον, σπεῖρον
σπέρμα, ὅ ἐστιν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς, καὶ πᾶν ξύ-
λον, ὃ ἔχει ἐν αὐτῷ καρπὸν σπέρματος σπόριμον, ὑμῖν
ἔσται εἰς βρῶσιν, καὶ πᾶσιν τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ
πᾶσιν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ παντὶ ἑρπετῷ
ἕρποντι ἐπὶ τῆς γῆς, ὃ ἔχει ἐν αὐτῷ πνοὴν ζωῆς,
πάντα χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν. Καὶ ἐγένετο οὕτως.

et omni reptili repenti super terram, quod habet in se flatum vitæ, omnem herbam viridem in escam. Et factum est ita. Et vidit Deus omnia quæcunque fecerat, et ecce erant valde bona. Et factum est vespere et factum est mane, dies sextus; et perfecti sunt cœli et terra et omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opera sua, quæ fecerat, et requievit in die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecerat. Et benedixit Deus diei septimo, quia in ipso requievit ab omnibus operibus suis, quæ cœperat Deus facere.

Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα ἕκτη. Καὶ συνετελέσθησαν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν. Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐποίησε, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν, ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι. »

12. Τῆς μὲν οὖν Ἑξαημέρου οὐδεὶς ἀνθρώπων B
δυνατὸς κατ' ἀξίαν τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν οἰκονομίαν
πᾶσαν ἐξειπεῖν, οὐδὲ εἰ μυρία στόματα ἔχοι καὶ μυ-
ρίας γλώσσας· ἀλλ' οὐδὲ εἰ μυρίοις ἔτεσι βιώσει τις,
ἐπιδημῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, οὐδὲ οὕτως ἔσται ἱκανὸς
πρὸς ταῦτα ἀξίως τι εἰπεῖν διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέ-
γεθος καὶ τὸν πλοῦτον τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ, τῆς οὔσης
ἐν ταύτῃ τῇ προγεγραμμένῃ Ἑξαημέρῳ. Πολλοὶ μὲν
οὖν τῶν συγγραφέων ἐμιμήσαντο, καὶ ἠθέλησαν περὶ
τούτων διήγησιν ποιήσασθαι, καίτοι λαβόντες ἐντεῦ-
θεν τὰς ἀφορμὰς, ἤτοι περὶ κόσμου κτίσεως, ἢ περὶ
φύσεως ἀνθρώπου, καὶ οὐδὲ τὸ τυχὸν ἔναυσμα ἀξιόν
τι τῆς ἀληθείας ἐξεῖπον. Δοκεῖ δὲ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσό-
φων ἢ συγγραφέων καὶ ποιητῶν εἰρημένα ἀξιόπιστα
μὲν εἶναι, παρὰ τὸ φράσει κεκαλλωπίσθαι· μωρὸς
δὲ καὶ κενὸς ὁ λόγος αὐτῶν δείκνυται, ὅτι πολλὴ μὲν C
πληθὺς τῆς φλυαρίας αὐτῶν ἐστι· τὸ τυχὸν δὲ τῆς
ἀληθείας ἐν αὐτοῖς οὐχ εὑρίσκεται. Καὶ γὰρ εἴ τι
δοκεῖ ἀληθὲς δι' αὐτῶν ἐκπεφωνῆσθαι, σύγκρασιν ἔχει
τῇ πλάνῃ. Καθάπερ γὰρ φάρμακόν τι δηλητήριον
συγκραθὲν μέλιτι, ἢ οἴνῳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ, τὸ πᾶν ποιεῖ
βλαβερὸν καὶ ἄχρηστον· οὕτως καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς πο-
λυλογία εὑρίσκεται ματαιοπονία, καὶ βλάβη μᾶλλον
τοῖς πειθομένοις αὐτῇ. Ἔτι μὴν καὶ περὶ τῆς ἑβδό-
μης (22) ἡμέρας, ἣν πάντες μὲν ἄνθρωποι ὀνομάζου-
σιν, οἱ δὲ πλείους ἀγνοοῦσιν· ὅτι παρ' Ἑβραίοις ὁ κα-
λεῖται σάββατον Ἑλληνιστὶ ἑρμηνεύεται ἑβδομὰς (23),
ἥτις εἰς πᾶν γένος (24) ἀνθρώπων ὀνομάζεται μὲν,

12. *Ex libro Genesis nonnulla Græci hauserunt, sed ea corruperunt.* — Hujus autem sex dierum operis nemo est hominum, qui pro rei dignitate enarrationem et descriptionem omnem explicare possit, etiamsi decem mille ora habeat, et decem mille linguas. Atque etiamsi quis decem mille annos vivat, in hac terra peregrinus, ne tum quidem erit idoneus, qui de his digne quidpiam dicat, propter exsuperantem magnitudinem et divitias sapientiæ Dei, quæ operi sex dierum supra descripto inest. Ac multi quidem scriptores illud imitati sunt, et de his rebus narrare aggressi; sed quamvis inde adjumenta sibi sumerent mundi creationis et naturæ hominis explicandæ, tamen ne tenuem quidem veritatis scintillam assequi potuerunt. Videntur autem quæ a philosophis et scriptoribus et poetis C dicta sunt, fide digna esse, quia sermonis splendore illustrantur; inanis tamen et insulsa eorum oratio ex eo declaratur, quod luxurient apud eos nugæ, ac veritatis ne ulla quidem particula inveniatur. Nam si quid veri ab iis prædicatum videtur, permistum est errore. Ac quemadmodum pharmacum aliquod mortiferum, si melle aut vino aut alia re hujusmodi permisceatur, totum inutile et pestiferum efficit, ita eorum dicendi copia nihil aliud esse invenitur, quam laboriosæ nugæ, magisque pernicies esse eorum, qui ei assentiuntur. **358** Ac de die etiam septimo locuti sunt, cujus nomen omnes

(22) *Ἔτι μὴν καὶ περὶ τῆς ἑβδόμης.* Nonnulla hic supplenda sunt, ac ea revocanda quæ paulo ante de scriptoribus profanis dicebat, eos imitatos esse librum Genesis, ac de mundi creatione et humana natura nonnulla dixisse. Addit ergo eos et de septima die non tacuisse.

(23) *Ἑβδομάς.* Hac voce significari potest spatium septem dierum: sed hoc loco significat diem septimum, quem paulo ante dixerat ab omnibus hominibus appellari. Ducæus autem et Wolfius observant errare Theophilum in interpretatione sabbati, si hanc vocem, quam Græce esse hebdomadem ait, a septenario numero nempe שבע, non autem a quiete nempe שבת deductam putaverit. Utrum autem hoc levi errore laboraverit, minime statuunt. Recte factum ab eruditis viris quod judicium suum cohibuerint. Non enim Græcos exagitat Theophilus, quod nescirent sabbatum apud Hebræos Græce esse D septenarium numerum (absurda fuisset ac Theophilo non digna ejusmodi reprehensio) aut sabbatum Judæorum septimæ apud Græcos luci respondere; id enim oculis suis videbant Græci, neque in hoc errare poterant. Sed in hoc eos carpit, quod cum sabbatum Judæorum irriderent, nescirent tamen sabbatum nihil aliud esse quam septimam lucem, et ideo singularem habere apud Judæos observationem, quia septima lux est, in qua nimirum Deus ab operibus requievit.

(24) *Εἰς πᾶν γένος.* Nonnulla veritatis vestigia apud gentiles servata tum in septem dierum vicibus numerandis, tum in aliqua sabbati religione retinenda, testantur antiqui scriptores. Præter Aristobulum, cujus testimonium exstat apud Clementem Alexandrinum et Euseb. *Præp. evangel.* lib. XIII, idem confirmant Philo, II *De mundi opif.* et II *De vit. Moys.* et Josephus, lib. II *contra Appionem.* Sed in

Digitized by Google

homines usurpant, sed plerique quam vim habeat ignorant. Quod enim apud Hebræos sabbatum dicitur, Græce redditur hebdomas, quæ quidem apud omne humanum genus appellatur; quam autem ob causam ita vocent ignorant. Quod autem placet Hesiodo poetæ ex Chao genitum Erebum et Terram et imperantem opinatis illius diis et hominibus Amorem, futilis illius et frigida oratio est atque ab omni veritate prorsus aliena. Deum enim voluptate vinci non decet, quippe cum homines temperantes ab omni inhonesta voluptate et mala cupiditate abstineant.

A δι' ἣν δὲ αἰτίαν καλοῦσιν αὐτὴν οὐκ ἐπίστανται. Τὸ δὲ εἰπεῖν Ἡσίοδον τὸν ποιητὴν ἐκ χάους γεγενῆσθαι Ἔρεβον (25), καὶ τὴν γῆν καὶ Ἔρωτα κυριεύοντα τῶν κατ' αὐτόν τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων, μάταιον καὶ ψυχρὸν τὸ ῥῆμα αὐτοῦ, καὶ ἀλλότριον πάσης ἀληθείας δείκνυται. Θεὸν γὰρ οὐ χρὴ ὑφ' ἡδονῆς νικᾶσθαι· ὅπου γε καὶ οἱ σώφρονες ἄνθρωποι ἀπέχονται πάσης αἰσχρᾶς ἡδονῆς καὶ ἐπιθυμίας κακῆς.

13. *Variæ de creatione mundi observationes.* — Quod autem idem Hesiodus a terrenis rebus initium ducit narrandæ creationis, humana et humilis ac prorsus jejuna ejus cogitatio est, quantum ad Deum attinet. Homo enim cum in infimis versetur, ab ipso solo initium facit ædificandi, nec fastigium potest aut culmen facere, nisi fundamentum posuerit. Dei autem potentia in eo spectatur, ut primum quidem res ex nihilo creet; deinde ad arbitrium suum creet. *Nam quæ apud homines impossibilia, possibilia sunt apud Deum* [16]. Quapropter propheta testatur primum omnium ab eo cœlum esse conditum in modum fastigii : *In principio,* inquit, *creavit Deus cœlum,* quod idem est ac per principium cœlum esse conditum, ut supra demonstravimus. Terram autem vocat id quod veluti solum et fundamentum est, abyssum autem multitudinem aquarum. Tenebras etiam nominat, eo quod cœlum a Deo conditum aquas una cum terra veluti quoddam operculum operiret; spiritum autem, qui

13. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐπιγείων κάτωθεν ἄρξασθαι καὶ λέγειν τὴν ποίησιν τῶν γεγενημένων, ἀνθρώπινον καὶ ταπεινὸν καὶ πάνυ ἀσθενὲς τὸ ἐννόημα αὐτοῦ, ὡς πρὸς Θεὸν, ἐστίν. Ἄνθρωπος γὰρ, κάτω ὢν, ἄρχεται ἐκ τῆς γῆς οἰκοδομεῖν, καὶ οὐ πρὸς τάξιν (26) δύναται καὶ τὴν ὀροφὴν ποιῆσαι, ἐὰν μὴ τὸν θεμέλιον ὑπόθηται. Θεοῦ δὲ τὸ δυνατὸν ἐκ τούτου δείκνυται, ἵνα πρῶτον μὲν ἐξ οὐκ ὄντων ποιῇ τὰ γινόμενα, καθὼς βούλεται (27). *Τὰ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα δυνατὰ ἐστι παρὰ Θεῷ.* Διὸ καὶ ὁ προφήτης πρῶτον εἴρηκε τὴν ποίησιν τοῦ οὐρανοῦ γεγενῆσθαι τρόπον ἐπέχοντα ὀροφῆς, λέγων· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν*, τουτέστι διὰ τῆς ἀρχῆς γεγενῆσθαι τὸν οὐρανὸν, καθὼς ἔφθημεν δεδηλωκέναι. Γῆν δὲ λέγει δυνάμει ἔδαφος καὶ θεμέλιον, ἄβυσσον δὲ τὴν πληθὺν τῶν ὑδάτων καὶ σκότος διὰ τὸ τὸν οὐρανὸν (28) γεγονότα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐσκεπακέναι καθαπερεὶ πῶμα τὰ ὕδατα σὺν τῇ γῇ· πνεῦμα δὲ τὸ ἐπιφερόμενον ἐπάνω τοῦ ὕδατος, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς ζωογόνησιν (29) τῇ κτίσει, καθάπερ ἀνθρώπῳ ψυχήν

[16] Luc. XVIII, 27.

hoc genere præcipue observanda duo Tertulliani testimonia, in quibus aliquid conabor emendare. Sic loquitur lib. I *ad Nat.* c. 14 : *Alii plane humanius solem Christianum Deum æstimant, quod innoturit ad orientis partem facere nos precationem, vel die solis lætitiam curare. Quid vos minus facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam cœlestia, ad solis initium labra vibratis? Vos certe estis, qui in laterculum septem dierum solem recepistis, et ex diebus ipsum prælegistis, quo die lavacrum subtrahatis, aut in vesperam differatis, aut otium et prandium curetis. Quod quidem facitis exorbitantes et ipsi a vestris ad alienas religiones. Judæi enim festi, sabbata et cœna pura, et Judaici ritus lucernarum, et jejunia cum azymis, et orationes litorales, quæ utique aliena sunt a diis vestris. Quare, ut ab excessu revertar, qui solem et diem ejus nobis exprobratis, agnoscite vicinitatem; non longe a Saturno et sabbatis vestris sumus.* Duo in hoc testimonia facile est animadvertere. 1° Sabbatum apud gentiles observari non sine aliqua Judaici instituti imitatione. 2° Non longe etiam hac in re a Christianis gentiles remotos esse, tum quia sabbatum diei solis proximum, tum quia utrique sex aliis diebus unum præferunt. Quare hæc verba : *Et ex diebus ipsum prælegistis, quo die,* etc., non ad solis diem referenda sed ad sabbatum, ac multo accuratior erit oratio si legamus : *Et sex diebus ipsi prælegistis, quo die,* etc. Idem : *Apologet.* c. 16 : *Æque si diem solis,* inquit, *lætitiæ indulgemus, alia longe ratione quam religione solis; secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio et victui decernunt, exorbitantes et ipsi ab Judaico more quem ignorant.* Luce clarius mihi videtur legendum esse *ad Judaicum morem*, valdeque miror cur Samuel Petitus *Comment. in leges Atticas*, pag. 4, librum *ad Nationes* emendet ex *Apologetico* et in superiore testimonio legat : *Exorbitantes et ipsi a vestris, ab alienis, religione.*

(25) *Ἔρεβον.* Cod. Bodl. et Tigur. Ἔρεβος.

(26) *Πρὸς τάξιν.* Vel legendum πρόσταξιν, atque hac voce intelligendum id quod maxime eminet; vel scribendum καὶ πρὸς τάξιν καὶ οὐ δύναται. Sic infra n. 23, ætate πρὸς τάξιν crescere. Imitatur Chrysostomus homil. 2 *in Genes.*, hanc Theophili sententiam, et in divino opere, contra quam in humanis fieri solet, *prius culmen, deinde fundamentum perfici observat*, πρότερον τὸν ὀροφον, καὶ τότε τὸν θεμέλιον. Vid. Photium cod. 240. Sic etiam Basil., Ambros. *in Hexaem.*, Greg. Naz. or. 43.

(27) *Καθὼς βούλεται.* Addendum ante hæc verba εἶτα, *deinde*, vel aliquid simile. Duo enim Dei propria esse docet Theophilus, primum ut creet ex nihilo, deinde ut ad arbitrium creet, et ab ipso vertice, si velit, incipiat. Quare aliquid addendum quod respondeat τῷ πρῶτον.

(28) *Διὰ τὸν οὐρανόν.* Lego διὰ τὸ τὸν οὐρανόν. Paulo post pro καθαπερεὶ πώματα ὕδατα, posuimus καθάπερ πῶμα τά. Atque ita legendum monuit Wolfius post Davisium Laerosium et R. P. Souchet S. J. in *Collect. Dissert. crit.* p. 665. Videtur tenebras sic explicare, ut iis occurrat, qui illas æternum quidpiam esse et Deo contrarium fingebant. Ita Basil., homil. 2, *in Hexaem.* n. 5.

(29) *Εἰς ζωογόνησιν.* Sic etiam Joannes Chrysostomus homil. 3 *in Genes.* n. 1 : Ἐνέργειά τις ζωτικὴ προσῆν τοῖς ὕδασι, καὶ οὐκ ἦν ἁπλῶς ὕδωρ ἑστὼς καὶ ἀκίνητον, ἀλλὰ κινούμενον καὶ ζωτικήν τινα δύναμιν ἔχον.

Digitized by Google

τῷ λεπτῷ τὸ λεπτὸν συγκεράσας. Τὸ γὰρ πνεῦμα λεπτὸν καὶ τὸ ὕδωρ λεπτὸν, ὅπως τὸ μὲν πνεῦμα τρέφῃ τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ ὕδωρ σὺν τῷ πνεύματι τρέφῃ τὴν κτίσιν διικνούμενον πανταχόσε. Ἓν μὲν τὸ πνεῦμα φωτὸς τύπον (30) ἐπέχον ἐμεσίτευεν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα τρόπῳ τινὶ μὴ κοινωνῇ τὸ σκότος τῷ οὐρανῷ ἐγγυτέρω ὄντι τοῦ Θεοῦ, πρὸ τοῦ εἰπεῖν τὸν Θεόν· *Γενηθήτω φῶς*. Ὥσπερ οὖν καμάρα ὁ οὐρανὸς ὢν συνεῖχε τὴν ὕλην (31), βώλῳ (32) ἐοικυῖαν. Καὶ γὰρ εἴρηκεν περὶ τοῦ οὐρανοῦ ἕτερος προφήτης ὀνόματι Ἡσαΐας, λέγων· *Θεὸς οὗτος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖσθαι*. Ἡ διάταξις οὖν Θεοῦ τοῦτό ἐστιν ὁ λόγος αὐτοῦ, φαίνων ὥσπερ λύχνος ἐν οἰκήματι συνεχομένῳ (33), ἐφώτισε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, χωρὶς μὲν τοῦ κόσμου (34) ποιήσας· καὶ τὸ μὲν φῶς ὁ Θεὸς ἐκάλεσεν ἡμέραν, τὸ δὲ σκότος νύκτα. Ἐπεί τοί γε ἄνθρωπος οὐκ ἂν ᾔδει καλεῖν τὸ φῶς ἡμέραν, ἢ τὸ σκότος νύκτα· ἀλλ' οὐδὲ μὲν τὰ λοιπά, εἰ μὴ τὴν ὀνομασίαν εἰλήφει (35) ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὰ Θεοῦ. Τῇ μὲν οὖν πρώτῃ ὑποθέσει τῆς ἱστορίας καὶ γενέσεως τοῦ κόσμου εἴρηκεν ἡ ἁγία Γραφὴ οὐ περὶ τούτου τοῦ στερεώματος, ἀλλὰ περὶ ἑτέρου οὐρανοῦ (36) τοῦ ἀοράτου ἡμῖν ὄντος, μεθ' ὃν οὗτος ὁ ὁρατὸς (37) ἡμῖν οὐρανὸς κέκληται στερέωμα, ἐφ' ᾧ ἀνείληπται τὸ ἥμισυ τοῦ ὕδατος ὅπως ᾖ τῇ ἀνθρωπότητι εἰς ὑετοὺς καὶ ὄμβρους καὶ δρόσους. Τὸ δὲ ἥμισυ ὕδατος ὑπελείφθη ἐν τῇ γῇ εἰς ποταμοὺς, καὶ πηγὰς καὶ θαλάσσας. Ἔτι οὖν συνέχοντος τοῦ ὕδατος τὴν γῆν, μάλιστα κοίλους τόπους, ἐποίησεν ὁ Θεὸς, διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, τὸ ὕδωρ συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὁρατὴν γενηθῆναι τὴν ξηράν, πρότερον γεγονυῖαν αὐτὴν ἀόρατον. Ὁρατὴ οὖν ἡ γῆ γενομένη ἔτι ὑπῆρχεν ἀκατασκεύαστος. Κατεσκεύασεν οὖν αὐτὴν καὶ κατεκόσμησεν ὁ Θεὸς διὰ παντοδαπῶν χλοῶν καὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν.

A ferebatur super aquas, eum intelligit, quem dedit Deus **359** creaturæ, ad viventium generationem, velut animam homini, tenue cum tenui conjungens (nam spiritus tenuis et aqua tenuis), ut spiritus aquam, aqua autem cum spiritu omnia pervadens creaturam foveret. Unus igitur ille spiritus lucis locum occupans, aquam inter et cœlum medius erat, ut quodammodo impediret ne tenebræ proximum Deo cœlum attingerent, antequam Deus dixisset : *Fiat lux*. Cœlum igitur instar fornicis materiam solo assimilatam complectebatur. Sic enim alius propheta, nomine Isaias, de cœlo loquitur : *Deus ille est qui fecit cœlum ut fornicem, et extendit ut tabernaculum ad inhabitandum* [17]. Itaque jussio Dei, id est ejus Verbum, velut in clauso B conclavi collucens, totum terrarum orbem illuminavit, cum lucem separatim a mundo fecisset; ac lucem quidem Deus vocavit diem, tenebras vero noctem. Neque enim potuisset homo vocare diem lucem, tenebras autem noctem, imo nec aliis rebus nomina imponere, nisi illa ab earum conditore accepisset Deo. In primo autem exordio narrandæ mundi originis, non loquitur Scriptura de hoc firmamento quod videmus, sed de alio cœlo oculis nostris indeprehenso, secundum quod hoc cœlum, quod videmus, vocatum est firmamentum. In quo quidem asservatur dimidium aquarum, ut sit homini in pluvias et imbres et rores. Altera pars in terra relicta est in fluvios, fontes et maria. Cum C igitur adhuc aquæ tegerent terram, præcipue autem loca concava, fecit Deus per Verbum suum, ut aquæ unum in locum confluerent, et appareret terra quæ antea non videbatur. Sed tamen quamvis videri incepisset, erat adhuc informis. Formam igitur et ornatum Deus ei affinxit omni herbarum et seminum et plantarum genere.

[17] Isa. II, 22.

(30) *Φωτὸς τύπον*. *Lucis similitudinem referens*. Sed multo aptior erit sententia si legamus τόπον, ut in interpretatione expressi. Neque enim hunc spiritum luci similem fuisse ait, sed medium inter cœlum et aquas spatium occupasse, qui locus erat luci destinatus.

(31) *Τὴν ὕλην*. Ita Wolfius. Editi manifesto errore τῇ ὕλῃ. Cœlum instar fornicis, sive cameræ, se habere docent eodem modo Ambrosius in *Hexaem.*, Diodorus Tarsensis apud Photium cod. 240, p. 698; Basilius homil. 1 *in Hexaem.*, n. 8.

(32) *Βώλῳ*. Wolfius monitu Cl. Lacrozii legendum putat θόλῳ ἐοικυῖα, atque hanc scripturam ita in amoribus habet, ut parum abfuisse dicat, quin illam in contextum reciperet. Sed quid mutatione opus est in integro et percommodo contextu? Materiam glebæ, id est inerti terræ, assimilatam dicit, ut eam inconditam fuisse demonstret. Eodem sensu Athenagoras materiam, antequam ornatum acciperet, instar naturæ informis et terræ inutilis jacuisse dicit, *Apol.* n. 14.

(33) *Συνεχομένῳ*. Reddidi *in clauso conclavi*, sive cubiculo. Sic enim IV Reg., cap. XIV, v. 16 : Vidit Deus filios Israel ὀλιγοστοὺς, συνεχομένους, *paucos et clausos*.

(34) *Τοῦ κόσμου*. Cum Bodleianus codex et edd. Tigur. et Paris. ita habeant, miror in Oxon. et Hamburg. legi τὸν κόσμον, quod quidem sic reddit Wolfius, *postquam mundum sigillatim condidit*.

(35) *Ἐλήφει*. Referunt interpretes ad ipsas res creatas et reddunt *accepissent*. Sed aptius et commodius videntur ad ipsum hominem referri, quippe cum Theophilo propositum sit totam hanc Genesis historiam divinitus traditam asserere. Cum hac D Theophili sententia satis quadrat id quod dicebat Pythagoras, *non solum doctissimum, sed etiam antiquissimum sapientium existimari debere eum qui nomina rebus imposuit*. Πυθαγόρας ἠξίου μὴ μόνον λογιώτατον, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτατον ἡγεῖσθαι τῶν σοφῶν τὸν θέμενον τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασι. Apud Clem. Alex., *Epitom.*, pag. 809.

(36) *Περὶ ἑτέρου οὐρανοῦ*. S. Joannes Chrysostomus videtur hac in re a Theophili sententia discedere. Nam. homil. 4 *in Genes.* pluribus contendit unum esse cœlum, nec illud, quod in principio factum dicitur, ab eo differre, quod aquas dividit ab aquis. Contra Theodoretus utrumque distinguit, ut Theophilus; eos qui plures admittunt, exagitat Basilius homil. 3 *in Hexaem.*, Ambrosius lib. II, cap. 1 *in Hexaem.*, et Gregor. Nyssenus *in Hexaem.* tres cœlos acriter defendunt.

(37) *Ὁρατός*. Ita Ducæus et Hamb. Male alii ἀόρατος.

Digitized by Google

14. *Imago resurrectionis; mundi comparatio cum mari.* — Jam vero in his considera varietatem et diversam venustatem ac copiam; attende ut in se quamdam exhibeant resurrectionem, in exemplum futuræ aliquando omnium hominum resurrectionis. Quis est enim qui non admiretur cum consideret ex fici semine ficum nasci, vel ex aliis minutissimis seminibus immensas arbores crescere. In mari autem similitudo quædam nobis cum mundo exhibetur. Nam quemadmodum mare, nisi fluminum et fontium appulsu aleretur, jamdudum exsiccatum ob salsuginem et adustum esset : ita mundus nisi habuisset legem Dei et prophetas, ex quibus fluunt et scaturiunt **360** mansuetudo, misericordia, justitia et sanctorum Dei mandatorum doctrina, jamdudum ob nequitiam et multiplicata in eo peccata defecisset. Et quemadmodum in mari sunt quædam insulæ habitabiles, aquis salubres, frugiferæ, stationibus et portubus munitæ, ut iis, qui tempestate jactati fuerunt, perfugio esse possint : sic Deus mundo sub peccatis fluctuanti et æstuanti synagogas dedit, id est sanctas ecclesias, in quibus doctrina veritatis velut in insularum portuosarum stationibus asservatur, ad quas perfugiunt qui salutem consequi cupiunt, veritatis facti amatores, ac iram et judicium Dei effugere volentes. Quemadmodum autem aliæ sunt insulæ saxosæ et inaquosæ, infrugiferæ, ferarum plenæ, inhabitatæ, ad perniciem navigantium et tempestatem subeuntium appositæ, in quibus naves conteruntur, et qui appellunt penitus pereunt : ita se habent erroris doctrinæ, hæreses dico, ad quas qui accedunt omnino pereunt; neque enim verbum veritatis sequuntur ducem; sed quemadmodum piratæ, eum naves impleverint, eas in prædicta loca impellunt, ut ibi eas perdant, idem contingit iis qui a veritate aberrant, ut ab errore pessumdentur.

14. Σκόπει τὸ λοιπὸν τὴν ἐν τούτοις ποικιλίαν καὶ διάφορον καλλονὴν καὶ πληθὺν, καὶ ὅτι δι' αὐτῶν δείκνυται ἡ ἀνάστασις, εἰς δεῖγμα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἀναστάσεως ἁπάντων ἀνθρώπων. Τίς γὰρ κατανοήσας οὐ θαυμάσει ἐκ συκῆς κεγχραμίδος γίνεσθαι συκῆν, ἢ τῶν λοιπῶν σπερμάτων ἐλαχίστων φύειν παμμεγέθη δένδρα; Τὸν δὲ κόσμον ἐν ὁμοιώματι ἡμῖν λέγομεν εἶναι τῆς θαλάσσης. Ὥσπερ γὰρ θάλασσα, εἰ μὴ εἶχε τὴν τῶν ποταμῶν καὶ πηγῶν ἐπίῤῥυσιν καὶ ἐπιχορηγίαν εἰς τροφὴν, διὰ τὴν ἁλμυρότητα αὐτῆς πάλαι ἂν ἐκπεφρυγμένη ἦν· οὕτω καὶ ὁ κόσμος, εἰ μὴ ἐσχήκει τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον καὶ τοὺς προφήτας ῥέοντας καὶ πηγάζοντας τὴν γλυκύτητα καὶ εὐσπλαγχνίαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ διδαχὴν τῶν ἁγίων ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν κακίαν καὶ ἁμαρτίαν τὴν πληθύουσαν ἐν αὐτῷ ἤδη ἂν ἐκλελοίπει. Καὶ καθάπερ ἐν θαλάσσῃ νῆσοί εἰσιν αἱ μὲν οἰκηταὶ καὶ εὔυδροι καὶ καρποφόροι, ἔχουσαι ὅρμους καὶ λιμένας πρὸς τὸ τοὺς χειμαζομένους ἔχειν ἐν αὐτοῖς (38) καταφυγάς· οὕτω δέδωκεν ὁ Θεὸς τῷ κόσμῳ κυμαινομένῳ καὶ χειμαζομένῳ ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων τὰς συναγωγὰς, λέγομεν δὲ (39) ἐκκλησίας ἁγίας, ἐν αἷς καθάπερ λιμέσιν εὐόρμοις ἐν νήσοις (40) αἱ διδασκαλίαι τῆς ἀληθείας εἰσί· πρὸς ἃς καταφεύγουσιν οἱ θέλοντες σώζεσθαι, ἐρασταὶ γινόμενοι τῆς ἀληθείας, καὶ βουλόμενοι ἐκφυγεῖν τὴν ὀργὴν καὶ κρίσιν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὥσπερ αὖ νῆσοί εἰσιν ἕτεραι πετρώδεις καὶ ἄνυδροι καὶ ἄκαρποι καὶ θηριώδεις καὶ ἀοίκητοι ἐπὶ βλάβῃ τῶν πλεόντων καὶ χειμαζομένων, ἐν αἷς τείρεται (41) τὰ πλοῖα, καὶ ἐξαπόλλυνται ἐν αὐταῖς οἱ κατερχόμενοι, οὕτως εἰσὶν αἱ διδασκαλίαι τῆς πλάνης, λέγω δὲ τῶν αἱρέσεων, αἳ ἐξαπολλύουσι τοὺς προσιόντας αὐταῖς. Οὐ γὰρ ὁδηγοῦνται ὑπὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ καθάπερ πειραταὶ (42) ἐπὰν πληρώσωσι τὰς ναῦς, ἐπὶ τοὺς προειρημένους τόπους περιπείρουσιν (43) ὅπως ἐξαπολέσωσιν αὐτάς· οὕτω συμβαίνει καὶ τοῖς πλανωμένοις ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐξαπόλλυσθαι ὑπὸ τῆς πλάνης.

15. *De die quarto.* — Quarto die facta sunt luminaria. Deus enim cum omnia provideat, nugas vanorum philosophorum perspiciebat, qui dicturi

15. Τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐγένοντο οἱ φωστῆρες. Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς προγνώστης ὤν, ἠπίστατο τὰς φλυαρίας τῶν ματαίων φιλοσόφων, ὅτι ἔμελλον λέγειν (44) ἀπὸ τῶν

Postulat instituta comparatio, ut qui piratarum perfidia pereunt, ii sese eorum fidei commiserint, quemadmodum nihil sibi ab hæreticis metuunt, qui se regendos illis tradunt.

(38) *Ἐν αὐτοῖς.* Sic emendavit Wolfius pro eo quod antea legebatur ἐν ἑαυτοῖς.

(39) *Λέγομεν δέ.* Ita cod B. et Hamb. Editi λεγομένας ἐκκλησίας. Conjicit Wolfius scripsisse Theophilum λέγομεν δὲ τὰς ἐκκλησίας.

(40) *Ἐν νήσοις.* Ecclesias catholicas insulis assimilat Gregorius Naz. or. 43, p. 697.

(41) *Τείρεται.* Clarum et apertum contextum pervertit Wolfius, dum sine ms. codicis auctoritate scribit περιπείρεται. Nititur hac ratione, quod paulo post legatur περιπείρουσιν. At ea vox in locum sua sponte clarum sine causa intrudi non debuit.

(42) *Πειραταί.* Hæc intelligit Cl. Wolfius de piratis in mari piraticam aperte facientibus, *qui ubi impleverunt naves suas*, præda videlicet, *cæteras illas*, quas cepere, *ad prædicta loca allidunt.* At Theophilus loquitur de perfidis illis navium magistris, qui ubi navem suam hominibus nihil mali suspicantibus impleverunt, ad prædicta loca navigant, ut iis, quos recepere, perniciem inferant, et idcirco piratæ, ut prædones omnes, merito audiunt.

(43) *Περιπείρουσιν.* Hoc verbum observat eruditus Hamburgensis editor usurpari apud Plutarchum in Galba de capite lancea perforato; illudque huic loco aptum in primis et commodum putat, quatenus scilicet piratæ naves illas ita hinc inde illidunt, *ut tanquam lanceis quibusdam perforatæ aquam hauriant.* Sed nihil opus est ambagibus. Hoc verbum explicatur ex Apostoli loco I Tim. VI, 10 : Καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. *Et inseruerunt se doloribus multis.*

(44) *Ἔμελλον λέγειν*, etc. Occurrit eadem observatio apud scriptores qui de opere sex dierum pertractarunt, velut Basilium homil. 6, num. 1; Ambrosium lib. IV, c. 1; Joannem Chrysost. homil. 5 et 6. Non absimili sententia Philo in libro *De opificio*, Gregorius Naz. or. 43, observant lucem ante solem creatam fuisse.

Digitized by Google

στοιχείων εἶναι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φυόμενα πρὸς τὸ ἀθετεῖν τὸν Θεόν. Ἵν' οὖν τὸ ἀληθὲς δειχθῇ, προγενέστερα γέγονεν τὰ φυτὰ καὶ τὰ σπέρματα τῶν στοιχείων. Τὰ γὰρ μεταγενέστερα οὐ δύναται ποιεῖν τὰ αὐτῶν προγενέστερα. Ταῦτα δὲ δεῖγμα καὶ τύπον ἐπέχει μεγάλου μυστηρίου. Ὁ γὰρ ἥλιος ἐν τύπῳ Θεοῦ ἐστιν· ἡ δὲ σελήνη ἀνθρώπου (45). Καὶ ὥσπερ ὁ ἥλιος πολὺ διαφέρει τῆς σελήνης δυνάμει καὶ δόξῃ, οὕτω πολὺ διαφέρει ὁ Θεὸς τῆς ἀνθρωπότητος. Καὶ καθάπερ ὁ ἥλιος πλήρης πάντοτε διαμένει μὴ ἐλάσσων γινόμενος, οὕτω πάντοτε ὁ Θεὸς τέλειος διαμένει, πλήρης ὢν πάσης δυνάμεως καὶ συνέσεως καὶ σοφίας καὶ ἀθανασίας καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Ἡ δὲ σελήνη κατὰ μῆνα φθίνει, καὶ δυνάμει ἀποθνήσκει, ἐν τύπῳ οὖσα ἀνθρώπου· ἔπειτα ἀναγεννᾶται καὶ αὔξει εἰς δεῖγμα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἀναστάσεως. Ὡσαύτως καὶ αἱ τρεῖς ἡμέραι τῶν φωστήρων (46) γεγονῦαι τύποι εἰσὶν τῆς Τριάδος, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς Σοφίας αὐτοῦ. Τετάρτῳ δὲ τύπῳ (47) ἐστὶν ἄνθρωπος ὁ προσδεὴς τοῦ φωτὸς, ἵνα ᾖ Θεὸς, Λόγος, Σοφία, ἄνθρωπος. Διὰ τοῦτο καὶ τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐγεννήθησαν φωστῆρες. Ἡ δὲ τῶν ἄστρων θέσις οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἔχει τῶν δικαίων καὶ εὐσεβῶν καὶ τηρούντων τὸν νόμον καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Οἱ γὰρ ἐπιφανεῖς ἀστέρες καὶ λαμπροί εἰσιν εἰς μίμησιν τῶν προφητῶν· διὰ τοῦτο καὶ μένουσιν ἀκλινεῖς μὴ μεταβαίνοντες εἰς τόπον (48) ἐκ τόπου. Οἱ δὲ ἑτέραν ἔχοντες τάξιν τῆς λαμπρότητος τύποι εἰσὶν τοῦ λαοῦ τῶν δικαίων. Οἱ δ' αὖ μεταβαίνοντες καὶ φεύγοντες τόπον ἐκ τόπου, οἱ καὶ πλάνητες καλούμενοι, καὶ αὐτοὶ τύπος τυγχάνουσι τῶν ἀφισταμένων ἀνθρώπων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καταλιπόντων (49) τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ.

erant a luminaribus esse quidquid in terra gignitur, ut Deum ex animis tollerent. Quare ut veritas pateret, creatæ sunt plantæ et semina ante luminaria. Porro quod posterius est non potest ea quæ sunt priora facere. Hæc autem exemplum et imaginem continent magni mysterii. Sol enim imago Dei est, luna hominis. Et quemadmodum sol longe præstat luna, potestate et gloria, sic Deus longe præstantior humanitate. Et quemadmodum sol plenus semper manet, nec unquam minuitur, sic Deus semper perfectus manet ac plenus omni virtute, intelligentia, sapientia, immortalitate et omnibus bonis. Luna vero singulis mensibus minuitur et quodammodo interit, hominis similitudinem exhibens; deinde renascitur et crescit in exemplum futuræ resurrectionis. Similiter tres illi dies, qui ante luminaria fuerunt, imago sunt Trinitatis, Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiæ. Quartus vero, imago **361** hominis luce indigentis, ut sint Deus, Verbum, Sapientia, homo. Propterea quarto die luminaria condita sunt. Astrorum autem dispositio exhibet nobis descriptas sedes et ordinem justorum et piorum, ac legem et mandata Dei observantium. Nam splendidiora quæque astra et rutilantia habent imitationem prophetarum; propterea cursum suum non inflectunt, neque in locum ex loco transcurrunt. Quæ vero secundum tenent splendoris locum, imagines sunt populi justorum. Errantia autem et locum ex loco mutantia, quæ etiam planetæ dicuntur, imago sunt eorum qui a Deo deficiunt, ejusque legem et præcepta deserunt.

16. Τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων ἐγεννήθη ζῶα· δι' ὧν καὶ ἐν τούτοις δείκνυται ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ δύναιτ' ἂν τὴν ἐν αὐτοῖς πληθὺν καὶ γονὴν παμποίκιλον ἐξαριθμῆσαι; Ἔτι μὴν καὶ εὐλογήθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων γενόμενα, ὅπως ᾖ καὶ τοῦτο εἰς δεῖγμα τοῦ μέλλειν λαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ ὕδατος καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας, πάντας τοὺς προσιόντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀναγεννωμένους καὶ λαμβάνοντας εὐλογίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὰ κήτη καὶ τὰ πετεινὰ τὰ σαρκοβόρα ἐν ὁμοιώματι τυγχάνει τῶν πλεονεκτῶν καὶ παραβατῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐκ μιᾶς φύσεως ὄντα τὰ ἔνυδρα καὶ τὰ πετεινὰ, ἕνια μὲν μένει τῷ κατὰ φύ-

16. *De die quinto.* — Die quinto generata ex aquis animalia prodiere, ex quibus multiplex Dei in his quoque rebus sapientia perspicitur. Quis enim possit eorum multitudinem et genera varietatem enumerare? Præterea benedixit Deus iis quæ ex aquis nata sunt, ut id quoque signum esset hominis pœnitentiam et remissionem peccatorum per aquam et lavacrum regenerationis accepturos, quotquot ad veritatem accedunt et regenerantur et benedictionem a Deo accipiunt. Sed et cete et aves carnivoræ habent similitudinem rapacium hominum et prævaricatorum. Quemadmodum enim aquatilia et volatilia, cum sint ejusdem naturæ, quædam permanent in iis quæ sunt secundum na-

(45) *Ἡ δὲ σελήνη ἀνθρώπου.* Longe discedit ab his Theophili principiis Eusebius, qui in libro VII *Præp. evangel.*, c. 7, Deum cum cœlo, quod ambitu suo omnia complectitur, Verbum cum sole, Spiritum sanctum cum luna, spiritales et intelligentes naturas cum stellis comparat. At Theophilus Dei nomine tres personas intelligit, quas etiam, ut inter se æquales, cum tribus diebus siderum creationem præcedentibus mox comparabit.

(46) *Τῶν φωστήρων.* Legendum esse πρὸ τῶν φωστήρων admonuit Wolfius.

(47) *Τετάρτῳ δὲ τύπῳ.* Habet editio Oxoniensis τετάρτῃ δὲ τύποις. Sed quamvis satis apta et commoda sit hæc scriptura, eam tamen sequi non libet, quia repugnant et ms. Bodl. et aliæ editiones. Forte legendum τετάρτῳ δὲ τόπῳ.

(48) *Εἰς τόπον.* Deest præpositio in cod. B.; paulo post habent Oxon. et Hamb. εἰς τόπον ἐκ τόπου, quamvis præpositio desit in cod. ms. et in aliis editionibus.

(49) *Καταλιπόντων.* Recentior manus in margine B. ascripsit δέ : fortasse legendum, καταλιπόντων τε. Wolf. Redii posset, *dum legem ejus deserunt.*

Digitized by Google

turam, nullam imbecillioribus injuriam faciunt, sed legem Dei servant, et seminibus terræ vivunt; quædam vero legem Dei transgrediuntur, carnes vorant, infirmioribus vim afferunt : ita et justi qui legem Dei custodiunt, neminem mordent aut lædunt, sancte et juste vivunt. Rapaces autem, homicidæ et impii similes sunt cetibus, feris et avibus carnivoris; devorant enim quodammodo infirmiores. Aquatilium autem et reptilium genus benedictionis Dei particeps factum, nihil tamen præcipue consecutum est.

17. *De die sexto.* — Sexto autem die cum Deus fecisset quadrupedes, feras et reptilia terrestria, benedictionem silet, eamque homini reservat, quem facturus erat sexto die. Sunt etiam quadrupedes et feræ imago quorumdam hominum, qui Deum ignorant, impie vivunt, terrena sapiunt nec pœnitentiam agunt. Nam qui sese colligunt ex iniquitatibus et juste vivunt, ii velut aves animo avolant, superna curant, ac Dei voluntati adhærent. Qui vero Deum ignorant ac impie degunt, similes sunt illis avibus, quæ pennas quidem habent, sed avolare non possunt, et ad superna deitatis excurrere. Ita et isti homines quidem dicuntur, sed humilia et terrena sentiunt, depressi peccatorum pondere. Feræ **362** autem dicuntur ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι, id est ex eo quod efferatæ fuerint, non quod noxiæ et venenatæ ab initio fuerint, nihil enim mali a Deo factum, sed bona omnia et valde bona; sed peccatum hominis eas in vitium abduxit. Homine enim de via deflectente, ipsæ quoque simul deflexerunt. Quemadmodum enim dominus domus cum præclare se gerit, necessitatem servis affert recte vivendi; si vero peccaverit, eadem servi peccabunt; eodem modo contigit, ut homo, qui dominus erat, peccaret, ac servi una peccarent. Cum autem redierit homo ad id quod secundum naturam est, et finem peccandi fecerit, belluæ

σιν (50) μὴ ἀδικοῦντα τὰ ἑαυτῶν ἀσθενέστερα, ἀλλὰ τηρεῖ νόμον τοῦ Θεοῦ καὶ ἀπὸ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς ἐσθίει· ἕνια δὲ ἐξ αὐτῶν παραβαίνει τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ σαρκοβοροῦντα, ἀδικεῖ (51) τὰ ἑαυτῶν ἀσθενέστερα· οὕτως καὶ οἱ δίκαιοι φυλάσσοντες τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ οὐδένα δάκνουσιν ἢ ἀδικοῦσιν, ὁσίως καὶ δικαίως ζῶντες. Οἱ δὲ ἅρπαγες καὶ φονεῖς καὶ ἄθεοι ἐοίκασι κήτεσι, καὶ θηρίοις, καὶ πετεινοῖς τοῖς σαρκοβόροις· δυνάμει γὰρ καταπίνουσιν τοὺς ἀσθενεστέρους ἑαυτῶν. Ἡ μὲν οὖν τῶν ἐνύδρων καὶ ἑρπετῶν (52) γονὴ, μετεσχηκυῖα τῆς εὐλογίας τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν ἴδιον πάνυ κέκτηται.

17. Ἕκτῃ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Θεὸς ποιήσας τὰ τετράποδα καὶ τὰ θηρία καὶ ἑρπετὰ τὰ χερσαῖα τὴν πρὸς αὐτὰ εὐλογίαν παρασιωπᾷ, τηρῶν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν εὐλογίαν, ὃν ἤμελλεν ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ποιεῖν. Ἅμα καὶ εἰς τύπον ἐγένοντο τά τε τετράποδα καὶ θηρία ἐνίων ἀνθρώπων τῶν τὸν Θεὸν ἀγνοούντων καὶ ἀσεβούντων, καὶ τὰ ἐπίγεια φρονούντων, καὶ μὴ μετανοούντων. Οἱ γὰρ ἐπιστρέφοντες ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν καὶ δικαίως ζῶντες ὥσπερ πετεινὰ ἀνίπτανται τῇ ψυχῇ, τὰ ἄνω φρονοῦντες καὶ εὐαρεστοῦντες τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντες καὶ ἀσεβοῦντες ὅμοιοί εἰσιν ὀρνέοις τοῖς πτερὰ μὲν ἔχουσιν, μὴ δυναμένοις δὲ ἀνίπτασθαι, καὶ τὰ ἄνω τρέχειν τῆς θειότητος. Οὕτω καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι μὲν λέγονται, τὰ δὲ χαμαιφερῆ καὶ τὰ ἐπίγεια φρονοῦσι, καταβαρούμενοι ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. Θηρία δὲ ὠνόμασται τὰ ζῶα ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι (53) οὐχ ὡς κακὰ ἀρχῆθεν (54) γεγενημένα ἢ ἰοβόλα (οὐ γάρ τι κακὸν γέγονεν ἀπὸ Θεοῦ [55]), ἀλλὰ τὰ πάντα καλὰ, καὶ καλὰ λίαν· ἡ δὲ ἁμαρτία ἡ περὶ τὸν ἄνθρωπον κεκάκωκεν αὐτά. Τοῦ γὰρ ἀνθρώπου παραβάντος, καὶ αὐτὰ συμπαρέβη. Ὥσπερ γὰρ δεσπότης οἰκίας ἐὰν αὐτὸς εὖ πράσσῃ, ἀναγκαίως καὶ οἱ οἰκέται εὐτάκτως ζῶσιν· ἐὰν δὲ ὁ κύριος ἁμαρτάνῃ, καὶ οἱ δοῦλοι συναμαρτάνουσι· τῷ αὐτῷ τρόπῳ γέγονεν καὶ τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον κύριον ὄντα ἁμαρτῆσαι (56), καὶ τὰ δοῦλα συνήμαρτεν. Ὁπόταν οὖν πάλιν ὁ ἄνθρωπος ἀναδράμῃ εἰς τὸ

(50) *Τῷ κατὰ φύσιν.* Legendum ἐν τῷ monet Wolfius.—Scribe simpliciter ἐμμένει τῷ. N.

(51) *Ἀδικεῖ.* Hic quoque deest καί, ut idem observat Wolfius.

(52) *Ἐνύδρων καὶ ἑρπετῶν.* Pisces designantur his vocibus, non autem volucres, etsi ex iisdem aquis eductæ. Quod ait Theophilus reptilibus aquarum, etsi benedictionem acceperunt, nihil tamen inesse, quo cæteris animalibus præstent, id videtur hac mente observare, ut baptismum hac benedictione significari confirmet. Hæc autem verba οὐδὲν ἴδιον non significant nihil inesse reptilibus aquarum, quod eorum proprium sit, sed nihil quod præcipuum videatur, nihil quo cæteris præstent animantibus. Basilius homil. 8 *in Hexaem.*, observat aquatilia animalia imperfectioris quodammodo esse naturæ quam terrestria, quia in aquæ crassitudine degunt. Inest illis auditus gravis, hebesque visus; muta sunt et immansueta et indocilia et hominibus intractabilia.

(53) *Ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι.* Vertendum esse existimat Wolfius, *quod insidientur aliis*, non vero, ut Clauserus reddiderat, *quod venando capiantur*. Neutra mihi arridet interpretatio. Videtur enim Theophilus hujus vocis, θηρία, originem deducere ex feritate, quæ illis nequaquam natura insita sit, sed post hominis peccatum accesserit. Quare θηρεύεσθαι idem valere crediderim ac efferari. Sic enim usurpatur apud Clementem Alexandrinum, qui mysteria dicta esse putat quasi μυθήρια, atque hanc rationem affert: Θηρεύουσι γὰρ εἰ καὶ ἄλλοι τινὲς, ἀτὰρ δὴ καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοίδε θρᾳκῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους, Φρυγῶν τοὺς ἀνητοτάτους, Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας. Illud θηρεύουσι nihil aliud significare potest, quam, *efferatos reddunt*, vel *in feras convertunt*. Sed tamen quia verbum θηριόω usitatius est in hac significatione, et majorem habet cognationem cum voce θηρία, legendum videtur θηριοῦσθαι apud Theophilum, et θηριοῦσι apud Clementem, *Protrept.* p. 10.

(54) *Ἀρχῆθεν.* Videtur sibi Wolfius hanc vocem restituisse ope cod. B. et edit. Tigur. Sed nihil deest nisi in edit. Oxon.

(55) *Ἀπὸ Θεοῦ.* Legendum ὑπὸ Θεοῦ. Sic enim ipse Theophilus pluribus locis, velut n. 17: Τὸν οὐρανὸν γεγονότα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

(56) *Κύριον ὄντα ἁμαρτῆσαι.* Legendum omnino videtur κύριον ὄντα· ἡμάρτησε, καὶ τὰ δοῦλα συνήμαρτεν.

Digitized by Google

κατὰ φύσιν, μηκέτι κακοποιῶν · κἀκεῖνα ἀποκατασταθήσεται εἰς τὴν ἀρχῆθεν (57) ἡμερότητα.

18. Τὰ δὲ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ποιήσεως, ἀνέκφραστός ἐστιν ὡς πρὸς ἄνθρωπον ἡ κατ' αὐτὸν δημιουργία, καίπερ σύντομον ἔχει θεία Γραφὴ (58) τὴν κατ' αὐτὸν ἐκφώνησιν. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸν Θεόν · *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὴν ἡμετέραν*, πρῶτον μηνύει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνθρώπου. Πάντα γὰρ λόγῳ ποιήσας ὁ Θεὸς, καὶ τὰ πάντα πάρεργα ἡγησάμενος, μόνον ἰδίων ἔργον χειρῶν (59) ἄξιον ἡγεῖται τὴν ποίησιν τοῦ ἀνθρώπου. Ἔτι μὴν καὶ ὡς βοηθείας χρῄζων ὁ Θεὸς εὑρίσκεται λέγων · *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν*. Οὐκ ἄλλῳ δέ τινι εἴρηκε, *ποιήσωμεν*, ἀλλ' ἢ τῷ ἑαυτοῦ Λόγῳ καὶ τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ. Ποιήσας δὲ αὐτὸν καὶ εὐλογήσας εἰς τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληρῶσαι τὴν γῆν, ὑπέταξεν αὐτῷ ὑποχείρια καὶ ὑπόδουλα τὰ πάντα · προσέταξε δὲ καὶ ἔχειν τὴν δίαιταν αὐτὸν ἀρχῆθεν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, καὶ τῶν σπερμάτων, καὶ χλοῶν, καὶ ἀκροδρύων, ἅμα καὶ συνδίαιτα κελεύσας εἶναι τὰ ζῶα τῷ ἀνθρώπῳ, εἰς τὸ καὶ αὐτὰ ἐσθίειν ἀπὸ τῶν σπερμάτων ἁπάντων τῆς γῆς.

19. Οὕτω συντελέσας ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα ὅσα ἐν αὐτοῖς ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, κατέπαυσεν ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν. Εἶθ' οὕτως ἀνακεφαλαιοῦται λέγουσα ἡ ἁγία Γραφή · *Αὕτη βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτε ἐγένετο ἡμέρᾳ ᾗ* (60) *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ πρὸ τοῦ γενέσθαι, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι. Οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν · καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν*. Διὰ τούτου ἐμήνυσεν ἡμῖν, ὅτι καὶ ἡ γῆ πᾶσα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐποτίζετο ὑπὸ πηγῆς θείας, καὶ οὐκ εἶχε (61) χρείαν ἐργάζεσθαι αὐτὴν ἄνθρωπον · ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ ἀνέφυεν ἡ γῆ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ μὴ κοπιᾷν ἐργαζόμενον τὸν ἄνθρωπον. Ὅπως δὲ καὶ ἡ πλάσις δειχθῇ, πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι ζήτημα ἐν ἀνθρώποις ἀνεύρετον, ἐπειδὴ εἴρητο (62) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, καὶ

A quoque in pristinam mansuetudinem restituetur.

18. *Creatio hominis.* — Quod autem spectat ad hominis creationem, major est quam ut ab homine enarrari possit, quamvis perbreve sit id quod de eo Scriptura divina pronuntiatum refert. Dum enim dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, primo demonstrat hominis dignitatem. Cum enim Deus verbo omnia fecisset, quasi cætera parvi duceret, hoc unum opus propriis manibus dignum existimavit, hominis creationem. Quin etiam quasi auxilio indigeret Deus, dicere invenitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem*. Nemini autem dicit *faciamus*, nisi Verbo suo et sapientiæ suæ. Cum autem eum fe- B cisset et benedixisset ut augesceret et repleret terram, subjecit omnia ejus potestati et imperio, præcepitque antiquitus ut fructibus terræ, seminibus, herbis et pomis viveret, simul etiam edicens ut animalia una cum homine viverent, et omnibus terræ seminibus ipsa quoque vescerentur.

19. *Declaratur hominis creatio et in paradiso collocatur.* — Cum sic absolvisset Deus cœlum et terram et mare et omnia quæ in eis sunt in die sexto, requievit in die septimo ab omnibus operibus quæ fecit. Deinde sancta Scriptura eorum, quæ hactenus dixerat, hanc summam facit: *Iste liber generationis cœli et terræ, quando facta sunt, in die quo* C *fecit Deus cœlum et terram, et omne virgultum agri antequam fieret, et omnem herbam agri antequam prodiret. Non enim pluerat Deus super terram, nec erat homo qui coleret eam.* Quibus verbis declarat **363** universam terram hoc tempore divino fonte irrigatam fuisse, nec opus habuisse ut ab homine coleretur, sed sua sponte omnia secundum Dei præceptum fudisse, ne molestus labor operanti homini perferendus esset. Ut autem creatio hominis monstraretur, nec quæstio inter homines inextricabilis oriri videretur, quia dictum erat a Deo: *Faciamus hominem*, nec tamen illius declarata forma-

(57) *Εἰς τὴν ἀρχῆθεν.* Lucius Charinus in libro cui titulum fecerat, *Τῶν ἀποστόλων περίοδοι*, absurdas quasdam belluarum et pecudum resurrectiones fingebat, teste Photio cod. 113. Stephanus Gobarus tritheita in illis quæstionibus, quas in utramque partem agitabat, statuebat quæst. 10: Ὅτι πρότερον οἱ δίκαιοι ἀναστήσονται, καὶ σὺν αὐτοῖς πάντα τὰ ζῶα, *Justos primum resurrecturos et cum eis omnia animalia.* Sed longe ab his nugis discrepat Theophilus, qui hoc tantum dicit, animalia, si quæ tunc futura sint (nihil enim affirmat) in pristinam lenitatem reditura. Similis occurrit sententia in epist. S. Barnabæ cap. 6, ubi promissum homini in pisces et belluas et volucres cœli imperium tunc adimpletum iri dicitur: Ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν, κληρονόμοι τῆς διαθήκης Κυρίου γενέσθαι, *cum et ipsi consummati fuerimus, ita hæredes simus testamenti Domini.* Sic etiam Irenæus lib. v, c. 33, pag. 333: *Et oportet*, inquit, *conditione revocata obedire et subjecta esse omnia animalia homini*, etc. Sed hæc Irenæus ad suam de regno mille annorum opinionem accommodat, quæ Theophilo tribuenda non videtur.

(58) *Ἡ θεία Γραφή.* Articulus additus in edit. Hamb. ex cod. ms.

(59) *Ἰδίων ἔργον χειρῶν.* Male in Oxoniensi editione ἀΐδιον καὶ ἔργον χειρῶν. In hac sententia Theophilo præivit Philo, in libro *De mundi opificio* pag. 15, et seqq. Multi alii astipulati sunt, ut Clemens Alexandrinus in *Protrept.*, Gregorius Naz. or. 43, Nyss. in illud: *Faciamus*, Joannes Chrysostomus homil. 8 *in Genesim*, Cyrillus lib. 1 *adv. Julianum*, pag. 22 et 23.

(60) *Ἐγένετο ἡμέρᾳ ᾗ.* Melius apud Septuaginta, judicio Wolfii, ἐγένετο, ᾗ ἡμέρᾳ.

(61) *Καὶ οὐκ εἶχε.* Eadem observat S. Joannes Chrysostomus homil. 5 *in Genes.*, n. 12, nosque Scripturæ verbis admoneri ait, ut ne agricolarum operæ nimium tribuamus.

(62) *Ἐπειδὰν εἴρητο.* Tigur. et Bodleianus codex ἐπειδή.

Digitized by Google

tio, sic nos edocet Scriptura : *Fons autem ascendebat de terra et irrigabat universam faciem terræ : et formavit Deus hominem pulverem de terra, et insufflavit in faciem ejus flatum vitæ, et factus est homo in animam viventem.* Unde et immortalis anima a pluribus dicitur. Postquam autem formavit hominem Deus, elegit ei hortum in locis orientalibus, lumine præstantem, perlucidum aere splendidiore, arboribus omnis generis fecundum, ubi posuit hominem.

20. *Verba Scripturæ de paradiso et Evæ formatione.* — Verba historiæ sacræ sic refert Scriptura : *Plantavit insuper Dominus Deus hortum in Eden ab Oriente, et posuit illic hominem quem finxerat. Fecit etiam germinare Dominus Deus de humo omnem arborem, quæ concupiscibilis erat visui, et commoda in cibum : et arbor vitæ erat in medio horti, atque arbor scientiæ boni et mali. Et fluvius egrediebatur de Eden ad irrigandum hortum, inde dividebatur in quatuor capita. Nomen unius Phison; ipse est qui circuit totam terram Hevilath, ubi est aurum. Et aurum terræ illius est bonum; est quoque ibi bdellium et lapis prasinus. Nomen vero fluvii secundi Geon; ipse est qui circuit totam terram Æthiopiæ. Porro nomen fluvii tertii Tigris, et hic vadit ad orientalem plagam Assyriæ, et quartus fluvius est Euphrates. Tulit itaque Dominus Deus hominem, quem fecerat, et posuit eum in paradiso, ut coleret et custodiret ipsum. Præcepitque Dominus Deus Adam, dicens : De omni ligno horti comedendo comedes; de arbore vero scientiæ boni et mali, nequaquam comedes ex illa; alioqui quacunque die comederis ex ea, moriendo morieris. Et rursum dixit Dominus Deus : Non est bonum ut sit Adam solus, faciamus illi adjutorium simile ipsi. Itaque formavit Dominus Deus de humo omnem bestiam agri, et omne volatile cœli, adduxitque ad Adam, ut videret quomodo appellaret illud. Omne enim quod Adam vocavit in anima vivente, illud nomen ejus. Igitur vocavit ipse homo nomina cuique jumento et volatili cœli omnique bestiæ agri. Adam autem non inveniebatur adjutorium simile ipsi. Et fecit illabi Dominus Deus soporem in Adam, et obdormivit, tulitque unam ex costis illius, et clausit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam acceperat de homine, in mulierem, et adduxit eam ad Adam. Et ait Adam : Hoc nunc os de ossibus meis, et caro de carne mea. Hinc vocabitur virago,* **364** *eo quod de viro sumpta sit ipsa. Propterea deseret vir patrem suum et matrem suam, et hærebit cum uxore sua, eruntque duo in carnem unam. Erant autem ambo illi nudi, Adam et uxor ejus, et non erubescebant*

ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Καὶ ἦσαν οἱ δύο γυμνοί, ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠσχύνοντο. »

21. *De hominis lapsu.* — *Serpens vero fuit calli-*

οὕπω ἡ ποίησις αὐτοῦ πεφανέρωται, διδάσκει ἡμᾶς ἡ Γραφὴ λέγουσα· *Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν.* Ὅθεν καὶ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ ὠνόμασται παρὰ τοῖς πλείοσι. Μετὰ δὲ τὸ πλάσαι τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐξελέξατο αὐτῷ χωρίον ἐν τοῖς τόποις τοῖς ἀνατολικοῖς, διάφορον φωτὶ, διαυγὲς ἀέρι λαμπροτέρῳ, φυτοῖς παγκάλοις (63), ἐν ᾧ ἔθετο τὸν ἄνθρωπον.

20. Τὰ δὲ ῥητὰ τῆς ἱστορίας τῆς ἱερᾶς ἡ Γραφὴ οὕτω περιέχει· « Καὶ ἐφύτευσε ὁ Θεὸς τὸν παράδεισον Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε. Καὶ ἐξανέτειλεν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν, καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον· ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς. Ὄνομα τῷ ἑνὶ Φεισών· οὗτος (64) ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Εὐιλάτ· ἐκεῖ οὖν ἐστιν χρυσίον. Τὸ δὲ χρυσίον τῆς γῆς ἐκείνης καλόν. Κἀκεῖ ἐστιν ὁ ἄνθραξ καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος. Καὶ ὄνομα τῷ ποταμῷ τῷ δευτέρῳ Γεών· οὗτος κυκλοῖ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας· καὶ ὁ ποταμὸς ὁ τρίτος, Τίγρις, οὗτος ὁ πορευόμενος κατεναντίας Συρίων. Ὁ δὲ ποταμὸς ὁ τέταρτος Εὐφράτης. Καὶ ἔλαβε Κύριος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασεν, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν. Καὶ ἐνετείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ, λέγων· Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ (65)· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἢ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεός· Οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. Καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς ἔτι ἐκ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδάμ. Καὶ πᾶν ὃ ἂν ἐκάλεσεν αὐτὰ Ἀδὰμ ψυχὴν ζῶσαν, τοῦτο ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ ὀνόματα πᾶσι τοῖς κτήνεσι καὶ πᾶσι τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ ἀγροῦ. Τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐχ εὑρέθη βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ. Καὶ ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσεν· καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτοῦ. Καὶ ᾠκοδόμησε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν πλευρὰν, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἀδάμ. Καὶ εἶπεν Ἀδάμ· Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆ (66) ἐλήφθη. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ

21. Ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτερος πάντων τῶν θη-

(63) *Παγκάλοις.* Putat Wolfius aut excidisse adjectivum aut legendum πάγκαλον.

(64) *Οὗτος.* Sic emendavit Wolfius, ut apud LXX. Editi nostri οὕτως.

(65) *Φαγῇ.* Ita scripsit Wolfius, ut apud LXX, pro φαγεῖ. Mox idem ut in cod. ms. φάγησθε, pro φάγεσθε.

(66) *Ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆ.* Septuaginta habent ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Sed αὐτῇ cum Hebræo consentit.

Digitized by Google

ρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε Κύριος ὁ Θεός. Καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί· Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς, οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου ; Καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ τῷ ὄφει· Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου φαγόμεθα, ἀπὸ δὲ καρποῦ τοῦ ξύλου, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, εἶπεν ὁ Θεός· Οὐ μὴ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ ἅψησθε αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε. Καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί· Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Ἤδει γὰρ ὁ Θεὸς ὅτι ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ, ἔφαγεν, καὶ ἔδωκεν καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς μεθ' ἑαυτῆς, καὶ ἔφαγον. Καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν· καὶ ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. Καὶ ἤκουσαν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ, περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινὸν, καὶ ἐκρύβησαν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἐν μέσῳ τοῦ ξύλου τοῦ παραδείσου. Καὶ ἐκάλεσεν Κύριος ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ποῦ εἶ ; Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τὴν φωνήν σου ἤκουσα ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐφοβήθην, ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τίς ἀνήγγειλέ σοι ὅτι γυμνὸς εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες ; Καὶ εἶπεν Ἀδάμ· Ἡ γυνὴ ἣν ἔδωκάς μοι, αὐτή μοι ἔδωκεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγον. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῇ γυναικί· Τί τοῦτο ἐποίησας ; Καὶ εἶπεν ἡ γυνή· Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, καὶ ἔφαγον. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ ὄφει· Ὅτι ἐποίησας τοῦτο, ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ σου πορεύσῃ, καὶ γῆν φαγῇ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. Καὶ ἔχθραν ποιήσω ἀνὰ μέσον σου, καὶ ἀνὰ μέσον τῆς γυναικὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῆς, αὐτό (67) σου τηρήσει τὴν κεφαλὴν, καὶ σὺ αὐτοῦ τηρήσεις τὴν πτέρναν. Καὶ τῇ γυναικὶ εἶπε· Πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου, καὶ τὸν στεναγμόν σου· ἐν λύπῃ τέξῃ τέκνα, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Τῷ δὲ Ἀδὰμ εἶπεν· Ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι μόνου τούτου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες· ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἐν λύπῃ φαγῇ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι, καὶ φαγῇ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σου. Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Τῆς μὲν οὖν ἱστορίας τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ παραδείσου τὰ ῥητὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς οὕτω περιέχει.

A *dior omni bestia agri, quam fecit Dominus Deus, et dixit ad mulierem : Quare dixit Deus, non comedetis de omni ligno horti? Et dixit mulier ad serpentem : De fructu omnis ligni horti comedimus, de fructu vero arboris quæ est in medio horti, dixit Deus : Nequaquam comedetis ex ea, neque contingetis illam, ne moriamini. Et dixit serpens ad mulierem : Non moriendo moriemini. Sciebat enim Deus, quod ipso die quando comederitis ex ipsa, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum. Vidit itaque mulier quod bonum esset lignum in cibum, et oculis gratum ad videndum et speciosum ad considerandum, et tulit de fructu illius et comedit, deditque viro suo secum, et comederunt. Et aperti sunt oculi amborum, et cognoverunt quod nudi essent, et*

B *consuerunt folia ficulneæ, feceruntque sibi cinctoria. Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in horto ad vesperam, et abscondit se Adam et uxor illius a facie Domini Dei inter arbores horti. Et vocavit Dominus Deus ipsum Adam, et ait illi : Ubi es tu? Qui ait : Vocem tuam audivi in horto, et extimui, quia nudus ego, et absconditus sum. Et ille dixit : Quis indicavit tibi quod nudus esses, nisi quia de ipsa arbore, de qua præcepi tibi ut non comederes ex ipsa sola, comedisti? Et dixit Adam. Mulier quam dedisti mihi, ipsa dedit mihi de arbore, et comedi. Et dixit : Dominus Deus ad mulierem : Cur hoc fecisti? Et dixit mulier : Serpens decepit me, et comedi. Et dixit Dominus Deus ad serpentem : Quia fecisti hoc,*

C *maledictus es præ omni animali, et præ omni bestia terræ : supra ventrem tuum gradieris, et pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponam inter te et inter mulierem, inter semen tuum, et inter semen illius, ipsum observabit caput tuum, et tu observabis ejus calcaneum. Ad mulierem vero dixit: Multiplicando multiplicabo dolores tuos et gemitum tuum ; in dolore paries filios, et ad virum tuum erit conversio tua, et ipse dominabitur tibi. Ad Adam vero dixit : Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de arbore, de qua præceperam tibi, ut ex ea sola non comederes ; maledicta est terra in operibus tuis, in dolore comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ ; et spinas atque tribulos germinabit tibi, et manducabis herbam agri tui. In sudore vultus tui*

D *vesceris pane tuo,* **365** *donec revertaris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es, et in pulverem reversurus es* [18]. Verba sacræ Scripturæ, quantum attinet ad historiam hominis et paradisi, sic se habent.

[18] Gen. II, 8 usque ad finem et III, 1-19.

(67) Αὐτό. Legitur αὐτός in cod. Rodleiano et apud LXX. Observat autem Fellus nonnullis placere τειρήσει, *conteret*, sed pugnat Wolfius pro retinenda voce τηρήσει, modo ipsi *observandi et insidiandi notio tribuatur*. Utram vocem adhibuerit Theophilus, statuere non audeo; sed tamen S. Joannes Chrysostomus, qui in eadem ac Theophilus Ecclesia sacerdotii munere perfunctus est, legebat τειρήσει, quamvis in ejus operibus legatur alterum verbum. Postquam enim retulit verba Scripturæ, sic ea explanat: Καὶ γὰρ τοσαύτην ἐκείνῳ μὲν παρέξω τὴν ἰσχὺν, ὡς διηνεκῶς ἐπικεῖσθαι τῇ σῇ κεφαλῇ, σὲ δὲ τοῖς ἐκείνου ποσὶν ὑποκεῖσθαι, *Tantum enim robur illi tribuam, ut indesinenter tuo incumbat capiti, tu vero illius pedibus subjiciaris*. Atque id præcipue impletum in spirituali serpente probat ex his Christi verbis Luc. x, 19 : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici*. Quod si verbum a Scriptura adhibitum S. Joannes Chrysostomus idem esse cre-

Digitized by Google

22. *Cur Deus ambulasse dicitur.* — Dices igitur mihi : Deum dicebas comprehendi loco non debere; quomodo eum nunc in paradiso dicis ambulare? Audi quid respondeam : Deus et Pater universorum, non potest ille quidem comprehendi, nec invenitur in loco, neque enim est locus requiei ejus. Sed ejus Verbum, per quod fecit omnia, cum sit ejus virtus et sapientia, assumens Patris et Domini universorum personam, veniebat in paradisum sub persona Dei, et cum Adamo colloquebatur. Nam et ipsa nos divina docet Scriptura Adamum dixisse auditam esse a se vocem. Vox autem illa quid aliud esse potest quam Verbum Dei, quod ejus quoque Filius est; non ut poetæ et fabularum scriptores filios deorum ex concubitu genitos fingunt, sed ut Veritas narrat, Verbum sempex exsistens et in corde Dei insitum. Ante enim quam quidquam fieret, eo utebatur consiliario; quippe cum ejus mens et prudentia sit. Cum autem voluit Deus ea facere quæ statuerat, hoc Verbum genuit, prolatitium, primogenitum omnis creaturæ; non ita tamen ut Verbo vacuus fieret, sed ut Verbum gigneret, et cum suo Verbo semper versaretur. Hæc non docent Scripturæ sanctæ, et quotquot Spiritu sancto afflati fuere, in his Joannes ita dicens : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.* Quibus verbis ostendit initio solum fuisse Deum et in eo Verbum. Tum addit : *Et Deus erat Verbum; omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*[19]. Verbum igitur cum Deus sit et ex Deo genitum, illud Pater universorum, cum ita visum fuerit, mittit in aliquem locum, quo cum venerit, auditur et videtur missum ab eo et in loco invenitur.

23. *Veritas eorum quæ in Genesi narrantur.* — Hominem igitur Deus die sexto creavit, ejus autem

22. Ἐρεῖς οὖν μοι · Σὺ φῂς τὸν Θεὸν ἐν τόπῳ μὴ δεῖν χωρεῖσθαι · καὶ πῶς νῦν λέγεις αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ περιπατεῖν; Ἄκουε ὃ φημι · Ὁ μὲν Θεὸς καὶ Πατὴρ τῶν ὅλων ἀχώρητός ἐστι, καὶ ἐν τόπῳ οὐχ εὑρίσκεται · οὐ γάρ ἐστι τόπος τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ· ὁ δὲ Λόγος αὐτοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκε, δύναμις ὢν καὶ σοφία αὐτοῦ, ἀναλαμβάνων τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς (68) καὶ Κυρίου τῶν ὅλων, οὗτος παρεγίνετο εἰς τὸν παράδεισον ἐν προσώπῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡμίλει τῷ Ἀδάμ. Καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ θεία Γραφὴ διδάσκει ἡμᾶς τὸν Ἀδὰμ λέγοντα, τῆς φωνῆς ἀκηκοέναι. Φωνὴ δὲ τί ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος· ὁ τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐστι καὶ Υἱὸς αὐτοῦ ; οὐχ ὡς οἱ ποιηταὶ καὶ μυθογράφοι λέγουσιν υἱοὺς θεῶν ἐκ συνουσίας γεννωμένους, ἀλλὰ ὡς ἀληθεια διηγεῖται τὸν Λόγον, τὸν ὄντα διαπαντὸς ἐνδιάθετον ἐν καρδίᾳ Θεοῦ. Πρὸ γάρ τι γίνεσθαι, τοῦτον εἶχε σύμβουλον, ἑαυτοῦ νοῦν καὶ φρόνησιν ὄντα· Ὑπότε δὲ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς ποιῆσαι ὅσα ἐβουλεύσατο, τοῦτον τὸν Λόγον ἐγέννησε(69) προφορικὸν, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, οὐ κενωθεὶς αὐτὸς τοῦ Λόγου, ἀλλὰ Λόγον γεννήσας, καὶ τῷ Λόγῳ αὐτοῦ διαπαντὸς ὁμιλῶν. Ὅθεν διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ ἅγιαι Γραφαὶ, καὶ πάντες οἱ πνευματοφόροι, ἐξ ὧν Ἰωάννης λέγει· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος · καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν* · δεικνὺς, ὅτι ἐν πρώτοις μόνος ἦν ὁ Θεὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ Λόγος. Ἔπειτα λέγει · *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος · πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν.* Θεὸς οὖν ὢν ὁ Λόγος, καὶ ἐκ Θεοῦ πεφυκὼς, ὁπότ' ἂν βούληται ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων, πέμπει αὐτὸν εἴς τινα τόπον, ὃς παραγινόμενος καὶ ἀκούεται καὶ ὁρᾶται, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τόπῳ εὑρίσκεται (70).

23. Τὸν οὖν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς πεποίηκεν ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, τὴν δὲ πλάσιν αὐτοῦ πεφανέρωκε μετὰ τὴν

[19] Joan. I, 1, 3.

didit ac calcare caput serpentis, eique perpetuo incumbere , quis dubitet eum legisse τειρήσει?

(68) Ἀναλαμβάνων τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός. Filius *assumit personam Patris, venit in paradisum in persona Dei*, non quod ipse divinitatis attributis careat, sed quia *est virtus illius et sapientia, Verbum quod semper exsistit insitum in corde Dei, ejusque consiliarius et mens et prudentia, Deus, et ex Deo genitus.* Patris ergo personam non eodem modo assumit ac angelus aliquis et legatus a Dei substantia alienus.

(69) Τοῦτον τὸν Λόγον ἐγέννησε. Liquet hanc generationem nihil prorsus addere aut detrahere personæ Filii, ac nihil aliud esse, quam voluntariam, ut ait Tatianus, administrationem in mundi creatione susceptam 1° Ante hanc generationem erat Patris consiliarius, et Verbum semper exsistens in corde Patris. Erat ergo persona a Patre distincta. 2° Ita generatur et mittitur ad mundi creationem, ut Pater Verbo suo vacuus non fiat, et cum Verbo suo semper versetur. Nihil ergo addit Filio ejusmodi generatio. 3° Totum hunc Filii statum declarat Theophilus contineri his verbis : *In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt*, etc. Ex hoc autem Joannis initio manifeste illud perspicitur, Verbum, quod semper fuerat apud Patrem, prodiisse ad mundi creationem. At si quis Verbum existimet tunc productum fuisse, cum mundus per illud creatus est, is profecto nequaquam ita insaniet, ut hoc commentum clare et aperte verbis Joannis contineri putet. Numericam essentiæ in tribus personis unitatem mirifice astruit Theophilus. Nam Verbum et a Patre ita distinguitur, ut Deus sit et ex Deo natus et a Patre mittatur; et cum eodem Patre tam arcte conjungitur, ut semper insitum sit in corde Patris, ejusque mens et prudentia dicatur, nec eo Pater carere possit. Hæc profecto nemini in mentem venire possint, nisi qui certo teneat Patrem omnes suas ideas, ac totam substantiam Filio tradidisse. Facile intelligitur ejusmodi Filium a Patre separari non posse, ac Patris mentem et prudentiam esse. Sed si eadem in rem aliquam creatam transferantur, ita absurda erunt, ut homini sano affingi non possint.

(70) *Καὶ ἐν τόπῳ εὑρίσκεται.* Non ergo ex diversitate essentiæ fit ut Pater in loco inveniri non possit, sed quia Pater mitti non potest. Conceptis enim verbis declarat Theophilus idcirco Filium mitti et in loco inveniri, quia *Deus est et ex Deo genitus*, quia *Verbum est illius, per quod omnia fecit, virtus et sapientia ejus.* Hinc illa Filii in locum aliquem missio nihil detrahit de illius immensitate : *semper enim exsistit insitum in corde Dei.* Pater ergo in loco inveniri non potest, quia non potest esse vox sive Verbum alterius personæ, nec virtus aut sapientia alterius dici, nec Deus ex Deo genitus.

Digitized by Google

ἑβδόμην ἡμέραν, ὁπότε καὶ τὸν παράδεισον πεποίηκεν, εἰς τὸ ἐν κρείσσονι τόπῳ, καὶ χωρίῳ διαφόρῳ αὐτὸν εἶναι. Καὶ ὅτι ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, αὐτὸ τὸ ἔργον δείκνυσι. Πῶς γὰρ οὐκ ἔστι κατανοῆσαι τὴν μὲν ὠδῖνα, ἣν πάσχουσιν ἐν τῷ τοκετῷ αἱ γυναῖκες, καὶ μετὰ τοῦτο λήθην τοῦ πόνου ποιοῦνται, ὅπως πληρωθῇ (71) ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, εἰς αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων; Τί δ' οὐχὶ καὶ τὴν τοῦ ὄφεως κατάκρισιν, πῶς στυγητὸς τυγχάνει ἕρπων ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἐσθίων γῆν· ὅπως καὶ τοῦτο ᾖ εἰς ἀπόδειξιν ἡμῖν τῶν προειρημένων;

24. Ἐξανατείλας οὖν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς ἔτι πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν. Ἐν γὰρ πρώτοις μόνα ἦν τὰ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γεγενημένα, φυτὰ καὶ σπέρματα καὶ χλόαι· τὰ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐγενήθη διαφόρῳ καλλονῇ καὶ ὡραιότητι· ὅπου γε καὶ φυτεία ὠνόμασται ὑπὸ Θεοῦ πεφυτευμένη. Καὶ τὰ μὲν λοιπὰ φυτὰ ὅμοια καὶ ὁ κόσμος ἔσχηκε· τὰ δὲ δύο ξύλα, τὸ τῆς ζωῆς καὶ τὸ τῆς γνώσεως, οὐκ ἔσχηκεν ἑτέρα γῆ, ἀλλ' ἢ ἐν μόνῳ τῷ παραδείσῳ. Ὅτι δὲ καὶ ὁ παράδεισος γῆ ἐστι, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πεφύτευται, ἡ Γραφὴ λέγει· *Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον. Καὶ ἐξανέτειλεν ὁ Θεὸς ἔτι ἀπὸ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν.* Τὸ οὖν ἔτι (72) ἐκ τῆς γῆς καὶ κατὰ ἀνατολὰς σαφῶς διδάσκει ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ τὸν παράδεισον ὑπὸ τοῦτον τὸν οὐρανόν, ὑφ' ὃν καὶ ἀνατολή καὶ γῆ εἰσιν. Ἐδὲμ δὲ Ἑβραΐστὶ τὸ εἰρημένον ἑρμηνεύεται *τρυφή* (73). Ποταμὸν δὲ σεσήμαγκεν ἐκπορεύεσθαι ἐξ Ἐδέμ, ποτίζειν τὸν παράδεισον, κἀκεῖθεν διαχωρίζεσθαι εἰς τέσσαρας ἀρχάς· ὧν δύο οἱ καλούμενοι Φεισὼν καὶ Γεών, ποτίζουσι τὰ ἀνατολικὰ μέρη, μάλιστα ὁ Γεών, ὁ κυκλῶν πᾶσαν γῆν Αἰθιοπίας, ὃν φασιν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἀναφαίνεσθαι, τὸν καλούμενον Νεῖλον. Οἱ δὲ ἄλλοι δύο ποταμοὶ φανερῶς γινώσκονται παρ' ἡμῖν, οἱ καλούμενοι Τίγρις καὶ Εὐφράτης. Οὕτω γὰρ γειτνιῶσιν ἕως τῶν ἡμετέρων κλιμάτων. Θεὶς δὲ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καθὼς προειρήκαμεν, ἐν τῷ παραδείσῳ, εἰς τὸ ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν αὐτὸν, ἐνετείλατο αὐτῷ, ἀπὸ πάντων τῶν καρπῶν ἐσθίειν, δηλονότι καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς ζωῆς, μόνου δὲ ἐκ τοῦ ξύλου τοῦ τῆς γνώσεως ἐνετείλατο αὐτῷ μὴ γεύσασθαι. Μετέθηκεν δὲ αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς, ἐξ ἧς ἐγεγόνει, εἰς τὸν παράδεισον, διδοὺς αὐτῷ ἀφορμὴν προκοπῆς (74) ὅπως αὐξάνων καὶ τέλειος γενόμενος, ἔτι δὲ καὶ θεὸς ἀναδειχθεὶς, οὕτως καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῇ (μέσος γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐγεγόνει, οὔτε θνητὸς ὁλοσχερῶς, οὔτε ἀθάνατος τὸ καθόλου, δεκτικὸς δὲ ἑκατέρων· οὕτω καὶ τὸ χωρίον, ὁ

creationem patefecit post diem septimam cum paradisum parasset, ut in optimo et præstantissimo loco eum constitueret. Hæc autem vera esse res ipsa demonstrat. Nonne enim licet animadvertere dolores illos, quos perferunt in partu et postea oblivioni tradunt mulieres, ut et Dei sermo impleatur et augeatur et crescat genus humanum? Nonne etiam ipsius serpentis condemnationem, **366** quomodo exosus sit, ventre serpens ac terram edens, ut hoc quoque argumento veritas eorum, quæ diximus, confirmetur?

24. *Paradisi pulchritudo.* — Produxit igitur Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave. Initio enim ea tantummodo erant quæ die tertio producta fuerant, plantæ, semina, herbæ. Quæ vero in paradiso, ea præstanti erant pulchritudine et amœnitate, quippe cum plantarium appelletur ab ipso Deo satum; cæteras quidem plantas mundus haud absimiles habuit. Duas autem arbores, vitæ et scientiæ, nulla alia tetræ pars habuit nisi paradisus. Paradisum autem esse terram, et in terra satum docet Scriptura cum ait: *Et plantavit Deus paradisum in Eden ad orientem, et posuit ibi hominem. Et produxit adhuc Deus de terra omne lignum pulchrum visu et bonum ad comedendum.* His igitur verbis, *adhuc de terra* et *ad orientem* docet nos clare divina Scriptura paradisum sub hoc cœlo esse sub quo oriens et terra. Quod autem Hebraïce dicitur Eden, si interpreteris, idem est ac *deliciæ*. Fluvium quoque indicat ex Eden oriri, paradisum alluere, ac inde in quatuor capita dividi, quorum duo, Phison et Geon vocati, rigant orientales partes, præcipue Geon qui totam Æthiopiam circumfluit, et in Ægypto sub Nili nomine apparere dicitur. Reliqui autem duo, quorum alter Tigris, alter Euphrates vocatur, nobis certo cogniti sunt; sunt enim nostris regionibus vicini. Cum autem posuisset Deus hominem, ut prædiximus, in paradiso ut operaretur et custodiret eum, præcepit ei ut de omnibus fructibus comederet, et de ipso videlicet vitæ arbore; de solo autem scientiæ ligno interdixit ne gustaret. Illum autem transtulit Deus de terra, ex qua factus erat, in paradisum, subjiciens ei stimulos proficiendi, ut augescens, ac tandem perfectus, imo declaratus deus, sic in cœlum ascenderet, habens æternitatem. Medius enim homo factus fuerat, nec omnino mortalis, nec prorsus immortalis, sed utriusque capax. Similiter et paradisus, quantum ad pulchritudinem, medius inter cœlum et terram factus est. Quod autem ait Scri-

(71) *Ὅπως πληρωθῇ.* Hujus loci is sensus est: pariunt in dolore mulieres, in pœnam peccati impositam; doloris cito eas capit oblivio, ne generis humani propagationi obstet. Partus dolores a Theophilo proferri in argumentum veritatis historiæ sacræ, ex iis etiam patet, quæ mox de serpentis pœna subjiciuntur. Addendum videtur καὶ ante αὐξάνεσθαι.

(72) *Τὸ οὖν ἔτι.* Melius τῷ οὖν ἔτι, ut observat Wolfius.

(73) *Τρυφή.* Cum in omnibus editionibus legeretur στροφή, errorem vidit Ducæus, ejusque monitu manifestum errorem e contextu sustulerunt Fellus et Wolfius, a quibus discedere nolui.

(74) *Ἀφορμὴν προκοπῆς.* S. Ambrosius lib. *De parad.* cap. 4, hæc habet: *Apprehendit ergo eum virtus Dei, inspirans processus et incrementa virtutis; denique in paradiso eum collocavit: ut scias apprehensum quasi afflatum divina esse virtute.*

Digitized by Google

ptura, *ut operaretur*, non alium laborem significat quam præcepti divini custodiam, ne, si dicto audiens non esset, seipsum perderet, ut peccato perdidit.

25. *Non accusandus Deus quod de ligno scientiæ edere vetuerit.* — Bonum quidem erat ipsum scientiæ lignum, bonusque illius fructus. Neque enim, ut quidam existimant, mortiferum erat lignum, sed mandati prætergressio. Aliud enim non erat in ligno, nisi scientia; bona autem scientia, si quis ea apte utatur. Qua autem **367** ætate erat Adam, adhuc infans erat, necdum idoneus esse poterat, qui scientiam perciperet. Nam et nunc infans, cum genitus fuerit, nondum potest panem edere, sed primum lacte nutritur, deinde progrediente ætate etiam ad solidum cibum accedit. Idem quoque Adamo evenisset: quapropter non invidens ei Deus, ut quidam existimant, interdixit ne de ligno scientiæ comederet. Adhuc etiam volebat eum experiri et periclitari utrum sibi dicto auditurus esset. Simul diutius volebat simplicem et sincerum permanere hominem puerascentem. Hoc enim sanctum est non solum apud Deum, sed etiam apud homines, in simplicitate et innocentia subjici parentibus. Quod si pueri submissi esse parentibus debent, quanto magis parenti omnium Deo! Præterea indecorum est pueros infantes plus sapere quam ætas postulet; quemadmodum enim nemo crescit ætate nisi quibusdam veluti gradibus, ita nec sapientia. Denique cum lex præscribit, ut ab aliqua re abstineatur, si quis non pareat, perspicuum est non legem causam esse supplicii, sed inobedientiam et legis prætergressionem. Pater enim filio suo interdum nonnullis rebus interdicit, ac si paterno mandato non paruerit, vapulat et mulctatur, quia obsequi noluit, nec jam res ipsæ sunt plagæ, sed detrectata obedientia damno est detrectanti. Sic primo homini mandati prætergressio id attulit, ut e paradiso ejiceretur; non quod mali quidquam inesset ligno scientiæ, sed ex peccato tanquam ex fonte in hominem fluxerunt labores, dolores, molestiæ, ac denique mors ipsa.

26. *Merito mors inflicta homini prævaricatori.* —

παράδεισος, ὡς πρὸς καλλονήν, μέσος τοῦ κόσμου καὶ τοῦ οὐρανοῦ γεγένηται), ἔχων ἀϊδιότητα (75). Τῷ δὲ εἰπεῖν, *ἐργάζεσθε* (76), οὐκ ἄλλην τινὰ ἐργασίαν δηλοῖ ἀλλ' ἢ τὸ φυλάττειν τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ὅπως μὴ παρακούσας ἀπολέσῃ ἑαυτόν, καθὼς καὶ ἀπώλεσε διὰ ἁμαρτίας.

25. Τὸ μὲν ξύλον τὸ τῆς γνώσεως αὐτὸ μὲν καλόν, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ καλός. Οὐ γὰρ, ὡς οἵονταί τινες, θάνατον εἶχε τὸ ξύλον, ἀλλ' ἡ παρακοή. Οὐ γάρ τι ἕτερον ἦν ἐν τῷ καρπῷ ἢ μόνον γνῶσις· ἡ δὲ γνῶσις καλὴ, ἐπὰν αὐτῇ οἰκείως τις χρήσηται. Τῇ δὲ οὔσῃ ἡλικίᾳ ὁ Ἀδὰμ ἔτι νήπιος ἦν (77), διὸ οὔπω ἠδύνατο τὴν γνῶσιν κατ' ἀξίαν χωρεῖν. Καὶ γὰρ νῦν, ἐπὰν γενηθῇ παιδίον, οὐκ ἤδη δύναται ἄρτον ἐσθίειν, ἀλλὰ πρῶτον γάλακτι ἀνατρέφεται, ἔπειτα κατὰ πρόσβασιν τῆς ἡλικίας καὶ ἐπὶ τὴν στερεὰν τροφὴν ἔρχεται. Οὕτως ἂν ἐγεγόνει καὶ τῷ Ἀδάμ· διὸ οὐχ ὡς φθονῶν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ὡς οἵονταί τινες, ἐκέλευσε μὴ ἐσθίειν ἀπὸ τῆς γνώσεως (78). Ἔτι μὴν καὶ ἐβούλετο δοκιμάσαι αὐτὸν, εἰ ὑπήκοος γίνεται τῇ ἐντολῇ αὐτοῦ. Ἅμα δὲ καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐβούλετο ἁπλοῦν καὶ ἀκέραιον διαμεῖναι τὸν ἄνθρωπον νηπιάζοντα. Τοῦτο γὰρ ὅσιόν ἐστιν οὐ μόνον παρὰ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ παρὰ ἀνθρώποις, τὸ ἐν ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ ὑποτάσσεσθαι τοῖς γονεῦσιν. Ἔτι δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι (79). Εἰ δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν ὅλων; Ἔτι μὲν καὶ ἀσχημόν ἐστι τὰ παιδία τὰ νήπια ὑπὲρ ἡλικίαν φρονεῖν· καθάπερ γὰρ τῇ ἡλικίᾳ τις πρὸς τάξιν αὔξει, οὕτω καὶ ἐν τῷ φρονεῖν. Ἀλλ' ὥστε (80) ἐπὰν νόμος κελεύσῃ ἀπέχεσθαι ἀπό τινος, καὶ μὴ ὑπακούῃ τις, δηλονότι οὐχ ὁ νόμος κόλασιν παρέχει, ἀλλὰ ἡ ἀπείθεια, καὶ ἡ παρακοή. Καὶ γὰρ πατὴρ ἰδίῳ τέκνῳ ἐνίοτε προστάσσει ἀπέχεσθαί τινων, καὶ ἐπὰν οὐχ ὑπακούῃ τῇ πατρικῇ ἐντολῇ, δέρεται καὶ ἐπιτιμίας τυγχάνει διὰ τὴν παρακοήν. Καὶ οὐκ ἤδη αὐτὰ τὰ πράγματα πληγαί εἰσιν, ἀλλ' ἡ παρακοὴ τῷ ἀπειθοῦντι ὕβριν (81) περιποιεῖται. Οὕτω καὶ τῷ πρωτοπλάστῳ ἡ παρακοὴ περιεποιήσατο ἐκβληθῆναι αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδείσου· οὐ μέντοι γε ὡς κακοῦ τι ἔχοντος τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, διὰ δὲ τῆς παρακοῆς ὁ ἄνθρωπος ἐξήντλησε πόνον, ὀδύνην, λύπην, καὶ τὸ τέλος ὑπὸ θάνατον ἔπεσε.

26. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ Θεὸς μεγάλην εὐεργεσίαν (82)

(75) *Ἔχων ἀϊδιότητα.* Apposita parenthesis totum hunc locum illustrat, cui tenebras injecerant interpretes dum hæc verba, ἔχων ἀϊδιότητα referunt ad ipsum paradisum. Comparat Theophilus paradisi statum cum ipsius Adami statu, quem nec mortalem nec immortalem creatum fuisse docet.

(76) *Τῷ δὲ εἰπεῖν, ἐργάζεσθε.* Videtur Theophilus non legisse αὐτόν in his Scripturæ verbis, ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν, vel illud αὐτόν, non ad paradisum retulisse, sed ad Adamum, quasi is esset sensus, *ut ipse operaretur et custodiret.* Mirifice consensit cum Theophilo S. Ambrosius in his verbis interpretandis ac forte etiam legendis: *Ideoque*, inquit in libro *De parad.* c. 4, *de viro tantum Scriptura dicit quia « Posuit eum in paradiso operari et custodire. » In opere enim quidam virtutis processus est, in custodia quædam consummatio operis deprehenditur, eo quod quasi consummata custodiat. Hæc duo ab homine requiruntur, ut et operibus nova quærat, et parta custodiat, quod est generale.* Leg. ἐργάζεσθαι.

(77) *Ἔτι νήπιος ἦν.* De hac Theophili sententia vide Præfationem.

(78) *Ἀπὸ τῆς γνώσεως.* Monuit Wolfius legendum ἀπὸ ξύλου τῆς γνώσεως.

(79) *Ἔτι δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι.* Merito hæc verba delenda judicat Wolfius, quæ hic perincommode repetuntur.

(80) *Ἀλλ' ὥστε.* Legendum videtur ἄλλως τε. Ibidem et iterum paulo post editi ἐπὰν νόμος. Cod. Bodl. et Hamb. ut in textu.

(81) *Ὕβριν.* Bodl. ὕβρεις.

(82) *Μεγάλην εὐεργεσίαν.* Ante hæc verba addendum videtur ὡς, quæ particula facile potuit excidere ob similem sonum syllabæ præcedentis. Irenæus lib. III, cap. 23, n. 6 : *Quapropter*, inquit, *et ejecit eum de paradiso, et a ligno vitæ longe transtulit; non invidens ei lignum vitæ, quemadmodum quidam au-*

Digitized by Google

παρέσχε τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ μὴ διαμεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα ἐν ἁμαρτίᾳ ὄντα, ἀλλὰ τρόπῳ τινὶ ἐν ὁμοιώματι ἐξορισμοῦ ἐξέβαλεν αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδείσου, ὅπως διὰ τῆς ἐπιτιμίας, ταχτῷ ἀποτίσας χρόνῳ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ παιδευθεὶς ἐξ ὑστέρου ἀνακληθῇ. Διὸ καὶ πλασθέντος ἀνθρώπου ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, μυστηριωδῶς ἐν τῇ Γενέσει γέγραπται, ὡς δὶς αὐτοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ τεθέντος· ἵνα τὸ μὲν ἅπαξ ᾖ πεπληρωμένον ποτὲ ἐτέθη (83)· τὸ δὲ δεύτερον μέλλει πληροῦσθαι μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ κρίσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθάπερ σκεῦός τι (84), ἐπὰν πλασθὲν αἰτίαν τινὰ σχῇ, ἀναχωνεύεται, ἢ ἀναπλάσσεται, εἰς τὸ γενέσθαι καινὸν καὶ ὁλόκληρον· οὕτω γίνεται καὶ τῷ ἀνθρώπῳ διὰ θανάτου· δυνάμει γὰρ τέθραυσται (85), ἵνα ἐν τῇ ἀναστάσει ὑγιὴς εὑρεθῇ· λέγω δὲ ἄσπιλος, καὶ δίκαιος, καὶ ἀθάνατος· τὸ δὲ καλέσαι, καὶ εἰπεῖν τὸν Θεὸν, *Ποῦ εἶ, Ἀδάμ;* οὐχ ὡς ἀγνοῶν (86) τοῦτο, ἐποίει ὁ Θεὸς, ἀλλὰ μακρόθυμος ὢν, ἀφορμὴν ἐδίδου αὐτῷ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως.

A Atque id quidem ei Deus in magni beneficii loco præstitit, ne in ævum omne permaneret obstrictus, sed quodam veluti exsilio damnatum ejecit e paradiso, ut cum hac pœna peccatum intra certum tempus expiasset, ac castigatus fuisset, postea revocaretur. Quare cum homo formatus in hoc mundo fuisset, non sine mysterio res in Genesi sic refertur, quasi bis in paradiso collocatus fuisset; ita ut semel quidem impletum id fuerit, cum ibi collocatus est, alterum autem adimplendum sit post resurrectionem et judicium. Quinetiam quemadmodum vas, si, postquam confectum fuerit, vitii aliquid habeat, refunditur et refingitur ut novum et integrum fiat: idem homini mors affert; quodam enim modo confringitur, ut sanus in B resurrectione inveniatur, id est mundus, justus et immortalis. Quod autem **368** Deus Adamum vocat, et ait: *Adam, ubi es?* non quod ignoraret, ita faciebat, sed cum sit admodum patiens, locum ei dabat pœnitendi et confitendi.

27. Ἀλλὰ φήσει οὖν τις ἡμῖν· Θνητὸς φύσει ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος; Οὐδαμῶς. Τί οὖν ἀθάνατος; Οὐδὲ τοῦτό φαμεν. Ἀλλὰ ἐρεῖ τις· Οὐδὲν οὖν ἐγένετο; Οὐδὲ τοῦτο, ἐγὼ μέν (87). Οὔτε οὖν φύσει θνητὸς ἐγένετο, οὔτε ἀθάνατος. Εἰ γὰρ ἀθάνατον αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐπεποιήκει, Θεὸν αὐτὸν ἐπεποιήκει. Πάλιν, εἰ θνητὸν αὐτὸν ἐπεποιήκει, ἐδόκει ἂν ὁ Θεὸς αἴτιος (88) εἶναι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Οὔτε οὖν ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν, οὔτε μὴν θνητὸν, ἀλλὰ καθὼς ἐπάνω

27. *Nec mortalis nec immortalis creatus Adam, sed utriusque capax.* — Sed nobis dicet aliquis: Natura mortalis factus est Adam? Minime. Num immortalis? Nihilo magis. Nihil ergo erat? Neque etiam id dicimus. Igitur nec mortalis natura, nec immortalis factus. Nam si immortalem ab initio fecisset, Deum eum fecisset. Rursus si mortalem, videretur Deus causa illius mortis esse. Nec immortalem igitur fecit nec mortalem, sed, ut supra dixi-

C

dent dicere, sed miserans ejus, ut non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset quod esset circa eum peccatum, et malum interminabile et insanabile. Similia docet S. Joannes Chrysostomus homil. 18, *in Genes.*

(83) *Ποτὲ ἐτέθη.* Legendum videtur ὅτε ἐτέθη vel ποτὲ ὅτε ἐτέθη. Sic etiam paulo post malim μέλλῃ.

(84) *Καθάπερ σκεῦός τι.* Similia habemus apud Clementem ep. 2, *ad Corinthios*, c. 8; Origen. homil. 18, *in Jerem.*, p. 166; Methodium *De resurrect.*, p. 198; Gregorium Nyssenum lib. *De anima et resurrect.*; Ambrosium lib. II *De fide resurrectionis.* Atque hæc quidem et figuli et vasis cum Deo et homine comparatio, ut quisque satis intelligit, deducta est ex pluribus Scripturæ locis, in quibus tanquam figulus vasa, ita Deus homines et gentes confringere dicitur.

(85) *Δυνάμει γὰρ τέθραυσται.* Verbum τέθραυσται Wolfius de morte intelligendum negat. At profecto manifestum est, ut de resurrectione, ita etiam de morte hic agi; et vasis fracti exemplo hominem non solum *vi quadam fractum et dejectum a Deo*, ut existimat vir eruditus, sed etiam mortuum designari. Neque etiam illud, δυνάμει, idem valet ac *vi quadam*, sed idem ac *quodammodo*. Sic supra n. 15, luna δυνάμει ἀποθνήσκει, *quodammodo interit*; et n. 16, de raptoribus et homicidis, Δυνάμει γὰρ καταπίνουσι τοὺς ἀσθενεστέρους ἑαυτῶν.

(86) *Οὐχ ὡς ἀγνοῶν.* Hæc quoque adversus hæreticos dicta, qui ignorationem mundi opifici affingebant. Unde Tertullianus, lib. II *adv. Marcionem*, cap. 25: *Interrogabat Deus, quasi incertus.... ut daret ei locum sponte confitendi delictum et hoc nomine relevandi.*

(87) *Οὐδὲ τοῦτο, ἐγὼ μέν.* Legit Dodwellus, citante Wolfio, οὐδὲ τοῦτο, ἐγῷμαι, id est, ἐγὼ οἶμαι. Ipse autem Wolfius, Lacrozii et Davisii monitu, legendum putat, οὐδὲ τοῦτο λέγωμεν.

(88) *Ὁ Θεὸς αἴτιος.* Ita loquitur Theophilus ut occurat hæreticis Deum creatorem mortis auctorem esse fingentibus. Dicebat enim Valentinianus, teste Clem. Alex. *Strom.* IV, pag. 509, *mortis generationem opus esse Creatoris*, θανάτου δὲ γένεσιν ἔργον εἶναι κτίσαντος τὸν κόσμον. Non tamen dicebant nefarii hæretici hominem innocentem morti addictum fuisse; sed sic ratiocinabantur: *Si Deus bonus et præscius futuri, et avertendi mali potens, cur hominem passus est labi de obsequio legis in mortem, circumventum a diabolo?* Ita Marcionitæ apud Tertullianum, II *adv. Marc.*, c. 5. Hujus impietatis refellendæ studio Theophilus, postquam demonstravit num. præced., mortem non Deo attribuendam esse, sed peccato, nunc concedit hæreticis Deum mortis D auctorem futurum fuisse, si mortalem hominem creasset. Volebant iidem hæretici Deum *conditorem intelligi malorum, ut et malitiæ auctor renuntietur.* At scite probat Tertullianus ibid., cap. 14, nihil eos promovere, nisi hæc mala hominibus non malis inflicta esse demonstrent. *Aut proba ea injusta*, inquit, *ut probes malitiæ deputanda, id est, injustitiæ mala; quia si justitiæ erunt, jam mala non erunt, sed bona, malis tantummodo mala.* Hinc duas distinguit malorum species, mala culpæ, et mala pœnæ: agnoscit *auctorem malorum quidem peccati et culpæ diabolum; malorum vero supplicii et pœnæ Deum creatorem, ut illa pars malitiæ deputetur, ista justitiæ mala condentis judicia adversus mala delicti.... Quæ quidem illis mala sunt quibus rependuntur; cæterum suo nomine bona, qua justa et bonorum defensoria et delictorum inimica, atque in hoc ordine, Deo digna.*

Digitized by Google

mus, capacem utriusque, ut si ad ea ferretur, quæ ducunt ad immortalitatem, observandis Dei mandatis, mercedem ab eo acciperet immortalitatem, et deus fieret; si vero deflecteret ad ea, quæ ducunt in mortem, non obediens Deo, ipse sibi mortis auctor esset. Liberum enim Deus et sui juris hominem fecit. Quod igitur sibi ipse negligentia et inobedientia accersiverat, id nunc Deus ei redonat pro sua singulari humanitate et in homines ipsi obtemperantes misericordia. Quemadmodum enim homo non obediendo mortem sibi ipse traxit, sic voluntati Dei obsequendo potest qui voluerit æternam vitam sibi conciliare. Legem enim Deus et sancta nobis præcepta dedit, quæ quisquis observaverit, potest salutem assequi, et compos resurrectionis factus status a corruptione alieni hæreditatem accipere.

A προειρήκαμεν, δεκτικὸν ἀμφοτέρων· ἵνα ῥέψῃ (89) ἐπὶ τὰ τῆς ἀθανασίας, τηρήσας τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, μισθὸν κομίσηται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀθανασίαν, καὶ γένηται θεός· εἰ δ' αὖ τραπῇ ἐπὶ τὰ τοῦ θανάτου πράγματα, παρακούσας τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος ᾖ τοῦ θανάτου. Ἐλεύθερον γὰρ καὶ αὐτεξούσιον ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον. Ὃ οὖν ἑαυτῷ περιεποιήσατο δι' ἀμελείας καὶ παρακοῆς, τοῦτο ὁ Θεὸς αὐτῷ νυνὶ δωρεῖται διὰ ἰδίας φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης, ὑπακούοντας αὐτῷ (90) τοὺς ἀνθρώπους. Καθάπερ γὰρ παρακούσας ἄνθρωπος θάνατον ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο, οὕτως ὑπακούσας τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ὁ βουλόμενος δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν αἰώνιον ζωήν. Ἔδωκε γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῖν νόμον καὶ ἐντολὰς ἁγίας, ἃς πᾶς ὁ ποιήσας δύναται σωθῆ- B ναι, καὶ τῆς ἀναστάσεως τυχὼν κληρονομῆσαι τὴν ἀφθαρσίαν.

28. *Cur Eva ex Adam costa formata.* — Ejectus igitur Adam ex paradiso, sic cognovit uxorem suam, quam ei Deus in uxorem ex ipsius costa fecerat. Atque id quidem, non quod separatim uxorem ipsius fingere non posset, sed providebat Deus multitudinem deorum ab hominibus inductum iri. Cum igitur præscius futurorum esset, ac futurum videret ut serpentis opera multitudinem deorum non exstantium error inveheret (tum cum enim unus esset Deus, jam meditabatur error multitudinem deorum spargere et dicere : *Eritis sicut dii*), ne quis igitur suspicaretur virum ab altero Deo, mulierem ab altero factam esse, ambos separatim non C **369** fecit, sed ut mysterium monarchiæ Dei etiam ex ea re demonstraretur, simul ipsius uxorem finxit, atque ut major esset inter eos benevolentia. Dixit ergo Adam ad Evam : *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea.* Præterea vaticinatus est in hæc verba : *Propterea derelinquet homo patrem suum et matrem et adhærebit uxori suæ, eruntque duo in carnem unam;* quod ipsum in nobis perfici patet. Quis est enim, qui cum legitime nubat, non contemnat patrem et matrem et cognationem omnem ac propinquos omnes, adhærens et conjunctus uxori, eamque majore benevolentia complectens? Unde

28. Ἐκβληθεὶς δὲ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου, οὕτως ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἣν ὁ Θεὸς ἐποίησεν αὐτῷ εἰς γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ὡς μὴ δυνάμενος κατ' ἰδίαν πλάσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἀλλὰ προηπίστατο ὁ Θεὸς, ὅτι ἤμελλον οἱ ἄνθρωποι πληθὺν θεῶν ὀνομάζειν. Προγνώστης οὖν ὢν, καὶ εἰδὼς, ὅτι ἡ πλάνη ἔμελλε διὰ τοῦ ὄφεως ὀνομάζειν πληθὺν θεῶν τῶν οὐκ ὄντων (ἑνὸς γὰρ ὄντος Θεοῦ (91), ἔκτοτε ἤδη ἐμελέτα ἡ πλάνη πληθὺν θεῶν ὑποσπείρειν, καὶ λέγειν· *Ἔσεσθε ὡς θεοί*). Μήπως οὖν ὑπονοηθῇ ὅτι ὅδε (92) μὲν ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνδρα, ἕτερος δὲ τὴν γυναῖκα, διὰ τοῦτο οὖν ἐποίησε (93) τοὺς δύο ἄμφω· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ C διὰ τούτου δειχθῇ τὸ μυστήριον τῆς μοναρχίας, τῆς κατὰ τὸν Θεόν· ἅμα δ' ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, [καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ δείκνυται τελειούμενον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς. Τίς γὰρ οὐχὶ ὁ νομίμως γαμῶν οὐ καταφρονεῖ μητρὸς, καὶ πατρὸς, καὶ συγγενείας πάσης καὶ πάντων;] καὶ ἵνα πλείων ᾖ ἡ εὔνοια εἰς αὐτούς. Πρὸς μὲν οὖν τὴν Εὔαν ὁ Ἀδὰμ εἶπεν (94)· *Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου.* Ἔτι καὶ προεφήτευσεν (95), λέγων· *Τούτου ἕνεκεν καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα*

(89) *Ῥέψῃ.* Legendum εἰ ῥέψῃ.

(90) *Ὑπακούοντας αὐτῷ.* Al. ὑπακούσαντας. Fellus et Wolfius addunt ποιῶν. Sed cum hoc verbum sine ulla auctoritate in textum induxerunt, tum vero longe satius est legere εἰς ὑπακούοντας (vel ὑπακούσαντας) αὐτῷ. Facile excidere potuit hæc præpositio ob syllabam præcedentem ejusdem soni apud Græcos. Mox Wolfius legit ὑπακοῦσαι, sed immerito.

(91) *Ἑνὸς γὰρ ὄντος Θεοῦ.* Id est, cum unus Deus coleretur, nondum cognita idololatria. Alii interpretes : *Cum unus sit Deus.*

(92) *Ὅτι ὅδε.* Bodl. ὡς ὅδε.

(93) *Διὰ τοῦτο οὖν ἐποίησε.* Totus hic locus, quo vix ullus alius magis deformatus, sic videtur emendari posse : Διὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησε τοὺς δύο ἄμφω· ἅμα δ' ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· οὐ μόνον ἵνα καὶ διὰ τούτου δειχθῇ τὸ μυστήριον τῆς μοναρχίας τῆς κατὰ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἵνα πλείων ᾖ ἡ εὔνοια εἰς αὐτούς. Necessitatem harum emendationum non difficile est animadvertere. 1°. Legen- D dum esse οὐκ ἐποίησε τοὺς δύο ἄμφω, quis non videt? Non enim binos creavit Deus Adam et Evam; si κατ' ἰδίαν formasset Evam, tunc binos creasse diceretur. At Evam κατ' ἰδίαν formatam fuisse negat Theophilus; simul factam fuisse asseverat, non quod eodem temporis momento ac Adam, sed quod ex Adami corpore formata fuerit. 2°. Si legamus, ut in textu, οὐ μὴν ἀλλὰ καί, etc., inutilis erit et absurda repetitio. Jam enim dixit Evam ita formatam fuisse, ut singularitas Dei sive monarchia ostenderetur. Duæ ergo causæ ab eo assignantur, quarum secunda omnibus nota et perspecta. Quare disjungenda fuit ab his verbis : πρὸς μὲν οὖν, etc., quibuscum illa vitiosa interpunctio conjunxerat. 3°. Totam hanc verborum complexionem, quam uncis inclusi, eruditus Wolfius ex textu expunxit. Mox enim suo loco occurret, et in alienam hanc sedem obrepsisse manifestum est.

(94) *Εἶπεν.* Bodl. εἰπών.

(95) *Προεφήτευσεν.* Idem codex ἐπροφήτευσεν.

Digitized by Google

αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ δείκνυται τελειούμενον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς. Τίς γὰρ ὁ νομίμως γαμῶν οὐ καταφρονεῖ μητρὸς, καὶ πατρὸς, καὶ πάσης συγγενείας, καὶ πάντων τῶν οἰκείων, προσκολλώμενος καὶ ἑνούμενος τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, εὐνοῶν μᾶλλον αὐτῇ; Διὸ καὶ μέχρι θανάτου πολλάκις ὑπεύθυνοι γίνονταί τινες διὰ τὰς ἑαυτῶν γαμετάς. Ταύτην τὴν Εὔαν, διὰ τὸ ἀρχῆθεν πλανηθῆναι ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ ἀρχηγὸν ἁμαρτίας γεγονέναι, ὁ κακοποιὸς δαίμων, ὁ καὶ Σατὰν καλούμενος, ὁ τότε διὰ τοῦ ὄφεως λαλήσας αὐτῇ, ἕως καὶ τοῦ δεῦρο ἐνεργῶν ἐν τοῖς ἐνθουσιαζομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώποις, Εὔαν ἐκκαλεῖται (96). Δαίμων δὲ καὶ δράκων καλεῖται, διὰ τὸ ἀποδεδρακέναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἄγγελος γὰρ ἦν ἐν πρώτοις. Καὶ τὰ μὲν περὶ τούτου πολὺς ὁ λόγος· διὸ τανῦν παραπέμπομαι τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν· καὶ γὰρ ἐν ἑτέροις ἡμῖν γεγένηται ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος.

A etiam nonnulli multa vitæ discrimina propter uxores suas adeunt. Quoniam autem hæc Eva antiquitus a serpente decepta, et origo peccati fuit, malorum inventor dæmon, qui et Satanas vocatur, autum eam per serpentem allocutus est, hactenus dum in hominibus a se correptis operatur, Evam vocat. Dæmon autem ac draco vocatur, eo quod a Deo fugitivus abscesserit; angelus enim ab initio fuerat. Ac de eo quidem longa est oratio: quapropter impræsentiarum missam faciamus ejus rei explicationem; alibi enim de eo disputavimus.

29. Ἐν τῷ οὖν γνῶναι τὸν Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Εὔαν, συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν, ᾧ τοὔνομα Καΐν, καὶ εἶπεν· *Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ.* Καὶ προσέθετο ἔτι τεκεῖν δεύτερον (97), ᾧ ὄνομα Ἄβελ, *Ὃς ἤρξατο ποιμὴν εἶναι προβάτων· Καΐν δὲ εἰργάζετο τὴν γῆν.* Τὰ μὲν οὖν κατ' αὐτοὺς πλείω ἔχει τὴν ἱστορίαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκονομίαν (98) τῆς ἐξηγήσεως· διὸ τὰ τῆς ἱστορίας τοὺς φιλομαθεῖς δύναται ἀκριβέστερον διδάξαι αὐτὴ ἡ βίβλος, ἥτις ἐπιγράφεται, *Γένεσις κόσμου.* Ὑπότε οὖν ἐθεάσατο ὁ Σατανᾶς οὐ μόνον τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ζῶντας, ἀλλὰ καὶ τέκνα πεποιηκότας, ἐφ' ᾧ οὐκ ἴσχυσε θανατῶσαι αὐτοὺς, φθόνῳ φερόμενος, ἡνίκα ἑώρα τὸν Ἄβελ εὐαρεστοῦντα τῷ Θεῷ, ἐνεργήσας εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν καλούμενον Καΐν, ἐποίησεν ἀποκτεῖναι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ. Καὶ οὕτως ἀρχὴ θανάτου ἐγένετο εἰς τόνδε τὸν κόσμον, ὁδοιπορεῖν ἕως τοῦ δεῦρο ἐπὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων. Ὁ θὲ Θεὸς, ἐλεήμων ὤν, καὶ βουλόμενος ἀφορμὴν μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως παρασχεῖν τῷ Καΐν, καθάπερ καὶ τῷ Ἀδὰμ, εἶπε· *Ποῦ Ἄβελ, ὁ ἀδελφός σου;* Ὁ δὲ Καΐν ἀπεκρίθη ἀπειθῶς τῷ Θεῷ, εἰπών· *Οὐ γινώσκω. Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου;* Οὕτως ὀργισθεὶς αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἔφη· *Τί ἐποίησας τοῦτο; Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρὸς μὲ ἐκ τῆς γῆς ἡ ἔχαρεν δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ χειρός σου. Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς.* Ἔκτοτε φοβηθεῖσα ἡ γῆ οὐκέτι ἀνθρώπου αἷμα (99) παραδέχεται, ἀλλ' οὐδέ τινος ζώου. Ἢ φανερὸν (1), ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτὴ αἰτία, ἀλλ' ὁ παραβὰς ἄνθρωπος.

B 29. *Caini scelus.* — Cum igitur Adam cognosceret Evam uxorem suam, concepit ista et filium peperit cui nomen Cain, et dixit: *Possedi hominem per Deum.* Adhuc addidit ut alterum pareret, cui nomen Abel: *Hic cœpit esse pastor ovium; Cain autem terram colebat.* Ac ea quidem quæ ad illos spectant plurimam habent historiam, imo narrationis œconomiam; quare discendi cupidos accuratius potest de hac historia liber ipse, qui *Genesis mundi* inscribitur, edocere. Satanas igitur ut Adamum et uxorem ejus vidit non solum vivere, sed etiam liberos suscepisse, invidia stimulatus quod mortem illis inferre non potuisset, tum cum Abelem videret Deo placere, ipsius fratrem, Cainum nomine, impulit et perduxit ut fratrem suum Abelem occi- C deret. Ab his initiis in hunc mundum inducta mors, totum hactenus genus humanum pervasit. Deus autem cum misericors sit, et quemadmodum Adamo, ita etiam et Caino aditum ad pœnitentiam et confessionem aperire vellet, ita eum allocutus est: *Ubi est Abel frater tuus?* Cain autem contumaciter et arroganter respondit Deo: *Nescio. Num ego custos sum fratris mei?* Hinc iratus Deus: *Quare,* inquit, *hoc fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quæ aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui de manu tua. Gemens et tremens eris in terra.* Ex hoc tempore timore perculsa terra, nullius jam hominis **370** sanguinem suscipit, sed nec ullius animalis. Ex quo patet culpam in ea non residere, sed in ho- D mine præceptum transiliente.

30. Ὁ οὖν Καΐν καὶ αὐτὸς ἔσχεν υἱὸν ᾧ ὄνομα Ἐνώχ· καὶ ᾠκοδόμησεν πόλιν, ἣν ἐπωνόμασεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ. Ἀπὸ τότε ἀρχὴ

30. *Caini posteri et artes ab eis inventæ.* — Ipse quoque Cain filium habuit cui nomen Enoch, ac urbem ædificavit, quam de nomine filii sui Enoch

(96) *Εὔαν ἐκκαλεῖται.* Contendit Wolfius reddendum esse *Evan vocatur.* Nimirum Satanas vocatur Evam ab iis qui ab eo incitati sic clamabant. Sed Theophilus non obscure indicat ipsum Satanam, dum in eis operatur, qui illius spiritu agebantur, efficere ut Evam illam peccati inceptricem vocent. Clemens Alexandrinus conceptis verbis declarat ipsam Evam invocari: Ἐπολολύζοντες Εὔαν, Εὔαν ἐκείνην, δι' ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε, *Ululantes Evam, Evam illam, per quam est error consecutus,* Protrept. pag. 9. Frustra ergo totum hunc locum immutat vir eruditus. Legit enim quasi scriptum esset: Διὰ τὸ πλανηθῆναι ταύτην τὴν Εὔαν. Eusebius *Præp. ev.* l. II, c. 3, citat hunc Clementis locum.

(97) *Δεύτερον.* Fellus et Wolfius addunt υἱόν, sed sine ulla auctoritate.

(98) *Οἰκονομίαν.* Supra num. 16, eadem voce utitur.

(99) *Οὐκέτι αἷμα.* Sanguis emissus statim coagulatur, nec terram facile subit. FELLUS.

(1) Ἢ *φανερόν.* Oxon. et Hamb. καὶ ἡ φανερόν.

Digitized by Google

appellavit. Hoc fuit initium urbium ædificandarum, idque ante diluvium; non ut Homerus mentitur ita canens :

Lingua haud dum variis structæ mortalibus urbes.

Genuit Enoch filium nomine Gaidad, a quo genitus est Meel; a Meel Mathusala, a Mathusala Lamech. Lamech autem duas sibi uxores accepit, quarum nomina Ada et Sela. Jam tum initium habuit uxorum multitudo, ac ipsa etiam musica. Nam Lamech nati sunt tres filii, quorum nomina Obel, Jubal, Thobel. Ac Obel quidem vir fuit in tabernaculis pecus nutriens; Jubal autem is est qui psalterium et citharam monstravit; Thobel fuit faber æris et ferri. Hactenus igitur recensetur Caini genus; reliquam autem ejus progeniem, eo quod fratrem suum occidisset, oblivio delevit. In locum autem Abelis dedit Deus Evæ ut conciperet et pareret filium, qui Seth appellatus est, a quo reliquum hominum genus hactenus propagatur. Omnes autem generationes si pernoscere voluerint qui discendi sunt cupidi, facile est eas ex Scripturis sanctis demonstrare. Jam enim a nobis aliqua ex parte instituta est, ut supra diximus, hæc disputatio, nempe genealogiæ series in primo *De historiis* libro. Hæc autem omnia docuit nos Spiritus sanctus, qui per Moysen et cæteros prophetas locutus est, ita ut nostræ, qui Deum colimus, litteræ omnibus scriptoribus et poetis antiquiores sint; sed et veriores demonstramus. Musicæ autem inventorem Apollinem fuisse nonnulli nugati sunt; alii ab Orpheo ex suavi avium concentu inventam dicunt; vana autem et inanis eorum oratio demonstratur; hi enim multis post diluvium annis fuerunt. De rebus autem Noe, qui Deucalion a nonnullis vocatur, disputatio a nobis in eo, quem diximus, libro instituta est, quam potes tu quoque inspicere si velis.

31. *Origo urbium, divisio linguarum, series regum.* —Post diluvium initium rursus urbium et regum ortum est in hunc modum. Prima urbs Babylon, tum Orech, Archath et Chalane in terra Senaar. Harum rex exstitit nomine Nebroth. Ex his prodiit is qui Assur vocatur, unde dicti Assyrii. Nebroth autem ædificavit urbes Ninive et Roboom et Calae et Dasen, quæ inter Niniven et Calae sita est. Ninive

A ἐγένετο τοῦ οἰκοδομεῖσθαι πόλεις, καὶ τοῦτο πρὸ κατακλυσμοῦ· οὐχ ὡς Ὅμηρος (2) ψεύδεται λέγων·

Οὐ γάρ πω πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων.

Τῷ δὲ Ἐνὼχ ἐγεννήθη υἱὸς ὀνόματι Γαϊδάδ (3), ὃς ἐγέννησε τὸν καλούμενον Μεήλ, καὶ Μεὴλ τὸν Μαθουσάλα, καὶ Μαθουσάλα τὸν Λάμεχ. Ὁ δὲ Λάμεχ ἔλαβεν ἑαυτῷ δύο γυναῖκας, αἷς ὀνόματα Ἀδᾶ, καὶ Σελλᾶ. Ἔκτοτε ἀρχὴ ἐγένετο τῆς πολυμιξίας, ἀλλὰ καὶ τῆς μουσικῆς. Τῷ γὰρ Λάμεχ ἐγένοντο τρεῖς υἱοί, Ὠβήλ, Ἰουβάλ, Θοβέλ. Καὶ ὁ μὲν Ὠβὴλ ἐγένετο

B ἀνὴρ ἐν σκηναῖς κτηνοτροφῶν· Ἰουβὰλ δέ ἐστιν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν· Θοβὲλ δὲ ἐγένετο σφυροκόπος, χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου. Ἕως μὲν οὖν τούτου ἔσχε τὸν κατάλογον τὸ σπέρμα τοῦ Καΐν· καὶ τὸ λοιπὸν εἰς λήθην αὐτοῦ γέγονε τὸ σπέρμα τῆς γενεαλογίας, διὰ τὸ ἀδελφοκτονῆσαι αὐτὸν τὸν ἀδελφόν. Εἰς τὸν τόπον δὲ τοῦ Ἄβελ, ἔδωκεν ὁ Θεὸς συλλαβεῖν τὴν Εὔαν καὶ τεκεῖν υἱόν, ὃς κέκληται Σήθ· ἀφ' οὗ τὸ λοιπὸν γένος τῶν ἀνθρώπων ὁδεύει μέχρι τοῦ δεῦρο. Τοῖς δὲ βουλομένοις φιλομαθέσι καὶ περὶ πασῶν τῶν γενεῶν, εὐκολόν ἐστιν ἐπιδεῖξαι διὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν. Καὶ γὰρ ἐκ μέρους ἡμῖν γεγένηται

C ἤδη λόγος ἐν ἑτέρῳ λόγῳ (4), ὡς ἐπάνω προειρήκαμεν, τῆς γενεαλογίας ἡ τάξις ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῇ περὶ ἱστοριῶν. Ταῦτα δὲ πάντα ἡμᾶς διδάσκει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν, ὥστε τὰ καθ' ἡμᾶς τοὺς θεοσεβεῖς ἀρχαιότερα γράμματα τυγχάνει, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀληθέστερα πάντων συγγραφέων καὶ ποιητῶν δείκνυται ὄντα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τῆς μουσικῆς, ἐφλυάρησάν τινες εὑρετὴν Ἀπόλλωνα γεγενῆσθαι· ἄλλοι δὲ Ὀρφέα ἀπὸ τῆς τῶν ὀρνέων ἡδυφωνίας φασὶν ἐξευρηκέναι τὴν μουσικήν. Κενὸς δὲ καὶ μάταιος ὁ λόγος αὐτῶν δείκνυται· μετὰ γὰρ πολλὰ ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ οὗτοι ἐγένοντο. Τὰ δὲ περὶ τοῦ Νῶε, ὃς κέκληται ὑπὸ ἑνίων Δευκαλίων, ἐν τῇ βίβλῳ ᾗ προειρήκαμεν, ἡ διήγησις ἡμῖν γεγένηται, ᾗ εἰ βούλῃ (5), καὶ σὺ δύνασαι ἐντυχεῖν.

31. Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀρχὴ πάλιν ἐγένετο πόλεων καὶ βασιλέων, τὸν τρόπον τοῦτον. Πρώτη πόλις Βαβυλὼν, καὶ Ὀρὲχ, καὶ Ἀρχὰθ (6), καὶ Χαλανὴ ἐν τῇ γῇ Σεναάρ. Καὶ βασιλεὺς ἐγένετο αὐτῶν ὀνόματι Νεβρώθ. Ἐκ τούτων ἐξῆλθεν ὀνόματι Ἀσσοὺρ, ὅθεν καὶ Ἀσσύριοι προσαγορεύονται. Νεβρὼθ δὲ ᾠκοδόμησεν πόλεις τὴν Νινευὶ καὶ τὴν Ῥοβὼμ, καὶ τὴν Καλὰχ, καὶ τὴν Δασὲν ἀνὰ μέ-

D

(2) *Ὁμηρος*. Existimat eruditus Hamburgensis editor Theophilum, labente memoria, de urbibus id generatim accipere, quod de sola Troja Homerus dixit. Sic enim legitur Iliad. v, v. 215 et 216.

Κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἰρὴ
Ἐν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων.
Condiditque Dardaniam, quia nondum Ilium sacrum
In campo conditum erat, oppidum diversilinguium hominum.

Fatendum est Homeri verba accurate a Theophilo non referri. Non tamen crediderim memoriam ei effluxisse; videtur potius hunc locum attente consideratum sic interpretari, quasi Homerus Trojam exempli loco nominet, ut urbes nondum conditas fuisse declaret. Quamvis enim sub Phoroneo, qui ante Dardanum fuit, nomadum vitam homines, ut testatur Tatianus n. 39, ferantur abjecisse, non tamen grande erratum a Theophilo commissum, si rem serius ab Homero collocari existimaverit.

(3) *Γαϊδάδ*. Ita ms. B. et LXX, in editis Γαΐδάς. Mox editiones Oxon. et Hamb. habent Μηλελεήλ, Σελλᾶ, Ἰωβήλ. Sed necesse non videtur immutare codicis. ms. et editorum nostrorum scripturam, quamvis aliter legatur in Bibliis.

(4) *Ἐν ἑτέρῳ λόγῳ*. De hoc Theophili opere vid. Præfationis tertiam partem, ubi de gestis et scriptis Theophili agimus.

(5) *Εἰ βούλῃ*. Cod. B. εἰ βούλει, recte.

(6) *Ἀργάθ*. Hamb. Ἀρκάθ.

Digitized by Google

σον Νινευὶ, καὶ ἀνὰ μέσον Καλάχ· ἡ δὲ Νινευὶ ἐγενήθη ἐν πρώτοις πόλις μεγάλη. Ἕτερος δὲ υἱὸς τοῦ Σὴμ υἱοῦ τοῦ Νῶε ὀνόματι Μεστραεὶμ ἐγέννησε τοὺς Λουδονεὶν, καὶ τοὺς καλουμένους Ἐνεμιγεὶν, καὶ τοὺς Λαβιεὶμ, καὶ τοὺς Νεφθαλεὶμ, καὶ τοὺς Πατροσωνιεὶμ (7), καὶ τοὺς Χασλωνιεὶν, ὅθεν ἐξῆλθε Φυλιστιεὶμ. Τῶν μὲν οὖν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε, καὶ τῆς συντελείας (8) αὐτῶν, καὶ γενεαλογίας, ἐγένετο ἡμῖν ὁ κατάλογος ἐν ἐπιτομῇ, ἐν ᾗ προειρήκαμεν βίβλῳ. Καὶ νῦν δὲ τὰ παραλελειμμένα ἐπιμνησθησόμεθα περί τε πόλεων καὶ βασιλέων, τῶν τε γεγενημένων ὁπότε ἦν χεῖλος ἓν καὶ μία γλῶσσα. Πρὸ τοῦ τὰς διαλέκτους μερισθῆναι, αὗται αἱ προγεγραμμέναι ἐγενήθησαν πόλεις. Ἐν δὲ τῷ μέλλειν αὐτοὺς διαμερίζεσθαι, συμβούλιον ἐποίησαν γνώμῃ ἰδίᾳ, καὶ οὐ διὰ Θεοῦ, οἰκοδομῆσαι πόλιν, καὶ πύργον, οὗ ἡ ἄκρα φθάσῃ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφικέσθαι, ὅπως ποιήσωσιν ἑαυτοῖς ὄνομα δόξης. Ἐπειδὴ οὖν παρὰ προαίρεσιν Θεοῦ βαρὺ ἔργον ἐτόλμησαν ποιῆσαι, κατέβαλεν αὐτῶν ὁ Θεὸς τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον κατέστρωσεν. Ἔκτοτε ἐνήλλαξεν τὰς γλώσσας τῶν ἀνθρώπων, δοὺς ἑκάστῳ διάφορον διάλεκτον. Σίβυλλα μὲν οὕτω σεσήμαγκε καταγγέλουσα ὀργὴν τῷ κόσμῳ μέλλειν ἔρχεσθαι· ἔφη δὲ οὕτως·

vero urbs fuit in primis magna. Semi autem filii Noe, filius alter nomine Mesraim genuit **371** Laudonim, Enemigim, Labiim, Nephtaliim, Patrosoniim, unde editus Philistiim. Tres igitur Noe filios eorumque exitum et genealogiam summatim recensuimus in eo quem diximus libro. Nunc autem quæ supersunt memorabimus, tum de urbibus et regibus, tum de iis quæ gesta sunt, cum unum labium esset ac lingua una. Antequam linguæ dividerentur, hæ urbes fuerunt, quas supra descripsimus. Cum autem instaret illud tempus ut homines in varias partes dispergerentur, consilium de sua propria, non de Dei sententia ceperunt urbis ædificandæ et turris cujus caput cœlum attingeret, ut sibi nomen inclytum parerent. Sed quia præter Dei voluntatem grave opus ausi fuerant aggredi, evertit Deus eorum urbem et turrim dejecit: eo tempore in hominum linguas varietatem induxit, data unuicuique diversa lingua. Atque hæc quidem Sibylla declaravit, cum iram mundo eventuram obnuntiaret; sic autem locuta est:

Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαὶ,
Ἃς ποτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς, ὅτε πύργον (9) *[ἔτευξαν*
Χώρῃ ἐν Ἀσσυρίῃ· ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
Καὶ βούλοντ' ἀναβῆναι ἐς οὐρανὸν (10) *ἀστε-[ρόεντα·*
Αὐτίκα δ' Ἀθάνατος μεγάλην ἐπέθηκεν ἀνάγκην
Πνεύμασιν· αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὑψόθι [πύργον
Ῥίψαν (11), *καὶ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὦρσαν.*
Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργος τ' ἔπεσεν, γλῶσσαί τ' ἀν-[θρώπων
Εἰς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους,
Γαῖα βροτῶν πλήρουτο μεριζομένων βασιλήων·

Sed quando magni Dei perficiuntur minæ,
Quas aliquando comminatus est mortalibus, quando [turrim fabricarunt
In terra Assyria. Erant autem omnes unius linguæ,
Et voluerunt scandere cœlum stelligerum.
Statim autem Immortalis magnam imposuit necessi-
Ventis. Venti magnam et altam turrim [tatem
Ubi dejecerunt, etiam inter mortales discordiam ex-[citarunt.
Rursus ubi turris cecidit, ac linguæ hominum
Mortalium in multas divisæ sunt dialectos,
Terra mortalibus impleta sub variis regibus.

καὶ τὰ ἑξῆς (12). Ταῦτα μὲν οὖν ἐγενήθη ἐν γῇ Χαλδαίων. Ἐν δὲ τῇ γῇ Χαναὰν ἐγένετο πόλις, ᾗ ὄνομα Χαρράν (13). Κατ' ἐκείνους δὲ τοὺς χρόνους πρῶτος βασιλεὺς Αἰγύπτου ἐγένετο Φαραὼ, ὃς καὶ Νεχαὼθ κατὰ Αἰγυπτίους ὠνομάσθη, καὶ οὕτως οἱ καθεξῆς βασιλεῖς ἐγένοντο (14). Ἐν δὲ τῇ γῇ Σεναὰρ ἐν τοῖς καλουμένοις Χαλδαίοις πρῶτος βασιλεὺς ἐγένετο Ἀριὼχ (15)· μετὰ δὲ τοῦτον ἕτερος Ἐλλάσαρ (16)·

Et quæ sequuntur. Atque hæc quidem gesta sunt in terra Chaldæorum. In terra autem Chanaan urbs fuit nomine Charra. Iis temporibus primus in Ægypto regnavit Pharao, qui et Nechaoth apud Ægyptios dictus est, sicque cæteri reges consecuti sunt. In terra autem Sennaar quam Chaldæi tenebant, primus rex fuit Arioch; post quem Ellasar, deinde Chodollagomor rex Ælan, tum Thargal rex gen-

(7) *Πατροσωνιεὶμ.* Sic Biblia et codex ms. Editi nostri *πατρωσωνιεὶμ*. Hæc nomina aliter a Theophilo ac in Bibliis citari facile animadvertet quisquis LXX interpretes consuluerit, nec necesse est singulas varietates hic observare. Tantum dicam Mesraim non Sem filium esse, sed Cham,

(8) *Συντελείας.* Merito rejectæ a Wolfio conjecturæ Felli legentis συγγενείας, et paulo post ἐν τῷ μέλλειν αὐτὰς διαμερίζεσθαι.

(9) *Ὅτε πύργον.* Editio Gallæi οἱ πύργον.

(10) *Ἐς οὐρανόν.* Cod. ms. εἰς οὐρανόν. Gallæus ἀναβῆν' ἐς οὐρανόν.

(11) *Ῥίψαν.* Edit. Hamburgensis ἔριψαν, atque ita etiam codex Bodleianus. Editio Tigurina ἔρριψαν.

(12) *Καὶ τὰ ἑξῆς.* His vocibus expunctis, substituitur alius hic versus in edit. Hamb. quem rejicere nolui:

Γαῖα βροτῶν πληροῦτο μεριζομένων βασιλήων.

(13) *Χαρράν.* Charræ Mesopotamiæ urbs Chanaææ quidem vicina, sed ab ea penitus distincta. Fel.

(14) *Ἐγένοντο.* Id est, cæteri reges ita se habuerunt, sive sub eodem nomine Pharaonis regnarunt. Legendum ἐλέγοντο prima specie conjiciebat cl. Wolfius, sed re attentius considerata, missam fecit conjecturam.

(15) *Ἀριὼχ.* Vel memoriter Theophilus has Scripturæ historias chartis suis illinebat, vel, quod verisimilius videtur, magna librarii vulnera fecerunt. Nam Arioch ille non primus recensetur a Moyse, sed post Amarphal regem Sennaar. Frustra autem Jac. Perizonius in *Originibus Babylon.* pag. 323, Theophilum nostrum exagitat, quasi hos quatuor reges sibi invicem putet successisse. Non enim eos temporibus divellit Theophilus, qui unius belli societate omnes conjungit, sed mihi videtur ordinem spectare, quem Moyses in eis numerandis secutus est. Theophilum dignitatis rationem habuisse existimavit Fellus.

(16) *Ἐλλάσαρ.* Ipse Arioch rex fuit Ellasar. Sed hæc, ut jam dixi, a librariis turbata. Iisdem tri-

Digitized by Google

tium, quæ dictæ sunt Assyriorum. Quinque aliæ urbes fuerunt in ea parte quam tenuit Cham filius Noe : prima Sodoma, cæteræ Gomorrha, Adama et Seboim et quæ Segor nuncupata est. Nomina regum qui istis urbibus præfuere sic habent : Ballas rex Sodomorum, Barsas rex Gomorrhæ, Senaar **372** rex Adamæ, Hymor rex Seboim, Balac rex Segor, quam urbem alio nomine vocarunt Kephalac. Ili servierunt regi Assyriorum Chodollagomor duodecim annis. Anno autem tertio et decimo defecerunt ab Assyrio, sicque factum est ut quatuor Assyriorum reges bellum cum quinque his regibus gererent. Hæc prima fuit origo bellorum in terra, et fregerunt gigantes Caranain, et cum eis in ipsa urbe gentes validas et Chorræos qui montes Seir dictos incolebant, usque ad Terebinthum illam, quæ in deserta regione sita Pharan appellatur. Erat illo tempore rex justus nomine Melchisedech in urbe Salem, quæ nunc Hierosolyma. Hic primus fuit omnium sacerdotum Dei altissimi, ab eoque Hierusalem appellata est ea, quam paulo ante diximus, Hierosolyma. Ab eodem sacerdotes in toto terrarum orbe exstiterunt. Post hunc regnavit Abimelech in Geraris; tum Abimelech alter. Deinde Ephron cognomento Chettæus. Primorum igitur regum nomina ita se habent. Cæteri autem Assyriorum reges, qui multis annis interjectis regnarunt, silentio prætermissi sunt, scriptoribus omnibus propiora ætati nostræ tempora commemorantibus. Reges autem Assyriorum fuerunt Teglaphasar, ac post eum Salmanasar, deinde Sennacherim. Hujus triarcha fuit Adramelech Æthiops, qui etiam Ægypti regnum obtinuit; quanquam hæc, quantum ad litteras nostras attinet, omnino recentia sint.

καὶ μετὰ τοῦτον Χοδολλαγόμορ βασιλεὺς Ἀδὰμ, καὶ μετὰ τοῦτον Θαργὰλ βασιλεὺς ἐθνῶν τῶν καλουμένων Ἀσσυρίων. Ἄλλαι δὲ πόλεις ἐγένοντο πέντε ἐν τῇ μερίδι τοῦ Χὰμ υἱοῦ Νῶε· πρώτη ἡ καλουμένη Σόδομα· ἔπειτα Γόμορρα, Ἀδαμὰ, καὶ Σεβωείμ, καὶ ἡ Σηγὼρ ἐπικληθεῖσα (17)· καὶ τὰ ὀνόματα τῶν βασιλέων αὐτῶν ἐστι ταῦτα· Βαλλὰς βασιλεὺς Σοδόμων, Βαρσὰς βασιλεὺς Γομόρρας, Σενναὰρ βασιλεὺς Ἀδάμας, Ὑμὸρ (18) βασιλεὺς Σεβωείμ, Βαλὰχ βασιλεὺς Σηγὼρ, τῆς Κεφαλὰχ κεκλημένης. Οὗτοι ἐδούλευσαν τῷ Χοδολλαγόμορ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων ἕως ἐτῶν δύο καὶ δέκα. Ἐν δὲ τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει ἀπὸ τοῦ Χοδολλαγόμορ ἀπέστησαν· καὶ οὕτως ἐγένετο τότε τοὺς τέσσαρας βασιλεῖς τῶν Ἀσσυρίων συνάψαι πόλεμον πρὸς τοὺς πέντε βασιλεῖς. Αὕτη ἀρχὴ ἐγένετο πρώτη τοῦ γίνεσθαι πολέμους ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ κατέκοψαν τοὺς γίγαντας Καραναεὶν, καὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἅμα αὐτοῖς ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς Χορραίους τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐπονομαζομένους Σηείρ, ἕως τῆς καλουμένης Τερεβίνθου τῆς Φαρὰν, ἥ ἐστιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐγένετο βασιλεὺς δίκαιος ὀνόματι Μελχισεδὲκ ἐν πόλει Σαλὴμ, τῇ νῦν Ἱεροσόλυμα. Οὗτος ἱερεὺς ἐγένετο πρῶτος πάντων ἱερέων τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου· ἀπὸ τούτου ἡ πόλις ὠνομάσθη Ἱερουσαλὴμ, ἡ προειρημένη Ἱεροσόλυμα. Ἀπὸ τούτου εὑρέθησαν καὶ ἱερεῖς γινόμενοι ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσεν Ἀβιμέλεχ ἐν Γεράροις· μετὰ δὲ τοῦτον ἕτερος Ἀβιμέλεχ. Ἔπειτα ἐβασίλευσεν Ἔφρὼν καὶ ὁ Χετταῖος ἐπικληθείς. Τὰ μὲν οὖν περὶ τούτων πρότερον γεγενημένων βασιλέων οὕτω τὰ ὀνόματα περιέχει. Τῶν δὲ κατὰ Ἀσσυρίους πολλῶν ἐτῶν μεταξὺ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς παρεσιγήθησαν τοῦ ἀναγραφῆναι, πάντων ἐσχάτων καθ' ἡμᾶς χρόνων (19) ἀπομνημονευόντων. Γεγονότες βασιλεῖς τῶν Ἀσσυρίων Θεγλαφάσαρ· μετὰ δὲ τοῦτον Σελαμανάσαρ· εἶτα Σενναχαρείμ. Τοῦ δὲ τρίαρχος ἐγένετο Ἀδραμέλεχ Αἰθίοψ, ὃς καὶ Αἰγύπτου ἐβασίλευσε· καίπερ ταῦτα, ὡς πρὸς τὰ ἡμέτερα γράμματα, πάνυ νεώτερά ἐστιν.

32. *Quomodo genus humanum dispersum.* — Inde igitur judicium de historiis ferre possunt, qui eruditionis et antiquitatis studiosi sunt, quod recentia sint, quæ a nobis sine sanctis prophetis dicuntur. Nam cum his primis temporibus pauci essent homines in Arabia et Chaldæa; postquam divisæ sunt eorum linguæ, paulatim augeri et multiplicari cœ-

32. Ἐντεῦθεν οὖν κατανοεῖν τὰς ἱστορίας ἐστὶ τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλαρχαίοις, ὅπου πρόσφατά ἐστι (20) τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν. Ὀλίγων γὰρ ὄντων ἐν πρώτοις τῶν τότε ἀνθρώπων ἐν τῇ Ἀραβικῇ γῇ καὶ Χαλδαϊκῇ, μετὰ τὸ διαμερισθῆναι τὰς γλώσσας αὐτῶν, πρὸς μέρος ἤρξαντο πολλοὶ γίνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι ἐπὶ πάσης τῆς γῆς·

buendum videtur quod Thargal rex gentium dicitur, quæ vocabantur Assyriæ. Illud τῶν καλουμένων Ἀσσυρίων videtur e margine in textum venisse, nec prorsus Theophili esse, qui paulo post quatuor illos reges vocat reges Assyrios.

(17) *Ἡ Σηγὼρ ἐπικληθεῖσα.* Omissa ante has voces Βαλάχ, unde etiam paulo post, gravius erratum incidit, dum ipsa urbs vocatur Kephala, eique rex Balach affingitur.

(18) *Ὑμόρ.* Codex ms. Ὑμοόρ. Biblia Συμοβόρ.

(19) *Ἐσχάτων καθ' ἡμᾶς χρόνων.* Lego ἔσχατον καθ' ἡμᾶς χρόνον. Vitium emendat cl. Wolfius, sic legendo : Πάντων δ' ἐσχάτων καθ' ἡμᾶς χρόνων ἀπομνημονεύονται γεγονότες βασιλεῖς Ἀσσυρίων. *Qui vero proximis a nobis temporibus Assyriorum reges fuerunt, omnes commemorantur.* Supra legendum ὁ καὶ Χετταῖος.

(20) *Ὅπου πρόσφατά ἐστι.* Cl. Wolfius, monitu Lacrozii, legendum putat εἴπου, *utrum.* Sic legerat Clauserus, qui ita reddit : *Hinc videre possunt... an ea, quæ a nobis traduntur per prophetas sanctos, sint nupera.* Sed vitium hujus loci residere videtur in his verbis διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν. Neque enim tolerabilis est hæc loquendi ratio : *Ea quæ a nobis dicuntur per sanctos prophetas.* Sed si una addita litterula legamus : Δίχα τῶν ἁγίων προφητῶν, *sine sanctis prophetis,* clara erit et illustris sententia Theophili, qui postquam Adramelechi historiam non ex sacris Scripturis, sed ex litteris externis petitam commemoravit, eam recentem esse addit, si comparetur cum scriptis propheticis, atque inde concludit summam esse antiquitatem sacræ Scripturæ, cum recens sit quidquid sine illius auctoritate profertur.

Digitized by Google

καὶ οἱ μὲν ἔκλιναν οἰκεῖν πρὸς ἀνατολάς, οἱ δὲ ἐπὶ τὰ μέρη τὰ τῆς μεγάλης ἠπείρου, καὶ τὰ πρὸς βόρειον, ὥστε διατείνειν μέχρι τῶν Βριττανῶν ἐν τοῖς Ἀρκτικοῖς κλίμασιν. Ἕτεροι δὲ γῆν Χαναναίαν, καὶ Ἰουδαίαν, καὶ Φοινίκην ἐπικληθεῖσαν, καὶ τὰ μέρη τῆς Αἰθιοπίας, καὶ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, καὶ τὴν καλουμένην διακεχαυμένην, καὶ τὰ μέχρι δυσμῶν κλίματα παρατείνοντα· οἱ δὲ λοιποὶ τὰ ἀπὸ τῆς παραλίου, καὶ τῆς Παμφυλίας, καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν Μακεδονίαν, καὶ τὸ λοιπὸν τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὰς καλουμένας Γαλλίας, καὶ Σπανίας, καὶ Γερμανίας· ὥστε οὕτω τὰ νῦν ἐμπεπλῆσθαι τὴν σύμπασαν τῶν κατοικούντων αὐτήν. Τριμεροῦς οὖν γεγενημένης τῆς κατοικήσεως τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς καταρχάς, ἕν τε ἀνατολῇ, καὶ μεσημβρίᾳ, καὶ δύσει, ἔπειτα (21) καὶ τὰ λοιπὰ μέρη κατῳκήθη τῆς γῆς, χυδαίων (22) τῶν ἀνθρώπων γενομένων. Ταῦτα δὲ μὴ ἐπιστάμενοι οἱ συγγραφεῖς βούλονται τὸν κόσμον σφαιροειδῆ λέγειν, καὶ ὥσπερ κύβῳ συγκρίνειν αὐτόν. Πῶς δὲ δύνανται ταῦτα ἀληθῆ φάσκειν, μὴ ἐπιστάμενοι τὴν ποίησιν τοῦ κόσμου μήτε τὴν κατοίκησιν αὐτοῦ; Πρὸς μέρος αὐξανομένων τῶν ἀνθρώπων, καὶ πληθυνομένων ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς προειρήκαμεν, οὕτω κατῳκήθησαν καὶ αἱ νῆσοι τῆς θαλάσσης καὶ τὰ λοιπὰ κλίματα.

A perunt in toto terrarum orbe; atque alii quidem ad orientem incolendum declinarunt, alii ad partes majoris continentis et septentrionem, ita ut usque ad Britannos pertenderent in Arcticas regiones: alii Chananæam regionem, quæ Judæa et Phœnicia cognominata est, tum partes Æthiopiæ, Ægypti et Libyæ, tum etiam eam regionem quæ torrida dicitur, et quæ ad occidentem pertinent loca; reliqui vero partim eos tractus, qui a maritimis regionibus et Pamphylia porriguntur, tum Asiam, Græciam, Macedoniam, partim Italiam, Gallias, Hispanias, Germanias, tenuerunt, ita ut nunc totus orbis terrarum incolis repleatur. Cum igitur initio tripartita esset hominum habitatio in terra, ad orientem, ad meridiem et occidentem; postea cæteræ etiam B partes incoli cœperunt hominibus redundantibus. Hæc cum ignorent scriptores, mundum sphæricum dicere **373** non dubitant, et cubo similem pronuntiare. Qui possint autem in his vera dicere, cum ignorent creationem mundi ejusque habitationem? Paulatim crescentibus, ut diximus, et multiplicatis in terra hominibus, maris quoque insulæ ac cæteræ regiones similiter habitari cœperunt.

33. Τίς οὖν πρὸς ταῦτα ἴσχυσε τῶν καλουμένων σοφῶν, καὶ ποιητῶν ἢ ἱστοριογράφων τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, πολὺ μεταγενεστέρων αὐτῶν γεγενημένων, καὶ πληθὺν θεῶν εἰσαγαγόντων, οἵτινες μετὰ τοσαῦτα ἔτη αὐτοὶ ἐγεννήθησαν τῶν πόλεων, ἔσχατοι καὶ τῶν C βασιλέων καὶ ἐθνῶν καὶ πολέμων; Ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς μεμνῆσθαι πάντων καὶ τῶν πρὸ κατακλυσμοῦ γεγονότων· περί τε κτίσεως κόσμου, καὶ ποιήσεως ἀνθρώπου, τά τε ἐξῆς συμβάντα ἀκριβῶς ἐξειπεῖν τοὺς παρ' Αἰγυπτίοις προφήτας ἢ Χαλδαίους (23), τούς τε ἄλλους συγγραφεῖς, εἴπερ θείῳ καὶ καθαρῷ πνεύματι ἐλάλησαν, καὶ τὰ δι' αὐτῶν ῥηθέντα ἀληθῆ ἀνήγγειλαν· καὶ οὐ μόνον τὰ προγενόμενα, ἢ ἑστῶτα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπερχόμενα τῷ κόσμῳ ἐχρῆν αὐτοὺς προκαταγγεῖλαι. Διὸ δείκνυται πάντας τοὺς λοιποὺς πεπλανῆσθαι· μόνους δὲ Χριστιανοὺς τὴν ἀλήθειαν κεχωρηκέναι, οἵτινες ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου διδασκόμεθα, τοῦ λαλήσαντος ἐν τοῖς ἁγίοις προφήταις καὶ τὰ πάντα προκαταγγελόντος.

33. *Frustra horum cognitio quæratur apud exteros scriptores.* — Quis igitur ex iis, qui sapientes et poetæ et historici dicuntur, verum in his rebus dicere potuit, cum multo posteriores exstiterint, ac turbam deorum induxerint qui tot annis post urbes geniti fuere, et regibus et gentibus et bellis juniores sunt? Oportebat enim mentionem ab illis omnium fieri, etiam eorum quæ ante diluvium evenerunt; de mundi autem origine ac hominis formatione, iisque rebus, quæ postea consecutæ sunt, accurate Ægyptiorum prophetæ et Chaldæi cæterique scriptores disserere debuerunt, si quidem divino et puro spiritu loquebantur ac vera nuntiabant. Nec præterita solum aut præsentia, sed ea etiam, quæ mundo eventura erant, prænuntiata ab *eis* oportebat. Ex quo patet cæteris omnibus errorem illusisse, Christianos autem veritatem solos apprehendisse; quippe cum a Spiritu sancto doceamur, qui locutus est in sanctis prophetis ac omnia prænun-D tiavit.

34. Καὶ τὸ λοιπὸν ἔστω σοι φιλοφρόνως ἐρευνᾷν τὰ τοῦ Θεοῦ, λέγω δὲ τὰ διὰ τῶν προφητῶν ῥηθέντα, ὅπως, συγκρίνας τά τε ὑπὸ ἡμῶν (24) λεγόμενα καὶ τὰ ὑπὸ τῶν λοιπῶν, δυνήσει εὑρεῖν τὸ ἀληθές. Τὰ μὲν οὖν ὀνόματα τῶν καλουμένων θεῶν, ὅτι παρ' αὐτοῖς ὀνόματα ἀνθρώπων εὑρίσκεται, καθὼς ἐν τοῖς ἐπάνω ἐδηλώσαμεν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἱστοριῶν, ὧν συνέγρα-

34. *Prophetæ Dei cultum et vitæ sanctioris normam docuerunt.* — Cæterum auctor tibi sum, res divinas, id est, ea quæ a prophetis dicta sunt, summo studio scruteris, ut contentione facta et eorum quæ a nobis et eorum quæ a cæteris dicuntur, verum invenire possis. Eorum igitur quos vocant deorum nomina, hominum, qui apud eos fuerunt,

(21) *Ἔπειτα.* Cod. ms. μετέπειτα.

(22) *Χυδαίων.* Ita scripsit Cl. Wolfius pro eo quod legebatur in omnibus editis χυδέων.

(23) *Προφήτας ἢ Χαλδαίους.* Cum Clauserus sic reddidisset, *Ægyptiorum aut Chaldæorum vates*, probavit Ducæus Chaldæos nomen esse quod sua sponte artem divinandi designat. Profert vir longe doctissimus in hanc sententiam hæc Clementis verba ex *Strom.* I, pag. 223: Προέστησαν δὲ τῆς φιλοσοφίας Αἰγυπτίων τε οἱ προφῆται καὶ Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι. Vide Tatianum pag. 243.

(24) *Ὑπὸ ἡμῶν.* Ita ex codice Bodl. emendavit Wolfius. Editi ὑπὸ ὑμῶν.

Digitized by Google

nomina inveniri, ut supra demonstravimus, ex ipsis historiis, quas scripsere, ostenderunt. Hactenus autem eorum imagines quotidie effinguntur, mera simulacra, *opera manuum hominum*. Atque iis quidem cultum adhibet hominum ineptorum multitudo. Creatorem autem et opificem universorum et altorem omnis spiritus flocci faciunt creduli vanis sententiis, et accepto a patribus stultæ opinionis errore decepti. Deus autem et pater et conditor universorum, non deseruit humanum genus, sed legem dedit, ac sanctos prophetas misit, qui nuntiarent generi humano et præciperent, ut quisque nostrum expergefactus unum esse Deum agnosceret. Ab iisdem edocti sumus ut ab infando simulacrorum cultu, ab adulterio, cæde, stupro, furto, avaritia, perjurio, iracundia, lascivia omni et impuritate abstineamus, et quæ sibi quisque fieri nolit, ea alteri ne faciat; sicque justitiæ cultor æterna supplicia effugiat, et vitam æternam a Deo consequatur.

35. *Præceptorum specimina ex libris propheticis.*— Vetat igitur lex divina, non solum simulacra, sed etiam elementa, solem et lunam, ac cæteras stellas adorari, aut cœlo aut terræ, aut mari aut fontibus, aut fluminibus cultum adhiberi; sed is qui vere Deus est ac universorum **374** conditor, solus sancto pectore et sincero animo colendus. Quamobrem sancta lex ait : *Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces uxorem proximi tui* [20]. Similiter et prophetæ. Salomon ne oculorum quidem nutu peccandum esse nos docet his verbis : *Oculi tui recta videant : palpebræ tuæ annuant justa* [21]. Moyses qui et ipse propheta exstitit, de singulari Dei imperio sic loquitur : *Hic Deus vester qui firmat cœlum et condit terram : cujus manus ostenderunt universam militiam cœli : nec ea vobis monstravit ut post ea abiretis.* Ipse etiam Isaias ait : *Sic dicit Dominus Deus, qui firmavit cœlum et fundavit terram et quæ in ea, et dat spirationem populo qui super eam, et spiritum calcantibus eam : his Dominus Deus vester est* [22]. Et rursus per eumdem : *Ego*, inquit, *feci terram et hominem super eam. Ego manu mea firmavi cœlum* [23]. Et in alio capite : *Hic est Deus vester qui construxit extrema terræ; non esuriet, nec fatigabitur : nec est investigatio ejus prudentiæ* [24]. Similiter Jeremias ait : *Qui fecit terram in fortitudine sua : qui erexit orbem in sapientia sua, et in prudentia sua extendit cœlum et multitudinem aquæ in cœlo;*

A ψαν, ἀπεδείξαμεν (25). Αἱ δὲ εἰκόνες αὐτῶν τὸ καθ' ἡμέραν ἕως τοῦ δεῦρο ἐκτυποῦνται, εἴδωλα, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Καὶ τούτοις μὲν λατρεύει τὸ πλῆθος τῶν ματαίων ἀνθρώπων· τὸν δὲ ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων καὶ τροφέα πάσης πνοῆς ἀθετοῦσι, πειθόμενοι δόγμασι ματαίοις διὰ πλάνης πατροπαραδότου γνώμης ἀσυνέτου. Ὁ μέντοι γε Θεὸς καὶ πατὴρ καὶ κτίστης τῶν ὅλων οὐκ ἐγκατέλιπε τὴν ἀνθρωπότητα, ἀλλὰ ἔδωκεν νόμον, καὶ ἔπεμψε προφήτας ἁγίους πρὸς τὸ καταγγεῖλαι καὶ δεῖξαι (26) τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, εἰς τὸ ἕνα ἕκαστον ἡμῶν ἀνανῆψαι καὶ ἐπιγνῶναι, ὅτι εἷς ἐστι Θεός· οἱ καὶ ἐδίδαξαν ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς ἀθεμίτου εἰδωλολατρείας, καὶ μοιχείας, καὶ φόνου, πορνείας, κλοπῆς, φιλαργυρίας, ὅρκου ψεύδους (27), ὀργῆς, καὶ πάσης ἀσελγείας, καὶ ἀκαθαρσίας· καὶ πάντα ὅσα ἂν μὴ βούλεται ἄνθρωπος ἑαυτῷ γίνεσθαι, ἵνα μηδὲ ἄλλῳ ποιῇ καὶ οὕτως ὁ δικαιοπραγῶν ἐκφύγῃ τὰς αἰωνίους κολάσεις, καὶ καταξιωθῇ τῆς αἰωνίου ζωῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ.

B

35. Ὁ μὲν οὖν θεῖος νόμος οὐ μόνον κωλύει τὸ εἰδώλοις προσκυνεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχείοις, ἡλίῳ, σελήνῃ ἢ τοῖς λοιποῖς ἄστροις· ἀλλ' οὔτε τῷ οὐρανῷ, οὔτε γῇ, οὔτε θαλάσσῃ, ἢ πηγαῖς, ἢ ποταμοῖς θρησκεύειν, ἀλλ' ἢ μόνῳ τῷ ὄντως Θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων χρὴ λατρεύειν (28) ἐν ὁσιότητι καρδίας καὶ εἰλικρινεῖ γνώμῃ. Διό φησιν ὁ ἅγιος νόμος· *Οὐ μοιχεύσεις· οὐ φονεύσεις· οὐ κλέψεις· οὐ ψευδομαρτυρήσεις· οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου.* Ὁμοίως καὶ οἱ προφῆται. Σολομὼν μὲν οὖν καὶ τὸ διὰ νεύματος μὴ ἁμαρτάνειν διδάσκει ἡμᾶς, λέγων· *Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν· τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια.* Καὶ Μωϋσῆς δὲ καὶ αὐτὸς προφήτης περὶ μοναρχίας Θεοῦ λέγει· *Οὗτος ὁ Θεὸς ὑμῶν* (29) *ὁ στερεῶν τὸν οὐρανὸν, καὶ κτίζων τὴν γῆν, οὗ αἱ χεῖρες κατέδειξαν πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ παρέδειξεν ὑμῖν αὐτὰ τοῦ ὀπίσω αὐτῶν πορεύεσθαι.* Ἡσαΐας δὲ καὶ αὐτός φησιν· *Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ στερεώσας* (30) *τὸν οὐρανὸν, καὶ θεμελιώσας τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ὑπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν· οὕτος Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν.* Καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ· *Ἐγὼ, φησὶν, ἐποίησα γῆν καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῇ. Ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν.* Καὶ ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ· *Οὕτος ὁ Θεὸς ὑμῶν ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς· οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδ' ἔστιν ἐξεύρησις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ.* Ὁμοίως καὶ Ἱερεμίας, καὶ

C

D

[20] Exod. xx, 14. [21] Prov. iv, 25. [22] Isa. xlii, 15. [23] Isa. xlv, 12. [24] Isa. xl, 28.

(25) *Ἀπεδείξαμεν.* Vix dici potest quam incommode verbum illud repetatur, cui aliud simile paulo ante occurrit, nempe ἐδηλώσαμεν. At legendo ἀπέδειξαν restituitur sententia.

(26) *Δεῖξαι.* Legendum διδάξαι.

(27) *Ὅρκου ψεύδους.* Aliæ editiones ὅρκου, ψεύδους. Infra n. 37, περὶ ἀδίκου ὅρκου.

(28) *Χρὴ λατρεύειν.* Displicet verbum illud χρή, quod aut expungendum videtur, aut leg. ἀλλὰ μόνῳ.

(29) *Οὕτος ὁ Θεὸς ὑμῶν.* Videtur Theophilus sensum magis quam verba Moysis referre. Ac creatio quidem plurimis in locis docetur. Astrorum cultus prohibetur Deuter. iv, 19 et xvii, 3, quæ loca a Fello, Ducæo et Wolfio indicata.

(30) *Στερεώσας.* Bibl. ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ στερεώσας τὴν γῆν. Mox leg. ἐπ' αὐτῆς.

Digitized by Google

φησιν· Ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐπὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, ἀνορθώσας τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ φρονήσει (31) αὐτοῦ ἐξέτεινεν τὸν οὐρανὸν, καὶ πλῆθος ὕδατος ἐν οὐρανῷ, καὶ ἀνήγαγε νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς· ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησε, καὶ ἐξήγαγεν ἀνέμους (32) ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. Ὁρᾷν ἔστι πῶς φίλα καὶ σύμφωνα ἐλάλησαν πάντες οἱ προφῆται, ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ πνεύματι ἐκφωνήσαντες περί τε μοναρχίας Θεοῦ καὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, καὶ τῆς ἀνθρώπου ποιήσεως. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὠδίνειν, πενθοῦντες τὸ ἄθεον γένος τῶν ἀνθρώπων· καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναι σοφοὺς, διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς πλάνην καὶ πώρωσιν (33) τῆς καρδίας, κατῃσχυναν. Ὁ μὲν Ἱερεμίας ἔφη· Ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως αὐτοῦ· κατῃσχύνθη πᾶς χρυσοχόος ἀπὸ τῶν γλυπτῶν αὐτοῦ· εἰς μάτην ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ (34)· οὐκ ἔστι πνεῦμα ἐν ἑαυτοῖς, ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀπολοῦνται. Τὸ αὐτὸ καὶ ὁ Δαβὶδ (35) λέγει· Ἐφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. Ὁμοίως καὶ Ἀββακούκ· Τί ὠφελεῖ γλυπτὸν ἄνθρωπον, ὅτι ἔγλυψεν αὐτὸ φαντασίαν ψευδῆ; Οὐαὶ τῷ λέγοντι τῷ ξύλῳ· Ἔξεγέρθητι, καὶ τῷ ξύλῳ· Ὑψώθητι. Ὁμοίως εἶπον καὶ οἱ λοιποὶ τῆς ἀληθείας προφῆται. Καὶ τί μοι τὸ πλῆθος καταλέγειν τῶν προφητῶν πολλῶν ὄντων, καὶ μυρία φίλα καὶ σύμφωνα εἰρηκότων; Οἱ γὰρ βουλόμενοι δύνανται, ἐντυχόντες τοῖς δι' αὐτῶν εἰρημένοις, ἀκριβῶς γνῶναι τὸ ἀληθὲς, καὶ μὴ παράγεσθαι (36) ὑπὸ διανοίας καὶ ματαιοπονίας. Οὗτοι οὖν οὓς προειρήκαμεν προφῆται ἐγένοντο ἐν Ἑβραίοις, ἀγράμματοι καὶ ποιμένες καὶ ἰδιῶται.

A *et eduxit nubes ab extremo terræ; fulgura in pluviam fecit, et eduxit ventos de thesauris suis* [28]. Videre est quam amica inter se et consona prophetæ omnes locuti sint, uno et eodem spiritu de singulari Dei imperio, mundi origine, et hominis creatione pronuntiantes. Quin etiam intimis sensibus angebantur, cum impium hominum genus lugerent, ac eos qui videbantur esse sapientes, propter eorum errorem et cor induratum ignominia notaverunt. Jeremias quidem sic loquitur : *Infatuatus est omnis homo a scientia sua, pudore suffusus est omnis opifex ob sculptilia sua; frustra argentarius faber argentum fabricatur; non est spiritus in eis; in die visitationis suæ interibunt* [26]. Idem dicit David : *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis*
B *suis; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum; omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt* [27]. Similiter Habacuc : *Quid prodest homini sculptile quia sculpsit illud? Formavit illud imaginem falsam; væ qui dicit lapidi, Expergiscere, et signo, Elevare* [28]. Similiter locuti cæteri Veritatis prophetæ. Et quid multitudinem prophetarum enumerem, qui et multi fuerunt, et de rebus innumeris amice inter se et consentanee dixerunt? Possunt enim qui volunt, si eorum dicta consulant, veritatem accurate cognoscere, nec cogitationum æstu, et operosis nugis abripi. Hi igitur quos prædiximus prophetæ apud Hebræos exstiterunt, illitterati homines et pastores et imperiti.

36. Σίβυλλα δὲ ἐν Ἕλλησι, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γενομένη προφῆτις, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς ὀνειδίζει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λέγουσα·

C **375** 36. *Sybillæ præcepta consentanea propheticis oraculis.*—Sibylla autem, quæ apud Græcos et cæteras gentes vates exstitit, sic initio prophetiæ suæ in humanum genus invehitur:

Ἄνθρωποι (37) θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες;
Οὐ τρέμετ', οὐδὲ φοβεῖσθε Θεὸν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν,
Ὕψιστον, γνώστην, πανεπόπτην (38), μάρτυρα πάντων,
Παντοτρόφον, κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασι
Κάθετο, χ' ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν;
Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει (39), ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,

Homines mortales et carnei, qui nihil estis,
Quomodo cito efferimini, vitæ finem non respicientes?
Non tremitis, nec timetis Deum inspectorem vestrum,
Altissimum, cognitorem, omnium speculatorem, testem omnium,
Nutritorem omnium, creatorem, qui dulcem spiritum in omnibus
Posuit, et ducem mortalium omnium constituit?
Unus Deus, qui solus imperat, magnitudinem excedens, ingenitus,

[28] Jer. x, 12. [26] Jerem. x, 13 et li, 16, 17. [27] Psal. xiv, 2. [28] Habac. ii, 28.

(31) Ἐν τῇ φρονήσει. Deest præpositio in Bibliis. Paulo ante posui ἀνορθώσας, ut habetur in Bibliis, pro edito ἀνορθῶσαι. Leg. ὃς καὶ φησιν.

(32) Ἐξήγαγεν ἀνέμους. In Bibliis ἐξήγαγε φῶς.

(33) Πώρωσιν. Ita cod. ms. et editiones Tigur. et Hamb. Aliæ πήρωσιν. Cl. Wolfius monet Theophilum respicere ad Ephes. iv, 18, Vid. lib. i, n. 7.

(34) Εἰς μάτην ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ. Pro his vocibus habemus in Bibliis ὅτι ψευδῆ ἐχώνευσεν; sed hæc, ut observat cl. Wolfius, desumpta ex ejusdem Jeremiæ vi.

(35) Καὶ ὁ Δαβίδ. Conjunctionem, quæ deerat in editis, suppeditavit codex ms., ex quo etiam desumpta præpositio ante ἐπιτηδεύμασιν.

(36) Παράγεσθαι. Ita cod. ms. et editiones Oxon. et Hamb. Aliæ vitiose παραγενέσθαι. Hoc tamen
D verbum defendit cl. Wolfius, et hunc sensum affert: *Qui legerit prophetarum scripta, is intelliget verum et (eadem scilicet opera intelliget) ea non ab ingeniis hominum et vana opera profecta esse.* Non videtur probabilis hæc interpretatio.

(37) Ἄνθρωποι. Primus hic versus citatur a Clemente Alex. *Strom.* iii, pag. 432. Wolfius.

(38) Πανεπόπτην. Ita Gallæus. Editi nostri παντόπτην, excepta tamen edit. Tigurina, quæ habet παντεπόπτην, quod etiam in ms. Bodl. legitur.

(39) Ἄρχει. Legitur apud Justinum et Lactantium lib. i, cap. 6, ἐστὶν, atque ita editiones Oxon. et Hamb. Sed tamen contendit eruditus Wolfius retinendum esse ἄρχει, ac Opsopœum citat, quo teste codices mss. Lactantii habent ἀρχὴ, librariorum incuria, pro ἄρχει. Sed si codices mss. Lactan-

Digitized by Google

Omnipotens, invisibilis, videns solus ipse omnia,
Ipse autem non videtur ab ulla carne mortali.

Quæ enim caro potest cœlestem et verum

Oculis videre Deum immortalem, qui cœlum habitat?

Sed ne ex adverso quidem radiorum solis
Stare homines possunt, mortales geniti
Viri, qui in pectoribus venæ et carnes sunt.

Hunc solum exsistentem colite ducem mundi,
Qui solus in sæculum et ex sæculo fuit,
Ex se genitus, ingenitus, omnia tenens semper,

Omnibus hominibus judicium describens in luce com-
muni.
Mali consilii dignam habebitis mercedem,
Quia Deum omittentes verum et æternum
Celebrare, ipsique immolare sacras hecatombas,
Dæmonibus sacrificastis, iis qui in inferno.
Superbia et furore perciti inceditis, et callem rectum
Deserentes abiistis per spinas
Ac per fossas. Quid erratis? Mortales, desinite vani

Errare in tenebris, et obscura nocte nigraque;
Relinquite tenebras noctis, et lucem prehendite.
Ecce hic omnibus conspicuus et erroris expers.
Venite, nec tenebras sequimini et caliginem semper,
Solis dulce visu esse lumen egregie splendet.
Cognoscite ponentes sapientiam in pectoribus vestris.

Unus Deus est, imbres, ventos, terræ motus immit-
tens,
Fulgura, fames, pestes et luctus tristes,
Et nives et glaciem. Et quid singula commemoro?

376 *Cœlum gubernat, terram tenet, ipse exsistit.*

Et in eos qui geniti dicuntur, sic locuta est:

Si genitum omnino corrumpitur, non potest hominis

Ex lumbis et matrice Deus formatus esse.
Sed Deus solus, unus, excelsissimus, qui fecit

Cœlum et solem et astra et lunam,
Fertilem terram et marinas ponti procellas,

Montes excelsos, et perennes scaturigines fontium;

A Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπά-
[σης.
Τίς γὰρ σὰρξ (40) δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ
[ἀληθῆ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν Θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον
[οἰκεῖ;
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ἄνθρωποι στῆναι δυνατοί (41), θνητοὶ γεγαῶτες
Ἄνδρες, ἐν ὀστήεσσι (42) φλέβες καὶ σάρκες
[ἐόντες.
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτέχθη (43),
Αὐτογενὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διαπαν-
τὸς (44),
Πᾶσι βροτοῖσιν ἐπὶ τὸ κριτήριον (45) ἐν φαΐ
[(46) κοινῷ.
Τῆς κακοβουλοσύνης δὲ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Ὅτι, Θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας,
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε, τοῖσιν ἐν ᾅδῃ (47).
B Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε τὴν δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων· τί πλανᾶσθε (48); Βροτοὶ, παύ-
[σασθε μάταιοι
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ καὶ ἀφεγγεῖ νυκτὶ μελαίνῃ·
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.
Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφὴς, ἀπλάνητος ὑπάρχει.
Ἔλθετε, μὴ σκοτίην δὲ διώκετε, καὶ γνόφον αἰεί,
Ἠελίου γλυκυδερκὲς ἰδοὺ φάος ἔξοχα λάμπει.
Γνῶτε δὲ κατθέμενοι (49) σοφίην ἐν στήθεσιν
[ὑμῶν·
Εἷς Θεός ἐστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπι-
[πέμπων.
Ἀστεροπὰς, λιμοὺς, λοιμοὺς, καὶ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφετοὺς, κρύσταλλα. Τί δὴ (50) καθ' ἕν ἑξα-
[γορεύω;
Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, αὐτὸς ὑπάρχει (51).
Καὶ πρὸς τοὺς γενητοὺς λεγομένους ἔφη·
C Εἰ δὲ γενητὸν ὅλως καὶ φθείρεται, οὐ δύνατ' ἀν-
[δρὸς
Ἐκ μηρῶν, μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.
Ἀλλὰ θεὸς μόνος, εἷς, πανυπέρτατος, ὃς πεποίη-
[κεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόν-
[του,
Οὐρεά θ' ὑψήεντα (52), καὶ ἀένναα χεύματα πη-
[γῶν·

tii habent ἀρχή, nolim hanc scripturam in librariorum incuriam rejicere, eique præferre verbum ἄρχει. Nam de Deo non incommode dici potest: Ὃς μόνος ἀρχή, *solus est principium.*

(40) Τίς γὰρ σάρξ. Hi quatuor versus citantur a Clemente Alex. *Protrept.* p. 47, et *Strom.* 5, pag. 601, et Euseb. *Præp.* lib. XIII, ut eruditi viri Fellus et Wolfius monuerunt.

(41) Δυνατοί. Ita et versus Sibyllini et Clemens locis citatis et editiones Oxon. et Hamb. Aliæ δύνανται.

(42) Ἐν ὀστήεσσι. Ita Wolfius, melius quam editio Oxoniensis ἐν ὀστέοις, aut aliæ ἑνὸς τήεσσι. Sed legendum ἐνὶ στήθεσσι, *in pectoribus*, non vero *in ossibus.*

(43) Ἐτέχθη. Legitur ἔτυχεν apud Lactantium loco jam citato. Legitur ἐτύχθη in versibus Sibyllinis ex conjectura Turnebi. Sed observat Wolfius hujus formæ ἐτύχθη a τυγχάνω vix dari posse exemplum. De Deo sane non belle dicitur, ἐτέχθη, sed id eodem sensu accipiendum, quo sequens αὐτογενής. Hinc etiam apud Justinum *Cohort.* num. 11, hunc versum habemus ab oraculo quodam, ut erat opinio, pronuntiatum: αὐτογένητον ἄναχτα σεβαζόμενοι Θεὸν αὐτόν.

(44) Διαπαντός. Opsopœus pro his vocibus legendum putat ἀποίητος.

(45) Ἐπὶ, τὸ κριτήριον. Legendum videtur νέμων τὸ κριτήριον

(46) Ἐν φαΐ. Ita cod. ms. et editiones Oxon. et Hamb. Quanquam Wolfius existimat retineri posse ἐν φάει, ut habent aliæ editiones; suspicatur enim veteres in hac diphthongo ει corripienda idem sibi licentiæ sumpsisse ac in diphthongis αι et οι.

(47) Ἐν ᾅδῃ. Editiones Oxon. et Hamb. ἐν ᾄδου.

(48) Τὴν δι' ἀκανθῶν καὶ σκολόπων· τί πλανᾶσθε; Sic emendavimus ope S. Clementis Alex. *Protrept.* pag. 17, quod vitiose in editis nostris legebatur: Καὶ δι' ἀκανθῶν καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε. Mox apud eumdem βροτέων.

(49) Κατθέμενοι. Male in editionibus Parisiensibus ann. 1615 et 1636, καθέμενοι. Sic etiam apud Gallæum.

(50) Κρύσταλλα. Τί δή. Ita recte noster, pro quo Clemens *Protrept.* p. 50, κρύσταλλά τε, τί. Wolfius.

(51) Αὐτὸς ὑπάρχει. Legendum esse ἅιδος ἄρχει, *imperat orco*, merito contendit Eustathius Swartius in *Analectis* p. 31. Ib.

(52) Ὑψήεντα. In *Orac. Sibyl.* ὑλήεντα ex conjectura Opsopœi, qui erratum in notis emendavit, et vocem ὑψήεντα agnovit non multo post occurrere. Ib.

Digitized by Google

Τῶν τ' ἐνύδρων πάλι γεννᾷ ἀνήριθμον πολὺ πλῆ- [θος·
Ἑρπετὰ δὲ γαίης (53) κινούμενα ψυχροτροφεῖς [τε (54),
Ποικίλα τε κτηνῶν λιγυροθρόα, τραυλίζοντα,
Ξουθὰ, λιγυρόφωνα (55), ταράσσοντ' ἀέρα ταρσοῖς·
Ἐν δὲ πάπαις ὀρέων ἀγρίαν γέννην θέτο θηρῶν·
Ἡμῖν τε κτήνη ὑπέταξεν (56) πάντα βροτοῖσιν·
Πάντων δ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ' ὑπαὶ τάξεν (57), παμποίκιλα κ' οὐ κα- [ταληπτά (58).
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα;
Ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρ- [χῆς,
Ἄφθαρτος, κτίστης, ἀἰώνιος, αἰθέρα (59) ναίων·
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλείονα [μισθόν·
Τοῖς δὲ κακοῖς, ἀδίκοις τε, χόλον καὶ θυμὸν ἐγεί- [ρων,
Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἠ ἄλγεα (60) δακρυό- [εντα
Ἄνθρωποι, τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε (61);
Αἰσχυνθῆτε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες·
Οὐ μανίη καὶ λύσσα φρενῶν, καὶ ἐτώσια βάρη (62),
Εἰ λοπάδας (63) κλέπτουσι θεοὶ, συλοῦσι δὲ χύ- [τρας;
Ἀντὶ δὲ χρυσήεντα πόλον κατὰ πίονα ναίειν (64)
Σηπόβρωτα δέδορκε, πυκναῖς δ' ἀράχναις δεδία- [σται (65).
Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους, ἀνόητοι,
Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Κ' ἐν παρόδοις λίθων συγχώματα (66). Ταῦτα σέ- [βεσθε,
Ἄλλα τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγο- [ρεύειν.
Καί γε θεοὶ (67) μερόπων δολοήτορές εἰσιν ἀβούλων,
Τῶν δὴ κ' ἐκ στόματος χεῖται (68) θανατηφόρος [ἰός.
Οὐδ' ἔστι (69) ζωὴ τε, καὶ ἄφθιτον ἀέναον φῶς,

Etiam aquatilium generat innumerabilem multitudinem.
Et reptilia, quæ in terra moventur et in humidis locis, nutrit,
Varia etiam animalia, suaviter resonantia et balbutientia,
Pulchra, alis dulce crepantia, et aerem pennis turbantia;
In saltibus autem montium silvestre genus posuit ferarum;
Nobis jumenta subjecit omnia mortalibus;
Omniumque ducem constituit a se conditum,
Viroque subjecit admodum varia et innumerabilia.
Nam quæ mortalium caro hæc omnia cognoscere potest?
Sed ipse solus novit qui fecit hæc ab initio,
Incorruptus, creator, æternus, æthera inhabitans,
Bonis bonam proferens et multiplicem mercedem,
In malos autem et injustos iram et furorem excitans,
Et bellum et pestem et dolores lacrymosos.
Homines quid frustra erecti radicitus peritis?
Pudeat vos felès et animalia insecta in deos referre;
Nonne id furor est et rabies animorum et stultæ onera?
Lances furantur dii, ollasque diripiunt!
Et cum auratum cœlum et pingue colere deberent,
Vermibus exesa respiciunt, et araneis prætexta!
Adoratis serpentes, canes, feles, insani,
Volucres quoque colitis et reptilia animalia terræ,
Et lapideas statuas, et simulacra manu facta,
Et in viis lapidum acervos. Hæc adoratis
Et vana alia multa, quæ vel appellare turpe est.
Sunt enim hi dii hominum deceptores stultorum:
377 Horum ex ore funditur lethale venenum.
Cujus autem vita est et incorruptum ac sempiternum lumen,

(53) *Γαίης*. Turnebus legendum putat ἐκ γαίης. Auratus ἐν γαίῃ. Editio Hamb. ἐν γαίης.

(54) *Φυχροτροφεῖς τε*. Edit. Hamb. et Oxon. ψυχροτροφεῖ τε.

(55) *Λιγυρόφωνα*. Cod. ms. λιγυροτρόφωνα. Edit. Tigur. λιγυροπτερόφωνα. Gallæus λιγυπτερόφωνα quod melius videtur.

(56) *Ὑπέταξεν*. Ita Ducæus et Wolfius. Aliæ editiones ὑπέταξαν.

(57) *Ὑπαὶ τάξεν*. Ita Wolfius pro ὑπαίταξεν quod est in edit. Oxon. Aliæ editiones ὑπέταξεν.

(58) *Οὐ καταληπτά*. Ita Wolfius pro eo quod habent aliæ editiones εὖ καταληπτά, *captu facilia*. Emendationem suam confirmat vir eruditus ex versu sequenti: Τίς γὰρ σὰρξ δύναται.

(59) *Αἰθέρα*. Mallet Wolfius αἰθέρι: sic enim solet Homerus. Legitur αἰθέρα in omnibus editionibus et apud Lactantium lib. *De ira Dei* cap. 22, ubi hic versus occurrit cum duobus sequentibus.

(60) *Ἤ ἄλγεα*. Ita cod. Bodl. et editio Tigurina. Habent aliæ δ' ἄλγεα. Gallæus ἰδ' ἄλγεα. Satis similis est hic versus ei quem Justinus lib. *De monarch.* et alii attribuunt Orpheo: Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

(61) *Ἐκριζοῦσθε*. Gallæus ἐκροίζεσθε.

(62) *Ἐτώσια βάρη*. Ita editio Oxon. et in margine Tigurina, quæ in textu habet, itidem ut codex ms. ἐστήσια φάρη. Turnebus probat ἐτώσια βάρη, sed alias proponit conjecturas, nempe ἐτήσια φάρη vel ὕβρις τ' ἀφόρητος. Auratus legit κ' αἰσθησις ἀφαυρή.

(63) *Εἰ λοπάδας*. Ita Wolfius post Turnebum et Auratum. Editi nostri εἰλοπόδας, *boves*, in quo illud etiam occurrebat vitii, quod scribendum fuisset εἰλιπόδας. Lances cum ollis et cum diis felibus quadrant.

(64) *Κατὰ πίονα ναίειν*. Ita editiones Oxon. et Hamb. Ἄλιαι καὶ πίονα γαῖαν: Auratus legendum putat ἀντὶ δὲ χρυσέοιο πόλου κατὰ πίονα νηόν.

(65) *Δεδίαστται*. Oxon. et Parisienses ann. 1615 et 1636, δεδίαστα. Turnebus legit δέδαιστται, quod melius videtur.

(66) *Συγχώματα*. Cod. ms. συγχώσματα. Observat eruditus Wolfius post Opsopœum et Fellum, lapidum acervos Mercurio sacros hic designari, quos Græci ἑρμακας vocant.

(67) *Καί γε θεοί*. Ita Ducæus pro καὶ γάρ, quod legitur in editionibus Paris. Tigur et in cod. ms. Habent Oxoniensis et Hamburgensis, ut in *Orac. Sibyll.* ex conjectura Turnebi: Εἰσὶ θεοὶ μερόπων δολοήτορες ἀβούλων.

(68) *Χεῖται*. Ita Wolfius et *Oracula* Sibyllina, melius multo quam aliæ editiones κεῖται.

(69) *Οὐδ' ἔστι*. Legendum videtur οὗ δ' ἔστι

Digitized by Google

Quique dulci melle dulciorem hominibus lætitiam

Fundit, huic soli oportet cervicem flectere,
Et viam in piis sæculis inclinare.
Hæc omnia relinquentes, justitiæ plenum poculum,

Purum, forte, pressum, non temperatum

Traxistis imprudentia et amenti spiritu omnes,

Nec vultis evigilare et ad prudentem mentem con-
[verti,
Et cognoscere Deum regem, omnia inspicientem.
Quapropter ardentis ignis fulgor venit ad vos;
Flammis comburemini in sæculum quotidie,
Pudore suffusi ob falsa et inutilia simulacra.

Qui autem Deum colunt verum et æternum,
Vitam hæreditate accipient in æternum tempus,
Inhabitantes paradisi simul amœnum hortum,
Edentes dulcem panem a stellato cœlo:

Hæc igitur vera et utilia et justa et amica omnibus hominibus esse perspicuum est.

37. *Ipse poetæ de pœnis sceleri infligendis locuti.* — Quod autem qui male fecerint, necesse habent pro meritis actionum puniri, id jam et poetarum nonnulli futurum veluti quodam oraculo pronuntiarunt, tum in seipsos, tum in eos, qui inique faciunt, testimonium dicentes. Æschylus dixit:

Qui namque fecit, debitum illi etiam pati.

Ipse etiam Pindarus ait:

Namque facientem aliquid æquum est et pati.

Similiter et Euripides:

Patere haud iniquus: feceras enim lubens.
Lex est in hostem ut sævias, si ceperis.

Et rursus idem:

Hosti nocere fortis arbitror viri.

Similiter et Archilochus:

Unum esse novi maximum, si quid mali
Inflixerit quis, gnaviter rependere.

Quod autem Deus omnia videt, nec eum quidquam latet, sed cum patiens sit, exspectat dum judicet, ea quoque de re Dionysius dixit:

Justitiæ oculus, etsi videtur leniter
Spectare, semper prospicit tamen omnia.

Futurum autem Dei judicium, ac improbos mala ex

A Καὶ μέλιτος γλυκεροῦ (70) γλυκερώτερον ἀνδράσι [χάρμα,
Ἐκπροχέῃ (71)· τῷ δὴ μόνῳ αὐχένα κάμπτε,
Καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλίνοι.
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεστόν τε κύπελ- [λον,
Ζωρότερον, στιβαρόν, βεβαρημένον, εὖ μάλ' [ἄκρητον
Ἑλκύσατ' ἀφροσύνῃσι μεμηνότι (72) πνεύματι [πάντες,
Καὶ οὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, καὶ σώφρονα πρὸς νόον [ἐλθεῖν,
Καὶ γνῶναι βασιλῆα Θεόν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.
Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἔρχετ' ἐφ' ὑμᾶς,
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος, τὸ παρῆμαρ,
Ψεύδεσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρή- [στοις.
Οἱ δὲ Θεὸν τιμῶντες (73) ἀληθινόν, ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομήσουσ' αἰῶνος [τὸν] χρόνον αὖτοι
Οἰκοῦντες παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,
B Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεν- [τος.

Ὅτι μὲν οὖν ταῦτα ἀληθῆ, καὶ ὠφέλιμα, καὶ δίκαια, καὶ προσφιλῆ πᾶσιν ἀνθρώποις τυγχάνει, δῆλόν ἐστιν.

37. Καὶ ὅτι οἱ κακῶς δράσαντες ἀναγκαίως ἔχουσιν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων κολασθῆναι, ἤδη δὲ καὶ τῶν ποιητῶν τινες ὡς περὶ λόγια (74) ἑαυτοῖς ἐξεῖποντο, καὶ εἰς μαρτύριον τοῖς τὰ ἄδικα πράσσουσιν, λέγοντες ὅτι μέλλουσι κολάζεσθαι. Αἰσχύλος ἔφη·

Δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

Πίνδαρος δὲ καὶ αὐτὸς ἔφη·

Ἐπεὶ ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.

Ὡσαύτως καὶ Εὐριπίδης·

C Πάσχων ἀνάσχου (75), δρῶν γὰρ ἔχαιρες·
Νόμος (76) τὸν ἐχθρὸν δρᾷν, ὅπου λάβῃς, κακῶς.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτός·

Ἐχθρὸν κακῶς δρᾷν ἀνδρὸς ἡγοῦμαι μέρος.

Ὁμοίως καὶ Ἀρχίλοχος·

Ἓν δὲ ἐπίσταμαι μέγα, τὸν κακῶς
Τί δρῶντα δειτοῖς (77) ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

Καὶ ὅτι ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐφορᾷ, καὶ οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει, μακρόθυμος δὲ ὢν ἀνέχεται (78) ἕως οὗ μέλλει κρίνειν, καὶ περὶ τούτου Διονύσιος εἴρηκεν·

Ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμός, ὡς δι' ἡσύχου
Λεύσσων προσώπῳ (79), πανὸς ὁμόσαι εἰ βλέ- [πει.

Καὶ ὅτι μέλλει ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις γίνεσθαι, καὶ τὰ

(70) *Γλυκεροῦ.* Hanc vocem, quæ deerat in editis nostris, Fellus et Wolfius ex Orac. Sibyll. desumpserunt.

(71) *Ἐκπροχέῃ.* Hunc versum et sequentem sic libenter emendaverim: Ἐκπροχέει, τούτῳ δὲ μόνῳ τόν γ' αὐχένα κάμπτε, καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλίνοις. Gallæus: Ἐκπροχέει, τῷ δεῖ μόνῳ αὐχένα κάμπτειν. Fellus: Ἐκπροχέει· δεῖ τῷ δὲ μόνῳ τοὺς αὐχένα κάμπτειν. Mallet Wolfius τόν γ' αὐχένα. Iidem habent in versu sequenti ἀνακλίνειν.

(72) *Εὖ μάλα ἄκρητον.... ἀφροσύνῃσι μεμηνότι.* Ita *Orac. Sibyll.* et Oxon. et Hamb. Aliæ editiones ἐν μάλα κρατοῦντες... ἀφροσύνῃ μεμανήτι.

(73) *Οἱ δὲ Θεὸν τιμῶντες*, etc. Hi tres versus ita emendati sunt a Fello et Wolfio, ut apud Gallæum leguntur et Lactantium lib. II, cap. 12, nisi quod Lactantius habet παράδεισον in tertio versu. Editi nostri pro τὸν αἰῶνος habebant αἰῶνα, nec vocem ὅμως agnoscebant in tertio versu.

(74) *Ὡς περὶ λόγια.* Wolfius ὡσπερεὶ λόγια. Editio Tigurina ὡσπερί, quod positum corrupte pro ὡσπερεί, ut idem vir eruditus observat.

D (75) *Πάσχων ἀνάσχου.* Ita Fell. et Wolf. et Barnes. in *Incert. Tragæd.* Euripid., p. 313. Editi nostri ἀνάσχου πάσχων. Libenter sic legerem:

Πάσχων ἀνάσχου· δρῶν γὰρ ἔχαρες· νόμος
Τὸν ἐχθρόν ἐστι δρᾷν, ὅπου λάβῃς, κακῶς.

(76) *Νόμος.* Ex Euripide mutuatus est eruditus Wolfius quæ ad hunc versum et sequentem emendandum valebant. Erat enim in editis nostris νόμον et ὅπου λάβῃ, et mox ἐχθροῦ.

(77) *Τὸν κακῶς τί... δειτοῖς.* Ita editio Hamburg. et Oxon. Aliæ τὸν κακῶς δρῶντα δεινῶς.

(78) *Ἀνέχεται.* Ita editt. Oxon. et Hamb. Aliæ ἀνέχεσθαι.

(79) *Προσώπῳ.* Legendum προσώπου docet cl. Wolfius. Reliqua, quæ sunt corruptissima, sic emendat citatus a cl. Wolfio Theod. Canterus lib. I, c. 4 *Var. Lect.*, t. III; *Lampadis criticæ*, p. 716, πάνθ' ὅμως ἀεὶ βλέπει.

Digitized by Google

κακὰ (80) τοὺς πονηροὺς αἰφνιδίως καταλαμβάνειν, καὶ τοῦτο Αἰσχύλος ἐσήμανε, λέγων·

Τό τοι κακὸν (81) *ποδῶκες ἔρχεται βροτοῖς,*
Κεἶτ' ἀμπλάκημα τῷ περῶντι τὴν θέμιν.
Ὁρᾷς δίκην ἄναυδον, οὐχ ὁρωμένην,
Εὖδοντι, καὶ στείχοντι, καὶ καθημένῳ
Ἐξῆς ὀπάζει δοχμίον, ἄλλοθ' ὕστερον·
Οὐκ ἐγκαλύπτει νὺξ κακῶς εἰργασμένον.
Ὅτι δ' ἂν ποιῇς δεινὸν, νόμιζε ὁρᾶν τινά.

Τί δ' οὐχὶ καὶ ὁ Σιμωνίδης·

Οὐκ ἔστιν (82) *ἀνεπιδόκητον ἀνθρώποις,*
Ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ πάντα μεταρρίπτει Θεός.

Πάλιν Εὐριπίδης·

Οὐδέποτ' εὐτυχίαν (83)
Κακοῦ ἀνδρὸς, ὑπέρφρονα δ' ὄλβον
Βέβαιον εἰκάσαι χρεών,
Οὐδὲ ἀδίκων γενεάν (84).
Ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς χρόνος
Δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότητας (85).

Ἔτι ὁ Εὐριπίδης·

Οὐ γὰρ ἀσύνετον
Τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
Κακῶς παγέντας (86) *ὅρκους καὶ συνηναγκα-*
[σμένους.

Καὶ ὁ Σοφοκλῆς·

Εἰ δεινὰ ῥέξας (87), *δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ.*

Ἤτοι οὖν περὶ ἀδίκου ὅρκου, ἢ καὶ περὶ ἄλλου τινὸς πταίσματος, ὅτι μέλλει ὁ Θεὸς ἐξετάζειν, καὶ αὐτοὶ σχεδὸν προειρήκασιν· ἢ καὶ περὶ ἐκπυρώσεως κόσμου, θέλοντες καὶ μὴ θέλοντες, ἀκόλουθα ἐξεῖπον τοῖς προφήταις, καίπερ πολὺ μεταγενέστεροι γενόμενοι, καὶ κλέψαντες (88) ταῦτα ἐκ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.

38. Καὶ τί γὰρ ἦ τε ἔσχατοι (89), ἢ καὶ πρῶτοι ἐγένοντο; Πλὴν ὅτι γοῦν καὶ αὐτοὶ ἀκόλουθα τοῖς προφήταις εἶπον. Περὶ μὲν οὖν ἐκπυρώσεως Μαλαχίας ὁ προφήτης προείρηκεν· *Ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται Κυρίου ὡς κλίβανος καιόμενος, καὶ ἀνάψει πάντας τοὺς ἀσεβεῖς.* Καὶ Ἡσαΐας· *Ἥξει γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ὡς χάλαξα συγκαταφερομένη βίᾳ, καὶ ὡς ὕδωρ σύρον ἐν φάραγγι.* Τοίνυν Σίβυλλα, καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ ποιηταὶ, καὶ φιλό-

A improviso deprehensura, Æschylus significavit his verbis :

378 *Haud tarda gressu hominibus ingruent mala,*
Theminque tristis pœna deserentibus.
Invisam et absque voce justitiam vides.
At sive dormis, sive eas, seu sederis,
Obliqua sequitur proxime, interdum eminus :
Nullumque prorsus nox nefas celaverit.
Si prave agas quid, esse qui cernat, puta.

An non etiam Simonides :

Haud ulla præter spem accidunt homini mala,
Horæque momento omnia evertit Deus.

Rursus Euripides :

Hominis mali res prosperas
Nunquam, atque opum superbiam
Stabiles oportet credere.
Sed nec malorum filios.
B *Parente nam tempus carens*
Demonstrat hominum crimina.

Rursus Euripides :

Non enim Deus
Prudentiæ expers, sed valet pernoscere
Qui prava jurant, quique sponte non sua.

Et Sophocles :

Mala si dedisti : oportet et pati mala.

Cum ergo de iniquo jurejurando et alio quovis peccato inquisiturum Deum, iidem quoque pene prædixerunt, tum etiam de mundi conflagratione, volentes nolentes consentanea prophetis dixerunt, quamvis multo juniores natu fuerint, atque ex lege et prophetis hæc suffurati sint.

C 38. *Poetæ de pluribus aliis cum prophetis consentiunt.* — Sed quid refert utrum posteriores an priores fuerint? Certe consentanea prophetis ipsi quoque dixerunt. De mundi conflagratione Malachias propheta sic prædixit : *Ecce dies Domini venit ut clibanus ardens, et incendet omnes impios* [29]. Et Isaias : *Veniet enim ira Dei ut grando ruens impetu, et ut aqua trahens in convalle* [30]. Sibylla igitur et reliqui prophetæ, sed et poetæ et philosophi et de

[29] Malach. IV, 1. [30] Isai. XXX, 28, 30.

(80) *Τὰ κακά*. Sic emendavit cl. Wolfius quod corrupte legebatur τὰ κατά.

(81) *Τό τοι κακόν*. Hi versus ita a Fello et Wolfio emendati fuere, ut habentur in Stobæi eclogis περὶ δίκης. Legebatur in editis nostris τὸ κακόν. Καὶ τὰ ἀμβλακήματα περῶντι. Ἄναυδος. Στίχοντι, καθημένῳ. Ὀπάζει... ἄλλο δέ. Duo postremi versus æque mihi accurati videntur, ac in laudatis editionibus, in quibus legitur : Οὐδ' ἓν καλύπτει τῶν κακῶν εἰργασμένων. Ὅ τι δ' ἂν ποιεῖς, νόμιζε ὁρᾶν θεούς τινας. Editi nostri habebant ὅ τι ποιῇς.

(82) *Οὐκ ἔστι*. Observat. cl. Wolfius metri causa legendum esse, οὐκ ἔστ' ἀνεπιδόκητον. Habebant editi nostri οὐκ ἔστι κακόν.

(83) *Εὐτυχίην*. Ita Fellus, qui hos versus ita edidit ut habentur apud Euripidem a Barnesio editum; deerat particula in editis nostris ante ὄλβον, in quibus etiam legebatur εὐτυχίαν.

(84) *Ἀδίκων γενεάν*. Editi nostri habebant ἀδίκως τε νέαν.

(85) *Κακότητας*. Addunt ἐμοὶ Fellus et Wolfius, quod multo commodius decsse in editis nostris videtur.

(86) *Κακῶς παγέντας*. Sic legebatur hic versus in editis nostris : Τοὺς κακῶς πραγέντας καὶ συνεναγκασμένους. Fellus et Wolfius scripserunt παγέντας, sed præterea addendum duxi ὅρκους. Mox enim patet aliquos versus citatos fuisse, in quibus D mentio facta de ejusmodi sacramentis. Deinde vero ita legimus in *Iphigenia in Aulide*, versu 395. Priorem versum Fellus desumptum putat ex his verbis Euripidis nescio unde desumptis : Οὐ γὰρ ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν.

(87) *Εἰ δεινὰ ῥέξας*. Editi ὁ ῥέξας, unde Wolfius proponit ὁρέξας *si prava desideraveris*. Habent in textu editiones Oxon. et Hamb. εἰ δεινὰ ἔδρασας.

(88) *Καὶ κλέψαντες*. Mirari videtur Theophilus cur Græci scriptores, dum ex prophetis multa suffurantur, consentanea prophetis dixerint. Cur id mirum illi videatur, causam reperiemus apud Tatianum, qui n. 40, profanos scriptores ea corripisse ait, quæ ex Moysis fontibus hauriebant, quia non grato animo, sed instar furum hauriebant.

(89) *Ἦτε ἔσχατοι*. Legendum videtur εἴ τε ἔσχατοι.

Digitized by Google

justitia et judicio et pœnis pronuntiarunt; ac etiam de providentia, Deum nostri curam gerere, non solum viventium, sed etiam mortuorum, vel inviti dixerunt; vincebantur enim a veritate. Atque ex prophetis quidem Salomon de mortuis sic loquitur : *Erit sanatio carnibus et curatio ossium* [31]. Similiter et David : *Exsultabunt ossa humiliata* [32]. His consentanee Timocles :

379 *Urna repostos respicit clemens Deus.*

Qui ergo scriptores deorum multitudinem admiserunt, hi ad monarchiam devenerunt, et qui judicium negarunt, judicium confessi sunt; et qui sensum post mortem nullum esse asseruerunt, sensum superesse confessi sunt. Homerus igitur cum dixisset :

Anima instar somni avolavit [33],

alibi dicit :

Anima ex membris avolans ad inferos descendit [34].

Et alibi :

Sepelito me, ut quam primum portas Plutonis transeam [35].

De cæteris quos legisti, accurate cognitum tibi esse arbitror, quomodo disseruerint. Hæc omnia intelliget quisquis sapientiam Dei quærit, eique per fidem et justitiam et bona opera placet. Dixit enim aliquis ex prophetis, quos supra demonstravimus, nomine Osee : *Quis sapiens, et intelliget hæc? prudens, et cognoscet? quoniam rectæ viæ Domini et justi ambulabunt in eis; impii autem infirmabuntur in eis* [36]. Oportet igitur ut qui discendi cupidus est, libenter discat; ac proinde da operam ut sæpius congrediaris, ut vivam quoque vocem audiens, verum accurate discas.

σοφοι, καὶ δεδηλώκασιν περὶ δικαιοσύνης, κα. κρίσεως, κιὶ κολάσεως· ἔτι μὴν καὶ περὶ προνοίας, φροντίζει (90) ὁ Θεὸς οὐ μόνον τῶν ζώντων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν τεθνεώτων, καίπερ ἅπαντες (91) ἔφασαν· ἠλέγχοντο γὰρ ὑπὸ τῆς ἀληθείας. Καὶ τῶν μὲν προφητῶν, Σολομῶν περὶ τῶν τεθνηκότων εἶπεν· *Ἔσται ἴασις ταῖς σαρξὶ, καὶ ἐπιμέλεια τῶν ὀστέων.* Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Δαβίδ· *Ἀγαλλιάσεται ὀστέα τεταπεινωμένα.* Τούτοις ἀκόλουθα εἴρηκεν καὶ Τιμοκλῆς, λέγων·

Τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικὴς Θεός.

Καὶ περὶ πλήθους οὖν θεῶν οἱ συγγραφεῖς εἰπόντες, κατῆλθον εἰς μοναρχίαν, καὶ περὶ ἀπρονοησίας λέγοντες, εἶπον περὶ προνοίας, καὶ περὶ ἀκρισίας φάσκοντες, ὡμολόγησαν ἔσεσθαι κρίσιν, καὶ οἱ μετὰ θάνατον ἀρνούμενοι εἶναι αἴσθησιν, ὡμολόγησαν. Ὅμηρος μὲν οὖν εἰπών·

Ψυχὴ ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται [33],

ἐν ἑτέρῳ λέγει·

Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἀϊδόςδε βέβηκει [34].

Καὶ πάλιν·

Θάπτε με, ὅττι τάχιστα πύλας ἀϊδαο περήσω [35].

Τὰ δὲ περὶ τῶν λοιπῶν οὓς ἀνέγνωκας, ἠγοῦμαί σε ἀκριβῶς ἐπίστασθαι ᾧ τρόπῳ εἰρήκασιν. Ταῦτα δὲ πάντα συνήσει πᾶς ὁ ζητῶν τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐαρεστῶν αὐτῷ διὰ πίστεως καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀγαθοεργίας. Καὶ γάρ τις εἶπεν προφήτης, ὧν προεγράψαμεν, ὀνόματι Ὡσηέ· *Τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα; συνετὸς, καὶ γνώσεται; ὅτι εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐταῖς· οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἀσθενήσουσιν ἐν αὐταῖς.* Χρὴ οὖν τὸν φιλομαθῆ καὶ φιλομαθεῖν (92)· πειράθητι οὖν πυκνότερον συμβαλεῖν, ὅπως καὶ ζώσης ἀκούσας φωνῆς, ἀκριβῶς μάθῃς τἀληθές.

[31] Proverb. III, 8. [32] Psal. C, 8. [33] Od. Λ. v. 221. [34] Iliad. Π. v. 856. et v. 362. [35] Iliad. ψ v. 71 [36] Ose. XIV, 10.

(90) *Φροντίζει.* Præmittendum videtur ὅτι.

(91) *Καίπερ ἅπαντες.* Cl. Wolfius ut hunc locum emendaret, in ipso contexiu scripsit ὥσπερ ἅπαντες. Sed legendum potius καίπερ ἄκοντες. Sic enim clara erit et aperta sententia Theophili, qui paulo ante de iisdem profanis scriptoribus dicebat : Ἢ καὶ περὶ ἐκπυρώσεως κόσμου, θέλοντες καὶ μὴ θέλοντες, ἀκόλουθα ἐξεῖπον τοῖς προφήταις.

(92) *Φιλομαθεῖν.* Legendum conjicit Wolfius πολυμαθεῖν, *libenter discere*, nisi quis pro φιλομαθῆ legendum putet πολυμαθῆ. Videtur enim illi Theophilus hominem discendi studiosum minus commode hortari, ut discendi studiosus sit. Sed hoc vitium in interpretando fugere conatus sum, nec quidquam mutandum puto.

380 ANALYSIS LIBRI TERTII.

Cum superiores disputationes obstinatum Autolyci animum non infregissent, tertia eum aggressione Theophilus expugnat (n. 1), ac sibi propositum esse declarat antiquitatem Scripturarum nostrarum breviter et ab origine repetitam ante oculos ponere, ut tandem aliquando intelligat scriptores, quorum admiratione tenebatur, nullius esse pretii. Nam nec suis ipsi oculis viderunt quæ litteris commendant, nec ab his qui viderint didicere (n. 2). Nec solum inter se (n. 3), sed etiam secum ipsi litigant, ac deos esse nunc asserunt, nunc negant; providentiam defendunt ac mox evertunt. Quinetiam de morum honestate præcipientes, stupra et adulteria docent, ac ipsis etiam diis scelestas cœnas, et horrenda flagitia attribuunt.

Libenter ejusmodi rebus, quas alio in libro attigit, supersedisset Theophilus (n. 4); sed cum videret Autolycum adhuc animo fluctuare, ac sermonibus hominum insanorum moveri, qui Christianis promiscuos concubitus, et humanæ carnis epulas affingebant, eorumque doctrinam et novam esse et argumentis destitutam dictitabant, uberiorem sibi disputationem de Christianorum innocentia et antiquitate suscipiendam esse judicavit.

Demonstrat itaque horum criminum gravissima in scriptoribus Græcis indicia, nullam prorsus in Christianis hærere suspicionem. Philosophi celeberrimi docent humanas carnes vorare ac ne parentibus quidem parcere (n. 5). Omnes fere

Digitized by Google

de nefandis flagitiis consentiunt (*n.* 6). *Plato communes uxores esse præscribit. Epicurus incestos cum matribus et sororibus concubitus commendat. Quinetiam hæc in deos conferre non dubitant. Nam cum nihil omnino constanter sentiant* (*n.* 7), *deos aut ex atomis constare, aut in atomos abire dicunt, aut materiales esse, aut nullam hominum curam gerere. Animam immortalem cum dixerint, in alia hominum vel etiam belluarum corpora migrare asseverant. Providentiam alii probant, alii explodunt; deos esse nunc negant, nunc affirmant, ac horrenda flagitia et humanæ carnis epulas illis attribuunt* (*n.* 8).

Christianorum doctrina longe sanctior (*n.* 9). *Unum Deum esse credunt ejusque providentia mundum gubernari, et ab eo solo disciplinam et legem acceperunt. Quam sancta sit illa lex, ex decem præceptis Moysi a Deo datis probatur. Huc accedit præceptum de humanitate exhibenda advenis* (*n.* 10). *De pœnitentia et justitia et castitate testimonia prophetarum apponuntur* (*n.* 12, 13), *quibus nonnulla adduntur ex Novo Testamento* (*n.* 14) *de amore inimicorum, et gloriæ inanis fuga et præstanda magistratibus obedientia.*

In homines tali doctrina imbutos non cadunt nefanda et flagitiosa facinora. Imo tanta est Christianorum hac in re cautio (*n.* 15), *ut nec gladiatorum spectaculis interesse ipsis liceat, ne cædis conscii fiant, nec aliis ludis, ne illorum aures aut oculi contaminentur.*

Christianorum doctrinam nec fabulosam nec recentem esse probat Theophilus (*n.* 16). 1° *Ex eo quod Græci in mundi annis numerandis, quos Christiani ex prophetarum oraculis cognitos et perceptos habent, nihil prorsus viderint; nec in diluvio narrando, quod a Moyse accuratissime describitur, fellcius eis cesserit* (*n.* 17, 18, 19). *Aliud argumentum suppeditat Moysis et exitus de Ægypto ac ipsius templi antiquitas* (*n.* 20, 21, 22). *Ipsi etiam prophetæ antiquiores sunt Græcis scriptoribus* (*n.* 23).

Atque ut hæc omnia uno in conspectu ponantur, anni Hebræorum numerantur ab Adamo usque ad reditum e captivitate Babylonica (*n.* 24). *Ex quo facilis est comparatio quantum intersit inter Christianorum et Græcorum historias, et utrorumque de mundi origine doctrinam* (*n.* 25). *Ne quid autem desit huic chronologiæ, Romanorum anni pertexuntur usque ad obitum M. M. Aurelii* (*n.* 16). *Tum totius chronologiæ præcipua capita summatim recensentur* (*n.* 27). *Ex his concludit* (*n.* 28) *quam immerito Christianam, quæ longe verior et antiquior est omni Græcorum doctrina, nonnulli ut fabulosam et recentem vellicent.*

Librum perorat Theophilus (*n.* 29) *duplici allata causa, cur scriptores Græci Hebræos raro commemorent, quarum prima est, quod recens sit apud eos litterarum cognitio; altera quod fabulas amare et veritatem odisse ac insectari non desinant.*

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ'.

LIBER III.

381 1. Θεόφιλος Αὐτολύκῳ χαίρειν (93). Ἐπειδὴ οἱ συγγραφεῖς βούλονται πληθὺν βίβλων συγγράφειν, πρὸς κενὴν δόξαν, οἱ μὲν περὶ θεῶν, καὶ πολέμων, ἢ χρόνων, τινὲς δὲ καὶ μύθων ἀνωφελῶν, καὶ τῆς λοιπῆς ματαιοπονίας, ἧς ἥσκεις καὶ σὺ ἕως τοῦ δεῦρο, κἀκείνου μὲν τοῦ καμάτου οὐκ ὀκνεῖς ἀνεχόμενος, ἡμῖν δὲ συμβαλὼν, ἔτι λῆρον ἡγῇ τυγχάνειν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, οἰόμενος προσφάτους καὶ νεωτερικὰς εἶναι τὰς παρ' ἡμῖν γραφάς· διὸ δὴ κἀγὼ οὐκ ὀκνήσω ἀνακεφαλαιώσασθαί σοι, παρέχοντος Θεοῦ, τὴν ἀρχαιότητα τῶν παρ' ἡμῖν γραμμάτων, ὑπόμνημά σοι ποιούμενος δι' ὀλίγων, ὅπως μὴ ὀκνήσῃς ἐντυγχάνειν αὐτῷ· ἐπιγνῷς δὲ τῶν λοιπῶν συνταξάντων (94) τὴν ἀλυαρίαν.

2. Ἐχρῆν γὰρ τοὺς συγγράφοντας αὐτοὺς αὐτόπτας γεγενῆσθαι περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται, ἢ ἀκριβῶς μεμαθηκέναι ὑπὸ τῶν τεθεαμένων αὐτά· τρόπῳ γάρ τινι οἱ τὰ ἄδηλα συγγράφοντες ἀέρα δέρουσι. Τί γὰρ ὠφέλησεν Ὅμηρον συγγράψαι τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ πολλοὺς ἐξαπατῆσαι· ἢ Ἡσίοδον ὁ κατάλογος τῆς Θεογονίας τῶν παρ' αὐτῷ θεῶν ὀνομαζομένων, ἢ Ὀρφέα οἱ τριακόσιοι ἑξήκοντα (95) πέντε θεοί, οὓς αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ἀθετεῖ, ἐν ταῖς διαθήκαις (96) αὐτοῦ λέγων ἕνα εἶναι Θεόν; Τί δὲ ὠφέλησεν Ἄρατον ἡ σφαιρογραφία τοῦ κοσμικοῦ κύκλου, ἢ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῷ εἰπόντας, πλὴν τῆς κατ' ἄνθρωπον δόξης, ἧς οὐδὲ αὐτῆς κατ' ἀξίαν ἔτυχον; Τί δὲ καὶ ἀληθὲς εἰρήκασιν; ἢ τί ὠφέλησαν Εὐριπίδην, καὶ Σοφοκλέα, ἢ τοὺς λοιποὺς τραγῳδιογράφους αἱ τραγῳδίαι; ἢ Μένανδρον

1. *Autolycus nondum victus.* — Theophilus Autolyco salutem. Quia plurimos libros scriptores componere amant ad inanem gloriam, alii de diis et bellis aut temporibus, alii de fabulis inutilibus, cæterisque operosis nugis, quibus tu hactenus addictus libenter hunc perfers laborem, ac post sermones mecum habitos adhuc pro delirio habes doctrinam veritatis, recentes admodum esse litteras nostras existimans; hanc ob causam nec ego gravabor tibi antiquitatem litterarum nostrarum ab origine et capite repetitam, Deo annuente, exponere, et paucis tibi hoc monimentum conficiam, ut illud perlegere non pigreris, ac ineptias cæterorum scriptorum perB spicias.

2. *Scriptores profani verum discere non potuerunt.* — Eos enim oportebat aut suis oculis ea vidisse, de quibus affirmant, aut accurate ab iis qui vidissent, didicisse. Nam qui incerta scribunt, ii quodammodo aerem cædunt. Quid enim Homerum juvit quod bellum Trojanum scripserit ac multos in errorem induxerit? Aut Hesiodum, quod eorum quos vocat deorum genealogiæ seriem recensuerit? Aut Orpheum, quod trecentos et sexaginta quinque deos numeraverit, quos idem sub exitum vitæ sustulit, in præceptis suis unum esse Deum asserens? Quid Aratus ex sphærographia cycli mundani retulit, aut qui eadem ac ille dixerunt, præter humanam gloriam, quam ne suo quidem merito consecuti sunt? Quid C veri dixerunt? Quid Euripidem et Sophoclem cæteriora Ægyptiis, Græcis et omnibus aliis scriptoribus.

(93) *Θεόφιλος Αὐτολύκῳ χαίρειν.* Hæc desiderantur in codice Regio, in quo titulum hunc habemus: Θεοφίλου πατριάρχου ἕκτου Ἀντιοχείας πρὸς Αὐτόλυκον Ἕλληνα περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· καὶ ὅτι τὰ θεῖα λόγια τὰ καθ' ἡμᾶς ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερά εἰσι τῶν Αἰγυπτιακῶν τε καὶ Ἑλληνικῶν, καὶ πάντων τῶν ἄλλων συγγραφέων. *Theophili patriarchæ sexti Antiocheni ad Autolycum Græcum de Christianorum fide, et quod divina nostra oracula antiquiora sunt et ve-*

(94) *Συνταξάντων.* Cod. Regius ἐπισυνταξάντων.

(95) *Ἑξήκοντα.* Lactantius lib. I, c. 7, deos 365 ab Orpheo inductos enumerat; sed Justinus in libro *De monarchia* 360 tantum commemorat.

(96) *Διαθήκαις.* Ducæus et Wolfius observant hac voce significari præcepta, ut apud Pythagoreos, non vero testamentum, ut Clauserus reddiderat.

Digitized by Google

rosque tragœdos tragœdiæ juverunt, aut Menandrum et Aristophanem cæterosque comœdos comœdiæ, aut suæ Herodotum et Thucydidem historiæ? Aut Pythagoram adyta et Herculis columnæ, aut Diogenem cynica philosophia? Quid Epicuro profuit nullam esse providentiam decernere, aut Empedocli nullum esse Deum docere, aut Socrati per canem jurare et anserem et platanum, et fulmine tactum Æsculapium, et dæmonia quæ ille invocabat? Cur libenti animo mortem oppetiit? Quam se et qualem post mortem accepturum mercedem sperans? **382** Quid Platonem juvit instituta ab eo disciplina, aut quid alios philosophos, ne magnum eorum numerum recenseam, suæ opiniones juverunt? Hæc autem dicimus, ut eorum inutilem et impiam animi sententiam ostendamus.

A καὶ Ἀριστοφάνην, καὶ τοὺς λοιποὺς κωμικοὺς αἱ κωμῳδίαι; ἢ Ἡρόδοτον καὶ Θουκυδίδην αἱ ἱστορίαι αὐτῶν; ἢ Πυθαγόραν τὰ ἄδυτα, καὶ Ἡρακλέους στῆλαι (97); ἢ Διογένην ἡ κυνικὴ φιλοσοφία; ἢ Ἐπίκουρον τὸ δογματίζειν μὴ εἶναι πρόνοιαν; ἢ Ἐμπεδοκλέα τὸ διδάσκειν ἀθεότητα (98); ἢ Σωκράτην τὸ ὀμνύειν τὸν κύνα, καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν πλάτανον, καὶ τὸν κεραυνωθέντα Ἀσκληπιὸν, καὶ τὰ δαιμόνια (99) ἃ ἐπεκαλεῖτο; πρὸς τί δὲ καὶ ἑκὼν ἀπέθνησκεν; τίνα καὶ ὁποῖον μισθὸν μετὰ θάνατον ἀπολαβεῖν ἐλπίζων; τί δὲ ὠφέλησε Πλάτωνα ἡ κατ' αὐτὸν παιδεία; ἢ τοὺς λοιποὺς φιλοσόφους τὰ δόγματα αὐτῶν; ἵνα μὴ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν καταλέγω πολλῶν ὄντων, Ταῦτα δέ φαμεν εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι τὴν ἀνωφελῆ καὶ ἄθεον διάνοιαν αὐτῶν.

B

3. *Eorum inconstantia.* — Hi enim omnes vanæ et inanis gloriæ cupidi nec verum ipsi viderunt, nec alios ad veritatem excitarunt; ex suis enim ipsorum dictis arguuntur, quatenus pugnantia locuti sunt, ac sua ipsorum decreta plerique dissolverunt. Neque enim sese invicem solum evertunt, sed jam nonnulli sua ipsorum decreta irrita fecerunt, ita ut eorum gloria in ignominiam et stultitiam evaserit. Nam condemnantur ab hominibus intelligentia præditis. Vel enim de diis locuti sunt, ac postea nullum esse Deum docuerunt; vel de mundi origine, ac postremo sua sponte orta esse omnia docuerunt. Quinetiam de providentia disputantes, rursus mundum nulla regi providentia decreverunt. Quid? Annon etiam de morum honestate scribere aggressi, flagitia et stupra et adulteria patrare docuerunt, ac detestanda et nefanda scelera induxerunt? Ac deos etiam suos præ-

3. Δόξης γὰρ κενῆς καὶ ματαίου πάντες οὗτοι ἐρασθέντες, οὔτε αὐτοὶ (1) τὸ ἀληθὲς ἔγνωσαν, οὔτε μὴν ἄλλους ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν προετρέψαντο· καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὰ ἐλέγχει αὐτοὺς, ᾗ ἀσύμφωνα εἰρήκασι· καὶ τὰ ἴδια δόγματα οἱ πλείους αὐτῶν κατέλυσαν. Οὐ γὰρ ἀλλήλους μόνον ἀνέτρεψαν, ἀλλ' ἤδη τινὲς καὶ τὰ ἑαυτῶν δόγματα ἄκυρα ἐποίησαν· ὥστε ἡ δόξα αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν καὶ μωρίαν ἐχώρησεν· ὑπὸ γὰρ τῶν συνετῶν καταγινώσκονται. Ἤτοι γὰρ περὶ θεῶν ἔφασαν αὐτοὶ, ὕστερον (2) ἀθεότητα ἐδίδαξαν· ἢ εἰ καὶ (3) περὶ κόσμου γενέσεως, ἔσχατον αὐτοματισμὸν εἶπον εἶναι τῶν πάντων. Ἀλλὰ καὶ περὶ προνοίας λέγοντες, πάλιν ἀπρονόητον εἶναι κόσμον ἐδογμάτισαν. Τί δ' οὐχὶ καὶ περὶ σεμνότητος πειρώμενοι γράφειν, ἀσελγείας καὶ πορνείας καὶ μοιχείας ἐδίδαξαν ἐπιτελεῖσθαι (4), ἔτι μὴν καὶ τὰς στυγητὰς ἀῤῥητοποιίας εἰσηγήσαντο; Καὶ πρώτους γε τοὺς θεοὺς αὐτῶν κηρύσσουσιν ἐν ἀῤῥή-

(97) *Τὰ ἄδυτα καὶ Ἡρακλέους στῆλαι.* Testatur Diogenes Laertius Pythagoram, cum in Ægyptum venisset, in adyta inductum fuisse, et de diis in arcano didicisse. Ibidem vidit columnas a Theophilo memoratas, sive Herculis, ut in contextu legimus, sive ut Th. Gale ad l. 2. Jamblic. emendandum censet, Mercurii. Celebres sunt Mercurii columnæ, quæ, ut est apud Syncellum, in adytis templorum Ægyptiorum repositæ, Pythagoræ et Platoni, teste Jamblicho, lib. *De mysteriis*, visæ et examinatæ fuerunt. Sed tamen, ut observat doctissimus Fabricius *Biblioth. Græc.* tom. I, pag. 74, ipse etiam Hercules arcana quædam et recondita columnis ex auro argentoque confuso factis consignaverat, quæ Apollonius D Tyanensis investigasse perhibetur apud Philostratum, lib. I, cap. 1. Vide Fabricium.

(98) *Τὸ διδάσκειν ἀθεότητα.* Materiam dedit Empedocles huic criminationi, dum nulla causæ efficientis habita ratione, principia omnium esse decernit quatuor elementa et concordiam atque discordiam.

(99) *Καὶ τὰ δαιμόνια.* Dæmones a Socrate agnosci Melitus ipse fatebatur. Hoc enim erat crimen, quod Socrates juventutem corrumperet, *deos docens non existimare eos, quos civitas existimat, sed alia quædam nova dæmonia:* θεοὺς διδάσκοντα, μὴ νομίζειν οὓς ἡ πόλις νομίζει, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά. Unde Socrates utitur eo quod concedebat Melitus, ac probat deos a se agnosci, siquidem dæmones, qui vel dii sunt, vel filii deorum agnoscat. *Apol.* Socrat. apud Platonem, p. 21 Mox Regius codex ἑκὼν ἀπέθανε.

(1) *Οὔτε αὐτοί.* Ita Regius codex, haud paulo melius quam editi οὔτε αὐτό.

(2) *Αὐτοὶ ὕστερον.* Præmittendum videtur καί, vel legendum αὐτοὶ δέ, tumque clara erit sententia. Alii aliter hunc locum emendant. Grabius legit pro ἤτοι γὰρ, ἢ εἰ, vel ἤτοι γὰρ οἱ περὶ θεῶν. Wolfius ἢ γὰρ, εἰ περὶ θεῶν, vel εἴ τε pro ἤτοι. Profert etiam aliam Lacrozii conjecturam legentis, ἤτοι γὰρ ἃ περὶ θεῶν.

(3) *Ἢ εἰ καί.* Deest illud καὶ in Regio codice, nec tamen delendum videtur. Addit enim orationi aliquid roboris; quippe cum majus quidpiam sit mundi creationem admittere, quam deos agnoscere, quos qui agnoscebant, non idcirco mundum ab eis creatum fatebantur.

(4) *Ἐδίδαξαν ἐπιτελεῖσθαι.* Incesta flagitia a Stoicis commendari non immerito queritur Theophilus; siquidem ea in rebus indifferentibus numerabant, quod quidem per probrum a Sancto Joanne Chrysost. objicitur Stoicorum principi, in Orat. *in S. Babylam.* Tam nefaria doctrina ex eorum principiis consequebatur. Nam, ut ait Chrysippus apud Plutarch. lib. *De repugn. Stoic.*, p. 1050: *Cum natura communis omnia permeet, necesse est quidquid fit in ratione et quacunque ejus parte secundum illam fieri.* Unde Plutarchus sic Chrysippum ibidem exagitat: *Horum*, inquit, id est, *adulteriorum, furtorum, parricidiorum, nihil Chrysippus, neque parvum, neque magnum fieri censet præter Jovis rationem, legem, justitiam, providentiam; ut jam non præter legem fiant delicta, non contra justitiam injuriæ, non contra providentiam flagitia.*

Digitized by Google

τοις μίξεσι συγγίνεσθαι, ἔν τε ἀθέσμοις βρώσεσι. Τίς γὰρ οὐκ ἅδει Κρόνον τεκνοφάγον· Δία δὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ τὴν Μῆτιν καταπίνειν, καὶ δεῖπνα μιαρὰ τοῖς θεοῖς ἑτοιμάζειν· ἔνθα καὶ χωλὸν Ἥφαιστόν τινα χαλκέα φασὶ διακονεῖν αὐτοῖς, τήν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν (5) μὴ μόνον τὸν Δία γαμεῖν (6), ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀῤῥητοποιεῖν; τάς τε λοιπὰς περὶ αὐτοῦ πράξεις, ὁπόσας ἅδουσιν οἱ ποιηταί, εἰκὸς ἐπίστασαι. Τί μοι λοιπὸν κπταλέγειν τὰ περὶ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀπόλλωνος, ἢ Διονύσου, καὶ Ἡρακλέος, Ἀθηνᾶς τῆς φιλοκόλπου, καὶ Ἀφροδίτης τῆς ἀναισχύντου, ἀκριβέστερον πεποιηκότων ἡμῶν ἐν ἑτέρῳ (7) τὸν περὶ αὐτῶν λόγον;

A dicant principes exstitisse in infandis flagitiis sese volutandi et in detestandis cibis epulandi. Quis enim non canit Saturnum filiorum voratorem, aut Jovem ejus filium Metin absorbentem, et scelerata convivia diis apponentem, in quibus Vulcanum quemdam claudum et fabrum perhibent illis ministrare; Junonem autem propriam ipsius sororem cum eo non solum matrimonio coujunctam, sed etiam infanda flagitia ore impuro patrare? Ac cætera Jovis facinora qualia a poetis canuntur, verisimile est a te non ignorari. Quid jam recenseam Neptuni, Apollinis, Bacchi, Herculis, Minervæ sinus amantis, Veneris pudorem projicientis facinora, cum de his accuratius alio in libro disputaverim?

4. Οὐδὲ γὰρ ἐχρῆν ἡμᾶς ταῦτα ἀνασκευάζειν, εἰ μὴ ὅτι σὲ θεωρῶ (8) νυνὶ διστάζοντα περὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Φρόνιμος γὰρ ὢν ἡδέως μωρῶν ἀνέχῃ. Ἐπεί τοι (9) οὐκ ἂν ἐκινήθης ὑπὸ ἀνοήτων ἀνθρώπων κενοῖς λόγοις ἀπάγεσθαι, καὶ φήμῃ πείθεσθαι προκατεσχηκυῖα, στομάτων ἀθέων ψευδῶς συκοφαντούντων ἡμᾶς, τοὺς θεοσεβεῖς καὶ Χριστιανοὺς καλουμένους, φασκόντων ὡς κοινὰς ἁπάντων οὔσας τὰς γυναῖκας ἡμῶν καὶ διαφόρῳ (10) μίξει ξυνόντας (11), ἔτι μὴν καὶ ταῖς ἰδίαις ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ τὸ ἀθεώτατον, καὶ ὠμότατον, πασῶν σαρκῶν ἀνθρωπίνων (12) ἐφάπτεσθαι ἡμᾶς. Ἀλλὰ καὶ ὡς προσφάτου ὀδεύοντος τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, καὶ μηδὲν ἔχειν ἡμᾶς λέγειν εἰς ἀπόδειξιν ἀληθείας τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ διδασκαλίας· μωρίαν δὲ εἶναι τὸν λόγον ἡμῶν φασιν. Ἐγὼ μὲν οὖν θαυμάζω μάλιστα ἐπὶ σοί, ὃς ἐν μὲν τοῖς λοιποῖς γενόμενος σπουδαῖος, καὶ ἐκζητητὴς ἁπάντων πραγμάτων, ἀμελέστερον ἡμῶν ἀκούεις. Εἰ γάρ σοι δυνατὸν, καὶ νύκτωρ οὐκ ὤκνεις διατρίβειν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις.

B *4. Autolycum moverant qui crimina Christianis affinxerunt, ac recentem et sine argumentis esse hanc religionem dixerunt.* — Nam ne hæc quidem a me refelli oportebat, nisi quod te adhuc video circa veritatis doctrinam incertum et dubium. Quamvis enim ipse prudens sis, perfers tamen insanos et non invitus. Alioquin non te commovissent homines stulti ut vanis sermonibus abripereris, et rumori inveterato crederes ab impiis linguis sparso, quæ ficta in nos crimina, qui Dei cultores sumus et Christiani vocamur, conferunt, ac communes omnium esse nostras uxores dictitant, nosque promiscuo concubitu uti et cum propriis sororibus misceri, **383** et quod maxime impium et longe crudelissimum est, carnem quamlibet degustare. Addunt etiam recens prodiisse nostram doctrinam, nec quidquam a nobis afferri C posse ad veritatem illius demonstrandam, stultitiamque esse institutum nostrum. Equidem te plurimum admiror, qui cum cætera diligens et consideratus sis, ac omnium rerum explorator, negligenter nobis aurem accommodes. Nam, si fieri posset, ne noctem quidem dubitares in bibliothecis consumere.

5. Ἐπειδὴ οὖν πολλὰ ἀνέγνως, τί σοι ἔδοξε τὰ Ζήνωνος ἢ τὰ Διογένους, καὶ Κλεάνθους, ὁπόσα περιέχουσιν αἱ βίβλοι αὐτῶν, διδάσκουσαι ἀνθρωποβορίας, πατέρας μὲν ἀπὸ ἰδίων τέκνων ἕψεσθαι (13) καὶ βιβρώσκεσθαι, καὶ εἴ τις οὐ βούλοιτο ἢ μέλος τι τῆς μυσερᾶς τροφῆς ἀπορρίψειεν (14), αὐτὸν κατεσθίεσθαι τὸν μὴ φαγόντα; Πρὸς τούτοις ἀθεωτέρα τις φωνὴ εὑρίσκεται, ἢ τοῦ Διογένους, διδάσκοντος τὰ τέκνα

5. Afficta Christianis crimina in ethnicos rejiciuntur. Philosophi edere humanas carnes docent. — Quoniam autem multa perlegisti, quid tibi visa sunt illa Zenonis et Diogenis et Cleanthis præcepta, qualia eorum libris continentur, ut humana caro voretur, ac parentes a propris filiis coquantur et vorentur; ac si quis nolit, aut membrum aliquod infandi illius cibi projiciat, ipse ille comedatur qui non comedit?

(5) *Ἀδελφήν.* Editi addunt αὐτῶν, quod percommode deest in cod. Regio, et edit. Hamburg. Paulo ante editi φασὶν διακονεῖν. Regius cod. ut in textu.

(6) *Δία γαμεῖν.* Sic idem Reg. codex pro eo quod vitiose in editis, excepta tamen editione Hamburgensi, legebatur διὰ γάμου. Chrysippum Origenes lib. IV in Cels. et Diogenes Laertius in Chrysippum exagitant ob turpem hanc historiam ab eo, omni prorsus abjecto pudore, descriptam, quamvis eum non inficientur hæc ad physiologiam revocasse. Orpheus apud eumdem Laertium in Procœmio vituperatur ob hanc turpitudinem Jovi affictam.

(7) *Ἐν ἑτέρῳ.* Innuit vero hic noster librum primum *ad Autolycum*, ubi eodem fere ordine, quo hic Saturni, Herculis, Bacchi, Apollinis, Veneris nefanda a gentilibus prodita memorat. WOLFIUS.

(8) *Θεωρῶ.* Uterque ms. θεωρῶν.

(9) *Ἐπεί τοι.* Sic uterque cod. et edit. Hamburgensis. Aliæ ἔπειτα.

D (10) *Διαφόρῳ.* Ducæus not. in Athenag. monet legendum esse ἀδιαφόρῳ. Sic infra n. 15, ἀδιαφόρως ζῆν. WOLFIUS.

(11) *Ξυνόντας.* Legitur ζῶντας in cod. Bodl. ζῆν τάς in Regio.

(12) *Πασῶν σαρκῶν ἀνθρωπίνων.* Repugnat ut Christianis hoc crimen affictum dicatur. Neque enim omni humana carne vesci, sed infantem ad hunc teterrimum usum occidere ferebantur. Vel ergo delendum illud ἀνθρωπίνων, ita ut Christiani omnem carnem attingere dicantur, ac proinde ne humana quidem abstinere, vel pro πασῶν legendum πάντων, hoc modo, καὶ τὸ ἀθεώτατον καὶ ὠμότατον πάντων. Sic enim infra n. 15, καὶ τὸ ἀθεώτατον πάντων.

(13) *Ἕψεσθαι.* Ita Ducæus, Oxon. et Hamburg. Uterque codex et Tigur. et editiones Parisienses ὄψεσθαι. Legit Kusterus ὀπτᾶσθαι, ex ὀπτάομαι·ασσο.

(14) *Ἀπορρίψειεν.* Ita uterque ms et Tigur. et Hamb. Aliæ editiones ἀναῤῥίψειεν.

Digitized by Google

Hanc impietatem superat vox illa Diogenis docentis ut suos filii parentes in victimæ loco immolent et comedant. Quid? Nonne Cambysem fabulatur historiæ scriptor Herodotus, cum Harpagi filios occidisset, coctos patri epulum apposuisse? Idem etiam apud Indos fabulatur comedi a propriis filiis parentes. O doctrinam impiam talia scribentium vel potius docentium! o impietatem et atheismum! o mentem tam accurate philosophantium ac philosophiam præ se ferentium! Nam qui hæc docuere, mundum impietate repleverunt.

6. *Philosophorum de flagitiis sententiæ.* — Nam et de infando scelere pene inter eos omnes convenit, qui in philosophiæ choro erraverunt. Ac primus quidem Plato, qui præclarius inter eos philosophatus videtur, nominatim in primo *De republica* libro, sancit veluti quidam legislator communes esse omnium uxores, auctore utens Jovis filio et Cretensium legislatore ut per interpositam **384** causam fecunda proles ex talibus nasceretur; simul quod eos qui labores exantlarent, hujusmodi copulis de-

A τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς θυσίαν (15) ἄγειν, καὶ τούτους κατεσθίειν. Τί δ' οὐχὶ καὶ Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος μυθεύει, τὸν Καμβύσην (16) τὰ τοῦ Ἁρπάγου τέκνα σφάξαντα, καὶ ἑψήσαντα παρατεθεικέναι τῷ πατρὶ βοράν; Ἔτι δὲ καὶ παρὰ Ἰνδοῖς μυθεύει κατεσθίεσθαι τοὺς πατέρας ὑπὸ τῶν ἰδίων τέκνων. Ὦ τῆς ἀθέου διδασκαλίας τῶν τὰ τοιαῦτα ἀναγραψάντων, μᾶλλον δὲ διδαξάντων! ὦ τῆς ἀσεβείας καὶ ἀθεότητος αὐτῶν! ὦ τῆς διανοίας (17) τῶν οὕτως ἀκριβῶς φιλοσοφησάντων, καὶ φιλοσοφίαν ἐπαγγελλομένων! Οἱ γὰρ ταῦτα (18) δογματίσαντες τὸν κόσμον ἀσεβείας ἐνέπλησαν.

6. Καὶ γὰρ περὶ ἀθέσμου πράξεως σχεδὸν πᾶσιν συμπεφώνηκεν τοῖς περὶ τὸν χορὸν (19) τῆς φιλοσοφίας πεπλανημένοις. Καὶ πρῶτός γε Πλάτων, ὁ δοκῶν B ἐν αὐτοῖς σεμνότερον πεφιλοσοφηκέναι, διαῤῥήδην ἐν τῇ πρώτῃ (20) βίβλῳ τῶν Πολιτειῶν ἐπιγραφομένῃ, τρόπῳ τινὶ νομοθετεῖ εἶναι (21) κοινὰς ἁπάντων τὰς γυναῖκας, χρώμενος παραδείγματι τῷ Διὸς (22), καὶ Κρητῶν νομοθέτῃ, ὅπως διὰ προφάσεως (23) παιδοποιΐα πολλὴ γίνηται ἐκ τῶν τοιούτων, καὶ ὡς ὄῆθεν τοὺς λυπουμένους διὰ τοιούτων ὁμιλιῶν χρῆν

(15) *Εἰς θυσίαν.* Præpositionem, quæ deerat in editis, suppeditavit Regius codex. Cum Theophilo consentit Diogenes in Vitis Diogenis, Zenonis et Chrysippi. Dissentiet Juvenalis, si illius commentatores sequamur in his verbis ex satyra 15 explicandis: *Sed Cantaber undè Stoicus, antiqui præsertim ætate Metelli?* Loquitur Juvenalis de Vasconibus, qui in extrema obsidionis egestate vitam suam humanis carnibus produxerant. Laudata verba sic C accipiunt commentatores, quasi quærat poeta, quomodo Vascones Stoici esse potuissent, et mortem infando cibo præferre, cum nondum hæc in loca penetrasset Zenonis doctrina, qui moriendum potius existimat, quam de humana carne gustandum. At Theophili et Laertii testimonia dubitare non sinunt, quin Zenonem sale perfundat Juvenalis et Stoicos appellet Cantabros, quia carnem humanam voraverant.

(16) *Καμβύσην.* Manifestus error. Non enim Cambyses, sed Astyages id commisit. Sed forte memoria efflluxit Theophilo, nec necesse est Astyagis nomen in ipso textu reponere, ut Fellus et Wolfius fecerunt.

(17) *Ὦ τῆς διανοίας.* Frustra Grabius legendum conjicit, ὦ τῆσδ' ἀνοίας.

(18) *Οἱ γὰρ ταῦτα.* Sic uterque ms. Editi. οὐ γὰρ ταῦτα. Mox Reg. ἀνέπλησαν.

(19) *Περὶ τὸν χορόν.* Ita Regius codex et Hamburgensis editio. Aliæ περὶ τὸν χρόνον. Oxon. περὶ τὸν ἄκρον. D

(20) *Ἐν τῇ πρώτῃ.* Quæ hic referuntur a Theophilo non exstant in primo libro *De republica*, sed in quinto. Quare Ducæus et Fellus legendum existimant ἐν τῇ πέμπτῃ. Videtur Theophilum decepisse liber apud Platonem inscriptus, *Minos*, qui libris *De republica*, veluti quædam præfatio, præmittitur. Cum autem in hoc libro Minoem ejusque leges Plato magnis laudibus efferat, forte existimavit Theophilus hic quoque matrimonia Platonem ad exemplum Minois constituere.

(21) *Νομοθετεῖ εἶναι.* Editi νομοθετεῖν χρῆν εἶναι. Primum verbum emendarunt Fellus et Wolfius. Illud χρῆν sustuli auctoritate fretus Regii codicis. Videntur inter se pugnare διαῤῥήδην et τρόπῳ τινί, *nominatim* et *quodammodo*. Conciliari poterunt, si illud τρόπῳ τινὶ referamus ad auctoritatem quam sibi Plato privatus in his legibus constituendis sumebat.

(22) *Τῷ Διός.* Nullus dubito quin post hanc vocem addendum sit υἱῷ vel ἀριστῇ, filio vel confabulatori. Alioquin enim hiulca prorsus erit verborum constructio. In loco, quem citat Theophilus, utrumque titulum Plato tribuit Minoi, fretus Homeri auctoritate. Cur autem Minos appellatus sit Jovis ἀριστής, sic exponit Plato: Ἐφοίτα οὖν δι' ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι παρὰ τοῦ Διός. *Ventilabat igitur Minos nono quòque anno in antrum Jovis, partim ut disceret, partim ut eorum rationem redderet, quæ superiore nono anno a Jove didicisset.* Illud δι' ἐνάτου ἔτους nonnulli ita acceperunt quasi per novem annorum spatium cum Jove Minos fuisset. In hoc vitium lapsi interpretes S. Clementis Alexandrini, apud quem *Strom.* I, p. 351, hæc legimus: Τόν τε Μίνω παρὰ Διὸς δι' ἐνάτου ἔτους λαμβάνειν τοὺς νόμους ἱστοροῦσι, φοιτῶντα εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον. *Minoem a Jove nono quoque anno leges accepisse perhibent, cum in antrum Jovis veniret.* Male interpretes S. Clementis atque etiam Platonis, *novem annorum spatio*.

(23) *Ὅπως διὰ προφάσεως.* Communes esse mulieres decernit Plato in libro v *De rep.*, p. 457, ubi sic loquitur: Τὰς γυναῖκας ταύτας τῶν ἀνδρῶν τούτων πάντων πάσας εἶναι κοινὰς, ἰδίᾳ δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν· καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινοὺς, καὶ μήτε γονέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὑτοῦ, μήτε παῖδας γονέα. *Horum virorum uxores, omnes omnium communes sunto, nullaque privatim ulli consuescito; communes porro liberi sunto, neque pater filium, neque filium pater agnoscito.* Conflidit Plato nullam fore de hujus legis utilitate controversiam, sed illud tantum in dubium revocari posse, utrum res fieri necne possit. Tanta fuit in ethnicis divinæ legis ignoratio. Quæ deinde a Theophilo citantur, ὅπως διὰ προφάσεως, etc., leguntur in eodem libro, pag. 460. Plato sic loquitur: Καὶ τοῖς ἀγαθοῖς γέ που τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλοθί που γέρα δοτέον καὶ ἄθλα ἄλλα τε, καὶ ἀφθονεστέρα ἡ ἐξουσία τῆς τῶν γυναικῶν συγκοιμήσεως, ἵνα καὶ ἅμα μετὰ προφάσεως ὡς πλεῖστοι τῶν παίδων ἐκ τῶν τοιούτων σπείρωνται. *Juvenibus, qui vel in bello vel aliis in rebus valent, cum præmia et alia munera tribuenda sunt, tum prolixior concedenda cum mulieribus dormiendi licentia, ut simul per interpositam causam quam plurimi ex talibus serantur.*

Digitized by Google

παραμυθεῖσθαι· (Ἐπίκουρος δὲ καὶ αὐτὸς σὺν τῷ ἀθεότητσ διδάσκειν συμβουλεύει καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι (24),) καὶ πέρα (25) τῶν νόμων τοῦτο κωλυόντων· ὁ γὰρ Σολομῶν (26) καὶ περὶ τούτου σαφῶς ἐνομοθέτησεν, ὅπως ἐκ τοῦ γήμαντος οἱ παῖδες νομίμως γίνωνται, πρὸς τὸ μὴ ἐκ μοιχείας τοὺς γεννωμένους εἶναι, ἵνα μὴ τὸν οὐκ ὄντα πατέρα τιμήσῃ τις ὡς πατέρα, ἢ τὸν ὄντως πατέρα ἀτιμάσῃ τις, ἀγνοῶν ὡς μὴ πατέρα· ὁπόσα τε οἱ λοιποὶ νόμοι κωλύουσι Ῥωμαίων τε καὶ Ἑλλήνων τὰ τοιαῦτα πράσσεσθαι. Πρὸς τί οὖν Ἐπίκουρος καὶ οἱ Στωϊκοὶ δογματίζουσιν ἀδελφοκοιτίας καὶ ἀῤῥενοβασίας ἐπιτελεῖσθαι, ἐξ ὧν διδασκαλιῶν μεστὰς βιβλιοθήκας πεποιήκασιν, εἰς τὸ ἐκ παίδων μανθάνειν τὴν ἄθεσμον κοινωνίαν; Καὶ τί μοι λοιπὸν κατατρίβεσθαι περὶ αὐτῶν, ὅπου γε καὶ περὶ τῶν θεῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων τὰ ὅμοια κατηγγέλκασι;

A mulceri oportebat) quamvis ea res legibus prohiberetur. Nam Solon etiam ea de re legem diserte sancivit, ut ex patre matrimonio conjuncto legitime pueri nascantur, non autem ex adulterio, ne quis in patris loco eum colat qui pater non sit, aut eum qui vere sit ignominia afficiat, patrem esse ignorans. Epicurus autem, præter quam quod Deum non esse docet, auctor est ut cum matribus et sororibus consuetudo stupri habeatur, ac ejusmodi facinora patrentur, quæcunque reliquis legibus Romanorum et Græcorum prohibentur. Cur igitur Epicurus et Stoici incestos cum sororibus et masculis concubitus docent, qua doctrina bibliothecas impleverunt, ut a teneris infanda flagitia ediscerentur? Sed quid attinet pluribus circa eos immorari, cum de iis etiam B quos appellant diis similia prædicaverint?

A ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ τῶν καταῤῥακτῶν ῥυέντων, καὶ ἀπὸ τῶν πηγῶν τῆς ἀβύσσου βλυσάντων (92), ὥστε τὸ ὕδωρ ὑψωθῆναι ἐπάνω παντὸς ὄρους ὑψηλοῦ, πεντεκαίδεκα πήχεις. Καὶ οὕτω διεφθάρη τὸ γένος πάντων τῶν τότε (93) ἀνθρώπων· μόνοι δὲ διεσώθησαν οἱ φυλαχθέντες ἐν τῇ κιβωτῷ, οὓς προειρήκαμεν ὀκτώ· ἧς κιβωτοῦ τὰ λείψανα

392 20. *Moysis antiquitas.*— Moyses autem dux fuit Judæorum, qui ejecti sunt ex terra Ægypti a rege Pharaone, cujus nomen fuit Amasis. Is, ut aiunt, post exactum populum, regnavit annis 25 et mensibus 4, ut supputat Manæthos. Huic successit Chebron qui regnavit annis 13. Huic Amenophis, qui regnavit annis 20, mensibus 7. Huic soror, nomine Amessa, quæ regnavit annis 21 et mense 1. Post hanc Mephres annis 12 et mensibus 9. Post hunc Methrammuthosis, annis 20 et mensibus 10. Post hunc Tythmoses, annis 9 et mensibus 8. Huic successit Damphenophis, qui regnavit annis 30 et mensibus 10. Huic successit Orus, qui regnavit annis 35 et mensibus 5. Huic filia, quæ regnavit annis 10 et mensibus 3. Post hanc Mercheres annis 12 et mensibus 3. Huic successit filius nomine Armais, qui regnavit annis 30 et mense 1. Huic Messes Miammi filius, qui regnavit annis 6 et mensibus 2. Huic Rhamesses, qui regnavit anno 1 et mensibus 4. Huic successit Amenophis, qui regnavit annis 19 et mensibus 6. Post hunc Thœessus et Rhamesses annis 10, quos ferunt habuisse plurimas copias equestres et navales. Ac Hebræi quidem, post proprias gentis suæ ætates, cum eo tempore in Ægypto advenæ essent, a rege, ut jam dictum est, Tethmosi, in servitutem addicti sunt, eique exstruxerunt urbes munitas. Peitho et Rhamesen et

20. Ὁ δὲ Μωϋσῆς, ὁδηγήσας τοὺς Ἰουδαίους, ὡς ἔφθημεν εἰρηκέναι, ἐκβεβλημένους ἀπὸ γῆς Αἰγύπτου ὑπὸ βασιλέως Φαραὼ, οὗ τοὔνομα Ἄμασις (95), ὅς, φασὶν (96), μετὰ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λαοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιπέντε, καὶ μῆνας δ', ὡς ὑφηγεῖται Μανεθώς. Καὶ μετὰ τοῦτον Χεβρὼν ἔτη ιγ. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀμένωφις ἔτη κ', μῆνας ἑπτά. Μετὰ δὲ τοῦτον ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀμέσση ἔτη κα', μῆνα α'. Μετὰ δὲ ταύτην Μήφρης, ἔτη ιβ', μῆνας θ'. Μετὰ δὲ τοῦτον Μηθραμμούθωσις, ἔτη κ', μῆνας ι'. Καὶ μετὰ τοῦτον Τυθμώσης ἔτη θ', μῆνας η'. Καὶ μετὰ τοῦτον Δαμφενόφις ἔτη λ', μῆνας ι'. Μετὰ δὲ τοῦτον Ὦρος ἔτη λε', μῆνας πέντε. Τοῦ δὲ θυγάτηρ (97) ἔτη ι', μῆνας γ'. Μετὰ δὲ ταύτην Μερχερὴς, ἔτη ιβ', μῆνας γ'. Τοῦ δὲ Ἀρμαῒς ἔτη λ', μῆνα α'. Μετὰ δὲ τοῦτον Μέσσης Μιαμμοὺ, ἔτη ς' καὶ μῆνας β'. Καὶ μετὰ τοῦτον Ῥαμεύσης ἐνιαυτὸν, μῆνας δ'. Καὶ μετὰ τοῦτον Ἀμένωφις, ἔτη ιθ', μῆνας ς'. Τοῦ δὲ Θοΐσσος καὶ Ῥαμέσσης (98), ἔτη ι', οὓς φασιν ἐσχηκέναι πολλὴν δύναμιν ἱππικῆς, καὶ παράταξιν ναυτικῆς. Μετὰ τοὺς ἰδίους χρόνους (99) οἱ μὲν Ἑβραῖοι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παροικήσαντες ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ καταδουλωθέντες ὑπὸ βασιλέως, ὡς προείρηται, Τέθμωσις, ᾠκοδόμησαν αὐτῷ πόλεις ὀχυρὰς, τήν τε Πειθὼ καὶ Ῥαμεσῆ, καὶ Ὦν, ἥτις ἐστὶν Ἡλιόπολις· ὥστε καὶ τῶν πόλεων τῶν τότε ὀνομαστῶν κατ' Αἰγυπτίους δείκνυνται προγενέστεροι

(92) *Βλυσάντων*. Ita Wolfius ex Regio codice. Alii κλυσάντων.

(93) *Τότε*. Deest in utroque codice. Legitur in Regio τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πάντων.

(94) *Ἀραβικοῖς*. Fellus et Wolfius Ἀρμενικοῖς. Longe probabilius ita scripsisse Theophilum. Sed cum nulla suppetat codicis ms. auctoritas, non libuit contextum immutare.

(95) *Ἄμασις*. Infra et apud Joseph. I *App.* vocatur Τέθμωσις. Uterque ms. Μωῦσῆς (Μωσῆς P). Sic etiam Tigurina editio et ad marg. Ἄμασις, quo i postea ascitum in contextum. Codex Angl. ad marg. Θῦμωσις.

(96) *Ὅς, φασὶν*. Uterque ms. ὡς φασιν, ex quo conjicio scriptum fuisse ὅς, ὡς φασιν, et ex duabus voculis alteram excidisse (sed in *P*, ω ex *o* factum ab ead. manu.)

(97) *Τοῦ δὲ θυγάτηρ*. Ita apud Josephum. Editi nostri τούτων δὲ θυγάτηρ. Excepta tamen Hamburgi editione. Apud Josephum post Orum recensentur Acenchres ejus filia; tum istius frater Rhatotis; deinde Acencheres, alter Acencheres, Armais, Rhamesses, Armesses, Amenophis. In editis nostris Rhamesses dicebatur regnasse *anno* 1 *et mensibus* 4 *et mensibus* 2. Duos illos menses, auctore Josepho, transtuli in Messem, sive Armessem.

(98) *Τοῦ δὲ Θοΐσσος καὶ Ῥαμέσσης*. Pro Θοΐσσος legendum Σέθως vel Σέθωσις ut apud Josephum, cujus contextus sic se habet: Τοῦ δὲ Σέθωσις καὶ Ῥαμέσσης ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δύναμιν. Non ascribit Josephus quot annis Sethosis et Ramesses regnaverint. Fellus et Wolfius duo hæc nomina unius et ejusdem regis fuisse volunt; unde uterque sic contextu scripsit: Ὁ δὲ Σέθως καὶ Ῥαμέσσης λέγεται, ὃν φασιν. Nituntur eruditi viri alio Manethonis apud Josephum p. 1053, testimonio, ubi Sethos dicitur nomen etiam Ramessis habuisse. At in hoc loco alius est Sethos qui annis 125 regnavit post expulsum a priore Setho fratrem Danaum. Unde etiam posterior ille Sethos dicitur Ramessis nomen habuisse a Rampsæo ævo. Apud Josephum in edit. Oxon. legitur scholium ex duobus mss. erutum, in quo Sethos et Ramesses dicuntur fratres fuisse; quibus adjungitur tertius Armais, sive Danaus, quem Sethos toti Ægypto præfecit, postquam Ramessen sustulit.

(99) *Μετὰ τοὺς ἰδίους χρόνους*. Hæc in superioribus editt. conjuncta erant cum præcedentibus vocibus. Unde interpres reddiderat, *illis temporibus* quasi scriptum fuisset κατά. Ita scribere non dubitavit cl. Wolfius, qui nescio quomodo sibi finxit solam editionem Oxoniensem habere alteram præpositionem. His vocibus, μετὰ τοὺς ἰδίους χρόνους, antiquitatem Hebræorum Theophilus longius repetendam indicat, nempe ab iis temporibus, quæ Abraham ejusque nepotes in terra Chanaan traduxerunt.

Digitized by Google

οἱ Ἑβραῖοι ὄντες, οἱ καὶ προπάτορες ἡμῶν, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἔχομεν ἀρχαιοτέρας οὔσας ἁπάντων συγγραφέων, καθὼς προειρήκαμεν. Αἴγυπτος δὲ ἡ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ βασιλέως Σέθως. Τὸ γὰρ Σέθως (1), φασὶν, Αἴγυπτος καλεῖται. Τῷ δὲ Σέθως ἦν ἀδελφὸς ᾧ ὄνομα Ἀρμαῖν· οὗτος Δαναὸς κέκληται ὁ εἰς Ἄργος ἀπὸ Αἰγύπτου παραγενόμενος, οὗ μέμνηνται οἱ λοιποὶ συγγραφεῖς, ὡς πάνυ ἀρχαίου τυγχάνοντος.

21. Μανεθὼς δὲ ὁ κατ' Αἰγυπτίους (2) πολλὰ φλυαρήσας, ἔτι μὴν καὶ βλάσφημα εἰπὼν ὥστε Μωϋσέα (3) καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ἑβραίους, ὡς ὄῆθεν διὰ λέπραν ἐκβληθέντος (4) ἐκ τῆς Αἰγύπτου· Ποιμένας μὲν γὰρ αὐτοὺς εἰπὼν, καὶ πολεμίους Αἰγυπτίων, οὐχ εὗρεν (5) τὸ ἀκριβὲς τῶν χρόνων εἰπεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ποιμένας ἄκων εἶπεν, ἐλεγχόμενος ὑπὸ τῆς ἀληθείας· ἦσαν γὰρ ὄντως ποιμένες οἱ προπάτορες ἡμῶν, οἱ παροικήσαντες ἐν Αἰγύπτῳ, ἀλλ' οὐ λεπροί. Παραγενόμενοι γὰρ εἰς τὴν γῆν καλουμένην Ἱεροσόλυμα, ἔνθα καὶ μεταξὺ κατῴκησαν, δηλοῦται τῷ τρόπῳ οἱ ἱερεῖς αὐτῶν, διὰ προστάγματος Θεοῦ, προσκαρτεροῦντες τῷ ναῷ, τότε ἐθεράπευον πᾶσαν νόσον (6), ὥστε καὶ λεπρῶντας (7) καὶ πάντα μῶμον ἰῶντο. Ναὸν ᾠκοδόμησε Σολομὼν ὁ βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας. Περὶ δὲ τοῦ πεπλανῆσθαι τὸν Μανεθὼ περὶ τῶν χρόνων (8) ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων (9) δῆλόν ἐστιν. (Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ βασιλέως (10)

A On quæ est Heliopolis : ita ut urbibus, quæ tunc apud Ægyptios celebres fuerunt, seniores esse pateat Hebræos qui et majores nostri sunt, nobisque sacros libros omnibus, ut jam dictum est, scriptoribus antiquiores transmiserunt. Ægypti autem regio dicta est a rege Sethos. Nam Sethos idem sonare ac Ægyptum dicunt. Huic autem Sethos frater fuit nomine Armæn, qui Danaus appellatus est, et Argos, relicta Ægypto, venit, memoratus apud cæteros scriptores ut omnino antiquus.

21. Manæthos autem, qui multa in favorem Ægyptiorum nugatus est, ac blasphemias etiam in Moysen, et Hebræos, qui cum eo erant, effutiit, quasi ob lepram ejectus ex Ægypto fuisset, illos pastores appellans Ægyptiorumque inimicos, non potuit B accuratam temporum **393** rationem exhibere. Atque illos quidem pastores invitus, premente veritate dixit. Erant enim revera pastores nostri majores, qui in Ægypto commorati sunt, sed non leprosi. Nam cum venissent in terram, quæ vocatur Hierosolyma, ubi etiam deinceps habitarunt, nota res est quomodo eorum sacerdotes, Dei præcepto, perseverantes in templo, morbum omnem curaverint, ita ut et lepra infectos et morbum omnem sanarent. Templum ædificavit Salomon rex Judææ. Quod autem Manæthos circa tempora aberrat, ex ipsius dictis manifestum est. (Sed et circa regem, qui eos expulit, Pharaonem nomine. Is enim non

(1) *Τὸ γὰρ Σέθως*. Legendum ut apud Josephum ὁ γὰρ Σέθως.

(2) *Κατ' Αἰγυπτίους*. Testatur Josephus corruptam fuisse a nonnullis historiam illorum temporum, ut Ægyptiis gratificarentur, 1 *adv. App.*, p. 1051. Videtur ad hunc Josephi locum respexisse Theophilus. Quare vertendum duxi, *in favorem Ægyptiorum;* minime vero, *de rebus Ægyptiorum.*

(3) *Ὥστε Μωϋσέα*. Legendum εἰς τε. Sed cum aliud vulneris insit huic loco, sic restituendus videtur : Ἔτι μὴν καὶ βλάσφημα εἰπὼν εἰς τε Μωϋσέα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ἑβραίους, ὡς ὄῆθεν διὰ λέπραν ἐκβληθέντος ἐκ τῆς Αἰγύπτου, οὐχ εὗρε τὸ ἀκριβὲς τῶν χρόνων εἰπεῖν. Ποιμένας μὲν γὰρ αὐτοὺς εἰπὼν καὶ πολεμίους Αἰγυπτίων, ποιμένας μὲν ἄκων εἶπεν.

(4) *Ἐκβληθέντος*. Hamb. et Oxon. ἐκβληθέντας ex conjectura non probanda. Nam in fabula, quam refellit Josephus p. 1052, non Israelitas, sed Ægyptios cum Moyse ob lepram ejectos Manethon narrabat. Codex Regius ἐκβληθῆναι. Codex Anglic. cum aliis editionibus ἐκβληθέντος.

(5) *Οὐχ εὗρεν*. Hæc explicanda ex Josephi historia. Manethos plurima adversus Judæos corradebat, nunc antiquos Ægyptiorum commentarios sequens, nunc fabulas aniles. Itaque cum dixisset, commentarios Ægyptios sequendo, Israelitas sive pastores, sub Tethmosi, annis ante quam Danaus Argos veniret 393, ex Ægypto discessisse, postea, fabulis indulgendo, narrabat, sub Amenophi, quem post Sethosim ejusque filium Rampsem collocabat, maximam Ægyptiorum leprosorum multitudinem, duce Moyse, defecisse et a pastoribus olim sub Tethmosi expulsis ac Hierosolymam incolentibus auxilium sibi ascivisse. Hanc fabulam pluribus refellit Josephus p. 1052. Observat Manethonem sibi non constare, qui post collocatum Moysis egressum sub rege Tethmosi, nunc annis 518 serius hunc eventum collocat. Nam ab egressu Moysis usque ad expulsum a fratre Sethosi Danaum anni 393 interces-

serant. Sethosis post expulsum fratrem annis 59 C regnaverat, ejusque filius Rampses annis 66. Tum fabulosus ille Amenophis, *cujusque annos idcirco Manethos definire non ausus est, quamvis in aliis regibus annos accurate adjiciat.* Ἀμένωφιν γὰρ βασιλέα προσθεὶς, ψευδὲς ὄνομα, καὶ διὰ τοῦτο χρόνον αὐτοῦ τῆς βασιλείας ὁρίσαι μὴ τολμήσας, καίτοι γε ἐπὶ τῶν ἄλλων βασιλέων ἀκριβῶς τὰ ἔτη προστιθείς etc. Joseph. I *App.* 1052. Liquet Theophilo hunc Josephi locum obversatum fuisse.

(6) *Ἐθεράπευον πᾶσαν νόσον*. Paulo aliter Josephus I *adv. App.*, p. 1056, ubi Moysen minime contactum fuisse probat hoc lepræ morbo, quia leprosos oppidis et vicis exclusos seorsim in lacero habitu degere, et qui eos tetigissent aut sub eodem tecto fuissent, pro impuris haberi jussit, ac ne sanatis quidem introitum in sanctam urbem concessit, nisi post multas expiationes et lustrationes et sacrificia. Videtur existimasse Theophilus expiationes et lustrationes ad perfectam morbi curationem D præscriptas fuisse.

(7) *Λεπρῶντας*. Reg. λεπριῶντας. Quæ autem de Salomone huic loco intexuntur, nata videntur ex occasione templi modo commemorati.

(8) *Περὶ τῶν χρόνων*. Reg. et Hamb. τὸν χρόνον, minus commode, ut patet ex sequentibus vocibus, περὶ τοῦ βασιλέως.

(9) *Ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων*. Hic necesse fuit parenthesim apponere, post quam sequuntur Manethonis dicta ex quibus eum erroris circa tempora arguit Theophilus. Nam qui primo dixerat Hebræos ex Ægypto discessisse annis ante Danaum 393, is postea sub rege qui post Danaum annis 125 regnare cœperat, id dicebat evenisse.

(10) *Περὶ τοῦ βασιλέως*. Narrabat enim Manethos regem Amosum, sive Tethmosin, annos tribus et viginti post expulsos Israelitas regnasse. Wolfius, qui legendum putat ἐκ τοῦ, nihil prorsus vidit in hoc loco interpretando.

Digitized by Google

jam amplius Ægyptiis imperavit. Nam cum Hebræos persequeretur, cum exercitu submersus est in mari Rubro. Sed et quos ait pastores bellum gessisse cum Ægyptiis, mentitur). Nam egressi sunt ex Ægypto et incoluerunt regionem, quæ nunc etiam Judæa dicitur, annis antequam Danaus Argos veniret, trecentis nonaginta tribus. Hunc autem cæteris antiquiorem apud Græcos a plerisque existimari manifestum est. Itaque Manæthos duo nobis capita veritatis invitus declaravit in scriptis suis : primum quidem quod eos pastores fuisse confessus est ; deinde quod egressos esse e terra Ægypti : adeo ut vel ex his temporum descriptionibus, Moysem et qui eum secuti sunt, nongentis vel etiam mille annis antiquiores bello Trojano esse pateat.

A τοῦ ἐκβαλόντος αὐτοὺς, Φαραὼ τοὔνομα. Οὐκέτι γὰρ αὐτῶν ἐβασίλευσε. Καταδιώξας γὰρ Ἑβραίους μετὰ τοῦ στρατεύματος κατεποντίσθη εἰς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν. Ἔτι μὴν καὶ οὓς ἔφη ποιμένας πεπολεμηκέναι τοὺς Αἰγυπτίους, ψεύδεται). Πρὸ ἐτῶν (11) γὰρ τριακοσίων δεκατριῶν ἐξῆλθον ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ᾤκησαν ἔκτοτε τὴν χώραν, τὴν ἔτι καὶ νῦν καλουμένην Ἰουδαίαν, πρὸ τοῦ καὶ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. Ὅτι δὲ τοῦτον ἀρχαιότερον ἡγοῦνται τῶν λοιπῶν κατὰ Ἕλληνας οἱ πλείους, σαφές ἐστιν. Ὥστε ὁ Μαναιθὼς (12) δύο τάξεις ἄκων τῆς ἀληθείας μεμήνυκεν ἡμῖν, διὰ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων· πρῶτον μὲν ποιμένας αὐτοὺς ὁμολογήσας, δεύτερον εἰπὼν καὶ τὸ ἐξεληλυθέναι αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὥστε καὶ ἐκ τούτων τῶν ἀναγραφῶν (13) δείκνυσθαι προγενέστερον εἶναι τὸν Μωϋσῆν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐννεακοσίους ἢ καὶ χιλίους ἐνιαυτοὺς (14) πρὸ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου.

394 22. *Templi antiquitas.* — Sed quod spectat ad templi constructionem, quod in Judæa rex Salomon ædificavit annis post exitum Judæorum de Ægypto quingentis et sexaginta, apud Tyrios scriptum est, quomodo ædificatum fuerit templum, et in eorum archivis asservantur commentarii, in quibus invenitur conditum fuisse templum annis ante conditam a Tyriis Carthaginem centum quadraginta tribus, mensibus octo (id autem his in commentariis narratur sub rege Tyriorum, nomine

B 22. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ναοῦ τῆς οἰκοδομῆς, τοῦ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὃν ᾠκοδόμησεν ὁ βασιλεὺς Σολομὼν μετὰ ἔτη πεντακόσια ἑξήκοντα (15) ἐξ τῆς Αἰγύπτου ἐξοδίας τῶν Ἰουδαίων, παρὰ Τυρίοις ἀναγέγραπται, ὡς ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται, καὶ ἐν τοῖς ἀρχείοις αὐτῶν πεφύλακται τὰ γράμματα, ἐν αἷς ἀναγραφαῖς εὑρίσκεται γεγονὼς ὁ ναὸς πρὸ τοῦ τοὺς Τυρίους τὴν Καρχηδόνα κτίσαι, θᾶττον ἔτεσιν ἑκατὸν (16) τεσσαράκοντα τρισὶν, μησὶν ὀκτὼ (17) (ἀνεγράφη δὲ ὑπὸ Ἱερώμου (18) τοὔνομα βασιλέως Τυρίων, υἱοῦ δὲ

(11) *Πρὸ ἐτῶν*, etc. Error est vel Theophili vel librariorum. Nam apud Josephum anni 393 numerantur, p. 1041 et 1052. Sic etiam Tertullianus *Apolog.* cap. 29 : *Si quem audistis Moysem, Argivo Inacho pariter ætate est. Quadringentis pene annis, nam et septem desunt, Danaum et ipsum apud vos antiquissimum præcedit, mille circiter cladem Priami antecedit.* Confirmat hanc scripturam argumentum, quo utitur Josephus, ut scriptorem Ægyptium sibi non constare demonstret. Nam cum is, litteras Ægyptiacas sequendo, Hebræos ex Ægypto egressos esse dixisset annis 393 ante Danaum ; postea, fabulis indulgendo, hunc eventum sub Amenophi collocabat, annis 115 post Danaum. Unde Josephus (ibid., pag. 1052) discrimen annorum 518 inter utramque ejusdem rei narrandæ rationem observat. Porro si a Tethmosi, quem Hebræos persecutum esse Ægyptiorum litteræ narrabant, usque ad Amenophin, qui 125 annis post Danaum regnavit, anni 518 effluxerunt : necesse est ut a Tethmosi usque ad Danaum annos 393 numeremus.

(12) *Ὥστε ὁ Μαναιθώς.* Sic legitur in codice Regio : Ὥστε τὸν Μαναίθων δύο τάξεις ἄκοντα τῆς ἀληθείας δεδηλωκέναι, ἃς αὐτὸς μεμήνυκεν ἡμῖν. Cod. Angl. habet ὡς αὐτός. Cl. Wolfius. Sed nulla videtur esse immutandi contextus necessitas.

(13) *Ἀναγραφῶν.* Ἀναγραφαὶ apud Josephum p. 1039 et 1042, non sunt Manethonis scripta, sed *sacræ litteræ* Ægyptiorum, quibus usum se esse Manethon asseverabat.

(14) *Ἐνιαυτούς.* Hanc vocem, quæ deerat in editis, suppeditavit Regius codex. Mirum in modum aberrat temporibus Theophilus, cum Israelitarum profectionem mille annis ante excidium Trojanum collocat. Melius Tatianus, Clemens et Eusebius annis tantum quadringentis. Theophilo assentiuntur Tertullianus *Apolog.* cap. 19, Cyrillus lib. I *in Jul.* Sed unde tanta hallucinatio in eruditis scriptoribus ? Fortasse non tam suas ipsi rationes subducebant, quam subductas a Manethone argumenti loco sumebant ad ethnicos refellendos ; id quod factum ab Eusebio videmus lib. X *Præpar. evang.*, qui, quamvis Israelitas ex Ægypto annis ante excidium Trojanum quadringentis profectos sentiat, objicit tamen ethnicis testimonium Porphyrii Moysen Semiramidi æqualem esse testantis. Sed mihi videtur erroris fons et origo sola exstitisse auctoritas Josephi, qui sic loquitur lib. I *contr. App.* pag. 1042 : Δύο τοίνυν ὁ Μανέθων ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἐτέρωθεν ἄφιξιν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, οὕτως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις ὡς ἐγγὺς που προτέραν αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις. *Manethos igitur duo nobis maxima testimonio suo astruit ex litteris apud Ægyptios asservatis : primum quidem adventum in Ægyptum ex alia regione ; deinde discessum ex Ægypto, ita antiquum temporibus, ut propemodum mille annis Iliaca superet.* Illud quidem sequebatur ex chronologia Manethonis, Israelitas ab Ægypto discessisse annis 393, antequam Danaus Argos veniret. At Danaum Argos venisse annis sexcentis ante Iliaca nec asseruit Manethon, nec asserendi locum dedit, sed hæc Josephi minus considerata fuit conjectura. Nam Inachus, a quo usque ad Danaum octo Argivorum reges numerantur, quadringentis tantum annis Trojanum excidium antecessit.

(15) *Ἑξήκοντα.* Deest in Regio codice.

(16) *Ἑκατόν.* Bodleianus habet ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρσι. Reg. τριάκοντα τρισίν. Editi, omisso ἑκατόν, habebant tantum τριάκοντα τέσσαρσιν, et infra φ. λ. γ. Fellus et Wolfius ex Josephi primo *contra Appionem* libro utrumque locum emendarunt, eosque secutus sum.

(17) *Μησὶν ὀκτώ.* Oxon. et Hamb. καὶ μησὶν ὀκτώ.

(18) *Ἀνεγράφη δὲ ὑπὸ Ἱερώμου.* Cl. Wolfius existimat ita reddendum hunc locum : *Consignata sunt* (scilicet γράμματα τῶν Τυρίων de quibus ante) *ab Hieromo Tyriorum rege, quippe qui amicus fuit Salomonis*, etc. Sed illud ἀνεγράφη repetitio est ejusdem verbi, quod paulo ante occurrit, ἀναγέ-

Digitized by Google

Ἀβειμάλου, διὰ τὸ (19) ἐκ πατρικῆς συνηθείας τὸ Ἱέρωμον γεγενῆσθαι φίλον τοῦ Σολομῶντος· ἅμα καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, ἣν ἔσχεν ὁ Σολομῶν. Ἐν γὰρ προβλήμασιν ἀλλήλους συνεχῶς ἐγύμναζον. Τεκμήριον δὲ τούτου καὶ ἀντίγραφα ἐπιστολῶν αὐτῶν φησι (20) μέχρι τοῦ δεῦρο παρὰ τοῖς Τυρίοις πεφυλαγμένα, γράμματά τε ἀλλήλοις διέπεμπον) καθὼς μέμνηται Μένανδρος (21) ὁ Ἐφέσιος, ἱστορῶν περὶ τῆς Τυρίων βασιλείας, λέγων οὕτως· *Τελευτήσαντος γὰρ Ἀβειμάλου βασιλέως Τυρίων, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἱέρωμος, βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία* (22). *Τοῦτον δὲ διεδέξατο Βάζωρος, βιώσας ἔτη μή', ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ'. Μετὰ δὲ τοῦτον Μεθουάσταρτος, βιώσας ἔτη νδ', ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ'. Μετὰ δὲ τοῦτον* (23) *ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀθάρυμος, βιώσας ἔτη νη', ἐβασίλευσεν ἔτη θ'. Τοῦτον ἀνεῖλεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἔλλης τοὔνομα, ὃς βιώσας ἔτη ν', ἐβασίλευσε μῆνας ὀκτώ. Τοῦτον ἀνεῖλεν Ἰουθώβαλος, ἱερεὺς τῆς Ἀστάρτης, ὃς, βιώσας ἔτη μ', ἐβασίλευσεν ἔτη ιϐ'. Τοῦτον διεδέξατο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Βαζωρὸς, ὃς, βιώσας ἔτη με', ἐβασίλευσεν ἔτη ζ'. Υἱὸς δὲ τούτου Μεττὴρ, ὃς, βιώσας ἔτη λϐ', ἐβασίλευσεν ἔτη κθ'. Τοῦτον διεδέξατο Πυγμαλίων Πυγμαλίου, ὃς, βιώσας ἔτη ρς', ἐβασίλευσεν ἔτη ζ'. Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ* (24), *εἰς Λιβύην φυγοῦσα, πόλιν ᾠκοδόμησε τὴν μέχρι τοῦ δεῦρο Καρχηδονίαν καλουμένην.* Συνάγεται οὖν πᾶς χρόνος ἀπὸ τῆς Ἱερώμου βασιλείας μέχρι Καρχηδόνος κτίσεως ἔτη ρνε', μῆνες ὀκτώ. Τῷ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Ἱερώμου βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη. Ὥστε τὸν πάντα χρόνον γεγενῆσθαι ἀπὸ τῆς τοῦ ναοῦ οἰκοδομῆς μέχρι Καρχηδόνος κτίσεως ἔτη ρμγ', μῆνες η'.

A Hieromo, quia is amicus fuit Salomoni tum ob consuetudinem quam cum illius patre habuerat, tum ob præstantiam sapientiæ Salomonis. Nam propositis quæstionibus, sese invicem perpetuo exercebant. Atque hujus rei indicium etiam faciunt exemplaria illorum epistolarum, quæ etiamnum asservari dicuntur apud Tyrios; tum et litteræ quas sibi invicem scribebant), quemadmodum testatur Menander Ephesius, qui regum Tyriorum historiam referens sic loquitur: *Mortuo Abeimalo rege Tyriorum, regni gubernacula suscepit filius ejus Hieromus, qui vixit annis* 53. *Huic successit Bazorus, qui vixit annis* 43, *et regnavit annis* 17. *Post hunc Methuastartus, qui vixit annis* 54, *et regnavit annis* 12. *Huic successit frater Atharymus, qui vixit annis* 58, B *et regnavit annis* 9. *Hunc interfecit frater nomine Helles, qui vixit annis* 50, *et regnavit mensibus* 8. *Hunc peremit Juthobalus Astartæ sacerdos, qui vixit annis* 40, *et regnavit annis* 12. *Huic successit filius nomine Bazorus, qui vixit annis* 45, *et regnavit annis* 7. *Huic filius nomine Mettin, qui vixit annis* 32, *et regnavit annis* 29. *Huic successit Pygmalion Pygmalii filius, qui vixit annis* 56, *et regnavit annis* 7. *At in septimo anno ejus regni in Libyam fugiens ejus soror urbem condidit, quæ adhuc hodie Carthago appellatur.* Continet igitur omne tempus ab Hieromi regno usque ad conditam Carthaginem annos 155 et menses octo. Duodecimo anno regis Hieromi ædificatum est templum Hierosolymitanum. Itaque universum tempus ab constructo **395** templo usque ad conditam Carthaginem complectitur annos 143 et menses octo.

γραπται ὡς ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται, *scriptum est quomodo templum ædificatum fuerit*, etc. Tum aptissime additur id scriptum sub rege Hieromo, id est hunc eventum ejus regno assignari, quia is amicus fuit Salomoni et multa ad operis constructionem suppeditavit. At ipsum regem hæc scripsisse nec Josephus, a quo hæc mutuatur Theophilus, suspicandi locum relinquit, nec Theophilus id de suo excogitare dicendus. Narrat Josephus Hieromum ligna et aurum suppeditasse, quia cum Salomone, ob consuetudinem quam habuerat cum Davide, et sapientiæ communi amore conjunctissimus erat. In codice Regio legitur ἀπὸ Ἱερώμου, quod quidem non mihi displicet, modo ita reddamus: *Id autem his in commentariis narratur contigisse, postquam regnare cœpisset rex Hieromus.* Sæpe apud Justinum hæc præpositio ita fuit interpretanda. Legitur περὶ Ἱερώμου, in editt. Oxon. et Hamb., quod quidem eo magis in Hamburgensi emendatum non fuisse miror, quod erudito editori minime probatur.

(19) *Διὰ τό.* Ita Reg. Editi διὰ τοῦ.

(20) *Αὐτῶν φησι.* Legendum ἃ φασι, et mox ἃ ἀλλήλοις διέπεμπον. Videtur duo epistolarum inter Salomonem et Hiram genera distinguere Theophilus, nempe epistolas, in quibus quæstiones ad solvendum proponebantur, et eas, quæ, ut inter vicinos et amicos reges fieri par erat, variis de rebus loquebantur. In hac distinctione videtur auctorem sequi Josephum, cujus verba in hunc sensum accipi possunt. Sic enim loquitur I *adv. Appionem*, p. 1042: Προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέστελλον, λύειν κελεύοντες.... Σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν. *Problemata sibi invicem ad solvendum mittebant..... Servantur autem hactenus apud Tyrios multa ex epistolis, quas sibi invicem scribebant.*

(21) *Καθὼς μέμνηται Μέναδρος.* Quæ de Salomonis et Hirami conjunctione supra dicuntur, ea necesse fuit parenthesi includere, quia Theophilus nequaquam Menandri verbis utitur, ut hanc conjunctionem probet (nihil enim ea de re in testimonio Menandri), sed ut demonstret quot annis ante Carthaginem ædificatum fuerit templum. Præterea apud Josephum colligatæ inter Salomonem et Hiramum amicitiæ non Menander testis citatur, sed Dius, quem historiæ Phœnicum accuratum scriptorem vocat Josephus.

(22) *Βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία.* Editiones Oxon. et Hamb. addunt ἐβασίλευσεν ἔτη λδ. Legit etiam Wolfius ὃς, βιώσας.

(23) *Μετὰ δὲ τοῦτον.* Inter Methuastartum et Atharmyrum, qui apud Josephum vocantur Abdastratus et Aserymus, nonnulli alii reges recensentur; nimirum Abdastratum quatuor filii nutricis occiderunt, quorum natu maximus regnavit annos 12. Post hunc Astartus, cui successit frater Aserymus. Tanta est inter Josephi et Theophili contextum discrepantia, sive in annis numerandis, sive in nominibus appellandis, ut difficile sit statuere utrum semper ex Josepho Theophilus emendandus sit, an non etiam interdum ex Theophilo Josephus. — δέ add. Reg. et B.

(24) *Ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ.* Hæc necesse fuit ex Josepho mutuari, cum deessent in editis nostris. Legitur φυγών in Regio codice.

Digitized by Google

23. *Prophetæ antiquiores scriptoribus Græcis; legislatores longe recentiores Moyse.* — Phœnicum ergo et Ægyptiorum de rerum nostrarum temporibus testimonia quomodo retulerint Manæthos Ægyptius et Menander Ephesius, ac etiam Josephus, qui bellum Judæis a Romanis illatum litteris mandavit, nobis sufficiant quæ diximus. Ex his enim qui antiqui sunt, etiam cæterorum scripta iis, quæ per Moysen nobis tradita sunt, recentiora esse demonstratur, imo et ipsis prophetis; nam qui ultimus prophetarum fuit Zacharias nomine, is regnante Dario floruit. Sed et ipsi legislatores omnes inveniuntur leges suas posterius posuisse. Si quis enim objiciat Solonem Atheniensem, is temporibus Cyri et Darii regum vixit, æqualis prædicti prophetæ Zachariæ, annis admodum multis posterioris. Quod si quis Lycurgum aut Draconem aut Minoem legislatores objiciat, præcedunt libri sacri, ut scribit Josephus, cum Jove Cretensium rege et bello Trojano antiquiores sint litteræ legis divinæ, quæ nobis per Moysen tradita est. Sed ut accuratius temporum et annorum rationem demonstremus; Deo nobis favente, non ea solum, quæ post diluvium, sed ea etiam quæ anteriora enarrando, ita ut omnium, quantum nobis fas erit, annos numeremus, id nunc exsequemur, ad remotissimum recurrentes mundi creationis initium, quod Moyses Dei famulus, Spiritu sancto afflante, descripsit. Disserens enim de creatione ac generatione mundi et primi hominis et eorum qui deinceps nati sunt, ea etiam declaravit, quæ ante diluvium evenerunt. Ego autem hanc gratiam peto a solo Deo, ut vera secundum illius voluntatem omnia accurate dicam, ut et tu et quisquis hæc leget, ducem habeatis veritatem et gratiam ejus. Initium autem ducam a genealogiis, quæ descriptæ sunt, id est a primo homine.

23. Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστορήκασι περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγράψαντες Μαναιθὼς ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μένανδρος ὁ Ἐφέσιος, ἔτι δὲ καὶ Ἰώσηππος ὁ ἀναγράψας τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον, τὸν γενόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀρκετῶς ἤτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα. Ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἀρχαίων δείκνυται καὶ τὰ τῶν λοιπῶν συγγράμματα ἔσχατα εἶναι τῶν διὰ Μωϋσέως ἡμῖν δεδομένων γραμμάτων, ἔτι μὴν καὶ τῶν μεταξὺ προφητῶν. Ὁ γὰρ ὕστερος τῶν προφητῶν γενόμενος Ζαχαρίας ὀνόματι ἠκρίβωσε κατὰ τὴν Δαρείου βασιλείαν. Ἀλλὰ καὶ οἱ νομοθέται πάντες μεταξὺ εὑρίσκονται νομοθετοῦντες. Εἰ γάρ τις εἴποι Σόλωνα τὸν Ἀθηναῖον, οὗτος γέγονε κατὰ τοὺς χρόνους Κύρου καὶ Δαρείου τῶν βασιλέων, κατὰ τὸν χρόνον Ζαχαρίου τοῦ προειρημένου προφήτου, μεταξὺ γεγενημένου πάνυ πολλοῖς (25) ἔτεσιν· ἤτοι καὶ περὶ Λυκούργου, ἢ Δράκοντος, ἢ Μίνω τῶν νομοθετῶν, Ἰώσηππος (26) γράφων λέγει, ὅτι προάγουσιν αὐτοὺς ἀρχαιότητι αἱ ἱεραὶ βίβλοι, ὅπου γε καὶ τοῦ Διὸς τοῦ Κρητῶν βασιλεύσαντος, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου δείκνυται προάγοντα τὰ γράμματα τοῦ θείου νόμου, τοῦ διὰ Μωϋσέως ἡμῖν δεδομένου. Ἵνα δὲ ἀκριβεστέραν ποιήσωμεν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καιρῶν καὶ χρόνων, Θεοῦ ἡμῖν παρέχοντος, οὐ μόνον τὰ μετὰ κατακλυσμὸν ἱστοροῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ, εἰς τὸ καὶ τῶν ἁπάντων κατὰ τὸ δυνατὸν εἰπεῖν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν, νυνὶ ποιησόμεθα, ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν ἀνέκαθεν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, ἣν ἀνέγραψε Μωϋσῆς ὁ θεράπων τοῦ Θεοῦ διὰ Πνεύματος ἁγίου. Εἰπὼν γὰρ τὰ περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως κόσμου, τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου, καὶ τὰ τῶν ἐξῆς γεγενημένων, ἐσήμανε καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ ἔτη γενόμενα. Ἐγὼ δ' αἰτοῦμαι χάριν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ, εἰς τὸ τάληθῆ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ πάντα ἀκριβῶς εἰπεῖν, ὅπως καὶ σὺ, καὶ πᾶς ὁ τούτοις ἐντυγχάνων ὁδηγῆται ὑπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ χάριτος αὐτοῦ. Ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν ἀναγεγραμμένων γενεαλογιῶν, λέγω δὲ ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος.

24. *Annorum series ab Adamo usque ad reges.* — Adam natus annos 230, genuit Seth. Seth natus annos 205, genuit Enos. Enos vixit annos 190, et genuit Cainan. Cainan natus annos 170, genuit Malaleel. Malaleel natus annos 165, genuit filium nomine Jared. Jared natus annos 162, genuit Enoch. Enoch natus annos 165, genuit Mathusala. Mathusala natus annos 167, genuit Lamech. Lamech natus annos 188, genuit Noe. Noe natus annos 500, genuit Sem. Sub Noe, cum annos natus esset 600, contigit diluvium. Itaque ab condito homine usque

24. Ἀδὰμ ἕως οὗ ἐτέκνωσεν ἔτη σλ' (27). Υἱὸς δὲ τούτου Σὴθ ἔτη σε'. Υἱὸς δὲ τούτου Ἐνὼς ἔτη ρς'. Υἱὸς δὲ τούτου Καϊνὰν ἔτη ρα'. Υἱὸς δὲ τούτου Μαλελεὴλ ἔτη ρξε'. Υἱὸς δὲ τούτου Ἰάρεθ ἔτη ρξβ'. Υἱὸς δὲ τούτου Ἐνὼχ ἔτη ρξε'. Υἱὸς δὲ τούτου Μαθουσάλα ἔτη ρξζ' (28). Υἱὸς δὲ τούτου Λάμεχ ἔτη ρπη'. Τούτῳ δὲ υἱὸς ἐγενήθη ὁ προειρημένος Νῶε, ὃς ἐτέκνωσε τὸν Σὴμ ὢν ἐτῶν φ'. Ἐπὶ τούτου ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς ὄντος αὐτοῦ ἐτῶν χ'. Τὰ πάντα οὖν μέχρι κατακλυσμοῦ γεγένηται ἔτη ,βσμβ'. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν εὐθέως ὁ Σὴμ, ὢν ἐτῶν ρ' (29), ἐτέκνωσε

(25) *Πάνυ πολλοῖς*, Reg. οὐ πάνυ πολλοῖς. Hæc scriptura ita placuit erudito Wolfio, ut eam in contextum receperit; quasi Theophilus dicat Zachariam post Cyrum et Darium exstitisse non omnino multis annis. Sed satius videtur hæc ad Moysen referre, cujus antiquitas eo expressior, quo pluribus ab eo annis distabit Zacharias.

(26) *Ἰώσηπος*. Totum hunc locum Josephi beneficio restituerunt Fellus et post eum Wolfius. In cod. Reg. legitur: Νομοθετῶν, γράφων λήγει τις ἐν τοῖς προάγουσιν αὐτοὺς εἶναι, ὅπου γε καὶ τοῦ. Editi et codex Bodleianus: Νομοθετῶν γράφων τοῖς προάγουσιν αἱ ἱεραὶ βίβλοι.

(27) *Ἔτη σλ'*. Ita uterque codex ms. et editiones Oxon. et Hamb. Aliæ τλ'.

(28) ρξζ' Ita eædem editiones et cod. Reg. Aliæ ρπζ'. Sic etiam infra pro eo quod erat in editis ,βτκθ', idem cod. ms. et eædem editiones habent ,βομβ'.

(29) *Ἐτων ρ'*. Reg. ρσλ'.

Digitized by Google

τὸν Ἀρφαξάθ. Ἀρφαξὰθ δὲ ἐτέκνωσε Σαλὰ ὧν ἐτῶν ρλε'. Ὁ δὲ Σαλὰ ἐτέκνωσεν ὧν ἐτῶν ρλ'. Τούτου δὲ υἱὸς Ἔβὲρ ὧν ἐτῶν ρλδ' · ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος αὐτῶν Ἑβραῖοι προσηγορεύθησαν. Τούτου δὲ υἱὸς Φαλὲγ ὧν (30) ἐτῶν ρλ'. Τούτου δὲ υἱὸς Ῥαγεῦ ὧν ἐτῶν ρλβ'. Τούτου δὲ υἱὸς Σεροὺχ ὧν ἐτῶν ρλ'. Τούτου δὲ υἱὸς Ναχὼρ ὧν ἐτῶν οε'. Τούτου δὲ υἱὸς Θάῤῥα ὧν ἐτῶν ο' (31). Τούτου δὲ υἱὸς Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης ἡμῶν ἐτέκνωσε τὸν Ἰσαὰκ ὧν ἐτῶν ρ'. Γίνονται οὖν μέχρι Ἀβραὰμ ἔτη ,γσοη' (32). Ἰσαὰκ ὁ προειρημένος ἕως τεκνογονίας ἔζησεν ἔτη ξ', ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακώϐ. Ἔζησεν ὁ Ἰακὼϐ ἕως τῆς μετοικεσίας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ γενομένης, ἧς ἐπάνω προειρήκαμεν, ὧν ἐτῶν ρλ'. Ἡ δὲ παροίκησις τῶν Ἑϐραίων ἐν Αἰγύπτῳ ἐγενήθη ἔτη υλ' · καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐν τῇ ἐρήμῳ καλουμένῃ διέτριψαν ἔτη μ'. Γίνεται οὖν τὰ πάντα ἔτη ,γϑλη' (33), ᾧ καιρῷ τοῦ Μωϋσέως τελευτήσαντος, διεδέξατο ἄρχειν Ἰησοῦς υἱὸς Ναυὴ, ὃς προέστη αὐτῶν ἔτεσι κζ'. Μετὰ δὲ τὸν Ἰησοῦν τοῦ λαοῦ παραϐάντος ἀπὸ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδούλευσαν βασιλεῖ Μεσοποταμίας Χουσαράθων ὀνόματι (34) ἔτεσιν ὀκτώ. Εἶτα, μετανοήσαντος τοῦ λαοῦ, κριταὶ ἐγενήθησαν αὐτοῖς · Γοθονοὴλ ἔτεσιν τεσσαράκοντα, Ἐγλὼν ἔτεσιν ιη', Ἀὼθ ἔτεσιν η'. Ἔπειτα πταισάντων αὐτῶν ἀλλόφυλοι ἐκράτησαν ἔτεσιν κ'. Ἔπειτα Δεϐϐώρα ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν μ'. Ἔπειτα Μαδιανῖται ἐκράτησαν αὐτῶν ἔτεσιν ζ'. Εἶτα Γεδεὼν ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν μ', Ἀϐιμέλεχ ἔτεσιν γ', Θωλὰ ἔτεσιν κϐ' (35), Ἰαεὶρ ἔτεσιν κϐ'. Ἔπειτα Φυλιστιεὶμ καὶ Ἀμμανῖται ἐκράτησαν αὐτῶν ἔτεσιν ιη'. Εἶτα Ἰεφθάε ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν ἑξ, Ἐσϐὼν ἔτεσιν ζ', Αἰλὼν ἔτεσιν ι', Ἀϐδὼν ἔτεσιν η'. Ἔπειτα ἀλλόφυλοι ἐκράτησαν αὐτῶν ἔτεσιν μ'. Εἶτα Σαμψὼν ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν κ'. Ἔπειτα εἰρήνη ἐν αὐτοῖς ἐγένετο ἔτεσι μ'. Εἶτα Σαμηρὰ ἔκρινεν αὐτοὺς ἐνιαυτόν · Ἠλὶς ἔτεσιν κ', Σαμουὴλ ἔτεσιν ιϐ'.

25. Μετὰ δὲ τοὺς κριτὰς ἐγένοντο βασιλεῖς ἐν αὐτοῖς, πρῶτος ὀνόματι Σαοὺλ, ὃς ἐϐασίλευσεν ἔτη κ', ἔπειτα Δαϐὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν ἔτη μ'. Γίνεται οὖν μέχρι τῆς τοῦ Δαϐὶδ ϐασιλείας τὰ πάντα ἔτη υιϛ'. Μετὰ δὲ τούτους ἐϐασίλευσε Σολομῶν, ὁ καὶ τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ ϐουλὴν Θεοῦ πρῶτος ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήσας δι' ἐτῶν μ', μετὰ δὲ τοῦτον Ῥοϐοὰμ ἔτεσιν ιζ', καὶ μετὰ τοῦτον Ἐϐία ἔτεσι ζ', καὶ μετὰ τοῦτον Ἐσὰ ἔτεσι μα', καὶ μετὰ τοῦτον Ἰωσαφὰτ ἔτεσιν κε', μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωρὰμ ἔτη η', μετὰ δὲ τοῦτον Ὀχοσίας ἐνιαυτὸν, καὶ μετὰ τοῦτον Γοθολία (36) ἔτεσιν ἕξ, μετὰ δὲ ταύτην Ἰωσίας ἔτεσι μ', καὶ μετὰ τοῦτον Ἀμασίας ἔτεσι λϑ', καὶ μετὰ τοῦτον Ὀζίας ἔτεσιν νϐ', μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωαθὰμ ἔτεσιν ις', μετὰ δὲ τοῦτον Ἀχὰζ ἔτεσιν ιζ', καὶ μετὰ τοῦτον Ἐζεκίας ἔτεσιν κϑ', μετὰ δὲ τοῦτον Μανασσῆς

ad diluvium reperiuntur anni, ut ex prædictis liquet, 2242. Sem natus annos 100, genuit Arphaxath statim post diluvium. Arphaxath natus annos 135, genuit Sala. Sala natus annos 130, genuit Heber; ab hoc universum ipsorum genus Hebræi dicuntur. Heber natus annos 134, **396** genuit Phaleg. Phaleg natus annos 130, genuit Rhageu. Rhageu natus annos 132, genuit Seruch. Seruch natus annos 130, genuit Nachor. Nachor natus annos 75, genuit Tharra. Tharra natus annos 70, genuit Abraham. Abraham patriarcha noster natus annos 100, genuit Isaac. Itaque anni numerantur a condito homine usque ad Abraham 3278. Isaac natus annos 60. genuit Jacob. Jacob natus fuit annos 130, cum proficisceretur in Ægyptum. Hebræi in Ægypto morati sunt annis 430; egressi Ægypto hæsere in deserto annis 40: exstant ergo omnino anni 3938. Quo tempore mortuo Moyse, imperii administrationem suscepit Jesus filius Nave, qui præfuit populo annis 27. Jesu defuncto, cum Hebræi defecissent a præceptis Domini, servierunt regi Mesopotamiæ, cui nomen Chusarathon, annis 8. Deinde ad pœnitentiam conversi, judices a quibus judicarentur nacti sunt. Gothonoel judicavit Hebræos annis 40, Eglon annis 18, Aoth annis 8. Dehinc prævaricati legem Domini alienigenis servierunt annis 20. Debbora postmodum judicavit Hebræos annis 40. Deinde servierunt Madianitis annis 7. Deinceps Gedeon judicavit annis 40, Abimelech annis 3, Thola annis 22, Jair annis 22. Postea Hebræi servierunt Philistinis et Ammonitis annis 18, Jephte in libertatem antiquam assertos judicavit annis 6, Esbon annis 7, Ailon annis 10, Abdon annis 8. Postea servierunt alienigenis annis 40. Deinde Samson judicavit Hebræos annis 20, deinceps pax Hebræis fuit annis 40. Inde Samira judicavit Hebræos anno 1, Elis annis 20, Samuel annis 12.

25. *Annorum series a Saule usque ad captivitatem.* — Judicibus successere reges, quorum primus fuit Saul, qui regnavit annis 20. David pater noster regnavit annis 40. Inveniuntur itaque anni 496 decurrere ab Isaac usque ad regnum Davidis. David (ut diximus) regnavit annis 40. Salomon, templi ex Dei præscripto conditor, regnavit annis 40. Roboam regnavit annis 17, Abias regnavit annis 7, Asa regnavit annis 41, Josaphat regnavit annis 25, Joram regnavit annis 8, Ochozias regnavit anno 1, Gotholia regnavit annis 6, Josias annis 40, Amasias annis 39, Ozias annis 52, Joatham annis 16, Achaz annis 17, Ezechias annis 29, Manasse annis 55, Amos annis 2, Josias annis 31, Ochas mensibus tribus. Post hunc Joachim annis 11. Tum alter Joachim mensibus 3 et diebus 10, Sedecias annis 11.

(30) *Φαλὲγ ὧν.* Ita mss. et editiones Oxon. et Hamb. Aliæ Φαλέγων. Sic etiam paulo post Ναχώρων pro Ναχὼρ ὧν.

(31) *Ἐτῶν ο'.* Reg. ἐτων οε'.

(32) *Ἔτη ,γσοη'.* Sic emendavit Fellus. Editi ἐτῶν ,γϕλϐ'. Habet Regius codex ,γσος'.

(33) ,γϑλη'. Ita Fellus emendavit. Sic etiam cod. Reg. Habebant aliæ editiones δσνϐ'.

(34) *Ὀνόματι.* Reg. ὄνομα. Mox Γοθονοὴλ posui post Fellum pro Γονοθοὴλ.

(35) *Ἔτεσιν κϐ'.* Fellus posuit ἔτεσιν κγ'.

(36) *Γοθολία.* Sic emendavit Fellus. Editi habebant Γοθονιὴλ et mox μετὰ δὲ τοῦτον.

Digitized by Google

Sub idem tempus cum populus Judaicus perseveraret in peccatis, nec pœnitentiam ageret, ascendit ut prædictum fuerat a propheta Jeremia, rex Babylonis in Judæam, nomine Nabuchodonosor. **397** Hic populum Babylona transtulit, et templum, quod Salomon exstruxerat, destruxit. Babylone fuerunt Judæi annis 70. Tempus igitur universum a condito homine usque ad transmigrationem Babylonicam complectitur annos 4954, menses sex et dies decem. Quemadmodum Deus prædixit per Jeremiam prophetam populum Babylonem captivum ductum iri, præsignificavit eos reversuros in terram suam post annos 70. Expletis igitur annis 70, regnum Persarum Cyrus adipiscitur, qui secundum Jeremiæ prophetiam, altero regni sui anno edictum scripto consignatum promulgat, ut Judæi omnes, qui in suo imperio essent, patriam sedem repeterent, et templum Deo instaurarent, quod prædictus rex Babylonis everterat. Ad hæc Cyrus divinis jussis obtemperans, in mandatis dedit Sabessaro et Mithridati satellitibus suis, ut vasa ex templo Judææ a Nabuchodonosoro exportata restituerent et reponerent in templo. Anno igitur secundo Cyri complentur anni illi septuaginta a Jeremia prædicti.

A ἔτεσιν νε', μετὰ δὲ τοῦτον Ἀμὼς ἔτεσιν δυσί, μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωσίας ἔτεσιν λα', μετὰ δὲ τοῦτον Ὠχᾶς μῆνας γ'. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωακεὶμ ἔτη ια'. Ἔπειτα Ἰωακεὶμ ἕτερος μῆνας γ', ἡμέρας ι', μετὰ δὲ τοῦτον Σεδεκίας ἔτη ια'. Μετὰ δὲ τούτους τοὺς βασιλεῖς (37) διαμένοντος τοῦ λαοῦ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν, καὶ μὴ μετανοοῦντος, κατὰ προφητείαν Ἱερεμίου, ἀνέβη εἰς τὴν Ἰουδαίαν βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ὄνομα Ναβουχοδονόσορ. Οὗτος μετῴκησε τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων εἰς Βαβυλῶνα· καὶ τὸν ναὸν κατέστρεψεν, ὃν ᾠκοδομήκει Σολομών. Ἐν δὲ τῇ μετοικεσίᾳ Βαβυλῶνος, ὁ λαὸς ἐποίησεν ἔτη ο'. Γίνεται οὖν μέχρι τῆς παροικεσίας ἐν γῇ Βαβυλῶνος τὰ πάντα ἔτη ,δϑνδ' (38), μῆνες ς', ἡμέραι ι'. Ὃν τρόπον δὲ ὁ Θεὸς προεῖπε διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, τὸν λαὸν αἰχμαλωτισθῆναι εἰς
B Βαβυλῶνα, οὕτως (39) προεσήμανε καὶ τὸ πάλιν ἐπανελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν αὐτῶν μετὰ ο' ἔτη. Τελειουμένων (40) οὖν ο' ἐτῶν, γίνεται Κῦρος βασιλεὺς Περσῶν, ὃς κατὰ τὴν προφητείαν Ἱερεμίου, δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐκήρυξε, κελεύων δι' ἐγγράφων τοὺς Ἰουδαίους πάντας, τοὺς ὄντας ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἐπιστρέφειν εἰς τὴν ἑαυτῶν (41) χώραν, καὶ τῷ Θεῷ ἀνοικοδομεῖν τὸν ναόν, ὃν καθῃρήκει βασιλεὺς Βαβυλῶνος ὁ προειρημένος. Πρὸς τούτοις δὲ ὁ Κῦρος, κατ' ἐγκέλευσιν τοῦ Θεοῦ, προσέταξε Σαβεσσάρῳ καὶ Μιθριδάτῃ τοῖς ἰδίοις σωματοφύλαξι, τὰ σκεύη τὰ ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ (42) τῆς Ἰουδαίας ληφθέντα ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἀποκομισθῆναι καὶ ἀποτεθῆναι εἰς τὸν ναόν. Ἐν τῷ οὖν δευτέρῳ ἔτει Κύρου (43) πληροῦται τὰ ο' ἔτη, τὰ προειρημένα ὑπὸ τοῦ Ἱερεμίου.

26. *Quantum intersit inter Hebræorum et Græcorum doctrinam et historiam.* — Hinc perspicere licet, quomodo antiquiores et veriores demonstrentur sacræ apud nos litteræ, quam Græci et Ægyptii, et si qui alii exstitere, historiæ scriptores. Herodotus enim et Thucydides et Xenophon et plerique alii historici, initium fere scribendi a Cyri et Darii regno fecerunt, cum de antiquis et primis temporibus nihil possent accurate dicere. Quid enim magni dixerunt, si de Dario et Cyro, qui reges apud barbaros fuere, aut de Zopyro et Hippia qui apud Græcos, aut de Atheniensium et Lacedæmoniorum bellis scripsere, aut de rebus a Xerxe gestis aut a Pausania, qui in Minervæ templo pene fame necatus est; aut de Themistocle et bello Peloponnesiaco; aut de Alcibiade et Thrasybulo? Neque enim mihi
D propositum est loquaciter omnia persequi, sed annorum a mundi creatione numerum demonstrare et operosas ineptias scriptorum arguere, quippe cum nec viginti mille myriades annorum fuerint, ut Plato pronuntiavit, totidem a diluvio ad suam ætatem annos effluxisse decernens; nec quin-

C 26. Ἐντεῦθεν ὁρᾶν ἔστι πῶς ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερα δείκνυται τὰ ἱερὰ γράμματα τὰ καθ' ἡμᾶς εἶναι τῶν καθ' Ἕλληνας καὶ Αἰγυπτίους, ἢ καί τινων ἑτέρων ἱστοριογράφων (44). Ἡρόδοτος γὰρ καὶ Θουκυδίδης, ἢ καὶ Ξενοφῶν, ἢ ὅπως οἱ ἄλλοι ἱστοριογράφοι, οἱ πλείους ἤρξαντο σχεδὸν ἀπὸ τῆς Κύρου καὶ Δαρείου βασιλείας ἀναγράφειν, μὴ ἐξισχύσαντες τῶν παλαιῶν καὶ προτέρων χρόνων τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν. Τί γὰρ μέγα ἔφασαν εἰ περὶ Δαρείου, καὶ Κύρου, τῶν κατὰ βαρβάρους βασιλέων, εἶπον, ἢ καθ' Ἕλληνας, Ζωπύρου (45) καὶ Ἱππίου, ἢ τοὺς Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων πολέμους, ἢ τὰς Ξέρξου πράξεις, ἢ Παυσανίου τοῦ ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς λιμῷ κινδυνεύσαντος διαφθαρῆναι, ἢ τὰ περὶ Θεμιστοκλέα, καὶ τὸν πόλεμον τὸν Πελοποννησίων (46), ἢ τὰ περὶ Ἀλκιβιάδην καὶ Θρασύβουλον; Οὐ γὰρ πρόκειται ἡμῖν
D ὕλη πολυλογίας, ἀλλὰ εἰς τὸ φανερῶσαι τὴν τῶν χρόνων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ποσότητα, καὶ ἐλέγξαι τὴν ματαιοπονίαν καὶ φλυαρίαν τῶν συγγραφέων, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐτῶν οὔτε δισμύριαι μυριάδες, ὡς Πλάτων ἔφη, ταῦτα ἀπὸ κατακλυσμοῦ ἕως τῶν αὐτοῦ χρόνων, τοσαῦτα ἔτη γεγενῆσθαι δογματίζων· οὔτε

(37) *Τοὺς βασιλεῖς.* Articulum suppeditavit cod. Reg. Paulo post Reg. habet ὀνόματι.

(38) *Δϑνδ'.* Sic emendavit Fellus. Editi δπνδ'.

(39) *Οὕτως.* Ita Reg. Editi οὗτος.

(40) *Τελειουμένων.* Reg. τελειωμένων. Ibidem Fellus emendavit quod in editis habebatur ν ἐτῶν.

(41) *Ἑαυτῶν.* Ita Reg. Editi ἑαυτοῦ.

(42) *Ναοῦ τοῦ.* Articulum suppeditavit Reg.

(43) *Κύρου.* Sic posuit Fellus pro Δαρείου. Paulo ante dicebat Judæos Babylone annos 70 fuisse.

(44) *Ἱστοριογράφων.* Sic emendat Regius cod. quod editi habebant ἢ εἰ καί τινας ἑτέρους Ἱστοριογράφους. Ἦτοι γάρ.

(45) *Ζωπύρου.* Hoc nomen posuit Fellus ante εἶπον et ejus loco substituit Πεισιστράτου. Mox de Pausania sic loquitur Theophilus, quasi fame non interierit in templo Minervæ, sed periculo tantum objectus fuerit.

(46) *Τὸν Πελοποννησίων.* Reg. τῶν.

Digitized by Google

μὴν ιε' μυριάδες, καὶ τοε' (47) ἔτη, καθὰ προειρήκαμεν Ἀπολλώνιον τὸν Αἰγύπτιον ἱστορεῖν· οὐδὲ ἀγέννητος ὁ κόσμος ἐστὶ, καὶ αὐτοματισμὸς τῶν πάντων, καθὼς Πυθαγόρας καὶ οἱ λοιποὶ πεφλυαρήκασιν· ἀλλὰ μὲν οὖν γεννητὸς, καὶ προνοίᾳ διοικεῖται ὑπὸ τοῦ ποιήσαντος τὰ πάντα Θεοῦ· καὶ ὁ πᾶς χρόνος καὶ τὰ ἔτη δείκνυται, τούτοις βουλομένοις (48) πείθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ. Μή πως οὖν δόξω μὲν μέχρι Κύρου δεδηλωκέναι, τῶν δὲ μεταξὺ χρόνων ἀμελεῖν, ὡς μὴ ἔχοντες ἀποδεῖξαι, Θεοῦ παρέχοντος, καὶ τῶν ἑξῆς χρόνων τὴν τάξιν πειράσομαι, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐξηγήσασθαι.

27. Κύρου οὖν βασιλεύσαντος ἔτεσι κθ' (49), καὶ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Τομύριδος ἐν Μασσαγετίᾳ, τότε οὔσης Ὀλυμπιάδος ἑξηκοστῆς δευτέρας· ἔκτοτε ἤδη οἱ Ῥωμαῖοι ἐμεγαλύνοντο, τοῦ Θεοῦ κρατύνοντος αὐτοὺς, ἐκτισμένης τῆς Ῥώμης ὑπὸ Ῥωμύλου, τοῦ παιδὸς ἱστορουμένου Ἄρεως καὶ Ἰλίας (50), Ὀλυμπιάδι ζ', τῇ πρὸ ι' καὶ α' (51) Καλανδῶν Μαΐων, τοῦ ἐνιαυτοῦ τότε δεκαμήνου ἀριθμουμένου. Τοῦ οὖν Κύρου τελευτήσαντος, ὡς ἔφθημεν εἰρηκέναι, Ὀλυμπιάδι ἑξηκοστῇ καὶ δευτέρᾳ, γίνεται καιρὸς ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἔτη σκ', ᾧ καὶ (52) Ῥωμαίων ἦρξε Ταρκύνιος Σούπερβος τοὔνομα, ὃς πρῶτος ἐξώρισε Ῥωμαίους τινὰς, καὶ παῖδας διέφθειρε, καὶ σπάδοντας ἐγχωρίους ἐποίησεν· ἔτι μὴν καὶ τὰς παρθένους διαφθείρων πρὸς γάμον ἐδίδου. Διὸ οἰκείως Σούπερβος ἐκλήθη τῇ Ῥωμαϊκῇ γλώσσῃ· ἑρμηνεύεται δὲ *ὑπερήφανος*. Αὐτὸς γὰρ πρῶτος ἐδογμάτισε τοὺς ἀσπαζομένους αὐτὸν, ὑπὸ ἑτέρου ἀντασπάζεσθαι. Ὃς ἐβασίλευσεν ἔτεσιν κε'. Μεθ' ὃν ἦρξαν ἐνιαύσιοι ὕπατοι, χιλίαρχοι ἢ ἀγορανόμοι ἔτεσιν υνγ', ὧν τὰ ὀνόματα καταλέγειν πολὺ καὶ περισσὸν ἡγούμεθα. Εἰ γάρ τις βούλεται μαθεῖν, ἐκ τῶν ἀναγραφῶν εὑρήσει ὧν ἀνέγραψε Χρύσερος ὁ Νομενκλάτωρ (53), ἀπελεύθερος γενόμενος Αὐρηλίου Οὐήρου, ὃς ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης, μέχρι τῆς τελευτῆς (54) τοῦ ἰδίου πάτρωνος αὐτοκράτορος Οὐήρου, σαφῶς πάντα ἀνέγραψε, καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τοὺς χρόνους. Ἐκράτησαν οὖν οἱ Ῥωμαίων (55) ἐνιαύσιοι, ὡς φαμεν, ἔτεσιν υνγ'. Ἔπειτα οὕτως ἦρξαν οἱ αὐτοκράτορες καλούμενοι· πρῶτος Γάϊος Ἰούλιος ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη γ', μῆνας δ', ἡμέρας ἕξ. Ἔπειτα Αὔγουστος ἔτη νς', μῆνας δ', ἡμέραν μίαν. Τιβέριος ἔτη κϐ', εἶτα Γάϊος ἕτερος ἔτη γ', μῆνας η', ἡμέρας ζ'. Κλαύδιος ἔτη κγ', μῆνας η', ἡμέρας κδ'. Νέρων ἔτη ιγ', μῆνας ς', ἡμέρας κη'. Γάλβας ἔτη β', μῆνας ζ', ἡμέρας ς'. Ὄθων

A decim myriades et trecenti septuaginta quinque anni, ut Apollonium Ægyptium narrare diximus; nec mundus ingenitus sit, nec fortuito omnia ferantur quemadmodum Pythagoras et cæteri nugati sunt; sed genitus et providentia regatur ab eo qui omnia creavit Deo; ac tempus omne et anni facile demonstrentur his, qui veritati obtemperare volunt. Ne videar igitur demonstrationem ad Cyrum quidem perduxisse, quæ autem consecuta sunt tempora negligere, eo quod ea demonstrare non possim: Deo juvante consequentium quoque temporum ordinem conabor quoad potero exponere.

398 27. *Anni Romanorum usque ad obitum Marci Aurelii.*—Cyro igitur post regnum annorum 29 a Tomyride apud Massagetas occiso, olympiade sexagesima secunda, jam tum Romanæ res crescebant Deo eos confirmante, cum Urbs a Romulo, qui Martis et Iliæ filius perhibetur, condita fuisset olympiade septima, undecimo Kalendas Maii, quo tempore annus decem mensium numerabatur. Cyro igitur, ut jam diximus, Olympiade 62 mortuo, fit tempus ab urbe condita anni 220, quo tempore regnabat Tarquinius cognomine Superbus, is qui primus Romanos nonnullos ejecit, pueros vitiavit, ac cives spadones fecit; imo et virgines post stuprum in matrimonium dedit. Hinc proprie Superbus Romana lingua dictus est; quod idem sonat ac Græce ὑπερήφανος, *arrogans*. Is enim primus sancivit ut qui se salutarent, ab alio resalutarentur. Regnavit annis 25. Post eum incœperunt annui consules, tribuni et ædiles annis 453, quorum nomina recensere longum et supervacaneum putamus. Hæc enim si quis discere velit, reperiet in commentariis quos Chryseros scriptos reliquit nomenclator, M. Aurelii Veri libertus, qui ab Urbe condita ad obitum patroni sui, imperatoris Veri, clare omnia descripsit et nomina et tempora. Romanis igitur præfuere annui, ut diximus, magistratus annis 453. Postea imperarunt ii qui imperatores vocati. Primus C. Julius imperavit annis 3, mensibus 4, diebus 6. Deinde Augustus annis 56, mensibus 4, die uno. Tiberius annis 22. Tum Caius alter annis 3, mensibus 8, diebus 7. Claudius annis 23, mensibus 8, diebus 24. Nero annis 13, mensibus 6, diebus 28. Galba annis 2, mensibus 7, diebus 6. Otho mensibus 3, diebus 5. Vitellius mensibus 6, diebus 22. Vespasianus annis 9, mensibus 11, diebus 22. Titus

(47) *Τοε'*. Supra n. 16 Apollonius dicitur numerasse quindecim myriades et annos ter mille et septuaginta quinque.

(48) *Τούτοις βουλομένοις*. Leg. τοῖς βουλομένοις.

(49) *Ἔτεσι κθ'*. Editi habebant τριάκοντα ὀκτώ, sed manifestum errorem sustulit Fellus, quia id nec cum Theophili chronologia nec cum aliis scriptoribus conciliari posse videbatur. Observat autem annos 29 a Theophilo assignari, non 30, ut apud alios scriptores, quia Theophilus initium numerandi ducebat a libertate Judæis concessa. Idem emendavit quod in editis legebatur ὑπὸ μυριάδος ἐν Μεσαγγίᾳ. (Μεσσαγγίαις Reg.)

(50) *Ἰλίας*. Addit Reg. ὡς δέ τινες Ῥέας Συλ-λίας.

(51) *ι' καὶ α'*. Sic emendavit Fellus quod legebatur in editis, ι' καὶ ζ'. Ita legendum probat auctoritate Plutarchi Vit. Romuli et Julii Solini qui Romam undecimo Kalendas Maii ædificari cœptam esse dicunt.

(52) *Ὧ καὶ*. Fellus scribit Ὃ καιρῷ.

(53) *Ὁ Νομενκλάτωρ*. Reg. Χρύσερως καὶ ἄλλοι, ὧν ὁ μὲν Κλάτωρ. Codex Bodl. ὁ μὲν Κλάτωρ. Ex quo Fellus apte emendavit id quod in editis legebatur, Χρύσερως, ὧν ὁ μὲν Κράτωρ.

(54) *Μέχρι τῆς τελευτῆς*. Ita Reg. Editi μέχρι τελευτῆς.

(55) *Οἱ Ῥωμαίων*. Articulum suppeditavit Regius codex.

Digitized by Google

annis 2, diebus 22. Domitianus annis 15, mensibus 5, diebus 6. Nerva anno uno, mensibus 4, diebus 10. Trajanus annis 19, mensibus 6, diebus 16. Adrianus annis 20, mensibus 10, diebus 28. Antoninus annis 22, mensibus 7, diebus 6. Verus annis 19, diebus 10. Tempus igitur Cæsarum usque ad mortem Veri imperatoris est annorum 237, dierum 5. A morte igitur Cyri et regno Tarquinii Superbi, ad mortem imperatoris Veri universum tempus colligitur annorum 744.

A μῆνας γ', ἡμέρας ε'. Οὐϊτέλλιος μῆνας ς', ἡμέρας κϐ'. Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ', μῆνας ια', ἡμέρας κϐ'. Τίτος ἔτη β', ἡμέρας κϐ'. Δομετιανὸς ἔτη ιε', μῆνας ε', ἡμέρας ς'. Νερούας ἐνιαυτὸν, μῆνας δ', ἡμέρας ι'. Τραϊανὸς ἔτη ιθ', μῆνας ἓξ, ἡμέρας ις'. Ἀδριανὸς ἔτη κ', μῆνας ι', ἡμέρας κη'. Ἀντωνῖνος ἔτη κϐ', μῆνας ζ', ἡμέρας ς'. Οὐῆρος ἔτη ιθ', ἡμέρας ι'. Γίνεται οὖν ὁ χρόνος τῶν Καισάρων μέχρι Οὐήρου αὐτοκράτορος τελευτῆς ἔτη σλζ' (56), ἡμέραι ε'. Ἀπὸ οὖν τῆς Κύρου τελευτῆς, Ῥωμαίων δὲ ἀρχῆς Ταρκυνίου Σουπέρβου, μέχρι τελευτῆς αὐτοκράτορος Οὐήρου, οὗ προειρήκαμεν, ὁ πᾶς χρόνος συνάγεται ἔτη ψμδ'.

28. *Præcipua chronologiæ capita summatim exposita.* — A mundo autem condito sic universum tempus summatim deducitur. A mundo condito ad B diluvium, anni fluxerunt 2242. A diluvio usque ad susceptum a proavo nostro Abrahamo filium, anni 1036. Ab Isaac filio Abrahæ usque ad populi in deserto cum Moyse commorationem, anni 660. A morte Moysis et Josue filii Nave principatu, usque ad obitum Davidis patriarchæ, anni 498. A morte **399** Davidis et regno Salomonis, ad populi transmigrationem in terram Babylonis anni 518, menses 6, dies 10. A Cyri regno ad mortem imperatoris Aurelii Veri anni 744. A condito mundo universum tempus collectum annos exhibet 5698, et qui excurrunt menses ac dies.

28. Ἀπὸ δὲ καταβολῆς κόσμου ὁ πᾶς χρόνος κεφαλαιωδῶς οὕτω κατάγεται. Ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως κατακλυσμοῦ ἐγένοντο ἔτη ,βσμϐ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τεκνογονίας Ἀβραὰμ τοῦ προπάτορος ἡμῶν ἔτη ,αλς'. Ἀπὸ δὲ Ἰσαὰκ τοῦ παιδὸς Ἀβραὰμ ἕως οὗ ὁ λαὸς σὺν Μωϋσῇ ἐν τῇ ἐρήμῳ διέτριβεν, ἔτη χξ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς, ἀρχῆς δὲ Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ, μέχρι τελευτῆς Δαβὶδ τοῦ πατριάρχου, ἔτη υιϐ'. Ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Δαβὶδ, βασιλείας (57) δὲ Σολομῶνος, μέχρι τῆς παροικίας τοῦ λαοῦ ἐν γῇ Βαβυλῶνος, ἔτη φιη', μῆνες ς', ἡμέραι ι'. Ἀπὸ δὲ τῆς Κύρου ἀρχῆς μέχρι αὐτοκράτορος Αὐρηλίου Οὐήρου τελευτῆς ἔτη ψμδ'. Ὁμοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου συνάγονται τὰ πάντα ἔτη ,εχιϐ', καὶ οἱ ἐπιτρέχοντες μῆνες καὶ ἡμέραι.

16. *Mysteria ubi vires deficiunt, adoranda magis quam vestiganda.*—Vertigine laboras in ejusmodi dubitationibus, ac forte etiam metuis ne quid ex his, quæ dicta sunt, fidei nostræ rationem dissolvat. At ego, ubi quærens hæreo, miraculum mysterii Christianorum clamo, quia supra mentem, supra rationem, C supra intelligentiam creatæ naturæ res nostræ. Tibi quoque talia quærenti ubi dubitatio inciderit, profer paratam quæstionibus responsionem, fidem; ac illud considera, ubi Deus est, etiamsi aliquid ex his quæ dicuntur ignoretur sive ob præstantiam naturæ, sive ob Incarnationis modum, nullum ex ea re detrimentum ignorantibus evenire. Quomodo autem audaciæ crimen non formidatis, qui divina emendare aggredimini? An non divinos sermones audistis, qui ut vos ab ejusmodi incœptis deterreant, luti et figuli imaginem nobis proponunt? In quo quidem docent non oportere nos curiosos esse, aut inquisitores divinarum rerum, sed cedere divinæ voluntati, ut lutum figulo [33]. Vereamini igitur tandem aliquando, et animo admodum modesto ra- D

16. Ἰλιγγιᾷς ἐπὶ ταῖς ἀπορίαις, καὶ τάχα που καὶ δέδιας (41) μήπου τι τῶν εἰρημένων τὸν τῆς πίστεως ἡμῶν παραλύσῃ (42) λόγον. Ἀλλ' ὅταν ἐγὼ ζητῶν ἐπαπορήσω, τότε τοῦ μυστηρίου τῶν Χριστιανῶν ἀνακράζω τὸ θαῦμα, ὅτι ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ κατάληψιν κτιστῆς φύσεως (43) τὰ ἡμέτερα. Ὅταν δὲ καὶ σοὶ τὰ τοιαῦτα ζητοῦντι ἀπορία τις ἐπείη, πρόσφερε (44) τοῖς ζητουμένοις ἑτοίμην λύσιν τὴν πίστιν, λογιζόμενος, ὅτιπερ ὅπου Θεὸς, κἂν ἀγνοηθῇ (45) τι τῶν λεγομένων, ἢ δι' ὑπεροχὴν φύσεως, ἢ δι' οἰκονομίας τρόπον, οὐδὲν ἀπὸ τούτου βλάβος (46) τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐγγίνεται. Πῶς δὲ ὅλως οὐ δεδίατε τὴν τόλμαν, τὰ θεῖα διευθύνειν ἐπιχειροῦντες; Ἢ τῶν θείων οὐκ ἀκηκόατε λόγων, οἳ, τοὺς καθ' ὑμᾶς (47) τῶν τοιούτων ἐγχειρήσεων ἀνείργοντες, τὴν τοῦ πηλοῦ καὶ τοῦ κεραμέως ἡμῖν εἰκόνα προσέθηκαν (48); Ταύτῃ παιδεύοντες μὴ δεῖν ἡμᾶς περιέργους ἢ ἐξεταστὰς τῶν θείων καθίστασθαι, ἀλλ' εἴκειν τῇ βουλήσει τῇ θείᾳ, καθάπερ τὸν πηλὸν τῷ κεραμεῖ. Εὐλαβήθητε γοῦν ὀψέ ποτε, καὶ φρονήματι λίαν ἐπιεικεῖ τοὺς ὑμετέρους λογισμοὺς κοιμίσατε (49), καὶ τὰς ἐν

[33] Isai. xxix, 16; Rom. ix, 21.

(37) *Οὐσίαν.* Ita codices mss. Editi φύσιν.

(38) *Ἐρωτήσωμεν.* Ita Coisl. 1. Legitur ἐρωτήσομεν in Reg. 1 et 2. Editi πάλιν ἡμῖν ἐρωτητέον.

(39) *Ἤγε.* Coisl. 1 εἴγε.

(40) *Εἰ μὲν γάρ.* Deest ultima vocula in Coisl. 2. Legitur in 1 καὶ εἰ μὲν ταὐτόν. Mox in Reg. 2 κατὰ ταὐτὴν πεποίηκε, et ad marginem κατ' αὐτήν. Reg. 1 κατὰ τὴν αὐτήν.

(41) *Ἀπορίαις καὶ τάχα που καὶ δέδιας.* Ita Coisl. 1. Editi ἀπορήσεσι τάχα ποῦ καὶ δέδιας. Nonnulli codices ἀπορήσεσι.

(42) *Παραλύσῃ.* Reg. 3 et Clarom. 1 παραλυπήσῃ. R. Stephanus ad calcem. λυπήσῃ.

(43) *Κτιστῆς φύσεως.* Hæc non incommode absunt ab antiquissimo cod. Coisl.

(44) *Πρόσφερε.* Ita Reg. 1 et 2, Coisl. 1 et Clarom. 1. Editi πρόφερε.

(45) *Ἀγνοηθῇ.* Reg. 1 et 2, Coisl. 1 ἀγνοῆται.

(46) *Οὐδὲν... βλάβος.* Sic iidem codices. Editi οὐδεμία... βλάβη.

(47) *Τοὺς καθ' ὑμᾶς.* Haud scio an melius legeretur τοὺς καθ' ἡμᾶς.

(48) *Προσέθηκαν.* Reg. 1 et 2, et R. Stephanus ad calcem προέθηκαν.

(49) *Κοιμίσατε.* Clarom. uterq. et Coisl. 2. R. Stephanus ad calcem κοσμήσατε.

Digitized by Google

ὑμῖν ἐπαπορήσεις πίστις ἐπιλυέτω μόνη, καὶ τοὺς λόγους τοὺς θείους κατὰ τὸ γεγραμμένον τρέμετε, ἵνα, τῆς ἐπαναπαύσεως τῆς θείας ἄξιοι γενόμενοι, τῶν μακαρίων ἐκείνων ῥημάτων παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐπακούσητε· *Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω*, λεγόντων, *ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους μου*; Τούτοις περικλεισθεισῶν τῶν θεομάχων γλωσσῶν, πρὸς τὴν διαστολὴν ὁ λόγος ἐπειγόμενος τρέχει. Ὑμεῖς δὲ οἱ τῆς Ἐκκλησίας υἱεῖς, οἱ τὴν ζήτησιν εὐσεβῶς ποιούμενοι, καὶ τῶν ἐπαπορουμένων τὰς πεύσεις οὐ πειράζοντες, ἀλλ' εἰ δυνατὸν μανθάνειν, προσάγοντες (50), ὧδέ μοι τὸν νοῦν εὐτρεπίσατε. Πολυσχιδὲς μὲν τῆς θείας διδασκαλίας τὸ σχῆμα (51), συναιρεῖται δὲ ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἴς τε μάθησιν ἐντολῶν καὶ φυλακήν, εἴς τε τὴν θείαν γνῶσιν καὶ προσκύνησιν. Οἱ τοίνυν τῆς εὐσεβείας ἐρασταὶ τὴν μὲν τῶν ἐντολῶν φυλακὴν καὶ μάθησιν κατ' οὐδὲν ἀγνοεῖν πειράσονται, καὶ πρὸ τούτων γε τὴν θείαν προσκύνησιν. Τὴν γε μὴν τῶν θείων γνῶσιν βουλήσονται μὲν ἰχνεύειν εἰς δύναμιν· ἀτονοῦντες δὲ, προσκυνείτωσαν ὡς ἀνέφικτον, ἵνα μὴ κενῶται τὰ τῆς πίστεως ἡμῖν. Ταύτῃ δὲ ἐπισταμένων (52) ἡμῶν, ἃ μὲν δεῖ ζητεῖν, ἃ δὲ πιστεύειν, ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας (53) οὖν τοῦ δρόμου τὸν λόγον ἐμβιβάσαντες, νικητὴν ἀποφῆναι σπουδάσωμεν.

Ἔμβηθι (54) *λοιπὸν εἰς τοὺς ἀγῶνας ὁ λόγος.*

17. Ὁμολογοῦμεν ἀγνοεῖν τὴν ἐναργῆ τῆς ἀληθείας γνῶσιν· ἐπείπερ μέρος πολύ που τῆς νίκης. ὡσον δὲ ἐφικτὸν ἀνθρώπου φύσει, τοῦτο ἐξετάσας, εὐσεβῶς ὑμῖν τὸ ζητούμενον λύσω. Πῶς γὰρ, φησὶν, ὁ Λόγος ἔν τε τῷ οἰκείῳ ναῷ κατ' οὐσίαν ἐστὶν (55), ἔν τε τοῖς οὖσιν ἅπασιν ὁμοίως, καὶ τί πλεῖον ὁ ναὸς τῶν ἁπάντων ἕξει; Ἀκούσωμεν (56) δὴ λοιπὸν τοῦ Λόγου λέγοντος, *Ὃς ἐστιν τοῖς κολποῖς τοῦ Πατρὸς*, κατ' οὐσίαν καὶ τοῖς πᾶσιν (57) ἀμερίστως πάρεστι· καὶ οὐκ οὕτως αὐτὸν ἐν τῷ Πατρὶ λέγομεν, ὡς ἐν τοῖς λοιποῖς εἶναι, οὐ διὰ τὸ τὴν οὐσίαν ἐν τοῖς ἄλλοις γιγνομένην (58) συστέλλεσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τῶν δεχομένων μέτρον, ἀτονούντων τὴν εἰσδοχὴν τὴν θείαν· οὕτως ἐν τῷ οἰκείῳ ναῷ ἀχώριστον λέγοντες, καὶ οἱονεὶ (59) τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικεῖν καθομολογοῦντες, καὶ τοῖς πᾶσιν αὐτὸν παρεῖναι κατ' οὐσίαν λέγομεν, καὶ οὐχ ὁμοίως. Οὐ γὰρ δέχεται σῶμα ῥυποῦν ἀκτῖνας θεότητος· καὶ μάνθανε τὸ λεχθὲν παραδείγματι. Οὐ γὰρ ἂν ὑποσταλείην τοῦ

tiocinationes vestras consopite, ac vestras dubitationes fides sola dissolvat, et ad divinos sermones, quemadmodum scriptum est, contremiscite, ut, digni facti in quibus Deus requiescat, beata illa verba ab universorum Deo audiatis : *Ad quem respiciam, nisi ad humilem et quietum et trementem sermones meos* [24]? Cum his obstructæ fuerint linguæ cum Deo pugnantes, properans ad distinctionem sermo currit. Vos autem, qui Ecclesiæ filii estis, qui quæstionem pie proponitis, et de rebus dubiis interrogationes non tentandi, sed discendi, si fieri possit, studio profertis, nunc animum mihi advertite. Multifariam quidem dividitur doctrinæ **433** divina forma, sed summatim colligitur in institutionem mandatorum et observationem, et in Dei cognitionem et adorationem. Pietatis igitur amatores mandatorum observationem et institutionem nulla in re ignorare conabuntur, præcipue vero Dei adorationem. Rerum autem divinarum cognitionem illi quidem pro viribus investigare volent; at ubi vires deficient, ea adorent quæ attingere non possunt, ne fides nobis evacuetur. Hac autem præmissa eorum, quæ inquirenda sunt, et eorum, quæ credenda, distinctione, sermonem in curriculi certamen immittentes, victorem efficere studeamus.

Nunc jam capesse, sermo, arenam prodiens.

17. *Tandem aperte docet Verbum in templo non pariter esse ac in nobis, quia templum purissimus oculus, nos vero lippientes.* — Fatemur nos claram veritatis cognitionem assecutos non esse, si quidem id bona pars victoriæ est. Quantum autem natura humana attingere potest, illud investigans pie vobis quæstionem solvam. Quomodo, inquit, Verbum et in proprio templo est secundum essentiam, et in rebus universis similiter? Et quid præcipue templum præ omnibus habebit? Audiamus Scripturam dicentem : *Qui est in sinu Patris* [25], secundum essentiam omnibus etiam adest citra divisionem, atque illum ita in Patre non esse dicimus, ut in aliis rebus; non quod illius substantia in aliis rebus contrahatur, sed propter suscipientium modulum, quæ divinam præsentiam non sustinent. Ita dum illud in proprio templo inseparabile dicimus, ac veluti plenitudinem divinitatis ibi habitare confitemur, etiam aliis rebus adesse secundum essen-

[24] Isai. LXVI, 2. [25] Joan. I, 18.

(50) *Προσάγοντες.* Clarom. 2 προάγοντες.

(51) *Τὸ σχῆμα.* Idem cod. et Reg. 1 et 2, et R. Stephanus ad calcem τὸ χρῆμα, et mox iidem τῆς πίστεως ἡμῶν.

(52) *Ἐπισταμένων.* Reg. 1 et 2, et Clarom. 2, ad marg. δοσταμένων. Sic etiam Rob. Stephanus ad calcem.

(53) *Ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας.* Deest οὖν non incommode in Reg. 3.

(54) *Ἔμβηθι.* Ita R. Stephanus et mss. Posteriores editiones ἔμβληθι. Ibidem edit. Ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας. Reg. 1 et 2, ut in textu. Observat Sylburgius accuratiorem versum futurum, si scribatur Ἔμβηθι λοιπὸν εἰς ἀγῶνάς μοι ὁ λόγος.

(55) *Κατ' οὐσίαν ἐστίν.* Hæc verba leguntur post ὁμοίως in Reg. 3 et Coisl. 2.

(56) *Ἀκούσωμεν.* R. Stephanus ad calcem ἀκούσωμεν δὴ λοιπόν. Ita Coisl. 1, Reg. 1 et 2. Deerat λοιπόν in editis.

(57) *Καὶ τοῖς πᾶσιν.* Conjunctionem suppeditavit Coisl. 1.

(58) *Γιγνομένην.* Coisl. 2 γιγνομένοις. Ibidem nonnulli codices ad marg. συντελεῖσθαι, atque ita R. Stephanus ad calcem.

(59) *Καὶ οἱονεί.* Deest conjunctio in Coisl. 2. Habent Reg. 1 et 2, καὶ οἷον εἴη. Ibidem editi ὁμολογοῦντες. Reg. 1 et 2, et Coisl. 1, ut in textu. Paulo post tres iidem codices σῶμα ῥυπόν. Legitur ῥυποῦν ad marginem in Regiis.

Digitized by Google

tiam diclmus, séd non similiter. Non enim capit sordidum corpus radios divinitatis : disce exemplo id quod dico. Non enim quæstionis magnitudinem, cum Ecclesiæ filiis pie disserens, subterfugiam. Communis sol nobis quotidie omnibus propositus est, neque huic minus, illi plus lucis profundit, sed communem omnibus efficaciam suam æque immittit. Sed si quis validos habeat oculos, plus de illius radio accipit, non propter solem, quasi illi plus quam cæteris expandatur, sed propter propriam illius oculorum vim. Qui autem oculis infirmus est, is ne ipsi quidem lucis splendori poterit intendere ob debilitatem oculorum. Sic mihi cogita justitiæ solem omnibus æque secundum essentiam, quippe cum Deus sit, adesse; nos autem omnes, veluti infirmos et lippientes sordibus peccatorum oculos, lueis præsentiam non sustinere; proprium autem illius templum, veluti purissimum esse oculum et ideo splendorem universæ lucis capere, utpote a Spiritu sancto formatum et a peccato omnino remotum. Quemadmodum enim sol omnibus pariter **434** secundum efficaciam illucens, pariter ab omnibus non capitur : ita Verbum, cum omnibus secundum essentiam adsit, non omnibus pariter ac proprio templo adest.

18. *Epinicium canit.* — Vide ut cursu confecto victor sermo renuntietur. Jam vero coronetur et pompas agat, et victoriæ coronis decoretur et triumphum ex adversariis devictis agat. Nos autem, Christo præeunte, epinicium cantemus, bonum certamen, clamantes : O sermo, certasti, cursum consummasti, fidem servasti, de reliquo reposita est tibi corona justitiæ[26]. Vel potius eum, qui victoriam dedit, hymnis celebremus, Verbum maxime divinum, lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, per quod vivimus, movemur et sumus, per quod omnia, per quod ejusmodi verborum ambages dissolvimus, curatorem, gubernatorem, beneficum, cui continenter immolamus hostiam laudis, et libamus ut Deo sinceras preces, et bonum odorem actionum sacrificamus, ipsum in nobis habentes, ipsum spirantes, ipsum cogitantes, in ipsum intenti, ipsum in omnibus laudantes, beatam spem ac supremi regni largitorem.

[26] II Tim. IV, 7.

A ζητουμένου τὸ μέγεθος, τῆς Ἐκκλησίας υἱέσιν εὐσεβῶς διαλεγόμενος. Κοινὸς ὁ ἥλιος ἡμῖν καθ' ἑκάστην τοῖς πᾶσι πρόκειται, καὶ οὐ τῷ μὲν ἔλαττον, τῷ δὲ πλεῖον προσβάλλει (60), ἀλλὰ κοινὴν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν τοῖς πᾶσιν ἐπίσης ἀφίησιν. Ἀλλ' εἴ τις ἐῤῥωμένας τὰς ὄψεις ἔχοι, δέχεται μὲν τούτου τῆς ἀκτῖνος τὸ πλεῖον, οὐχὶ διὰ τὸν (61) ἥλιον ὡς μᾶλλον εἰς αὐτὸν τῶν λοιπῶν (62) ἐφαπλούμενον, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν τῆς ὄψεως δύναμιν. Ὁ δὲ τὰς ὄψεις ἀσθενῶν, οὐδ' αὐτῷ τοῦ φωτὸς (63) τῷ ἀπαυγάσματι προσβλέπειν δυνήσεται, διὰ τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν. Οὕτω μοι νόει τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον, πᾶσι μὲν ἐπίσης κατ' οὐσίαν ἄτε Θεὸν (64) ὄντα, παρεῖναι· ἡμᾶς δὲ πάντας, οἷον ἀσθενεῖς ὀφθαλμοὺς (65) καὶ λημῶντας τῷ ῥύπῳ τῶν ἁμαρτιῶν, τὴν εἰσδοχὴν τοῦ φωτὸς ἀτο-
B νοῦντας· τὸν δὲ οἰκεῖον ναὸν οἷον (66) ὀφθαλμὸν καθαρώτατον καὶ χωροῦντα τοῦ φωτὸς ὅλου τὴν αἴγλην, ἄτε πλασθέντα μὲν ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἁμαρτίας δὲ καθάπαξ κεχωρισμένον. Ὡς γὰρ ὁ ἥλιος ὁμοίως κατ' ἐνέργειαν τοῖς πᾶσι προσβάλλων, οὐχ ὁμοίως ὑπὸ πάντων χωρεῖται, οὕτως ὁ Λόγος κατ' οὐσίαν τοῖς πᾶσι παρὼν, οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις καὶ τῷ ναῷ τῷ οἰκείῳ πάρεστιν.

18. Ἴδε πῶς ἀθλήσας τὸν δρόμον ὁ λόγος νικητὴς ἀπεφάνθη. Στεφανηφορείτω λοιπὸν, καὶ πομπευέτω, καὶ τοῖς τῆς νίκης στεφάνοις ὡραϊζέσθω, καὶ θριαμβευέτω τῶν ἀντιπάλων τὴν ἧτταν. Ἡμεῖς δὲ, τοῦ
C Χριστοῦ (67) προάγοντος, τὸν ἐπινίκιον ᾄδωμεν, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν, βοῶντες· Ὁ λόγος, ἠγώνισαι, τὸν δρόμον τετέλεκας, τὴν πίστιν τετήρηκας· λοιπὸν ἀπόκειταί σοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Μᾶλλον δὲ τὸν χορηγήσαντα τὴν νίκην ἀνυμνήσωμεν, τὸν θειότατον Λόγον, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, τὸν δι' οὗ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, τὸν δι' οὗ τὰς τοιαύτας τῶν λόγων στροφὰς διαλύομεν, τὸν κηδεμόνα, τὸν πρύτανιν, τὸν εὐεργέτην, ᾧ καὶ θύομεν διηνεκῶς θυσίαν αἰνέσεως, καὶ σπένδομεν ὡς θεῷ δεήσεις εἰλικρινεῖς, καὶ θύομεν εὐωδίαν πράξεων, αὐτὸν ἑαυτοῖς (68) ἀναστρέφοντες, αὐτὸν ἀναπνέοντες, αὐτὸν λογιζόμενοι, αὐτῷ προσανέχοντες, αὐτὸν ἐν πᾶσιν
D ὑμνοῦντες, τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ χορηγὸν τῆς ἀνωτάτω βασιλείας.

(60) *Προσβάλλει.* Clarom. 2. περιβάλλει.

(61) *Οὐχὶ διὰ τόν.* Ita Reg. 1 et 2, et Coisl. uterque, et Clarom. 2. Editi διὰ τὸ τόν. Ibidem Coisl. 1 et Reg. 1 et 2, habent οὔτι pro οὐχί.

(62) *Τῶν λοιπῶν.* Hæc desunt in Coisl. 2. Ibidem Coisl. 1 ἐφηπλωμένον.

(63) *Τοῦ φωτός.* Hæc desunt in Clarom. 2.

(64) *Ἅτε Θεόν.* Ita Reg. 1 et 2, et Coisl. uterque. Editi ἅτε δὴ Θεόν.

(65) *Ἀσθενεῖς ὀφθαλμούς.* Ita Coisl. 1, accuratius quam editi ἀσθενεῖς καὶ λημῶντας... τοὺς ὀφθαλμούς.

(66) *Οἷον.* Hanc vocem, quæ deerat in editis, agnoscunt Reg. 1 et 2, Coisl. 1, Clarom. 2.

(67) *Τοῦ Χριστοῦ προάγοντος.* Ita Reg. 1 et 2, et Clarom. 2. Vitiose in editis οἱ τοῦ Χριστοῦ προάγοντες.

(68) *Ἑαυτοῖς.* Legitur ἐν αὐτοῖς ad marginem in Reg. 3, et Clarom. 1. Sic etiam R. Stephanus ad calcem.

Digitized by Google

ADMONITIO

In Quæstiones et Responsiones ad Orthodoxos.

Justinum hujus operis auctorem non esse adeo inter omnes hodie convenit, ut id probare non modo necesse non sit, sed etiam otiosum. Mirandum potius affictum illi esse ejusmodi monumentum in quo Irenæus et Origenes laudantur, Manichæi memorantur, ac scriptæ de vitis priscorum anachoretarum historiæ laudantur. Frustra Labbæus, « *Script. eccles. p.* 669, » *hoc opus primo ex Justini verbis compositum, deinde ab alio auctum et amplificatum putat. Neque enim fortuita videri debet ejusmodi Quæstionum collectio, sed industriam redolet unius scriptoris, cujus principia inter se nexa et continuata sunt: ita ut interdum ad superiores Responsiones lectorem dimittat, velut in centesima quarta ad nonagesimam septimam.*

Nemini ex antiquis cognitus videtur hic liber fuisse, ne ipsi quidem Photio, qui dum Justino attribuit « *dubiorum adversus pietatem compendiarias solutiones,* » *non illud opus indicat, quod nunc in manibus est, ut nonnulli existimarunt, sed aliud infra appositum, in quo quæstionibus gentilium nomine propositis breviter respondetur.*

Quam facile et expeditum est hunc librum Justino abjudicare, tam difficile et spissum cui tribuendus sit conjicere, non modo statuere. Scriptorem vixisse quinto sæculo, idque in Syria, non obscuris notis dijudicatur. Antiquiorem non esse probant hæc verba ex Quæst. 110 : « *Unde autem, inquit, locupletes viri et feminæ facultates suas conferentes in desertis locis Anachoretas quæsiverunt, atque penuriam eorum suppleverunt, sicut id ex priscorum sanctorum virorum historiis intelleximus; si non Dominus Christus promissionem suam ad exitum perduxit?* »

Neque etiam eodem sæculo quinto recentior est. Nam ex eo, quod Christus, quem natum esse statuit in sexto mundi annorum millenario, id est secundum LXX interpretes circa annum 5500, « *novissimis diebus et ubi venit plenitudo temporum* » *natus dicatur, conjicit mundum ultra sex annorum millia non perduraturum. Quæst.* 71. *Quod quidem argumento est hunc scriptorem ante vixisse, quam inanitas ejusmodi conjecturarum ipso eventu deprehensa esset.*

Cur Syrum esse auctorem hujus scripti conjiciam, his signis adducor; tum quod Scripturæ **435** *interpretationem apud Syros usitatam nonnunquam sequatur, ut in Quæst.* 20, *atque etiam nominatim citet in Quæst.* 63; *tum quod initium diei Quæst.* 65, *non a media nocte, sed ab horis matutinis repetat; quem morem apud Syros viguisse perspicimus ex Joannis Chrysost. homil.* 5, in Genes.

Ex his conjecturis alia suspicio oriri possit, an non forte Theodoretus, magnum illud Syriæ lumen, hujus operis parens existimandus sit, ut nonnulli, teste erudito Dupin, existimarunt. At magna inter Theodoretum et hunc scriptorem discrepantia. Huic quæstioni cur Moyses alienigenam uxorem duxerit, respondet Theodoretus Quæst. 4, in Exod. « *typum illum fuisse Christi Domini, qui cum ex Judæis secundum carnem natus esset, Ecclesiam gentium appellavit sponsam suam.* » *Noster vero Quæst.* 90, *metuendum Moysi non fuisse, ne ab uxore ad deorum cultum abduceretur, quæ potissimum causa exstitit, cur filios suos patriarchæ ab his matrimoniis deterrerent. Huic quæstioni, unde Ægyptiorum incantatores aquam hauserint, si universa erat a Moyse in sanguinem conversa, respondet Theodoretus aquam maris non fuisse conversam in sanguinem; noster vero Quæst.* 26, *omnes aquas, quæ sunt super terram, in sanguinem versas fuisse; sed incantatores circa flumen puteos fodisse, unde aquam haurirent. Sed hoc opus Theodoreto sine summa iniquitate affingi non posse, ex his, quæ mox dicentur, perspicuum erit.*

Lucem enim affert aliud argumenti genus, quod equidem non libenter, utpote huic scriptori non honorificum, sed multis rebus, quas deprehendi in hoc scripto, coactus eruditis ad examinandum proponam. Nimirum in his Quæstionibus nonnulla Pelagianam hæresim clamitant, iisque temporis notis signata sunt, quo conspirans omnium in antiqua fide consensus, defectio esse tritici Pelagianis videbatur.

Illud Scripturæ : « *Quis mundus a sorde? Nemo prorsus, etiam si vel una dies sit vita ejus super terram,* » *negat congruere infanti,* « *quia vita pro vitæ instituto dicta est, infanti autem ut nec vitæ institutum est, ita nec vita.* » *Testimonii Pelagianam hæresim evertentis tam longe petita tamque absurda interpretatio magnos conatus declarat eludendi quidquid cum hoc errore consistere non poterat. Sententiæ suæ declarandæ occasionem huic scriptori dedit hæc quæstio, quæ est octogesima octava :* « *Si Christus, qui genitus fuit, peccatum non fecit, quomodo rursus verum Scriptura dicit, quæ non sine jurejurando clamat : Neminem genitum esse qui non peccaverit.* » *Accommodata est hæc quæstio ad ingenium Pelagianorum, qui ex catholica de naturæ corruptione doctrina colligebant ipsi etiam Christo corruptionem a catholicis affingi. Unde in libello ad apostolicam sedem misso dicebant :* « *Sed et illud similiter exsecramur, Salvatorem necessitate carnis fuisse mentitum, et quod propter impedimentum carnis non omnia potuerit facere quæ volebat,* » *apud Augustinum tom. X; Append. p.* 112. *Theodorus Mopsuestenus apud Phot. cod.* 117, *hanc catholicis blasphemiam affingit :* « *Ne ipsum quidem Christum et Deum nostrum, ut qui naturam peccatricem assumpsisset, purum a peccato fuisse.* »

Nihil magis premebat Pelagianos, quam baptismus « *in remissionem peccatorum* » *ipsis etiam infantibus, omnium catholicorum judicio, necessarius. Fatebantur baptisma* « *iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus esse celebrandum;* » *sed tamen peccatum Adæ in infantibus agnoscere nolebant: propria illis inesse peccata nonnulli dicebant, ut perspicitur ex lib.* 1. *De peccat. meritis, n.* 17 *et* 35, *ut alienum faterentur adduci non poterant. Mira est astutia scriptoris nostri in ea re explicanda. Huic quæstioni, quæ est quinquagesima sexta :* « *Si morientes infantes nec laudem nec reprehensionem habent ex operibus, ecquod erit discrimen in resurrectione inter eos qui ab aliis baptizati nihil egerunt, et eos qui baptizati non fuerunt, ac similiter nihil egerunt;* » *sic respondet :* « *Hoc discrimen est inter baptizatos et non baptizatos, quod baptizati obvenientia per baptismum bona consequantur, non baptizati non consequantur.* » *Hæc responsio videtur hominis esse regnum cœlorum baptizatis infantibus, etiam non baptizatis vitam æternam largien-*

[1] Aug. App. pag. 97 et 112.

Digitized by Google

tis, sed tamen qui propria commenta in lucem Ecclesiæ aliter credentis et docentis proferre non auderet. Æternam profecto vitam infantibus non baptizatis denegare non potuit, qui puros et insontes illos ab omni peccato et sorde credebat. Præterea in Responsione ad Quæst. 13 *generatim de infantium omnium resurrectione sic loquitur :* « *Qui credit verum esse illud :* » *Seminatur in infirmitate, resurgit in potentia* [1], « *is potest et debet infantium quoque resurrectionem credere. Nam qui eis incorruptibilitatem tribuit, facultatem*
436 *quoque, qua præsentia sentiant bona, conferre potest.* »

Nemo sane vituperaret quod ait idem scriptor Quæst. 8 *et* 9, « *cognitionem boni et mali et facultatem utriusque implendi naturæ nostræ a Deo inditam :* » *nemo, inquam, id vituperaret, si liberum arbitrium ita peccato primi parentis debilitatum fateretur, ut vere liberi esse non possimus, nisi nos Filius liberaverit. At in hoc opere ne illud quidem reperio, quod tamen Pelagius fatebatur, cum diceret :* « *Liberum sic confitemur arbitrium ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio* [2]. » *Sic etiam Julianus :* « *Sed et si quis dicit homines sine Dei gratia vel adjutorio posse peccata vitare, pariter detestamur* [3]. » *Minus dissimulationis inest nostro scriptori. Illud Christi :* « *Omnia traham ad meipsum* [4], » *de extremo judicio intelligit,* « *cum Christus aboleverit omnem principatum et potestatem et virtutem.* » *Patrem autem ad Filium pertrahere putat,* « *quia Filio potestatem dedit et virtutem, ut omnes ad seipsum trahere possit,* » *Resp. ad Quæst.* 39. *Ait in Resp. ad Quæst.* 97 *:* « *Constitutum esse a Deo in mundo medicum idoneum peccatorum, nempe pœnitentiam, quæ etiam septuagies septies lapsos sanare potest, si tantum voluerint uti pœnitentiæ voluntate.* » *Dicebant Pelagiani :* « *Si nolumus, non peccamus, nec præciperet Deus homini, quod esset humanæ impossibile voluntati.* » *Apud Aug. lib.* II *De peccat. mer., n.* 3. *Sic etiam iste eligendi dominos nos esse, et agendi facultates liberi arbitrii potestati submissas esse docet, ac Deum causam esse negat cur boni simus æque ac cur mali, Resp. ad Quæst.* 8 *et* 9.

Pelagiani facti erant « *Ecclesiæ catholicæ detestabiles* (*ut ait Augustinus Op. Imp. lib.* I, *n.* 53). *Sed tamen quod in omnibus Ecclesiis plebs adunata pastori catholicam fidem defendebat et Pelagiana commenta oderat, id isti præ summa stultitia honori sibi esse ducebant.* « *Nobis, aiebat Julianus, lib.* II, *n.* 3, *hoc apud homines vulgi officit, quod accessio erroris esse renuimus; vulgi, inquam, qui sententiæ meritum de prosperitatibus ponderans, eam veriorem æstimat, quam pluribus placere conspexerit.* » *Auctor Quæstionum et Responsionum ad Orthodoxos a Pelagianis acuminibus digitum non discedit. Huic quæstioni :* « *Quomodo zizania multiplicata sunt, triticum autem fere defecit ?* » *sic respondet Quæst.* 22, *ut ipsam penuriam esse tritici notam pertendat* ». *Triticum esse, inquit, id quod defecit, argumento est hæc Christi prædictio : Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multarum* [5]. » *Quis quinto sæculo talia effutire potuit nisi Pelagianus aut ex Nestorii aut Eutychetis grege ? Duas postremas hæreses jam tum prodiisse, cum hoc opus scriberetur, nullo prorsus vestigio conjicere possis. Pelagianis ergo dicata fuit hujus absurdissimæ responsionis opera.*

In Quæstione prima instar certæ et exploratæ rei statuitur, « *Orthodoxos, qui soli sunt Deo grati, Græcis, Judæis et omnibus hæreticis non modo numero non pares esse, sed etiam pauciores.* » *Quæritur ergo* « *an non inutilis fuerit Judaici cultus abrogatio, cum multa adhuc seductio mundum detineat.* » *Quomodo scriptor noster ex hac se difficultate expediet ? Quietum minime sollicitat tam parvus Orthodoxorum numerus; rem concedit non invitus. At illuc confugit ut de* « *Orthodoxorum paucitate* » *prædictum esse contendat, cum Christus dixit :* « *Multi sunt vocati, pauci vero electi* [7]. » *Orthodoxos ergo minime intelligebat eos, qui in Ecclesia catholica ultra Romani imperii fines porrecta apostolicam doctrinam uno ore et animo profitebantur (horum enim multitudinem miratus fuisset; ac cum ea ethnicos, Judæos et hæreticos ne simul quidem collectos conferri posse judicasset); sed necesse est ut Orthodoxorum numerum recidisse existimaverit ad parvam illam Pelagianorum manum, quæ tot nationum unanimem consensum in maximis rebus asseverandis et defendendis argumentum erroris esse ducebat. Vide quæ ad Quæstionem quartam observamus.*

In interrogatione 100 *quæritur, cur ab ecclesiis, quas ab hæreticis occupatas Orthodoxi deseruerunt, non simul cum Orthodoxis miracula abscesserint. Alios profecto non scimus illa ætate ab ecclesiis suis ejectos fuisse, præter episcopos Pelagianos.*

Satis præclare in Quæst. 23 *precem Christi irritam esse non potuisse docet, ac diabolum ante in Judam ingressum esse, quam Christus pro discipulis precaretur. Sed cum Pelagiani dicerent* « *ex futuris operibus, quæ Deus illum facturum esse præsciebat, Jacob fuisse electum* (*Aug. lib.* II, contra 2 ep. Pelag., *n.* 15) » *non videtur alio fundamento niti hæc inter Judam et alios discipulos distinctio apud scriptorem, qui ne annos quidem vitæ nostræ a Deo constitutos et definitos putat, Quæst.* 53.

Non dissimulabo eum in Resp. ad Quæst. 102 *sic loqui :* « *Circumcidimur autem et nos circumcisione*
437 *Christi per baptismum, exuentes Adamum, per quem peccatores facti, mortui eramus, et induentes Christum, per quem justificati, resurgimus ex mortuis.* » *Sed hæc tanti esse non videntur, ut hunc hominem purgatum et probatum habeam. Illud enim :* « *Per unum hominem peccatum intravit in mundum* [8], » *contendebant Pelagiani* « *propter imitationem esse dictum, non propter carnalem navititatem,* » *ut ait Augustinus* I contra Jul., *n.* 28.

De ignoratione legis divinæ quid sentiat scriptor noster, quam apte cum Pelagianis consentiat, ex Quæstionibus 108 *et* 140 *existimari potest. Difficilius est cum Pelagianis conciliare quod ait in Resp. ad Quæst.* 32, « *mortem in mundum ingressam esse hominis inobedientia; et si Deus inobedientiæ non est auctor, neque etiam mortis esse auctorem.* » *Videntur hæc prima specie pugnare cum Pelagianis, qui* « *Adam mortalem factum* » *esse docebant,* « *qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus esset,* » *Apud Aug.* De gest. Pelagii, *p.* 207. *Sed ut error sibi constare non solet, dicebant iidem Pelagiani* « *per Adam mortem ad nos venisse, non crimina,* » *lib.* VI, contra 2 ep. Pelag., *n.* 6. « *Ex Adam nihil mali transisse per cæteros, nisi mortem, quæ non semper est malum,* » *ibid., n.* 2. *Suam ipsi causam prodebant Pelagiani, mortem ex Adami lapsu derivando. Sed in arctum conjecti videntur id confiteri maluisse, quam aut propria infantibus peccata affingere, id quod nonnullis eorum placuisse testatur Augustinus lib.* I De peccat. mer. *aut cum Theodoro Mopsuesteno audacter pronuntiare,* « *Adamum ab initio creatum fuisse mortalem; sed in speciem tantum, ut peccatum odio habeamus, Deum significationem dedisse, quasi mors illi ob peccatum pœnæ loco imposita fuisset,* » *apud Photium cod.* 177.

His adducor ut auctorem Quæstionum et Responsionum ex illo Syrorum numero fuisse existimem, quos

[1] I Cor. XV, 43. [2] Apud Aug. tom. X, Append. p. 97. [3] Ibid. pag. 112. [4] Joan. XII, 32. [5] Matth. XXIV, 12. [7] Matth. XX, 16. [8] Rom. V, 12. [9] Apud Aug. tom. II, Append.

Digitized by Google

testatur Marius Mercator in Commonitorio conjunctos fuisse cum Theodoro Mopsuesteno. « Quæstio, inquit, contra catholicam fidem apud nonnullos Syrorum, et præcipue in Cilicia a Theodoro quondam episcopo oppidi Mansisteni (Mopsuesteni) jamdudum mota, nunc usque penes paucos eorum admodum roditur, nec ea palam profertur, sed ab ipsis qui de ea fornicantur (al. cornicantur) velut catholicis, intra Ecclesias interim retinetur [1]. » Adeo calidus est noster hic scriptor Pelagianæ sententiæ defensor; adeo audacter triticum defecisse et Orthodoxos perpaucos esse pronuntiat, ut non reliquias erroris occulte fovisse, sed in ipso contentionis æstu scripsisse videatur. Quinetiam, ut ex Quæst. 100 colligitur, recens erat doloris vulnus, quod ejus animo inusserat infelix Pelagianorum præsulum ex suis ecclesiis ejectorum status. Itaque collocari potest hoc opus intra illud tempus, quod ab ejectis Pelagianis episcopis ad Nestorianæ hæresis turbas effluxit

INDEX QUÆSTIONUM.

Quæst. I. Cur Orthodoxi non modo Judæis ac Græcis, sed etiam omnibus hæreticis pauciores?

II. Si futura ethnicorum vates prædixere, quomodo eorum oraculis nostra præstantiora?

III. Si gravius punientur qui voluntatem Dei cognoverunt nec tamen fecerunt, ecquod lucrum Christiani præ non Christiano et Orthodoxi præ non Orthodoxo?

IV. Si hæretici totis viribus conati sunt veritatem cognoscere, nec potuerunt, an non immerito puniuntur?

V. Si miracula in ecclesiis hæreticorum fiunt, an non id eos in errore confirmabit?

VI. Si dolor peccatoribus erit post resurrectionem et justis lætitia, quomodo hic status perpessionis expers?

VII. Quomodo tunc et mali immutabiles, dum justorum requiem considerant, et justi dum malorum supplicia cogitant?

VIII. Quomodo Deus non causa est boni et mali, qui utriusque et cognitionem et impiendi facultatem dedit?

IX. Si hæc donavit Deus, quomodo juste coronat aut punit?

X. Si allegoricum habent sensum, quæ et poetæ de diis et prophetæ de Deo dixerunt, an non utraque fabulam esse ostenditur?

XI. Si id quod continet, majus est secundum substantiam eo quod continetur, minus vero dignitate, quomodo Deus, qui universum continet, non erit universo minor dignitate?

XII. Quomodo Deus, qui omnia conservat, non etiam malum conservat?

XIII. Quomodo infantes non frustra resurgunt?

XIV. Cur venientes ab hæresi non baptizantur, ac eorum etiam ordinatio rata habetur, si eam in hæresi acceperint?

XV. Utrum exauditus necne Job, cum diem exsecratus est?

XVI. Si in divinis, ut apud homines, genitori Filius
438 consubstantialis, cur non eadem de causa post Patrem exsistit?

XVII. Cur tres hypostases dicuntur, si a se divelli non possunt?

XVIII. Si Deus substantiæ nomen est, Pater personæ, cur idem est Dei Filium dicere, ac Filium Patris?

XIX. Si palpitationum observatio interdicta, cur piis etiam invitis accidit?

XX. Si pisces a piscatoribus occidendi causa capiuntur, cur hominum piscatores apostolos Dominus facturum se promisit?

XXI. Cur monachi in somnis involuntaria patiuntur? Quibus modis hoc bellum propulsandum? Utrum is, qui oppugnatus est, a communione abstinere debet? Utrum lotus aut alia re expurgatus accedere?

XXII. Si Dominus edixit, ut cum tritico zizania crescerent, cur multiplicata zizania, triticum vero pene defecit?

XXIII. Si ante passionem Dominus pro discipulis oravit, cur Judas periit?

XXIV. Cur Apollonii effectiones adhuc vim suam et robur obtinent?

XXV. Quo sensu Moyses eruditus in omni sapientia Ægyptiorum et potens in operibus et verbis fuisse dicitur?

XXVI. Si aquæ omnes a Moyse in sanguinem conversæ, quomodo idem facere potuerunt Ægyptiorum incantatores?

XXVII. Cur Moyses ossa Josephi exportavit, et eum, qui mortuum tangit, ut impurum aversatur?

XXVIII. Cur filii viduæ loculum, et Jairi filiæ manum tetigit Christus, si et ipse Pharisæos sepulcris dealbatis assimilavit, et in lege impurus erat qui mortuum tetigerat?

XXIX. Cum per tectum demissus paralyticus, quomodo turba, quæ in domo erat, non percussa est tecto soluto?

XXX. Si unicuique homini custos datus angelus, cum numerus hominum imminutus est, ut in diluvio, quale tunc ministerium angeli adimpleverunt?

XXXI. Cur incantationibus grando et pluviæ eliciuntur?

XXXII. Si Deus mortalem hominem fecit, quomodo mortem dicitur non fecisse?

XXXIII. Si vitæ nostræ dies definiti non sunt, quomodo Ezechiæ anni additi?

XXXIV. Si diluvium in omni loco non fuit, quomodo aqua supra altissimos montes evecta?

XXXV. Si omnium rationis expertium conditor Deus, cur in pecudibus, piscibus et avibus mundorum et immundorum facta distinctio?

XXXVI. Si immutabilis Deus, cur eum et Saulis unctionis pœnituit, et Ninives evertendæ consilium mutavit?

XXXVII. Si baptisma Joannis non fuit secundum legem, quomodo non præter legem fuit?

XXXVIII. Cur Joannes Christum per discipulos interrogavit?

XXXIX. Si Christus tracturum se omnes dixit, quomodo non omnes ad fidem accurrerunt?

XL. Si dæmones perpetuo in dæmoniacis manent, quomodo aliis nocent?

XLI. Quomodo dæmones corporibus dæmoniacorum vires sufficiunt?

XLII. Cur dæmones hominibus ob spreta oracula pœnas inflixerunt, et beneficia ob cultum simulacrorum præstitere?

XLIII. Utrum septem tantum an quatuordecim pura animalia in arca fuerint?

LXIV. Quandoquidem animalium multos oculos habentium oblata Isaiæ et Ezechieli visio, num utrique unum quidpiam, an alterum alteri revelatum? Quid autem hæc significabat visio?

XLV. Cur Ezechiel in oraculo filius hominis vocatus? Utrum generalis ei monstrata resurrectio? An ossa vere resurrexerunt?

XLVI. Si bona sunt omnia, quæ in hac vita sunt, cur laudantur qui ab eis abstinent, vituperantur, qui ea complectuntur?

XLVII. Cur Moyses cœlum et terram testes citat, Isaias cœlum et terram audire jubet?

XLVIII. Cur Dominus Mariæ dixit : *Noli me tangere*, etc.?

XLIX. Quomodo probari potest binas tantum feras et pecudes in mundi creatione a Deo productas fuisse?

L. Quid significant Hosanna et Alleluia?

LI. Si immutabilis Deus, cur et iis qui eum blasphemant, et iis qui laudant, digna sæpe præmia rependit?

LII. Cur Saul a ventriloqua prædictionem petiit? An etiam illa Samuelem vere eduxit?

LIII. An cum membrorum genitalium discrimine homines resurgent? An non id supervacaneum?

LIV. Cur Moyses infligendas populo pœnas carmine prædixit?

LV. Si ingens bonum medicina, cur ab extraneis inventa?

LVI. Ecquod erit discrimen inter baptizatos infantes et non baptizatos?

LVII. Cur in Scriptura cœli interdum plures, quam duo, videntur recenseri?

LVIII. Quomodo Christus non auctor proditionis Judæ

Digitized by Google

et negationis Petri censendus, qui hæc præscivit nec impedivit?

LIX. Si noctu sol occultatur, quomodo cœlum globus esse non censebitur?

LX. Utrum in eodem formarum discrimine resurgemus?

LXI. Si solus Deus immortalis, quomodo verum illud est : *Non omnes dormiemus?*

LXII. Quomodo tres dies, quæ luminarium creationem præcesserunt, incertum non efficiunt dierum numerum, quæ subsecutæ sunt?

LXIII. Quid significat illud : *In sole posuit tabernaculum suum?*

LXIV. Quomodo Jonas, qui mortuus non est, Christi vere mortui figura exstitit?

LXV. Utrum Dominus die quarto traditus fuerit?

LXVI. Cur Christus Filium se hominis per articulum masculinum, non vero per femininum appellat?

LXVII. Illud : *Generationem ejus quis enarrabit*, utrum de divinitate an de carne intelligendum?

LXVIII. Quomodo probatur animam in corpore esse creatione distinctam et invisibilem?

LXIX. Cur numeri septimi tanta in rebus naturalibus et in Scripturis præstantia?

LXX. Si gaudere et gloriari de donis vetitum, an non illa erunt inutilia?

439 LXXI. An verum est quod nonnulli dixere, mundum sex tantum annorum millibus duraturum?

LXXII. An non invidus Deus, qui cum omnes posset facere deos, non fecit?

LXXIII. Si bonum est mundus, ac malum non mundus, id est, quod ante mundum fuit, an non utrumque a Deo?

LXXIV. Cur superatus a Christianismo Hellenismus spem restitutionis non habeat, cum superata antiquitus ab Hellenismo vera religio nunc in integrum restituta sit?

LXXV. Quo in statu anima usque ad resurrectionem?

LXXVI. Si merces operum non est ante resurrectionem, quid profuit latroni in paradisum introduci?

LXXVII. Quomodo sensu non caret anima a corpore separata?

LXXVIII. Si Davidem secundum cor suum Deus esse pronuntiavit, cur postea cædem et adulterium commisit; cur ex adultera genus prophetæ, Deus et Christi genealogiam deduci voluit?

LXXIX. Cur Josias, cujus tanta exstitit pietas, hostili ferro vitam amisit, ejusque filii Babylonem adducti?

LXXX. Cur Eliseus verborum contumeliam in pueris malitiæ expertibus morte ultus est?

LXXXI. Cur dæmones per ventriloquos adhuc loquuntur? Quod si id in Christianorum corporibus faciant : an non id in religionis dedecus cedit?

LXXXII. Unde Judæis notum nomen Beelzebub?

LXXXIII. Si Deus non delectatur victimis, cur eas præscripsit ante legem? Quod si iis delectatur, cur post legem desierunt?

LXXXIV. Si gratiæ, quæ in Elia fuerat, duplicatum donum Eliseus impetravit, cur neque simplicia, neque duplicia edidit miracula?

LXXXV. De iis, qui post Dominicam passionem resurrexere, cur Scriptura corporum tantum resurrectionis meminit? Utrum inanimata resurrexere? Utrum supervixere, aut statim obiere, an in immortalitate manent?

LXXXVI. Quæ est interpretatio vocabulorum istorum : *Mina, Ephi*, etc.?

LXXXVII. Si nota erant Christi miracula ante cædem Joannis, cur post cædem Joannis attributa illi fuere, quasi revixisset?

LXXXVIII. Quomodo verum illud est : *Non esse genitum quemquam qui non peccaverit?*

LXXXIX. Si vas oblatum Petro omnia, ut ait Scriptura, continebat animalia, an non munda pariter et immunda Petrus rejecisse dicendus?

XC. Cur Joseph Ægyptiam uxorem duxit, Moyses Madianitidem, contra majorum institutum?

XCI. Quomodo Adam extimuit mortem, quam nullo exemplo cognitam habebat?

XCII. Quid significant judicia et justificationem, testimonia et lex, præcepta et mandata?

XCIII. Si aquis terga cœli gravata sunt, quomodo id factum dici potest, ne luminarium ignis cœlo noceat, cum stellæ non in cœlo, sed sub cœlo moveantur? Quod si in cœlo sunt, quomodo in cœlo immobili possunt moveri? Aut si moventur cum cœlo, quomodo globus non erit cœlum? Sin autem sub cœlo sunt, quid proderunt aquæ supra cœlum?

XCIV. Si cœlum ut liber convolvetur, et astra ut folia cadent, quomodo non penitus interibit firmamentum?

XCV. Si aer et mare incorruptibilia manebunt, annon inutilia prorsus erunt?

XCVI. Quam mercedem habent pueri propter Christum non sua voluntate occisi, aut qui eum jumento insidentem non proprio consilio, sed gratia divina laudarunt?

XCVII. Quomodo gratia benignior et humanior lege, cum lex quotidianis lustrationibus peccata expiet, gratia unicum baptismum concedat?

XCVIII. Cur Dominus apostolis timorem præscribit, quem alibi docet non esse necessarium?

XCIX. Si Deus rationis expertium animalium sacrificia præscripsit, ut ab hominibus coleretur, an non melius eum coluere, qui ratione utentia, ut multo præstantiora, obtulerunt?

C. Cur in ecclesiis, quas ab hæreticis occupatas orthodoxi deseruerunt, adhuc perseverant miracula?

CI. Cur majora ante minora discimus, Evangelium ante Legem, cum minora soleant præmitti majoribus?

CII. Si nihil in corpore nostro inutile, cur præscripta circumcisio? Aut si illa utilis fuit iis, qui ante adventum Domini fuerunt, cur non illam nos etiam adhibemus?

CIII. Quomodo Deus ea præcipiens, quæ sunt supra vires, nempe ut non peccemus, subjicit cruciatibus peccantem, cum legem homo implere non possit?

CIV. Si Lex veniam non concedit criminibus, cur Davidi concessa?

CV. Cur Christus frequentius, quam apostoli, precatus esse in Scriptura narratur?

CVI. Si omnium hominum eadem est et carnis et animæ natura, quomodo alii ingenio tardi, alii acutiores?

CVII. Si ab infidelibus ad seductionem inventa carmina, et sub Lege ob mentis infantiam concessa, cur in ecclesiis adhibentur?

CVIII. Si ignorantia involuntaria veniam conciliat, cur Judæi, qui Christum ignorantes crucifixere, tam graves pœnas dederunt?

CIX. Si omnes resurrecturi sunt, quomodo Christus judex vivorum et mortuorum dicitur?

CX. Si Dominus omnia relinquentibus centuplum promisit, an etiam centum uxores?

CXI. Quomodo resurgent, qui frustatim secantur aut comburuntur?

CXII. Cur cum apostoli regnum Israelis putarent gloriam esse et delicias, eorum ignoratio a Christo confirmatur?

CXIII. An non Deus, cum mundum creavit, hanc accessionem accepit, ut opifex fieret?

CXIV. An non Deo minus aliquid inerat, cum potentia tantum, non vero actu, creator esset?

CXV. Cur diebus Dominicis et a Pascha usque ad Pentecosten genua non flectuntur?

CXVI. Si Dominus sepulcrales vestes resurgens in sepulcro reliquit, cur non illum Scriptura aut nudum fuisse aut vestes aliunde dicit accepisse?

440 CXVII. Quomodo Dominus post resurrectionem januis clausis ad discipulos ingressus?

CXVIII. Cur ad solem precantes Christiani convertuntur?

CXIX. Si ante diluvium nec frugibus terræ, nec carnibus homines vivebant, quomodo Abel ex adipe ovium, quas pascebat, Cain ex frugibus terræ, quam colebat, Deo obtulerunt?

CXX. Si regnum Dei resurrectio est ac ea justos et peccatores manet, quomodo exhæredes Paulus esse declarat eos, qui vetita faciunt?

CXXI. Cur Petrus dicitur anathematizare cœpisse, et quod discrimen inter anathema et catathema?

CXXII. Si horis et diebus res nostræ non continentur, cur Christus dixit : *Nondum venit hora mea?*

CXXIII. Si malum est esse ærumnosum, an non homo res pessima, qui solus in ærumnis versatur?

CXXIV. Cur non Deus piorum animas in validis corporibus constituit? Aut saltem cur non omnes pii in iisdem ærumnis versantur?

CXXV. Cur Paulus pontifici et Alexandro male precatus est?

CXXVI. Si Deus prosperis rebus pios remuneravit, ut Abraham, Isaac et Jacob, unde eadem Græcis simulacra colentibus præbebantur? Cur cum olim cultus simulacrorum vigeret, urbes et agri in summa rerum ubertate versabantur, nunc autem domibus et incolis ac copia destituta sunt?

CXXVII. Si multa animalia et sibi invicem et hominibus insidias struunt, quomodo Deus bona omnia et valde bona fecisse existimandus?

CXXVIII. Quomodo animalia rationis expertia non sola naturæ pravitate prava sectantur?

Digitized by Google

CXXIX. Quomodo Deus, qui ex tribus constat hypostasibus, incompositus dicitur et unus et incircumscriptus?

CXXX. Si ex eo, quod cœlum secundum Græcos globus est et movetur, sequitur illud in loco esse, an non idem sequitur ex eo quod secundum Scripturam tanquam fornix compactum sit et tanquam pellis extensum?

CXXXI. An non pugnat cum Matthæo Lucas, qui in Evangelio suo plures Christo progenitores secundum legem, quam secundum naturam attribuit?

CXXXII. In lege Mosaica num frater defuncti sine liberis fratris uxorem assumebat etiamsi ipse uxorem haberet? Num etiam sterilem ducebat?

CXXXIII. Cur Matthæus progenitores Christi secundum naturam ante et post Davidem recenset, Lucas vero eos qui secundum legem post Davidem fuerunt? Quod si utrorumque post captivitatem nomina in Scripturis non exstant, quomodo approbabuntur?

CXXXIV. Cur sæpe Lex non lex dicitur, sed legislator Moyses?

CXXXV. Quomodo Dominus existimabitur verus esse Christus, qui prædictam Emmanuelis appellationem nusquam accepit?

CXXXVI. Cur Christus matrem objurgavit et nonnulla cum matris contumelia dixisse existimatur?

CXXXVII. Si Christus primum oleo unctus est ac deinde passus, cur nos in baptismo illius passionis et resurrectionis mysteria primo celebramus, ac deinde unguento ungimur?

CXXXVIII. Quomodo justus Deus, qui tam multos propter aliorum lapsus, Jonathæ nempe et Davidis, occidit?

CXXXIX. Quomodo unus Deus, cum Pater gignat, Filius non gignat; Filius gignatur, Pater non gignatur?

CXL. Si Christum Judæi tanquam hæredem occiderunt, quomodo Christus et Paulus ignorationem eis in hoc facinore attribuunt?

CXLI. Si solus Christus legem implevit, quomodo Zacharias et Elisabeth in lege irreprehensibiles fuisse dicuntur, sibique Paulus eamdem laudem sumit?

CXLII. Si homines dicuntur dii in Scriptura, cur non etiam angelos vocabimus deos?

CXLIII. Quomodo non perperam homo appellatur deus?

CXLIV. Si Deus habet hypostasim existentem et voluntatem inexistentem, et Filium subsistentem, quomodo ex tot rebus compositus appellatur simplex?

CXLV. Si per quæ caro, per eadem et sanguis consistit; cur Deus carnis animantium esum permittit, carnis autem cum sanguine usum interdicit?

CXLVI. Si Deus etiam per Græcorum vates futura prædixit; quomodo Græci cum Græcis pugnantes, sæpe aliqua re, quæ in Scripturis vetatur, ex præcepto oraculi peracta, ab intentatis in prima interrogatione malis liberati fuere?

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΤΙΝΩΝ ΑΝΑΓΚΑΙΩΝ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ

—

RESPONSIONES AD ORTHODOXOS

De quibusdam necessariis quæstionibus.

—

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Εἰ τὴν ἀρχαίαν μὲν λατρείαν ἀνεῖλεν ὁ Θεὸς, ὡς αὐτὴν μὴ ἀρεσκόμενος, τὴν δὲ τῶν Χριστιανῶν ὡς ἀρεστὴν αὐτῷ ἀντεισήγαγεν· οἱ δὲ ὀρθόδοξοι, οἱ μόνοι Θεῷ ἀρέσκοντες, τῶν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων, καὶ πάντων τῶν αἱρετικῶν, οὐκ ἴσοι τὸν ἀριθμὸν τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἧσσονες· τίς ἡ ἀπόδειξις τοῦ μὴ κατὰ πτωχείαν δυνάμεως τοῦ ταύτην ἀντ' ἐκείνης ἑλομένου τὴν λατρείαν, μένειν ἀνεκρίζωτον τὴν πλάνην; Πῶς δὲ οὐκ ἀνωφελὴς ἡ ἐκείνης τῆς λατρείας λύσις, πλάνης ἔτι πολλῆς κατεχούσης τὸν κόσμον;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ, ΗΤΟΙ ΛΥΣΙΣ ΤΗΣ ΕΡΩΤΗΣΕΩΣ.

Τὴν ἀρχαίαν τοῦ Θεοῦ λατρείαν λύσαντος, τὴν νέαν δὲ ἀντεισαγαγεῖν διὰ τῆς παλαιᾶς Διαθήκης προθεμένου (1), εἰ μὴ ἀντεισήγαγε (2), ταύτην ἀντ' ἐκείνης ἀντεισαγαγὼν, πρῶτον μὲν (3) κηρυττομένην λόγοις θείαις δυνάμεσι μαρτυρουμένοις, ἀνεῖλεν Ἰουδαϊσμόν τε καὶ Ἑλληνισμόν· ὕστερον δὲ ἔργοις θείαις ὡσαύτως δυνάμεσι γινομένοις, πάσης τῆς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ δαίμοσι πλάνης ποιεῖ τὴν ἐκρίζωσιν· σὺν ταύτῃ δὲ καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κακῶν αἱρέ-

A

441 QUÆSTIO PRIMA.

Si antiquum cultum sustulit Deus, ut sibi non placentem, ac illius loco Christianum ut sibi gratum introduxit, nec tamen Orthodoxi, qui soli Deo placent, Græcis, Judæis ac omnibus hæreticis numero pares sunt, sed etiam pauciores: ecquod argumentum non illius, qui hunc illi cultum præstulit, penuria potestatis fieri, ut maneat seductio non eradicata? Quomodo autem non inutilis illius cultus abrogatio, multa adhuc seductione mundum detinente?

RESPONSIO, SIVE SOLUTIO QUÆSTIONIS.

Cum antiquum Deus cultum abrogaverit, ac novum per vetus Testamentum introducere statuerit; si hanc illius loco religionem, quæ verbis divinarum virtutum testimonio confirmatis prædicata est, introducens primum quidem Judæorum et Græcorum cultum abolevit, ac postea operibus, quæ per divinas similiter virtutes edentur, omnem in hominibus et dæmonibus errorem eradicavit, simulque pravarum in mundo hæresum abrogabit cultum, et

B

(1) *Προθεμένου.* Clarom. προσιεμένου, et ad marg. προθεμένου. Habet etiam R. Stephanus ad calcem προσιεμένου.

(2) *Εἰ μὴ ἀντεισήγαγε.* Legendum videtur εἰ μέν, ac illud ἀντεισήγαγε negligendum. Videtur enim e margine irrepsisse, ubi verisimile est positum fuisse, pro ἀντεισαγαγών, ut longior verborum complexio incideretur.

(3) *Πρῶτον μέν.* Hæc loco suo exciderunt, ac omnino conjungenda sunt cum his verbis ἀνεῖλεν Ἰουδαϊσμόν, respondent enim istis, ὕστερον δέ.

Digitized by Google

fidei ac vitæ nequitiam; jam vero si non omnes, qui religionem hanc susceperunt, eamdem de iisdem rebus opinionem servant et tenent, sed alii quidem recte, alii autem non recte sentiunt, nequaquam id Deo vertendum ad potestatis penuriam, quod quæ illi crediderunt, ea vel ob propriam negligentiam, vel ob aliam imbecillitatem non recte intelligant, sed eorum negligentiæ tribuendum. Dictum est autem in ea, quæ introducta est, religione de Orthodoxorum paucitate, nunc quidem : *Multi sunt vocati, pauci vero electi* [10]. Alias autem : *Quod angusta est et arcta via, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt illam* [11]. Similiter et de hæresibus, quas Dominus in suis parabolis *zizania* vocat et *pisces putres* [12]. Si igitur nihil falsi in religione Christiana, ut rerum testatur veritas, quæ ex præcedentibus fidem facit futurorum, nihil profecto relictum est causæ, cur Deo affingatur potestatis penuria, aut inutilis dicatur cultus cultui substitutus, qui nunc quidem Judæorum et Græcorum instituta solvit, postea autem et hæreses solvet.

QUÆST. II. Si res futuras, ut bellicos triumphos, hostium incursus, et urbium per eos, qui illas impugnarunt, eversiones, prædixerunt prophetæ et apostoli, prædixerunt et oraculorum apud Græcos responsa, unde cognosci **442** potest exterorum oraculis nostra esse præstantiora, cum ex utraque parte futurorum facta sit prædictio.

RESP. Ejusdem Dei sunt hæc omnia, et per verba prædictio et rerum eventus, qui quidem et per prophetas et apostolos prædixit quæ facturus erat, et similiter per eos, qui a vera religione alieni sunt, ipse præsignificavit quæ facturus erat. Quemadmodum enim per vatem Balaam Israeli quidem benedixit, illius autem hostes exsecratus est, ac utrumque per futurorum prædictionem perfecit: ita et per vaticinium regi Babylonis Nabuchodonosor expugnationem Hierosolymæ præsignificavit, quemadmodum ait propheta Ezechiel: *Et insistet rex Babylonis in viam antiquam in capite duarum viarum, et quærat vaticinium, et concutiat virgam, et interroget sculptilia, et speculetur a dextris suis. Et factum est super Jerusalem*, et quæ sequuntur [13]. Sic etiam et per vates Grærorum quæcunque revera ad exitum perducta sunt, ea ipse præmonstravit. Plurimum autem prophetarum et vatum discrimen. Primum quidem quod in cujus Dei nomine prophe-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΔ'. Εἰ Θεός ἐστι δημιουργὸς καὶ Δεσπότης τῆς κτίσεως, πῶς τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύνανται; Καὶ γὰρ θαλάττης ὁρμὰς, καὶ ἀνέμων φορὰς, καὶ μυῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς, ὡς ὁρῶμεν, κωλύουσι. Καὶ εἰ τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου μὲν γινόμενα θαύματα ἐν μόνῃ τῇ διηγήσει φέρεται, τὰ δὲ παρ' ἐκείνου πλεῖστα καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων δεικνύμενα, πῶς οὐκ ἀπατᾷ τοὺς ὁρῶντας; Καὶ εἰ μὲν κατὰ θείαν τοῦτο συγχώρησιν γέγονε, πῶς ὁδηγὸς εἰς Ἑλληνισμὸν οὐ γέγονεν ἡ τοιαύτη συγχώρησις; Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, πῶς οὐ δυνάμει τῶν δαιμόνων ἐκεῖνα γεγένηνται; Πάλιν δὲ, εἴπερ, ὡς ἀγαθῷ τῷ γιγνομένῳ ἡδόμενος, ἐκείνῳ συνήργησε, διὰ τί μὴ διὰ προφητῶν ἢ ἀποστόλων τὰ τοιαῦτα γεγένηνται; Εἰ δὲ μὴ ἠρέσκετο ὡς φαῦλῳ, τίνος ἕνεκεν τὸ φαῦλον ἢ εὐθὺς οὐκ ἐκώλυσεν, ἢ μετὰ

QUÆST. XXIV. Si Deus conditor est et Dominus creaturæ, quomodo Apollonii effectiones in partes creaturæ robur obtinent? Nam maris impetus, ventorum vim, et murium ac ferarum incursiones, ut videmus, cohibent. Et si edita a Domino D miracula in 450 sola feruntur narratione; quæ vero ab Apollonio, pleraque in ipsis rebus ostenduntur, quomodo non decipiunt spectantes? Ac si hoc divino permissu contigit, quomodo non dux fuit ad Græcorum superstitionem ejusmodi permissio? Sin minus, quomodo non dæmonum potestate hæc facta sunt? Rursus autem, si ea re Deus, ut bona, delectatus adjutor fuit illius efficiendæ, cur non per prophetas et apostolos similia edita sunt? Sin autem, ut mala, displicuit, quare malum aut non statim cohibuit, aut non paulo post abolevit, sed ut

[15] I Tim. IV, 1. [16] II Tim. IV, 14. [17] Act. XX, 29. [18] Matth. XXIV, 22. [19] Joan. XI, 42. [20] Joan. XVII, 12.

Digitized by Google

vigeat usque in sæculum dierum creaturæ permisit?

RESP. Apollonius, ut naturæ virium peritus et mutuarum, quæ illis insunt, consensionum et dissensionum, hac scientia effectiones edidit, non divina potestate. Quapropter in omnibus effectionibus opus habuit idonea materia, quæ ad effectionem adimplendam adjuvaret. Noster autem servator Christus, cum divina sua potestate miracula ederet, minime opus habuit materia, sed ejus præceptum et prædictionem res sequebantur et sequuntur. Atque editas quidem ab Apollonio effectiones, quia scientia naturæ virium ad corporeum hominum usum edebantur, non abolevit Dominus, sed ipsi dæmoni Apollonii statuæ insidenti, qui divinationibus homines seducebat, ut Apollonium, tanquam Deum colerent et venerarentur, os occlusit, divinationes ejus compescens. Simul autem cum illo cæterorum etiam dæmonum, qui sub deorum nomine a Græcis colebantur, sustulit potentiam, ut ex rebus ipsis perspicitur. Quare cum in his habeamus divinæ Christi potentiæ argumenta, nefas dicere Christi miracula in nuda posita esse narratione.

Α βραχὺ οὐ κατέλυσεν, ἀλλ' ἕως αἰῶνος τῶν ἡμερῶν τῆς κτίσεως κρατεῖν συνεχώρησεν;]

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος, ὡς ἀνὴρ ἐπιστήμων τῶν φυσικῶν δυνάμεων καὶ τῶν ἐν αὐταῖς συμπαθειῶν τε καὶ ἀντιπαθειῶν, κατὰ ταύτην τὴν ἐπιστήμην τὰ τελέσματα ἐποιεῖτο, οὐ κατὰ τὴν θείαν αὐθεντίαν· διὸ ἐν ἅπασι τοῖς ἀποτελέσμασιν ἐδεήθη τῆς τῶν ἐπιτηδείων ὑλῶν παραλήψεως, συνεργούσης αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ τελουμένου ἐκπλήρωσιν. Ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν Χριστὸς, κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ αὐθεντίαν ποιῶν τὰ θαύματα, οὐδαμῶς ἐδεήθη ὕλης, ἀλλὰ τοῖς προστάγμασί τε καὶ προρρήσεσιν αὐτοῦ ἠκολούθει καὶ ἀκολουθοῦσι τὰ πράγματα. Καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἀπολλωνίου γεγονότα τελέσματα, ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἐπιστήμην γεγένηται τῶν φυσικῶν δυνάμεων, πρὸς τὴν σωματικὴν ἐργασίαν ἀνθρώπων, οὐκ ἀνέτρεψεν ὁ Κύριος· αὐτὸν δὲ τὸν δαίμονα τὸν ἐν τῷ ἐκείνου ἀγάλματι ἱδρυμένον, τὸν ἐν ταῖς μαντείαις ἀπατήσαντα τοὺς ἀνθρώπους, ὡς Θεὸν σέβειν καὶ τιμᾶν τὸν Ἀπολλώνιον, ἐφίμωσε, καταργήσας αὐτοῦ τὰς μαντείας· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τῶν λοιπῶν δαιμόνων τῶν ἐν τῷ θεῶν ὀνόματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τιμωμένων καθεῖλε τὴν δυναστείαν, καθὼς ὁρᾶται τὰ πράγματα. Ἔχοντες δὲ ἐν τούτοις τῆς τοῦ Χριστοῦ θείας δυνάμεως τὰ γνωρίσματα, οὐ χρὴ λέγειν τὰ τοῦ Χριστοῦ θαύματα ἐν ψιλῇ κεῖσθαι διηγήσει.

QUÆST. XXV. Si *eruditus est Moyses in omni sapientia Ægyptiorum, et erat potens in operibus et verbis* [39], ut ait divina Scriptura, quomodo astronomiam, geometriam et astrologiam, et quæ ista consequuntur, idem beatus propheta non didicit? Tunc enim Ægyptiorum sapientia has erroris edocebat disciplinas. Cur igitur illum Scriptura ob ejusmodi opera et doctrinam admiratur?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΕ'. Εἰ *ἐπαιδεύθη Μωϋσῆς ἐν πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, καὶ ἦν δυνατὸς ἐν ἔργοις καὶ λόγοις*, καθὼς φησιν ἡ θεία Γραφὴ, πῶς ἀστρονομίαν καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρολογίαν, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα οὐ μετῆλθεν (35) ὁ αὐτὸς μακάριος προφήτης; Τῶν γὰρ Αἰγυπτίων τότε ἡ σοφία τὰ τῆς πλάνης ὑπῆρχε διδάσκουσα διδάγματα. Διὰ τί οὖν ἐπὶ τοιούτοις λόγοις ἢ ἔργοις ὑπὸ τῆς Γραφῆς θαυμάζεται;

RESP. Miratur prophetam divina Scriptura ob doctrinam et opera, non ob doctrinam et opera per seipsa; hæc enim per se ipsa indigna erant, quæ prophetam laudibus ornarent. Sed quia utroque conspicuus erat Ægyptiis propheta, litterarum doctrina et vitæ sæculari splendore, ac utrique pietatem in Deum prætulit; propterea illum admiratur Scriptura divina. Astronomia autem et astrologia et geometria tunc apud Ægyptios viles et pedestres ac vulgares disciplinæ habebantur. At in pretio erant scientiæ hieroglyphicæ dictæ, quæ non quibuslibet, sed selectis hominibus tradebantur in adytis. Harum propheta etsi cognitionem habuit, at nequaquam usum, utpote contrarium Hebræorum Dei colendi rationi, ob quam omnem in Ægypto regiam potestatem aspernatus maluit affligi cum populo Dei.

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Θαυμάζει τὸν προφήτην ἡ θεία Γραφὴ ἐπὶ τῇ δυνάμει (36) τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων, οὐχ ἕνεκεν τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων καθ' αὐτά· ἀνάξια γὰρ ἦν ἐκεῖνα καθ' αὐτὰ πρὸς τὰ ἐγκώμια τοῦ προφήτου· ἀλλ' ἐπειδὴ δι' ἑκατέρας μὲν περίβλεπτος ὑπῆρχε τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ προφήτης τῆς τε τοῦ λόγου παιδείας καὶ τῆς τοῦ βίου κοσμικῆς λαμπρότητος, ἀμφοτέρων δὲ τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν τιμήσας (37), διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐθαύμασεν ἡ θεία Γραφή. Ἀστρονομία δὲ, καὶ ἀστρολογία, καὶ γεωμετρία, παρ' Αἰγυπτίοις τότε χυδαῖά τε, καὶ πεζὰ, καὶ ἀγοραῖα μαθήματα λελόγιστο. Τίμια δὲ ἦν τότε παρ' αὐτοῖς μαθήματα τὰ ἱερογλυφικὰ καλούμενα, τὰ ἐν τοῖς ἀδύτοις οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐγκρίτοις παραδιδόμενα· ὧν ὁ προφήτης εἰ καὶ τὴν εἴδησιν ἔσχεν, ἀλλ' οὐκέτι καὶ τὴν χρῆσιν, ὡς ἀντικειμένην τῇ κατὰ Θεὸν πολιτείᾳ τῶν Ἑβραίων, δι' ἣν καταφρονήσας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ πάσης βασιλικῆς δυναστείας, εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ.

[39] Act. VII, 22.

(35) *Οὐ μετῆλθεν*. Non incommode tolleretur negatio qua sublata, is esset sensus: Quomodo facere potuit Moyses, ut his se disciplinis daret?

(36) *Δυνάμει*. Ita Clarom. et R. Stephanus ad calcem. Editi δυναστείᾳ.

(37) *Τιμήσας*. Legendum *προτιμήσας*; monuit S. Burgius.

Digitized by Google

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΖ'. Εἰ πάντα τὰ ὕδατα αἷμα ὑπὸ Μωϋσέως γεγένηται, πῶς ἐπάγει ἡ Γραφὴ τὸ, *Ἐποίησαν δὲ καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων ὡσαύτως*; Ἢ γὰρ ψευδὲς τὸ πάντα τὰ ὕδατα γενέσθαι αἷμα ὑπὸ Μωϋσέως, ἢ πάλιν τὸ τοὺς ἐπαοιδοὺς πεποιηκέναι ὡσαύτως. Καὶ περὶ τῶν λοιπῶν τῶν κατ' αὐτοὺς θαυμάτων ὁ αὐτὸς λόγος.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Πάντων τῶν ὑδάτων τῶν ἐπάνω τῆς γῆς αἷμα γενομένων, ἠναγκάζοντο οἱ Αἰγύπτιοι κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ ὀρύττειν φρέατα, καὶ ἀντλεῖν ὕδωρ, καὶ ποτίζειν ἐξ αὐτοῦ ἑαυτούς τε καὶ τὰ ζῶα αὐτῶν, καὶ τὰ θρέμματα. Ἐκ τούτου τοῦ ὕδατος τοῦ ἐκ τῶν φρεάτων ἀντλουμένου ἐποίησαν οἱ ἐπαοιδοὶ τὸ αἷμα· καὶ οὐδαμῶς διέψευσται ὁ λόγος. Καὶ τὰ μὲν ὑπὸ Μωϋσέως γενόμενα θαύματα, ἅτε κατὰ τὴν θείαν γεγενημένα ἐνέργειαν, κατὰ μεταβολὴν γεγένηνται φύσεως τοῦ προκειμένου εἰς τὴν φύσιν τοῦ ἐκτελουμένου· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπαοιδῶν γενόμενα κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἐγένοντο τῶν δαιμόνων, τῶν φαντασάντων τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων, τὸν μὴ ὄφιν ὁρᾷν (38) ὡς τὸν ὄφιν, καὶ τὸ μὴ αἷμα ὡς αἷμα, καὶ τοὺς μὴ βατράχους ὡς βατράχους.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΖ'. Εἰ ἐναντία ἑαυτῷ Μωϋσῆς οὐκ ἐδίδασκε τὰ μὲν ὀστέα τοῦ Ἰωσὴφ ἐπαγόμενος, τὸν δὲ ἁπτόμενον νεκροῦ ὡς ἀκάθαρτον μυσαττόμενος· καὶ εἰ ἦν τις εὔλογος παρὰ τοῦτο αἰτία, ταύτην μὲν νυνὶ μάθωμεν. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἡ Γραφὴ οὐκ εἶπε δι' ἣν αἰτίαν ἐκεῖνα ποιῶν Μωϋσῆς, ταῦτα ἐδίδασκεν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐπειδὴ τελευτῶν ὁ Ἰωσὴφ περὶ τῆς μετακομιδῆς τῶν ὀστέων αὐτοῦ ὥρκισε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἦν ἀμφότερα τῷ Μωϋσῇ εἰς φυλακὴν προκείμενα, τὸ μὴ παραβαίνειν τὸν ὅρκον, καὶ τὸ μὴ ἅπτεσθαι νεκροῦ, διὰ τοῦτο τῇ λύσει τοῦ νόμου λέγοντος μὴ ἅψασθαι νεκροῦ, ἐφύλαξε τὸν ὅρκον ἀπαράβατον. Ἀδύνατον γὰρ ἦν αὐτῷ ἀμφότερα φυλάξαι ἀπαράβατα, καὶ τὸν νόμον καὶ τὸν ὅρκον. Τῇ μείζονι οὖν φυλακῇ τοῦ ὅρκου ἔλυσε τὴν ἐλάττονα φυλακὴν τοῦ νόμου. Πανταχοῦ γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν (39) αἱρετώτερον τοῦ μείζονος. Καὶ τοιαῦτα πολλὰ εὑρίσκεται ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, ἅτινα οὐ λογίζεται ὁ Θεὸς εἰς ἁμαρτίαν τῶν παραβαινόντων αὐτὰ διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς συμβεβηκυῖαν ἀνάγκην, ὡς τὴν ὀκταήμερον περιτομὴν, καὶ τὴν ὀκταήμερον περικύκλωσιν τῆς Ἱεριχὼ, καὶ τὴν ἐν σαββάτῳ προσαγωγὴν τῶν θυσιῶν· ἅτινα περιέχουσι τοῦ σαββάτου τὴν λύσιν. Ἔτι εἰ ἔταξεν ὁ προφήτης τοὺς ἐκ διαδοχῆς βαστάζοντας τοῦ Ἰωσὴφ τὰ ὀστέα καὶ κατὰ (40)... διὰ τῆς ἐν τῷ καθα... Κατὰ

A **451** QUÆST. XXVI. Si aquæ omnes sanguis a Moyse factæ, quomodo illud addit Scriptura : *Fecerunt autem et incantatores Ægyptiorum similiter* [30]. Vel enim falsum est aquas omnes factas esse sanguinem a Moyse, vel rursus incantatores fecisse similiter. Ac de cæteris eorum miraculis eadem ratio.

RESP. Cum aquæ omnes super terram sanguis factæ fuissent, cogebantur Ægyptii circa flumen fodere puteos et haurire aquam, ac seipsos ex ea et animalia et pecudes aquare. Ex hac aqua, quæ ex puteis hauriebatur, fecerunt incantatores sanguinem; minimeque falsum quod dicitur. Ac facta quidem a Moyse miracula, utpote divina facta virtute, per mutationem fiebant naturæ rei ante oculos B positæ, in naturam illius quæ efficiebatur : quæ vero ab incantatoribus, ea operatione fiebant dæmonum, qui præstigiis oculos deceperunt spectantium, ut quasi serpentem aspicerent qui serpens non erat, et quasi sanguinem qui non erat sanguis, et quasi ranas quæ ranæ non erant.

QUÆST. XXVII. Utrum contraria sibi ipse Moyses non docuerit, dum ossa quidem Josephi exportat, eum autem, qui mortuum tangit, ut impurum aversatur; atque utrum probabilem aliquam hujus rei rationem habuerit, hanc ediscamus. Cur autem Scriptura non dixit qua de causa Moyses illa faciens, hæc docuerit?

RESP. Cum moriens Joseph adjurasset filios C Israel ut ossa sua exportarent, ac utrumque Moysi proponeretur observandum, nempe jusjurandum non transgredi et mortuum non tangere; propterea solvendo legem, quæ mortuum vetat tangere, inviolatum servavit jusjurandum. Fieri enim non poterat, ut integrum utrumque servaret, et legem et jusjurandum. Observatione igitur jurisjurandi, quæ gravior erat, solvit leviorem legis observationem. Ubique enim minus malum præferendum est majori. Ac multa ejusmodi reperiuntur in Scripturis, quæ Deus in peccatum non imputat transgredientibus, propter eam quæ supervenit necessitatem, veluti octiduana circumcisio et septiduanus Hierichuntis circuitus, et victimarum in Sabbato oblatio, quæ quidem Sabbati solutionem præ se ferunt. Præter- D ea si jussit propheta, ut qui ossa Josephi per vices portabant, hi per septem dies impuri manentes, per hujus numeri in purificationibus observationem

[30] Exod. VII, 22.

(38) *Τὸν μὴ ὄφιν ὁρᾷν*. Expungendum illud verbum, idque confirmari potest ex Quæst. 52, ubi diabolus dicitur eodem modo affecisse oculos τῶν ὁρώντων τὸν οὐκ ὄντα Σαμουήλ. Censet Sylburgius legendum ὡς τὸν μὴ ὄφιν ὁρᾷν. Legitur in Quæst. 81: Φαντάζουσιν οἱ δαίμονες τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων ὡς σώματα ὁρᾷν τὰ μὴ σώματα. Hic etiam delendum videtur illud ὁρᾷν.

(39) *Τὸ ἔλαττον κακόν*. Minus malum hoc loco, non illud intelligit quod contra legem æternam committitur, idque satis perspicitur ex allatis ab eo exemplis.

(40) *Καὶ κατά*. Sic videntur lacunæ expleri posse: Καὶ κατὰ ἑπτὰ ἡμέρας ἀκαθάρτους ὄντας, διὰ τῆς ἐν τῷ καθαρσίῳ, κατὰ τὸν νόμον τοῦ Μωϋσέως, τούτου τοῦ ἀριθμοῦ διατηρήσεως καθαρίζεσθαι. Parum vidit Langus in hac explenda lacuna. At Sylburgius sic explendum putat: Καὶ κατὰ τὴν Θεοῦ προσταγὴν διὰ τῆς ἐν τῷ καθαρισμῷ ἀφαγνίσεως, κατὰ τὸν νόμον τοῦ Μωϋσέως, τούτου τοῦ ἀριθμοῦ τῷ νομίμῳ ποσῷ καθαρίζεσθαι.

Digitized by Google

secundum legem Moysis expiarentur: nihil fecit contrarium iis quæ dixit. Quærere autem cur horum causam non dixerit propheta, idem est ac quærere, cur non omnes Scripturæ addita interpretatione traditæ sint ab iis, qui illas ediderunt; si quidem ipsa rei narratione significanter continetur illius intelligendæ ratio. Quare illam cum explicatione declarandam Scriptura non judicavit.

A τὸν νόμον τοῦ Μωϋσέως τούτου τοῦ ἀριθμοῦ καθαρίζεσθαι, οὐδ' ἐναντίον ὧν εἶπέ τι διεπράξατο ὁ προφήτης. Τὸ δὲ ζητεῖν διὰ τί οὐκ εἶπεν ὁ προφήτης τούτων τὴν αἰτίαν, ὅμοιόν ἐστι τῷ λέγειν, διὰ τί μὴ πᾶσαι αἱ Γραφαὶ ἡρμηνευμέναι παρεδόθησαν παρὰ τῶν ἐκτεθεικότων αὐτάς· ἐπειδὴ ἐν τῇ τοῦ πράγματος διηγήσει ἐμφαντικῶς περιέχεται ἡ τοῦ πράγματος ἔννοια. Διότι οὐκ ἐδοκίμασεν ἡ Γραφὴ τὸ ἐκθετικῶς ταύτην δηλῶσαι.

452 QUÆST. XXVIII. Si Pharisæorum simulatam pietatem arguens Dominus dicebat, eos sepulcra esse dealbata, plena ossibus mortuis et omni impuritate [31]; et in lege qui mortuum tangebat impurus habebatur, quasi piaculum admisisset, ac nos etiam mortuos et eorum sepulcra aversamur, quippe cum in Veteri et Novo Testamento impurum cadaver appelletur, quomodo contra utrumque Dominus non fecit, cum viduæ filium resuscitans tetigit loculum, et cum Jairi filiæ manum apprehendit? Etsi enim uterque postea resuscitatus est, at tactum mortua corpora exceperunt.

'ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΗ'. Εἰ τὴν τῶν Φαρισαίων ἐσχηματισμένην εὐλάβειαν ἐλέγχων ὁ Κύριος ἔλεγεν, ὅτι τάφοι κεκονιαμένοι εἰσὶν, πεπληρωμένοι ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας· καὶ ἐν τῷ νόμῳ ὁ ἁπτόμενος νεκροῦ ἀκάθαρτος ἐλογίζετο, ὡς ἄτοπον ἐργαζόμενός τι· τούς τε νεκροὺς καὶ τοὺς τούτων B μυσαττόμεθα τάφους, ὑπό τε Παλαιᾶς καὶ Καινῆς ἀκαθάρτου τοῦ νεκροῦ καλουμένου· πῶς ἀμφοτέρων ὁ Χριστὸς ἐναντίως οὐκ ἔπραξεν, ὅτι, τὸν υἱὸν τῆς χήρας ἀνιστῶν, ἥψατο τῆς σοροῦ, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Ἰαείρου τῆς χειρὸς ἐκράτησεν; Εἰ γὰρ καὶ ἀμφότεροι τελευταῖον ἀνέστησαν, ἀλλὰ τὴν ἁφὴν τὰ νεκρὰ ἐδέξαντο σώματα.

RESP. Mortuorum cadavera et eorum sepulcra aversamur propter hærentem illis graveolentiam, non propter mortalitatem. Nam si omnino propter mortalitatem aversaremur mortuorum corpora, non oporteret profecto ex mortuorum animalium corporibus partes adhibere ad viventium usum, ut pelles, cornua, pilos, hilem, adipem, et carnes, quæ quidem nulla ratio eximere potest ab insita illis mortalitate. Sed si hæc quidem mortua, nec tamen C ea aversamur, ob utilitatem quam ex illis percipimus; quomodo non absurdissimum hæc quidem pura existimari ob utilitatem quam præstant, abominationi autem Græcis esse sanctorum martyrum corpora et sepulcra, quæ vim habent custodiendi ab insidiis dæmonum et sanandi morbos arti medicæ insanabiles? Assimilavit autem Dominus simulatam Pharisæorum pietatem sepulcris dealbatis, quia quemadmodum viventium cogitatio fetorem et impuritatem aversatur corporum mortuorum, ita illorum iniquitatem aversatur cogitatio piorum, quippe cum illorum animæ mortalitas sit et fetor et impuritas. Quemadmodum enim, discedente anima a corpore, mortuum est corpus et fetidum et D impurum, ita, discedente ab anima timore Dei, mortua est anima et fetida et impura. Contrarium autem nihil fecit Dominus neque Veteri neque Novo

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τῶν πτωμάτων τὰ νεκρὰ σώματα καὶ οἱ τούτων τάφοι μυσάττονται διὰ τὴν ἐπομένην αὐτοῖς βαρεῖαν δυσωδίαν, καὶ οὐ διὰ τὴν νέκρωσιν. Εἰ γὰρ ἁπλῶς διὰ τὴν νέκρωσιν ἐμυσάττοντο τῶν νεκρῶν τὰ σώματα, οὐκ ἄρα ἐχρῆν τοῖς τῶν ζώων νεκρῶν σωμάτων μέρεσι κεχρῆσθαι πρὸς τὴν τῶν ζώντων χρείαν, ὡς τοῖς δέρμασι, καὶ τοῖς κέρασι, καὶ θριξὶ, καὶ χολαῖς, καὶ τοῖς στέασι, καὶ ταῖς σαρξίν· ἅτινα οὐδεὶς λόγος δύναται ὑπεξελεῖν τῆς προσούσης αὐτοῖς νεκρώσεως. Εἰ δὲ νεκρὰ μὲν καὶ ταῦτα, οὐ μυσαττόμεθα δὲ διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν χρείαν, πῶς οὐκ ἔστι τῶν ἀτοπωτάτων τὸ καθαρὰ μὲν ἡγεῖσθαι ταῦτα διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν χρείαν, μυσάττεσθαι δὲ τῶν ἁγίων μαρτύρων τὰ σώματα καὶ τοὺς τάφους ὑπὸ Ἑλλήνων, φυλακτικὰ ὄντα ἀπὸ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς, καὶ ἰαματικὰ (41) νοσημάτων τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἀνιάτων; Παρείχαζε δὲ ὁ Κύριος τὴν τῶν Φαρισαίων ἐσχηματισμένην εὐλάβειαν τάφοις κεκονιαμένοις· ὅτι ὥσπερ τῇ νοήσει τῶν ζώντων βδελυκτή ἐστι τῶν νεκρῶν σωμάτων ἡ δυσωδία καὶ ἀκαθαρσία, οὕτως καὶ ἡ ἐκείνων ἀνομία βδελυκτή ἐστι τῇ νοήσει τῶν εὐσεβῶν, τρόπον τινὰ οὖσα αὐτῶν ψυχῆς νέκρωσις, καὶ δυσωδία, καὶ ἀκαθαρσία. Ὥσπερ γὰρ, χωρισθείσης τῆς ψυχῆς τοῦ σώματος, νεκρὸν τὸ σῶμα, καὶ δυσῶδες, καὶ ἀκάθαρτον, οὕτως χωρισθέντος τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ τῆς ψυχῆς, νεκρὰ ὑπάρχει ἡ ψυχὴ,

[31] Matth. XXIII, 27.

(41) *Ἰαματικά*. Vid. Quæst. 5 et 100. Observat Sylburgius se nihil tale in Clemente Alexandrino invenisse, *ita ut hæc recentiorum magis quam veterum illorum temporum esse videantur*. Sed etiamsi miracula ad martyrum tumulos sæculo quarto fieri cœpissent, inesset semper huic divinæ vocis testimonio certissima et cultus reliquiarum comprobatio, et eorum, qui illum postremis sæculis rejicere ausi sunt, condemnatio. Sed ut martyrum cultum tribus primis sæculis viguisse certa et explorata res est, ita eorum precibus beneficia impetrari solita perspicimus ex studio in eorum reliquias impenso. Cur enim S. Ignatii reliquias, *sicut thesaurum inappretiabilem*, Polycarpi *ut aurum gemmamque pretiosam* Christiani habebant, id quod discimus ex Actis S. Ignatii et epistola Ecclesiæ Smyrnensis, nisi quia nota erat virtus reliquiarum? Adeo res percrebuerat ut ethnici et Judæi hoc solatium Christianis præripere conarentur, id quod testatum habemus in epistolis de S. Polycarpi et Lugdunensium martyrum martyrio scriptis.

Digitized by Google

καὶ δυσώδης, καὶ ἀκάθαρτος. Κατ' ἐναντίωσιν δὲ ἔπραξεν ὁ Κύριος οὐδὲν οὔτε τῇ Παλαιᾷ, οὔτε τῇ Καινῇ· οὐκ ἦν γὰρ ὑπὸ τὸν νόμον ὅτε τοὺς ἐν τῇ ἐρωτήσει εἰρημένους νεκροὺς ἤγειρεν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ βαπτίσματος ἤρξατο ὁ Κύριος τῆς Εὐαγγελικῆς πολιτείας, οὖσης ἔξωθεν τῆς τοῦ νόμου φυλακῆς· διὸ οὐκ ἐμιάνθη ἁψάμενος τοῦ νεκροῦ. Κατὰ δὲ τὴν Καινὴν ἐκεῖνα μόνα ἦν μιαντικὰ ἀνθρώπων, τὰ ἐκ τῆς καρδίας ἐξερχόμενα κακά· τὸ δὲ ἅπτεσθαι νεκροῦ οὐ μιαίνει τὸν ἄνθρωπον.

A Testamento. Non enim erat sub lege, cum eos, de quibus in interrogatione dictum est, resuscitavit. Nam a baptismate auspicatus est evangelicum institutum, quod a legis observatione liberum et solutum est. Quare mortuum tangens minime contaminatus est. In Novo autem Testamento ea tantum contaminant homines, quæ ex corde prodeunt mala; mortuum autem tangere non contaminat hominem.

Ἐρώτησις κθ'. Εἰ πεπλήρωτο ὁ οἶκος ἔνθα ὁ Κύριος ἦν ὁπηνίκα ὁ παράλυτος ἔμελλε θεραπεύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἠναγκάσθησαν οἱ βαστάζοντες αὐτὸν καταλῦσαι τὴν ὀροφὴν, καὶ δι' αὐτῆς καθεῖναι τὸν ἀσθενοῦντα, πῶς οἱ ἐν τῷ οἴκῳ ἠθροισμένοι ὄχλοι οὐκ ἐπλήγησαν τῆς ὀροφῆς λυομένης;

QUÆST. XXIX. Si domus, in qua erat Dominus, tum cum paralyticum curaturus esset, plena erat, et idcirco coacti sunt qui eum portabant, tectum solvere, et per illud demittere infirmum, quomodo conferta in domo turba non percussa est tecto soluto?

B

Ἀποκρισις. Αἰσθανόμενοι οἱ ἐν τῷ οἴκῳ μελλούσης τῆς ὀροφῆς ἀποστεγοῦσθαι, πάντως ὑπεχώρησαν. Οὐ γὰρ οὕτως ἦσαν ἀνόητοι οἱ τὴν ὀροφὴν ἀποστεγοῦντες, ὥστε μὴ βοᾷν τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ ὑποχωρεῖν, ἵνα μὴ πλήσσωνται. Οὐδὲ γὰρ ὅλης τῆς ὀροφῆς ἦν χρεία ἀποστεγοῦσθαι, ἀλλὰ τόσον ὅσον ἥρκει εἰς τὴν ὑποχάλασιν τοῦ παραλύτου.

RESP. Secesserunt profecto qui in domo erant, ubi tectum apertum iri animadverterunt. **453** Neque enim adeo insani erant qui tectum aperiebant, ut non eos, qui in domo erant, clamore admonerent discedere ne percuterentur. Neque enim totum opus fuit tectum aperiri, sed quantum satis esset ad demittendum paralyticum.

Ἐρώτησις λ'. Εἰ ἑκάστῳ ἀνθρώπῳ ἄγγελος παρέπεται φύλαξ, καθὼς ἡ θεία Γραφὴ λέγει, οἱ δὲ ἄνθρωποι ποτὲ μὲν αὔξησιν, ποτὲ δὲ μείωσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ τῶν λοιπῶν συμφορῶν, διὰ τὰς ἑαυτῶν πράξεις ὑπέμειναν, οἱ τῆς τῶν ἀγγέλων (42) αὐξήσεως καὶ μειώσεως ὄντες ἀνεπίδεκτοι, ποίαν τότε λειτουργίαν ἐπλήρουν, ἑκάστου τῶν ἀγγέλων παρὰ Θεοῦ λειτουργίαν ἐξ ἀρχῆς εἰληφότος;

QUÆST. XXX. Si unumquemque hominem angelus assectatur custos, quemadmodum divina docet Scriptura, homines autem nunc incrementum, nunc imminutionem, ut in diluvio et cæteris calamitatibus, ob propria sua facta sustinuerunt: qui nec augeri nec minui possunt, quale tunc ministerium adimplebant, cum angelorum unusquisque a Deo ministerium ab initio acceperit?

C

Ἀποκρισις. Οἱ μὲν ἄγγελοι πάντες, ἄρχοντές τε καὶ ἀρχόμενοι, λειτουργίαν ἐκπληροῦσι χρειώδη τοῖς οὐρανοῖς καὶ τοῖς διὰ τὸν ἄνθρωπον· οἱ δὲ λειτουργεῖν εἰληφότες τὸ παρέπεσθαι τοῖς ἀνθρώποις φύλακες ἀεὶ μὲν αὔξονται, μειοῦνται δὲ οὐδέποτε. Ἢ γὰρ παρέπονται τῷ συναμφοτέρῳ, ψυχῇ λέγω καὶ σώματι, ἢ παρέπονται τῇ ψυχῇ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον τῆς ψυχῆς, ἕως τοῦ καιροῦ τῆς τοῦ κόσμου ἀνακτίσεως. Πρὶν ἢ δὲ ταγῶσι παρέπεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ φυλάττειν αὐτοὺς, ἐν ταῖς ἄλλαις ὑπὲρ ἀνθρώπων λειτουργίαις λειτουργοῦσι τοῖς οἰκείοις ἄρχουσιν.

RESP. Omnes quidem angeli, et qui præsunt et qui parent, ministerium adimplent cœlis et iis, quæ propter hominem facta sunt, utile. Qui autem id acceperunt muneris, ut homines assectentur custodes, hi augentur quidem semper, nunquam vero minuuntur. Vel enim utrumque simul conjunctum, animam dico et corpus, vel animam e corpore egressam sequuntur usque ad mundi renovationis tempus. Antequam autem homines sequi et eos custodire imperentur, in aliis pro homine ministeriis ministrant propriis principibus.

Ἐρώτησις λα'. Εἰ νεύματι θείῳ αἱ νεφέλαι τὸν ὑετὸν τῇ γῇ καταπέμπουσι, διὰ τί τὰς νεφέλας οἱ καλούμενοι νεφοδιῶκται ἐπαοιδίαις τισὶ κατασκευάζονται, ἔνθα βούλονται, χαλάζας καὶ ἀμέτρους ὑετοὺς ἀκοντίζειν;

QUÆST. XXXI. Si nutu divino nubes pluviam terræ immittunt, quare ii, qui vocantur νεφοδιῶκται, sive nubium agitatores, quibusdam incantationibus perficiunt, ut nubes quo ipsi voluerint, grandinem, et immensas pluvias jaculentur?

D

Ἀποκρισις. Τοῦτο ἐπειδὴ κατὰ τὰς ἁγίας Γραφὰς μαρτυρεῖς (43), τοὺς ὑετοὺς εἶναι ἐκ τῶν ἐπαοιδῶν ἄπιστον. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ ταύτην περὶ τούτου ἐρωτήσας τὴν ἐρώτησιν, οὐκ ἀφ' ὧν ἐθεάσω γινομένων τὴν ἐρώτησιν πεποίηκας, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἤκουσας.

RESP. Quandoquidem id contra sanctas Scripturas testaris, incredibile est ab incantationibus pluvias proficisci. Nam et ipse qui hanc ea de re quæstionem posuisti, non ex his, quæ fieri vidisti, posuisti, sed ex his quæ audisti.

(42) *Τῶν ἀγγέλων*. Hæc prorsus delenda. in cod. Clarom. legitur ad marginem τῶν ἀγγέλων οἱ τῆς.

(43) *Μαρτυρεῖς*. Langus addit negationem, sed cum hic scriptor infra in Resp. ad Quæst. 37, præpositionem κατά eodem modo usurpet, nihil mutandum duxi.

Digitized by Google

QUÆST. XXXII. Si mortalem Deus nostram condidit naturam, quomodo dicit Scriptura: *Deus mortem non fecit* [32]?

RESP. Non si quid mortale natura, id necesse est omnino mori. Atque hujus rei argumentum est, quod Enoch et Elias, cum mortales sint, in immortalitate adhuc perdurent, dicto illo: *Terra es, et in terram reverteris* [33], facti superiores. Verum igitur est mortalem naturam nostram a Deo factam esse, et mortem ingressam esse in mundum hominis inobedientia. Nam si quemadmodum naturam Deus mortalem fecit, ita et mortem fecisset, nequaquam mortis causa esset inobedientia; et si Deus inobedientiæ auctor non est, neque mortis profecto auctor est.

454 QUÆST. XXXIII. Si hominum natura, utpote mortalium, proprium agnoscit finem, tempus autem uniuscujusque nequaquam ejusmodi termino, quem extranei fatum appellant, definitur, quomodo Ezechiæ additi sunt anni? Quod enim additur, liquet id ad numerum jam præfinitum accedere. Unde igitur morientium tempus definitum non esse demonstratur?

RESP. Non definitum esse cujusque vitæ tempus, demonstratur ex Scripturæ vocibus sic: *Si in campo*, inquit, *homo invenerit puellam desponsatam ac vim illi inferens concubuerit cum illa, virum quidem occidite, puellam autem ne occidatis. Quemadmodum enim percussit homo proximum suum, et cum eum percuteret, non adfuit qui opem ferret, ita et illud facinus patratum est; clamavit puella nec aderat qui ei opitularetur* [34]. Non assimilasset divina Scriptura violentum stuprum violentæ cædi, si definita mors esset. Quod enim a Deo definitum, id nec vi movere nec transgredi est. Sed, si ita se res habet, nequaquam profecto definitæ Ezechiæ vitæ additi sunt anni vitæ, sed annis illius indefinite præcedentibus, quorum finis aderat morbo letali, si non illius morbum Deus sanasset, eumque in vitam restituisset.

A

B

C

Ἐρωτησις ΛΒ'. Εἰ θνητὴν ὁ Θεὸς τὴν ἡμετέραν ἔκτισε φύσιν, πῶς λέγεις ὅτι *ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν;*

Ἀποκρισις. Οὐκ εἴ τι θνητὸν τῇ φύσει (44), τοῦτο ἀνάγκη πάντως ἀποθανεῖν· καὶ τούτου ἡ ἀπόδειξις, τὸ θνητοὺς ὄντας τὴν φύσιν τόν τε Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν ἐν ἀθανασίᾳ ἔτι διαμένειν, τοῦ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, γενομένους ἀνωτέρω. Ἀληθὲς οὖν τὸ θνητὴν τὴν φύσιν ἡμῶν πεποιηκέναι τὸν Θεὸν, καὶ εἰσελθεῖν τὸν θάνατον εἰς τὸν κόσμον τῇ τοῦ ἀνθρώπου παρακοῇ. Εἰ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἐποίησεν ὁ Θεὸς θνητὴν τὴν φύσιν, οὕτως ἐποίησε καὶ τὸν θάνατον, οὐκ ἂν διὰ τῆς παρακοῆς ὁ θάνατος· καὶ εἰ ὁ Θεὸς τὴν παρακοὴν οὐκ ἐποίησεν, οὐδ' ἄρα τὸν θάνατον.

Ἐρωτησις ΛΓ'. Εἰ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ὡς θνητὸν (45) μὲν τὸ οἰκεῖον ἐπιγινώσκει πέρας, ὁ δὲ ἑκάστου χρόνος οὐ κατά τινά ἐστιν ὅρον, ὅπερ καλοῦσιν οἱ ἐκτὸς εἱμαρμένην· πῶς τῷ Ἐζεκίᾳ προσετέθησαν χρόνοι; Τὸ γὰρ προστεθὲν ἐπὶ τοῦ προορισθέντος ἀριθμοῦ δηλονότι λαμβάνεται. Πόθεν οὖν ἐπὶ τῶν τελευτώντων τὸ τοῦ χρόνου ἀόριστον δείκνυται;

Ἀποκρισις. Ὅτι δὲ οὐχ ὥρισται (46) τῆς ἑκάστου ζωῆς ὁ χρόνος, δείκνυται ἐκ τῶν γραφικῶν φωνῶν οὕτως· Ἐάν, φησὶν, *ἐν τῷ πεδίῳ εὕρῃ ἄνθρωπος νεάνιδα μεμνηστευμένην, καὶ βιασάμενος αὐτὴν κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, τὸν μὲν ἄνδρα ἀποκτείνατε, τὴν δὲ νεάνιδα μὴ ἀποκτείνητε. Ὃν γὰρ τρόπον ἐπάταξεν ἄνθρωπος ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ πατάσσων αὐτὸν οὐχὶ παρῆν ὁ βοηθῶν, οὕτως ἐγένετο τὸ πρᾶγμα τοῦτο· καὶ ἐβόησεν ἡ νεᾶνις, καὶ ὁ βοηθῶν αὐτῇ οὐκ ἦν.* Οὐκ ἂν δὲ παρείκασεν ἡ θεία Γραφὴ τὴν βεβιασμένην κοίμησιν τῇ βεβιασμένῃ ἀναιρέσει, εἰ ἦν ὁ θάνατος ὡρισμένος. Τὸ γὰρ παρὰ Θεοῦ ὡρισμένον, ἀδίαστόν τε καὶ ἀπαράβατον. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, δηλονότι οὐ τῇ προωρισμένῃ ζωῇ τοῦ Ἐζεκίου προσετέθησαν χρόνοι ζωῆς, ἀλλὰ τοῖς ἀορίστως προλαβοῦσιν ἔτεσιν αὐτοῦ, ὧν τὸ τέλος ἐγίνετο διὰ τοῦ θανατικοῦ πάθους, μὴ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ πάθους ἰασαμένου αὐτὸν, καὶ εἰς τὸ ζῆν αὐτὸν ἀποκαταστήσαντος.

[32] Sap. I, 13. [33] Gen. III, 19. [34] Deut. XXII, 25-27.

(44) *Θνητὸν τῇ φύσει.* Accuratius loquitur Theophilus Antiochenus, cum Adamum nec mortalem, nec immortalem creatum fuisse, sed capacem utriusque pronuntiat; sed tamen hoc loco id *natura mortale* dicitur, quod mori potest. Justinus initio *Dialogi*, et Tatianus animam natura immortalem esse negant, quia id solius Dei est, anima autem, si Deus velit, destrui potest. Cæterum hic scriptor, id quod interdum Pelagianos dixisse observamus in Admonitione, diserte asseverat peccato hominis mortem ingressam esse, *et si Deus peccati auctor non est, neque etiam mortis.* Non moleste fert S. Augustinus mortalem dici Adamum ante peccatum, modo constet moriturum non fuisse, si non peccasset. At illud, ut catholicæ fidei contrarium aversatur, si ita mortalis fuisse dicatur, ut mortem effugere non posset. *Sed quoniam mortalem*, inquit, I, *adv. Jul.* n. 68, *hactenus dixi, quia poterat mori; poterat namque peccare: tu eis qui hos libros non legerunt, nec fortasse lecturi sunt, fuco insidioso, si hæc tua legerunt, subripere voluisti, quasi ego ita dixerim, Adam mortalem factum, ut sive peccaret sive non peccaret, moriturus esset.* In libro I *De pecc. mer.*, n. 3, rem illustrat exemplo maxime apto. Sed quia locus corruptus est, sanare illum conabor, ea uncinis includendo quæ prorsus recidenda sunt. *Sicut enim hæc ipsa caro*, inquit, *quam nunc habemus non ideo* [non] *est vulnerabilis, quia* [non] *est necesse ut vulneretur; sic illa non ideo* [non] *fuit mortalis quia* [non] *erat necesse ut moreretur.*

(45) *Ὡς θνητόν.* Leg. ὡς θνητῶν.

(46) *Οὐχ ὥρισται.* Recte observat Sylburgius hanc nostri scriptoris sententiam cum Evangelio et cum ipsis ethnicorum testimoniis pugnare. In hoc sane cæteros Pelagianos superat.

Digitized by Google

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΔ'. Εἰ, καθώς τινές φασιν, ὁ κατακλυσμὸς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς οὐ γέγονεν, ἀλλ' ἐν ᾧ οἱ τότε ἄνθρωποι ᾤκουν, πῶς ἀληθὲς ὅτι ὑψώθη τὸ ὕδωρ ἐπάνω πάντων τῶν ὑψηλῶν ὀρέων δεκατέσσαρας πήχεις;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὐ δοκεῖ ἀληθὲς εἶναι τὸ μὴ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τὸν κατακλυσμὸν γεγονέναι· εἰ μή τι ἄρα κοιλότεροι ἦσαν οἱ τόποι ἔνθα ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, τῶν λοιπῶν τόπων τῆς γῆς.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΕ'. Εἰ τῶν ἀλόγων ἁπάντων δημιουργός ἐστιν ὁ Θεὸς, διὰ τί τὸ διχηλοῦν ὁπλὴν καὶ μηρυκισμὸν μὲν ἔχον, καθαρὸν εἶναι ἀπεφήνατο; καὶ πάλιν διὰ τί τὸ μηρυκισμὸν μὲν ἔχον οἷον κάμηλος, ὁπλὴν δὲ μὴ διχηλοῦν, ἐν τοῖς καλοῖς (47) τέτακται, καὶ τὸ διχηλοῦν μὲν τὴν ὁπλὴν, μηρυκισμὸν δὲ μὴ ἔχον, οἷον χοῖρος, ἐν τοῖς μὴ καθαροῖς λελόγισται; Καὶ ἐν τοῖς ἰχθύσι δὲ τὰ ἀλεπίδωτα; Καὶ τὰ πετεινὰ διὰ τί διῄρηνται, καίτοι τινῶν καθαρῶν, εἴ γε συγχωροῦνται, ταὐτὰ τοῖς ἀκαθάρτοις ἐσθιόντων καὶ πραττόντων;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Φύσει μὲν καθαρὰ ὑπάρχει πάντα τὰ ζῶα, καὶ καλὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς γεγονότα, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν*, καὶ τῆς θείας τετυχηκότα εὐλογίας, λεγούσης· *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.* Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐβούλετο ὁ Θεὸς, ὥσπερ ἐν πᾶσι, τοῖς ἐσθιομένοις ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς τοῦ νόμου δουλείας ποιήσασθαι τοὺς Ἰουδαίους, διὰ τοῦτο τῶν ζώων, καὶ πετεινῶν, καὶ ἰχθύων, τινὰ μὲν ὠνόμασε καθαρὰ, ὧν καὶ τὴν σφαγὴν καὶ τὴν βρῶσιν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπέτρεψε· τινὰ δὲ ἀκάθαρτα ὠνόμασεν, ὧν τὴν βρῶσιν αὐτοὺς ἀπεῖργε. Καθαρὰ οὖν ταῦτα καὶ ἀκάθαρτα λέγονται· καθαρὰ μὲν, διὰ τὴν φύσιν· ἀκάθαρτα δὲ, διὰ τὸν νόμον. Ἄλλως δὲ πάλιν καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα λέγονται, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. Ἐπειδὴ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ τότε πάντα τὰ ζῶα πλὴν τοῦ χοίρου ἐθεοποιοῦντο· διὰ τοῦτο τῶν ζώων τὰ μὲν καθαρὰ, τὰ δὲ ἀκάθαρτα ὠνόμασε· καὶ τὰ μὲν καθαρὰ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς θύειν, τὰ δὲ μὴ ἐσθίειν ὡς ἀκάθαρτα, δι' ἑκατέρου (48) δεικνύων αὐτὰ ἀνάξια ὄντα τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας τε καὶ τιμῆς, καὶ διὰ τοῦ θύεσθαι καὶ ἐσθίεσθαι· καὶ πάλιν διὰ τοῦ καλεῖσθαι αὐτὰ ἀκάθαρτα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΣ'. Εἰ τὸ Θεῖον τροπῆς ἀνεπίδεκτον, διὰ τί περὶ τῆς χρίσεως τοῦ Σαοὺλ λέγει μεταμελεῖσθαι, καὶ περὶ τῆς καταστροφῆς τῆς Νινευῖ ὅτι μετενόησεν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ Δεσπότης Θεὸς καὶ κατὰ τὸ ὑπάρχειν, καὶ κατὰ τὸ πράττειν τὰς πρεπούσας αὐτῷ πράξεις, ἄτρεπτός ἐστι. Προνοῶν δὲ τῶν τρεπομένων πρὸς τὸ λυσιτελὲς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προνοουμένοις, τρέπει τὰ πράγματα· διὸ καὶ πρὸς τὸ συγγινώσκειν, καὶ πρὸς τὸ μὴ συγγινώσκειν ἀτρέπτως ἔχει. Συγγινώσκει γὰρ ἀτρέπτως τοῖς διορθοῦσι τὰ ἑαυτῶν πταίσματα· τοῖς δὲ ἀδιορθώτως ἔχουσι πρὸς

A QUÆST. XXXIV. Si, ut nonnulli dicunt, diluvium in omni terræ loco non fuit, sed in iis, quæ tunc homines incolebant, quomodo verum est aquam evectam fuisse supra altissimos quosque montes quindecim cubitis?

RESP. Verum esse non videtur non in omni loco diluvium exstitisse, nisi forte decliviora fuerint loca, in quibus diluvium exstitit, cæteris terræ locis.

QUÆST. XXXV. Si omnium rationis expertium conditor est Deus, quare quod bifidam ungulam habet ac ruminat, id mundum esse pronuntiavit; ac rursus quare id quod ruminat quidem, ut camelus, sed bifidam ungulam non habet, in malis numeratur, et quod ungulam quidem bifidam habet, sed non ruminat, ut porcus, in immundis recensetur? Atque in piscibus cur immunda quæ squamis carent? Aves etiam cur distinctæ [35]? Munda quippe nonnulla, si eis concedatur, eadem ac immunda comedunt et faciunt?

B

RESP. Natura munda sunt animantia omnia, et bona a Deo primitus facta, secundum illud dictum: *Et vidit Deus omnia quæcunque fecerat, et erant valde bona*, et divinam accepere benedictionem, Deo dicente: *Crescite et multiplicamini* [36]. Sed quia volebat Deus, ut in omnibus rebus, ita in cibis, jugo servitutis legis Judæos subjicere, propterea animalium et avium et piscium alia appellavit munda, quæ et immolare et edere Judæis permisit; alia vero immunda, quorum esu illos prohibuit. Munda igitur hæc et immunda dicuntur; munda quidem propter naturam, immunda vero propter legem. Rursus autem munda et immunda dicuntur ob hanc causam. Quando quidem in Ægypto tunc **455** animalia omnia, præter porcum, divinitate donabantur, propterea animalium alia quidem munda, alia vero immunda appellavit, ac munda quidem permisit illis ut immolarent, immunda autem edere vetuit, in utroque docens ea Dei appellatione et honore indigna esse, et quod immolarentur et ederentur, et rursus quod immunda appellarentur.

C

QUÆST. XXXVI. Si in Deum non cadit mutatio, quare unctionis Saulis dicit se pœnitentia duci, et Ninives evertendæ consilium mutavit?

D

RESP. Dominus Deus et in eo quod est, et in eo, quod sibi convenientia agit, immutabilis est; providens autem iis, quæ mutationi obnoxia sunt, ad utilitatem eorum, quibus providet, res convertit; quare et ignoscendo et non ignoscendo immutabilis est. Ignoscit quidem immutabiliter iis, qui suos ipsorum lapsus emendant; iis autem, qui sine emendatione in malis perseverant, immutabiliter

[35] Lev. II. [36] Gen. XVII, 21, 28.

(47) *Καλοῖς*. Probe vidit Langus legendum esse κακοῖς.

(48) *Δι' ἑκατέρου*. Præpositionem addendam esse vidit R. Stephanus, eamque addidit Sylburgius.

Digitized by Google

non ignoscit. Illud igitur, *pœnitentia ducor* [37], illius in non ignoscendo immutabilitatem declarat. Illud autem, *consilium mutavit Dominus* [38], illius in ignoscendo immutabilitatem demonstrat. Immutabilis enim est Deus, ac semper in iis, quæ ipsi conveniunt, agendis permanet; mutationem autem ad ea, quæ ipsum non decent, facienda, nunquam suscipit.

A τὰ κακὰ, ἀτρέπτως οὐ συγγινώσκει. Τὸ οὖν *μεταμέλημαι*, τὸ ἄτρεπτον αὐτοῦ ἐμφαίνει τὸ κατὰ τὸ μὴ συγγινώσκειν. Τὸ δὲ, *μετενόησεν ὁ Κύριος*, τὸ ἄτρεπτον αὐτοῦ δηλοῖ τὸ κατὰ τὸ συγγινώσκειν. Ἄτρεπτος γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτῷ πρέπουσι ποιεῖ διαμένειν (49)· τροπὴν δ' εἰς τὸ ποιεῖν τὰ μὴ πρέποντα αὐτῷ, οὐ δέχεταί ποτε.

QUÆST. XXXVII. Si Joannis baptisma non fuit secundum legem, ut profecto non fuit, quomodo non præter legem fuit, et quomodo ab his, qui lege obstricti erant, susceptum fuit? Quomodo autem non legis transgressores fuere, qui cum essent sub lege, illud contra legem baptisma susceperunt? Quod si sub lege erat gratiæ baptisma, nec tamen secundum legem, nec supra legem, nec præter legem fuisse dicitur; quo tandem modo exstitisse reperietur?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΑΖ'. Εἰ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα μὴ κατὰ νόμον ἦν, ὥσπερ οὖν οὔτε ἦν, πῶς οὐκ ἦν παρὰ τὸν νόμον, καὶ πῶς ὑπὸ τῶν ἐννόμων ἐδέχθη; Πῶς δὲ οὐ παράνομοι οἱ ὑπὸ τὸν νόμον ὄντες, καὶ τὸ παρὰ τὸν νόμον δεξάμενοι βάπτισμα; Εἰ δὲ ὑπὸ τὸν νόμον ἐτύγχανε τὸ τῆς χάριτος βάπτισμα, μήτε κατὰ νόμον, μήτε ὑπὲρ νόμον, μήτε παρὰ νόμον λεγόμενον, κατά τί γινόμενον εὑρεθήσεται;

RESP. Baptisma Joannis procemium erat Evangelii gratiæ; quare etiam supra legem non erat. Neque enim licebat iis, qui contra legem peccaverant, in hoc baptismate per pœnitentiam et fidem Christi percipere remissionem.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, προοίμιον ἦν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς χάριτος· διὸ καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον ἦν (50). Οὐδὲ γὰρ ἐνεδέχετο τοὺς κατὰ τὸν νόμον (51) ἁμαρτήσαντας, ἐν τούτῳ διὰ μετανοίας τε καὶ πίστεως τοῦ Χριστοῦ δέξασθαι τὴν συγχώρησιν.

QUÆST. XXXVIII. Si persuadere discipulis Joannes de Christo, ipsum esse Christum, volebat, cum illos ad ipsum misit (id enim nonnulli dixerunt), quare non conceptis verbis id eis declaravit, sed interrogationem per eos Christo protulit? Quod si nequaquam, eo quod injectus esset in carcerem, variis opinionibus adductus est, ut dubius de illo et incertus foret (nam et id alii dixerunt) cur eum sic interrogat quasi nondum illum venisse sciret? Illud enim: *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus* [39]? hanc de Christo opinionem exhibet, quasi is nondum advenisset, sed venturus exspectaretur. Id enim si persuasum Joanni fuisset, non ita interrogasset: *Tu es Christus, an alius aliquis ab eo?*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΑΗ'. Εἰ πιστώσασθαι τοὺς μαθητὰς ὁ Ἰωάννης περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν, ἐβούλετο, ὅτε ἀπέστειλεν αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν (τοῦτο γάρ τινες εἰρήκασι), διὰ τί μὴ κατὰ ἀπόφασιν εἶπεν αὐτοῖς, ἀλλὰ πεῦσιν δι' αὐτῶν τῷ Χριστῷ προσήγαγεν; Εἰ δὲ αὐτὸς διὰ τὸ τῇ εἱρκτῇ ἑαυτὸν ἐμβεβλῆσθαι ἐκ τῶν νοουμένων ποικίλως εἰς τὴν περὶ αὐτοῦ ἀμφιβολίαν κατέστη (52) (καὶ γὰρ τοῦτο εἰρήκασιν (53) ἕτεροι), διά τί ὡς μηδέπω αὐτὸν ἐλθόντα ἐγνωκὼς ἐρωτᾷ; Τὸ γὰρ *Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν*; ὡς μηδέπω μὲν τὸν Χριστὸν παραγενόμενον, εὔχεσθαι δὲ αὐτὸν (54) προσδοκώμενον, τὴν ὑπόνοιαν δίδωσι. Πεπεισμένος γὰρ τοῦτο, οὐκ ἂν ἐπηρώτησε· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ἢ ἕτερός τις παρ' ἐκεῖνον*;

456 RESP. Quoniam diversi rumores de miraculis a Jesu factis spargebantur, aliis dicentibus, Elias est qui hæc facit, aliis, Jeremias, aliis, aliquis alius ex prophetis [40]; hos rumores audiens Joannes in carcere, mittit discipulos suos sciscitatum, utrum is, qui mira faciebat, ipse esset cui testimonium tribuerat, an alius aliquis apud vulgus jactatus. Jesus autem, cum nosset consilium Joannis, præsentibus illius discipulis multa fecit miracula, persuadens eis et per eos Joanni, eum se esse, qui celebrata etiam sub aliorum nomine miracula fecerat, Joannis testimonio laudatus.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐπειδὴ διάφοροι φῆμαι περὶ ὧν ἐποιήσατο θαυμάτων ὁ Ἰησοῦς διέτρεχον, τῶν μὲν λεγόντων, Ἠλίας ἐστὶν ὁ ταῦτα ποιῶν· τῶν δὲ, Ἱερεμίας· τῶν δὲ, Ἄλλος τις τῶν προφητῶν· ταύτας τὰς φήμας ἀκούων ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ εἱρκτῇ, πέμπει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ μαθεῖν, εἰ ὁ τὰ σημεῖα ποιῶν αὐτός ἐστιν ὁ ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρηθείς, ἢ ἕτερός τις, ὁ παρὰ τῶν πολλῶν θρυλλούμενος. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοῦ Ἰωάννου τὸν σκοπὸν, ἐπὶ τῆς παρουσίας τῶν μαθητῶν Ἰωάννου ἐποίησε πολλὰ θαύματα, πείθων αὐτοὺς καὶ τὸν Ἰωάννην δι' αὐτῶν, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ πεποιηκὼς καὶ τὰ ἐπ' ὀνόματι ἑτέρων φημιζόμενα θαύματα, ὁ ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρηθείς.

[37] I Reg. xv, 12. [38] Jon. III, 10. [39] Luc. VII, 19. [40] Matth. XVI, 14.

(49) *Ποιεῖ διαμένειν*. Leg. ποιεῖν διαμένει.

(50) *Ὑπὲρ τὸν νόμον ἦν*. Legendum οὐκ ἦν. Nempe supra legem non erat, quia solus Christi baptismus peccata sub lege commissa expiabat. In Resp. ad quæst. 104, peccatorum remissio supra legem dicitur exstitisse. Sed videtur huic scriptori usitata hæc loquendi ratio. Sic enim supra in Resp. ad Quæst. 31 κατὰ τὰς ἁγίας Γραφάς, *contra sanctas Scripturas*.

(51) *Κατὰ τὸν νόμον*. Mallem κατὰ τοῦ νόμου.

(52) *Κατέστη*. Leg. οὐ κατέστη.

(53) *Εἰρήκασι*. Nimirum Joannem dubitasse.

(54) *Εὔχεσθαι δὲ αὐτόν*. Leg. ἔρχεσθαι δὲ αὐτόν.

Digitized by Google

Ἐρώτησις Λθ'. Εἰ πάντας ἕλκειν πρὸς ἑαυτὸν ὁ Δεσπότης Χριστὸς μετὰ τὴν οἰκείαν ὕψωσιν ἐπηγγείλατο, πῶς οὐ πάντες τῇ εἰς αὐτὸν πίστει προσέδραμον; Πῶς δὲ αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος πρὸς αὐτὸν ἕλκειν, οὐκ ἐναντιοῦται τῷ, *Οὐδεὶς ἔρχεται πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατήρ μου ἑλκύσῃ αὐτόν;*

Ἀποκρισις. Ἀπὸ τοῦ οἰκείου τέλους πᾶς λόγος κρίνεται· τέλος δὲ τὸ πάντας (55) ἕλκειν πρὸς ἑαυτὸν, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Οὐ χρὴ οὖν πρὸ τοῦ τέλους τὰ τοῦ τέλους ἀπαιτεῖν. Ἕλκει δὲ ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν τῷ δοῦναι καὶ τῷ Υἱῷ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν τοῦ δύνασθαι πάντας ἕλκειν πρὸς ἑαυτόν. Οὐκ ἄλλοτε οὖν ἕλκει ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ ἄλλοτε ὁ Υἱὸς πρὸς ἑαυτόν· διὸ οὐδὲν ἐναντίον ἐν τοῖς λόγοις.

Ἐρώτησις Μ'. Εἰ ἐν τοῖς δαιμονῶσιν οἱ δαίμονες διηνεκῶς ἐνοικοῦσι, πῶς ἑτέροις κατασκευάζουσι βλάβας; Εἰ δὲ τοῦτο ποιοῦσι τῶν πασχόντων πρὸς βραχὺ χωριζόμενοι, πῶς ὅτε ἀοράτῳ δυνάμει ἀπ' αὐτῶν διωχθῶσιν, οὐκέτι ἐν αὐτοῖς ἴχνη τῆς οἰκείας παρουσίας δεικνύουσιν;

Ἀποκρισις. Ἀδύνατον (56) τὸν τοῖς δαίμοσι ποιῆσαι τῇ ἀπ. . . . . ποιεῖ τῇ παρουσίᾳ παρόντος τοῦ. . . . οὐδὲ τὰ ἴχνη αὐτοῦ πάρεστιν· ἡ γὰρ ἀπελαύνουσα αὐτὸν ἀόρατος δύναμις φόβον αὐτῷ ἐντίθησι τοῦ μηκέτι πλησιάζειν τῷ τεθεραπευμένῳ.

Ἐρώτησις Μα'. Εἰ μόνου Θεοῦ ἐστι ζωὴν καὶ ἰσχὺν διδόναι τοῖς σώμασι, πῶς τοῦτο ποιοῦσιν οἱ δαίμονες, ἐνισχύοντες τῶν δαιμονώντων τὰ σώματα, ὥστε τὰ δεσμὰ καὶ τὰς ἀλύσεις συντρίβειν; ἐδεσμεῖτο γὰρ ἀλύσεσι καὶ πέδαις, καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς τὴν ἔρημον.

Ἀποκρισις. Οὐ τῷ σώματι παρέσχεν ὁ δαίμων τὴν δύναμιν πρὸς τὸ δύνασθαι συντρίβειν καὶ διαῤῥήσσειν τὰ δεσμὰ καὶ τὰς ἀλύσεις, ἀλλὰ αὐτὸς ὁ δαίμων συνέτριβε καὶ διέῤῥηξε τὰ δεσμὰ καὶ τὰς ἀλύσεις, εἰ καὶ ἡ θεία Γραφὴ τῷ δαιμονιῶντι (57) προσῆψε τοῦ δαίμονος τὰ ἔργα.

Ἐρώτησις Μβ'. Εἰ τῶν μερῶν τῆς κτίσεως οἱ δαίμονες οὐκ ἐξουσιάζουσι, διὰ τί, παρακουσθέντων τῶν χρησμῶν, τοῖς Ἕλλησι τιμωρίας ἐπήγαγον· καὶ, θεραπευθέντων τῶν εἰδώλων, ταύτας ἀνέσχον, καὶ ἀγα-

QUÆST. XXXIX. Si omnes tracturum se ad semetipsum Dominus Christus post propriam exaltationem promisit [51], quomodo non omnes ad illius fidem accurrerunt? Quomodo autem ipse, dum pollicetur se ad se tracturum, non contradicit his verbis: *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum* [52]?

RESP. Ex proprio fine quilibet sermo dijudicandus. Finis autem trahendi ad se ipsum, cum abolleverit principatum omnem et potestatem et virtutem. Non enim ante finem ea quæ finis sunt reposcenda. Trahit autem Pater ad Filium, dum dat et Filio potestatem et virtutem ut possit omnes trahere ad seipsum. Non alias ergo Pater ad Filium, alias Filius ad seipsum trahit; quare nulla in verbis repugnantia.

QUÆST. XL. Si in dæmoniacis continue dæmones morantur, quomodo noxam et detrimentum struunt aliis? Sin hoc faciunt ab eis, qui ab ipsis affliguntur, ad breve tempus secedentes, quomodo, cum ex illis potestate invisibili exiguntur, deinceps in ipsis vestigia præsentiæ suæ non ostendunt?

RESP. Fieri non potest ut dæmoniacus suapte vi, dæmone absente, alii noceat; si quid vero mali facit, præsentia dæmonis præsentis id facit; quo ejecto, neque vestigia ejus manent; nam quæ illum exigit vis invisibilis, metum ei incutit, ut amplius ad eum qui curatus est, non appropinquet.

QUÆST. XLI. Si solius Dei est vitam et robur sufficere corporibus, quare id dæmones faciunt, qui roborant corpora dæmoniacorum, ita ut vincula et catenas frangant? Constringebatur enim catenis et compedibus et vincula disrumpens agebatur a dæmone in desertum [53].

RESP. Non corporis vires præstitit dæmon, ut posset frangere et rumpere vincula et catenas, sed ipse dæmon frangebat et rumpebat vincula et catenas, quamvis divina Scriptura dæmoniaco attribuat dæmonis opera.

457 QUÆST. XLII. Si in partes mundi nihil possunt dæmones, quare contemptis oraculis pœnas Græcis inferebant, et cultu simulacris adhibito eas cohibebant, et pro pœnis beneficia illis præ-

[51] Joan. XII, 32. [52] Joan. VI, 44. [53] Luc. VIII, 26.

(55) *Τὸ πάντας*. Leg. τοῦ πάντας. Inest prima specie huic loco aliqua Origeniani erroris suspicio. Tunc enim Christum omnia tracturum ad se existimat, cum omnem principatum et potestatem et virtutem destruxerit. Sic etiam in Resp. ad primam Quæst. futurum docet aliquando ut omnis et hominum et dæmonum error tollatur radicitus. Sed hæc explicari possunt ex Resp. ad Quæst. 120, ubi statuit *regnum Dei non simpliciter resurrectionem esse, sed eam, quæ resurrectionem sequetur, restitutionem, in qua eorum qui punientur, et eorum qui glorificabuntur, fiet segregatio, omnibus Deum, ut gloriæ in iis, qui glorificabuntur, et pœnæ in iis, qui punientur, auctorem manifeste confitentibus.* Sæpe alias immutabilitatem futuri post resurrectionem status sive in pœnis sive in gloria defendit. Vid. Responsiones ad Quæstiones 6 et 95.

(56) *Ἀδύνατον*. Lacunas satis commode explevit Langus in interpretando, nec ab eo discedit Sylburgius in Græco contextu sic restituendo: Ἀδύνατον τὸν τοῖς δαίμοσι κάτοχον ποιῆσαί τι ἀπόντος τοῦ δαιμονίου. Ὅσα γάρ, etc., et mox: Τοῦ δαιμονίου ποιεῖ, οὗ ἀποχωρήσαντος.

(57) *Δαιμονιῶντι*. Legendum videtur δαιμονῶντι, ut supra δαιμονῶσιν et δαιμονώντων, ubi tamen posteriores Roberto Stephano editiones habebant δαιμονιώντων.

Digitized by Google

stabant? Unde igitur illis in utramque partem potestas?

RESP. Mos erat dæmonibus ad homines decipiendos sibimetipsis, ut Dei nomen, ita et robur attribuere. Minime autem inesse dæmonibus potestatem ultricem eorum qui non obediunt et adjutricem obedientium, demonstratur ex exitio, quod Græcorum religio accepit a Christiana. Manifeste enim declaratum est Græcorum religionem non alia adversus Christianam potestate usam esse, quam quæ hominum manu et gladiis exercetur. Nam si abundaret Græca religio divina virtute ipsam pereuntem defendente, nequaquam humana potestate usa esset, ut seipsam ab exitio, frustra diis suis exspectatis, servaret; quod quidem maximum argumentum est imbecillitatis dæmonum, eosque nunquam posse divina opera edere, ultricia eorum qui non obediunt et benefica in eos qui obediunt. Præterea, si cultus omnis viventium est et sentientium, quomodo non manifeste falsum est illud: *Cultu autem simulacris adhibito pœnas cohibebant;* simulacris, inquam, quæ nec vivant nec sentiunt, sed ut ad cultum, ita et ad contemptum oraculorum sensu carent.

QUÆST. XLIII. Si tempore diluvii dicit Scriptura *duo duo*, et *septem septem* [a], in arcam esse introducta, numero non subducto, nequaquam autem, quatuor et quatuordecim, ex puris et impuris animantibus; nam illud nonnulli dixerunt; aliqui autem duo impura duntaxat: utrum ergo verius?

RESP. Verius dixit qui dixit quatuor et quatuordecim, quam qui duo, et septem; nam Scriptura *duo duo* dixit, pro duobus maribus et duabus feminis, et *septem septem* pro septem maribus et feminis, impura autem *duo duo*.

QUÆST. XLIV. Quandoquidem animalium multos oculos habentium oblata Isaiæ et Ezechiæ visio, num utrique unum quidpiam revelatum est, an alteri monstratum alterum? Quid autem et id quod monstratum est indicabat?

RESP. Oblata Isaiæ prophetæ visio mysterium Christi declarabat, sedentis in throno gloriæ, ac expurgantis, per carnis suæ manducationem, peccata hominum impiorum, qui in universa terra ob magnitudinem divinorum donorum glorificant sanctam

[a] Gen. VII, 2.

A θὰ αὐτοῖς ἀντὶ τούτων παρέσχον; Πόθεν οὖν αὐτοῖς δυνατὸν εἰς τὴν ἑκατέρου ἔννοιαν (58);

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἔθος ἦν τοῖς δαίμοσι, πρὸς πλάνην ἀνθρώπων, προστιθέναι ἑαυτοῖς ὥσπερ τοῦ Θεοῦ τὸ ὄνομα, οὕτως καὶ τὴν ἰσχύν. Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι τοῖς δαίμοσιν ἰσχὺς ἀμυντικὴ τῶν ἀνηκόων καὶ εὐεργετικὴ (59) τῶν ὑπηκόων, δείκνυται ἐκ τῆς καταλύσεως ἧς ὑπέμεινεν ὁ Ἑλληνισμὸς ὑπὸ τοῦ Χριστιανισμοῦ. Φανερῶς γὰρ ὤφθη ὁ Ἑλληνισμὸς οὐχ ἑτέρᾳ δυνάμει κατὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ χρησάμενος, πλὴν τῇ διὰ χειρὸς ἀνθρώπων καὶ ξιφῶν. Εἰ γὰρ εὐπόρει ὁ Ἑλληνισμὸς θείας δυνάμεως ὑπερμαχούσης αὐτοῦ καταλυομένου, οὐκ ἂν τῇ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει ἐχρήσατο σώζειν ἑαυτὴν (60), μάτην προσδοκήσας θεοὺς αὐτοῦ, ἐκ τῆς καταλύσεως· ὅπερ ἐστὶ μέγιστος ἔλεγχος τῆς τῶν B δαιμόνων ἀσθενείας, καὶ τοῦ μηδέποτε αὐτοὺς δυνηθῆναι θεῖα ἔργα ἐκτελεῖν, τιμωρητικὰ τῶν ἀνηκόων καὶ εὐεργετικὰ τῶν ὑπηκόων. Ἔτι δὲ εἰ πᾶσα θεραπεία ἐστὶ ζώντων τε καὶ αἰσθανομένων, πῶς οὐκ ἔστι προδήλως ψευδὲς τὸ, *Θεραπευθέντων δὲ τῶν εἰδώλων ἀνέσχον τὰς τιμωρίας*, τῶν μήτε ζώντων μήτε αἰσθανομένων, ἀλλ' ὥσπερ πρὸς τὰς θεραπείας, οὕτως καὶ πρὸς τὴν παρακοὴν τῶν χρησμῶν ἀναισθήτως ἐχόντων;

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΓ'. Εἰ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κατακλυσμοῦ λέγει ὅτι *δύο δύο*, καὶ *ἑπτὰ ἑπτὰ* ἐν τῇ κιβωτῷ εἰσηνέχθησαν ἀλογίστως, οὐ τέσσαρα καὶ δεκατέσσαρα ἐκ τῶν ἀκαθάρτων καὶ καθαρῶν· καί τινες γὰρ εἰρήκασι· τινὲς δὲ ὅτι δύο καθαρὰ (61-62) μόνον· ὅ τι C οὖν ἐκ τῶν δύο ἀληθέστερον;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἀληθέστερον εἶπεν ὁ εἰπὼν *τέσσαρα* καὶ *δεκατέσσαρα* τοῦ εἰπόντος *δύο* καὶ *ἑπτά*. Τὰ γὰρ *δύο δύο* εἶπεν ἀντὶ τοῦ *δύο ἄῤῥενα καὶ δύο θήλεα*, καὶ *ἑπτὰ ἑπτὰ* ἀντὶ τοῦ *ἑπτὰ ἄῤῥενα καὶ ἑπτὰ θήλεα*· ἀκάθαρτα δὲ τὰ *δύο δύο*.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΔ'. Ἐπειδὴ τὴν τῶν πολυομμάτων ζώων Ἡσαΐας καὶ Ἰεζεκιὴλ ἐθεάσαντο ὀπτασίαν, ἆρα ἀμφοτέροις ἕν τι ἀπεκαλύπτετο, ἢ θατέρῳ ἐδείκνυτο θάτερον; Τί δὲ καὶ ἐδείκνυτο δεικνύμενον;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Διὰ μὲν τῆς κατὰ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ὀπτασίας τὸ κατὰ τοῦ Χριστοῦ (63) ἐδήλου μυστήριον, καθήμενον ἐπὶ θρόνου δόξης, καὶ τῇ βρώσει τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, καθαρισμὸν ποιοῦντα D ἁμαρτίας ἀσεβῶν ἀνθρώπων, τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ δο-

(58) *Ἔννοιαν*. Sylburgius legit ἐνέργειαν, quod quidem minime necessarium, cum ἔννοια hoc loco non sit obscura.

(59) *Καὶ εὐεργετική*. Fatetur in duabus præcedentibus quæstionibus mala a dæmonibus, Deo permittente, interdum proficisci. At merito eis denegat potestatem aut illorum ulciscendorum, qui eos contemnunt aut bene colentibus faciendi. Præstigias vocat eorum opinata miracula, Quæst. 26 et 81. Negat pluvias et grandinem ab hominibus præsidio eorum fretis elici posse, Quæst. 31. Quidquid Apollonius effecisse dicitur, id attribuit peritiæ rerum naturalium, Quæst. 26. Futura a dæmonibus per vates prædici potuisse negat: Deo attribuit, si quid veri a vatibus prædictum, Quæst. 2. Christo accepta refert eorum miracula, quos hæreticos appellat, Quæst. 4 et 100.

(60) *Ἑαυτήν*. Leg. ἑαυτόν.

(61-62) *Καθαρά*. Legit Langus ἀκάθαρτα, neque aliter videtur hic locus cum Scriptura conciliari posse.

(63) *Κατὰ τοῦ Χριστοῦ*. Ita Robert. Stephanus et uterque cod. ms. Aliæ editiones κατὰ τὸν Χριστόν. Eodem sensu τὰ κατὰ Ἰουδαίων. Quæst. 151.

Digitized by Google

ξαζόντων τὴν ἁγίαν καὶ ὁμότιμον Τριάδα, ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν θείων δωρεῶν, ἧς τῷ ὀνόματι βαπτισθέντες ἐδικαιώθησαν, λαβόντες τῆς τῶν οὐρανίων καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν μετουσίας τὴν ἐλπίδα. Ὃν γὰρ ἐθεάσατο ὁ προφήτης ἄνθρακα τοῖς ἀκαθάρτοις αὐτοῦ χείλεσι προσαγόμενον, εἰς κάθαρσιν ἀνομιῶν τε καὶ ἁμαρτιῶν, μήνυμα εἶχε τῆς Δεσποτικῆς σαρκὸς καθαριζούσης τὸ συνειδὸς τῶν ἐσθιόντων αὐτὴν ἀπὸ πάσης ἀσεβείας. Διὰ δὲ τῆς κατὰ τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ ὀπτασίας τὰ μέλλοντα ἐδήλου συμβήσεσθαι τῷ Ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, ψυχαγωγίαν ὄντα τῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐν Βαβυλῶνι ὄντων Ἰσραηλιτῶν. Ἐθεάσατο δὲ ὁ προφήτης τετραπρόσωπα ζῶα, ὁμοιώματα ἔχοντα ἀνθρώπου τε καὶ λέοντος, μόσχου τε καὶ ἀετοῦ. Λέγει δὲ καὶ ὁ προφήτης Δανιὴλ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ὅτι ηὐξήθησαν (64) οἱ ὄνυχες αὐτοῦ ὡς ἀετοῦ, καὶ αἱ τρίχες αὐτοῦ ὡς λέοντος, καὶ χόρτον ἐψώμισαν αὐτὸν ὡς τὸν μόσχον, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῷ. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς ὀπτασίας ψυχαγωγίαν τινὰ ἐντίθησι τοῖς Ἰσραηλίταις, τοῦ πρὸς τὴν (65) κραταίαν τε καὶ ἰσχυρὰν σφόδρα τῶν Βαβυλωνίων δυναστείαν ἀποβλεψαμένους καὶ ἐν ἀπογνώσει καθεστῶτας τοῦ μὴ δύνασθαι ἔτι ἐκ τῆς τοιαύτης αἰχμαλωσίας τυχεῖν ἐλευθερίας. Ἵνα οὖν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀπογνώσεως μεταστήσῃ τοὺς Ἰσραηλίτας ὁ Θεὸς, καὶ παρασκευάσῃ αὐτοὺς πρὸς τὴν αὐτοῦ δυναστείαν ἀποβλέπειν, δείκνυσι τῷ προφήτῃ ἡμέρου τε καὶ ἀνημέρου ζώου τὴν σύζευξιν, καὶ βαρυσώμου καὶ πετεινοῦ τὴν σύμπηξιν. Ἥμερον μὲν γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος, ἀνήμερον δὲ ὁ λέων· καὶ βαρύσωμον μὲν ζῶον ὁ μόσχος, πετεινὸν δὲ καὶ κοῦφον ζῶον ὁ ἀετός. Ἐν ἐκείνοις μὲν οὖν δηλοῖ τὴν τῆς βασιλείας ἐξ ἀνημέρου εἰς ἡμερότητα μετάστασιν, ἐν τούτοις δὲ τῆς βαρύτητος τῆς δουλείας εἰς τὴν ἐλευθερίαν μεταβολήν. Ὑπόζυγος γὰρ ὁ μόσχος, ζυγοῦ δὲ ἐλεύθερος ὁ ἀετός. Δείκνυσι δὲ τῷ προφήτῃ καὶ τροχὸν ἐν τῷ τροχῷ, μηνύων δι' αὐτῶν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπαγωγὴν εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ ἀπαγωγὴν (66) εἰς τὰ ἴδια.

et pari honore dignam Trinitatem, cujus baptizati in nomine justificati fuerunt, spe accepta se cœlestium et æternorum bonorum participes futuros. Quem enim vidit propheta carbonem labiis suis non puris admotum ad expurgationem **458** iniquitatum et peccatorum, is indicium habebat Dominicæ carnis, quæ conscientias comedentium expurgat ab omni iniquitate. Per oblatam autem Ezechieli prophetæ visionem ea indicabantur, quæ Nabuchodonosor regi Babylonis eventura erant in solatium Israelitarum, qui Babylone captivi erant. Vidit autem propheta quadruplici facie instructa animalia, similitudinem habentia hominis et leonis, vituli et aquilæ. Memorat autem et de Nabuchodonosor propheta Daniel ungues ejus crevisse ut aquilæ, crines ut leonis, herbam pastum esse ut vitulum, et cor hominis ei datum esse. Hac autem visione aliquid solatii injicit Israelitis, qui potentem ac fortem valde Babyloniorum dominatum intuebantur, neque ex tali captivitate liberari posse desperabant. Ut ergo ab hac desperatione Israelitas revocet Deus, eosque adducat ut ad ipsius potentiam respiciant, prophetæ ostendit lenis et feri animalis conjunctionem, corpus grave gerentis et volatilis coagmentationem. Lene enim animal homo, ferum leo; et gravi corpore animal vitulus, volatile et leve aquila. Partim igitur demonstrat immitis regni in mansuetudinem, partim gravis servitutis in libertatem mutationem. Jugo enim subjectus vitulus, libera a jugo aquila. Ostendit autem prophetæ etiam rotam in rota, per hæc indicans Judæorum abductionem in captivitatem et restitutionem in patriam.

Ἐρώτησις ΜΕ'. Διὰ τί ἐπὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ κατακέχρηται ὁ θεῖος ὁρισμὸς τῷ τοῦ ἀνθρώπου (67) προσρήματι, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων προφητῶν οὐκ ἐποίησε; Καὶ εἰ τὴν παγκόσμιον ἀνάστασιν ἐπὶ τῶν ξηρῶν ὀστέων ὁ αὐτὸς προφήτης τεθέαται, καὶ εἰ τῷ ὄντι ἀνέστησαν τὰ ὀστέα ἄνθρωποι γενόμενοι τέλειοι, καθὼς ἡ τοῦ αὐτοῦ προφήτου διδάσκει βίβλος;

QUÆST. XLV. Quare in Ezechiele utitur divinum oraculum filii hominis appellatione, quod quidem in aliis prophetis non fecit [45]? Præterea an generalem totius mundi resurrectionem in aridis ossibus idem propheta vidit? An revera ossa resurrexerunt, perfecti homines facta, ut docet ejusdem prophetæ liber?

Ἀποκρισις. Ἐπειδὴ ἔμελλε διὰ τοῦ προφήτου Ἰεζεκιὴλ κατ' ὀπτασίαν προγράφεσθαι τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις, μέλλουσα γίνεσθαι ἐπὶ πραγμάτων διὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἔρχεται ἡμέρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ* (68) *τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται.* Διὰ τοῦτο καλεῖται τῷ τοῦ Υἱοῦ ἀνθρώπου ὀνόματι. Καπετitio, ut respondeat his verbis τροχὸν ἐν τῷ τροχῷ.

RESP. Quia propheta Ezechiel per visionem depicturus erat mortuorum resurrectionem, quam Filius hominis reipsa perfecturus est secundum hæc verba: *Venit hora, et nunc est, quando ii, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii hominis, et qui audierint, vivent* [46]; propterea vocatur filii hominis appellatione. Quemadmodum Jesus Nave, cum soli et lunæ potenter imperaturus esset ut starent [47],

[45] Ezech. xxxvii, 3, 4. [46] Joan. v, 25. [47] Jos. x, 12.

(64) *Ηὐξήθησαν.* Uterque cod. ms. ηὐξύνθησαν.

(65) *Τοῦ πρὸς τήν.* Legendum τοὺς πρὸς τὴν..... ἀποβλεψαμένους. In quo inest casus mutatio, cujus exempla non semel in Justino observavimus.

(66) *Ἀπαγωγήν.* Sylburgius legendum putat ἐπαναγωγήν. Sed servanda videtur ejusdem vocis re-

(67) *Τῷ τοῦ ἀνθρώπου.* Scriptum fuerat τῷ τοῦ Υἱοῦ ἀνθρώπου, ut patet ex responsione.

(68) *Τοῦ Υἱοῦ.* Hæc desunt in utroque cod. ms. et apud R. Stephanum. Sed a Sylburgio addita fuere.

Digitized by Google

accepit nomen Jesu, quod creatura mandato obediendo venerata est; ita et Ezechiel accipit Filii hominis nomen et per visionem resuscitat mortuos potestate cognominis. In Ezechiele autem omnia visio fuerunt, et ossa et eorum resurrectio. Hanc autem visionem Deus prophetæ ostendit, præcipue quidem per eam demonstrans futuram per Christum omnium generalem resurrectionem ex mortuis; deinde vero ad solatium Israelitarum, **459** qui ob servitutem desperabant se liberos ex Babyloniorum dominatu futuros. Nam quasi mortua corpora in monumentis jacentia, spem resurrectionis non habentia, ita sibi esse Babylone videbantur, absque ulla spe reditus. Declarat hoc idem propheta, dum ait: *Et locutus est Dominus ad me dicens: Fili hominis, ossa hæc omnis domus Israel est. Ipsi dicunt: Exaruerunt ossa nostra, periit spes nostra* [48], et quæ sequuntur.

Καθάπερ ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ μέλλων κατ' αὐθεντίαν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ προστάσσειν τὴν στάσιν (69), λαμβάνει τοῦ Ἰησοῦ τὸ ὑπὸ τῆς κτίσεως τῇ ὑπακοῇ τοῦ προστάγματος τιμώμενον (70)· οὕτως καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ λαμβάνει τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα, καὶ διὰ τῆς ὀπτασίας ἐγείρει τοὺς νεκροὺς τῇ δυνάμει τοῦ προσρήματος. Ἦν δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ τὰ πάντα ὀπτασία, καὶ τὰ ὀστέα καὶ ἡ τούτων ἀνάστασις. Δείκνυσι δὲ τῷ προφήτῃ ταύτην τὴν ὀπτασίαν ὁ Θεὸς, προηγουμένως μὲν μηνύων δι' αὐτῆς τὴν ἐσομένην διὰ Χριστοῦ πάντων κοσμικὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν· ἔπειτα δὲ διὰ τὴν ψυχαγωγίαν τῶν Ἰσραηλιτῶν τῶν ἀπογνόντων ἑαυτοὺς τῷ δεδουλῶσθαι, ὅτι ἐλεύθεροι ἔσονται τῆς τῶν Βαβυλωνίων βασιλείας. Καθάπερ γὰρ τὰ νεκρὰ σώματα ἐν τοῖς μνημείοις κείμενα, ἐλπίδα οὐκ ἔχοντα ἐγέρσεως, οὕτως ἑαυτοὺς ἐλογίσαντο εἶναι ἐν Βαβυλῶνι χωρὶς πάσης ἐλπίδος τῆς ἐπανόδου. Δηλοῖ δὲ τοῦτο ὁ αὐτὸς προφήτης ἐν οἷς λέγει· *Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς μὲ λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, τὰ ὀστᾶ ταῦτα πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἐστιν. Αὐτοὶ λέγουσι· Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, ἀπώλετο ἡ ἐλπὶς ἡμῶν·* καὶ τὰ ἑξῆς.

QUÆST. XLVI. Si bona sunt omnia quæ in hac vita sunt, quare qui eis abstinent, in Scripturis laudantur, et qui ea complectuntur vituperantur? Sin autem mala sunt, quare mala vitæ nostræ alligata sunt, idque cum bonus sit Creator?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜϚ'. Εἰ καλὰ τὰ τοῦ βίου πάντα, διὰ τί οἱ τούτων ἀπεχόμενοι ἐν Γραφαῖς ἐπαινοῦνται, καὶ οἱ ἀντεχόμενοι αὐτῶν διαβάλλονται; Εἰ δὲ φαῦλα τυγχάνει, διὰ τί τὰ φαῦλα τῇ ἡμετέρᾳ ζωῇ συμπαρέζευκται, καὶ ταῦτα ἀγαθοῦ τοῦ Δημιουργοῦ τυγχάνοντος;

RESP. Non omnino laudabile est vitæ bonis abstinere, nec omnino vituperabile est ea complecti; sed utrumque, si convenienti ratione fiat, et abstinere et complecti, laudem meretur. Sed si contraria fiant ratione, utrumque vituperio dignum. Nihil autem essentia malum vitæ nostræ adjunctum esse declarat divina Scriptura, dum creaturarum generationem laudat his verbis: *Viditque Deus omnia quæcunque fecerat, et erant bona valde* [49]. Nobis autem sponte pervertentibus bona, fiunt mala. Nihil enim mali est in sanitate, si quæ illi bona insunt non pervertantur. Quare mali nihil est, nisi per boni perversionem. Nihil igitur mali adjunctum vitæ nostræ. Nam quæ mala sunt, ob usum a ratione alienum mala sunt, non natura; bene autem vel male uti in libero positum est arbitrio.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὐχ ἁπλῶς ἐπαινετὸν τὸ ἀπέχεσθαι τῶν τοῦ βίου καλῶν, οὔτε ἁπλῶς ψεκτὸν τὸ ἀντέχεσθαι αὐτῶν· ἀλλ' ἑκάτερον πρέποντι λόγῳ γιγνόμενον, καὶ τὸ ἀπέχεσθαι καὶ τὸ ἀντέχεσθαι αὐτῶν ἐστιν ἐπαινετόν· ἐναντίως δὲ γιγνόμενον, ἀμφότερά ἐστι ψεκτά. Ὅτι δὲ οὐδὲν φαῦλον κατ' οὐσίαν συμπαρέζευκται τῇ ἡμετέρᾳ ζωῇ, δηλοῖ ἡ θεία Γραφὴ, τῶν δημιουργημάτων ἐπαινοῦσα τὴν γένεσιν, λέγουσα· *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν.* Παρατρεψάντων δὲ ἡμῶν ἑκουσίως τὰ καλὰ, φαῦλα ὑφίσταται. Οὐκ ἔστι γὰρ φαῦλον ἐν τῷ ὑγιεῖ, τῶν ἐν αὐτῷ καλῶν ἀνατρέπτων μενόντων. Ὥστε μηδὲν εἶναι φαῦλον παρὰ τὴν παρατροπὴν τοῦ καλοῦ. Οὐδὲν οὖν συμπαρέζευκται φαῦλον τῇ ἡμετέρᾳ ζωῇ· τὰ γὰρ φαῦλα χρήσει ἀλόγῳ εἰσὶ φαῦλα, καὶ οὐ φύσει· προαιρετὸν δὲ τὸ κεχρῆσθαι ἢ καλῶς ἢ φαύλως.

QUÆST. XLVII. Si sensus elementis non est, quare Moyses cœlum et terram populo testes producit [50]; Isaias autem eumdem populum incusans, cœlum et terram audire jubet [51]?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΖ'. Εἰ τοῖς στοιχείοις οὐ πρόσεστιν αἴσθησις, διὰ τί Μωϋσῆς μὲν οὐρανὸν καὶ γῆν τῷ λαῷ διαμαρτύρεται, Ἡσαΐας δὲ κατηγορῶν τοῦ αὐτοῦ λαοῦ, τούτοις ἀκούειν ἐγκελεύεται;

RESP. Quæ cœlo et terræ dicuntur, his dicuntur qui ratione præditi sunt in cœlo et terra; quemadmodum quæ civitati dicuntur, civibus dicuntur; velut illud: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt* [52].

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὰ λεγόμενα πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πρὸς τοὺς ἐν αὐτοῖς λέγεται λογικοὺς, ὡς τὰ λεγόμενα πρὸς τὴν πόλιν πρὸς τοὺς πολίτας λέγεται· ὡς τὸ, *Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς*

[48] Ezech. xxxvii, 11. [49] Gen. i, 31. [50] Deut. xxxii, 1. [51] Isa. i, 2. [52] Matth. xxiii, 37.

(69) *Τὴν στάσιν.* Sic uterque cod. ms. haud paulo melius quam quod R. Stephanus scripsit προστάσσειν, τὴν κλῆσιν. Reperitur τὴν κλῆσιν ad marginem utriusque codicis ms.

(70) *Τιμώμενον.* Facile suppletur ὄνομα, ac multo facilius, quam si legamus cum R. Stephano et aliis editionibus τὴν κλῆσιν λαμβάνει τοῦ Ἰησοῦ.

Digitized by Google

ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν (71). Οὐ γὰρ ἡ πόλις ἀπέκτεινε καὶ ἐλιθοβόλησεν, ἀλλὰ οἱ πολῖται.

A Non enim civitas occidit et lapidibus obruit, sed cives.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΗ'. Διὰ τί ὁ Κύριος ἔλεγε πρὸς τὴν Μαρίαν (72) μετὰ τὴν ἔγερσιν· *Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου*. Εἰ μὲν οὖν πρὸ τῆς ἀναλήψεως οὐδενὶ ἐξῆν αὐτοῦ ἅπτεσθαι, πῶς μετὰ μικρὸν τοῖς μαθηταῖς καὶ τῷ Θωμᾷ ποιεῖν ἐπέτρεψε τοῦτο; εἰ δὲ ἐξῆν, πῶς ὃ ἔμελλε μετὰ μικρὸν τοῖς πολλοῖς ἐπιτρέπειν, ἀπηγόρευσε τῇ Μαρίᾳ πρὸ μικροῦ;

QUÆST. XLVIII. Quare Dominus dicebat Mariæ post resurrectionem: *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum*[53]? Si quidem ante ascensionem nemini licebat eum tangere; cur paulo post discipulis et Thomæ permisit ut id facerent? Quod, si id licebat, quomodo quod paulo post concessurus erat pluribus, id paulo ante vetuit Mariæ?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ, *Μή μου ἅπτου*, εἴρηται πρὸς τὴν Μαρίαν ὑπὸ Σωτῆρος κατὰ τὴν ἔννοιαν τοῦ, Μή μοι ἀκολούθει, ὥστε διὰ παντὸς συνεῖναί μοι κατὰ τὴν πρὸ τοῦ σταυροῦ μου διαγωγήν. Ἐβούλετο γὰρ κατὰ μικρὸν ἀπεθίζειν τοὺς μαθητὰς τῆς τοῦ σώματος αὐτοῦ θέας τε καὶ παρουσίας· διὸ οὔτε διαπαντὸς B ὡρᾶτο τοῖς μαθηταῖς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς διέτριβεν ἐπὶ τῆς γῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὔτε πάντη ἀθέατον αὐτοῖς ἑαυτὸν κατέστησεν, ἀλλ' ἐκ διαλείμματος ἀμφότερα ἐποιεῖτο, καὶ τὸ �ρᾶσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸ μὴ �ρᾶσθαι.

RESP. *Noli me tangere* dictum est Mariæ a Salvatore in hanc sententiam: Noli me assectari, ita ut mecum semper sis, ut in ea, quam ante meam crucem habui, vitæ consuetudine. Volebat enim paulatim discipulos assuescere, ut ipsius corporis aspectu et præsentia carerent; quapropter nec semper discipulis videndum se præbebat, quandiu in terris post **460** resurrectionem moratus est, nec omnino inaspectabilem; sed interposito spatio utrumque faciebat, ut et illis videretur et non videretur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΘ'. Τίς ἡ ἀπόδειξις τοῦ μόνα δύο θηρία τε καὶ κτήνη, ἄρσεν καὶ θῆλυ, ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ παρῆχθαι; Ἐπειδὴ τοῦτό τινες τῶν εὐσεβῶν εἰρήκασι πρὸς σύστασιν τοῦ μὴ ἐξ ἀλόγων δορᾶς τοὺς δερματίνους χιτῶνας τοῖς πρώτοις ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δίδοσθαι.

QUÆST. XLIX. Quomodo demonstrari potest, binas tantum feras et pecudes, masculum et feminam, in mundi creatione esse productas? Hoc enim piorum nonnulli dixerunt, ut probarent, non e pellibus animalium rationis expertium pelliceas tunicas primis hominibus a Deo esse datas.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ ἐν ἑκάστῳ γένει ἐστί τινα γενάρχη, καὶ τὰ μὲν γενάρχη ἐστὶν ἔργα Θεοῦ, τὰ δὲ ὑπὸ τὰ γενάρχη εἰσὶν ἔργα φύσεως διὰ σπορᾶς καὶ γενέσεως ὑφεστῶτα, δηλονότι ἑκάστου γένους πλὴν C τῆς μιᾶς ζυγῆς ἀῤῥενοθήλεος οὐκ ἐποίησεν ὁ Θεός. Χιτῶνας δὲ δερματίνους ἐποίησεν ὁ Θεὸς οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ δημιουργικῶς. Οὐ γὰρ ζῶα σφάξας, καὶ τούτων τὰ δέρματα συῤῥάψας, χιτῶνας ἐποίησεν, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς χιτῶνας ἐδημιούργησε τοὺς δερματίνους. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι Εἰ ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς τοὺς δερματίνους χιτῶνας μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας τῆς δημιουργίας, πῶς λέγει ἡ θεία Γραφή, ὅτι κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων ὧν ἤρξατο ποιεῖν; Κατέπαυσε τὴν ποίησιν, τουτέστι τοῦ ποιεῖν τὰ μὴ ὄντα· τὰ δὲ δέρματα ἃ νῦν ποιεῖ, οὐ νῦν ἄρχεται ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ ποιήσει τῶν ζώων καὶ τὰ δέρματα αὐτῶν ἐγίνοντο πάλαι. Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ, *Ἔπλασεν ἔτι Κύριος ὁ Θεὸς* D *ἀπὸ τῆς γῆς πάντα τὰ κτήνη, καὶ τὰ θηρία τῆς γῆς· καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδάμ*, καὶ τὰ ἑξῆς· τὸ γὰρ *ἔτι* τὴν δευτέραν σημαίνει τούτων γένεσιν (73).

RESP. Si in unoquoque genere, quidam sunt generis principes, et generis principes Dei opera sunt, quæ vero sub generis principibus, opera naturæ, satu et generatione subsistentia, liquet in unoquoque genere par unum, masculum et feminam, nec quidquam amplius a Deo creatum fuisse. Tunicas autem pelliceas Deus fecit, non humana arte, sed creantis modo. Non enim animantibus cæsis, eorumque pellibus consutis, tunicas elaboravit, sed tunicas ipsas pelliceas creavit. Dicat autem fortasse quispiam: Si Deus pelliceas hasce tunicas creavit, post septem creationis dies: quomodo sacræ dicunt Litteræ, conquievisse Deum in septimo, ab omni quod patrare cœperat opere? Conquievit a creatione, hoc est ab eis quæ non sunt creandis; pelles vero quas nunc creat, non nunc creare incipit, sed in animantium creatione, pelles quoque eorum dum creatæ fuerant. Consimiliter et illud se habet: *Formavit præterea Dominus Deus de humo pecudes omnes, et feras terræ: et adduxit eas ad Adam*[54], et quæ sequuntur. Nam verbum *præterea*, secundam horum designat creationem.

[53] Joan. xx, 17. [54] Gen. II, 19.

(71) *Πρὸς αὐτήν*. Observat Sylburgius multo melius legi πρὸς ταυτήν.

(72) *Πρὸς τὴν Μαρίαν*. Uterque codex πρὸς τὴν μητέρα Μαρίαν. Sed hæc, ut Evangelicæ historiæ contraria, R. Stephanus in contextum recipere noluit. Unde ad marginem utriusque codicis hæc nota apposita: Ὅρα τί φησιν ἐνταῦθα. Οὐ γὰρ τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα φησὶ τὸ παρ' ἡμῖν ἱερὸν Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαμ λέγει. Μή ποτε οὖν οὐ τοῦ διδασκάλου ἐστὶ τοῦτο, ἀλλὰ τῶν μεταγραφόντων προσθήκη καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐν λύσει τῇ ταύτῃ τοῦ ζητήματος πρόσκειται; *Vide quid dicat hoc loco: Non enim matrem Domini dicit sacrum apud nos Evangelium, sed Magdalenem Mariam. An non forte igitur nequaquam id a Magistro scriptum, sed ab iis, qui transcripserunt, additum, unde neque in hac quæstionis solutione reperitur!*

(73) *Τὴν δευτέραν σημαίνει τούτων γένεσιν*. Quantum hujus scriptoris sententiam intelligo, sic videtur explicari posse. Duos agnoscit nascendi modos, alterum principibus generis, quos Deus formavit, alterum iis, qui ex generis principibus ge-

Digitized by Google

QUÆST. L. Quia olim quidem pueri, nunc vero et nos dum hymnos cantamus, voce *Osanna* et *Alleluia* utimur, quæ harum est interpretatio?

RESP. Interpretatio verbi *Alleluia*, est, *Laudate eum cantu id quod est*; verbi autem *Osanna*, *magnitudo suprema*.

QUÆST. LI. Si immutabilis Deus, quomodo blasphemiis appetitus et laudibus celebratus mercedem utrisque actione utrorumque sæpe dignam rependit?

RESP. Manens Deus in proprio sensu et justitia immutabiliter, unicuique pro meritis reddit; neque id tamen mutatus facit, quasi invenerit, sed cum semper habuerit, retinet his in rebus immutabilitatem, eamque retinens eodem ordine habet blasphemos et eos qui percalluerunt, aut injustitiæ crimine obstricti sunt, quæ quidem aliena sunt peccata.

QUÆST. LII. Si pietatis studio motus Saul ventriloquas sustulit, quid eum impulit ut a ventriloqua quæreret prædictionem? An etiam illa Samuelem revera eduxit? Id enim narrat Scriptura, quam quidem vera dicere, sed tamen rem impiam esse manifestum est.

RESP. Qui divino studio aliquid facit, is cum Deo non pugnat. Concepta autem Saul de Davide suspicione, regnum suum in illum a Deo translatum iri, omnibus modis machinatus **461** est necem Davidi, ne exitum in eo sortiretur divina sententia. Sustulit autem ventriloquas, sperans Deum sibi hoc facto reconciliatum iri, et propriam sententiam, quæ illum regno dejecerat, rescissurum; in quo quidem non impietatem ventriloquarum oderat, sed regnum amabat. Et quia illius consilium non probabat Deus, dereliquit illum ea requirere, quæ non bono animo sustulerat. Cætera autem omnia a ventriloqua facta sunt dæmonis operatione, qui præstigiis delusit oculos cernentium Samuelem, qui Samuel non erat. Veritas autem verborum a Deo exstitit, qui dedit dæmoni in figura Samuelis apparere ventriloquæ, ac ei rem futuram monstrare. Et quia Samuelem non audiit Saul, cum ei regnum ablatum iri diceret, sed et post divinum decretum, quod eum regno depellebat, adhuc sibi regnum vindicabat; propterea indignum illum judicavit Deus, cui per homines sibi addictos prænuntiaret res illi eventuras, quemadmodum et Achab regi Israelis fecit, qui negatam veritatis prophetis fidem, falsis prophetis adhibuit; unde misit ei spiritum mendacem, quemadmodum ait liber Regnorum[55],

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ν'. Ἐπειδὴ πάλαι μὲν οἱ παῖδες, νῦν δὲ ἡμεῖς ὑμνοῦντες τῇ Ὡσαννὰ φωνῇ, καὶ τῇ τοῦ Ἀλληλούϊα κεχρήμεθα, τίς ἐστιν ἡ τούτων ἑρμηνεία;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἑρμηνεία ἐστὶ τοῦ μὲν Ἀλληλούϊα τὸ Ὑμνήσατε μετὰ μέλους τὸ ὅτι· τοῦ δὲ Ὡσαννὰ, μεγαλοσύνη ὑπερκειμένη.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΑ'. Εἰ ἄτρεπτον τὸ Θεῖον, πῶς βλασφημούμενον καὶ εὐφημούμενον τὰς ἀμοιβὰς ἀμφοτέροις τῆς ἑκατέρων πράξεως πολλάκις ἀξίας ἀπέδωκεν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Μένων ὁ Θεὸς ἐν τῇ οἰκείᾳ αἰσθήσει τε καὶ δικαιοσύνῃ ἀτρέπτως, ἑκάστῳ τὰ κατ' ἀξίαν ἀποδίδωσιν· οὐ μὴν κατὰ παρατροπὴν τοῦτο ποιεῖ εὑρὼν, ἀλλ' ἀεὶ ἐσχηκὼς, ἔχει τὸ ἐν τούτοις ἄτρεπτον· καὶ ἔχων ἐν ἴσῃ τάξει ἔχει περί τε βλασφήμους καὶ τοὺς ὑπὸ ἀναισθησίας κατεχομένους ἢ ἀδικίας, ἅπερ ἐστὶ τὰ ἀλλότρια (74).

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΒ'. Εἰ εὐσεβεῖ ζήλῳ κινούμενος ὁ Σαοὺλ τὰς ἐγγαστριμύθους ἀνεῖλε, διά τί συνηλάθη, ὥστε παρὰ ἐγγαστριμύθου ζητῆσαι πρόρρησιν; καὶ εἰ τῷ ὄντι ἐκείνη τὸν Σαμουὴλ ἀνήγαγεν, ἐπειδὴ τοῦτό φησιν ἡ Γραφή; καὶ ὅτι ἀληθεύει μὲν αὕτη, τὸ δὲ πρᾶγμα ἀσεβὲς, δῆλον.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ ζήλῳ θείῳ ποιῶν τι, οὗτος οὐ θεομαχεῖ· ὑπόνοιαν δὲ ὁ Σαοὺλ ἐσχηκὼς εἰς τὸν Δαβὶδ, ὡς εἰς αὐτὸν μετέθηκεν ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, παντελῶς ἐμηχανᾶτο ἀναιρεῖν τὸν Δαβὶδ, ἵνα εἰς ἔργον μὴ ἐκβῇ ἐπ' αὐτὸν ἡ θεία ψῆφος. Ἀνεῖλε δὲ τὰς ἐγγαστριμύθους, τούτῳ προσδοκήσας διαλλάξαι τὸν Θεὸν, ὥστε ἀναστρέψαι τὴν ἀποδοκιμάσασαν αὐτὸν τῆς βασιλείας οἰκείαν ψῆφον, οὐ τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐγγαστριμύθων μισῶν, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν φιλῶν. Καὶ ἐπειδὴ οὐ προσεδέξατο ὁ Θεὸς τὸν σκοπὸν αὐτοῦ, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐγκατέλιπεν ἐπιδεηθῆναι ὧν οὐκ ἀγαθῷ σκοπῷ ἐποιήσατο τὴν ἀναίρεσιν. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου γεγονότα κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δαίμονος τοῦ τὰς ὄψεις φαντάσαντος τῶν ὁρώντων τὸν οὐκ ὄντα Σαμουήλ. Ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν ῥημάτων γέγονεν ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ δεδωκότος τῷ δαίμονι ἐν σχήματι τοῦ Σαμουὴλ ὀφθῆναι τῇ ἐγγαστριμύθῳ, καὶ δεῖξαι τοῦ μέλλοντος τὴν δήλωσιν. Καὶ ἐπειδὴ τοῦ Σαμουὴλ οὐκ ἤκουσεν ὁ Σαοὺλ τοῦ εἰρηκότος αὐτῷ τῆς βασιλείας τὴν ἀφαίρεσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν θείαν ψῆφον ἀποδοκιμάσασαν αὐτὸν τῆς βασιλείας, ἔτι ἀντεποιεῖτο τῆς βασιλείας, δι' αὐτῶν(75) ἀνάξιον αὐτὸν ἔκρινεν ὁ Θεὸς τοῦ διὰ τῶν ἀνακειμένων αὐτῷ προμηνῦσαι αὐτῷ τὰ ἐσόμενα, καθάπερ πεποίηκε καὶ ἐπὶ τὸν Ἀχαὰβ βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ, τὸν ἀπιστήσαντα τοῖς τῆς ἀληθείας προφήταις, καὶ

[55] III Reg. XXII, 20 et seqq.

nerati sunt, congruentem. Itaque secundam illam creationem his verbis, *Formavit præterea Dominus Deus*, de generatione ex principibus generis intelligit. Sic etiam pelliceas tunicas Deum non artificis, sed creatoris more fecisse docet, ita tamen ut pelles minime tunc e nihilo eductæ fuerint, sed ex iis, quæ cum animalibus creatæ ab initio fuerant, desumptæ.

(74) Ἅπερ ἐστὶ τὰ ἀλλότρια. Aliena Deo esse hæc peccata dicit, quia nequaquam, ut blasphemia, in Deum directe feruntur.

(75) Δι' αὐτῶν. Melius multo legeretur διὰ τοῦτο.

Digitized by Google

πιστεύσαντα τοῖς ψευδοπροφήταις· δι' ἣν *altíav* ἔπεμψεν αὐτῷ πνεῦμα ψευδές, καθὼς φησιν ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν· καὶ πιστεύσας ὁ Ἀχαὰβ καὶ πλανηθεὶς, ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ζῶν οὐκ ἀνέκαμψεν.

A et credidit Achab, et deceptus abiit in desertam regionem, nec vivens reversus est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΓ'. Εἰ ἄρσεν καὶ θῆλυ ἕνεκεν τῆς παιδοποιΐας ἐκτίσθη, τῆς ἀναστάσεως γινομένης, ἆρα ἀνίστανται οἱ ἄνθρωποι τὴν τῶν παιδοποιῶν μορίων διαφορὰν ἔχοντες; καὶ εἰ τοῦτο, πῶς οὐκ ἔστι περιττὸν τὸ μέλη ἐπάγεσθαι ἄπρακτα;

QUÆST. LIII. Si masculus et femina propter liberorum procreationem conditi sunt, an cum fiet resurrectio, resurgent homines cum membrorum genitalium discrimine? Ac si ita res erit, an non supervacaneum membra actione destituta induci?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ καὶ πρὸς παιδοποιΐαν οὐκ ἔστι χρήσιμα τὰ γεννητικὰ μόρια μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἀλλὰ πρὸς ἀνάμνησιν τοῦ διὰ τῶν τοιούτων μορίων εἰληφέναι τοὺς ἀνθρώπους τὴν γένεσίν τε καὶ τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν διαμονὴν (76), ἐστὶ χρήσιμα. Εἰσαγόμεθα γὰρ δι' αὐτῶν εἰς ἔννοιαν τῆς τηλικαύτης Χριστοῦ σοφίας, τῆς ταῦτα (77)... τοῦ θανάτου αὐξανομένης, φυλακῆς, τοῦ γένους ἡμῶν ἐν ἀθανασίᾳ τῇ διαδοχῇ τῶν τικτομένων.

RESP. Etsi ad liberorum procreationem usui non erunt membra genitalia post resurrectionem, at certe usui erunt ut recordemur hominum per ejusmodi membra accepisse generationem et incrementum et diuturnitatem. Nos enim adducunt ut B consideremus summam Christi, quæ hæc condidit, sapientiam hominumque crescentium ex ipsa morte multitudinem, ac generis nostri in immortalitate, nascentium successione, conservationem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΔ'. Εἰ τὴν παράβασιν διὰ τὴν μέλλουσαν (78) ταύτην ἐπάγεσθαι τῷ λαῷ τιμωρίαν ὁ Μωϋσῆς προεφήτευσε, διὰ τί μετ' ὠδῆς αὐτὰ ἔλεγε, χαύνωσιν μᾶλλον ἢπερ ὠφέλειαν εἰδότων τῶν ᾀσμάτων τοῖς ἀνθρώποις ἐνεργάζεσθαι;

QUÆST. LIV. Si hanc pœnam Moyses ob mandati prætergressionem populo inflictum iri prædixit, quare hæc carmine edisseruit, cum cantilenæ homines magis emollire soleant quam adjuvare?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Κατὰ τὰ ἐν ταῖς ᾠδαῖς ἐμφερόμενα διηγήματα, ἁρμοδίως οἱ ῥυθμοὶ τῶν μελῶν ἐγίνοντο, ἄγοντες τὰς ψυχὰς εἰς τὴν πρέπουσαν τοῖς ᾄδομένοις αἵρεσιν· ἢ γὰρ γοερῶς (79).

RESP. Ad ea, quæ in carmine enarrantur, accommodati erant versuum numeri et animas ad convenientem iis, quæ canebantur, sententiam ducebant. Vel enim dolenter.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΕ'. Τῶν ἐναντίων (80) ἡ τοῦ τοιούτου ἀγαθοῦ γεγένηται εὕρεσις;

QUÆST. LV. Cur tanti boni ab adversariis facta inventio?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Πολλὰ μὲν εὕρηται καὶ ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ἰαματικὰ τῶν σωματικῶν νοσημάτων, καὶ ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως μὲν, οὐδεὶς δὲ τῶν ἔξωθεν τῆς εὐσεβείας εἶχε τὴν κατάληψιν ἰατρικήν (81).

C RESP. Multa quidem et a piis inventa sunt remedia corporis morborum, ac certe a rege 462 Salomone [56]. At nemo ex his, qui a pietate alieni sunt, scientiam habuit animarum curandarum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝϚ'. Εἰ τὰ τελευτῶντα βρέφη ἔπαινον ἢ μέμψιν οὐκ ἔχουσιν ἐξ ἔργων, τίς ἡ διαφορὰ ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν ὑπὸ ἄλλων μὲν βαπτισθέντων καὶ μηδὲν πραξάντων, καὶ τῶν μὴ βαπτισθέντων, καὶ ὁμοίως μηδὲν πραξάντων;

QUÆST. LVI. Si morientes infantes nec laudem nec vituperium habent ex operibus, ecquod in resurrectione discrimen inter eos qui ab aliis baptizati nihil egerunt, et eos qui non baptizati nihil pariter egerunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Αὕτη ἐστὶν ἡ διαφορὰ τῶν βαπτισθέντων πρὸς τὰ μὴ βαπτισθέντα, τοῦ τυχεῖν μὲν τὰ βαπτισθέντα τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀγαθῶν, τὰ δὲ μὴ βαπτισθέντα, μὴ τυχεῖν· ἀξιοῦνται δὲ τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀγαθῶν, τῇ πίστει τῶν προσφερόντων αὐτὰ τῷ βαπτίσματι.

RESP. Hoc discrimen est inter baptizatos et non baptizatos, quod baptizati bona baptismo adjuncta consequantur, non baptizati non consequantur. Bona autem baptismo adjuncta consequuntur per fidem eorum qui illos ad baptismum offe- D runt.

[56] III Reg. IV, 33.

(76) *Διαμονήν*. Uterque cod. ms. et R. Stephanus διανομήν, sed recte id emendavit Sylburgius.

(77) *Τῆς ταῦτα*. Non difficile est totam hanc lacunam explere, nimirum si addamus, κτισάσης, et mox legamus καὶ τῆς ἀνθρωπότητος διὰ τοῦ θανάτου αὐξανομένης, φυλακῆς τε τοῦ γένους. Tria enim nobis ait in memoriam redigi, nempe hominum generationem, incrementum et perpetuitatem.

(78) *Τὴν παράβασιν διὰ τὴν μέλλουσαν*. Contraria omnino opus est sententia. Non enim transgressionem ob pœnas eventuram prædixit Moyses, sed potius pœnas propter transgressionem divinæ legis. Legendum ergo: Εἰ διὰ τὴν παράβασιν, τὴν μέλλουσαν, etc.

(79) *Ἢ γὰρ γοερῶς*. Frustra mancam sententiam explere tentarem, cum nihil jam occurrat, quod conjecturam fulciat. Sic tamen Langus explendum putavit, non improbante Sylburgio: *Nam vel dolenter gravia populi delicta, et quæ ea consecutæ sunt, horrendas pœnas recensent: vel hilariter suaves Dei consolationes et reipsa exhibitam populo pœnitenti liberationem celebrant.*

(80) *Τῶν ἐναντίων*. Supplevit Langus ac supplere facile est aliquid quod medicinam magni fieri declaret, hunc in modum: *Si tantas vitæ humanæ utilitates attulit medicina, cur tanti boni ab adversariis facta inventio?*

(81) *Ἰατρικήν*. Supplendo ψυχῶν nihil puto defuturum quominus genuinam habeamus ac integram scriptoris sententiam.

Digitized by Google

QUÆST. LVII. Si duplicis nobis cœli creationem exposuit Moyses : quomodo plures eos esse Scriptura docet? Aliquando tradens: *Cœli cœlorum* [57], aliquando : *Aperti ei sunt cœli* [58]; et : *Video cœlos apertos* [59]; et : *Raptus est in tertium usque cœlum* [60]; et non dixit : In tertiam usque cœli partem, sed absolute : *In tertium usque cœlum.* Multa vero hisce similia in Scripturis reperias. Quomodo igitur non sibi ipsis repugnantia dicunt, et tamen utroque modo vera dicunt?

RESP. Moyses quidem *cœlos* dixit: numero autem neque unum, neque duos; neque plures tradidit. Consuevit porro divina Scriptura, interstitia partium superiora, *cœlos* nominare ; veluti : *Volatilia cœli* ; et : *Panis de cœlo*; et : *Stellæ cœli.* Ex vocum igitur adhibitarum serie intelligimus cœlos substantia quidem duos, interstitiis autem plures. Atque si cœlos ita accipiamus, nulla in verbis deprehendetur repugnantia.

QUÆST. LVIII. Si Christo ignorationem ascribere impium est, liquet illi omnium inesse perfectam cognitionem. Quomodo ergo non causa est Judæ proditionis et Petri cum jurejurando negationis, qui hæc quidem præscivit, minime vero prohibuit? Atque etiam de diaboli et primi parentis a Deo defectione eadem ratio competet.

RESP. Si Christum oportebat ab uno ex discipulis prodi, ut Scriptura impleretur, liquet Christum causam esse cur Scriptura impleta sit, minime vero cur Judas prodiderit. Hujus enim facinoris causa ipse Judas exstitit, quod præsciens Deus per Scripturam prædixit; nec causa est præscientia futuri, sed futurum causa præscientiæ. Non enim quia præscita est evenit res futura, sed quia futura est, præscitur; nec prorsus causa est rei futuræ qui eam præscit. Quare non proditionis causa exstitit Christus, sed Domini præscientiæ causa proditio. Atque de diabolo et primo parente eadem ratio.

QUÆST. LIX. Si noctu sol occultatur : quomodo cœlum non probatur globus esse? Nam inter philosophos vir admirandus dixit solem in cœlo aspectu nobis occultari, non corpore. Hoc igitur est quod terræ imminet; **463** atque illud quidem, ob levitatem in sublime tendit ; hæc autem, propter pondus deorsum vergit. Proinde pari in diversa nisu alte-

A

B

C

D

Ἐρώτησις ΝΖ'. Εἰ δύο ἡμῖν ὁ Μωϋσῆς οὐρανῶν ἐξέθετο τὴν γένεσιν, πῶς πλειόνων διδάσκει ἡμᾶς ἡ Γραφὴ ὑπάρξιν; Ποτὲ μὲν λέγουσα· *Οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν*· ποτὲ δέ· *Ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ*· καί· *Θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους*· καί· *Ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ*· καὶ οὐκ εἶπεν· Ἕως τοῦ τρίτου μέρους τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἀπολύτως· *Ἕως τρίτου οὐρανοῦ*· καὶ πολλὰ δὲ τούτοις εὑρήσεις ἐν τῇ Γραφῇ παραπλήσια. Πῶς οὖν οὐ τἀναντία ἑαυτοῖς λέγουσι, κατ' ἀμφότερα δ' ὅμως ἀληθεύουσιν;

Ἀποκρισις. Ὁ Μωϋσῆς μὲν εἶπεν αὐτοὺς (82) *οὐρανούς*, ἀριθμῷ δὲ οὐ δέδωκεν, οὔτε ἕνα, οὔτε δύο, οὔτε πλείονας. Ἔμελλε δὲ ἡ θεία Γραφὴ τὰ διαστήματα ἐν τῷ μέρει ὑπερκείμενα *οὐρανοὺς* ὀνομάζειν, ὡς· *Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ*, καί· *Ἀετὸς ἐξ οὐρανοῦ* (83), καί· *Τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ*. Ἐκ τῆς ἀκολουθίας οὖν τῶν κειμένων φωνῶν νοοῦμεν οὐρανοὺς κατ' οὐσίαν μὲν δύο, κατὰ διαστήματα δὲ πλείονας· οὕτω δὲ νοουμένων τῶν οὐρανῶν, οὐδεμία ἐναντίωσις ἐν τοῖς λόγοις ὑπολειφθήσεται (84).

Ἐρώτησις ΝΗ'. Εἰ τὸ προσάπτειν τῷ Χριστῷ ἄγνοιαν ἐστὶν ἀσεβὲς, δῆλον ὅτι πάντων ἔχει τελείαν τὴν πρόγνωσιν. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν αἰτιος τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, καὶ τῆς τοῦ Πέτρου ἐνωμότου ἀρνήσεως, ὁ ταῦτα μὲν προγνούς, μὴ κωλύσας δέ; καὶ περὶ τῆς τοῦ διαβόλου, καὶ τοῦ πρωτοπλάστου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκπτώσεως (85), ὁ αὐτὸς λόγος ἁρμόσειεν.

Ἀποκρισις. Εἰ ἔδει τὸν Χριστὸν δι' ἑνὸς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν παραδοθῆναι, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ, δῆλον ὅτι αἴτιός ἐστιν ὁ Χριστὸς τῆς ἐκπληρώσεως τῆς Γραφῆς, καὶ οὐ τῆς προδοσίας τοῦ Ἰούδα. Ταύτης γὰρ αὐτὸς ὁ Ἰούδας ἦν αἴτιος· ἦν μέλλουσαν ὁ Θεὸς προειδὼς, προεῖπε διὰ τῆς Γραφῆς· καὶ οὐκ ἔστιν ἡ πρόγνωσις αἰτία τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι, αἴτιον τῆς προγνώσεως. Οὐ γὰρ τῇ προγνώσει ἕπεται τὸ μέλλον, ἀλλὰ τῷ μέλλοντι ἡ πρόγνωσις· καὶ οὐδαμῶς ὁ προγινώσκων αἰτιός ἐστι τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι. Ὥστε οὐχὶ ὁ Χριστὸς αἴτιός ἐστι τῆς προδοσίας, ἀλλ' ἡ προδοσία αἰτία τῆς τοῦ Κυρίου προγνώσεως. Καὶ ἐπὶ τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ πρωτοπλάστου ὁ αὐτὸς λόγος.

Ἐρώτησις ΝΘ'. Εἰ ἐν τῇ νυκτὶ ὁ ἥλιος ἀποκρύπτεται, πῶς οὐ σφαῖρα ὁ οὐρανὸς ἀποδείκνυται; Ὁ γὰρ ἀπὸ φιλοσόφων θεῖος ἀνὴρ εἶπε (86). . . . . , οὐ σώματι. Οὗτος οὖν ὃς ἐπίκειται τῇ γῇ· καὶ ὁ μὲν, διὰ τὸ κοῦφον ἀνωφερής· ἡ δὲ, διὰ τὸ βαρὺ ἐστὶ κατωφερής. Διὸ διὰ τὴν ἀνθολκὴν ὑπὸ ἄλλων συνέχονται. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὅλου τοῦ οὐρανίου κύ-

[57] Psal. CXLVIII, 4. [58] Matth. III, 16. [59] Act. VII, 55. [60] II Cor. XII, 4

(82) *Αὐτούς*. Vidit Sylburgius multo aptius legi posse αὐτός.

(83) *Ἀετὸς ἐξ οὐρανοῦ*. Ejusdem observatio est ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ, *panis de cœlo*, ex Psalm. LXXVII, pro ἀετὸς ἐξ οὐρανοῦ, *aquila de cœlo*.

(84) *Ὑπολειφθήσεται*. Legebat Langus ὑπολειφθήσεται, *relinquetur*.

(85) *Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκπτώσεως*. Reg. et Clarom. prima manu habuerunt ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ποιήσεως. Supra lineam alia manus emendavit in Clarom. et ad marg. in Regio.

(86) *Εἶπε*. Sic locum explevit Langus interpretando : Τὸν ἥλιον ὄψει ἀποκρύπτεσθαι οὐ σώματι. Legitur prima manu σώματα in cod. Clarom. Mox citatus a Sylburgio Guillelmus Canterus *Nov. Lect.* l. VIII, c. 19, legit οὗτος οὖν ὁ οὐρανός, et paulo post ὑπὸ ἀλλήλων συνέχονται.

Digitized by Google

κλου (87) εἰς τὴν. . . . . ὑπάρχειν τοὺς φωστῆρας, καὶ φαίνειν ἀεὶ, πῶς οὖν ἀποκρύπτονται;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ ὁμολογουμένως πολλὰ ἐστιν ἕτερα τὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἴσῳ ἐπιπέδῳ ὄντα, καὶ διὰ τὸ μῆκος τοῦ διαστήματος κεκρυμμένα ὄντα τῆς ὄψεως, οἷον τὰ πλοῖα τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ ὑπὸ ἀλλήλων μὴ ὁρώμενα, τοῦ πλάτους τῇ τῶν ὑδάτων ἐπιφανείᾳ περιορίζοντος τὴν ὄψιν περαιτέρω μὴ ἀποτείνεσθαι τοῦ ὁρίζοντος, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐπὶ τῶν φωστήρων γίνεται ἡ ἐπίκρυψις διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν; Ἢ δὲ διὰ τὴν ἀνθολκὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ἵστασθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ἔστι τοῦτο εἰκάσαι, διὰ τὸ ἅμα γεγενῆσθαι αὐτά. Ἐπὶ δὲ τοῦ στερεώματος καὶ τῆς γῆς οὐκέτι δυνατὸν τοῦτο νοηθῆναι. Ἵστατο γὰρ ἡ γῆ πρὸ τοῦ στερεώματος τὴν ἅπασαν βαστάζουσα ὑγρὰν οὐσίαν χωρὶς ἀνθολκῆς τοῦ στερεώματος· ὕστερον γὰρ τῆς γῆς γέγονε τὸ στερέωμα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ξ'. Εἰ διαφορὰ κατὰ τὰς μορφὰς χρήσιμος ἡμῖν ὑπάρχει ἐνταῦθα διὰ τὰς τοῦ σώματος χρείας, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὰ συναλλάγματα, ἀνενδεοῦς ἐν τῇ ἀναστάσει ἀνισταμένου τοῦ σώματος, εἰ μὲν τῇ αὐτῇ τῶν μορφῶν διαφορᾷ ἀνιστάμεθα, πῶς οὐκ εὔχρηστος (88) αὕτη; εἰ δὲ ἐν ὁμοιώματι τῷ αὐτῷ, τίς ἡ τούτου ἀπόδειξις; Πῶς δὲ καὶ ἡ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου παραβολὴ, τῶν μορφῶν οὐ δείκνυσι τὸ διάφορον; Πάντως γὰρ ἐκ ταύτης δῆλον. Εἰ δὲ λέγοιέν τινες ὡς γνῶσίς τις ἐδόθη αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπίγνωσιν, πόθεν τοῦτο παραστήσουσι καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἡνίκα σώματα τῶν ἁγίων τῶν κεκοιμημένων ἀνέστη, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς; Πάντως τῇ ἰδίᾳ μορφῇ τοῖς γνωρίμοις ἕκαστος εὐεπίγνωστος γέγονεν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Πολλαὶ μέν εἰσιν αἱ αἰτίαι δι' ἃς χρὴ τοὺς ἀνισταμένους ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀνίστασθαι μορφῇ. Πρῶτον μὲν, πρὸς τὴν ἔνδειξιν τῆς μεγάλης τε καὶ θείας γνώσεως τοῦ Θεοῦ, τοῦ δύνασθαι ἐν τοσούτῳ ἀναριθμήτῳ πλήθει τῶν ἀνισταμένων, ἑκάστῳ ἀποσωθῆναι τὴν οἰκείαν μορφήν. Ἔπειτα δὲ, ἵνα μὴ νομισθῇ δημιουργῶν καινοὺς ἀνθρώπους, καὶ μὴ τοὺς τεθνηκότας ἀνιστῶν, διὰ τοῦτο ἕκαστον τῶν ἀνισταμένων τὴν οἰκείαν ἔχειν μορφήν (89). Ἀγνοουμένων γὰρ τῶν μορφῶν τοῦ τε ἀδικήσαντος καὶ τοῦ ἀδικηθέντος, ἀπόλλυται τῆς κρίσεως τὸ δίκαιον. Ἔτι δὲ, εἰ λυθεισῶν τῶν χρειῶν δι' ἃς ἀναγκαία γέγονε τῶν μορφῶν ἡ διαφορὰ, περιττὴ καὶ ἄχρηστος εὑρίσκεται αὕτη, περιττὴ καὶ ἄχρηστός ἐστι καὶ τῶν ὀνομασιῶν ἡ διαφορά. Πῶς οὖν ὁ πλούσιος τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Λάζαρον ἐξ ὀνόματος καλεῖ, ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὀνομασίαν διαφορᾶς μὴ γνωριζομένων τῶν προσώπων; Τὸ δὲ κατὰ τὸν Λάζαρον καὶ τὸν πλούσιον διήγημα, οὔτε παραβολή ἐστιν, οὔτε ἱστορία. Εἴγε ἡ μὲν παραβολή ἐστι λόγος ὁμοιότητα περιέχων τοῦ γεγονότος πράγματος πρὸς τὸ ἐσόμενον· ἱστορία δὲ, λόγος διή-

rum ab altero continetur. Sin hoc verum est, toto cœli orbe ad universi hujus collustrationem ministrante, ut exstent luminaria, semperque luceant; quomodo illa latitant?

RESP. Si citra controversiam multa alia sunt quæ in eadem et æqua planitie propter intervalli longitudinem, oculorum effugiunt obtutum, veluti navigia in mari, quorum alterum ab altero non cernitur, latitudine per summas aquas quasi circulo quodam visum circumscribente quo minus ultra circumscribentem intendatur, quid mirum fuerit, si occultatio stellarum per eamdem causam fiat? Quatenus vero pari cœli et terræ in diversa nisu, cœlum et terra consistit, de primo cœlo et terra hoc conjectare licet, eo quod una condita sint. De firmamento autem et terra idem intelligi non potest. Constitit namque terra ante firmamentum, humidam substantiam omnem, sine adverso firmamenti nisu, sustinens; post terram enim creatum est firmamentum.

QUÆST. LX. Si formarum discrimen utile nobis in hac vita est ob corporis indigentiam et studia et commercia, cum in resurrectione surrecturum sit corpus indigentia omni liberum, quomodo, si in eodem formarum discrimine resurgimus, non inutile illud futurum est? Quod si in ejusdem formæ similitudine, ecquod hujus rei argumentum? Quomodo autem Lazari et divitis parabola formarum non ostendit discrimen? Omnino enim hoc ex illa constat. Quod si qui dicant notionem quamdam diviti datam esse, ut Lazarum et Abraham agnosceret, unde istud etiam de Domino probabunt, cum corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexere et apparuere multis? Omnino propria quisque forma facile a notis suis agnitus fuit.

RESP. Pluribus de causis oportet ut resurgentes in propria forma resurgant. Primum quidem ut magna et divina Dei scientia ex eo ostendatur, quod possit in tanta resurgentium multitudine, quæ numerari non potest, propriam cuique formam servare. Deinde vero ne existimetur novos homines condere, non mortuos excitare, propterea necesse est ut resurgentium unusquisque propriam habeat formam. Nam si ignotæ sint et illius qui injuriam fecit, et illius, qui passus est, formæ, perit judicii æquitas. Præterea, si formarum differentia, sublatis indigentiis, propter quas necessaria fuit, supervacanea et inutilis invenitur: supervacanea et inutilis quoque erit nominum differentia. Quomodo ergo dives Abraham et Lazarum nomine appellat, si ex nominum differentia non dignoscuntur homines? Illa autem de Lazaro et divite narratio nec parabola est nec historia. Nam parabola oratio est rem futuram sub rei factæ similitudine exhibens; historia autem oratio est narrationem habens rei jam factæ. Nam neque ante resurrectionem vitæ 464 anteactæ merces

(87) *Κύκλου.* Sic lacunam explet Sylburgius: εἰς τὴν τοῦ παντὸς καταύγασιν λειτουργοῦντος, πρὸς τὸ ὑπάρχειν τοὺς φωστῆρας καὶ φαίνειν ἀεί.

(88) *Εὔχρηστος.* Legendum ἄχρηστος observavit Sylburgius. Sic etiam emendatum in codice Claromontano.

(89) *Ἔχειν μορφήν.* Subaudiendum χρή ex præcedentibus. SYLBURGIUS.

Digitized by Google

unicuique rependitur ; nec post resurrectionem verum est illud : *Habent Moysen et, prophetas, ipsos audiant* [61]. Illa autem de Lazaro et divite narratio imago est, qua docemur non posse homines, post egressum animæ ex corpore, providentia ulla aut studio quidquam auxilii consequi.

γησιν περιέχων τοῦ ἤδη γεγονότος πράγματος. Οὔτε γὰρ πρὸ τῆς ἀναστάσεως τῶν ἑκάστῳ βεβωμένων ἡ ἀνταπόδοσις γίνεται, οὔτε μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀληθὲς τὸ, *Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας· ἀκουσάτωσαν αὐτῶν.* Ἔστι δὲ τὸ περὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου διήγημα ὑποτύπωσις λόγου διδασκαλίαν ἐχοντος τοῦ μὴ δύνασθαι μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον τῆς ψυχῆς, κατὰ πρόνοιάν τινα ἢ σπουδὴν ὠφελείας τινὸς τυχεῖν τοὺς ἀνθρώπους.

QUÆST. LXI. Si solus immortalis est Deus secundum Apostolum [62], quomodo secundum eumdem verum est illud : *Omnes quidem non dormiemus* [63]?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ. ΞΑ'. Εἰ μόνος ἀθάνατός ἐστιν ὁ Θεὸς κατὰ τὸν Ἀπόστολον, πῶς ἀληθὲς κατ' αὐτὸν τὸ, *Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα* ;

RESP. Solus habere immortalitatem dicitur Deus, quia non ex voluntate alterius illam habet, ut cæteri omnes immortales, sed ex sua ipsius essentia.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Μόνος ἔχων τὴν ἀθανασίαν λέγεται ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ ἐκ θελήματος ἄλλου ταύτην ἔχει, καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες ἀθάνατοι, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας οὐσίας.

QUÆST. LXII. Si quarto die condita luminaria, atque ex his constitutus dierum numerus, quomodo tres dies, quæ luminarium creationem præcesserunt, incertum non efficiunt numerum dierum, quæ luminarium creationem subsecutæ sunt ?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΒ'. Εἰ τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τῶν φωστήρων ἡ ποίησις γέγονεν, ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἡμερῶν ὁ ἀριθμὸς συνίσταται, πῶς αἱ πρὸ τῆς παραγωγῆς τῶν φωστήρων τρεῖς ἡμέραι ἀμφίβολον τὸν μετὰ τὴν παραγωγὴν τῶν φωστήρων ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν οὐ δεικνύουσιν ;

RESP. Ex creatione lucis separatio exstitit lucis et tenebrarum, et ex separatione lucis et tenebrarum dies et nox constiterunt. Antequam autem luminaria fierent, diem efficiebat definitus a Deo dominatus lucis, et tenebras sive noctem dominatus tenebrarum. Postquam autem facta sunt luminaria, dominatum acceperunt, illud quidem lucis et diei, hoc autem tenebrarum et noctis. Lucem enim Creator cum definito illius dominatu attribuit majori luminari, et quales nunc dies efficit lux cum luminari, tales etiam efficiebat, antequam fierent luminaria, secundum Dei præscriptum, qui illius dominatum duodecim horis definiverat. Eadem lex soli imprimit definitam ab initio duodecim horis motionem.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐκ τῆς παραγωγῆς τοῦ φωτὸς ὁ διαχωρισμὸς γέγονε φωτὸς καὶ σκότους· καὶ ἐκ τοῦ διαχωρισμοῦ φωτὸς καὶ σκότους ἡ ἡμέρα ὑπέστη καὶ ἡ νύξ. Πρὸ δὲ τῆς τῶν φωστήρων ποιήσεως ἡ κατὰ τὸν ὅρον τοῦ Θεοῦ ἐπικράτεια φωτὸς ἐποίει τὴν ἡμέραν, καὶ ἡ ἐπικράτεια τοῦ σκότους τὸ σκότος ἦτοι τὴν νύκτα. Γενομένων δὲ τῶν φωστήρων, ἐτάχθησαν ἐξουσιάζειν, ὁ μὲν τοῦ φωτὸς καὶ τῆς ἡμέρας, ἡ δὲ τοῦ σκότους καὶ τῆς νυκτός. Ὁ γὰρ δημιουργὸς τὸ φῶς μετὰ τῆς ὡρισμένης αὐτοῦ ἐπικρατείας τῷ μείζονι τῶν φωστήρων ἐκληρώσατο· καὶ τοιαύτας ἡμέρας ἃς ποιεῖ νῦν τὸ φῶς μετὰ τοῦ φωστῆρος, τοιαύτας ἐποίει καὶ πρὸ τῆς ποιήσεως τῶν φωστήρων, καὶ τὸν ὅρον (90) τοῦ Θεοῦ τοῦ τὴν ἐπικράτειαν αὐτοῦ ὁρίσαντος δωδεκάωρον (91). Ἐκεῖνος ὁ ὅρος ἐπείγει τὸν ἥλιον πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἔμμετρον δωδεκάωρον κίνησιν.

QUÆST. LXIII. Quia varie nonnulli interpretati sunt nec dilucide illud : *In sole posuit tabernaculum ejus* [64] ; illius explanationem nos edoce.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΓ'. Ἐπειδὴ διαφόρως τινὲς ἡρμήνευσαν καὶ ἀσαφῶς τὸ· *Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ*· τὴν σαφήνειαν αὐτοῦ δίδαξον.

RESP. Diximus supra solere Scripturam divinam vocare cœlos, vel eos qui substantia tales sunt, vel aeris spatia. Illud igitur : *In sole posuit tabernaculum ejus*, idem est ac Cœlos posuit tabernaculum solis. Nam hujus dicti ex Hebræorum lingua in Syrorum linguam translatio sic se habet : *In ipsis posuit tabernaculum solis.* Id ipsum autem ostendit per alium psalmum propheta David et ait : *Extendens cœlum sicut pellem* [65] (extensio enim pellium tabernaculum efficit), varietate scilicet substantiarum et usuum discrimine demonstrans eos esse creatos.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἴπομεν ἐν τοῖς ἀνωτέρω, ὅτι οὐρανοὺς οἶδεν ἡ θεία Γραφὴ καλεῖν ἢ τοὺς κατ' οὐσίαν, ὡς τὸν πρῶτον οὐρανὸν καὶ τὸ στερέωμα, ἢ τὰ κατὰ τὸν ἀέρα διαστήματα. Τὸ οὖν· *Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ*, ἵνα εἴπῃ, Τοὺς οὐρανοὺς ἔθετο σκήνωμα τοῦ ἡλίου. Ἡ γὰρ ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων γλώττης εἰς τὴν τῶν Σύρων γλῶτταν μεταγωγὴ τῆς λέξεως οὕτως γεγένηται· *Ἐν αὐτοῖς ἔθετο τοῦ ἡλίου τὸ σκήνωμα.* Δηλοῖ δὲ δι' ἑτέρου ψαλμοῦ ὁ προφήτης Δαβὶδ αὐτὸ τοῦτο, καὶ φησιν· *Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν* (ἡ γὰρ ἔκτασις τῶν δέρεων,

[61] Luc. xvi, 29. [62] I Tim. vi, 16. [63] I Cor. xv 51. [64] Psal. xviii 6. [65] Psal. ciii, 2.

(90) *Καὶ τὸν ὅρον.* Leg. κατὰ τὸν ὅρον.

(91) *Δωδεκάωρον.* Ita Sylburgius pro eo quod apud R. Stephanum et in utroque cod. ms. legebatur δεκάωρον. Mox idem erratum occurrebat et a Sylburgio pariter sublatum.

Digitized by Google

τὴν σκηνὴν ἀποτελεῖ), τῇ ποικιλίᾳ οὖν τῶν οὐσιῶν καὶ τῇ διαφορᾷ τῶν χρειῶν δεικνύων (92) αὐτοὺς εἶναι γεννητούς. Ἡ γὰρ ἀγέννητος φύσις πρὸς τὴν ἀγέννητον φύσιν κατὰ φύσιν οὐκ ἔχει διαφοράν. Τὸ δὲ καὶ χρείας ἕνεκα τοιόνδε ἢ τοιόνδε ἀλλότριόν ἐστι τῆς ἀγεννήτου φύσεως.

A Nam increata natura non differt natura ab increata natura. Quod autem propter usum tale est aut tale, alienum est ab increata natura.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΔ'. Εἰ ὥσπερ ὁ Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τὸ τριήμερον, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, πῶς οὐ δοκήσει τοῦ Κυρίου ὁ θάνατος γέγονεν; Ἰωνᾶς γὰρ μὴ θανὼν, ἐνομίσθη τεθνάναι. Εἰ δὲ κατ' ἀλήθειαν ὁ Κύριος τοῦ θανάτου ἐγεύσατο, πῶς τὸ κατὰ τὸν Ἰωνᾶν ὑπόδειγμα οὐ διέψευσται;

QUÆST. LXIV. Si quemadmodum Jonas in ventre ceti per triduum, ita et Christus in corde terræ, quomodo non specie tantum mortem Dominus obiit? Nam Jonas, cum mortuus non esset, mortuus esse existimatus est. Quod si vere Dominus mortem gustavit, quomodo non falsum Jonæ exemplum?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὐ θανάτῳ τὸν θάνατον συμπαρέβαλεν, ἀλλὰ τὴν τριήμερον ἐν τῷ τάφῳ παραμονὴν τοῦ Σωτῆρος τῇ τριημέρῳ ἐν τῷ κήτει παραμονῇ τοῦ Ἰωνᾶ. Ἄλλως τε εἰ κατὰ τὰ ὅμοια ἦν τὰ κατὰ τὸν Ἰωνᾶν τοῖς κατὰ τὸν Σωτῆρα, οὐκέτι ἠδύνατο ἐκεῖνα τούτων εἶναι τύπος ἢ εἰκών. Χρὴ οὖν τὴν ἀλήθειαν πλέον τι τοῦ τύπου ἔχειν, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Πλέον Ἰωνᾶ ὧδε.* Ὑπόδειγμα δὲ ἀψευδὲς νοεῖται τὸ κατὰ τὸν Ἰωνᾶν τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα τοῦτον τὸν τρόπον· ὅτι, ὥσπερ ὁ Ἰωνᾶς σημεῖον πίστεως εἶχε τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποσταλῆναι αὐτὸν κήρυκα τῆς καταστροφῆς τῶν Νινευϊτῶν τὴν τριήμερον ἐκ τοῦ κήτους ἀναγωγὴν, οὕτως καὶ ὁ Σωτὴρ σημεῖον πίστεως εἶχε τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποσταλῆναι αὐτὸν κήρυκα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὴν τριήμερον ἐκ τοῦ τάφου ἀνάστασιν.

465 RESP. Non mortem cum morte contulit, sed triduanam in sepulcro permansionem Domini cum triduana in ceto permansione Jonæ. Præterea si B similes fuissent res Jonæ rebus Salvatoris, non potuissent illæ istarum figura esse. Oportet ergo veritatem amplius aliquid habere, quam figuram, secundum illud dictum : *Major quam Jonas est hic* [66]. Jonam autem Salvatoris imaginem non mendacem fuisse hoc modo intelligitur, quia quemadmodum Jonas signum habuit, cur missus a Deo eversionis Ninivitarum præco crederetur, exitum e ceto post triduum; ita et Salvator signum habuit, cur missus a Deo regni cœlorum præco crederetur, resurrectionem ex sepulcro post triduum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΕ'. Ἐπειδή τινες τὴν τοῦ Κυρίου παράδοσιν τῇ τετράδι λέγουσι γεγονέναι, ἐκ τῆς ποσότητος τοῦτο τῶν τότε πραχθέντων στοχαζόμενοι, τίς ἡ ἀπόδειξις τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ἡ παράδοσις γέγονεν;

QUÆST. LXV. Quoniam nonnulli traditionem Domini die quarto dicunt evenisse, ex magno id C rerum tunc gestarum numero conjicientes, ecquod argumentum est diei, qua facta traditio?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἀπόδειξις τοῦ μὴ τῇ τετράδι, ἀλλὰ τῇ πέμπτῃ παραδεδόσθαι τὸν Χριστὸν, αὕτη ἐστίν· Ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδόθη, ἐν ταύτῃ ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων ἐκρίθη καὶ κατεκρίθη· τῷ πρωῒ δὲ ἐχομένῳ τῆς νυκτὸς ταύτης παρέδωκαν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Ἐν ᾗ δὲ ἡμέρᾳ παρέλαβεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος, ἐν ταύτῃ αὐτὸν καὶ ἐσταύρωσε· παραλαβὼν δὲ αὐτὸν τῷ πρωῒ τῆς Παρασκευῆς, τῇ ἕκτῃ ὥρᾳ τῆς αὐτῆς Παρασκευῆς ἐσταύρωσεν. Οὐ χρὴ οὖν ταῖς γραφικῶς ὡρισμέναις ὥραις προστιθέναι κατὰ στοχασμὸν τὸ ἀσύστατον. Φησὶ γὰρ Ματθαῖος ὁ Εὐαγγελιστὴς οὕτως· *Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον* D *ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως θανατώσωσιν αὐτόν· καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι.* Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς φησιν· *Ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον· ἦν δὲ πρωΐ· καὶ πάλιν· Ὁ Πιλάτος οὖν, ἀκούσας τούτων τῶν λόγων, ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον*

RESP. Non quarto, sed quinto die traditum esse Dominum sic demonstratur. In qua nocte traditus est, in ea a principibus sacerdotum et senioribus judicatus et condemnatus est; mane autem, quod hanc noctem subsecutum est, tradiderunt eum Pilato. Qua autem die illum accepit Pilatus, eadem et crucifixit; cum autem illum acceperit mane Parasceves, sexta hora ejusdem Parasceves crucifixit. Non oportet ergo horis a Scriptura definitis difficultates conjiciendo affingere, quæ expediri non possint. Sic enim ait Matthæus Evangelista : *Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, et seniores populi, adversus Jesum, ut eum morti traderent, et vinctum eum abduxerunt, et tradiderunt Pontio Pilato præsidi* [67]. Similiter autem et Joannes Evangelista dixit : *Ducunt Jesum a Caipha in prætorium; erat autem mane* [68]; et rursum : *Pilatus ergo cum audisset hunc sermonem, produxit foras Jesum, seditque pro tribunali, in loco qui dicitur* Lithostrotus, *Hebraice autem* Gabbatha. *Erat autem Parasceve Paschæ, hora ferme sexta* [69]. Si

[66] Matth. XII, 41. [67] Matth. XXVII, 1. [68] Joan. XVIII, 28. [69] Joan. XIX, 13.

(92) *Δεικνύων.* Vel legendum δεικνύει vel subaudiendum ἐστί, existimat Sylburgius. Sed illud verbum refertur ad superiora.

Digitized by Google

ergo nocte proditus, et judicatus, et morte damnatus est a pontificibus, mane autem traditus Pilato, et hora sexta Parascevæ crucifixus, certum est, quinto die hebdomadis traditum eum esse.

A *Λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθά. Ἦν δὲ Παρασκευὴ τοῦ Πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη.* Εἰ τοίνυν τῇ νυκτὶ μὲν παρεδόθη, καὶ ἐκρίθη ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων, καὶ κατεκρίθη, τὸ πρωῒ δὲ παρεδόθη τῷ Πιλάτῳ, καὶ τῇ ἕκτῃ ὥρᾳ τῆς Παρασκευῆς ἐσταυρώθη, δῆλον ὅτι τῇ πέμπτῃ (93) ἡ παράδοσις γεγένηται.

QUÆST. LXVI. Quia perpetuo Dominus Filium se hominis per articulum masculinum, non vero per femininum appellat, atque inde conantur increduli demonstrare ex conjugali copula Dominicum exstitisse partum: Hominis enim, inquiunt, per articulum masculinum nomen, non feminæ est, sed maris; quibus igitur rationibus utentes ejusmodi convicium frustra ingeri arguemus?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞϚ'. Ἐπειδὴ συνεχῶς ὁ Κύριος Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐχὶ τῆς ἀνθρώπου, ἑαυτὸν ὀνομάζει, καὶ διὰ τοῦτο πειρῶνται οἱ ἄπιστοι δεικνύναι, ὡς ἐκ γαμικῆς συναφείας ὁ δεσποτικὸς γέγονε τόκος· τὸ γὰρ *τοῦ ἀνθρώπου*, φασὶν, οὐ θηλείας ἐστὶν, ἀλλὰ ἄῤῥενος τὸ ὄνομα· τίσιν οὖν λόγοις χρησάμενοι, τὴν τοιαύτην λοιδορίαν μάτην λεγομένην ἐλέγξομεν;

(92) *Ἐν τῷ* Περὶ τοῦ Πάσχα *λόγῳ.* Enituit S. Irenæi pacificus animus in fovenda inter Christianos pace, quæ ob diversum Paschæ celebrandi morem pene dissiluit. Sed cum in epistolis, quas ea de re scripsit, ea colligat, quæ alibi aliter, incolumi pace, observari solebant; si hujus quoque instituti, ut testatur noster Pseudo-Justinus, mentionem fecit, num aliquam varietatem hæc etiam experta consuetudo? Intererat enim Irenæi ea objicere Victori Romano episcopo, quorum varia erat, perseverante concordia, observatio; quod quidem clarius erit ex ipsis Irenæi verbis apud Euseb. lib. v, cap. 24: Οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς, ὡς εἰκὸς, κρατούντων, τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων. *Neque enim de die ipso controversia solum est, sed etiam de ipsa forma jejunii. Quidam enim existimant unico die sibi esse jejunandum, alii duobus, alii pluribus: alii vero quadraginta horis, nocturnis et diurnis, diem suum metiuntur. Atque hæc jejunantium varietas, non nostra primum ætate nata est, sed multo prius sub iis qui ante nos minus accurate, ut verisimile est, gubernantes, ortam ex simplicitate et imperitia consuetudinem in posterum induxerunt.* Hunc locum et sua sponte corruptum et variis interpretationibus vexatum emendare et explicare conabor. Unum est quod clarum et perspicuum sit, nempe de jejunio Dominicam resurrectionem proxime antecedente aliquid ab apostolis fuisse præscriptum, quod in ecclesiis nonnullis ob eorum, C qui præerant, negligentiam observari desierit. Præterea repugnat omnino constans ille ex quadraginta horis nocturnis et diurnis dies. Sed si pro quadraginta horis legamus viginti quatuor, et contextus enitescet et quam consuetudinem a nonnullis violari moleste ferat Irenæus, facile investigabimus. Erat in antiqua Ecclesia mos apostolicus, ut Sabbati sancti dies sine ullo prorsus cibo duceretur, nec quidquam degustaretur ante galli cantum post mediam noctem. Præcipitur in *Constitutionibus apostolicis* lib. v, cap. 19: *ut reliquis diebus ante Parascevem hora nona vel respere unusquisque comedat, vel ut quisque poterit; at Sabbato usque ad gallicinium permaneant*, μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες. Theophilus Alexandrinus in epist. 2 Paschali apud Hieronymum, tom. IV, p. 716: *Juxta apostolicas traditiones finiamus jejunia intempesta nocte octavo decimo die supradicti mensis Pharmuthi, et altero die, qui Dominicæ resurrectionis est symbolum, id est nono decimo ejusdem mensis verum Pascha celebremus.* Hieronymus in cap. xiv, Matthæi testatur *traditionem apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat.* Vid. Method. in *Conviv. Virg.* apud Combefis. p. 85, et Palladium *Vit. S. Joannis Chrysostomi* p. 84, ubi eadem laudatur apostolica consuetudo. Sed tamen quamvis transmissa ab apostolis fuisset, non eamdem ubique auctoritatem obtinebat. Nam, ut legimus in can. 1 S. Dionysii Alexandrini, jejunium Sabbato sancto sub galli cantum solvendum esse censebant Romani Christiani: non deerant ecclesiæ, in quibus id vespere faciendum videretur. Dionysius Alexandrinus, ea de re consultus, *ut negligentes et intemperantes* reprehendit eos *qui nimium festinant et ante mediam noctem jejunium solvunt.* Non videntur Irenæi querelæ alio pertinere. Non enim eos vituperasset qui totum Sabbati diem jejuni traducebant; nihil enim amplius præscribebat aposto-

Digitized by Google

τηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυριακῆς, κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν περὶ αὐτῆς αἰτίαν.

A dies Dominica secundum allatam de hac die causam.

Ἐρώτησις ριϛ'. Εἰ ἀνιστάμενος ὁ Δεσπότης ἀπὸ τοῦ μνήματος τὰ ἐντάφια ἐν τῷ τάφῳ κατέλιπε, πῶς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἢ γυμνὸν αὐτὸν ὀφθέντα, ἢ ἑτέρωθεν αὐτὸν ἐσθῆτα κομισάμενον ἡ Γραφὴ οὐχ ἱστόρησεν; Εἰ δὲ μήτε ἑτέρωθεν ἀμφιάσματα εἴληφε, μήτε γυμνὸς τοῖς τότε αὐτὸν ὁρῶσιν ἐφαίνετο, πῶς ἀληθὲς, ὅτι τὰ ἱμάτια ἐν τῷ τάφῳ κατέλιπεν;

QUÆST. CXVI. Si resurgens Dominus ex monumento linteos in sepulcro reliquit, quomodo illum post resurrectionem aut nudum apparuisse, aut aliunde vestimenta sumpsisse Scriptura non enarravit? Quod si nec aliunde amiculum sumpsit, nec nudus his, qui eum tunc viderunt, apparuit: quomodo verum est vestimenta illum in sepulcro reliquisse?

Ἀποκρισις. Τὰ μὲν ἱμάτια τοῦ Σωτῆρος, μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν οἱ στρατιῶται διεμερίσαντο· τὰ δὲ μετ' αὐτοῦ εἰσενεχθέντα εἰς τὸν τάφον (93), ἐ . . . εσίαν τοῦ ζῶντος ἀνεπιτήδεια ἦν. Τὰ δὲ ἱμάτια ἃ ἐφόρει ὁ Κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἢ ἐδημιούργησεν, ἢ ἔλαβεν ἀλλαχόθεν, ὡς ἔλαβε καὶ τὸν πῶλον εἰς κάθισμα. Ἐκάτερον γὰρ ἠδύνατο, καὶ τὸ δημιουργῆσαι καὶ τὸ λαβεῖν ἀλλαχόθεν. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεχθέντων, ὧν ἡ θεία Γραφὴ τὰς ἱστορίας οὐ περιέχει, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐνδύματα (94) . . . ιν εὔλογον τὸ ἐκ πάντων τῶν ἀνιστορ . . . . ἀνιστορήτου ζητεῖν τὴν αἰτίαν, οὐ . . . τοῦ ἀνιστορήτου κατασκευάζειν τὴν ἀπορίαν περὶ τοῦ ἐνδύματος τοῦ Κυρίου,' ἀλλ' ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ λαβεῖν τὴν πίστιν περὶ τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ.

B

RESP. Salvatoris quidem vestimenta milites, postquam illum crucifixere, partiti sunt; quæ autem cum eo in sepulcrum illata sunt, ad usum viventis idonea non erant. Quæ vero post resurrectionem Dominus vestimenta gestavit, ea vel creavit, vel aliunde sumpsit, quemadmodum et pullum sumpsit cui insideret. Utrumque enim poterat, et creare et aliunde sumere. Cum autem multa sint de Domino dicta, quorum historiam divina Scriptura non continet, necessario et Christi vestimenta cum in hoc numero ponenda sint, æquum non est ex tot rebus, quæ narratæ non fuerunt, de hac una causam quærere cur narrata non fuerit: neque ex eo quod narrata **491** non fuerit, dubitatio conflanda de Domini vestimentis, sed ex ejus potentia fides Domini vestimentorum repetenda.

Ἐρώτησις ριζ'. Εἰ σῶμα παχυμερὲς θυρῶν κεκλεισμένων κεκωλυμένην ἔχει τὴν πάροδον, πῶς μετὰ τὴν ἀνάστασιν πρὸς τοὺς μαθητὰς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθεν ὁ Κύριος; Ἀλλ' εἰ μὲν ἀληθὲς, ὅτι τὸ κεκλεισμένων τῶν θυρῶν ἔνδον ὁρώμενον σῶμα ἐτύγχανε, πῶς ὁ λίθος ὁ τῷ Δεσποτικῷ ἐπικείμενος μνήματι ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἀπεκυλίσθη διὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ σώματος ἔγερσιν; εἰ δὲ ἀληθεύει ἡ Γραφὴ περὶ τῆς τῶν θυρῶν λέγουσα κλείσεως, δῆλον ὅτι οὐ σῶμα, ἀλλὰ πνεῦμα εἰσῆλθεν. Εἰ δὲ τὸ σῶμα ποτὲ μὲν ἦν σῶμα, ποτὲ δὲ πνεῦμα ἐγίνετο, πῶς οὐχὶ τροπὴν τὰ τῆς τοῦ σώματος οὐσίας ἐδέχετο;

C

QUÆST. CXVII. Si corpus crassum foribus clausis prohibitum habet ingressum, quomodo post resurrectionem ad discipulos januis clausis venit Dominus? Quod si verum est id quod foribus clausis intus visum est, fuisse corpus, quomodo lapis Dominico impositus monumento ab angelo revolutus est propter ipsius corporis resurrectionem? Sin autem verum est quod dicit Scriptura januas fuisse clausas, manifestum est non corpus, sed spiritum ingressum fuisse. Sed si corpus alias corpus erat, alias spiritus fiebat, quomodo non mutata corporis essentia?

Ἀποκρισις. Ὥσπερ οὐ κατὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος εἰς τὸ πνεῦμα τροπὴν περιεπάτησεν ὁ Κύριος ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει βατὴν ἐποίησε τὴν εἰς περιπάτησιν ἄβατον θάλασσαν οὐ μόνον τῷ ἑαυτοῦ σώματι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ Πέτρου, οὕτως τῇ ἑαυτοῦ θείᾳ δυνάμει καὶ τοῦ μνήματος ἐξῆλθε, τοῦ λίθου ἐπικειμένου τῷ μνήματι, καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰσῆλθε τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. Οὐ γὰρ διὰ τὴν αὐτοῦ ἔγερσιν τοῦ λίθου ἐκ τοῦ μνήματος ἐγένετο ἡ ἀφαίρεσις, ἀλλὰ διὰ τὸ δηλωθῆναι τοῖς ὁρῶσι τὴν

D

RESP. Quemadmodum non corporis in spiritum mutatione ambulavit Dominus super mare, sed divina sua potestate impervium ad ambulandum mare pervium fecit non suo solum, sed etiam Petri corpori: ita divina sua potestate et e monumento exiit, cum lapis monumento impositus esset, et ad discipulos venit januis clausis. Non enim propter ipsius resurrectionem lapis e monumento ablatus est, sed ut videntibus ostenderetur resurrectio. Nam cum in monumento illius quidem vestes, quibuscum sepul-

lica traditio. Multo minus eos reprehendisset qui duobus aut pluribus diebus jejuni manebant. Hi ergo soli in illius reprehensionem incurrerunt, qui non exspectabant galli cantum, sed horis viginti quatuor a cœna hesterna elapsis cibum sumebant. Horum accurata diligentia in horis nocturnis et diurnis numerandis confirmat id quod dixi, eos jejunii legem sic interpretatos esse, ut diem suum non quadraginta horis, ut est in textu, sed viginti quatuor metirentur. Neque enim numerantur horæ, ubi fervor præcepti finibus non coercetur. His adde numerum quadragenarium cum eo, quem restituimus, facile confundi. Uterque enim litteris non multum discrepantibus in codicibus mss. exprimitur.

(93) *Τὸν τάφον*. Sequentia explentur legendo εἰς ὑπηρεσίαν. Infra vel legendum τῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου γεγονέναι λεχθέντων, vel illud γεγονέναι subintelligendum.

(94) *Ἐνδύματα*. Sic totum hunc locum emendo, καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐνδύματα ἀνιστόρητα ὄντα, οὐκ ἔστιν εὔλογον τὸ ἐκ πάντων ἀνιστορήτων μόνου τούτου ἀνιστορήτου ζητεῖν τὴν αἰτίαν, οὐδ' ἐκ τοῦ.

Digitized by Google

tus fuerat, viderentur, ipse autem non videretur, signum id fuit manifestissimum ipsius resurrectionis. Illud autem nobis considerandum est, quæ ejusdem sunt momenti, ea et concessa pariter credi, et negata pariter rejici. Idem autem valet mare perambulare in corpore mutabili, ac ingredi ad apostolos in corpore immutabili foribus clausis. Et quia quæ supra naturam in natura fiunt divina potentia, ea petita ex natura ratione demonstrari non possunt, propterea exterritis discipulis ad ejusmodi ingressum permisit ut contrectarent corporis sui partes, quæ passæ fuerant, ac viderent se non corporis mutatione in spiritum ad eos ingressum esse, sed in solido corpore, divina sua virtute ea, quæ supra naturam sunt, operante.

A ἀνάστασιν. Τὸ γὰρ ἐν τῷ μνήματι τὰ μὲν τοῦ ἐνταφιασμοῦ αὐτοῦ ὁρᾶν ἱμάτια, αὐτὸν δὲ μὴ ὁρᾶν, δεῖγμα τῆς αὐτοῦ ἐναργέστατον γέγονεν ἀναστάσεως Χρὴ δὲ ἡμᾶς ἐννοῆσαι, ὅτι τὰ ἰσοδύναμα τὴν αὐτὴν ἔχει πίστιν συγχωρουμένων αὐτῶν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει πίστιν ἀναιρουμένων αὐτῶν. Ἰσοδυναμεῖ δὲ τὸ περιπατεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐν ἀτρέπτῳ (95) σώματι τῷ εἰσελθεῖν πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐν ἀτρέπτῳ σώματι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. Καὶ ὅτι τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐν τῇ φύσει γιγνόμενα κατὰ τὴν θείαν δύναμιν ἀδύνατον κατὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως ποιήσασθαι τὴν παράστασιν· διὸ, πτοηθέντων τῶν μαθητῶν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ εἰσόδῳ, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ψηλαφᾷν τοὺς πεπονθότας τόπους τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅτι οὐ κατὰ τροπὴν τοῦ σώματος εἰς πνεῦμα ἐποίησεν εἰς αὐτοὺς τὴν εἴσο-
B δον, ἀλλὰ ἐν παχυμερεῖ σώματι τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει ποιητικῇ τῶν ὑπὲρ φύσιν.

QUÆST. CXVIII. Si Deus, quia omnia fecit, quæ naturæ ambitu continentur, universi Dominus exstitit, unde et David hortatur [86], ut in omni loco Domini dominationis benedicamus Dominum, et Apostolus similiter præscribit [87], ut in omni loco sanctas manus ad Deum tollamus, quare ut opus venerabile et Dei sedem habentes eam partem, quæ ad solem orientem posita est, ad eam respicimus, cum hymnos et preces Deo offerimus? Quinam autem hanc etiam consuetudinem Christianos edocuerunt?

RESP. Quando quidem quæ apud nos præstantiora sunt, ea in honorem Dei destinamus, hominum autem opinione præstat oriens cæteris mundi partibus: propterea precationis tempore convertimur ad orientem omnes. Quemadmodum dextra manu in nomine Christi consignamus eos, qui hoc signaculo indigent, quia honorabilior existimatur quam læva, quamvis situ, non natura differat, **492** ita oriens, ut pars mundi præstantior, ad Deum adorandum destinatus. Nec propheticæ autem, nec apostolicæ voci repugnat, ut ad orientem precemur. Nam in omni loco præsto est oriens precantibus; et quia in quam mundi partem aspiciendi facultate utimur, ad eam adoramus, fieri autem non potest, ut precationis tempore ad quatuor mundi partes respiciamus, propterea ad unam mundi partem respicientes adorationem perficimus, non quod sola sit opus Dei et Deo ad habitandum destinata, sed ad locum adora-
D tionis, quam Deo exhibemus, apposita. A quibus autem precandi morem, ab iis et alicubi precandi consuetudinem accepit Ecclesia, id est a sanctis apostolis.

ἔθος, παρ' ὧν εἴληφεν ἡ Ἐκκλησία τὸ εὔχεσθαι, τοῦτο δὲ παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

'ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΗ'. Εἰ πάντα ὁ Θεὸς ποιήσας κατὰ κύκλον τῆς φύσεως τοῦ παντὸς Δεσπότης καθέστηκε· διὸ καὶ Δαβὶδ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς τοῦ Κυρίου δεσποτείας εὐλογεῖν ἡμῖν τὸν Κύριον ἐγκελεύεται· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίρειν ἡμᾶς πρὸς τὸν Θεὸν ὁσίους χεῖρας ἐντέλλεται· διὰ τί ὡς σεμνὸν ἔργον τε καὶ οἰκητήριον θεῖον τὸ πρὸς τὸ ἡλιακὸν κλίμα νομίζοντες, ἐν αὐτῷ ἀφορῶντες, τοὺς ὕμνους καὶ τὰς προσευχὰς τῷ Θεῷ ἀναπέμπομεν; Τίνες δὲ καὶ οἱ ταύτην τὴν συνήθειαν τοῖς Χριστιανοῖς ἐκδιδάξαντες;

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐπειδὴ τῶν παρ' ἡμῖν τὰ τιμιώτερα εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ ἀφορίζομεν, κατὰ δὲ τὴν
C τῶν ἀνθρώπων ὑπόληψιν τιμιωτέρα ἐστὶν ἡ ἀνατολὴ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς κτίσεως· διὰ τοῦτο ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς νεύομεν πρὸς ἀνατολὴν πάντες. Καθάπερ τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ κατασφραγίζομεν τοὺς τῆς σφραγῖδος ταύτης δεομένους, ἐπειδὴ τιμιωτέρα νενόμισται τῆς ἀριστερᾶς, καίτοι θέσει, καὶ οὐ φύσει διαφέρουσα ταύτης ὑπάρχει· οὕτως καὶ ἡ ἀνατολή, ὡς τιμιώτερον μέρος τῆς κτίσεως, εἰς προσκύνησιν Θεοῦ ἀφώρισται. Οὐκ ἐναντιοῦται δὲ τῇ προφητικῇ τε καὶ ἀποστολικῇ φωνῇ τὸ πρὸς τὴν ἀνατολὴν ποιεῖν ἡμᾶς τὰς εὐχάς. Ἐν παντὶ γὰρ τόπῳ ὑπάρχει ἡ ἀνατολὴ τοῖς εὐχομένοις· καὶ ἐπειδὴ ἐφ' ὃ μέρος τὴν ὁρατὴν αἴσθησιν κεκτήμεθα, κατὰ τοῦτο τὸ μέρος προσκυνοῦμεν, ἀδύνατον δὲ ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς εἰς τὰ τέσσαρα μέρη τῆς κτίσεως ἀποβλέ-
D πειν· διὰ τοῦτο, εἰς τὸ ἓν μέρος τῆς κτίσεως ἀφορῶντες, ποιοῦμεν τὴν προσκύνησιν, οὐχ ὡς μόνον ἔργον τοῦ Θεοῦ, οὐδ' ὡς εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ τοῦτο ἀφωρισμένον, ἀλλ' εἰς τόπον προσκυνήσεως τῆς παρ' ἡμῶν προσαγομένης Θεῷ τεταγμένον. Τὸ δὲ παρὰ τούτων εἰληφέναι (96) καὶ τὸ ποῦ εὔχεσθαι,

QUÆST. CXIX. Si neque arborum fructibus, neque escis carnium homines ante diluvium ute-

'ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΘ'. Εἰ μήτε τοὺς ἐκ τῶν δένδρων καρποὺς (97), μήτε τῆς τῶν κρεῶν ἐδωδῆς οἱ πρὸ τοῦ

[86] Psal. LII, 22. [87] I Tim. II, 8.

(95) *Ἐν ἀτρέπτῳ.* Leg. τρεπτῷ. Paulo ante legendum videtur ἀπιστίαν ἀναιρουμένων.

(96) *Εἰληφέναι.* Leg. εἰληχέ. Supra leg. τῇ ὁρατικῇ αἰσθήσει κεχρήμεθα.

(97) *Καρπούς.* Cum absurdum dictu sit ne arborum quidem fructus cibum ante diluvium fuisse,

Digitized by Google

κατακλυσμοῦ μετελάμβανον, καθώς τινες τῶν πατέρων ἐδίδαξαν, πῶς ὁ Ἄβελ ἐκ τῶν στεάτων τῶν προβάτων ὧν ἐποίμαινε, καὶ ὁ Κάϊν ἐξ ὧν ἐγεώργει καρπῶν τῆς γῆς ὁμοίως προσέφερε; καὶ δῆλον, ὡς ἑκάτερος αὐτῶν, τῆς οἰκείας βρώσεως προτιμῶν τὸ Θεῖον, τῇ τοιαύτῃ θυσίᾳ ἐκέχρητο. Εἰ δὲ τὰ ἄχρηστα αὐτοῖς τῷ Θεῷ προσεκόμιζον, πῶς τῇ τοιαύτῃ προσφορᾷ τὸ ἀεὶ ὂν οὐχ ὕβριζον; Ἀζήμιον γὰρ αὐτῷ καὶ χλευαστικὴν χάριν ἕκαστος αὐτῶν κατετίθετο. Πῶς οὖν ἡ μὲν τοῦ Κάϊν θυσία ἀπόβλητος, τὰ δὲ τοῦ Ἄβελ δῶρα αἰδέσιμα γέγονεν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ μακάριος Ἀπόστολος, ὁ τῶν πατέρων πατὴρ καὶ εὐσεβείας διδάσκαλος, φησί· *Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; Τίς ποιμαίνει ποίμνιον καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει;* ἀντὶ τοῦ, οὐδείς. Ἀλλ' εἰ μηδεὶς, δῆλον ἄρα, ὅτι οὐδὲ ὁ Ἄβελ ἐποίμαινε τὴν ποίμνην, ἵνα μὴ ἐσθίῃ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης αὐτοῦ, οὔτε ὁ Κάϊν ἐγεώργει τὴν γῆν, ἵνα μὴ ἐσθίῃ τῶν καρπῶν αὐτῆς. Ἔτι δὲ, εἰ ἄχρηστοι ἦσαν τῷ Κάϊν οἱ καρποὶ τῆς γῆς, τίνος ἕνεκεν τοῖς χείροσι μὲν ἐτίμα τὸν Θεὸν, τοῖς κρείττοσι δὲ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ προετίμησε (διὸ ἀπόβλητος αὐτοῦ γέγονεν ἡ θυσία), μὴ χρῄζων (98) τῶν καρπῶν τῆς γῆς; Εἰ δὲ προετίμησεν ὁ μὲν Ἄβελ τῆς ἰδίας χρείας τὸν Θεὸν, ὁ δὲ Κάϊν τὴν ἰδίαν χρείαν τοῦ Θεοῦ, δῆλον ἄρα, ὅτι ἕκαστος αὐτῶν τῆς ἐκ τῶν οἰκείων πόνων ἐχρῆτο θεραπείας.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚ'. Εἰ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀνάστασίν τινες ὑπειλήφασι, δίκαιοι δὲ καὶ ἁμαρτωλοὶ ταύτης ἀξιωθῆναι πιστεύονται, πῶς τοὺς τὰ ἀπηγορευμένα ποιήσαντας ἀποκληρονόμους ὁ Παῦλος ἀπέφηνε, φήσας, ὅτι *οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ*, καὶ οἱ ἑφεξῆς, *βασιλείαν* (99) *Θεοῦ κληρονομήσουσιν;*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Βασιλείαν Θεοῦ οἶδεν ἡ θεία Γραφὴ ὀνομάζειν οὐ τὴν ἀνάστασιν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀποκατάστασιν, ἐν ᾗ γίνεται κολαζομένων τε καὶ δοξαζομένων ἡ διαίρεσις, τοῦ Θεοῦ ὑπὸ πάντων ἀναμφιβόλως ὁμολογουμένου, τοῦ τὴν δόξαν ἐν τοῖς δοξαζομένοις ἐνεργοῦντος καὶ τὴν κόλασιν ἐν τοῖς κολαζομένοις. *Ἀκούσονται*, φησὶ, *τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ ἐξελεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.* Διῄρηται οὖν ἡ ἀνάστασις εἰς ζωὴν καὶ κρίσιν κατὰ τὰς διαφορὰς δικαίων τε καὶ ἀδίκων. Ἐπὶ πλέον γὰρ ἡ ἀνάστασις τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· ἡ μὲν γὰρ ἀνάστασις δικαίους τε καὶ ἀδίκους περιέχει, ἡ δὲ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μόνους τοὺς δικαίους περιέχει.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΑ' Εἰ ἀναθεματισμὸν μόνον ἐπὶ τῶν ἀτόπων ἡ Παλαιὰ τε καὶ Νέα Διαθήκη ἐπίσταται, πῶς ὁ μακάριος Πέτρος, ἐν τῷ πάθει τὸν Δεσπότην

bantur, ut Patrum nonnulli dixere: quomodo Abel ex adipe ovium, quas pascebat, et Cain ex fructibus terræ, quos colebat, munus similiter obtulit? Liquet utrumque, dum proprio cibo Deum priorem ac potiorem habet, ejusmodi sacrificio usum esse. Quod si quæ inutilia ipsis erant, ea obtulerunt Deo, quomodo ejusmodi munere id quod semper est non contumelia affecerunt? Immune enim illi et ridiculum donum uterque offerebat. Quomodo igitur Caini rejecta victima, Abelis vero dona in pretio fuerunt?

RESP. Beatus Apostolus patrum pater et pietatis doctor ait: *Quis plantat vineam et de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem et de lacte gregis non manducat?*[85]? id est, nemo. Quod si nemo, liquet profecto neque Abelem ita gregem pavisse, ut de lacte gregis sui non ederet, neque Cainum ita coluisse terram, ut de frugibus ejus non vesceretur. Præterea si inutiles erant Caino fruges terræ, cur deterioribus Deum colebat, in melioribus vero seipsum Deo potiorem habebat (unde et rejecta illius victima), si frugibus terræ non indigebat? Quod si Abel proprio usu Deum potiorem habuit, Cain autem proprium usum Deo prætulit, liquet profecto utrumque illorum commodis, quæ ex propriis laboribus percipiebant, indiguisse.

QUÆST. CXX. Si regnum Dei resurrectionem esse nonnulli existimarunt, hanc autem et justi et peccatores sortituri creduntur, quomodo qui vetita committunt, eos exhæredes declarat Paulus, dicens: *Neque fornicarii, neque adulteri*, et qui deinceps recensentur, *regnum Dei possidebunt*[86]?

RESP. Regnum Dei solet divina Scriptura appellare non resurrectionem simpliciter, sed eam, quæ post resurrectionem futura est, restitutionem, in qua puniendorum et glorificandorum fit distinctio, omnibus Deum manifeste confitentibus, qui gloriam in glorificandis operatur et pœnam in puniendis. *Audient*, inquit, *vocem Filii Dei qui in monumentis sunt, et exibunt qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala, in resurrectionem judicii*[87]. Divisa est igitur resurrectio in vitam et judicium, pro justorum et injustorum discrimine. **493** Latius enim patet resurrectio, quam regnum Dei. Nam resurrectio justos et injustos complectitur, regnum autem Dei solos justos.

QUÆST. CXXI. Si anathematismum in rebus tantum nefandis et Vetus et Novum Testamentum usurpant, cur beatus Petrus in Passione Dominum

[85] I Cor. IX, 7. [86] I Cor. VI, 9. [87] Joan. V, 25.

sic emendandum videtur: Εἰ μηδενὸς εἰ μὴ τοῦ ἐκ τῶν δένδρων καρποῦ, μήτε τῆς, etc. *Si neque ullo nisi arborum, fructu, neque esetis carnium homines ante diluvium utebantur*, etc. — *Ex Addendis et Emendandis.*

(98) *Μὴ χρῄζων.* Frustra Sylburgius legendum existimavit μὴ χρῄζοντος vel μὴ χρῄζουσα. Parenthesis, quam apposui, locum illustrat.

(99) *Βασιλείαν.* Sic emendavit Sylburgius. R. Stephanus et mss. βεβαίαν.

Digitized by Google

negans anathematizare cœpit? Quodnam autem utriusque discrimen, id est, anathematismi et catathematismi, et quid separatim significant?

RESP. Anathema dicitur id quod consecratum est et sepositum Deo, nec jam in communem usum assumitur, vel quod a Deo propter nequitiam abalienatum est; catathema autem est assentiri anathematizantibus.

QUÆST. CXXII. Si horis et diebus res nostræ non continentur, cur in nuptiis Dominus dicebat: *Nondum venit hora mea* [61]? et cur de illo dicit evangelista: *Nemo misit manus in illum, quia nondum venerat hora ejus* [62]?

RESP. Etsi horis ac diebus res nostræ non continentur, eorum tamen, quæ a nobis fiunt, aut nobis eveniunt, alia opportuno fiunt tempore, alia non opportuno. Vocat igitur divina Scriptura opportunum ad id quod fit tempus, præsentiam horæ; non opportunum, absentiam horæ; et quia Dominus tempus opportunum esse ducebat a nuptiis discedendi, postquam vinum fecisset, propterea antequam vinum fecisset, dicebat, *Nondum venit hora mea*. Et quia tempore Paschæ Judæorum oportebat Dominum comprehendi et ea pati quæ passus est, propterea ante Pascha dictum est de illo: *Nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus*, non horæ necessitate quominus comprehenderetur prohibente, sed Dei providentia. Nam si horæ necessitate prohibita fuisset Domini comprehensio, non id attribuisset divina Scriptura regioni loci. *Secessit*, inquit, *Jesus in Galilæam. Non enim volebat in Judæa ambulare, quia Judæi quærebant eum interficere* [63]; sed nec antea in Ægyptum secessisset, cum necessitas horæ idonea fuisset, quæ eum, quominus comprehenderetur, custodiret.

QUÆST. CXXIII. Si id quod bonum est, omnium præstantissimum est, quod autem ærumnosum, omnium pessimum, ac bonus quidem Deus, homo autem ærumnosus, omnium homo pessimum. Non enim aliud ex iis, quæ exsistunt, cœlo videlicet et terra, ære, luminaribus et aliis ejusmodi, potest in ærumnis esse.

RESP. Si propter hominem sunt alia, quæ nominata sunt, quæ autem propter alium sunt, minora illo sunt, præstantissimus profecto est homo, qui rebus propter ipsum exsistentibus superior est. Quod si et ipsæ ærumnæ aliquid afferunt, ut melior fiat homo, præstantissimus sane homo, et idcirco a divina Providentia ærumnis sanatur ex propria volun-

ἀρνούμενος, ἀναθεματίζειν ἤρξατο; Τίς δὲ ἡ διαφορὰ ἑκατέρων, τουτέστι τοῦ ἀναθεματισμοῦ καὶ τοῦ καταθεματισμοῦ, καὶ τί τὸ ὑπὸ θατέρου σημαινόμενον;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἀνάθεμα λέγεται τὸ ἀνακείμενον καὶ ἀφωρισμένον Θεῷ, καὶ εἰς κοινὴν χρῆσιν μηκέτι λαμβανόμενον, ἢ τὸ ἀπηλλοτριωμένον Θεοῦ διὰ κακίαν· κατάθεμα (1) δέ ἐστι τὸ συνθέσθαι τοῖς ἀναθεματίζουσιν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΒ'. Εἰ ὥραις καὶ ἡμέραις τὰ καθ' ἡμᾶς οὐ κατέχεται, πῶς ἐν τῷ γάμῳ ὁ Κύριος ἔλεγε τὸ, *Οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου;* καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ τὸ, *Οὐδεὶς ἔβαλε τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν, ὅτι οὔπω ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτοῦ;*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ καὶ ὥραις καὶ ἡμέραις τὰ καθ' ἡμᾶς οὐ κατέχεται, ἀλλ' ὅμως τῶν παρ' ἡμῶν ἢ περὶ ἡμᾶς γιγνομένων τὰ μὲν γίνεται ἐν ἐπιτηδείῳ καιρῷ, τὰ δὲ ἐν ἀνεπιτηδείῳ. Καλεῖ οὖν ἡ θεία Γραφὴ τὸν ἐπιτήδειον πρὸς τὸ γινόμενον πρᾶγμα καιρὸν, παρουσίαν τῆς ὥρας, τὸν δὲ ἀνεπιτήδειον ἀπουσίαν τῆς ὥρας· καὶ ἐπειδὴ μετὰ τὴν ποίησιν τοῦ οἴνου καιρὸν ἐπιτήδειον ἡγεῖτο ὁ Κύριος τῆς ἐκ τοῦ γάμου ἀναχωρήσεως, διὰ τοῦτο πρὸ τῆς ποιήσεως τοῦ οἴνου εἶπεν ὁ Κύριος· *Οὔπω ἦκεν ἡ ὥρα μου.* Καὶ πάλιν, ἐπειδὴ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἐχρῆν τὸν Κύριον συλληφθῆναι, καὶ παθεῖν ἃ ἔπαθε, διὰ τοῦτο πρὸ τοῦ Πάσχα ἐρρήθη περὶ αὐτοῦ τὸ, *Ἀλλ' οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐλήλυθεν ἡ ὥρα αὐτοῦ*· οὐ τῆς ἀνάγκης τῆς ὥρας κωλυούσης αὐτοῦ τὴν σύλληψιν, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια (2).... τῇ ἀνάγκῃ τῆς ὥρας ἐκωλύετο τοῦ Κυρίου ἡ σύλληψις, καὶ οὐκ ἂν ταύτην προσῆψεν ἡ θεία Γραφὴ τῷ χωρίῳ τῷ τοῦ τόπου. *Ἀνεχώρησε*, φησὶν, *ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι Ἰουδαῖοι ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι*· ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τούτου εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρει, ἱκανῆς οὔσης τῆς ἀνάγκης τῆς ὥρας φυλάττειν αὐτὸν ἀσύλληπτον.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΓ'. Εἰ τὸ ἀγαθὸν ἁπάντων ἐστὶ τὸ κάλλιστον, καὶ τὸ κακυνόμενον τῶν ὄντων ἐστὶ τὸ χείριστον· καὶ ἀγαθὸς μὲν ἔστιν ὁ Θεὸς, κακυνόμενος δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἁπάντων τὸ κάκιστον· οὐδὲ γὰρ τῶν ὄντων ἕτερον, οὐρανοῦ λέγω, καὶ γῆς, ἀέρος, φωστήρων, καὶ τῶν τοιούτων, δυνάμενον (3) κακύνεσθαι κέκτηται.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ ἀνθρώπου ἕνεκεν τὰ ἄλλα ὀνομασθέντα ἐστὶ, τὰ δὲ τινὸς ἕνεκεν ὑπάρχοντα, ἐλάττονα ἐκείνου ἐστὶ, κάλλιστος ἄρα ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, ὁ ὑπὲρ τὰ δι' αὐτὸν ὑπάρχοντα. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ κακύνεσθαι συντελεῖ τι πρὸς τὴν βελτίωσιν τοῦ ἀνθρώπου, κάλλιστόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τοῦτο ὑπὸ τῆς θείας προνοίας τοῖς κακωτικοῖς ἰατρευόμενος

[61] Joan. II, 4. [62] Joan. VII, 30. [63] Ibid. 1.

(1) *Κατάθεμα.* Aliter Irenæus apud quem legimus lib. I, c. 13, n. 4, quasdam *ex fidelissimis mulieribus, exsufflantes et catathematizantes* Marcum, separasse se ab illo, καταφυσήσασαι καὶ καταθεματίσασαι αὐτόν. Et cap. 16, n. 3: *Quam sententiam digne exsufflantes et catathematizantes oportet porro alicubi et longe fugere ab eis*, ἣν γνώμην ὄντως καταφυσήσαντας καὶ καταθεματίσαντας, etc. Idem ergo est apud Irenæum catathematizare ac anathematizare.

(2) *Ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια.* Leg. ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας. Εἰ γὰρ τῇ.

(3) *Δυνάμενον.* Legit Sylburgius δυνάμεων.

Digitized by Google

ἀπὸ τῆς ἰδίας γνωμικῆς αὐτοῦ κακίας. Χρὴ δὲ τὸν βουλόμενον τὸν ἀγαθὸν ἄνθρωπον (4) καταμαθεῖν, πρὸς τὸ τέλος ἀποβλέπειν τὸ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν ἀποκείμενον ἀνθρώπῳ. Ἐκεῖνος γὰρ τῆς παρούσης ζωῆς ἐστιν ὁ καρπὸς, τουτέστι μακαριότης ἀτελεύτητος ἀντὶ τῆς ὀλιγοχρονίου κακυνομένης ζωῆς.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΔ'. Εἰ τῆς ἑκάστου βιώσεως προγνώστης ὁ Δεσπότης καθέστηκε, διὰ τί μὴ τῶν εὐσεβῶν τὰς ψυχὰς ἐν σώμασιν εὐσθενέσιν εἰσῴκισεν; Εἰ δὲ, θησαυρίζων αὐτοῖς τὰς ἀμοιβὰς ἐν τοῖς μέλλουσιν, ἐν τοῖς παροῦσιν αὐτοὺς συνεχώρησε θλίβεσθαι, διὰ τί μὴ πάντες ἐν ταῖς θλίψεσιν ὁμοίως οἱ εὐσεβεῖς ἐξητάζοντο, ὥστε δῆλον ἐκ τούτου τὸ καλὸν καὶ τὸ δεινὸν διαδείκνυσθαι; Εἰ δὲ ἀμφότερα παρ' ἀμφοτέροις εὑρίσκεται, πῶς οὐκ ἄδηλος ὁ τὸ κρεῖττον ἐλόμενος; Πῶς δὲ ὡς ἔτυχε τὰ πάντα φερόμενα, ἀπρονόητα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ οὐ δείκνυσιν, εὐσεβοῦς καὶ ἀσεβοῦς οὐκ οὔσης τινὸς διακρίσεως;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὐκ ἐβούλετο ὁ Θεὸς τοῖς παροῦσιν ὑπὲρ ἀρετῆς τιμῆσαι τοὺς αὐτῷ ἀνακειμένους. Τὰ γὰρ ἐν τῷ θανάτῳ τῶν εὐσεβῶν οὐκ ἔστι μισθὸς ἀρετῆς· καὶ καθὼς περ λέγονται οἱ εὐσεβεῖς μὴ εἶναι ἐκ τοῦ κόσμου, οὕτως καὶ ἡ δόξα αὐτῶν καὶ ὁ πλοῦτος οὐκ ἔστι γῆϊνα. Ὅταν οὖν ὁρῶμεν προσόντα τοῖς εὐσεβέσιν ἃ πρόσεστι καὶ τοῖς ἀσεβέσιν, ἀναλογισώμεθα ἐκ τούτου μὴ εἶναι ἄξια τὰ παρόντα τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων. Καὶ εἰ φαίνεται Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις ποτὲ ὑψώσας τινὰς τῶν αὐτῷ ἀνακειμένων, ὡς τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὸν Δαβίδ· ἀλλ' ὅμως, οὐ τὰς ἀρετὰς αὐτῶν τούτοις ἀμειβόμενος, ἀλλὰ διὰ μὲν τοῦ Ἰωσὴφ τῆς τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ γένους αὐξήσεως προνοησάμενος, διὰ δὲ τοῦ Δαβὶδ τὴν τοῦ Πνεύματος βασιλείαν συνεστήσατο. Διαφέρουσι δ' οἱ εὐσεβεῖς τῶν ἀσεβῶν ἐν τοῖς ὑλικοῖς τε καὶ σωματικοῖς οὐδαμῶς· πάντα γὰρ πάρεστιν ἀμφοτέροις, τά τε ἡδέα καὶ τὰ λυπηρά· διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων προηγουμένως μὲν τῇ τε ἐλπίδι τῶν μελλόντων καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παθήμασιν, ἔπειτα δὲ καὶ ταῖς θείαις συμμαχίαις, ἐν αἷς πολλάκις περιβλέπτους ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς ἰδίους, ποτὲ μὲν τὴν τῶν Αἰγυπτίων δυναστείαν καταλύων, ποτὲ δὲ τοὺς Χαναναίους τοῖς Ἰσραηλίταις ὑποτάσσων, ποτὲ δὲ τῶν Ἀσσυρίων τὸ θράσος κοιμίζων, ποτὲ δὲ τῶν Βαβυλωνίων καθαιρῶν τὴν βασιλείαν, ποτὲ δὲ δρόμον τε καὶ στάσιν παρὰ φύσιν προστάσσων τῷ ἡλίῳ. Ἐν τούτοις μὲν ἡ πρόνοια διαδείκνυται τοῦ Θεοῦ, ἐν ἐκείνοις δὲ παρασκευάζει τοὺς εὐσεβεῖς πρὸς ἄλλον βίον ἀφορᾷν, ἐν ᾧ γίνεται κατὰ δόξαν τε καὶ ἀδοξίαν δικαίων τε καὶ ἀδίκων ἡ διάκρισις.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΕ'. Εἰ ἀποδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἀπηγόρευσε, πῶς αὐτὸς ὧν εἶπεν ἐναντία ἔπραξε, ποτὲ μὲν τῷ ἀρχιερεῖ, ποτὲ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ χαλκεῖ ἀρασάμενος;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ μὲν ἀντέτυπτεν ὁ Παῦλος τὸν τυπτήσαντα αὐτὸν ἀρχιερέα, ἢ ἀντεκάκωσε τὸν κακώ-

A tatis pravitate. Oportet autem ut qui hominis bonum pernoscere vult, is respiciat ad finem, 494 qui post mortem homini repositus est. Is enim præsentis vitæ fructus est, nimirum beatitudo sempiterna pro ærumnosa ad brevissimum tempus vita.

QUÆST. CXXIV. Si cujusque vivendi rationis prænotitor est Dominus, cur non animas piorum in validis corporibus constituit? Quod si præparans eis mercedis thesaurum in futura vita, permittit ut in præsenti affligantur, cur non omnes in iisdem ærumnis similiter pii reperiuntur, et ex ea re manifestum fiat id quod probum est et quod improbum? Sed si utraque apud utrosque inveniuntur, quomodo non latet is qui meliora eligit? Quomodo res B omnes, ut sors fert, euntes mundum Providentia destitui non demonstrant, nullo inter pios et impios intercedente discrimine?

RESP. Noluit Deus præsentibus eorum virtutem remunerare, qui ipsi sunt dediti. Nam quæ ad mortalem piorum vitam pertinent, ea non sunt merces virtutis; at quemadmodum dicuntur pii non esse de mundo, ita et gloria eorum et divitiæ non sunt terrenæ. Quando igitur videremus ea piis adesse, quæ adsunt et impiis, inde colligamus præsentia non esse virtutis laboribus digna. Atque etsi videtur hominibus Deus nonnullos aliquando ex his, qui ipsi dediti erant, ut Josephum et Davidem, honoribus extulisse, hæc tamen virtutibus eorum non rependit, sed per Josephum quidem Israelitici generis in- C cremento providit, per Davidem autem regnum Spiritus constituit. Differunt autem ab impiis pii materialibus et corporeis rebus nequaquam; omnia enim adsunt utrisque et jucunda et molesta: differunt autem inter se, præcipue quidem spe futurorum et susceptis pro pietate molestiis; deinde vero et divinis præsidiis, quibus suos Deus sæpe conspicuos effecit, nunc Ægyptiorum potentiam dissolvens, nunc Chananæos Israelitis subjiciens, nunc Assyriorum ferocem animum sopiens, nunc Babyloniorum evertens imperium, nunc cursum et stationem præter naturam soli imperans. Atque in his quidem Dei providentia ostenditur, in illis autem pios assuescit, ut aliam vitam intueantur, in qua fit per D gloriam et ignominiam justorum et injustorum discrimen.

QUÆST. CXXV. Si malum pro malo, convicium pro convicio reddere Paulus apostolus vetuit [46]: quomodo contra quam ipse locutus est fecit, nunc pontifici, nunc Alexandro mala precatus?

RESP. Si repercussisset Paulus pontificem qui eum percusserat, aut mala reddidisset Alexandro

[46] Rom. XII, 17.

(4) *Τὸν ἀγαθὸν ἄνθρωπον.* Leg. τὸ ἀγαθὸν τοῦ ἀνθρώπου.

Digitized by Google

a quo mala acceperat, dicere licere eum fecisse contra quam docuit. Sed ea dicere, quæ cuique eventura erant a Deo, pontifici quidem : *Percutiet te Deus, paries dealbate* [65], Alexandro autem, *Reddat illi Dominus in die illa* [66], nec dira precatio est, nec convicium, sed prædictiones homini Apostolo decoræ, qui seipsum non ulciscitur, sed locum dat iræ.

A σαντα αὐτὸν Ἀλέξανδρον, ἐνῆν λέγειν, ὅτι τὰ ἐναντία ὧν ἐδίδαξεν ἔπραττε. Τὸ δὲ λέγειν τὰ ἑκάστῳ μέλλοντα συμβήσεσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ μὲν ἀρχιερεῖ, *Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε·* τῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τὸ, *Ἀποδῴη αὐτῷ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ·* οὐκ ἔστιν οὔτε κατάρα, οὔτε λοιδορία, ἀλλὰ προρρήσεις πρέπουσαι ἀνδρὶ ἀποστόλῳ, μὴ ἐκδικοῦντι ἑαυτὸν, ἀλλὰ διδόντι τόπον τῇ ὀργῇ.

QUÆST. CXXVI. Si pios remuneratur Deus vitæ hujus splendore, ut Abraham et **495** Isaac et Jacob, et eorum posteros divitiis, numerosa prole et frugum ubertate, unde et Græcis eadem præbebantur, cum simulacra ubique colerent? Quomodo autem Græcorum religio non sanctior ex eo ostenditur, quod quandiu illa civitates detinuit, urbes et agri in prosperis rebus et copia et ubertate versabantur, idque cum bellum sæpius sustinerent; ex quo autem illas Christiana prædicatio occupavit, et domibus et incolis et reliqua rerum copia destitutæ fuerunt, vixque reliquias structorum olim a Græcis ædificiorum retinentes olim urbes fuisse se demonstrant, non aliam veteris prosperitatis ac recentis solitudinis præter utrumque cultum causam, afferentes?

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚϚ'. Εἰ τοὺς εὐσεβεῖς ἀμείβεται ὁ Θεὸς τῇ κατὰ τόνδε τὸν βίον λαμπρότητι, ὡς τὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν, πλούτῳ καὶ εὐπαιδίᾳ καὶ καρπῶν εὐφορίᾳ, πόθεν καὶ τὰ ὅμοια παρείχοντο Ἕλλησιν, ἡνίκα τὰ εἴδωλα πανταχοῦ ἐθεράπευον; Πῶς δὲ ὁ Ἑλληνισμὸς οὐ δείκνυται ὁσιώτερος, ὅτι ἕως μὲν ἐκεῖνος κατεῖχε τὰς πόλεις, πᾶσαν αἱ πόλεις καὶ οἱ ἀγροὶ εὐπραγίαν καὶ εὐθηνίαν ἐκέκτηντο, καὶ ταῦτα συχνότερον πολεμούμεναι· ἀφ' οὗ δὲ αὐτὰς τὸ Χριστιανικὸν κατέλαβε κήρυγμα, καὶ οἴκων, καὶ οἰκούντων, καὶ τῆς λοιπῆς εὐθηνίας κατέστησαν ἔρημοι, καὶ μόλις τὰ λείψανα τῶν πάλαι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γεγενημένων κτισμάτων κατέχουσαι, τὸ ποτὲ πόλεις γεγενῆσθαι δεικνύουσι, τῆς παλαιᾶς εὐθηνίας καὶ τῆς νέας ἐρημίας ἑκατέρας τὰς θρησκείας αἰτίας ἀμφοτέρων προφέρουσαι;

RESP. A Domino Deo, *qui solem suum oriri facit super bonos et malos, ac pluit super justos et injustos* [67], utrisque suppeditatur in hac vita corporeus splendor (cujus enim potentia mundus creatus, hujus et providentia gubernatur), nimirum ut justi, dum vident se plura quidem pro pietate perpeti, æquales autem impiis esse in his, quæ ad hanc vitam spectant, alteram vitam, in qua fit honoris et pœnæ distinctio, et justorum ac injustorum divisionem, ut dictum est, exspectent. Adhuc autem vigente Græcorum cultu interitus exstitisse urbium et agrorum testatur solitudo Assyriorum et Babyloniorum ac Ninives et multarum aliarum gentium. Quænam autem civitas, vigente in urbibus et in agris Christiana religione, in solitudinem redacta fuerit, ostendi non potest. Ex prosperitate autem et rerum copia et frequentia ac solitudine urbium et agrorum existimari non potest meliorum sanctitas, cum Dominus Deus res ejusmodi ad utilitatem omnibus hominibus suppeditet et auferat. Dijudicatur autem meliorum sanctitas ex præclare factis, quæ libere ab illis eduntur. Porro ut homines dæmoniis in sacrificium offerrentur (*Immolaverunt*, inquit, *filios suos et filias suas dæmoniis* [68]) et rebus inanimis dignus Deo exhiberetur cultus, Græcis dominantibus factum est. At prohibita fuere nefanda ejusmodi Græcorum sacra, primas Christianis tenentibus; ex ejusmodi ergo rebus dijudicanda Christianorum sanctitas, minime vero ex

C

D

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Παρὰ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ, *τοῦ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντος ἐπὶ πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ βρέχοντος ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*, ἀμφοτέροις χορηγεῖται ἡ κατὰ τὸν παρόντα βίον σωματικὴ λαμπρότης. Οὗ γὰρ τῇ δυνάμει ὁ κόσμος γεγένηται, τούτου καὶ τῇ προνοίᾳ διοικεῖται· ἵνα οὖν ἑαυτοὺς ὁρῶντες οἱ δίκαιοι πλεονάζοντας μὲν ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πόνοις, ἰσαζομένους δὲ τοῖς ἀσεβέσι τοῖς βιωτικοῖς, βίον ἕτερον προσδοκήσαντες (5), ἐν ᾧ γίνεταί τις διαφορὰ τιμῆς τε καὶ τιμωρίας, δικαίων τε καὶ ἀδίκων τὴν διανομὴν, καθάπερ εἴρηται. Ὅτι δὲ κρατοῦντος τοῦ Ἑλληνισμοῦ ἐγίνοντο οἱ ἀφανισμοὶ πόλεών τε καὶ ἀγρῶν, μαρτυρεῖ ἡ ἐρημία τῶν Βαβυλωνίων καὶ Ἀσσυρίων, καὶ τῆς Νινευΐ, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν. Ποία δὲ πόλις τῶν ἀμφοτέρων πόλεων κρατοῦντος τοῦ Χριστιανισμοῦ ἠρημώθη, οὐκ ἔστι δεῖξαι. Ἀπὸ δὲ τῆς εὐθηνίας τε καὶ εὐφορίας, οἰκήσεών τε καὶ ἐρημίας, πόλεών τε καὶ ἀγρῶν, οὐκ ἔνεστι τεκμήρασθαι τῶν κρειττόνων τὴν ὁσιότητα, τοῦ Δεσπότου Θεοῦ τῶν τοιούτων πρὸς τὸ λυσιτελὲς πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις τὴν παροχὴν ποιοῦντος, καὶ τὴν ἀφαίρεσιν. Κρίνεται δὲ τῶν κρειττόνων ἡ ὁσιότης ἐκ τῶν κατὰ προαίρεσιν ὑπ' αὐτῶν πραττομένων καλῶν. Τὸ δὲ ἀνθρώπους προσαγαγεῖν τοῖς δαίμοσιν εἰς θυσίαν (*Ἔθυσαν*, φησὶ, *τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις*), καὶ τὸ τοῖς ἀψύχοις τὴν Θεῷ πρέπουσαν προσφέρειν τιμὴν τῶν Ἑλλήνων κρατούντων ἐγίνετο. Τὸ δὲ κωλύεσθαι τὰς τοιαύτας Ἑλληνικὰς ἀνοσιουργίας τῶν Χριστιανῶν

[65] Act. xxiii, 3. [66] II Tim. iv, 14. [67] Matth. v, 45. [68] Psal cv, 37.

(5) *Προσδοκήσαντες*. Legendum προσδοκῶνται. Infra legendum videtur τῶν ἀμφοτέρων, πόλεών τε καὶ ἀγρῶν, κρατοῦντος.

Digitized by Google

κρατούντων ἐγίνετο. Χρὴ οὖν ἀπὸ τῶν τοιούτων Χριστιανῶν γνωρίζειν τὴν ὁσιότητα, καὶ μὴ ἀπὸ τῆς εὐθηνίας τε καὶ οἰκήσεως, πόλεών τε καὶ ἀγρῶν. Τοσοῦτον δὲ πλεονάζει ὁ Χριστιανισμὸς καιρὸν τούτοις (6), ὅσον κρατοῦντος αὐτοῦ ἔλαττον πολεμεῖται ὁ κόσμος, ὧν ἐπολεμεῖτο κρατήσαντος τοῦ Ἑλληνισμοῦ.

ἘΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΖ'. Εἰ τὸ ἀναιρούμενον ὑπὸ τοῦ ἀναιροῦντος ἀπόλλυται, καὶ τὸ ἀναιροῦν φαυλότητι τὰ τῆς ἀπωλείας ἐργάζεται· πλεῖστα δὲ τοιαῦτα ἐν τοῖς ἐμψύχοις πάντων τῶν ἀλόγων εὑρίσκεται, καὶ ἐν αὐτοῖς ἔστι θεάσασθαι οὐ μόνον κατ' ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀνθρώπων τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐπεκτεινόμενα· πῶς ἀληθεύει ὁ λέγων, ὅτι ὁ Θεὸς πάντα καλὰ καὶ λίαν καλὰ ἐποίησεν; Εἰ δὲ ἀληθεύει, ἀγαθὰ δὲ καὶ φαῦλα ἐν τῇ κτίσει ὑπάρχουσι· πῶς τὰ μὲν ἀγαθὰ ἀγαθοῦ, τὰ δὲ φαῦλα φαύλου δημιουργοῦ οὐ γνωρίζονται, καὶ δύο ἐναντίαι ἀρχαὶ κατὰ Μανιχαίους δείκνυνται; Εἰ δὲ ἡ ἀναίρεσις τῶν ἀναιρουμένων ἐπ' ἀγαθῷ τινι γίνεται, καθὼς τοῦτο παρ' ἐνίοις ὑπείληπται, πῶς οὐκ ἦν ἀγαθώτερον τὸ ἐν ἀρχῇ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι αὐτῶν κωλυθῆναι τὴν πάροδον;

ἈΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ ἐκ τῆς δημιουργίας τῶν ἐμψύχων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων περὶ τοῦ δημιουργοῦ ἀκόλουθον ποιούμενος τὴν ζήτησιν, κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν ὀφείλει ἀποβλέπειν τὴν κατὰ τὸν τοῦ δημιουργοῦ ὅρον ἄγουσαν τὰ θνητὰ πάντα ὥσπερ εἰς γένεσιν, οὕτως καὶ εἰς φθορὰν αὐτὰ καὶ ἀπώλειαν. Εἰ δὲ κατὰ ταῦτα μὲν ζώου κατὰ λόγον οὐκ ἔστι διαφορὰ, τῶν δὲ ἀδιαφόρων εἷς καὶ ὁ αὐτός (7) ἐστι δημιουργός· ἣν δὲ ἐκ τῆς ἀλλήλων ἐπιβουλῆς ὑπομένουσιν ἀπώλειαν, κατὰ τὴν θείαν πρόνοιαν συγκεχώρηται συμβαίνειν αὐτοῖς· εἰ γὰρ ὑποκειμένων αὐτῶν τῇ τε κατὰ φύσιν καὶ τῇ κατὰ ἐπιβουλὴν φθορᾷ τε καὶ ἀπωλείᾳ, οὐ παρητήσαντό τινες θεοποιῆσαι αὐτὰ, πόσῳ μᾶλλον ἂν ἐθεοποιοῦντο, εἰ βλάβης τε καὶ ἀπωλείας διὰ παντὸς μεμενήκασιν ἐκτός; Ἵνα οὖν ἀφ' ὧν ὑπομένουσι γνωρισθῶσιν ἅπερ εἰσὶ, τουτέστιν ἀνάξια τῆς τοῦ Θεοῦ τιμῆς τε καὶ προσηγορίας, διὰ τοῦτο καὶ φύσει καὶ ἐπιβουλῇ (8) ὑπο. . . . . υσι. Γέγονε δὲ τὰ ἄλογα ζῶα τὰ μὲν ἐπὶ ὑπουργίᾳ ἀνθρώπου, τὰ δὲ εἰς τροφὴν, τὰ δὲ εἰς παιδείαν, ὡς τὸ, *Ὀδόντας θηρίων ἐπαποστελῶ ἐπ' αὐτοὺς μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ γῆς.* Ἀλλ' εἰ ἀγαθόν ἐστι τὸ τρέφεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ ὑπουργεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, καὶ παιδεύεσθαι δι' αὐτῶν, ἀγαθὴ ἄρα ἡ εἰς τὸ εἶναι αὐτῶν πάροδος, καὶ ἀδιάβλητος ἐπὶ φαυλότητι φύσεώς τε καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν χρείας. Εἰ δὲ τοῦτο, δῆλον ὅτι ἑνὸς δημιουργοῦ ἀγαθοῦ ἐστι πάντα τὰ ἄλογα ζῶα δημιουργήματα.

ἘΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΗ'. Εἰ τὴν προλεχθεῖσαν φαυλότητα φθόνῳ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁ ἐχθρὸς κατεργάζεται, μηχανώμενος διὰ τούτων ταῖς μελλούσαις αὐτοὺς ὑποβάλλειν κολάσεσι·

prosperitate et frequentia urbium et agrorum. Tanto autem præstat his etiam in rebus Christiana religio, quanto illa vigente minus bellis agitatur orbis, quam vigente Græcorum cultu.

QUÆST. CXXVII. Si id quid occiditur ab occidente perditur, et quod occidit pravitate perniciem infert, plurima autem ejusmodi animatis eveniunt ab animalibus rationis expertibus, quæ semper videre est non solum sibi invicem, sed etiam hominibus insidias struere: quomodo vera locutus qui dixit Deum fecisse omnia bona et valde bona[69]? Quod quidem si verum est, ac bona et mala in rebus creatis occurrunt, quomodo bona boni, mala autem mali opificis non agnoscuntur, ac duo contraria principia secundum Manichæos ostenduntur? Quod si cædes eorum, qui occiduntur, ad aliquam utilitatem fit, **496** ut nonnulli existimarunt, quomodo non melius fuit, ut ab initio eorum prohiberetur creatio?

RESP. Qui ex creatione animalium ratione utentium et rationis expertium consentaneam de Creatore instituit inquisitionem, is debet naturam eorum considerare, quæ ex Dei lege mortalia omnia, ut ad vitam, ita ad corruptionem et interitum perducit. Quod si in his nullum est animalis ob rationem discrimen, et quæ non differunt eumdem habent opificem, quem ex mutuis insidiis perferunt interitum, is ut eis eveniat divina Providentia permittitur. Nam si, quamvis corruptioni et interitui secundum naturam et ex insidiis obnoxia sint, quidam illis divinitatem tribuere non dubitarunt: quanto magis tribuissent, si ab omni semper incommodo et interitu libera exstitissent? Igitur ut ab his, quæ patiuntur, qualia sint agnoscantur, id est indigna Dei honore et appellatione, propterea et natura et insidiis alia ab aliis interitum patiuntur. Facta sunt autem animalia rationis expertia partim in ministerium hominis, partim in cibum, alia in disciplinam, ut illud: *Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram*[70]. Sed si bonum est homini, ut ab animalibus rationis expertibus nutriatur et eorum ministerio utatur et ab eis erudiatur, bonus est profecto eorum in vitam ingressus, neque vituperandus quasi prava esset eorum natura, pravusque usus. Sed si ita est, liquet unius boni opificis opera esse omnia animalia rationis expertia.

QUÆST. CXXVIII. Si prædictam pravitatem, invidia humanæ salutis, inimicus in hominibus operatur, qui hac arte machinatur, ut eos futuris subjiciat suppliciis, rationis autem expertia neque

[69] Gen. I, 31. [70] Deut. XXXII, 24.

(6) *Καιρὸν τούτοις.* Legendum καὶ ἐν τούτοις. Sylburgius proponit καιροῖς τούτοις, *his temporibus.*

(7) *Εἷς καὶ αὐτός.* R. Stephanus et codices mss. οἷς καὶ αὐτός. Recte emendavit Sylburgius. Mox particula δέ, ut sæpe alias, superfluit.

(8) *Καὶ ἐπιβουλῇ.* Legit Sylburgius ὑπὸ ἀλλήλων φθορὰν ὑπομένουσι.

Digitized by Google

salutem, neque supplicia in futuro ævo sunt habitura, ac idcirco indomitam habent feritatem, quomodo non sola pravitate naturæ prava sectantur?

RESP. Ob prave facta vituperare rationis expertium naturas, non est rationi consentaneum. Eorum enim, qui ratione utuntur, recte agere est aut prave, non rationis expertium; et quia ob usum supradictum facta est rationis expertium natura, inde manifestum est, cum bonus sit usus, bonam esse etiam naturam.

QUÆST. CXXIX. Si simplex est, quod per seipsum est, velut in litterarum elementis I, compositum autem quod cum alio conjunctum est, quale est Π, neque ex eo quod utrumque ejusdem sit essentiæ, nimirum I, et quod ex tribus I compositum est, impeditur quominus compositum sit id quod ex utroque constat: quomodo Deus, qui ex duabus personis, quæ consubstantiales intelliguntur, Patre nimirum et Filio, et ex una persona, quæ prima specie singularis essentiæ suspicionem præbet, nempe Spiritu sancto, compositionem habet, incompositus dicitur, atque unus vocatur et incircumscriptus, cum **497** tanta sit et talis illius hypostasum, sive personarum, distinctio atque divisio?

RESP. I, et Π, secundum essentiam ab invicem non differunt. Littera enim a littera, quatenus littera, nihil differt. Differt autem I a Π, certo quodam situ, secundum quem illud est I, hoc Π. Ac Π quidem, quatenus littera est, unum est: quatenus vero Π, trias est et compositum et genitum. Nam per partes et temporis intervallo Π factum est ab eo, qui illud conflavit et fecit. Oportet autem, ut qui ex naturali aliqua comparatione eum consideraat, qui supra naturam est, ea tantum ex comparatione sumat, quæ rei ex comparatione consideratæ conveniunt. Exempli gratia uum et tres insunt litteræ Π et Deo, sed litteræ Π genite et composite, Deo autem ingenite et incomposite. Nam qui neminem habet a quo factus et compositus fuerit, ingenitus et incompositus est. Quare in Deo dicimus æternam coexsistentiam, non autem et compositionem; in littera autem Π, compositionem ob illius per partes generationem. Unus igitur Deus, Trinitas unitate essentiæ, absque omni hac in re divisione et distinctione. Quemadmodum unum est littera Π unitate litteræ absque ulla hac in re divisione et distinctione. Differentia autem est in sancta quidem Trinitate secundum modos exsistentiæ hypostasum; in littera autem Π, secundum certum litteræ situm. ἐν μὲν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι κατὰ τοὺς τρόπους τῆς τῶν ὑποστάσεων ὑπάρξεως, ἐν δὲ τῷ Π κατὰ τὴν ποιὰν θέσιν (11) τῆς γραμμῆς.

QUÆST. CXXX. Si quia cœlum, secundum Græcos, globus est et movetur, in loco quoque est:

A τὰ ἄλογα δὲ μήτε σωτηρίαν μήτε τιμωρίαν ἐν τοῖς μέλλουσι κολάζεσθαι (9) μέλλοντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀπολέμητον ἔχοντα . . . πῶς οὐ μόνῃ φαυλότητι φύσεως τὰ φαῦλα μετέρχονται;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ ἐπὶ φαυλότητι πράξεως διαβάλλειν τῶν ἀλόγων τὰς φύσεις οὐκ ἔστιν εὔλογον. Τῶν γὰρ λόγου μετεχόντων ἐστὶ τὸ ἀγαθῶς ἢ φαύλως διαπράξασθαι, οὐχὶ τῶν λόγου ἀμετόχων· καὶ ἐπειδὴ διὰ τὴν προλεχθεῖσαν χρείαν γέγονε τῶν ἀλόγων ἡ φύσις, διὰ τοῦτο δῆλον ὅτι, ἀγαθῆς οὔσης τῆς χρείας, ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ φύσις.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΚΘ'. Εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ καθ' ἑαυτό, ὡς ἐπὶ τῶν κατὰ τὰ γράμματα στοιχείων, οἷον ἰῶτα, σύνθετον δὲ τὸ μεθ' ἑτέρου, οἷον πῖ, καὶ τῷ τῆς αὐτῆς εἶναι οὐσίας ἀμφότερα, τό τε ἰῶτα καὶ τὸ ἐκ τριῶν ἰῶτα συγκείμενον οὐκ ἀφαιρεῖται τὸ ἐξ ἀμφοτέρου συγκειμένου σύνθετον· πῶς ὁ Θεὸς ἀσύνθετος λέγεται, τὴν ἐκ δύο προσώπων ὁμοουσίων νοουμένων, Πατρὸς λέγω καὶ Υἱοῦ, καὶ ἑνὸς προσώπου ἰδιαζούσης οὐσίας ἐκ τοῦ προχείρου ὑπόνοιαν διδόντος, τοῦ Πνεύματός φημι τοῦ ἁγίου, τὴν σύνθεσιν ἔχων, καὶ εἷς καλεῖται καὶ ἀπερίγραπτος, τοσαύτης καὶ τοιαύτης οὔσης τῆς τῶν ὑποστάσεων αὐτοῦ, εἴτουν τῶν προσώπων, διακρίσεως καὶ διαιρέσεως;

B

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ ἰῶτα καὶ πῖ κατ' οὐσίαν ἀλλήλων οὐδὲν διαφέρουσι. Γραμμὴ γὰρ ὑπάρχει ἑκάτερον. Γραμμὴ δὲ γραμμῆς, ἢ γραμμὴ, οὐδὲν διαφέρει. Διαφέρει δὲ τὸ ἰῶτα τοῦ πῖ τῇ τοιᾷδε θέσει, καθ' ἣν τοῦτο μὲν ἰῶτα, τοῦτο δὲ πῖ ὑπάρχει· καὶ τὸ μὲν πῖ, ἢ γραμμή ἐστιν, ἓν ἐστιν, ἢ δὲ πι ἐστι, τριάς ἐστι, καὶ σύνθετον καὶ γενητόν. Κατὰ μέρος γὰρ καὶ χρονικῇ παρατάσει, τὸ εἶναι πῖ ὑπέστη ὑπὸ τοῦ συμβεβληκότος καὶ πεποιηκότος αὐτό. Χρὴ οὖν τὸν κατά τινα φυσικὴν ἀναλογίαν θεωρεῖν (10) τὸν ὑπὲρ φύσιν ὄντα, ἐκεῖνα μόνα λαβεῖν ἐκ τῆς ἀναλογίας τὰ ἁρμόττοντα τῷ τῆς ἀναλογίας θεωρουμένῳ· οἷον τὸ ἓν καὶ τὸ τρεῖς πρόσεστι τῷ πῖ καὶ τῷ Θεῷ· ἀλλὰ τῷ μὲν πῖ γενητῶς καὶ συνθέτως, τῷ δὲ Θεῷ ἀγενήτως τε καὶ ἀσυνθέτως. Ὁ γὰρ μὴ ἔχων τὸν πεποιηκότα καὶ συντεθεικότα οὔτε γενητός ἐστιν οὔτε σύνθετος. Διὸ ἐπὶ μὲν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀΐδιον λέγομεν συνύπαρξιν, οὐκέτι δὲ καὶ σύνθεσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ πῖ τὴν σύνθεσιν διὰ τὴν κατὰ μέρος αὐτοῦ γένεσιν. Εἷς τοίνυν ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἡ Τριὰς τῇ μονάδι τῆς οὐσίας χωρὶς πάσης κατὰ τοῦτο διαιρέσεως καὶ διακρίσεως, ὥσπερ ἓν τὸ πῖ τῇ μονάδι τῆς γραμμῆς χωρὶς πάσης τῆς κατὰ τοῦτο διαιρέσεως καὶ διακρίσεως. Διαφορὰ δέ ἐστιν

C

D

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛ'. Εἰ διὰ τὸ καθ' Ἕλληνας σφαῖραν εἶναι τὸν οὐρανὸν καὶ κινεῖσθαι ἐν τόπῳ (12),

(9) *Κολάζεσθαι.* Leg. κομίζεσθαι. Mox Sylburgius legit ἀπολέμητον ἔχοντα τὴν κατάστασιν. Malim τὴν φαυλότητα, aut quidpiam simile.

(10) *Θεωρεῖν.* Vel legendum θεωροῦντα vel θεωρεῖν πειρώμενον, idque admonuit Sylburgius. Mox legendum videtur τῷ ἐκ τῆς.

(11) *Κατὰ τὴν ποιὰν θέσιν.* Præpositio addita a Sylburgio. Paulo ante editiones recentiores διακρίσεως. R. Stephanus et mss. κρίσεως.

(12) *Ἐν τόπῳ.* Subintelligendum ἐστίν, ut observavit Sylburgius.

Digitized by Google

πῶς διὰ τὸ ὡς καμάραν πεπῆχθαι, ἢ ὡς δέριν κατὰ τὴν Γραφὴν ἐκτετάσθαι, ὁ οὐρανὸς οὐκ ἐν τόπῳ ἐστίν; Ὥσπερ γὰρ τὸ κινούμενον, οὕτως καὶ τὸ πηγνύμενον, ἐν τόπῳ ἀνάγκη νομίζεσθαι. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς τὴν ἐπὶ τῇ περιγραφῇ τοῦ οὐρανοῦ παρ' ἀλλήλων κατάγνωσιν δικαίαν οὐχ ἕξομεν; Εἰ δ' ὁ οὐρανὸς κατ' ἀμφοτέρους ἐν τόπῳ, καὶ ἑκατέροις ἡ τοῦ τόπου ποιότης καὶ ποσότης καθέστηκεν ἄγνωστος, τί πλέον βάτεροι θατέρων κατεγνῶσθαι δυνάμεθα, τῆς περὶ τῶν προλελεγμένων καταγνώσεως καὶ ἀγνοίας ἑκατέρους ἐπίσης κατεχούσης;

A quomodo si cœlum, secundum Scripturam, tam quam camera compactum, aut sicut pellis extensum est, non in loco est? Nam necesse est ut, quem admodum id quod movetur, ita et id quod compingitur, in loco esse existimetur. Quod si hoc sic est, quomodo alteri ab alteris, ob circumscriptionem cœli non justam damnationis reportabimus sententiam? Sin cœlum utrorumque opinione, in loco est, et utrisque loci qualitas et quantitas ignota est: quanam re alteri alteros magis damnare possumus, cum apud utrosque eorum quæ dicta sunt nomine, par sit condemnatio et ignorantia?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγον οἱ Χριστιανοὶ τὸν οὐρανὸν μὴ εἶναι ἐν τόπῳ, καθάπερ λέγουσιν οἱ Ἕλληνες, ἴση ἂν ἔμελλεν εἶναι ἡ παρ' ἀλλήλων κατάγνωσις, λεγόντων μὲν μὴ εἶναι τὸν οὐρανὸν ἐν τόπῳ, φωναῖς καὶ σημαντικαῖς τοῦ ἐν τόπῳ εἶναι τὸν οὐρανὸν πρὸς ἀλλήλους χρησαμένων· εἰ δὲ τοῦ μὲν σφαῖραν εἶναι τὸν οὐρανόν, καὶ σφαιρικῶς κινεῖσθαι ἀδυνάτου ὄντος, τοῦ δὲ ὡς καμάραν εἶναι αὐτὸν δυνατοῦ δεικνυμένου· οὐδεμία ἄρα ἡ τῶν Χριστιανῶν ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ κατάγνωσις. Περὶ δὲ τοῦ τόπου ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς στοχαζόμεθα περὶ αὐτοῦ, ὅτι ὥσπερ παρ' ἡμῖν, ὅταν ᾖ περιφερές τι σῶμα ὁμαλόν τε καὶ κοῖλον, πανταχόθεν ἰσοπεριμέτρητον, ἐὰν πωμασθῇ ἐπὶ τὰ ὕδατα, βαστάζεται ὑπὸ τῶν ὑδάτων· τούτῳ τῷ τρόπῳ βαστάζεται ὁ οὐρανὸς ὑπὸ τῶν ὑδάτων· *Ὁ τανύσας*, φησὶ, *τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν*. Τῷ τῆς *καμάρας* ὀνόματι τὸ περιφερὲς ἐδήλωσε τοῦ σώματος τοῦ οὐρανοῦ. Βαστάζει οὖν τὸν μὲν οὐρανὸν τὰ ὕδατα, τὰ δὲ ὕδατα ἡ γῆ, τὴν δὲ γῆν, τὸ θεῖον πρόσταγμα· *Ὁ κρεμάσας* (13), φησὶ, *τὴν γῆν ἐπ' οὐδενός*.

B RESP. Si Christiani dicerent, cœlum in loco non esse, sicuti Græci dicunt, fieri posset ut alteri alteros ex æquo damnarent, dicentes quidem non esse in loco cœlum, verbis autem quæ cœlum in loco esse significant, alteri ad alteros utentes. Sin ut cœlum globus sit, et in globi modum moveatur, fieri non potest; ut autem instar cameræ sit, fieri posse demonstratum est; nulla utique Christianorum ob ignorationem condemnatio. Loci autem ex rebus nostris de eo facimus conjecturam, quoniam quemadmodum apud nos, si aliquod sit rotundum corpus, et læve et concavum, et æqualis undequaque dimensionis, atque id in aquas immittatur, ab aquis ipsis portatur: ad eumdem modum cœlum portatur ab aquis: *Extendens*, inquit, *cœlum ut cameram*[71]. Ubi *cameræ* nomine, rotunditatem corporis cœlestis significavit. Portant igitur cœlum aquæ, aquas autem terra, terram porro præceptum divinum: *Suspendens*, inquit, *terram in nihilo*[72].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΑ'. Εἰ οἱ εὐαγγελισταὶ Ματθαῖός τε καὶ Λουκᾶς, τὸ κατὰ σάρκα γενεαλογοῦντες τὸν Κύριον, ὁ μὲν τὴν κατὰ φύσιν, ὁ δὲ τὴν κατὰ σάρκα (14) γενεαλογίαν συνέγραψε, διὰ τὸ οὕτως τὰ κατὰ τῶν Ἰουδαίων (15) συνίστασθαι, πῶς ὁ μακάριος Λουκᾶς οὐ δείκνυται τῷ Ματθαίῳ μαχόμενος, πλείονας τοὺς κατὰ νόμον τῶν κατὰ θέσιν (16) τοῦ Χριστοῦ γεννήτορας, διὰ τοῦ οἰκείου Εὐαγγελίου ἐκθέμενος, τοὐναντίον παρ' αὐτοῦ γραφῆναι ὀφείλοντας; ἐπειδὴ ἧσσονας τοὺς κατὰ θέσιν τῶν κατὰ φύσιν πατέρων ἀναλογίζεσθαι ἀνάγκη. Ἐνδέχεται γὰρ γενέσθαι κατὰ νόμον (17). . . τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς τοῦ παῖδα γεννήσαντος. Πῶς οὖν, καθάπερ ἔφην, παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς ἡ. . . ἀντέστραπται (18), καὶ ὁ Λουκᾶς, ἴσους, μᾶλλον δὲ ἥττονας τοὺς κατὰ νόμον τῶν κατὰ φύσιν ὀφείλων τοὺς τοῦ Χριστοῦ ὀνομάζειν

C

D

QUÆST. CXXXI. Si evangelistæ Matthæus et Lucas, generis Domini, secundum carnem, seriem recensentes, alter naturæ, alter legis genealogiam contexuit, quod hoc ita rerum Judaicarum constitutio ferret: quomodo Lucas cum Matthæo pugnare non reperitur, dum plures secundum legem quam secundum naturam Christi progenitores in Evangelio suo exponit, cum diversum ab eo scribi debuerit; quandoquidem pauciores adoptivos quam naturales patres in genealogia numerari necesse est? Licet enim ex lege patrem fieri, si defunctus sit is, qui secundum naturam filium genuit. Quomodo igitur, ut dixi, apud evangelistas ordo inversus non est, ac Lucas, cum pares imo pauciores secundum legem, quam secundum naturam debuerit enumerare Christi progenitores, plures nominare compe-

[71] Isa. XL, 22. [72] Ibid.

(13) *Ὁ κρεμάσας*. Existimat Sylburgius huic loco respondere illud psalmi CXXXV: *Τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐφ' ὕδατων, Qui fundasti terram super aquas.*

(14) *Κατὰ σάρκα*. Legendum κατὰ νόμον vel κατὰ θέσιν, idque in interpretando Langus sequi non dubitavit.

(15) *Κατὰ τῶν Ἰουδαίων*. Pro κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, ut in resp. ad quæst. 44, τὸ κατὰ Χριστοῦ εὐήλου μυστήριον.

(16) *Κατὰ θέσιν*. Legendum κατὰ φύσιν, idque vidit Langus.

(17) *Κατὰ νόμον*. Addit Sylburgius πατέρα, τετελευτηκότος τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς τοῦ παῖδα γεννήσαντος. Hanc explendæ lacunæ rationem in interpretando secutus sum.

(18) *Ἀντέστραπται*. Legendum ἡ τάξις, vel, ut placet Sylburgio, ἡ γενεαλογία οὐκ ἀντέστραπται

Digitized by Google

ritur? Sin in generis nomenclatura sibi ipsis, et alter alteri repugnantia memorant: quomodo in reliqua de Servatore doctrina, fidem obtinere poterunt, ab ipsis statim proœmiis eum ad contradicendum commoventes, qui cum ratione certa se religioni nostræ adjungere velit?

RESP. In genealogia Lucæ, solus Eli Josephi pater est secundum legem. Ab Eli autem ad Nathan usque quotquot subjunguntur, filii secundum naturam sunt antecedentium, qui quidem ob necessitudinem, quam habet Eli cum Josepho, avi existimantur, Josephi quidem solius secundum legem, cæterorum autem omnium secundum naturam. Porro si hoc ita intelligatur, omnis evangelistarum, de dictorum repugnantia, tollitur calumnia; quam inesse illorum scriptis, intellectu pravo arbitrantur, qui rem non satis intelligunt.

QUÆST. CXXXII. Si secundum legem Mosaïcam[73] mortui sine liberis frater, defuncti assumens uxorem, liberos ex ea suscipiebat, sibi quidem secundum naturam, fratri vero secundum legem: num, si acciderat, ut superstes frater uxorem haberet, etiam cum illa uxorem mortui fratris ducebat? Et quomodo non id absurdum? Quod si et illa sterilis esset, quomodo non absurdo inutile adjungebant nuptiæ, ac legis præceptum undique obstructum difficultatibus videbatur, cum defunctus ex liberorum procreatione memoriam non proderet? Quid autem mortuo proderat, liberis, ab alio procreatis, post mortem alienæ prolis patrem appellari?

RESP. Cum lex non interdixisset, quominus Israelitæ uxorem acciperent, si vellent, non solum cognatam, sed etiam captivam et pellicem, nihil absurdi erat aut damni, si uxorem uxori superduceret frater mortui, lege **499** minime violata. Quidquid enim absurdum est, id in legis transgressione positum. Etiamsi evenisset ut ejusmodi mulier sterilis esset, at id incertum mulieri esse potuit. At quod incertum est, in eo lex non spernitur. Hæc autem posita lex est, ut quæ mors abstulit defuncto, id est, paternitas et hæres, ea præbeantur illi legis providentia. Nam si memoriæ et hæreditatis causa ad nuptias accedunt homines, liquet quacunque ratione hæc Deus hominibus præstare dignetur, inutilem rem non esse. Inest autem huic legi et aliud commodum, ut hæres hac nuptiarum accessione maneat in eadem tribu, nec transeat ad aliam tribum; et quia primo viro semel conjuncta mulier unum corpus facta est, propterea non fit pater alienæ prolis defunctus, sed illius, quæ ex proprio ipsius corpore generata est. Quemadmodum enim

[73] Deut. xxv, 5.

γεννήτορας, πλείονας ὀνομάζων εὑρίσκεται; Εἰ δὲ ἐν τῇ γενεαλογίᾳ ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις μαχόμενα λέγουσι, πῶς ἐν τοῖς λοιποῖς περὶ τοῦ Σωτῆρος διδάγμασι τὸ ἀξιόπιστον κεκτῆσθαι δυνήσονται, ἐκ προοιμίων πρὸς ἀντίῤῥησιν κινοῦντες τὸν μετὰ λόγου τῇ ἡμετέρᾳ θρησκείᾳ προστεθῆναι βουλόμενον;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐν τῇ γενεαλογίᾳ τῇ κατὰ Λουκᾶν, ὁ Ἠλεὶ μόνος ἐστὶ πατὴρ τοῦ Ἰωσὴφ κατὰ τὸν νόμον· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἠλεὶ ἕως τοῦ Ναθὰν πάντες οἱ ὑποτεταγμένοι κατὰ φύσιν εἰσὶν υἱοὶ τῶν ὑποτεταγμένων, τῶν διὰ τὴν σχέσιν ἣν ἔχει ὁ Ἠλεὶ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ, πάππων καταλογιζομένων (19), τοῦ Ἰωσὴφ μὲν μ [όνου (20)] κατὰ τὸν νόμον, τῶν λοιπῶν δὲ πάντων κατὰ φύσιν. Τούτου δὲ οὕτως νοουμένου, ἀναιρεῖται πᾶσα ἡ τῶν εὐαγγελιστῶν ἐπὶ τῇ ἀντιλογίᾳ διαβολὴ ἡ ἐκ τῆς παρανοίας τῶν ἐκείνων φωνῶν νομισθεῖσα τοῖς παρανοήσασιν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΒ'. Εἰ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον ὁ ἀδελφὸς τοῦ τελευτήσαντος ἄπαιδος τὴν γυναῖκα τοῦ μετηλλαχότος λαμβάνων ἐπαιδοποίει ἐξ αὐτῆς, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ ἀδελφῷ, ἆρα, εἰ συνέβη τὸν περιόντα ἀδελφὸν ἔχειν γαμετὴν, σὺν ταύτῃ καὶ τὴν τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφοῦ γαμετὴν εἰς γυναῖκα ἐλάμβανε; Καὶ πῶς τοῦτο οὐκ ἄτοπον; Εἰ δὲ ἡ τοιαύτη καὶ στεῖρα ἐτύγχανε, πῶς πρὸς τῷ ἀτόπῳ καὶ τὸ ἀνωφελὲς ὁ γάμος οὐκ ἐπήγετο, καὶ τοῦ νόμου τὸ πρόσταγμα πανταχόθεν ἐδείκνυτο ἄπορον, τοῦ τελευτήσαντος οὐ λαμβάνοντος τὸ διὰ παιδοποιίας μνημόσυνον; Τί δὲ καὶ τῷ ἀποθανόντι προσγίγνεται τὸ ὄφελος, τὸ διὰ παιδοποιίας ἑτέρου ἐκεῖνον μετὰ τέλος πατέρα ἀλλοτρίας γονῆς ὀνομάζεσθαι;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τοῦ νόμου μὴ κωλύσαντος τοὺς Ἰσραηλίτας γυναῖκα λαβεῖν εἰ βούλοιντο, οὐ μόνον συγγενίδα, ἀλλὰ καὶ αἰχμαλωτίδα καὶ παλλακίδα· οὐδὲν ἄρα ἄτοπον, οὐδὲ βλάπτει, ἐκ τοῦ γυναῖκα ἐπὶ γυναικὶ λαβεῖν (21). . . ἀδελφὸν τοῦ τετελευτηκότος, τοῦ νόμου μὴ καταλυομένου. Πᾶσα γὰρ ἀτοπία ἐπὶ τῇ παραβάσει τοῦ νόμου ὑφίσταται. Κἂν συμβαίη δὲ (22). . . ὑπάρχειν, ἀλλ' ἄδηλον τοῦτο. . . αι τῇ γυναικί· τῷ δὲ ἀδήλῳ οὐκ ἔστι (23). . . παριδεῖν τὸν νόμον. Ἐτέθη δὲ ὁ νόμος οὗτος, ἵνα, ὧν ἀφείλετο ὁ θάνατος τὸν τετελευτηκότα, τουτέστι τῆς τε πατρότητος καὶ τοῦ κληρονόμου, ταῦτα παράσχῃ αὐτῷ τῇ τοῦ νόμου προνοίᾳ. Εἰ γὰρ μνημοσύνης ἕνεκεν καὶ κληρονομίας πρὸς τὸν γάμον οἱ ἄνθρωποι ἔρχονται, δῆλον ὅτι (24) ᾧ. . . παρακληθείη θεὸς ταῦτα παρασχεῖν ἀνθρώποις, ἀνωφελὲς οὐ γίνεται τὸ πρᾶγμα. Πρόσεστι δὲ τούτῳ τῷ νόμῳ καὶ ἕτερόν τι ὠφέλιμον, ἵνα ταύτῃ τῇ ἐπιγαμίᾳ ὁ κληρονόμος μείνῃ ἐν τῇ αὐτῇ φυλῇ, καὶ μὴ μεταβῇ εἰς ἑτέραν φυλήν· καὶ ἐπειδὴ ἅπαξ συναφθεῖσα ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ ἓν σῶμα γέγονε, διὰ τοῦτο οὐ γίνεται

(19) *Καταλογιζομένων*. Immerito prorsus hanc vocem lacuna interjecta diviserant librarii. Paulo ante legendum videtur τῶν ὑπερτεταγμένων.

(20) *Μόνου*. Nihil hic videtur desiderari præter litteras quas adjiciendas esse duxi.

(21) *Λαβεῖν*. Nihil videtur deesse, sensus minime mancus.

(22) *Συμβαίη δέ*. Adde στεῖραν γυναῖκα, et mox post τοῦτο, εἶναι δυνατόν.

(23) *Οὐκ ἔστι*. Nihil hic videtur deesse.

(24) *Δῆλον ὅτι*. Addunt Langus et Sylburgius ὑπὸ τινι ἂν τρόπῳ.

Digitized by Google

πατὴρ ἀλλοτρίας γονῆς ὁ τελευτήσας, ἀλλὰ τοῦ ἐκ τοῦ ἰδίου αὐτοῦ σώματος τικτομένου. Ὥσπερ γὰρ ὁ τικτόμενος ἐκ τῆς τοιαύτης συναφείας ὀνομάζεται τοῦ τελευτήσαντος, οὕτως καὶ ἡ γυνὴ ἐκείνου ὀνομάζεται γυνή.

A qui ex tali conjunctione gignitur, defuncti esse dicitur; ita et mulier defuncti appellatur uxor.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΓ'. Εἰ ὁ προλεχθεὶς νόμος πρὸ τῶν χρόνων τοῦ Δαβὶδ τοῖς Ἰσραηλίταις ἐντέταλται, πῶς ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος τῶν κατὰ φύσιν πατέρων πρὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ μετὰ τὸν Δαβὶδ ἐμνημόνευσεν· ὁ δὲ Λουκᾶς πρὸ μὲν τοῦ Δαβὶδ τῶν κατὰ φύσιν, μετὰ δὲ τὸν Δαβὶδ, τῶν κατὰ νόμον πατέρων τὴν μνήμην πεποίηται; Καὶ εἰ τὰ ὀνόματα τῶν κατὰ φύσιν καὶ κατὰ νόμον πατέρων ἀπαραλείπτως μετὰ τὴν μετοίκησιν Βαβυλῶνος ἐν θείαις Γραφαῖς οὐχ εὑρίσκεται, ἀλλὰ κατὰ ἀπόφασιν γέγραπται, πῶς τὰ κατὰ ἀπόφασιν γραφέντα ὑπὸ τῶν ἀκριβεστέρων (25)..... δυνήσονται;

QUÆST. CXXXIII. Si prædicta constitutio ante Davidis tempora Israelitis est promulgata, quomodo evangelista Matthæus, naturalium patrum ante et post Davidem meminit, Lucas vero, ante Davidem naturales, post Davidem eos, qui secundum legem sunt, nominat patres? Et si nomina naturalium patrum et eorum, qui secundum legem, post transmigrationem Babylonis omnino in sacris non reperiuntur relicta litteris, sed per pronuntiandi auctoritatem scripta sunt: quomodo ea B quæ sic pronuntiando scripta sunt, probari accuratius rem inquirentibus poterunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Καὶ ὁ Λουκᾶς τῶν κατὰ φύσιν πατέρων τοῦ Ἡλεὶ ἐμνήσθη, τῶν τε πρὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ τῶν μετὰ τὸν Δαβίδ. Ὁ δὲ Ἡλεὶ μόνος ἦν κατὰ τὸν νόμον πατὴρ τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ διὰ τὴν κατὰ νόμον υἱότητα ἕως τοῦ Νάθαν κατὰ τὴν αὐτὴν σχέσιν ἀναγομένου. Τὸ δὲ τὸν Δεσπότην Χριστὸν ὀνομασθῆναι υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ δύο πατέρας ἐσχηκότος, τὸν μὲν κατὰ νόμον, τὸν δὲ κατὰ φύσιν, ἡ θεία χάρις ᾠκονόμησεν, ἵνα ὅταν ἀκούωμεν τὸν Χριστὸν υἱὸν μὲν ὄντα τοῦ Ἰωσὴφ, μὴ γεννηθέντα δὲ κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ, μὴ ξενισθῶμεν. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἰωσὴφ υἱὸς μὲν ἐκλήθη τοῦ Ἡλεὶ, μὴ γεννηθεὶς δὲ ἐξ αὐτοῦ, ὅτι τῷ θείῳ νόμῳ οὕτως ἔδοξεν ἐκ τῆς γυναικὸς τοῦ Ἡλεὶ δοῦναι υἱὸν τῷ Ἡλεὶ, οὕτως ἔδοξε τῷ Θεῷ, C ἐκ τῆς γυναικὸς τοῦ Ἰωσὴφ δοῦναι υἱὸν τῷ Ἰωσὴφ μὴ γεννηθέντα κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ. *Ἰωσὴφ*, φησὶν, *υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου.* Τὸ γὰρ ἐκ γυναικός τινος χωρὶς πορνείας τικτόμενον, υἱός ἐστιν ἐξ ἀνάγκης τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός· ᾧ τρόπῳ βούλεται ὁ Θεὸς δοῦναι υἱὸν τῷ ἀνδρὶ, ἢ διὰ συναφείας ἢ χωρὶς συναφείας. Οὐκ ἀποφάσει δὲ χρώμενοι οἱ εὐαγγελισταὶ τὴν ἔκθεσιν ἐποιήσαντο τῶν ἐν ταῖς γενεαλογίαις ὀνομασθέντων, ἀλλὰ ταῖς ἐγγράφοις ἱστορίαις. Ἑβραῖοι γὰρ ἦσαν ἐξ Ἑβραίων οἱ τὰς γενεαλογίας συγγραψάμενοι ἅγιοι εὐαγγελισταί· παρ' οἷς πολλή τις ἦν σπουδὴ τοῦ ἐγγράφως (26) ἔχειν τῆς βασιλικῆς τε καὶ Ἰσραηλιτικῆς (27) φυλῆς τὴν γενεαλογίαν. Ἀμέλει μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον ὁ Ἔσδρας οὓς οὐχ εὗρεν ἐν τῷ τῶν ἱερέων καταλόγῳ γενεαλογουμένους, τούτους ἐξέβαλεν ἀπὸ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας. Καὶ τοῦτο δείκνυται ἐκ τῆς βίβλου τῶν *Παραλειπομένων*.

RESP. Et Lucas ipse naturalium patrum Eli meminit, tum eorum qui ante, tum eorum qui post Davidem fuerunt. Eli autem solus fuit Joseph secundum legem pater, qui ex filii jure, quod ei lex tribuebat, usque ad Nathan eadem necessitudine perducitur. Quod autem Dominus appellatus est filius Josephi duos patres habentis, alterum secundum legem, alterum secundum naturam, id divina gratia attemperate administravit, ut cum audimus Christum esse filium Josephi, nec tamen ex eo secundum naturam genitum, minime miremur. Quemadmodum enim Joseph vocatus est Eli filius, non autem ex eo genitus, quia divinæ legi ita placuit, ex uxore Eli dare eidem Eli filium: sic Deo visum est, ex conjuge Josephi, filium dare eidem Josepho secundum naturam ex eo non genitum. *Joseph*, ait, *fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam* [74]; nam id quod ex muliere quapiam, absque stupro et fornicatione gignitur, necessario viri et uxoris filius est, quacunque ratione Deus dare velit filium viro, per copulam videlicet, vel citra copulam. Nequaquam autem pronuntiandi auctoritate utentes, sed historiis ad acta depositis, evangelistæ eos recensuerunt, qui in genealogiis nominantur. Nam sancti evangelistæ, qui gencalogias scripserunt, Hebræi erant ex Hebræis orti, apud quos plurima exstitit cura, ut commentariis **500** publicis consignaretur regiæ D et sacerdotalis tribus genealogia. Certe post reditum e Babylone, Esdras [75] quos in catalogo genealogiæ sacerdotum recenseri non invenit, eos a sacerdotalibus muneribus amovit. Atque hoc ex libro *Paralipomenon* patet.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΔ'. Εἰ τὸν νόμον τοῖς Ἰσραηλίταις ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως κατέπεμψε, πῶς ἐν πλείοσι *τόποις* τῆς θείας Γραφῆς νόμος (28), καὶ οὐ νόμου νομοθέτης ὁ Μωϋσῆς ὀνομάζεται;

QUÆST. CXXXIV. Si legem populo Israelitico Deus per Mosem misit, quomodo in multis locis divinæ Scripturæ Moses lex dicitur, non vero legislator?

[74] Matth. I, 20. [75] Esdr. X, 3.

(25) *Ἀκριβεστέρων*. Langus et Sylburgius hic deesse existimarunt verbum ἀποδεχθῆναι vel aliud simile.

(26) *Ἐγγράφως*. Hac voce acta indicari observavi in Dialog. S. Justini.

(27) *Ἰσραηλιτικῆς*. Legendum ἱερατικῆς observavit Sylburgius.

(28) *Νόμος*. Idem legit οὐ νόμος, ἀλλὰ νόμου.

Digitized by Google

RESP. Mos est non tantum hominibus, sed etiam divinis litteris, nomine auctoris qui aliquid dixit aut scripsit, orationem appellare, ut cujus ea sit indicetur, ut est illud : *Sedebat eunuchus super curru, legebatque prophetam Isaiam* [76], et illud : *Abominatio desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta* [77]. Quin et nos dicere consuevimus : est mihi propheta Jeremias aut apostolus.

QUÆST. CXXXV. Si verus ille Christus est, qui actionem et appellationem divinæ Scripturæ consentaneam habet, Christum autem vocatum iri Emmanuelem divina Scriptura prædixit [78] : quomodo verus Christus existimabitur Dominus, qui ex quo natus est, nusquam Emmanuelis cognomen accepit? Postquam enim Christus advenit, nemo illum Emmanuelis appellatione nominatim designavit.

RESP. Si in evangelicis narrationibus continetur divinarum de Christo prædictionum eventus, nosque beatus Matthæus edocuit ipsum esse, quem divina prædictio Emmanuelis nomine vocatum iri præstituit, quomodo non vocatur Emmanuelis nomine? Non desiit autem sancta Dei Ecclesia, sancti Evangelii instituta disciplina, Emmanuelem appellare Dominum. Habemus autem Christi appellatione cæteras omnes inclusas Christi appellationes, etsi non omnibus semper utimur. Neque enim quia vocatur, Emmanuel est, sed quia est, vocatur.

QUÆST. CXXXVI. Si parentes aspernari divina vetat Scriptura [79], et qui vetita facit, peccator dicitur, quomodo Dominus Christus, qui variis in locis parentes aspernatus est, a peccato immunis ostenditur? Nam in nuptiis, dum dicit : *Quid mihi et tibi, mulier?* [80] matrem objurgavit; et quando illum voluit videre mater, matrem et fratres eos appellavit, qui voluntatem Dei faciunt [81]. Ac rursus cum beatus dictus est venter, qui eum portavit, et ubera, quæ eum lactaverunt, ipse beatos dixit eos qui voluntatem Dei faciunt [82]; quæ quidem omnia ad contumeliam matris ab eo existimantur dicta, quia cum mater ejus nominata esset et beata prædicata, ipse alios ei opposuit, quos beatos prædicavit. Hæc autem opponendi ratio, ut manifestum est, de contrariis rebus accipitur. Præterea si sanctam Virginem in tantæ dispensationis ministerium elegit, quomodo indigna virgo existimata, quæ beata prædicaretur ob ea quæ dicta sunt? Quod si quæ dicta sunt, secum invicem **501** pugnant : quomodo secum invicem pugnantia non se invicem dissolvent?

[76] Act. VIII, 30. [77] Matth. XXIV, 15. [78] Isa. VII, 14 [79] Exod. XX, 12. [80] Joan. II, 4. [81] Matth. XII, 47. [82] Luc. XI, 27.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἔθος ἐστὶν οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τῇ θείᾳ Γραφῇ τῷ τοῦ εἰρηκότος τὸν λόγον ὀνόματι ὀνομάζειν τὸν λόγον, εἰς δήλωσιν τοῦ τίνος εἶναι τὸν λόγον (29)· ὡς τό· *Ἐκάθητο ὁ εὐνοῦχος ἐπὶ τοῦ ἅρματος, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν*, καὶ πάλιν· *Τὸ βδέλυγμα*, φησὶ, *τῆς ἐρημώσεως τὸ εἰρημένον τῷ προφήτῃ Δανιήλ*. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡμῖν ἔθος λέγειν, ἐκτησάμην τὸν προφήτην Ἱερεμίαν, ἢ τὸν ἀπόστολον.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΕ'. Εἰ ἀληθινός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τὴν πρᾶξιν καὶ τὴν κλῆσιν κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν ἐπιδεικνύμενος, Ἐμμανουὴλ δὲ καλεῖσθαι τὸν Χριστὸν ἡ θεία Γραφὴ προηγόρευσε, πῶς ἀληθινὸς ὁ Κύριος νομισθήσεται, ὁ μετὰ τὸ τεχθῆναι μηδαμοῦ τοῦ Ἐμμανουὴλ τὴν προσηγορίαν δεξάμενος; Οὐδεὶς γὰρ τὸν ἐλθόντα Χριστὸν τῇ κλήσει τοῦ Ἐμμανουὴλ ἐπὶ λέξεως προσηγόρευσεν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς διηγήμασι περιέχεται τῶν θείων περὶ Χριστοῦ προῤῥήσεων ἡ ἔκβασις, παραδέδωκε δὲ ἡμῖν αὐτὸν εἶναι τὸν κατὰ θείαν πρόῤῥησιν προορισθέντα τῷ τοῦ Ἐμμανουὴλ καλεῖσθαι ὀνόματι ὁ μακάριος Ματθαῖος· πῶς οὐ καλεῖται τῷ τοῦ Ἐμμανουὴλ ὀνόματι; Οὐ διέλιπε δὲ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία (30), θοῦσα ἐκ τῆς διδασκαλίας τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, Ἐμμανουὴλ ὀνομάζειν τὸν Κύριον. Ἔχομεν δὴ ἐν τῇ ὀνομασίᾳ τοῦ Χριστοῦ πάσας τὰς λοιπὰς ὀνομασίας τοῦ Χριστοῦ περιεχομένας, εἰ καὶ μὴ πάσαις ἀεὶ κεχρήμεθα. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ καλεῖται, Ἐμμανουὴλ ἐστι· ἀλλ', ἐπειδή ἐστι, καλεῖται.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΖ'. Εἰ τὸ τοὺς γονέας ἀθετεῖν ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς ἀπηγόρευται, καὶ ὁ μετιὼν τὰ ἀπηγορευμένα, ἁμαρτωλὸς ὀνομάζεται· πῶς ἐν διαφόροις τόποις τοὺς οἰκείους γονεῖς ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἀθετήσας, ἀναμάρτητος δείκνυται; Ἐν μὲν γὰρ τῷ γάμῳ διὰ τό· *Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι;* τῇ μητρὶ λέγειν, ἐπέπληξεν· ἡνίκα δὲ θεάσασθαι αὐτὸν ἡ μήτηρ ἠθέλησε, μητέρα καὶ ἀδελφοὺς τοὺς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιοῦντας ὠνόμασε. Καὶ πάλιν, ὅτε ἐμακαρίζετο ἡ βαστάσασα αὐτὸν κοιλία, καὶ οἱ μαστοὶ οὓς ἐθήλασε, τοὺς ποιοῦντας τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ αὐτὸς ἐμακάριζεν· ἅπερ ἅπαντα ἐφ' ὕβρει τῆς μητρὸς παρ' αὐτοῦ νομίζονται λέγεσθαι, διότι (31) τῆς μητρὸς αὐτοῦ ὀνομασθείσης καὶ μακαρισθείσης, κατὰ ἀντιδιαστολὴν αὐτῆς, ὑπ' αὐτοῦ ἐμακαρίσθησαν ἕτεροι. Ἡ δὲ ἀντιδιαστολὴ, δῆλον ὅτι ἐπ' ἐναντίων πραγμάτων λαμβάνεται. Ἄλλως τε εἰ τὴν ἁγίαν Παρθένον (32) εἰς τὴν τοσαύτης οἰκονομίας ὑπουργίαν ἐκλέλεκται, πῶς ἀναξία μακαρισμοῦ κατὰ τὰ προλεχθέντα ἡ Παρθένος νενόμισται; εἰ δὲ τὰ ῥηθέντα ἐναντίως ἔχει πρὸς ἄλληλα, πῶς τὰ ἀλλήλοις ἐναντία τὴν παρ' ἀλλήλων οὐ λαμβάνει κατάλυσιν;

(29) *Εἶναι τὸν λόγον*. Melius, ut idem monet, τίνος ἐστὶν ὁ λόγος. Sed hic scriptor scatet ejusmodi sermonis nævis.

(30) *Ἐκκλησία*. Legendo μαθοῦσα nihil ad sensum explendum deerit, neque id Langum et Sylburgium latuit.

(31) *Διότι*. Ita scripsit Sylburgius pro eo quod habebat R. Stephanus διὰ τό.

(32) *Παρθένον*. R. Stephanus et mss. addunt ἦν εἰς. Prior vocula in aliis editionibus expuncta.

Digitized by Google

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ, *Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι*; οὐ πρὸς ἐπίπληξιν εἴρηται τῇ μητρὶ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, ἀλλὰ πρὸς ἔνδειξιν τοῦ μὴ ἡμᾶς, φησὶν, εἶναι τοὺς ἀναδεδεγμένους τοῦ ἐν τῷ γάμῳ ἀναλισκομένου οἴνου τὴν φροντίδα· ὅμως ἐκ πολλῆς ἀγάπης, εἰ θέλεις, ἵνα μὴ λείψῃ αὐτοῖς οἶνος, εἰπὲ τοῖς ὑπηρέταις, ἵνα ποιήσωσιν ἃ λέγω αὐτοῖς, καὶ βλέψεις ὅτι οὐ μὴ λείψει αὐτοῖς οἶνος· ὅπερ καὶ γέγονεν. Οὐκ ἂν οὖν λέξει τὴν μητέρα ἐπέπληξεν, ἣν τοῖς ἔργοις ἐτίμα. Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις φωναῖς οὐχ ὡς ἀποστερῶν τὴν μητέρα τῆς πρεπούσης τιμῆς, ἀλλὰ δείκνυσι κατὰ ποίαν μητρότητα μακαριστὴ ἐστιν ἡ Παρθένος. Εἰ γὰρ ὁ ἀκούων τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ φυλάττων, αὐτὸς ἀδελφός ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ, προσῆν δὲ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἀμφότερα· δῆλον ὅτι κατὰ ταύτην τὴν μητρότητα ἐχρῆν μακαρίζεσθαι τὴν μητέρα αὐτοῦ. Τὸ γὰρ ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ φυλάττειν, ἀρετῆς ἐστι καὶ καθαρᾶς ψυχῆς, ὅλης πρὸς τὸν Θεὸν βλεπούσης. Καὶ ἐπειδὴ οὐ τὴν τυχοῦσαν γυναῖκα ἐπελέξατο ὁ Θεὸς γενέσθαι μητέρα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὴν πασῶν γυναικῶν ταῖς ἀρεταῖς ὑπερκειμένην, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἀπὸ ταύτης τῆς ἀρετῆς ἐβούλετο μακαρίζεσθαι τὴν μητέρα αὐτοῦ, δι' ἧς ἠξιώθη παρθένος μήτηρ γενέσθαι. Ὅτι δὲ πρὸς ἀτιμίαν ἢ ἀπείθειαν γονέων οὐδαμῶς ἐμφαίνεται ὁ Χριστὸς πεποιηκώς τι, μαρτυρεῖ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς, λέγων περὶ αὐτοῦ, ὅτι *κατέβη μετὰ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς*.

A RESP. Illud, *Quid mihi et tibi, mulier* [83], non ad objurgationem dictum est matri a Salvatore, sed ut ostenderet, nequaquam nos esse, inquit, qui vini in nuptiis consumendi curam suscepimus; sed tamen ex singulari charitate, si vis, ne deficiat eos vinum, dic ministris, ut faciant quæ dicam, ac videbis non eis defuturum vinum : quod et factum est. Nequaquam ergo matrem verbis objurgasset, quam actionibus colebat. In aliis autem vocibus non matrem consentaneo honore privat, sed ostendit ob qualem matris titulum beata sit virgo prædicanda. Nam si qui audit verbum Dei et custodit illud, frater est Dei et soror et mater, ac utrumque inerat matri ejus, manifestum est ob hanc matris notionem ipsius matrem beatam fuisse prædicandam. Nam audire verbum Dei et custodire, virtutis est et puræ animæ, quæ tota in Deum intenta est. Et quia non quamlibet mulierem elegerat Deus, ut Christi mater fieret, sed eam, quæ mulieres omnes virtutibus superabat, propterea Christus voluit ut mater sua ab hac etiam virtute beata prædicaretur, per quam consecutus est, ut virgo mater fieret. Nihil autem a Christo factum reperiri, quod aut contumeliæ in parentes aut negatæ obedientiæ significationem haberet, testatur Lucas evangelista, qui de illo dicit: *Hierosolymis descendit cum Josepho et Maria, et erat subditus illis* [84].

B

'ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΖ'. Εἰ πρὸ τοῦ τάφου ἡ Μαρία τὸν Κύριον τῷ μύρῳ ἠλειψεν, ἡμεῖς δὲ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἐν τῷ βαπτίσματι τελοῦμεν τὰ σύμβολα, πῶς πρῶτον μὲν ἐλαίῳ χριόμεθα, ἔπειτα δὲ τὰ προλεχθέντα ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τελέσαντες σύμβολα, τῷ μύρῳ σφραγιζόμεθα ὕστερον, καὶ κατ' ἐναντίωσιν τῶν περὶ τὸν Κύριον γεγονότων ταῦτα ποιεῖν οὐ νομίζομεν, εἴγε πρῶτον ὁ Κύριος τῷ μύρῳ ἠλείψατο, καὶ ὕστερον ἔπαθε; Πῶς δὲ καὶ οὐ περιττὴ ἡ χρίσις τοῦ ἐλαίου προσφέρεται τοῖς βαπτίζεσθαι μέλλουσιν, εἴγε μόνῳ τῷ μύρῳ πρὸς τῷ πάθει ἐχρίσθη ὁ Κύριος;

C QUÆST. CXXXVII. Si ante sepulturam Maria Dominum unguento unxit [85], nos autem passionis ejus et resurrectionis in baptismo celebramus symbola, cur primum oleo ungimur, deinde, postquam prædicta in lavacro celebravimus symbola, unguento demum ungimur? Quomodo nobis hæc facere non videmur contra quam circa Dominum facta sunt, si quidem primo Dominus unguento unctus, deinde passus est? Quomodo autem non etiam frustra olei unctio adhibetur baptizandis, si quidem solo unguento sub passionem unctus est Dominus?

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐπειδὴ ἃ ποιεῖ (33) . . τὸν ἐνταφιασμὸν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ ποιεῖ τοῦ ἐνταφιαζομένου· ἡ δὲ μακαρία Μαρία πρὸ τοῦ θανάτου ἐμύρισε τὸν Κύριον (κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Ὃ ἐποίησε, φησὶν, αὕτη, πρὸς ἐνταφιασμόν μου ἐποίησε· προλαβοῦσα γὰρ ἐμύρισέ μου τὸ σῶμα*. Τὸ δὲ *προλαβοῦσα* ἀντὶ τοῦ, πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ ἐμύρισέ μου τὸ σῶμα)· διὰ τοῦτο οὐδὲ γίνεται κατ' ἐναντίωσιν, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τοῦ Κυρίου γεγονὸς πρὸ τοῦ καιροῦ, τοῦτο ἐπὶ τῶν βαπτιζομένων γίνεται ἐν τῷ δέοντι καιρῷ. Χριόμεθα δὲ τῷ παλαιῷ ἐλαίῳ (34), ἵνα γινώμεθα χριστοί· τῷ δὲ μύρῳ πρὸς ἀνάμνησιν τοῦ τὴν

RESP. Quandoquidem quæ Ecclesia ad sepulturam facit, ea post mortem illius facit qui sepultus fuit, beata autem Maria Dominum unxit ante mortem (sicut scriptum est: *Quod fecit hæc, ad sepulturam meam fecit : prævenit enim ut ungeret corpus meum* [86]. Illud autem *prævenit*, idem valet ac, ante idoneum tempus unxit corpus meum), propterea nihil fit quod contrarium sit, sed quod circa Dominum ante tempus factum est, id in baptizandis fit convenienti tempore. Ungimur autem veteri oleo, ut Christi efficiamur, unguento autem ad recordationem Salvatoris Christi, qui unguenti unctionem

D

[83] Joan. II, 4. [84] Luc. II, 51. [85] Matth. XXVI. [86] Marc. XIV, 8.

(33) *Ποιεῖ*. Supplendo Ἐκκλησία εἰς, absolutam suis numeris sententiam habebimus. Infra legendum videtur διὰ τοῦτο οὐδὲν γίνεται.

(34) *Παλαιῷ ἐλαίῳ*. Legendum existimavit Sylburgius ἁπλῷ ἐλαίῳ, *simplici oleo*, quod opponitur unguento. Observat vir longe doctissimus, Eusebius Renaudot *Perpet. Fid.* tom. V, p. 149, oleum, quo unguntur catechumeni, apud Syros vocari γαλλίλαιον, id est ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, *oleum exsultationis*. Forte ergo scriptor iste, quem Syrum fuisse multa indicant, scripserit Γαλιλαίῳ, ex quo factum, inscitia librariorum, παλαιῷ ἐλαίῳ.

Digitized by Google

sepulturam suam esse duxit, ac nos per figuram quidem **502** hac in vita, revera autem in futura in communicationem passionum suarum et gloriæ vocavit.

QUÆST. CXXXVIII. Si justus est qui peccantem ob delictum ulciscitur, quomodo justus Deus, qui tantam multitudinem neci dedit ob aliorum delicta: Jonatham dico et Davidem, qui lapsi sunt, primus quidem quod, ex ignorantia, jejunium degustando melle solverit, alter vero quod populum inconsiderate recensuerit. Quod si quis dicat subditorum mortem principum pœnam fuisse, quomodo non injustus, qui innocentes pœnis subjicit? Quomodo non adversatur Scripturæ dicenti: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur?* [87].

RESP. Gravissimam esse pœnam delinquentium regum, populi pœnam declarat ipse beatus David, dum Deum precatur, ut in se et in domum suam a populo plagam transferat. Regnum enim quatit subditorum imminutio. Similiter et Saul occisurus erat filium suum Jonatham, ut illius cæde plagam populi sanaret, nisi occupans populus jurasset se non passurum ut Jonathas occideretur. Et quemadmodum constat homo ex anima et corpore, ita regnum ex rege et subditis. Et quemadmodum si quis manu deliquerit et tergo vapulet, nequaquam iniquus est qui eum verberat, ita nec iniquus Deus, dum populum punit ob regum delicta. Valde enim reges angere solet populi plaga Est enim regni punitio plaga populi. Μεγάλως γὰρ οἶδεν ἀνιᾷν τοὺς βασιλεῖς ἡ πληγὴ τοῦ λαοῦ. Τῆς γὰρ βασιλείας ἐστὶ τιμωρία ἡ πληγὴ τοῦ λαοῦ.

QUÆST. CXXXIX. Si Deus unus est Deus, liquet eum, in omnibus ut unum sit, obtinere: videlicet simplex aut compositum, mortale aut immortale, genitum aut ingenitum, gignere aut non gignere. Quo igitur modo, cum Pater gignat, et Filius non gignat, atque Filius gignatur, et Pater non gignatur, Deus unus vocari potest, Pater et Filius et Spiritus sanctus: cum hoc ipsum gigni aut non gigni, gignere aut non gignere, contraria Deo in esse significet?

RESP. Unus Deus est, coexsistentia trium divinarum subsistentiarum, quæ inter se distant non essentia, sed exsistentiæ modis. Differentia autem exsistentiæ modorum, non distinguit essentiæ unitatem. Et quemadmodum in Adamo, et Eva, et

[87] Ezech. xviii, 4.

A χρίσιν τοῦ μύρου ἐνταφιασμὸν (35) ἑαυτοῦ λογιζομένου· καὶ τύπῳ μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀληθείᾳ δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος εἰς τὴν κοινωνίαν (36) τῶν τε ἑαυτοῦ παθημάτων καὶ τῆς δόξης ἡμᾶς καλεσαμένου Σωτῆρος Χριστοῦ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΗ'. Εἰ δίκαιός ἐστιν ὁ τὸν ἁμαρτηκότα ὑπὲρ ὧν ἥμαρτε τιμωρούμενος, πῶς δίκαιος ὁ Θεὸς ὁ τοσοῦτον λαὸν διὰ πταίσματα θανατώσας ἑτέρων; λέγω δὲ πταίσαντας τὸν Ἰωνάθαν καὶ τὸν Δαβίδ· τὸν μὲν ἐξ ἀγνοίας λύσαντα τὴν νηστείαν τῇ γεύσει τοῦ μέλιτος, τὸν δὲ προπετῶς τὸν λαὸν ἀριθμήσαντα. Εἰ δέ τις λέγοι ὡς τῶν ὑπηκόων ὁ θάνατος ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν ἀρχόντων ἐγίνετο, πῶς οὐκ ἀδικεῖ, τοὺς ἀναιτίους ὑποβάλλων κολάσεσιν; ἐναντιοῦται δὲ τῇ λεγούσῃ Γραφῇ, ὅτι, *Ψυχὴ ἡ ἁμαρτήσασα, αὐ-*
B *τὴ ἀποθανεῖται*.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὅτι πικροτάτη τιμωρία τῶν ἡμαρτηκότων βασιλέων ἡ τιμωρία τοῦ λαοῦ, δηλοῖ αὐτὸς ὁ μακάριος Δαβὶδ, δεόμενος τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτόν τε καὶ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ μεταγαγεῖν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τὴν πληγήν. Σάλος γάρ ἐστι τῆς βασιλείας ἡ μείωσις τῶν βασιλευομένων. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Σαοὺλ ἔμελλεν ἀναιρεῖν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰωνάθαν, ἵνα τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ τὴν πληγὴν ἰάσηται τοῦ λαοῦ, εἰ μὴ φθάσας ὁ λαὸς ὤμοσε μὴ ἀποθανεῖν ἐᾶσαι τὸν Ἰωνάθαν. Καὶ ὡς σύγκειται ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, οὕτως καὶ ἡ βασιλεία σύγκειται ἐκ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν βασιλευομένων. Καὶ ὥσπερ ἁμαρτήσας ὁ ἄνθρωπος ἁμάρτημα διὰ χειρὸς, καὶ τυπτηθῇ εἰς τὸν νῶτον, οὐκ ἀδικεῖ ὁ τυπτήσας αὐτὸν, οὕτως οὐκ ἀδικεῖ Θεὸς ἐπὶ
C τοῖς τῶν βασιλέων πταίσμασιν τὸν λαὸν τιμωρούμενος.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΛΘ'. Εἰ εἷς ἐστι Θεὸς, δῆλον, ὅτι καὶ πάντα (37) κέκτηται τὸ εἶναι ἓν· οἷον τὸ ἁπλοῦν ἢ τὸ σύνθετον, τὸ θνητὸν ἢ τὸ ἀθάνατον, τὸ γεννητὸν ἢ τὸ ἀγέννητον, τὸ γεννᾷν ἢ τὸ μὴ γεννᾷν. Πῶς οὖν τοῦ μὲν Πατρὸς γεννήσαντος, καὶ τοῦ Υἱοῦ μὴ γεννήσαντος· καὶ τοῦ Υἱοῦ γεννηθέντος, τοῦ δὲ Πατρὸς μὴ γεννηθέντος, δύναται εἷς Θεὸς καλεῖσθαι ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα, ἐξ αὐτοῦ τοῦ γεννᾶσθαι ἢ μὴ γεννᾶσθαι, καὶ τοῦ γεννᾷν καὶ μὴ γεννᾷν τὴν ἐναντίωσιν κεκτῆσθαι νομιζομένου;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς τῇ συνυπάρξει τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων, τῶν διαφερουσῶν ἀλλήλων οὐ τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ τοῖς τῆς ὑπάρξεως τρόποις. Ἡ διαφορὰ δὲ τῶν τῆς ὑπάρξεως τρόπων οὐ διαιρεῖ τὸ ἓν
D τῇ οὐσίᾳ. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ τῆς Εὔας,

(35) *Ἐνταφιασμόν*. Jam supra dixerat sepulturæ Christi in hac unguenti unctione imaginem exhiberi. Accuratius multo Cyrillus Hierosolymitanus loquitur, dum ait nos *in baptismate, per quamdam similitudinem una cum Christo crucifigi et sepeliri et resurgere*, Christos autem effici, dum unguento ungimur. Cat. 21, n. 1.

(36) *Εἰς κοινωνίαν*. Separanda et distinguenda passionum et gloriæ communicatio, nimirum passionum imitatio imagine continetur in præsenti vita; gloriæ in altera participes revera efficimur. Hæc illustrantur ex simili loco Cyrilli Hierosol., Cat. 20, n. 5. Ὦ ξένου καὶ παραδόξου πράγματος! Οὐκ ἀληθῶς ἀπεθάνομεν, οὐδ' ἀληθῶς ἐτάφημεν, οὐδ' ἀληθῶς σταυρωθέντες ἀνέστημεν· ἀλλ' ἐν εἰκόνι ἡ μίμησις, ἐν ἀληθείᾳ δὲ ἡ σωτηρία. *O novam inauditamque rem! Non vere mortui sumus; nec vere sepulti, nec vere crucifixi resurreximus: sed imagine imitatio, veritate salus continetur.*

(37) *Πάντα*. Id est, κατὰ πάντα. Sylburgius proponit τῷ εἶναι ἓν.

Digitized by Google

καὶ τοῦ Σήθ, εἷς μέν ἐστιν ὁ τῆς οὐσίας λόγος· ψυχὴ γὰρ λογικὴ καὶ σῶμα θνητόν· τρόποι δὲ τῆς ὑπάρξεως διάφοροι· ὁ μὲν γὰρ Ἀδὰμ γέγονεν ἀπὸ τῆς γῆς, ἡ δὲ Εὔα ἐκ τῆς πλευρᾶς, ὁ δὲ Σὴθ ἐκ τοῦ σπέρματος· καὶ ἐν διαφόροις τῆς ὑπάρξεως τρόποις μένει ὁ τῆς οὐσίας λόγος εἷς ἀδιαίρετός τε καὶ ἀπαράλλακτος· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, τῇ ταυτότητι τῆς τῶν προσώπων οὐσίας, εἷς Θεὸς πεπίστευται, ὅ τε Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὐδὲν γὰρ συντελεῖ πρὸς τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὁ τρόπος τῆς ὑπάρξεως. Τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν θείων τριῶν ὑποστάσεων ὡσαύτως ἀπαραλλάκτως λεγόμενα, ἐν τούτοις νόει τὸ ἓν τῆς οὐσίας· τὰ δὲ μὴ ὡσαύτως, ταῦτα νόει τῷ τρόπῳ τῆς τῶν προσώπων ὑπάρξεως.

A Setho, una est essentiæ ratio, anima scilicet rationalis, et corpus mortale, modi vero exsistentiæ diversi; nam Adam e terra factus est, Eva e costa, Seth e semine : et in diversis exsistentiæ modis, manet essentiæ ratio una sine divisione et discrimine : sic et in Deo, identitate personarum essentiæ, unus Deus creditur, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Nihil enim momenti ad essentiæ rationem confert exsistentiæ modus. Proinde quæ de divinis tribus subsistentiis eodem modo sine ullo discrimine dicuntur, in eis unitatem essentiæ intellige; quæ vero non eodem modo, ea de modo exsistentiæ personarum intellige.

Ἐρώτησις ΡΜ'. Εἰ κληρονόμον ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς ὀνομάζει, τοῦτον δὲ κατὰ τὴν παράβασιν (38) οἱ γεωργοὶ, τουτέστιν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπέγνωσαν, καὶ τῆς γεωργίας δεσπόται γενέσθαι ποθήσαντες, ὡς κληρονόμον τὸν κληρονόμον ἀπέκτειναν· πῶς αὐτὸς ὁ Χριστὸς καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος τοῦ τολμήματος αὐτοῖς ἐμαρτύρησαν ἄγνοιαν; Ὁ μὲν λέγων, *Ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν*· ὁ δὲ φάσκων, *Εἰ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.*

503 QUÆST. CXL. Si Christus seipsum hæredem nominat, hunc autem in parabola agricolæ[89], hoc est Judæi, agnoverunt : et dum agriculturæ dominatum concupiscunt, hæredem tanquam hæredem necarunt : quomodo et ipse Christus, et apostolus Paulus, in tam temerario ausu, ignorantiæ eis perhibuerunt testimonium? Ille quidem, dicens : *Dimitte illis, Pater, nesciunt enim quid faciant*[90]; hic autem : *Si cognovissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent*[90].

Ἀποκρισις. Διχῶς ἡ ἄγνοια λέγεται. Ἢ γὰρ μὴ βουλόμενός τις ἀγνοεῖ, ὅταν τὰ πράγματα ὁδηγοῦντα εἰς γνῶσιν οὐκ ἔχῃ· ἢ βουλόμενος ἀγνοεῖ, ὅταν τὰ μὲν πράγματα ἔχῃ ὁδηγοῦντα εἰς γνῶσιν, μὴ βουλόμενος δὲ γνῶναι. Ταύτην δὲ τὴν βουλητὴν ἄγνοιαν οἶδεν ἡ θεία Γραφὴ ποτὲ μὲν ἄγνοιαν, ποτὲ δὲ γνῶσιν ὀνομάζειν· ἄγνοιαν (39) μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ· *Καὶ ἐμὲ οἶδατε, καὶ πόθεν εἰμὶ οἶδατε*· ἀντὶ τοῦ, Δύνασθε ἀφ' ὧν ἐργάζομαι γνῶναι τῆς τε ὀνομασίας τῆς ἐμῆς, καὶ τῶν λόγων μου τὴν ἀλήθειαν· ψευδόμενος γὰρ οὐ δύναται τοιαῦτα ἔργα ποιεῖν. Τὸ δὲ ὑπὸ τῶν γεωργῶν γνωρισθῆναι τὸν κληρονόμον, καθὸ ἐθεάσαντο τοῦτον ὑπὲρ πάντα εἶναι ἄνθρωπον ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ τοῖς ἔργοις οἷς ἐποίει καὶ τῇ κλήσει τοῦ Υἱοῦ κατὰ τὴν ὑποτύπωσιν τῆς παραβολῆς. Ὅτι δὲ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτὸν ἀνίστησιν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκ τῶν νεκρῶν εἰς ἀθάνατον ζωὴν, καὶ τίθησιν αὐτὸν πάντων κληρονόμον, οὐκ ἔγνωσαν. Οὔτε γὰρ ἡ ὑποτύπωσις τῆς παραβολῆς ἔσχε τούτου τὴν ἔμφασιν. Κατὰ ταύτην οὖν τὴν ἄγνοιαν εἶπεν ὁ Χριστὸς, *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν.* Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος· *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.*

RESP. Duobus modis ignoratio dicitur. Vel enim ignorat quis non volens, cum iis destituitur quæ ad cognitionem ducunt; vel volens ignorat, cum adsunt quidem præsidia ad cognitionem ducentia, at cognoscere non vult. Voluntariam hanc ignorationem solet divina Scriptura nunc ignorationem, nunc cognitionem vocare. Cognitionem quidem cum ait : *Et me nostis, et unde sim nostis*[91], id est potestis ex his, quæ operor, cognoscere appellationis meæ et sermonum veritatem : non enim potest talia opera mendax operari. Quod autem ab agricolis hæres cognitus fuit, id contigit quatenus eum videbant hominem supra omnia esse in præsenti vita, tum operibus, quæ faciebat, tum Filii appellatione secundum parabolæ imaginem. Quod autem eum post mortem exsuscitat Deus ac hæredem constituit universorum, id non cognoverunt. Neque enim id parabolæ imago declarabat. De hac igitur ignoratione dixit Christus : *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciant*[92]. Similiter et Apostolus : *Si enim cognovissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent*[93].

Ἐρώτησις ΡΜΑ'. Εἰ μόνος ὁ Χριστὸς τὸν θεῖον νόμον ἀκριβῶς ἐξετέλεσε, πῶς ἐπορεύοντο ἐν τῷ νόμῳ ἄμεμπτοι ὅ τε Ζαχαρίας καὶ ἡ Ἐλισσάβετ, περὶ ὧν ταῦτα ὁ Λουκᾶς ἐμαρτύρησε, καὶ ὁ Παῦλος δὲ κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος;

QUÆST. CXLI. Si solus Christus divinam legem accurate implevit, quomodo *ambulabant inculpati in lege* Zacharias et Elisabet, de quibus id testatus est Lucas[94], ac ipse etiam Paulus secundum justitiam, quæ ex lege est, inculpatus[95]?

Ἀποκρισις. Ἄλλο τὸ ἄμεμπτον, καὶ ἄλλο τὸ ἀνα-

RESP. Aliud est inculpatum, aliud peccati ex-

[89] Matth. xxi, 33. [90] Luc. xxiii, 34. [91] I Cor. ii, 8. [92] Joan. vii, 28. [93] Luc. xxiii, 34. [93] Cor. ii, 8. [94] Luc. i, 6. [95] Philip. iii, 6.

(38) *Παράβασιν*. Melius multo παραβολήν, atque ita interpretatur Langus.

(39) *Ἄγνοιαν*. Probe vidit Sylburgius legendum esse γνῶσιν.

Digitized by Google

pertem esse. Nam peccati expers omnino etiam inculpatus; non jam autem qui inculpatus est, necessario etiam expers peccati. Nam qui admittit contra legem peccatum ignoscendum, is victimarum munere et peccati confessione veniam percipiens, purus fit et inculpatus secundum justitiam quæ ex lege est. Christus autem, utpote peccati expers ac nullatenus legem prætergressus, nihil fecit quod emendatione indigeret. Suscepit autem Joannem Baptistam et ab eo baptizatus est, ut impleret omnem justitiam, quam quidem Paulus, antequam in Christum crederet, nondum acceperat; neque enim persecutus fuisset Ecclesiam. Propterea solus Christus dicitur peccati expers exstitisse.

A μάρτητον. Ὁ μὲν γὰρ ἀναμάρτητος ἐκ παντὸς καὶ ἄμεμπτος, οὐκέτι δὲ ὁ ἄμεμπτος ἐξ ἀνάγκης καὶ ἀναμάρτητός ἐστιν. Ὁ γὰρ ἁμαρτάνων παρὰ τὸν νόμον συγγνωστὴν ἁμαρτίαν, τῇ προσαγωγῇ τῶν θυσιῶν καὶ τῇ ἐξαγορεύσει τοῦ πταίσματος λαβὼν τὴν ἄφεσιν, γίνεται καθαρὸς καὶ ἄμεμπτος κατὰ τὴν ἐκ νόμου δικαιοσύνην. Ὁ δὲ Χριστὸς, ἅτε ἀναμάρτητος ὤν, καὶ οὐδαμῶς παραβὰς τὸν νόμον, οὔτε διεπράξατό τι διορθώσεως δεόμενον· ἐδέξατο δὲ καὶ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπ' αὐτοῦ, ἵνα πληρώσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην· ἣν ὁ Παῦλος πρὸ τοῦ πιστεῦσαι Χριστῷ, οὔπω ἦν δεξάμενος· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐδίωξε τὴν Ἐκκλησίαν. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς μόνος λέγεται ἀναμάρτητος γεγονέναι.

QUÆST. CXLII. Si angelus homine est præstantior, et sacræ litteræ homines deos appellant: quare non convenit ut angeli a nobis dii nominentur?

B Ἐρώτησις ΡΜΒ'. Εἰ ὁ ἄγγελος τοῦ ἀνθρώπου ἀνώτερος, καὶ θεοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἡ Γραφὴ ὀνομάζει, πῶς οὐχ ἁρμόζει καὶ τοὺς ἀγγέλους θεοὺς παρ' ἡμῶν ὀνομάζεσθαι;

RESP. Quicunque in Dei loco conspecti sunt, aut cum hominibus locuti angeli, obtinuere et ipsi nomen Dei, sicut is qui cum **504** Jacobo et Moyse locutus est. Vocati vero sunt et homines dii. Utrisque autem propter commissum sibi munus, datum est obtinere Dei locum et appellationem: quo munere obito, desinunt vocari dii, qui propter aliquod munus Dei nomen accepere. Nam cum angelo commisit curam populi, ad Moysen de eo dixit: *Non eris ei immorigerus, quoniam nomen meum positum est super eum*[96]. Cum autem magistratibus commisit judicium populi, dixit eis: *Justum judicium* C *judicate, quoniam judicium Dei est*[97]. Et iterum: *Dii estis, et filii Altissimi omnes*[98]. Deos illos dixit, quasi diceret: Dedi vobis honorem meum et locum et appellationem: itaque quasi ego judicarem, ita judicate populum.

Ἀποκρισις. Τῶν ἀγγέλων ὅσοι ἐν τάξει Θεοῦ ὤφθησαν, ἢ ἐλάλησαν τοῖς ἀνθρώποις, ἐσχήκασι καὶ αὐτοὶ τοῦ Θεοῦ τὴν κλῆσιν, ὡς λαλήσας τῷ Ἰακὼβ καὶ τῷ Μωϋσῇ. Ἐκλήθησαν δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι θεοί. Ἑκατέροις δὲ, διὰ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτοῖς χρείαν, ἐδόθη τοῦ Θεοῦ τὴν τάξιν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχειν· πληρωθείσης δὲ τῆς χρείας, παύονται τοῦ καλεῖσθαι θεοὶ, οἱ χρείας τινὸς ἕνεκεν εἰληφότες τοῦ Θεοῦ τὴν κλῆσιν. Ὅτε μὲν γὰρ ἐνεχείρισε τῷ ἀγγέλῳ τὴν ἐπιστασίαν τοῦ λαοῦ, ἔφασκε τῷ Μωϋσεῖ περὶ αὐτοῦ· *Μὴ ἀπειθήσῃς αὐτῷ· ὅτι ὄνομά μοι κεῖται ἐπ' αὐτόν.* Ὅτε δὲ ἐνεχείρισε τοῖς ἄρχουσι τὴν κρίσιν τοῦ λαοῦ, φησὶ πρὸς αὐτούς· *Δικαίαν κρίσιν κρίνατε, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστι.* Καὶ πάλιν· *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.* Θεοὺς αὐτοὺς ἔλεγεν, ἀντὶ τοῦ, Ἔδωκα ὑμῖν τὴν τιμὴν τὴν ἐμὴν καὶ τὴν τάξιν, καὶ τὴν κλῆσιν· ὡς οὖν ἐμοῦ κρίνοντος, οὕτως κρίνατε τὸν λαόν.

QUÆST. CXLIII. Si Deus longe superior, homo autem inferior, annon præter fas homo appellatur deus?

Ἐρώτησις ΡΜΓ'. Εἰ ὑπεραναβέβηκε μὲν τὸ Θεὸς, ὑποβέβηκε δὲ τὸ ἄνθρωπος, πῶς οὐκ ἀτάκτως ὁ ἄνθρωπος Θεὸς προσηγόρευται;

RESP. Hæc interrogatio nec christiano congruit nec ethnico. Nam secundum utrumque ad inferiores, pro cujusque gloria, transfertur superioris appellatio. Nequaquam autem ex rebus exploratis instituenda dubitatio, sed ex incertis.

Ἀποκρισις. Αὕτη ἡ ἐρώτησις οὔτε Χριστιανῷ ἁρμόττει, οὔτε Ἕλληνι. Καθ' ἕτερον δὲ εἰς τοὺς ὑποβεβηκότας μετήνεκται τοῦ ὑπεραναβεβηκότος ἡ κλῆσις, κατὰ τὴν ἑκάστου δόξαν. Οὐ χρὴ δὲ ἐκ τῶν ὁμολογουμένων κατασκευάζειν τὴν ἀπορίαν, ἀλλὰ ἐκ τῶν ἀμφιβόλων.

QUÆST. CXLIV. Si Deus habet subsistentiam D exsistentem, et voluntatem inexsistentem, et Filium exsistentem: quomodo tot modis compositus, simplex dicitur?

Ἐρώτησις ΡΜΔ'. Εἰ ἔχει ὁ Θεὸς ὑπόστασιν ὑπάρχουσαν, καὶ βουλὴν ἐνυπάρχουσαν, καὶ Υἱὸν ὑπάρχοντα, πῶς ἐκ τοσούτων συγκείμενος, ἁπλοῦς ὀνομάζεται;

RESP. Sicuti Deus ubique est totus, et totus in unoquoque, totusque in seipso, atque id fide nostra probamus, ita etiam simplicitas ejus tota Filius est, et tota Filium habens est: totaque voluntas est, ac tota voluntatem habens est. Non enim ad instar creatæ naturæ Deus est, ut id quod sit, et id quod habeat, per compositionem intelligatur, sicut [natura creata;] verum pro eo atque naturam ob-

Ἀποκρισις. Ὁ Θεὸς ὥσπερ ὅλος ἐστὶ παντοχοῦ, καὶ ὅλος ἐν ἑκάστῳ, καὶ ὅλος ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ τούτου πίστιν μὲν ἔχομεν, οὕτως καὶ τὸ ἁπλοῦν αὐτοῦ ὅλον Υἱός ἐστι, καὶ ὅλον υἱὸν ἔχον ἐστί· καὶ ὅλον βουλή ἐστι, καὶ ὅλον βουλὴν ἔχον ἐστίν. Οὐ γάρ ἐστι κατὰ τὴν κτιστὴν φύσιν ὁ Θεὸς, ὥστε τὸ εἶναι αὐτὸν, καὶ τὸ ἔχειν, νοηθῇ ἐν συνθέσει, ὥσπερ... ἀλλ' ὥσπερ (40) τὴν φύσιν ὢν (41), οὕτως καὶ τὸ

[96] Exod. XXIII, 21. [97] Deut. I, 16. [98] Psal. LXXXI, 1.

(40) Ὥσπερ. Lacunam explent Langus et Sylburgius legendo ὡς ἐν ταῖς κτισταῖς φύσεσιν.

(41) *Τὴν φύσιν ὤν.* Legitur ad marginem in Regio codice τὸ φύσει ὄν.

Digitized by Google

εἶναι αὐτὸν, καὶ τὸ ἔχειν, ἐστὶν ὑπὲρ τὴν σύν- A tinet, ita etiam intelligendus est, id quod sit, et id
θεσιν. quod habeat, obtinere supra compositionem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜΕ'. Εἰ δι' ὧν ἡ σὰρξ, διὰ τούτων καὶ τὸ αἷμα συνίσταται, διὰ τί τὴν μὲν βρῶσιν τῆς τῶν ζώων σαρκὸς ὁ Θεὸς ἐπιτρέπει, τὴν δὲ ἐν τῷ αἵματι ἀπαγορεύει μετάληψιν; *Πλὴν κρέας*, λέγων, *ἐν αἵματι οὐ φάγεσθε.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἵνα καὶ ἐν τούτῳ χωρίσῃ ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῆς τῶν θηρίων ὁμοιότητος, τῶν σὺν τῇ βρώσει τῆς σαρκὸς λαπτόντων καὶ τὸ αἷμα, ὧν τὰς σάρκας ἐσθίουσιν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΜϚ'. Εἰ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῶν ἀληθῆ τὴν ἔκβασιν ἐσχηκότων, καὶ διὰ τῶν παρ' Ἕλλησι μάντεων τὸ μέλλον ἔσεσθαι προεμήνυσεν, ὁπηνίκα (42) Ἕλληνες πρὸς Ἕλληνας διεμάχοντο, πολλάκις κατὰ χρησμὸν πράξαντές τι, ὧν ἡ θεία Γραφὴ τὴν πρᾶξιν ἀπηγόρευσε, B τῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ πεύσει κειμένων δεινῶν ἀπηλλάγησαν; οἷον ἐπὶ μὲν πολέμου, ὡς ὅταν οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις ἄρδην μὲν καταστρέφειν τὴν προῤῥηθεῖσαν πόλιν ἔμελλον· μαντευσαμένου δὲ Τειρεσίου, ὁ Μενοικεὺς κατὰ τὸ δοκοῦν τῇ μαντείᾳ, ἑαυτὸν ἑτοίμως κατέσφαξε, καὶ οὕτως κατὰ τὴν πρόῤῥησιν τῆς μαντείας, ἡ μὲν πόλις διεσώθη, οἱ δὲ πολέμιοι ὑπὸ τῶν ἐν τῇ πόλει ἀνῃρέθησαν· καὶ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πολέμοις τροπαίων ἓν ἐκ πολλῶν ἡμῖν εἴρηται.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ ποιῶν τὴν λύσιν τῶν ζητουμένων, πρῶτον ὀφείλει θεῖναι τὰ ὁμολογήματα, εἶτα ἐξ αὐτῶν ποιήσασθαι τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν. Ἔστι δὲ τῶν ὁμολογουμένων τὸ ἕνα εἶναι Θεὸν δημιουργόν τε καὶ προνοητὴν τοῦ κόσμου παντὸς, ὃν καταγγέλ- C λουσιν αἱ θεῖαι τῶν Χριστιανῶν Γραφαὶ λόγοις θείαις δυνάμεσι μεμαρτυρημένοις· παρ' οὗ ἐστι τῶν μελλόντων ἥ τε πρόῤῥησις καὶ ἡ ἔκβασις. Ἐκβάλλουσι δὲ αἱ Γραφαὶ αἱ τοῦτον καταγγέλλουσαι τοὺς τῶν Ἑλλήνων θεούς· *Εἰ ἀλλάξουσι*, φησὶ, *τὰ ἔθνη τοὺς θεοὺς αὐτῶν*· καὶ, *Αὐτοὶ οὐκ εἰσὶ θεοί.* Ὧν δὲ οὐκ εἰσὶν οἱ θεοὶ θεοὶ, τούτων οὐδὲ οἱ μάντεις εἰσὶν ἀληθείας προφῆται, οὐδ' ἡ αὐτῶν πρόῤῥησις ἀναπόδραστόν τε καὶ ἀληθῆ ἔχει τὴν ἔκβασιν. Ὥσπερ γάρ εἰσι μακρὰν τῆς ἀληθινῆς θεότητος, οὕτως καὶ τῆς τῶν μελλόντων προγνώσεως. Ὅτι δὲ (43) καὶ ἐν τῇ μάχῃ τῶν Ἑλλήνων πρὸς Ἕλληνας, τῶν πολυτρόπως, μάλιστα ἐν τοῖς πολέμοις, ταῖς μαντείαις χρησαμένων, ὁ τῶν Χριστιανῶν Θεὸς τὴν ἰδίαν ἔστησε βούλησιν, μαρτυρεῖ μὲν ἡ μάχη Ἀλεξάνδρου καὶ Δαρείου· τοῦ μὲν κρατύνας τὰς D μαντείας, τοῦ δὲ καταργήσας· μαρτυρεῖ δὲ καὶ τοῦ Ἀσσυρίου ἡ μάχη ἣν εἶχε πρὸς τὰ ἄλλα πολλὰ καὶ ἰσχυρὰ ἔθνη, ἣν ὁ Θεὸς *ῥάβδον τῆς ὀργῆς* καὶ *πρίονα* ἐκάλεσε, ποτὲ μὲν λέγων· *Ἰδοὺ ὁ Ἀσσύριος, ῥάβδος ἐστὶ τῆς ὀργῆς μου· ἐπὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν ἀποστελῶ* (44) *αὐτόν*· ποτὲ δὲ λέγων περὶ αὐτοῦ· *Μὴ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτόν;*

QUÆST. CXLV. Si per quæ caro, per eadem et sanguis consistit : quare Deus carnis animantium esum permittit, carnis autem in sanguine usum interdicit? *Excepto*, inquit, *quod carnem in sanguine non comedetis* [39].

RESP. Ut ea quoque re Deus nos a ferarum similitudine secerneret, quæ cum carnis esu sanguinem etiam lambunt eorum, quorum carnibus vescuntur.

QUÆST. CXLVI. Si Deus in iis, quæ vere ad exitum perducta sunt, etiam per Græcorum vates futurum prænuntiavit, quare cum Græci pugnarent cum Græcis, sæpe postquam ex oraculi monitu aliquid fecere, quod divina lege vetitum est, calamitatibus in secunda interrogatione positis liberati sunt? Velut in bello, cum septem illi apud Thebas duces funditus prædictam urbem eversuri essent, Tiresia responsum dante Menœceus oraculo morem gerens, seipsum libens interemit, sicque secundum oraculi vaticinium servata urbs et a civibus interempti hostes. Atque illud victoriæ in bello reportatæ exemplum unum de multis attulimus.

RESP. Qui solutionem quæstionum suscipit, **505** is primo res exploratas statuere debet, ac deinde ex eis quæstionum solutionem perficere. Illud autem in rebus exploratis est, unum esse Deum opificem et gubernatorem totius mundi, quem divinæ Christianorum Scripturæ verbis annuntiant divinarum virtutum testimonio confirmatis, a quo est futurorum prædictio et eventus. Projiciunt autem Scripturæ, quæ illum prædicant, deos Græcorum. *Si mutabunt*, inquit, *gentes deos suos, et ipsi non sunt dii*[1]. Quorum autem dii non sunt dii, horum nec vates prophetæ sunt veritatis, nec eorum prædictio inevitabilem et verum habet eventum. Quemadmodum enim procul sunt a vera deitate, ita et a futurorum præcognitione. In pugnis autem Græcorum adversus Græcos, qui multifariam, præsertim in bellis, usi sunt oraculis, Christianorum Deum propriam statuisse voluntatem, testatur et Alexandri et Darii pugna, quorum alterius vaticinia confirmavit, alterius subvertit; testatur et Assyrii cum aliis multis ac fortibus gentibus pugna, quem Deus *virgam furoris* et *serram* vocavit : quandoque dicens : *Ecce Assyrius, virga furoris mei est; adversus gentem peccatricem mittam eum.* Quandoque de eo inquiens : *Nunquid exaltabitur serra absque eo qui trahit illam*[2]? Sane quidem quod Assyrius per prosperum responsorum,

[39] Gen. IX, 4. [1] Jer. II, 11. [2] Isa. X, 15.

(42) *Ὁπηνίκα*. Deest πῶς ante hanc vocem.

(43) *Ὅτι δέ*. Sic habent editiones posteriores. At. R. Stephanus mss. ὅτε δέ, et mox μαρτυρεῖ δὲ ἡ μάχη. Paulo post leg. ὃν ὁ Θεὸς ῥάβδον.

(44) *Ἀποστελῶ*. Hoc verbum ex Bibliis desumptum a Sylburgio, moxque additum ὑψωθήσεται. Infra leg. κρατύνασα, vel casus est absolutus.

Digitized by Google

quæ a diis suis per vates acceperat, eventum, tanquam serra conscidit et dilaceravit miserabiles gentes, quæ et ipsæ, itidem ut ille, oraculorum fiducia, bellum cum ipso commisere, et spe acceptorum responsorum decidere, permittente Deo id est factum, ut scilicet oracula Assyrii votis responderent, gentes autem vaticiniis suis fallerentur. De quibus Deus per prophetam Isaiam : *Remisi manum meam, et aruerunt.* Asyrius vero : *Nunquid*, ait, *liberarunt dii gentium terram eorum de manu mea, ut eruat Dominus Jerusalem ex manu mea*[1]? Secundum oracula, quæ Assyrius a vatibus acceperat, ejusmodi prolocutus est verba contra gentes, et contra Hierusalem. Atque is adversus gentes eventu oraculorum felici est potitus, Deo permittente : adversus Hierosolyma autem, eorumdem exitu potitus non est, Deo non permittente. Quomodo igitur oraculo frustrati sunt septem illi duces apud Thebas, quominus urbem eam prorsus exscinderent? Infelix enim oraculi exitus argumentum est infirmitatis illius, a quo ea per oraculum prædicta quæ non evenerunt. Ac si, juxta minime fallacem Servatoris vocem, absque Deo ne passer quidem in terram cadit : multo profecto minus populus universus, aut urbs tota interit, Deo non permittente. Quod vero quævis profana gens, quæ a gente itidem profana exstincta est, virga et serra furoris Dei interierit, manifesto apparet ex his quæ de Assyrio sunt dicta. Ad hæc, si ea quæ a Græcis de Tiresia vate memorata sunt, omni ex parte sunt ridicula : quomodo fieri potest, ut quæ ille dixit, vera fuerint? Fertur enim de eo, **506** virum ipsum et feminam fuisse, et utrorumque habuisse formas, et cum multas inter deos diremisset contentiones, hanc ob causam, iratam illi Junonem, cæcitatem immisisse : Jovem autem, ut casum ejus solaretur, divinatione illum donavisse. Porro cum incredibilia sint, quæ de ipso fabulose narrata sunt, quomodo vera esse possint quæ ipse fabulatus est? Denique si, ut Græci dicunt, quæ Parcarum fusis evoluta sunt revolvi non possunt, quomodo non inutilia utentibus oracula, Parcis ad finem ineluctabilem necessario ea perducentibus, quæ earum sint evoluta fusis? Quæ si ita habent, quomodo non falsa quæ alia ab aliis tolluntur, Parcæ videlicet, et divinationes? Quomodo vero Menœceus non frustra seipsum necavit de oraculi sententia : cum causa, cur hostes occiderentur, urbs autem servaretur, non ex dæmone, qui per vatem responsum edidit, sed ex Domino vero Deo, quid id permisit, exstiterit?

Καίτοι (45). . . ὁ Ἀσσύριος ὅτι κατὰ τὰς ἐπιτυχίας τῶν χρησμολογημένων (46) οὓς εἵληφε παρὰ τῶν θεῶν αὐτοῦ διὰ τῶν μάντεων, πρίζει καὶ σπαράσσει τὰ ἐλεεινὰ ἔθνη τὰ ὁμοίως αὐτῷ, τῇ πεποιθήσει τῶν χρησμῶν συμβεβληκότα αὐτῷ εἰς πόλεμον, καὶ ἀποτετυχηκότα τῆς διὰ χρησμῶν ἐλπίδος, τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος, ἐπιτυχεῖν μὲν τῶν χρησμῶν τὸν Ἀσσύριον, ἀποτυχεῖν δὲ τὰ ἔθνη. Περὶ ὧν ὁ μὲν Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου φησὶν ὁ Θεός· *ἀνῆκα τὴν χεῖρά μου, καὶ ἐξηράνθησαν.* Ὁ δὲ Ἀσσύριός φησι, *Μὴ ἐῤῥύσαντο οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν τὴν γῆν αὐτῶν ἐκ τῶν χειρῶν μου, ὅτι ῥύσεται Κύριος τὴν Ἰερουσαλὴμ ἐκ τῆς χειρός μου;* Κατὰ δὲ τοὺς χρησμοὺς οὓς ἐδέξατο ὁ Ἀσσύριος παρὰ τῶν μάντεων, τοιαύτας ἐφθέγξατο φωνὰς καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν καὶ κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ. Καὶ τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος, ἐπέτυχεν ὁ Ἀσσύριος τῶν χρησμῶν κατὰ τῶν ἐθνῶν· κατὰ δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀπέτυχε τῶν χρησμῶν, τοῦ Θεοῦ μὴ συγχωρήσαντος. Πῶς οὖν ἀπέτυχον τῆς μαντείας οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις (47) τοῦ ἄρδην ἀπολέσαι τὴν πόλιν; Ἡ γὰρ ἀποτυχία τῆς μαντείας ἔλεγχος γίνεται τῆς ἀσθενείας τοῦ θεοῦ τοῦ διὰ τῆς μαντείας προμηνύσαντος τὰ ἀνέκβατα. Καὶ εἰ κατὰ τὴν ἀψευδῆ τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, χωρὶς Θεοῦ στρουθίον οὐ πεσεῖται ἐπὶ τῆς γῆς· πολὺ μᾶλλον ἔθνος ὅλον ἢ πόλις ὅλη, οὐκ ἂν ἀπόλοιτο μὴ τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος. Ὅτι δὲ πᾶν ἔθνος Ἑλληνικὸν ὑπὸ ἔθνους Ἑλληνικοῦ ἀπολλύμενον ὑπὸ ῥάβδου καὶ πρίονος τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ ἀπόλλυται, φανερὸν καθέστηκεν ἐκ τῶν περὶ τοῦ Ἀσσυρίου εἰρημένων. Ἔτι δὲ εἰ τὰ παρὰ Ἕλλήνων περὶ τοῦ μάντεως Τειρεσίου εἰρημένα παντάπασίν ἐστι καταγέλαστα, πῶς ἐνδέχεται τὰ δι' αὐτοῦ λεχθέντα εἶναι ἀληθῆ; Φασὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ, ἄνδρα καὶ γυναῖκα γεγόνεναι αὐτὸν, καὶ ἀμφοτέρων ἔχειν τὰς πλάσεις, καὶ πολλὰς μάχας τῶν θεῶν διαλύσαντος (48), διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἡ μὲν Ἥρα, χολωθεῖσα αὐτῷ, ἐπήρωσεν αὐτόν· ὁ δὲ Ζεὺς εἰς παραμυθίαν τῆς πηρώσεως αὐτοῦ, ἐχαρίσατο αὐτῷ τὴν μαντικήν. Ἀλλ' εἰ ἀλλότρια πίστεως ὑπάρχει τὰ περὶ αὐτοῦ μυθευόμενα, πῶς ἐνδέχεται ἀληθῆ εἶναι τὰ ὑπ' αὐτοῦ μυθευόμενα; Ἔτι δὲ εἰ, καθώς φασιν Ἕλληνες, τὰ ὑπὸ τῶν Μοιρῶν ἐπικλωθόμενα, ἀδύνατόν ἐστιν ἀνακλωθῆναι, πῶς οὐκ εἰσὶν ἀνωφελεῖς αἱ μαντεῖαι τοῖς αὐταῖς χρωμένοις, τῶν Μοιρῶν ἐπὶ τὸ ἀναπόδραστον τέλος ἀναγκαίως ἀγουσῶν τὰ ὑπ' αὐτῶν ἐπικλωθόμενα; Ἀλλ' εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς οὐκ εἰσὶ ψευδεῖς αἵ τε Μοῖραι καὶ αἱ μαντεῖαι, ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρούμεναι; Πῶς δὲ οὐκ ἔστιν ὁ Μενοικεὺς, μάτην κατασφάξας ἑαυτὸν κατὰ τὸ δοκοῦν τῇ μαντείᾳ, τῆς αἰτίας τοῦ ἀναιρεῖσθαι μὲν τοὺς πολεμίους, σώζεσθαι δὲ τὴν πόλιν, μὴ ἐκ τοῦ δαίμονος τοῦ διὰ μάντεως χρηματίσαντος ὑπαρχούσης, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Δεσπότου τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ συγχωρήσεως;

[1] Isa. xxxvi, 18.

(45) *Καίτοι.* Sylburgius explet lacunam addendo πρόδηλός ἐστιν.

(46) *Χρησμολογημένων.* Subintelligendum est λόγων, alioqui legendum esset ἃ εἵληφε.

(47) *Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.* Observat Sylburgius septem illos duces apud Apollodorum minime in hoc consilium inductos memorari, sed potius ab Amphiarao deterritos. At Pseudo-Justinus videtur supponere nihil majoris rei antiquos inconsultis oraculis aggressos fuisse.

(48) *Διαλύσαντος.* Ita mss. et R. Stephanus. Legitur διαλύσαντα in posterioribus editionibus.

Digitized by Google

ADMONITIO

In sequentes Quæstiones Christianorum ad Græcos et Græcorum ad Christianos.

Christianorum ad Græcos et Græcorum ad Christianos quæstiones non esse S. Justini Martyris opus inter omnes eruditos convenit : ejusdem parentis fetum esse ac dogmatum nonnullorum Aristotelis Confutationem, quam subjungemus illis, jam nonnulli animadverterunt, neque id subodorari difficile est, cum magna sit inter utrumque opus styli similitudo. Sed cui tribuenda sit tota pertractationis moles, id nobis inquirendum.

Equidem quanto accuratius has quæstiones cum iis, quæ sunt ad orthodoxos, confero, eo magis in eam feror sententiam, ut uni et eidem scriptori utrasque adjudicem : styli similitudinem cum multa alia testantur, tum in primis nominativi, sive accusativi casus, pro genitivis absolutis in utrisque quæstionibus usurpati. Vide Quæst. 100 *ad Orthod. et Resp. ad Quæst.* 113. *Eamdem loquendi rationem reperies infra in confutatione responsionis Græcorum ad Quæst.* 3, *n.* 3, *et in Responsionibus de resurrectione n.* 11 *et* 45. *Observavi ad Quæst.* 37 *et* 131 *ad Orthod. præpositionem* κατὰ *aliter ac apud alios scriptores usurpari. Sic etiam infra legimus* κατὰ κοινοῦ ‹ *communi more,* › *in Confut. Resp.* 3, *n.* 3.

In Respons. ad Quæst. 114 *ad Orthodox. legitur tanquam ex Scriptura,* ‹ *cogitasti et adfuerunt tibi,* › *quod quidem ex Jobi verbis c.* XXIII, *v.* 14, *aut alio simili loco desumptum videtur. Eadem sententia citatur infra in Responsionibus de Resurrect. n.* 4. *Non eadem materia in Quæstionibus ad Orthodoxos ac in iis, quæ sunt ad Græcos, tractari solet ; sed si quando occurrat, ut eadem ad solvendum proponantur, non difficile erit principiorum consensionem animadvertere. Responsio ad Quæst.* 113 *Orthodox. simillima est iis, quæ adversus mundi æternitatem statuuntur in Confut. Resp.* 4 *Græc. In Confut. Resp.* 1, *n.* 5, *eadem verba habemus de omnium futura restitutione ac in Resp. ad Quæst.* 1 *Orthod.*

Quæstiones Christianorum ad Græcos in editione Roberti Stephani disjunctæ sunt ab iis, quæ sunt Græcorum ad Christianos ; sed primis istæ subjunctæ fuerunt in editionibus Græco-Latinis. Primæ, quæ proliziores habent responsiones, non videntur notæ fuisse Photio. Is enim memorat **507** *tantum* ‹ *dubitationum contra pietatem summarias solutiones.* › *Hæc omnia uni et eidem scriptori tribuenda esse neminem negaturum puto.*

Scite observat Grabius Spicileg. tom. II, *pag.* 156, *magnam inesse similitudinem inter has Christianorum ad Græcos Quæstiones et ea quæ olim Justinum inter et Crescentem intercesserunt. Nam ut huic Cynico quæstiones ponebat Justinus, ac deinde ejus responsa refellebat, ita his in quæstionibus agitur. Inde suspicio Grabii animum subiit.* ‹ *impostorem quempiam ex Justini verbis* › *occasionem cepisse fingendi tales* ‹ *Interrogationes, Responsiones et Responsionum confutationes.* › *Probabilis esset viri eruditi conjectura, si non multa rationum momenta persuaderent omnes illas quæstiones, sive ad Orthodoxos, sive Christianorum ad Græcos, sive Græcorum ad Christianos, unius et ejusdem scriptoris opus esse, qui quidem nimium acutus et doctus fuit, quam ut Manichæos commemoraret, ac multa alia S. Justini Martyris ætati minime convenientia poneret, si sub nomine S. Martyris latere voluisset.*

ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΑΙ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

QUÆSTIONES CHRISTIANÆ AD GRÆCOS.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Εἰ τῷ μεγίστῳ ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῷ μέγιστον ἀντίκειται κακόν· μέγιστον δὲ ἐν ἀνθρώποις ἀγαθὸν, τὸ γνῶναι τὸν ὄντως ὄντα Θεόν· μέγιστον ἄρα κακὸν, τὸ τοῦτον ἀγνοεῖν. Ἀλλ' ἐπειδή ἐστι τοῦτο κακὸν ἔν τισι τῶν ἀνθρώπων, ποῖόν ἐστι τῷ δημιουργῷ τοῦ κόσμου Θεῷ πρεπωδέστερον, τὸ ἐναλλάξαι τὴν τοῦ παρόντος βίου κατάστασιν καὶ ἀπαλλάξαι τοὺς ἀνθρώπους τοῦ μεγίστου κακοῦ, καθὼς ὁ τῶν Χριστιανῶν βούλεται λόγος, ἢ τὸ ἐᾶσαι μένειν τὸν κόσμον ἐπὶ τῆς αὐτῆς καταστάσεως, καὶ τοὺς ἀνθρώπους τῷ μεγίστῳ κακῷ ἀεὶ κατεχομένους;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗ.

Πρῶτον μὲν πρὸς τὸ πρῶτον ἄπορον ῥητέον, ὡς μέγιστον κακὸν οὐδέν ἐστιν. Εἰ γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὸ

QUÆSTIO PRIMA.

A Si summo hominum bono summum opponitur malum, summum autem hominibus bonum est, Deum verum nosse : summum certe malum erit, illum ignorare. Porro cum hoc malum nonnullis insit hominibus, utrum Deo mundi creatori magis convenit, præsentis mutare statum vitæ, atque homines summo liberare malo, ut Christiani docent, an sinere ut mundus in eodem statu maneat, atque homines maximo semper malo detineantur?

RESPONSIO GRÆCA.

Principio ad quæstionem primam dicendum, nullum esse summum malum. Nam si summum bonum

Digitized by Google

Deus est, videlicet si quis supponat summum malum, principium aliud reperietur Deo contrarium, quod quidem Manichæi perperam asserunt. Absurdum enim est Deum non universa complecti, ac bonitatis suæ lucem in omnia non diffundere. Quare nullum est maximum malum; nam ignorantia persæpe utilitatis causa hominibus datur; unde id multis videmus sæpe accidere, ut magis cognita despiciant quam ignota. Præterea ignorationem veri Dei non aliunde quam ex propria oblivione anima patitur. Obvenit autem hic quoque animis notio Dei; videmusque et in hac vita homines Deum cognoscentes : ac, si quis dicere verum velit, nulla omnino Dei ignoratio. Omnes enim Deum esse communi fatentur sententia. Porro homines hoc etiam in mundo Deum cognoscere posse, orthodoxorum quoque liquido fides declarat, quæ Deum ipsum descendisse, et a mortalibus cognitum esse asseverat. Itaque si in hac vita mortales Deum nosse possunt, nullum eis summum malum ex eo, quod hic sint, contingit. Etenim ignorantibus, ut dictum est, increduli ingenii vitio Dei ignoratio obvenit. Quod si quis etiam concedat, quod quidem est absurdum, summum esse malum ea quæ hic sunt, eaque non exsistere satius esse quam exsistere; siquidem ea quæ hic sunt ab opifice ob infirmitatem **508** mala fuisse facta dicit, insanit, dum Dei potentiam negat universa complecti. Sin autem cum ea, quæ hic sunt, bona efficere posset, permisit aliis ut mala efficerent, erit hoc quoque Dei incusatio. Nam qui prohibere potest ac contemnit, verius ipse effector est. Sin ipse Deus est qui hæc fecit, liquet eodem Deo manente, eadem et posthac et semper futura. Quæ enim dudum potuit, nunc quoque potest. Quod si nunc prolixius quidquam potest, quam antea, temporaria erit ejusmodi ipsius potentia : quod absurdum est; nam quod temporarium, id corruptibile est. Sin, cum etiam olim prohibere potuerit summum hoc malum, non prohibuit, invidus fuerit : quod vel imaginari impium est. Necesse est ergo eumdem in eisdem manentem, eadem facere.

Responsionis non recte institutæ confutatio.

1. Satis est hanc orationem intelligere, ut eam sibi non constare arguatur. Nam cum initio quidem dicat, *non esse summum malum*, in fine autem, impium esse, vel sola imaginatione ea quæ Deo indigna sunt sentire : quomodo non introducitur considerate summum malum, quod inconsiderate a responsore est rejectum? At si hujusmodi ex sola imaginatione impietati illud addatur, ut ea quoque verbis proferatur, major committitur impietas. Quod si non dicatur solum, sed etiam scribatur, omnem malitiæ gradum excedet impietas. Atque hæc si ita habent, et in eis, quæ indigne de Deo

μέγιστον ὁ Θεός ἐστι, δηλονότι εἴ τις ὑπόθοιτο (49) μέγιστον κακὸν, εὑρεθήσεται ἑτέρα ἀρχὴ ἐναντία τῷ Θεῷ· ὅπερ οἱ Μανιχαῖοι κακῶς λέγοντες λέγουσι. Καὶ γὰρ ἄτοπον τὸν Θεὸν μὴ πάντα καταλαμβάνειν, μὴ πᾶσι τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα ἐπιλάμπειν. Μέγιστον τοίνυν κακὸν οὐδέν· καὶ γὰρ ἡ ἄγνοια πολλάκις ἐπ' ἀγαθῷ δίδοται τοῖς ἀνθρώποις· ὁρῶμεν οὖν ἐπὶ πολλῶν, ὡς πολλάκις συμβαίνει μᾶλλον καταφρονεῖν τῶν γινωσκομένων ἢ τῶν ἀγνοουμένων. Ἄλλως τε καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, οὐκ ἔκ τινος ἄλλου, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας λήθης ἡ ψυχὴ πάσχει. Παραγίνεται δὲ καὶ ταῖς ἐνταῦθα ψυχαῖς γνῶσις Θεοῦ· ὥσπερ οὖν ὁρῶμεν καὶ ἐνταῦθα ἀνθρώπους γινώσκοντας τὸν Θεόν. Εἰ δέ τις ἐθέλοι τὸ ἀληθὲς λέγειν, οὐδέ ἐστιν ὅλως ἄγνοια περὶ Θεοῦ· πάντες γὰρ, ὅτι ἔστιν ὁ Θεὸς, ὁμολογοῦσι κοινῇ ἐννοίᾳ. Ὅτι δὲ καὶ ἐνταῦθα ὄντες δύνανται οἱ ἄνθρωποι γινώσκειν τὸν Θεὸν, καὶ ἡ τῶν ὀρθοδόξων πίστις σαφῶς δηλοῖ, λέγουσα τὸν Θεὸν αὐτὸν κατεληλυθέναι, καὶ ἐγνῶσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Εἰ τοίνυν δυνατὸν καὶ ἐνταῦθα τοὺς ἀνθρώπους ὄντας γινώσκειν τὸν Θεὸν, οὐδὲν αὐτοῖς μέγιστον κακὸν συμβαίνει ἐκ τοῦ ἐνταῦθα εἶναι. Τοῖς ἀγνοοῦσι γὰρ, καθὼς εἴρηται, ἐκ τῆς ἀπίστου φύσεως τὸ ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν συμβαίνει. Εἰ δέ τις καὶ συγχωρήσει, ὅπερ ἄτοπον, μέγιστον εἶναι κακὸν τὰ ἐνταῦθα, καὶ κάλλιον ὑπάρχειν τὸ μὴ εἶναι τὰ τῇδε τοῦ εἶναι· εἰ μὲν λέγει κακὰ πεποιηκέναι τὰ τῇδε τὸν δημιουργὸν δι' ἀσθένειαν, ἀνοηταίνει, τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν φάσκων μὴ καταλαμβάνειν πάντα· εἰ δὲ δυνάμενος καλὰ ποιῆσαι τὰ τῇδε, συνεχώρησεν ἑτέροις κακὰ ποιεῖν, καὶ τοῦτο ἔσται κατηγόρημα Θεοῦ. Ὁ γὰρ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δὲ, ἀληθέστερον αὐτὸς δρᾷ. Εἰ δὲ αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὰ τῇδε, δῆλον ὅτι τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μένοντος, καὶ εἰς ὕστερον καὶ ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἔσται. Ἃ γὰρ πάλαι ἠδύνατο, καὶ νῦν δύναται. Εἰ δὲ νῦν τι πλεῖον δύναται παρὰ τὰ πρότου, ἔγχρονος αὐτοῦ ἔσται ἡ τοιαύτη δύναμις· ὅπερ ἄτοπον· τὸ γὰρ ἔγχρονον φθαρτόν. Εἰ δὲ, δυνάμενος καὶ πάλαι κωλῦσαι τὸ μέγιστον οὕτω κακὸν, οὐκ ἐκώλυσε, φθονερὸς ἂν εἴη· ὅπερ ἀσεβὲς καὶ φαντάζεσθαι. Δεῖ οὖν τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένοντα τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

Ἔλεγχος τῆς ἀποκρίσεως οὐκ ὀρθῶς γενομένης.

1. Ἱκανὸς μὲν ἦν εἰς ἔλεγχον τοῦ ἀτοπωτάτου λόγου αὐτὸς ὁ λόγος νοούμενος. Τῷ γὰρ λέγειν ἐν ἀρχῇ μὲν τοῦ λόγου *μὴ εἶναι μέγιστον κακὸν*, ἐν τῷ τέλει δὲ τοῦ λόγου τὸ ἀσεβὲς εἶναι καὶ ἐκ μόνης φαντασίας τὸ τὰ ἀνάξια περὶ Θεοῦ φρονεῖν, πῶς οὐκ ἔστι κεχριμένως (50) εἰσαγόμενον τὸ μέγιστον κακὸν τὸ ἀκρίτως ἐκβληθὲν παρὰ τοῦ ἀποκρινομένου; Εἰ δὲ προστεθείη τῇ τοιαύτῃ ἐκ μόνης φαντασίας ἀσεβείᾳ καὶ τὸ λέγειν, μείζων γίνεται ἡ ἀσέβεια. Εἰ δὲ σὺν τῷ λέγειν καὶ τὸ γράφειν, ἐξ ἀνάγκης πᾶσαν κακίας ὑπερβολὴν ἡ ἀσέβεια ἔχουσα. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ἔστιν ἐν πᾶσι τοῖς ἀναξίως περὶ Θεοῦ λεγομένοις τε καὶ γρα-

(49) *Ὑπόθοιτο*. R. Stephanus ὑπόθειτο. Emendavit Sylburgius, ejusque emendationem codex Claromontanus confirmat.

(50) *Κεχριμένως*. Sic emendavi ope codicis Claromontani, qui tamen habet κεχρυμένως. Editi κεχρημένως. Vidit Sylburgius legendum esse κεχριμένως, ut sequenti voci ἀκρίτως opponatur.

Digitized by Google

φομένοις, ἢ καὶ μόνον φανταζομένοις ἀσέβεια καθαιρετικὴ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· ἔστιν ἄρα ἐξ ἀγνοίας Θεοῦ τὸ μέγιστον κακὸν ἐν ἀνθρώποις. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἔδοξε τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, τὸ καὶ παρ' ἡμῶν ἐγγράφως ἐλεγχθῆναι τοῦ λόγου τὸ ἀσύστατον, διὰ τοῦτο ἐν συντόμῳ γράφω τὰ ὑποτεταγμένα. Τὸ γὰρ διὰ πλειόνων ἐλέγξαι πρόδηλον ψεῦδος, ναρκῶδες καὶ τῷ γράφοντι καὶ τῷ ἀναγινώσκοντι.

2. Δύο εἴδη τοῦ μεγίστου κακοῦ ἔθηκεν ὁ ἀποκρινάμενος ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀποκρίσει, καὶ τρία εἴδη τῆς ἀγνοίας τοῦ Θεοῦ· ἐκεῖνα μὲν κατὰ τοὺς Μανιχαίους, ταῦτα δὲ κατ' αὐτὸν τὸν ἀποκρινάμενον. Καὶ τῶν δύο εἰδῶν τοῦ μεγίστου κακοῦ τὸ μὲν ἔλεγε κατ' οὐσίαν, τὸ δὲ κατ' ἐνέργειαν τοῦ κατ' οὐσίαν. Τῶν δὲ τριῶν εἰδῶν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγνοίας, τὸ μὲν ἔλεγε κατὰ λήθην, τὸ δὲ κατὰ τὴν ἄπιστον φύσιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν ἀγαθὴν δόσιν. Ποιῶν δὲ σύντομον τὴν ἀναίρεσιν καὶ τῶν κατὰ Μανιχαίους, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν, ἔφασκε, ποτὲ μὲν ἀναιρῶν τῶν Μανιχαίων τὴν δόξαν, καί φησι, *Μέγιστον κακὸν οὐδέν ἐστιν. Εἰ δέ τις ὑπόθοιτο μέγιστον κακὸν, εὑρεθήσεται ἑτέρα ἀρχὴ ἐναντία τῷ Θεῷ· ὅπερ οἱ Μανιχαῖοι κακῶς λέγοντες λέγουσι·* ποτὲ δὲ, ὅταν φησὶ, *Τὸν ὄντως* (51) *ὄντα Θεὸν οὐκ ἐξ ἄλλου τινὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας λήθης ἡ ψυχὴ πάσχει·* ἐν ἐκείνοις μὲν ἀναιρῶν τὸ κατ' οὐσίαν μέγιστον κακὸν, ἐν τούτοις δὲ τὸ κατ' ἐνέργειαν. Ἀναιρῶν δὲ καὶ τὰ εἴδη τῆς ἀγνοίας τοῦ Θεοῦ, ἃ αὐτὸς ἔθηκε, καί φησιν, *Οὐδέ ἐστιν ὅλως ἄγνοια περὶ Θεοῦ· πάντες γὰρ, ὅτι ἔστι Θεὸς, ὁμολογοῦσι κοινῇ ἐννοίᾳ.* Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅλως ἄγνοια περὶ Θεοῦ, δῆλον, ὅτι ψευδὲς τὸ ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ἢ κατὰ λήθην, ἢ κατὰ τὴν ἄπιστον φύσιν, ἢ κατὰ τὴν ἀγαθὴν δόσιν· εἰ δὲ κοινὴν ἔννοιαν πάντων λέγει τὴν κατὰ τὴν εἰδικὴν ἔννοιαν ἑκάστης τῶν κακοδόξων αἱρέσεως ἀναιρουμένην, οὐδ' οὕτως ἔσται γνῶσις Θεοῦ ἐν τοῖς πᾶσιν. Ἡμεῖς δὲ οὔτε τὸ κατὰ τοὺς Μανιχαίους μέγιστον κακὸν, οὐδὲ τὴν κατ' αὐτὸν τὸν ἀποκρινάμενον ἄγνοιαν Θεοῦ ἐθήκαμεν ἐν τῇ ἐρωτήσει, ἀλλὰ μέγιστον κακὸν κατ' ἔννοιαν εἴπομεν, τὸ κατὰ τοῦ Θεοῦ ψεῦδος· ἄγνοιαν δὲ Θεοῦ τὴν τὸ ψεῦδος εἰρηκυῖαν· ὅπερ ἐστὶ τρίτον εἶδος τοῦ μεγίστου κακοῦ, ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀπειθείας τε καὶ ἀπιστίας ἀνθρώπων συμβαῖνον αὐτοῖς. Ὁ προθέμενος ὁ ἀποκρινάμενος ἀναιρεῖν ἀνεῖλε μὲν τὰ κατὰ τοὺς Μανιχαίους δύο τοῦ μεγίστου κακοῦ εἴδη, τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀνεῖλε. Διὸ δυοῖν θάτερον ἀνάγκη ἡμᾶς λέγειν περὶ τοῦ ἀποκριναμένου· ἢ τὸ μὴ νοῆσαι τὸ καθ' ἡμᾶς τρίτον εἶδος τοῦ μεγίστου κακοῦ, ἢ τὸ μὴ εὐπορῆσαι δικαίας ἀντιλογίας τούτου ἀναιρετικῆς. Ὅτι δέ ἐστι τὸ καθ' ἡμᾶς μέγιστον κακὸν ἐξ ἀγνοίας Θεοῦ συμβαῖνον τοῖς ἀνθρώποις, δείκνυται οὕτως. Τὸ μέγιστον κακὸν, τὸ μὴ ὂν κατ' οὐσίαν, τοῦτο διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ Θεοῦ ὑπέθεντο οἱ ἄνθρωποι εἶναι τοῖς ἑαυτῶν δόγμασι· μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ καὶ αὐτὸς ὁ

A dicuntur et scribuntur, aut vel sola mentis cogitatione informantur, impietas inest, gloriæ Dei abrogatrix, est profecto summum in hominibus ex Dei ignoratione malum. Sed cum pietati tuæ visum sit, ut et a nobis scripto inconstantia argumenti demonstretur : breviter, quæ subjuncta sunt, scribenda duxi. Nam pluribus refellere manifestum mendacium, scribenti juxta et legenti tædium affert.

2. Duas species maximi mali responsor in responso suo posuit, et species tres ignorationis Dei : ac illas quidem de Manichæorum sententia, has vero suapte opinione. Et duarum maximi mali specierum alteram dixit esse substantia, alteram operatione illius quod substantia malum est. Tri- B plicis autem, qua Deus ignoratur, speciei, unam ex oblivione, secundam ex incredulo ingenio, tertiam ex beneficio utili proficisci ait. Breviter vero et Manichæorum et suam ipsius evertens sententiam, nunc quidem contra Manichæos ait : *Nullum est summum malum. Si quis autem ponat esse summum malum, alterum reperietur principium Deo adversum, quod quidem Manichæi perperam asserunt;* nunc autem : *ignorationem veri Dei non aliunde quam ex propria oblivione anima patitur;* illic summum substantia malum; hic, quod operatione fit, abrogans. Abrogans autem et species Dei ignorationis, quas ipse statuit : *Non est* **509** *omnino*, inquit, *Dei ignoratio; omnes enim Deum esse communi fatentur sententia.* Ac si qui- C dem prorsus non est ignoratio Dei, falsum profecto est, ignorationem Dei obtingere mortalibus vel oblivione, vel ingenio incredulo, vel utili beneficio. Si vero communem omnium sententiam dicit eam, quam propria cujusque pravæ hæresis sententia evertit, ne sic quidem Dei cognitio inerit omnibus. Nos autem neque illud secundum Manichæos maximum malum, neque Dei, secundum responsorem, ignorationem in quæstione posuimus; sed summum malum in mente esse dicimus, de Deo opinionem falsam; ignorationem vero Dei, quæ opinionem hujusmodi falsam profert, quæ quidem tertia est species summi mali, hominibus ex voluntaria rebellione et infidelitate obveniens. Quam cum instituisset responsor abolere, abolevit D quidem duas Manichæorum summi mali species, nostram non abolevit. Quapropter duorum alterum de responsore dicere necesse habemus: aut ignorasse eum tertiam nostram summi mali speciem, aut ei justam contradicendi causam defuisse, quæ speciem eam aboleret. Enimvero summum, quod nos dicimus, malum hominibus accidere ex ignoratione Dei, ita demonstratur. Summum malum, quod substantia non est, homines per ignorationem Dei, placitis ipsi suis esse statuerunt; testa-

(51) *Τὸν ὄντως.* Monuit Sylburgius deesse τὸ ἀγνοεῖν, quod quidem non deest in ipsa responsione. His autem verbis, *Ignorationem Dei non aliunde quam ex propria oblivione anima patitur*, refellitur sententia Manichæorum, nempe illud malum quod fit per operationem malæ substantiæ, sublato libero arbitrio.

Digitized by Google

tur hoc et ipse responsor, cum ait : *Maximum malum nullum est, ac si quis supponat malum maximum, insurgetur alterum principium Deo adversum : quod quidem Manichæi perperam asserunt. Absurdum enim est, Deum non universa complecti, neque bonitatis lucem in omnia diffundere; summum ergo malum nullum est.* In his quidem sublatum est summum substantia malum; relictum autem id quod in opinionibus supponitur, quodque nos in quæstione posuimus. Cæterum quia responsor ad evertendum illud, quod dicimus, summum malum intentus dixit, *summum malum nullum est;* propterea certum est, eum vel non intellexisse, prout est dictum, summum, quod dicimus, malum, vel justa contradicendi causa destitutum fuisse; id vero si ita habet, apertum est, summum esse in hominibus, quod in opinione supponitur, malum. *Si namque,* inquit, *summum bonum Deus est,* vera quidem ac pia vox quæ Deum summum bonum esse dicit; sed quia nonnulli homines ex ignoratione Dei, verum Deum justis nominibus et honoribus fraudant, et ad eos, qui dii non sunt, ea transferunt, annon responsori duplicata esse videtur impietas, qua major non est, verum quidem Deum ignorare, eum autem, qui Deus non est, illius ornare titulis et honoribus? Quo autem modo stare potest illius sententia, qua negat esse in hominibus summum malum, cum in eis summa sit impietas? Nisi forte summam impietatem, summum non existimat malum. *Si quis,* ait, *supponat summum malum, insurgetur principium alterum Deo adversum : quod Manichæi perperam asserunt. Absurdum enim est, Deum non universa complecti, neque bonitatis suæ lucem in omnia diffundere. Summum ergo malum nullum.* **510** Si nullum est in hominibus malum summum, quomodo Manichæos criminaris quod male dicant quæ dicunt? Si enim male dicunt Manichæi quæ dicunt, nempe malum est quod ab ipsis dicitur. Quisquis enim male dicit, malum male dicit. Porro Manichæorum malum hujusmodi est, ut eo majus non sit. Atqui hoc si verum est, revera certe ingens est in hominibus malum; si minus substantia, saltem hypothesi et opinione.

3. *Nam ignoratio,* inquit, *sæpe in beneficii loco datur hominibus : unde multis videmus sæpe accidere, ut magis cognita despiciant quam ignota. Præterea ignoratio veri Dei non aliunde quam ex propria oblivione animo obvenit; obvenit namque hic quoque animis cognitio Dei, sicut sane videmus et in hac vita homines Deum cognoscentes. Ac si quis verum dicere velit, nulla omnino Dei ignoratio. Omnes enim Deum esse, communi fatentur sententia. Porro homines hoc etiam in mundo Deum cognoscere posse, orthodoxorum liquido declarat fides, quæ Deum ipsum descendisse, et a mortalibus cognitum esse prædicat.* Hominibus dixit multoties datam esse in beneficii loco ignorationem. Quod si eam dicit ignorationem, de qua nobis sermo est; manifestæ

A ἀποκρινάμενος ἐν οἷς ἔλεγε· *Μέγιστον κακὸν οὐδέν ἐστι· καὶ εἴ τις ὑπόθοιτο μέγιστον κακόν, εὑρεθήσεται ἑτέρα ἀρχὴ ἐναντία τῷ Θεῷ· ὅπερ οἱ Μανιχαῖοι κακῶς λέγοντες λέγουσι. Καὶ γὰρ ἄτοπον τὸν Θεὸν μὴ πάντα καταλαμβάνειν, μὴ πᾶσι τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα ἐπιλάμπειν. Μέγιστον τοίνυν κακὸν οὐδέν.* Ἐν τούτοις ἀνῄρηται μὲν τὸ κατ' οὐσίαν μέγιστον κακὸν, ὑπολέλειπται δὲ τὸ καθ' ὑπόθεσιν ἐν δόγματι, ὃ ἐθήκαμεν ἡμεῖς ἐν τῇ ἐρωτήσει. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ καθ' ἡμᾶς μεγίστου κακοῦ ὁ ἀποκρινάμενος ἀποτεινόμενος ἔλεγε, *Μέγιστον κακὸν οὐδέν ἐστι,* διὰ τοῦτο δῆλός ἐστιν ὁ ἀποκρινάμενος ἢ μὴ νοήσας, καθὰ εἴρηται, τὸ καθ' ἡμᾶς μέγιστον κακὸν, ἢ μὴ εὐπορήσας δικαίας ἀντιλογίας· ἀλλ' εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, δῆλον, ὅτι ἔστι μέ- B γιστον κακὸν ἐν ἀνθρώποις καθ' ὑπόθεσιν ἐν δόγματι. *Εἰ γὰρ,* φησὶ, *μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ὁ Θεός ἐστιν,* ἀληθὴς μὲν καὶ εὐσεβὴς ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα τὸν Θεὸν μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν· ἀλλ' ἐπειδή τινες τῶν ἀνθρώπων ἐξ ἀγνοίας Θεοῦ ἀποστεροῦσι μὲν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν τῶν δικαίων αὐτοῦ προσηγοριῶν τε καὶ τιμῶν, καὶ προσάπτουσιν αὐτὰς τοῖς οὐκ οὖσιν, ἆρά γε οὐ δοκεῖ τῷ ἀποκριναμένῳ ἀσέβειαν εἶναι διπλῆν, ἧς μείζων οὐκ ἔστι, τὸ τὸν μὲν ὄντως ὄντα Θεὸν ἀγνοεῖν, τὸν δὲ οὐκ ὄντα ταῖς ἐκείνου τιμᾷν προσηγορίαις καὶ τιμαῖς; Πῶς δὲ ἐνδέχεται κατὰ τὴν ἐκείνου ἀπόφασιν λέγουσαν, μὴ εἶναι μέγιστον κακὸν ἐν ἀνθρώποις, τῆς μεγίστης ἀσεβείας οὔσης ἐν ἀνθρώποις, εἰ μή τί γε ἄρα τὴν μεγίστην ἀσέβειαν C οὐχ ἡγεῖται μέγιστον εἶναι κακόν; *Εἴ τις,* φησὶν, *ὑπόθοιτο μέγιστον κακὸν, εὑρεθήσεται ἑτέρα ἀρχὴ ἐναντία τῷ Θεῷ· ὅπερ οἱ Μανιχαῖοι κακῶς λέγοντες λέγουσι· καὶ γὰρ ἄτοπον, τὸν Θεὸν μὴ πάντα καταλαμβάνειν, μὴ πᾶσι τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα ἐπιλάμπειν. Μέγιστον τοίνυν κακὸν οὐδέν.* Εἰ μέγιστον κακὸν οὐδέν ἐστιν ἐν ἀνθρώποις, πῶς διέβαλες τοὺς Μανιχαίους ὡς κακῶς λέγουσιν; Εἰ μὲν γὰρ κακῶς λέγουσιν οἱ Μανιχαῖοι ἃ λέγουσιν, δηλονότι κακόν ἐστι τὸ λεγόμενον παρ' αὐτῶν. Πᾶς γὰρ ὁ λέγων κακῶς, τὸ κακὸν λέγει κακῶς. Τὸ δὲ κατὰ τοὺς Μανιχαίους κακὸν τοιοῦτόν ἐστιν, οὗ μεῖζον οὐκ ἔστιν. Ἀλλ' εἰ ἀληθὲς τοῦτο, ἀληθῶς ἄρα ἔστι μέγα κακὸν ἐν ἀνθρώποις· εἰ καὶ μὴ κατ' οὐσίαν, ἀλλ' ἐν ὑποθέσει καὶ δόγματι.

D 3. *Καὶ γὰρ,* φησὶν, *ἡ ἄγνοια πολλάκις ἐπ' ἀγαθῷ δίδοται τοῖς ἀνθρώποις· ὁρῶμεν γοῦν ἐπὶ πολλῶν ὡς πολλάκις συμβαίνει μᾶλλον καταφρονεῖν τῶν γινωσκομένων, ἢπερ τῶν ἀγνοουμένων. Ἄλλως τε καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν οὐκ ἔκ τινος ἄλλου, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας λήθης ἡ ψυχὴ πάσχει· παραγίνεται δὲ καὶ ταῖς ἐνταῦθα ψυχαῖς γνῶσις τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ οὖν ὁρῶμεν καὶ ἐνταῦθα ἀνθρώπους γινώσκοντας τὸν Θεόν. Εἰ δέ τις ἐθέλοι τὸ ἀληθὲς λέγειν, οὐδέ ἐστιν ὅλως ἄγνοια περὶ τοῦ Θεοῦ. Πάντες γὰρ, ὅτι ἔστι Θεὸς, ὁμολογοῦσι κοινῇ ἐννοίᾳ. Ὅτι δὲ καὶ ἐνταῦθα ὄντες δύνανται οἱ ἄνθρωποι γινώσκειν τὸν Θεὸν, καὶ ἡ τῶν ὀρθοδόξων πίστις σαφῶς δηλοῖ, λέγουσα τὸν Θεὸν αὐτὸν κατελη-λυθέ-*

Digitized by Google

ται, καὶ ἐγνῶσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Εἶπεν ὅτι ἐπ' ἀγαθῷ δέδοται πολλάκις τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἄγνοια· ἀλλ' εἰ μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ (52) λέγει ἄγνοιαν περὶ ἧς ἐστιν ἡμῖν ὁ λόγος, προδήλως ἄτοπον τὸ τὴν ἄγνοιαν τοῦ Θεοῦ λέγειν ἐπ' ἀγαθῷ δίδοσθαι τοῖς ἀγνοοῦσι. Τούτῳ γὰρ τῷ λόγῳ ἔσονται πᾶσαι αἱ θρησκεῖαι αἱ ἀγνοοῦσαι τὸν Θεὸν, ἐπ' ἀγαθῷ ἑαυτῶν ἀγνοοῦσαι τὸν Θεόν· ἡ δὲ τὸν Θεὸν γινώσκουσα θρησκεία οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἑαυτῆς. Εἰ δὲ ἑτέραν λέγει ἄγνοιαν περὶ ἧς οὐ προέκειτο ἡμῖν λέγειν, ἄκαιρος ἡ παράθεσις ἀντὶ τῆς ζητουμένης ἀγνοίας τὴν μὴ ζητουμένην ἔχουσα. Εἶπεν, ὅτι ἐκ τῆς οἰκείας λήθης πάσχει ἡ ψυχὴ τὸ ἀγνοεῖν τὸν Θεόν· εἶπεν, ὅτι καὶ ἐνταῦθα παραγίνεται ταῖς ψυχαῖς γνῶσις Θεοῦ· εἶπεν, ὅτι καὶ ἐνταῦθα ὁρῶμεν γινώσκοντας τὸν Θεόν· εἶπεν, ὅτι οὐδόλως ἐστὶν ἄγνοια περὶ Θεοῦ· πάντες γὰρ, ὅτι ἐστὶ Θεὸς ὁμολογοῦσι κοινῇ ἐννοίᾳ· εἶπεν, ὅτι καὶ ἐνταῦθα δύνανται οἱ ἄνθρωποι γινώσκειν τὸν Θεόν· καὶ τούτου εἰς ἀπόδειξιν παρέθετο τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων λέγουσαν αὐτὸν τὸν Θεὸν κατεληλυθέναι καὶ ἐγνῶσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀληθὲς, ὅτι τῇ οἰκείᾳ λήθῃ πάσχει ἡ ψυχὴ τὸ ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν, δηλονότι ψευδὲς, τὸ, *οὐδὲ ἔστιν ὅλως ἄγνοια περὶ Θεοῦ*· πάντες γὰρ, ὅτι ἐστὶ Θεὸς, ὁμολογοῦσι κοινῇ ἐννοίᾳ. Τίς δὲ ἦν χρεία τοῦ παραγενέσθαι ταῖς ἐνταῦθα ψυχαῖς γνῶσιν τοῦ Θεοῦ, πάντων γινωσκόντων τὸν Θεὸν καὶ ὁμολογούντων κοινῇ ἐννοίᾳ; Τὸ δὲ, *Καὶ ἐνταῦθα ὁρῶμεν ἀνθρώπους γινώσκοντας τὸν Θεὸν*, περὶ τίνων λέγει ἀνθρώπων; Εἰ μὲν περὶ τῶν ἐγνωκότων τὸν Θεὸν καταλθόντα καὶ γνωρισθέντα αὐτοῖς κατὰ τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων, ἀληθὴς ὁ λόγος· ὁρῶμεν γὰρ αὐτούς. Πῶς δὲ ὁ τῆ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους παρουσίᾳ ἀποδείξει χρησάμενος τοῦ δυνατὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐνταῦθα γνῶναι Θεὸν, αὐτὸς ἀπιστεῖ τοῖς παρ' αὐτοῦ ῥηθεῖσι περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἀνακτίσεως (53); Ἡ γὰρ ἄπιστος ἀπόδειξις πιστὸν οὐ δείκνυσι τὸ εἰς δεῖξιν προκείμενον. Εἰ δὲ μὴ τοὺς ἐκ διδασκαλίας τοῦ κατελθόντος Θεοῦ ἀνθρώπους λέγει ἐνταῦθα ἐγνωκότας τὸν Θεὸν, ψευδὴς ὁ λόγος ὁ λέγων· *Ὁρῶμεν ἀνθρώπους ἐνταῦθα ἐγνωκότας τὸν Θεόν.* Ἐγὼ γὰρ τούτους οὐχ ὁρῶ. Καὶ εἰ οὐκ ἦν ὅλως ἄγνοια περὶ Θεοῦ· πάντες γὰρ ὁμολογοῦσι κοινῇ ἐννοίᾳ· ποία γνῶσις τοῦ Θεοῦ ἐνταῦθα παραγέγονε τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ ἡ εἰδικὴ γνῶσις, καθ' ἣν πᾶσαι αἱ οὖσαι ἐπὶ γῆς θρησκεῖαι τῆς μὲν τὸν ἀληθῆ λόγον πρεσβευούσης θρησκείας ἁπλῶς τῷ ψεύδει, ἀλλήλων δὲ ταῖς διαφοραῖς τοῦ ψεύδους διαφέρουσιν; Ἀλλ' εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐκ ἄρα κατὰ τὸν λόγον τοῦ ἀποκριναμένου παραγίνεται ταῖς ἐνταῦθα ψυχαῖς γνῶσις Θεοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ἄγνοια, εἴγε μὴ τῇ καθόλου γνώσει τοῦ Θεοῦ οὔσῃ ἐν αὐταῖς ἀλλήλων διαφέρουσιν αἱ θρησκεῖαι, τῇ εἰδικῇ δὲ μᾶλλον τῇ ἐνταῦθα παραγενομένῃ αὐταῖς.

A absurditatis est asserere ignorationem Dei ignorantibus in beneficii loco esse concessam. Hac siquidem ratione religiones omnes Dei ignaræ, utiliter Deum ignoraverint; at religio Deum agnoscens, non utiliter illum norit. Sin aliam dicit ignorantiam, de qua propositum nobis non fuit dicere, intempestiva est propositio, pro quæsita non quæsitam obtrudens ignorantiam. Dixit ex propria oblivione animam pati ignorationem Dei. Dixit hic quoque evenire animis cognitionem Dei: dixit hic quoque conspici qui Deum cognoscant. Dixit neutiquam esse ignorationem Dei; universos namque Deum esse communi fateri sententia. Dixit hic quoque homines cognoscere Deum posse. Cujus rei probandæ causa orthodoxorum protulit fidem, quæ B Deum ipsum descendisse, et ab hominibus cognitum esse profitetur. At si verum est animam ex propria oblivione ignorationem pati: videlicet illud falsum erit, non esse prorsus ignorationem Dei; omnes enim Deum esse communi fateri sententia. Quid vero opus fuit, obvenire hic animis nostris notitiam Dei, si omnes Deum cognoscunt, et confitentur communi sententia? Illud autem, *videmus et hic homines Deum cognoscentes*, de quibus hominibus dicit? Si quidem de illis qui Deum cognoverunt, postquam descendit et cognoscendum se eis præbuit juxta orthodoxorum fidem, vera est oratio, videmus enim eos. Quomodo autem qui Dei ad homines adventum argumenti loco adhibuit, ut probaret homines hic quoque Deum cognoscere C posse, ipsemet fidem illius dictis de mundi restitutione non habet? Infidelis enim demonstratio fidem ei rei non astruit, cujus demonstrandæ gratia est producta. Sin non eos dicit homines, qui ex doctrina cœlitus ad nos delapsi **511** Dei, Deum cognoverunt, falsum erit hoc dictum: *Videmus homines qui hic Deum cognoscunt.* Ego enim hos non video. Et si omnino non est ignoratio Dei, quod eum omnes communi confiteantur sententia: quænam in hac vita obvenit mortalibus notio Dei, nisi specialis illa cognitio, ex qua fit ut omnes, quæ in terris sunt, religiones mendaciis quidem simpliciter ab ea, quæ veritatem profitetur, mendacii autem discrimine a se invicem differant? D Quod si ita est, non jam ergo, secundum responsoris rationem, hic animis cognitio Dei obvenit, sed magis ignoratio: siquidem religiones non generali Dei cognitione ipsis insita inter se differunt, sed ea potius quæ hic eis pro se cuique speciatim obvenit.

4. Εἰ τοίνυν δυνατὸν καὶ ἐνταῦθα τοὺς ἀνθρώπους ὄντας γινώσκειν τὸν Θεὸν, οὐδὲν αὐτοῖς

4. Itaque si in hac vita mortales Deum nosse possunt, nihil eis summi mali, ex eo quod hic sint, ob-

(52) *Τοῦ Θεοῦ.* Deerat Θεοῦ apud R. Stephanum; addidit Sylburgius; legitur in codice Clarom.

(53) *Ἀνακτίσεως.* R. Stephanus et mss. habent ἀναχτήσεως, et infra κηρυττομένην ἀνάχτησιν, sed recte emendavit Sylburgius, cum in aliis gemellis locis idem R. Stephanus et mss. habeant ἀνάχτισιν.

Digitized by Google

venit. Etenim ignorantibus, ut dictum est, increduli ingenii vitio proprio Dei ignoratio evenit. Duobus dictis, quæ se invicem tollunt, complicatis responsor in responsione sua illud posuit : *Si homines in hac vita Deum cognoscere possunt, nullum eis contingit summum malum.* Et illud : *Ignorantibus increduli ingenii vitio proprie ignoratio Dei obvenit.* Et summum malum quod priore ejecit, id posteriore induxit dicto : siquidem summum malum est, duplicata impietate in verum Deum impium esse : ipsum scilicet ea, quam essentia obtinet, defraudare majestate : eos autem qui dii non sunt, illius gloria falso honorare, quod profecto ad malitiam summam nihil facit reliqui. Quod autem hominibus, eo quod Deum in hac vita nosse possint, nullum evenit summum malum, id summi mali non depulsio est, sed intentio; siquidem in eo etiam quod possunt homines, voluntaria sua incredulitate non possunt, et cum possint simplici pietate, quæ homines salvat, pii esse, duplicatam ei præferunt impietatem; quam summum malum non dicere longe absurdissimum est.

5. *Quod si quis etiam concedat, quod quidem absurdum, summum esse malum ea, quæ hic sunt, eaque non exsistere satius esse quam exsistere; si quidem ea quæ hic sunt ab opifice ob infirmitatem mala fuisse facta dicit, insanit, dum Dei potentiam negat universa complecti. Sin autem cum ea quæ hic sunt bona efficere posset, permisit aliis ut mala facerent, erit hoc quoque Dei incusatio. Nam qui prohibere potest et contemnit, verius ipse effector est.* Si, ut supra dictum, ignorantibus Deum contingit, ut Deum increduli ingenii vitio proprio non norint, quod certe summum esse malum confessi sumus, quomodo id nunc ut absurdum concedit responsor? Quod si non hoc ipsum, sed aliud summum malum ut absurdum concedit, non nostro judicio illud est summum malum, verum de Manichæorum sententia. Nostra certe sententia in terris omnia bona sunt, ut quæ summum bonum habeant opificem et auctorem; et summum malum secundum substantiam nullum est in eis, sed nec secundum operationem illius, quod substantia malum sit, sed libero hominum arbitrio, quod mendacium **512** veritati præfert, duplici, ut dictum est, impietate. Quam quidem ut corrigat mundi fabricator et Deus, diem constituit, in quo omnia in mundo ex infidelitate et incredulitate adversus eum exorta mala abrogabit, secundum orthodoxorum, qui hic Deum cognoverunt, fidem, et ipsius responsoris testimonium. Non debuit autem responsor, dum de summo secundum nos malo agitur, ad summum secundum Manichæos malum se convertere; inscitiæ enim id signum est et argu-

A *μέγιστον κακὸν συμβαίνει ἐκ τοῦ ἐνταῦθα εἶναι. Τοῖς ἀγνοοῦσι γὰρ, καθὼς εἴρηται, ἐκ τῆς οἰκείας ἀπίστου φύσεως τὸ ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν συμβαίνει.* Δύο φωνὰς ἀλλήλων ἀναιρετικὰς συμπλέξας ὁ ἀποκρινάμενος, ἔθηκεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀποκρίσει τὸ, *Εἰ δυνατὸν τοὺς ἀνθρώπους ἐνταῦθα ὄντας γινώσκειν τὸν Θεὸν, οὐδὲν αὐτοῖς μέγιστον συμβαίνει κακόν·* καὶ τὸ, *Τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐκ τῆς οἰκείας ἀπίστου φύσεως συμβαίνει τὸ ἀγνοεῖν τὸν Θεόν.* Καὶ τὸ μέγιστον κακὸν ὃ ἐξέβαλε διὰ τῆς πρώτης φωνῆς, τοῦτο διὰ τῆς δευτέρας εἰσήγαγε φωνῆς· εἰ μέγιστόν ἐστι κακὸν τὸ κατὰ διπλῆν ἀσέβειαν ἀσεβεῖν εἰς τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, αὐτὸν μὲν ἀποστερεῖν τῆς κατ' οὐσίαν δόξης, τοὺς δὲ οὐκ ὄντας θεοὺς τῇ ἐκείνου δόξῃ ψευδῶς τιμᾷν· ὅπερ ὑπερβολὴν οὐδεμιᾶς ἀπολέλοιπε κακίας. Τὸ δὲ, διὰ τὸ δυνατὸν εἶναι B ἀνθρώποις ἐνταῦθα οὖσι γινώσκειν τὸν Θεὸν, μηδὲν αὐτοῖς μέγιστον συμβαίνειν κακὸν, τοῦτο οὐκ ἔστι τοῦ μεγίστου κακοῦ ἀναίρεσις, ἀλλ' ἐπίτασις· ὅτι καὶ ἐν τῷ δυνατῷ ἀδυνατοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἐκ τῆς οἰκείας ἑκουσίου ἀπιστίας, καὶ δυνάμενοι κατὰ ἁπλῆν εὐσέβειαν σωστικὴν ἀνθρώπων εὐσεβεῖν, προτιμῶσι ταύτης τὴν διπλῆν ἀσέβειαν· ἣν μὴ λέγειν μέγιστον κακὸν, τῶν ἀτοπωτάτων ἐστίν.

5. *Εἰ δέ τις καὶ συγχωρήσει, ὅπερ ἄτοπον, μέγιστον εἶναι κακὸν τὰ ἐντεῦθα, καὶ κάλλιον ὑπάρχειν τὸ μὴ εἶναι τὰ τῇδε τοῦ εἶναι· εἰ μὲν λέγει κακὰ πεποιηκέναι τὰ τῇδε τὸν δημιουργὸν δι' ἀσθένειαν, ἀνοηταίνει, τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν φάσκων μὴ καταλαμβάνειν πάντα. Εἰ δὲ δυνάμενος ποιῆσαι καλὰ τὰ τῇδε, συνεχώρησεν ἑτέροις* C *κακὰ ποιεῖν, καὶ τοῦτό ἐστι κατηγόρημα τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δὲ, ἀληθέστερον αὐτὸς δρᾷ.* Εἰ κατὰ τὰ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρημένα συμβαίνει τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν Θεὸν τὸ ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς οἰκείας ἀπίστου φύσεως, ὅπερ ἐστὶ μέγιστον ὁμολογούμενον κακὸν, πῶς νῦν τοῦτο κατὰ τὴν ἄτοπον συγχωρεῖ συγχώρησιν ὁ ἀποκρινάμενος; Ἀλλ' εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλ' ἕτερον μέγιστον κακὸν κατὰ τὴν ἄτοπον συγχωρεῖ συγχώρησιν, ἀλλ' οὐ καθ' ἡμᾶς ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ μέγιστον κακὸν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς Μανιχαίους. Καθ' ἡμᾶς γὰρ καλὰ τὰ τῇδε πάντα, ὡς τὸν μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἔχοντα δημιουργόν· καὶ μέγιστον κακὸν κατ' οὐσίαν οὐδέν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, οὔτε κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ D τὴν ἑκούσιον προαίρεσιν τῶν ἀνθρώπων, τὸ ψεῦδος προτιμῶσαν τῆς ἀληθείας, κατὰ τὴν προειρημένην διπλῆν ἀσέβειαν. Ἦν διορθούμενος ὁ τοῦ κόσμου δημιουργὸς καὶ Θεὸς, ἔταξε τὴν ἡμέραν καθ' ἣν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἐξ ἀπιστίας τε καὶ ἀπειθείας τοῦ Θεοῦ κακῶν ποιεῖ τὴν ἀναίρεσιν, κατὰ τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων τῶν ἐνταῦθα ἐπεγνωκότων τὸν Θεὸν καὶ τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀποκριναμένου (53'). Οὐκ ἐχρῆν οὖν τὸν ἀποκρινάμενον, πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς μέγιστον κακὸν ἔχοντα τὸν λόγον, πρὸς τὸ κατὰ τοὺς

(53') *Καὶ τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀποκριναμένου.* Legendum κατὰ τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀποκριναμένου, ac sic vertendum : *Secundum fidem orthodoxorum, qui hic Deum, ut ipse testatur Responsor, cognoverunt.*

Digitized by Google

Μανιχαίους μέγιστον κακὸν ἀποτείνεσθαι· ἀγνοίας γὰρ τοῦτο σημεῖον καὶ ἀπορίας ἐλέγχου, καθὰ εἴρηται. Συγχωρεῖ δὲ ἡμᾶς πράττειν ἃ ἑκουσίως αἱρούμεθα κακά, οὐ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ἀλλ' ἵνα τὸ ἡμῶν αὐθαίρετον καὶ τὸ αὐτοῦ μακρόθυμον δειχθῇ· ὧν χωρὶς οὔτε ἡμεῖς ἄνθρωποι, οὔτε αὐτὸς ἀγαθὸς ἐνεδέχετο εἶναι ἐπὶ τῆς παρούσης καταστάσεως.

A mentorum penuriæ, ut dictum est. Permittit autem Deus, ut quæ sponte deligimus, mala faciamus; non ob potestatis suæ imbecillitatem, sed ut arbitrii nostri libertas, ejusque patientia ostendatur: sine quibus neque nos homines, neque ipse bonus esse posset in præsenti rerum statu.

6. *Εἰ δὲ αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὰ τῇδε, δῆλον, ὅτι, τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μένοντος, καὶ ἐς ὕστερον καὶ ἀεὶ ταῦτα ἔσται. Ἃ γὰρ πάλαι ἠδύνατο, καὶ νῦν δύναται· εἰ δὲ νῦν πλέον τι δύναται παρὰ τὸ πρότοῦ, ἔγχρονος αὐτοῦ ἔσται ἡ τοιαύτη δύναμις· ὅπερ ἄτοπον· τὸ γὰρ ἔγχρονον φθαρτόν.* Ἐφ' ὧν λέγεται τὸ *ποιήσας*, ἐπὶ τούτων λέγεται καὶ τὸ *πεποίηκε*, καὶ τὸ *ποιήσει*· καὶ ὡς ἰσοδυναμούντων ἀλλήλοις ἐστὶν αὐτῶν ἡ μετάληψις ἀκώλυτος· προηγεῖται δὲ τὸ *ποιήσας* τοῦ *ποιήσει* φυσικῇ ἀνάγκῃ· ἄτινά ἐστι σημαντικὰ τῶν δύο ἄκρων τοῦ χρόνου. Τὸν δὲ ἔχοντα τὰ δύο ἄκρα τοῦ χρόνου, τουτέστι τὸ παρεληλυθὸς καὶ τὸ μέλλον, ἀνάγκη ἔχειν καὶ τὸ μεταξὺ τῶν ἄκρων τοῦ χρόνου, τουτέστι τὸ ἐνεστώς. Καὶ ἐπειδὴ χρονικὴν ἔχει ἔμφασιν τὸ *ποιήσας*, ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ Θεὸς ποιήσας τὰ τῇδε κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἀποκριναμένου, ἐν χρόνῳ αὐτὰ πεποίηκεν. Ἀλλὰ ποιήσας ὁ Θεὸς τὰ τῇδε, τὰ ἄφθαρτα καὶ τὰ φθαρτὰ ἐποίησε· μέρη γὰρ ταῦτα τῶν τῇδε· διὸ δῆλον, ὅτι εὐλόγως μὲν ἔθηκεν ὁ ἀποκρινάμενος ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸ *ποιήσας*· ἀλόγως δὲ τῷ ἐγχρόνῳ τὰ φθαρτὰ τῶν ἀφθάρτων διέστειλε, τῶν τῇ τοῦ *ποιήσας* φωνῇ ἀλλήλων μὴ διαστελλομένων, εἴγε ἐποίησε τὰ φθαρτὰ καὶ τὰ ἄφθαρτα. Εἰ τοίνυν ὁ λέγων περὶ τοῦ Θεοῦ τὸ *ποιήσει*, τὴν ἀνάκτισιν κατὰ πρόσληψιν λέγει τῆς ἐγχρόνου δυνάμεως, ἔσται ἄρα καὶ ὁ λέγων περὶ αὐτοῦ τὸ *ποιήσας* κατὰ πρόσληψιν λέγων τῆς ἐγχρόνου δυνάμεως, εἴγε ἡγεῖται πανταχοῦ τὸ *ποιήσας* τοῦ *ποιήσει*. Εἰ δὲ ποιήσας οὐ κατὰ πρόσληψιν ἐποίησε τῆς ἐγχρόνου δυνάμεως, οὐδ' ἄρα ποιήσει κατὰ πρόσληψιν τῆς ἐγχρόνου δυνάμεως.

6. *Sin ipse Deus est qui res hasce condidit, liquet eodem Deo manente eadem quoque et posthac et semper fore; quæ enim dudum potuit, nunc quoque potest. Quod si nunc prolixius quidquam potest quam antea, temporaria erit hujusmodi potentia ejus: quod absurdum est; nam quod temporarium, idem corruptibile est.* De quibus rebus dicitur, *qui fecit*, de B eisdem etiam dicitur *fecit, et faciet*, et utriusque, ut vocum ejusdem inter se potestatis, liber est usus. Naturali autem necessitate verbum, *qui fecit*, præit verbo *faciet*, quæ verba duorum temporis extremorum sunt notæ. Porro qui duo temporis habet extrema, id est præteritum et futurum, eum necesse etiam est id quod inter temporis extrema medium est habere, hoc est præsens. Et cum verbum *qui fecit*, habeat significationem temporis, necessario quoque Deus, qui res hasce fecit, ut responsor dixit, in tempore eas fecit. Verum qui has res fecit, et ea quæ sunt corruptibilia fecit, et ea quæ incorruptibilia: hæc enim partes sunt hujus universi. Quapropter patet, merito quidem responsorem de Deo posuisse, *qui fecit*; præter rationem autem C *temporario* corruptibilia ab incorruptibilibus distinxisse: cum ea verbo *qui fecit*, inter se distincta non sint; siquidem et corruptibilia et incorruptibilia fecit. Si ergo qui dicit de Deo, *faciet*, restitutionem accessione temporariæ potentiæ futuram dicit: sane quidem et qui de eo dicit, *qui fecit*, accessione temporariæ potentiæ fecisse dicit; siquidem verbum, *qui fecit*, ubique præit verbo *faciet*. Sin qui fecit, non accessione fecit temporariæ potentiæ, non utique etiam faciet temporariæ potentiæ accessione.

7. *Εἰ δὲ, δυνάμενος καὶ πάλαι κωλῦσαι τοῦτο τὸ μέγιστον κακὸν, οὐκ ἐκώλυσε, φθονερὸς ἂν εἴη· ὅπερ ἀσεβὲς καὶ φαντάζεσθαι. Δεῖ οὖν τὸν αὐτὸν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένοντα, τὰ αὐτὰ ποιεῖν.* Ὅτι ἕνεκεν ἀγνοίας Θεοῦ πολυτρόπως ἀσεβοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, εἰ τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἀγνοοῦσιν, ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐδείξαμεν. Ἢ γὰρ ἀθετοῦσι τὸν Θεὸν, ἀποστεροῦντες αὐτὸν τῆς ἰδίας δόξης, καὶ τοὺς οὐκ ὄντας θεοὺς τοῖς ἐκείνου ὀνόμασι καὶ πράγμασι ψευδῶς τιμῶσιν· ἢ τὴν δημιουργίαν τε καὶ πρόνοιαν τοῦ κόσμου ὑποτιθέασιν εἶναι μαχομένων ἀλλήλοις δημιουργῶν· ἢ τῷ τοῦ ἀγενήτου ὀνόματι μόνῳ πρέποντι τῷ δημιουργῷ τοῦ κόσμου Θεῷ, ὀνομάζουσι τὰ μέρη τοῦ κόσμου, καὶ χωρὶς τοῦ δημιουργεῖν προσριπτοῦσι τῷ Θεῷ τὸ ὄνομα τοῦ δημιουργοῦ· ἵνα παραλείψω τὰ ἄλλα ἐν ἀνθρώποις εἴδη τῶν μεγίστων κακῶν, τὰ ἴσην ἢ καὶ μείζονα ἔχοντα ἀσέβειαν τῆς ἀσεβείας τῶν φθονερὸν τὸν Θεὸν φανταζομένων. Ἀλλ' εἰ ταῦτα

7. *Sin, cum etiam olim prohibere potuerit summum hoc malum, non prohibuit, invidus fuerit: quod vel imaginari impium est. Necesse ergo est eumdem in* D *eisdem manentem, eadem facere.* Homines per ignorationem Dei, si verum non norint Deum, multifariam impios esse, in his quæ supra dicta sunt ostendimus. Vel enim Deum abolent majestate eum sua privantes, et eos qui dii non sunt nomine et rebus ipsius falso honorant: aut mundi opificium et providentiam supponunt esse opificum inter se pugnantium; **513** aut nomine ingeniti, quod soli congruit architecto mundi Deo, partes mundi nominant, atque absque opificio opificis nomen Deo projiciunt: ut interim alias in hominibus maximorum malorum omittam species, quæ parem vel etiam majorem habent impietatem, quam Deum invidum imaginari. Sed si hæc et alia ejusmodi in hominibus maxima mala sunt, prædicatam autem a Christianis

Digitized by Google

restitutionem, in qua fit omnium in hominibus et animæ et corporis malorum abolitio, non credit responsor; quomodo non invidus illius sententia Deus, qui cum prohibere possit maxima in hominibus mala, non prohibet, sed in iisdem manens semper eos, qui in ipsum et in se invicem impii sunt, facit? Cur autem mundi restitutionem non credit responsor? Utrum ob conditoris potentiæ penuriam, an propter operis indignitatem? Quod si ob conditoris potentiæ penuriam, ne conditor quidem erit Deus. Quæ enim restituere non potest, ea nec facere potest. Consequuntur namque hæc inter sese mutuo, seu ponantur, sive tollantur. Sin propter rei indignitatem; opus ergo præstantius erit indignum Deo, quod dictu absurdum est, nempe Deum decere ut homines faciat corruptibiles, ut autem incorruptibiles, minime decere.

A μὲν καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν ἐν ἀνθρώποις μέγιστα κακὰ, τὴν δὲ ὑπὸ Χριστιανῶν κηρυττομένην ἀνάκτισιν, ἐν ᾗ γίνεται πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κατὰ τὴν ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σῶμα κακῶν ἡ ἀναίρεσις, ὁ ἀποκρινάμενος ἀπιστεῖ· πῶς οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸν ὁ Θεὸς φθονερὸς, ὃς, δυνάμενος κωλῦσαι τὰ ἐν ἀνθρώποις μέγιστα κακὰ, οὐ κωλύει, ἀλλ' ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένειν (54) ἀεὶ ποιεῖ τοὺς εἰς αὐτόν τε καὶ εἰς ἀλλήλους ἀσεβοῦντας; Τίνος δὲ ἕνεκεν ἀπιστεῖ ὁ ἀποκρινάμενος τοῦ κόσμου τὴν ἀνάκτισιν; Διὰ τὴν ἀδυναμίαν τοῦ ποιοῦντος, ἢ διὰ τὸ ἀπρεπὲς τοῦ ἔργου; Ἀλλ' εἰ μὲν διὰ τὴν ἀδυναμίαν τοῦ ποιοῦντος, ἔσται ὁ Θεὸς οὔτε ποιητής· ὧν γὰρ τῆς μεταποιήσεως ὁ Θεὸς οὐκ ἔχει τὴν δύναμιν, τούτων οὐδὲ τῆς ποιήσεως ἔχει· ἑπόμενα γάρ ἐστι ταῦτα ἀλλήλοις, τιθέμενα ἢ ἀναιρούμενα· εἰ δὲ διὰ τὸ ἀπρεπὲς τοῦ ἔργου, ἔσται ἄρα τὸ κρεῖττον ἔργον μὴ πρέπον αὐτῷ· ὅπερ ἄτοπον, τὸ λέγειν φθαρτοὺς μὲν ἀνθρώπους πρέπειν αὐτῷ ποιεῖν, ἀφθάρτους δὲ μὴ πρέπειν αὐτῷ ποιεῖν.

B

QUÆSTIO CHRISTIANA AD GRÆCOS SECUNDA.

Si fieri non potest ut Deus sit qui nihil fecerit: quomodo Deus est, si mundus ingenitus est, ut nonnullis videtur?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΗ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΛΛΗΝΑΣ Β'.

Εἰ ἀδύνατον εἶναι Θεὸν τὸν μηδὲν πεποιηκότα, πῶς ἔστι Θεὸς, εἰ ὁ κόσμος ἀγένητος, καθά τισι δοκεῖ;

RESPONSIO GRÆCA AD CHRISTIANOS.

Fieri non posse, ut Deus sit qui nihil fecerit, absurdum dictu est. Rursus enim huc ratio eadem quadrat, apud Deum non esse temporaneum quidquam. Quod si nihil est apud Deum temporaneum, liquet neque præteritum tempus Deo convenienter aptari. Quod si hoc non convenit; neque etiam convenit ut Deus quidquam fecisse dicatur. Quid ergo? Peccare nos dices quod Deum otiosum dicamus? Verum hoc non dicimus, sed Deum neque fecisse, neque facere, neque facturum esse in tempore. Neque enim quidquam fecit magis quam facit; aut magis facit quam faciet. Sed et præteritum apud Deum in præsenti, et futurum in præterito est; quippe cum Deus nihil fluxi habeat, sed eadem semper faciat, propter perfectam ipsius et immutabilem potentiam et actum. Itaque eo ipso quod est, mundum efficit, dum motum ei perpetuum suppeditat, facitque ut per omne ævum colluceat. Quare nihil quidem effecit, neque efficiet. Efficit autem idem ipse semper idem, non habens creationis suæ exordium ne et finem habeat, quia si actus ejus principium habeant et exitum, corruptibilis actu Deus erit: quod absurdum est. Quin et potentia ejus mutabilis erit, ut quæ alias aliis utatur **514** operationibus, et substantia concutietur, alias aliquando generans potentias, ac non in eisdem consistens. Quare si hæc ad omnia pertinent, liquet Deum mutabilem fore substantia, potentia et actu, quod est absurdum. Itaque idem ille manens,

C

D

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥΣ.

Τὸ λέγειν ἀδύνατον εἶναι Θεὸν τὸν μηδὲν πεποιηκότα, ἄτοπόν ἐστι. Πάλιν γὰρ κἀνταῦθα ὁ αὐτὸς ἐφαρμόζει (55) λόγος, ὡς οὐδὲν ἔγχρονόν ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ μηδὲν ἔγχρονόν ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ, δῆλον ὡς οὔτε τὸ παρεληλυθὸς τοῦ χρόνου ἁρμόζει ἐπιφέρειν τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἁρμόζει, καὶ τὸ πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὸ ὀτιοῦν οὐχ ἁρμόττει λέγειν. Τί οὖν; φαίης ἀνενέργητον τὸν Θεὸν ἡμᾶς λέγοντας ἁμαρτάνειν; Ἀλλ' οὐ τοῦτό φαμεν, ἀλλ' ὅτι οὐ πεποίηκε μὲν ὁ Θεὸς, οὔτε ποιεῖ, οὔτε ποιήσει ἐν χρόνῳ· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον πεποίηκεν ἢ ποιεῖ, οὐδ' ἂν ποιεῖ ἢ ποιήσει. Ἀλλὰ τό τε παρελθὸν παρὰ τῷ Θεῷ ἐν τῷ ἐνεστῶτι, καὶ τὸ μέλλον ἐν τῷ ἤδη γεγονέναι· ὡς οὐδὲν μὲν ῥευστὸν ἔχοντος τοῦ Θεοῦ, ἀεὶ δὲ τὰ αὐτὰ ποιοῦντος, διὰ τὴν τελείαν αὐτοῦ καὶ ἀμετάβλητον δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν. Ποιεῖ τοίνυν τὸν κόσμον ἐν αὐτῷ τούτῳ ὅπερ ἐστὶ, τὴν κίνησιν αὐτῷ ἄπαυστον παρέχων, τῷ ἐλλάμπειν αὐτὸν δι' αἰῶνος. Ὥστε πεποίηκε μὲν οὐδὲν, οὔτε ποιήσει. Ποιεῖ δὲ ἀεὶ ὁ αὐτὸς τὸ αὐτὸ, μὴ ἔχων ἀρχὴν τῆς ποιήσεως. Ἵνα μὴ καὶ τέλος· ὡς, εἴγε ἀρχὴν ἔχουσι καὶ τελευτὴν αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ, φθαρτὸς ἔσται ὁ Θεὸς τῇ ἐνεργείᾳ· ὅπερ ἄτοπον. Ἔσται γὰρ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ μεταβλητὴ, ὡς ἄλλοτε ἄλλαις κεχρημένος (56) ἐνεργείαις· καὶ ἡ οὐσία σαλευθήσεται, ἄλλοτε ἄλλας γεννῶσα δυνάμεις, καὶ μὴ μένουσα ἐν ταῖς αὐταῖς. Ὥστε εἰ ταῦτα διὰ πάντων, δῆλον ὡς ὁ Θεὸς ἔσται μεταβλητὸς οὐσίᾳ, δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ· ὅπερ ἄτοπον. Ὁ αὐτὸς τοίνυν μένων οὐδὲν ἔχει ἔγχρονον· ποιεῖ

(54) *Μένειν*. Legendum esse μένων perspicitur ex postremis responsionis verbis, Δεῖ οὖν τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένοντα τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

(55) *Ἐφαρμόζει*. Clarom. ἐφαρμόσει, et mox ἁρμόσει ἐπιφέρειν.

(56) *Κεχρημένος*. Legendum κεχρημένη, ut infra II. 7.

Digitized by Google

τοίνυν τὸν κόσμον τάττων αὐτὸν ἀεί· καὶ ὁ κόσμος τῷ μὲν ἀεὶ φρουρεῖσθαι γίνεται, τῷ δὲ ἀεὶ εἶναι ὁ αὐτὸς ἀγένητος ὑπάρχει.

A nihil habet temporarium. Efficit ergo mundum, semper eum ordinans; et mundus eo quod semper custodiatur, gignitur; eo quod semper sit, idem ingenitus est.

Ἔλεγχος τῆς ἀποκρίσεως οὐκ ὀρθῶς γεγενημένης.

1. *Τὸ λέγειν ἀδύνατον εἶναι Θεὸν τὸν μηδὲν πεποιηκότα ἄτοπόν ἐστι. Πάλιν γὰρ κἀνταῦθα ὁ αὐτὸς ἐφαρμόζει λόγος, ὡς οὐδὲν ἔγχρονόν ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.* Εἰ διὰ τὸ μηδὲν ἔγχρονον εἶναι παρὰ τῷ Θεῷ ἄτοπόν ἐστι (57) τὸ λέγειν περὶ αὐτοῦ τὸ *πεποίηκε*, τῆς αὐτῆς ἐστιν ἀτοπίας καὶ τὸ *ποιεῖν*, ἔγχρονον ὡς τὸ *πεποίηκε*. Πῶς οὖν ἀνάρμοστον μὲν λέγει ὁ ἀποκρινάμενος τῷ Θεῷ τὸ *πεποίηκεν*, εὐάρμοστον δὲ τὸ *ποιεῖ*; Καὶ εἰ μὲν τὸ *ποιήσας* ἴσον δύναται τῷ *πεποίηκεν* (58), ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ *ποιεῖ* τῷ *ποιήσει*· τῶν δὲ ἰσοδυναμούντων ἀκώλυτος ἡ μετάληψις· πῶς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἀποκρίσει ἔθηκεν ὁ ἀποκρινάμενος ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸ *ποιήσας* καὶ τὸ *ποιεῖ*, νῦν δὲ ἀναιρεῖ ἀπ' αὐτοῦ ἀμφότερα; Καὶ τὸ μὲν *ποιήσας* οὕτως ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ· *Ὁ αὐτός ἐστι*, φησὶν, *ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὰ τῇδε*· τὸ δὲ *ποιεῖν* οὕτως ἔθηκε· *Δεῖ οὖν*, φησὶ, *τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένοντα τὰ αὐτὰ ποιεῖν*. Ἀναιρῶν δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀποκρίσει τὰ κείμενα ἐν τῇ πρώτῃ ἀποκρίσει, οὕτως φησίν· *Ἄτοπον τὸ λέγειν ἀδύνατον εἶναι* (59) *Θεὸν τὸν μηδὲν πεποιηκότα*. Καὶ πάλιν· *Οὔτε πεποίηκεν ὁ Θεὸς, οὔτε ποιεῖ, οὔτε ποιήσει ἐν χρόνῳ*. Ἀλλ' ἴσως τὸ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιλέγειν κατὰ τὴν οἰκείαν λήθην ὑπέμεινε, καθ' ἣν, ὡς εἶπε, συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἀγνοεῖν. Ἐξενάσωμεν δὲ ἡμεῖς τὰ τούτων ἑξῆς.

Confutatio non recte institutæ responsionis.

1. *Fieri non posse, ut Deus sit qui nihil fecerit, absurdum dictu est. Rursus enim huc ratio eadem quadrat, apud Deum non esse temporaneum quidquam.* Si, quia nihil temporarium apud Deum, absurdum de illo dictu est, *fecit*, æque absurdum dictu est, *facere*, quod non minus temporarium quam *fecit*. Quonam igitur modo responsor dicit, non competere Deo verbum *fecit*, competere autem verbum *facit*? Ac si *qui fecit*, idem valet ac *facit*; B similiter autem et *facit*, idem ac *faciet*: eorum vero quæ idem valent, liber est usus: quomodo in prima responsione posuit responsor de Deo, *qui fecit* et *facit*, et nunc ab eo utraque tollit? Et prius quidem de Deo ita posuit: *Ipse Deus est*, inquit, *qui res hasce fecit*; alterum autem sic: *Idcirco*, inquit, *ipsum eumdem in eisdem permanentem eadem facere necesse est*. Abolens autem in responso secundo ea quæ in primo sunt posita, sic ait: *Absurdum est dictu Deum esse non posse qui nihil fecerit*. Et rursum: *Neque fecit Deus, neque facit, neque facturus est in tempore*. Fortasse autem ut ipse contra seipsum diceret, propria ipsius oblivione factum: ex qua, ut dixit, hominibus ignoratio evenit. Nos C vero sequentia expendamus.

2. *Οὐδὲν*, φησὶν, *ἔγχρονόν ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ. Δῆλον, ὡς οὔτε τὸ παρεληλυθὸς τοῦ χρόνου ἁρμόζει ἐπιφέρειν τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἁρμόζει, καὶ τὸ πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὸ ὁτιοῦν οὐχ ἁρμόττει λέγειν.* Ἐν τούτοις τὸ ἄτοπον ὑποθέμενος ὁ ἀποκρινάμενος, ὡς οὐδὲν ἔγχρονον παρὰ τῷ Θεῷ, τὰ τῷ ἀτόπῳ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα ὡς εὔλογα ἐπιφέρει· τὸ, εἰ μηδὲν ἔγχρονον παρὰ τῷ Θεῷ, δῆλον, ὡς οὔτε τὸ παρεληλυθὸς τοῦ χρόνου ἁρμόζει ἐπιφέρειν τῷ Θεῷ· εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἁρμόζει, καὶ τὸ πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὸ ὁτιοῦν οὐχ ἁρμόζει λέγειν. Ὅτι δὲ ἀτόπως ὑπέθηκε τὸ *μηδὲν ἔγχρονον εἶναι παρὰ τῷ Θεῷ* (οὗ πρὸς τὴν ἀπόδειξιν τοῖς ἑξῆς ἐπαγομένοις ἐχρήσατο), ἐλέγχει αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ ἀποκρινάμενος, ἐν οἷς ἔφασκεν ἐν τῇ πρώτῃ ἀποκρίσει· *Εἰ δὲ αὐτὸς*, φησὶν, *ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὰ τῇδε, δηλονότι τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μένοντος, καὶ ἐς ὕστερον καὶ ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἔσται· ἃ γὰρ πάλαι ἠδύνατο, καὶ νῦν δύναται.* Εἰ τοίνυν μηδὲν ἔγχρονόν ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ, δῆλον, ὅτι οὔτε τὸ *ποιήσας*, οὔτε τὸ *ποιεῖ*, οὔτε τὸ *πρότερον* καὶ *ὕστερον*, οὔτε τὸ *πάλαι* καὶ τὸ *νῦν*, οὔτε τὸ *ἠδύνατο* καὶ *δύναται*. Τὸ γὰρ *ποιήσας*, καὶ τὸ *πρότερον*, καὶ τὸ *πάλαι*, καὶ τὸ *ἠδύνατο*, τοῦ D

2. *Nihil*, inquit, *apud Deum temporarium est. Liquet nec præteritum tempus Deo convenienter aptari. Quod si hoc non convenit, neque etiam convenit, ut quidquam Deus fecisse dicatur.* Postquam absurdum in eo reposuit responsor, ut Deo temporarium quidquam tribuatur, quæ inde necessario consequuntur, ea ut rationi consentanea deducit; nimirum, si nihil temporarium apud Deum, liquet neque præteritum tempus Deo convenienter aptari. Quod si hoc non convenit, neque etiam convenit ut Deus quidquam fecisse dicatur. Porro absurde illud suppositum esse, *Apud Deum nihil esse temporarium* (quo principio usus est ad ea quæ consequuntur probanda), ipse contra se arguit responsor, qui in prima responsione dixit: *Sin ipse Deus est qui hæc fecit, constat eodem Deo manente ea quoque eadem et posthac et semper futura: quæ enim dudum potuit, nunc quoque potest.* Quod si nihil est temporale apud Deum, manifestum est, neque *qui fecit*, neque *facit*, neque *prius* et *posterius*, neque *dudum* et *nunc*, neque *potuit et potest*, ei congruere. Nam *qui fecit*, et *prius*, et *dudum*, et *potuit* præteriti temporis sunt significationes: et *facit*, et

(57) *Ἄτοπόν ἐστι.* In utroque codice ἄτοπον εἶναι. Emendavit R. Stephanus.

(58) Legendum videtur τῷ ποιεῖ.—*Ex Addendis et Emendandis.*

(59) *ἀδύνατον εἶναι.* Hæc verba, quæ hic deerant, desumpsi ex ipsa responsione, ubi minime desunt.

Digitized by Google

posthac, 515 et *nunc*, et *potest*, præsentis et futuri temporis sunt notæ. Sin hæc de Deo posita designant et ponunt omnia Dei opera temporaria esse apud eum, certum est absurde ab eo suppositum esse nihil esse apud Deum temporarium. Hoc autem sublato, ut absurde posito, necessario simul hoc etiam tollitur non competere in Deum *fecit*, et necessario statuitur huic contrarium, scilicet competere in Deum *fecit*. In re namque qualibet, aut affirmationem veram esse necesse est, aut negationem. Porro si ponas competere in Deum *fecit*, dicere non possis Deum esse qui nihil fecerit. Hoc enim illud consequitur.

« Prima quidem, cum una sit, multa movet divina corpora; istæ vero, cum plures sint, unum tantum modo singulæ. Errantium enim quælibet pluribus agitur motibus. Sic igitur adæquat natura et ordinem quemdam instituit, uni quidem motioni plura attribuens corpora, et uni corpori plures motiones. Pluribus enim sphæris una sphæra alligata fertur. Unaquæque autem sphæra corpus est. »

Εἰ τῶν ἀγενήτων τε καὶ ἀϊδίων οὐσιῶν ποιητὴς οὐδεὶς, πῶς ἀΐδιά τε καὶ ἀγένητα ταῦτα, ὧν ἡ φύσις τῆς τάξεώς ἐστι ποιητής, τῇ μὲν μιᾷ ἀποδιδοῦσα πολλὰ σώματα, τῷ δὲ ἑνὶ σώματι πολλὰς φοράς, τὰ πλήθη τῶν τοῦ ἑνὸς σώματος φορῶν ἰσάζουσα τῷ πλήθει τῶν σωμάτων. Εἰ τὰ ἀγένητα ταῦτα καὶ ἀπόρητα, πῶς ἐνδέχεται ἐν τοῖς ἀγενήτοις πεποιημένην εἶναι τάξιν φυσικήν; Σφαῖρα σφαίρᾳ ἐνδεδεμένη. τὴν αὐτὴν ἔχουσα οὐσίαν ἣν ἔχει ἡ σφαῖρα ᾗ ἐνδέδεται· πῶς οὐ φαίνεται ἀμφοτέρας ἔχουσα τὰς ἀτοπίας ἐν τοῖς ἀϊδίοις μὴ ὑπαρχούσας, τὸ μάτην ἔχειν τὴν κινητὴν οὐσίαν καθ' ἣν οὐ κινεῖται, καὶ τὸ παρὰ φύσιν κινεῖσθαι κατὰ συμβεβηκός;

Si ingenitarum et æternarum substantiarum nullus conditor, quomodo æterna hæc et ingenita, quorum natura ordinis est opifex, uni quidem motioni plura attribuens corpora, et uni corpori plures motiones, numerum 583 unius corporis motionum adæquans numero corporum? Si ingenita hæc et infecta, quomodo potest in rebus ingenitis institutus esse ordo naturalis? Sphæra sphæræ alligata, eamdem habens substantiam ac sphæra, cui illigata est, quomodo non videtur duplicem habere absurditatem, in rebus æternis non occurrentem, et quod frustra mobilem habeat substantiam, secundum quam non movetur, et quod præter naturam per accidens moveatur?

62. Ἐκ τοῦ τρίτου λόγου Περὶ οὐρανοῦ.

« Τῶν φύσει γενομένων τὰ μέν εἰσιν οὐσίαι, τὰ δὲ ἔργα καὶ πάθη τούτων. Λέγω δὲ οὐσίας μὲν τά τε ἁπλᾶ (65) σώματα, οἷον πῦρ, καὶ γῆν, καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις, καὶ ἐκ τούτων, οἷον τόν τε σύνολον οὐρανὸν, καὶ τὰ μόρια τούτου, καὶ πάλιν τά τε ζῶα, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τὰ μόρια τούτων. »

62. *Ex libro tertio de cœlo*, lib. III, c. 1, p. 298.

« Eorum quæ natura esse dicuntur, alia sunt substantiæ, alia opera et operationes earum. Substantias dico corpora simplicia, ut ignem et terram, et quæ cum his sunt ejusdem seriei elementa, et quæcunque ex iis orta sunt, ut totum cœlum et partes ejus, item animantes et plantas, et harum partes. »

Ὁ εἰρηκὼς τὸν οὐρανὸν εἶναι ἐξ ἁπλοῦ τινος στοιχείου ἑτέρου ὄντος παρὰ τὰ ἐνταῦθα στοιχεῖα, καὶ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται οὐρανὸν ἄλλον γενέσθαι διὰ τὸ τοῦτον πᾶσαν περιειληφέναι τὴν ὕλην· πῶς νῦν λέγει ἐκ τῶν αὐτῶν εἶναι στοιχείων τὸν οὐρανὸν, ἐξ ὧν καὶ τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτά; Ἀλλ' εἰ μὲν ἄλλον οὐρανὸν λέγει ἐξ ἄλλων στοιχείων γενέσθαι, πῶς οὐ ψεύδεται λέγων, Οὐκ ἐνδέχεται ἄλλον οὐρανὸν εἶναι πλὴν ἑνός;

Qui dixit cœlum esse e simplici quodam elemento a terrenis elementis diverso, nec posse aliud fieri, quia istud universam circumplexum materiam: quomodo nunc dicit, cœlum ex eisdem esse elementis, ex quibus animantia et plantæ? Sed si aliud cœlum dicit, ex aliis elementis factum: quomodo non mentitur, dum ait non posse aliud cœlum esse præter unum? Sin autem idem cœlum dicit,

(63) *Οὖσα*. Codices mss. et R. Stephanus οὐσία et mox οὐσίαι, et ἕκαστον γὰρ τῶν. Scripsit Sylburgius, ut est apud Aristotelem.

(64) *Ἡ μία*. Aristot. ἡ τελευταία.

(65) *Τά τε ἁπλᾶ*. Secundam voculam addidit Sylburgius ex Aristot., et paulo post οἷον ante τόν τε σύνολον, et conjunctionem ante πάλιν et voculam τε ante ζῶα.

Digitized by Google

nunc quidem ex alio diviniore his terrenis elemento, nunc autem ex iisdem : quomodo non in alterutro mentitur?

63. *Ex eodem libro*, ibid., c. 1, p. 298.

« De primo igitur elemento dictum est, et quale sit natura, et incorruptibile ac ingenitum esse. »

Si elementum est id ex quo gignitur quod in eo exsistens gignitur: quomodo potest idem esse et elementum et ingenitum? Si prius elementum, et posterius id quod ex elemento: quomodo elementum, ex quo cœlum, ingenitum est, et cum eo cœlum ingenitum? Si ideo ingenitum elementum, quia non est ex elemento, quomodo ingenitum cœlum quod est ex elemento?

64. *Ex eodem libro*, ibid., c. 6, p. 304 seq.

« Æterna igitur esse elementa non possunt. Videmus namque et ignem, et aquam, et unum quodque corporum simplicium dissolvi. Quare necesse est genita esse et corruptioni obnoxia elementa corporum. »

Si ex corporum elementis unum quoque est terra: quomodo terram quidem coæternam et coingenitam cœlo dixisti, alia vero elementa genita et corruptioni obnoxia?

65. *Ex eodem libro*, ibid., c. 6 extrem.

« Elementa alia ex aliis generantur. »

Quomodo generantur alia ex aliis elementa, cum prima eorum generatio non sit ex se invicem? Hanc enim generationem necesse est illi præire. Nam cum sint, mutantur alia in aliud, et alia ex aliis fiunt.

A εἰ δὲ τὸν αὐτὸν λέγει οὐρανὸν, ποτὲ μὲν ἐξ ἄλλου θειοτέρου στοιχείου παρὰ τὰ ἐνταῦθα, ποτὲ δὲ ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων· πῶς οὐκ ἔστι θατέρως ψευδόμενος;

63. *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.*

« Περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου τῶν στοιχείων εἴρηται, καὶ ποιόν τι τὴν φύσιν, καὶ ὅτι ἄφθαρτον καὶ ἀγένητον. »

Εἰ στοιχεῖόν ἐστι τὸ ἐξ οὗ γίγνεται τὸ γιγνόμενον ἐνυπάρχον αὐτῷ, πῶς ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ καὶ στοιχεῖον εἶναι καὶ ἀγένητον; Εἰ πρῶτον τὸ στοιχεῖον. καὶ ὕστερον τὸ ἐκ τοῦ στοιχείου, πῶς ἀγένητον τὸ στοιχεῖον ἐξ οὗ ὁ οὐρανὸς, καὶ συναγένητος αὐτῷ ὁ οὐρανός; Εἰ διὰ τοῦτο ἀγένητον τὸ στοιχεῖον, ὅτι οὐκ ἐκ στοιχείου, πῶς ἀγένητος ὁ οὐρανὸς ὁ ὢν ἐκ στοιχείου;

P

64. *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.*

« Ἀΐδια μὲν οὖν εἶναι ἀδύνατον· ὁρῶμεν γὰρ καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἕκαστον τῶν ἁπλῶν σωμάτων διαλυόμενον, ὥστ' ἀνάγκη γενητὰ καὶ φθαρτὰ εἶναι τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων. »

Εἰ στοιχεῖον τῶν σωμάτων ἐστὶ καὶ ἡ γῆ, πῶς τὴν μὲν γῆν συναΐδιόν τε καὶ συναγένητον εἴρηκας τῷ οὐρανῷ, τὰ δὲ ἄλλα στοιχεῖα γενητὰ καὶ φθαρτά;

65. *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.*

« Τῶν στοιχείων ἡ γένεσις ἐξ ἀλλήλων. »

Πῶς γίνεται ἐξ ἀλλήλων τὰ στοιχεῖα πρῶτον μὴ γινομένων κατὰ τὴν γένεσιν τὴν ἐξ ἀλλήλων; Ταύτην γὰρ τὴν γένεσιν ἀνάγκη προηγεῖσθαι ἐκείνης τῆς γενέσεως. Ὄντων γὰρ αὐτῶν, μεταβάλλεται εἰς ἄλληλα, καὶ γίνονται ἐξ ἀλλήλων.

C

584 ADMONITIO IN PARTEM II APPENDICIS.

Primum hujus secundæ partis locum actis martyrii S. Justini deferendum esse duxi, cum neque hoc egregium monumentum in hac editione desiderari vellem, et quæ Justinus a præfecto urbis interrogatus constanter respondit, ea convenienter præmitti possint pluribus S. martyris præclare dictis, quæ fragmenta sunt operum deperditorum.

Hæc acta non nunc primum Græce prodeunt, sed tamen accurate eruditi sodalis manu, nempe Petri Maloët Congregationis nostræ in Curia Romana olim procuratoris, e codice Vaticano 655 fuere descripta. Momentum sane eo pretiosius, quod Actis S. Justini, quæ Latine vulgata sunt, nonnulla insunt errata, quæ Græcorum ope emendantur. Ut unum aliquod exemplum afferam; pro eo, quod Græce legitur, ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇς, « si verberibus cæsus capite plectaris, » Latine habemus, « si a capite per totum corpus flagellis cæsus fueris. » His adde præfecti dicta in Græcis, ita ut ex illius ore prolata sunt, accurate referri, in Latinis autem liberius.

Quod spectat ad fragmenta operum deperditorum, illud quod agmen agit atque ex S. Justino de resurrectione excerptum dicitur, cum tota pene sit pertractatio potius quam fragmentum, inquirendi curam injicit ac dijudicandi notas suppeditat, utrum Justino necne tribuendum sit.

Eruditus Grabius, qui primus hoc insigne fragmentum Spicileg., tom. II. Græce edidit, cum Latine tantum inter Parallela S. Joannis Damasceni, interprete Billio, exstaret, non videtur dubitare, quin germanissimus S. Justini fetus sit; neque illi hac in re doctissimus operum S. Joannis Damasceni editor Michael Lequien refragatus est. Illud profecto certum et exploratum est, multa Justinum de resurrectione disseruisse, in libris præsertim, quos contra Marcionem et alios resurrectionis obtrectatores scripsit. Horum ex aliquo petitum procul dubio testimonium, quod a S. Methodio citatum infra apponemus. At Justini nullum prorsus librum antiqui memorant, qui data opera de resurrectione scriptus fuerit. Sed tamen suspicari liceret fragmentum, quod inter Parallela asservatur, ex libris S. Justini contra hæreses depromptum esse, si vere fragmentum esset ac non potius totum opusculum. At ita suis partibus absolutum est, ut nec exordium desit, nec conclusio. Semel tantum et iterum hæc legimus, « et post pauca; » quibus verbis monemur pauca admodum fuisse omissa. Non potest ergo S. martyr eorum, quæ in Parallelis ipsi tribuuntur, existimari parens, nisi opus aliquod de resurrectione composuerit; quod quidem silent omnes antiqui.

Præterea huic scripto, quod sub Justini nomine jactatur, nonnulla insunt, quæ nec doctrinam nec ætatem Justini redoleant. Opusculi auctor n. 7. « Carnem a Deo ad ipsius imaginem formatam fuisse censet; » quod quidem etsi commodo sensu accipi potest, ac de humana forma imaginem quamdam divini domi-

Digitized by Google

natus præferente intelligi, Justino tamen attribui non potest, qui hanc divinæ imaginis notionem omnino rejicit, Cohort. n. 34.

Non magis cum doctrina Justini quadrat quod hæreticorum sententia, dicentium n. 8. « Anima est incorrupta, utpote pars Dei et spiraculum ejus, » si minus vere et ex animo probatur, saltem incastigata dimittitur, nedum eo confutetur studio, quo confutaturum fuisse Justinum fatebitur quisquis illius de anima doctrinam ex primordiis dialogi cum Tryphone perspexerit.

Quo tempore compositum fuit opusculum, hæreses, quæ Christo carnem nostræ similem denegarunt, videntur pene exaruisse, ut patet ex his verbis n. 2. « Sunt autem nonnulli, qui et ipsum Jesum dicunt spiritualem tantum advenisse, non item in carne, sed speciem carnis exhibuisse. » Id profecto tum demum dici potuit, cum ejusmodi hæreses obsoletæ et ad paucos redactæ fuerunt. At Justini sæculo Marcion Ponticus in omni hominum genere hunc errorem plurimus inusserat, ut testatur Justinus, Apol. 1, n. 26, ac multæ aliæ sectæ eamdem impietatem præ se ferebant.

585 *Si mihi detur conjiciendi venia, libenter hoc opus tribuam auctori expositionis fidei, quam in prima Appendicis parte edidimus. Non improbabile est plura ejusdem hominis scripta sub Justini nomine prodiisse. In utroque opere eumdem stylum, eosdemque animi vividos impetus animadvertere mihi videor. Sæpe declarat auctor Expositionis fidei, se Ecclesiæ filiis hoc opus elaborasse : sic etiam auctor opusculi de Resurrect. « veniam ab Ecclesiæ filiis exposcit, si etiam rationibus, quæ extraneæ videntur et mundanæ, » utitur, n. 5.*

Ipsa etiam utriusque scripti ætas mirifice congruit. Quæ enim ex opusculo de Resurrect. protuli, ut a sæculo secundo amandetur, iisdem uti possum ut a quinto non removeatur, quæ quidem certissima est ætas Expositionis fidei. Nefariæ enim hæreses, quæ secundo sæculo vigebant, quinto exaruerant magna ex parte.

Ut Justino deferretur hujus operis honor, duo videntur adjuvisse : primum quod præclarissima continet resurrectionis argumenta ; deinde quod nonnulla e Justino imitatione expressa, illa in primis resurrectionis argumenta, quæ ex hominis in utero formatione et Christi ad sanandam carnem miraculis ducuntur. Forte etiam ex iisdem hausta fontibus, quæ Irenæi et Tertulliani testimoniis similia sunt : uterque enim ex Justino plurima transtulit in suas elucubrationes.

De brevioribus fragmentis, quæ opusculum de Resurrectione sequuntur, non disseram hoc loco, satius existimans in Notis observare, si quid occurrat de quo monendus Lector videatur.

APPENDICIS PARS II

Acta martyrii S. Justini complectens, necnon fragmenta operum deperditorum tum ipsius Justini, tum etiam Tatiani et Theophili Antiocheni.

—

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΧΑΡΙΤΩΝΟΣ, ΧΑΡΙΤΟΥΣ, ΠΑΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΛΙΒΕΡΙΑΝΟΥ

ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΩΝ ΕΝ ΡΩΜΗ.

—

MARTYRIUM SANCTORUM MARTYRUM JUSTINI

CHARITONIS, CHARITUS, PÆONIS ET LIBERIANI

QUI PASSI SUNT ROMÆ.

—

1. Ἐν τῷ καιρῷ (66) τῶν ἀνόμων ὑπερμάχων τῆς εἰδωλολατρείας προστάγματα ἀσεβῆ κατὰ τῶν εὐσεβούντων Χριστιανῶν κατὰ πόλιν καὶ χώραν ἐξετίθετο, ὥστε αὐτοὺς ἀναγκάζεσθαι σπένδειν τοῖς ματαίοις εἰδώλοις· συλληφθέντες οὖν οἱ ἅγιοι ἄνδρες εἰσήχθησαν πρὸς τὸν τῆς Ῥώμης ἔπαρχον ὀνόματι Ῥου-

A 1. Quo tempore nefarii superstitionis idolorum repugnatores impia contra pietatem ac religionem servantes Christianos per singulas urbes ac regiones edicta proposuerunt, ut quicunque Christiani deprehensi essent, idolis sacrificare cogerentur : comprehensi Justinus et qui cum illo erant, ad-

(66) *Ἐν τῷ καιρῷ.* Vel legendum ἐν ᾧ καιρῷ, vel ita vertendum : *Tempore impiorum idololatriæ defensorum.* Videntur acta sic incepisse : συλληφθέντες οἱ ἅγιοι. Quæ præcedunt superaddita sunt.

Digitized by Google

ducti sunt ad Romæ præsidem, Rusticum nomine. Quibus ante tribunal constitutis, Rusticus præses dixit Justino : *Age, esto diis ipsis obediens, et imperatoris edictis.* Illi autem Justinus respondit : *Nemo unquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Salvatoris nostri Jesu Christi præceptis obedierit.* Tum Rusticus præfectus : *In cujusnam*, inquit, *eruditionis ac disciplinarum genere versaris?* Cui Justinus : *Omnium disciplinarum genus discere conatus sum, omnemque eruditionem expertus. Postremo veræ Christianorum disciplinæ adhæsi, quamvis illa non placeat his, qui falsæ opinionis errore ducuntur.*

586 Tum Rusticus dixit : *Illane, miserrime, eruditione delectaris?* — *Maxime*, inquit Justinus, *quoniam recto cum dogmate Christianos ipsos sequor.* At præfectus : *Qualenam est istud dogma?* Respondit Justinus : *Rectum dogma, quod Christiani homines cum pietate servamus, hoc est, ut Deum unum existimemus, factorem atque creatorem omnium quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur; et Dominum Jesum Christum, Dei Filium confiteamur olim a prophetis prænuntiatum, qui et humani generis judex venturus est, salutis præco et magister iis qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, ut homo, imbecillis sum et longe minor, quam ut de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim; prophetarum munus hoc esse fateor. Illi enim hujus ipsius, quem Dei Filium esse dixi, in orbem terrarum adventum, multis antea sæculis divinitus prædixerunt.*

II. Quæsivit præfectus, quem in locum Christiani convenirent. Cui respondit Justinus, *eo unumquemque convenire quo vellet ac posset. An*, inquit, *existimas omnes nos in eumdem locum convenire solitos? Minime res ita se habet; quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur; sed cum invisibilis sit, cœlum et terram implet, atque ubique a fidelibus adoratur, et ejus gloria collaudatur.* Tunc præfectus : *Age*, inquit, *dicas, quem in locum conveniatis, et discipulos tuos congreges.* Respondit Justinus : *Ego prope domum Martini cujusdam, ad Balneum, cognomento Timiotinum, hactenus mansi. Veni autem in urbem Romam secundo, neque alium quempiam locum, nisi quem dixi, cognosco. Ac si quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam. Ergo Christianus es tu?* inquit Rusticus. At Justinus : *Maxime, Christianus ego sum.*

III. Tunc præfectus dixit Charitoni : *An et tu*

A στικόν. Ὧν εἰσαχθέντων πρὸ τοῦ βήματος, Ῥουστικὸς ὁ ἔπαρχος εἶπε πρὸς Ἰουστῖνον· *Πρῶτον πείσθητι* (67) *τοῖς θεοῖς, καὶ ὑπάκουσον τοῖς βασιλεῦσιν.* Ἰουστῖνος εἶπεν· *Ἀμέμπτον καὶ ἀκατάγνωστον τὸ πείθεσθαι τοῖς προσταχθεῖσιν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· *Πολους λόγους μεταχειρίζεις;* Ἰουστῖνος εἶπε· *Πάντας μὲν λόγους ἐπειράθην μαθεῖν· συνεθέμην δὲ τοῖς ἀληθέσι λόγοις, τοῖς τῶν Χριστιανῶν, κἂν μὴ ἀρέσκωσι τοῖς ψευδοδόξοις.* Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· *Ἐκεῖνοί σε ἀρέσκουσιν οἱ λόγοι, παράθλιε;* Ἰουστῖνος εἶπε· *Ναί, ἐπειδὴ μετὰ δόγματος ὀρθοῦ ἕπομαι αὐτούς* (68). Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· *Ποῖόν ἐστι δόγμα;* Ἰουστῖνος εἶπεν· *Ὅπερ εὐσεβοῦμεν εἰς*
B *τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεὸν, ὃν ἡγούμεθα ἕνα τοῦτον ἐξ ἀρχῆς ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῆς πάσης κτίσεως, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου· καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, Παῖδα Θεοῦ, ὃς καὶ προκεκήρυκται ὑπὸ τῶν προφητῶν μέλλων παραγίνεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας κῆρυξ καὶ διδάσκαλος καλῶν μαθητῶν. Κἀγὼ, ἄνθρωπος ὤν, μικρὰ νομίζω λέγειν πρὸς τὴν αὐτοῦ* (69) *ἄπειρον θεότητα, προφητικήν τινα δύναμιν ὁμολογῶν. Ἐπὶ* (70) *προκεκήρυκται περὶ τούτου, ὃν ἔφην νῦν Θεοῦ Υἱὸν ὄντα. Ἴσημι γὰρ, ὅτι ἄνωθεν προεῖπον οἱ προφῆται περὶ τῆς τούτου παρουσίας γενομένης ἐν ἀνθρώποις.*

C II. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· *Ποῦ συνέρχεσθε,* Ἰουστῖνος εἶπεν· *Ἔνθα ἑκάστῳ προαίρεσις καὶ δύναμίς ἐστι* (71). *Πάντως γὰρ νομίζεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι ἡμᾶς πάντας; Οὐχ οὕτως δέ· διότι ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν τόπῳ οὐ περιγράφεται, ἀλλὰ, ἀόρατος ὤν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῖ, καὶ πανταχοῦ ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνεῖται καὶ δοξάζεται.* Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· *Εἰπὲ ποῦ συνέρχεσθε, ἢ εἰς ποῖον τόπον ἀθροίζεις τοὺς μαθητάς σου;* Ἰουστῖνος εἶπεν· *Ἐγὼ ἐπάνω μέρω τινὸς Μαρτίνου τοῦ Τιμοτίνου βαλανείου, καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον τοῦτον·* (*ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ῥωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον*) *καὶ οὐ γινώσκω* (72) *ἄλλην τινὰ συνέλευσιν εἰ*
D *μὴ τὴν ἐκείνου. Καὶ εἴ τις ἐβούλετο ἀφικεῖσθαι παρ' ἐμοί, ἐκοινώνουν αὐτῷ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων.* Ῥουστικὸς εἶπεν· *Οὐκοῦν λοιπὸν Χριστιανὸς εἶ;* Ἰουστῖνος εἶπεν· *Ναί, Χριστιανός εἰμι.*

III. Ῥουστικὸς ἔπαρχος τῷ Χαρίτωνι εἶπεν· *Ἔτι*

(67) *Πρῶτον πείσθητι. Primo diis crede et imperatoribus obsequere.*

(68) *Αὐτούς.* Latinus interpres id refert ad ipsos Christianos; sed ad Christianorum doctrinam sive disciplinam referendum est, et sic reddendum : *Quoniam recto cum dogmate ipsam sequor.* Sanctus martyr, cujus in refellendis hæreticis nobilitata fuerat opera, sciscitante præfecto quodnam esset illud rectum dogma, quod se profiteri dicebat, sic fidem exponit, ut plerasque illius ætatis hæreses notet, quæ Christum Creatoris Filium esse et a prophetis prænuntiatum negabant. Mox vertendum : *Qui prænuntiatus est a Prophetis venturus humano generi salutis præco.* Leg. αὐτοῖς.

(69) *Πρὸς τὴν αὐτοῦ. Minuta præ infinita illius deitate.*

(70) *Ἐπί.* Leg. ἐπεί.

(71) *Προαίρεσις καὶ δύναμις.* Mirum id videri non debet sæviente persecutione.

(72) *Καὶ οὐ γινώσκω.* Delenda videtur prima vocula; et Græca sic verténda : *Ego maneo prope domum Martini cujusdam ad balneum cognomento Timiotinum, ac per totum tempus* (*veni autem in Romanorum urbem nunc iterum*) *nullum alium conventus locum cognosco.* Legitur τῶν τιμωτίνων apud Papebrochium.

Digitized by Google

εἰπὲ, Χαρίτων, καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ; ὁ Χαρίτων εἶπε· Χριστιανός εἰμι Θεοῦ κελεύσει (73). Ῥουστικὸς ἔπαρχος πρὸς τὴν Χαριτὼ εἶπε· Σὺ τί λέγεις, Χαριτώ (74); Χαριτὼ εἶπε· Χριστιανός εἰμι τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ. Ῥουστικὸς εἶπε τῷ Εὐελπίστῳ· Σὺ δὲ τίς εἶ; Εὐέλπιστος, δοῦλος Καίσαρος (75), ἀπεκρίνατο· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος μετέχω χάριτι Χριστοῦ. Ῥουστικὸς ἔπαρχος τῷ Ἱέρακι εἶπε· Καὶ σὺ (76) Χριστιανὸς εἶ; Ἱέραξ εἶπεν· Ναί, Χριστιανός εἰμι, τὸν γὰρ αὐτὸν Θεὸν σέβομαι καὶ προσκυνῶ. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· Ἰουστῖνος ὑμᾶς ἐποίησε Χριστιανούς; Ἱέραξ εἶπεν· Ἤμην Χριστιανὸς, καὶ ἔσομαι. Παίων δὲ ἑστὼς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Τίς ὁ διδάξας σε; Παίων εἶπεν· Ἀπὸ τῶν γονέων παρειλήφαμεν τὴν καλὴν ταύτην ὁμολογίαν. Εὐέλπιστος εἶπεν· Ἰουστίνου μὲν ἡδέως ἤκουον τῶν λόγων. Παρὰ τῶν γονέων δὲ κἀγὼ παρείληφα Χριστιανὸς εἶναι. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ εἰσιν οἱ γονεῖς σου; Εὐέλπιστος εἶπεν· Ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ. Ῥουστικὸς τῷ Ἱέρακι λέγει· Οἱ σοὶ γονεῖς ποῦ εἰσιν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων· Ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν πατὴρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ μήτηρ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις· οἱ δὲ ἐπίγειοί μου γονεῖς ἐτελεύτησαν. Καὶ ἐγὼ, ἀπὸ Ἰκονίου τῆς Φρυγίας ἀποσπασθεὶς, ἐνθάδε ἐλήλυθα. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε Λιβεριανῷ· Τί καὶ σὺ λέγεις, Χριστιανὸς εἶ; οὐδὲ σὺ εὐσεβεῖς; Λιβεριανὸς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι· εὐσεβῶ γὰρ καὶ προσκυνῶ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν.

IV. Ὁ ἔπαρχος λέγει πρὸς Ἰουστῖνον· Ἄκουε ὁ λεγόμενος λόγιος καὶ νομίζων ἀληθινοὺς εἰδέναι λόγους· ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇς (77), πέπεισαι ὅτι μέλλεις ἀναβαίνειν εἰς τὸν οὐρανόν; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἐλπίζω ἔξειν αὐτοῦ τὰ δόγματα (78), ἐὰν ὑπομείνω ταῦτα. Οἶδα γὰρ πᾶσι τοῖς οὕτω βιώσασι παραμένειν τὸ θεῖον χάρισμα μέχρι τῆς ἐκπληρώσεως τοῦ παντὸς κόσμου. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Σὺ οὖν ὑποτοεῖς ὅτι ἀναβήσῃ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀμοιβάς τινας ἀποληψόμενος; Ἰουστῖνος εἶπεν· Οὐχ ὑποτοῶ, ἀλλ' ἐπίσταμαι καὶ πεπληροφόρημαι. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· Τὸ λοιπὸν ἐλθωμεν εἰς τὸ προκείμενον καὶ κατεπείγον πρᾶγμα. Συνελθόντες οὖν ὁμαθυμαδὸν θύσατε τοῖς θεοῖς. Ἰουστῖνος εἶπεν· Οὐδεὶς εὐφρονῶν (79) ἀπὸ εὐσεβείας ἀσεβείᾳ εἰσπίπτει. Ῥου-

A *Christianus es?* Cui Chariton: *Christianus ego sum, Deo ipso juvante.* Quæsivit Rusticus a Charitana muliere, num et ipsa Christi fidem sequeretur. Cui respondit illa, *se quoque, Deo dante, Christianam esse.* Tunc Rusticus dixit Evelpisto: *Tu vero quisnam es?* Qui respondit: *Servus quidem Cæsaris sum; sed Christianus a Christo ipso libertate donatus, et illius beneficio atque gratia, ejusdem spei, cujus et isti, quos vides, particeps factus.* Post hæc præfectus quæsivit ab Hierace, num et ipse Christianus esset. Cui Hierax dixit: *Certe Christianus et ego sum, eumdem enim Deum colo atque adoro. An,* inquit præfectus, *Christianos vos fecit Justinus? — Ego,* inquit Hierax, *et fui, et ero Christianus.* Stans autem et Pæon dixit: *Ego quoque sum Christianus.*
B *— Et quisnam,* inquit præfectus, *te docuit?* Respondit ille: *A parentibus bonam hanc confessionem accepi.* Post hunc Evelpistus dixit: *Et ego Justini quidem sermones* **587** *magna cum voluptate audiebam; sed a parentibus tamen et ipse Christianus esse didici.* Tunc præfectus: *Et ubinam parentes tui sunt? — In Cappadocia,* inquit Evelpistus. Quæsivit præfectus et ab Hierace, ubinam gentium es sent ejus parentes. Cui respondit Hierax: *Verus Pater noster Christus est, et mater fides, qua in ipsum credimus: terreni vero parentes mei mortui sunt. Cæterum ego ab Iconio Phrygiæ abstractus huc veni.* Quæsivit præfectus a Liberiano, quidnam et ipse diceret, num et Christianus esset, atque in
C deos impius. *Et ego,* inquit, *Christianus sum. Colo enim et adoro solum Deum verum.*

IV. Tunc præfectus conversus ad Justinum, dixit: *Audi tu, qui eloquens esse diceris, et putas te veram disciplinam tenere: si a capite per totum corpus flagellis cæsus fueris, persuasumne habes, fore ut in cœlum ascendas?* Cui Justinus: *Spero,* inquit, *me habiturum quod habent qui Christi dogmata servaverint, si hæc ipsa, quæ dicis, perpessus fuero. Scio enim omnibus qui sic vixerint divinam gratiam conservari, quoad totus mundus consummetur.* Ad hæc præfectus Rusticus: *Ergo futurum opinaris, ut in cœlos ascendas, mercedem aliquam recepturus? — Non opinor,* inquit Justinus, *sed scio, et hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem.* Rusticus dixit: *Ve-*
D *niamus deinceps ad id quod propositum est, et nos urget. Convenite simul, et uno eodemque animo diis sacrificate.* Ad hæc Justinus: *Nemo,* inquit, *qui*

(73) Θεοῦ κελεύσει. *Dei jussu,* sive hortatu.

(74) Χαριτώ. *Rusticus præfectus dixit ad Charitam: Tu quid dicis, Charito? Charito dixit: Christiana sum Dei dono.* Hæc mulier vocatur Charitina apud Baronium ad an. 165.

(75) Δοῦλος Καίσαρος. *Evelpistus servus Cæsaris respondit: Ego quoque Christianus sum, liberatus a Christo, ac ejusdem spei particeps sum gratia Christi.* — Vertit interpres male, ut nobis etiam videtur, quasi hæc verba, δοῦλος Καίσαρος, ad Evelpisti responsionem pertinerent. EDIT. PATROL.

(76) Καὶ σύ. *Num et tu Christianus es?* Sic etiam infra in Græcis actis ipsius præfecti Liberianum interrogantis verba referuntur: *Quid et tu dicis? Num Christianus quoque es nec pius?*

(77) Ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇς. *Si verberibus cæsus capite plectaris.* Mendosus admodum hoc loco interpres.

(78) Δόγματα. Si legamus δόματα, *spero me habiturum illius dona,* locus enitesceret, nec necesse erit quidquam supplere. Huic voci, δόματα, egregie respondet τὸ θεῖον χάρισμα, quod mox sequitur.

(79) Εὐφρονῶν. Similis est hæc Justini responsio pluribus aliis martyrum Christo confidentium responsis. Dicebat judici beata Symphorosa: *Tu existimas quod possit animus meus aliquo terrore mutari, cum ego desiderem cum viro meo Getulio, quem pro Christi nomine interfecisti, requiescere;* Act.

Digitized by Google

recte sentiat, pietatem deserit, ut in errorem atque impietatem delabatur. Præfectus Rusticus dixit : *Nisi jussis nostris parere volueritis, cruciatus sine ulla misericordia patiemini.* Justinus autem : *Maxime nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Jesum Christum cruciatus perpeti ac salvari. Hoc enim nobis salutem et fiduciam conciliabit ante ejusdem Domini et Salvatoris nostri terribile illud tribunal, cui totus mundus divino jussu assistet.* Idem et reliqui omnes martyres dixerunt, hoc addentes : *Fac cito quod vis; nos enim Christiani sumus, et idolis non sacrificamus.*

V. Hæc audiens præfectus, talem sententiam pronuntiavit : *Qui diis sacrificare, et imperatoris edicto parere noluerunt, flagello cæsi, ad capitalem pœnam abducantur, quemadmodum leges præcipiunt.* Itaque S. martyres Deum collaudantes, ad consuetum locum perducti, post verbera securi percussi sunt, et in Salvatoris confessione martyrium consummarunt. Post hæc quidam fideles clam illorum corpora sustulerunt, et in loco idoneo illa condiderunt, cooperante gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A στικὸς ἔπαρχος εἶπεν· *Εἰ μὴ πείθεσθε, τιμωρηθήσεσθε ἀνηλεῶς.* Ἰουστῖνος εἶπε· *Δι' εὐχῆς ἐχομεν διὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τιμωρηθέντες σωθῆναι* (80)· *ὅτι τοῦτο ἡμῖν σωτηρία καὶ παρρησία γενήσεται ἐπὶ τοῦ φοβερωτέρου καὶ παγκοσμίου βήματος τοῦ Δεσπότου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος.* Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ μάρτυρες εἶπον· *Ποίει ὃ θέλεις· ἡμεῖς γὰρ Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ εἰδώλοις οὐ θύομεν.*

V. Ῥουστικὸς ἔπαρχος ἀπεφήνατο λέγων· *Οἱ μὴ βουλη-* B *θέντες θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ εἶξαι τῷ τοῦ αὐτοκράτορος προστάγματι, μαστιγωθέντες ἀπαχθήτωσαν κεφαλικὴν ἀποτινύντες δίκην κατὰ τὴν τῶν νόμων ἀκολουθίαν.* Οἱ ἅγιοι μάρτυρες δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ἐξελθόντες ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐτελείωσαν αὐτῶν τὴν μαρτυρίαν ἐν τῇ τοῦ Σωτῆρος ὁμολογίᾳ. Τινὲς δὲ τῶν πιστῶν, λαθραίως αὐτῶν τὰ σώματα λαβόντες κατέθεντο ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ συνεργασάσης αὐτοῖς τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Mart., p. 24. Sic etiam sancta Felicitas, p. 26 : *Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus tuis frangi.* Et unus ex ejus filiis, nomine Felix : *Immineant verbera : stent cruenta consilia : fides nostra nec vinci potest, nec mutari.* Cyprianus Paterno proconsuli : *Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest.* Testatur Plinius in epistola ad Trajanum, lib. x, ep. 97, dimissos a se nonnullos, qui accusati quod essent Christiani deos appellaverant, imagini imperatoris et deorum simulacris thure et vino supplicaverant, ac Christo maledixerant, *quorum,* inquit, *nihil cogi posse dicuntur, qui sunt revera Christiani : ergo dimittendos putavi.*

(80) *Τιμωρηθέντες σωθῆναι. Cruciatus perpetiendo salvari. Hoc enim nobis salus et fiducia erit ante terribile illud, cuique totus mundus assistet, Domini nostri et Salvatoris tribunal. Similiter et reliqui martyres dixerunt : Fac quod vis; nos enim Christiani sumus, nec idolis sacrificamus.*

FRAGMENTA OPERUM DEPERDITORUM

S. JUSTINI

—

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ

—

SANCTI JUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS

EX LIBRO DE RESURRECTIONE

—

588 I. Veritatis sermo liber est et sui juris, nec sub ullam cadere vult argumenti probationem, neque examen per probationem apud audientes sustinere. Illius enim nobilitas et fiducia ipsi illi, qui misit, fidem haberi vult. Quocirca libertas ejus minime arrogans. Nam quia cum potestate mittitur, D 1. Ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος ἐστὶν ἐλεύθερος καὶ αὐτεξούσιος, ὑπὸ μηδεμίαν βάσανον ἐλέγχου θέλων πίπτειν, μηδὲ τὴν παρὰ τοῖς ἀκούουσι δι' ἀποδείξεως ἐξέτασιν ὑπομένειν. Τὸ γὰρ εὐγενὲς αὐτοῦ καὶ πεποιθὸς αὐτῷ τῷ πέμψαντι πιστεύεσθαι θέλει. Λόγος δὲ ἀληθείας ἀπὸ Θεοῦ πέμπεται· διὸ καὶ τὸ ἐλεύθερον

Digitized by Google

τὸ περὶ αὐτοῦ οὐ φορτικόν. Κατ' ἐξουσίαν γὰρ φερόμενος, εἰκότως οὐδὲ τὰς ἀποδείξεις τῶν λεγομένων ἀπαιτεῖσθαι θέλει· ὅτι μηδέ εἰσιν ἄλλαι πάρεξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεός. Πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις ἰσχυροτέρα καὶ πιστοτέρα τοῦ ἀποδεικνυμένου τυγχάνει· εἴγε τὸ πρότερον ἀπιστούμενον πρινὴ τὴν ἀπόδειξιν ἐλθεῖν, ταύτης κομισθείσης, ἔτυχε πίστεως, καὶ τοιοῦτον ἐφάνη, ὁποῖον ἐλέγετο. Τῆς δὲ ἀληθείας ἰσχυρότερον οὐδὲν οὐδὲ πιστότερον· ὥστε ὁ περὶ ταύτης ἀπόδειξιν αἰτῶν ὅμοιός ἐστι τῷ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι λόγοις θέλοντι ἀποδείκνυσθαι, διότι φαίνεται. Τῶν γὰρ διὰ τοῦ λόγου λαμβανομένων (81) κριτήριόν ἐστιν ἡ αἴσθησις· αὐτῆς δὲ κριτήριον οὐκ ἔστι πλὴν αὐτῆς. Ὥσπερ οὖν τὰ διὰ τοῦ λόγου θηρώμενα, ἀπάγοντες ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, ταύτῃ κρίνομεν ὁποῖά ποτε ὄντα τυγχάνει, εἴτε καὶ ἀληθῆ εἴτε καὶ ψευδῆ τὰ λεγόμενα, οὐκ ἔτι δὲ κρίνομεν πιστεύοντες αὐτῇ· οὕτω καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους καὶ κοσμικοὺς (82) λόγους ἀναπέμπομεν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ταύτῃ κρίνομεν, εἴτε φαῦλοι εἴτε καὶ μὴ τυγχάνουσιν ὄντες. Τοὺς δὲ τῆς ἀληθείας οὐδενὶ κρίνομεν ἑτέρῳ, πιστεύοντες αὐτῇ. Ἔστι δὲ ἀλήθεια ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων, ὃς ἐστι νοῦς τέλειος (83). Οὗ γενόμενος Υἱὸς ὁ Λόγος, ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, σάρκα φορέσας, ἑαυτόν τε καὶ τὸν Πατέρα μηνύων, διδοὺς ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ζωὴν αἰώνιον. Ἔστι δὲ οὗτος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Δεσπότης. Οὗτος τοίνυν αὐτός ἐστιν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὅλων ἁπάντων πίστις τε καὶ ἀπόδειξις (84). Διόπερ οἱ τούτῳ κατακολουθοῦντες, γνόντες αὐτὸν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ὡς ἀπόδειξιν ἔχοντες, ἀναπαύσονται ἐν αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὺς ὁ ἀντικείμενος πολεμῶν οὐ παύεται, πολλαῖς δὲ καὶ ποικίλαις (85) μεθόδοις πρὸς ἐπιβουλὴν χρῆται, πρὸς μὲν τοὺς πεπιστευκότας, ἵνα τούτους τῆς πίστεως ἀπαγάγῃ, πρὸς δὲ τοὺς ἀπίστους ἔτι, ἵνα μὴ πιστεύσωσιν· ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ, καὶ ἡμᾶς, καθωπλισμένους τοῖς τῆς πίστεως λόγοις ἀτρώτους οὖσιν, ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ διὰ τοὺς ἀσθενεῖς.

merito nec demonstrationes eorum, quæ dicuntur, exposci vult, cum neque aliæ sint extra veritatem, quæ Deus est. Omnis enim demonstratio fortior est et fide dignior eo quod demonstratur : siquidem id quod non credebatur, antequam subiret demonstratio, ea jam producta fidem assequitur et tale apparet, quale dicebatur. At veritate nihil fortius, nihil fide dignius : adeo ut si quis de illa demonstrationem exposcat, similis sit postulanti, ut quæ sensibus apparent, ea rationibus demonstretur apparere. Nam eorum, quæ ratione apprehenduntur, judicium penes sensum est : ipsius autem sensus, præter ipsum, aliud non est. Quemadmodum igitur ea, quæ ratiocinando venati sumus, ad sensum adducentes, ex ipso sensu judicamus qualia tandem illa sint, utrum vera an falsa sint ea quæ dicuntur, nec vero ultra judicamus, sed fidem sensui habemus : ita humanos mundanosque sermones ad veritatem remittimus, per quam maline sint, annon, discernimus. At vero sermones veritatis nulla re alia judicamus, sed ei fidem habemus. Est autem veritas Deus universorum Pater, qui est mens perfecta. Cujus Filius, cum esset Verbum, ad nos descendit carnem gestans, seque ipsum et Patrem ostendens, dansque nobis in seipso resurrectionem ex mortuis et posthac vitam æternam. Hic autem est Jesus Christus, Salvator noster et Dominus : ac proinde idem et sui ipsius et cunctorum fides est et demonstratio. Quocirca qui illum sequuntur ac illum cognoscunt, fidem in eum, tanquam demonstrationem, habentes in ipso acquiescunt. Quia vero adversarius multos oppugnare non desinit, ac pluribus variisque artibus ad insidias utitur, contra fideles quidem ut eos a fide abducat, contra infideles autem, ut non credant; necessarium mihi videtur, ut et nos invictis fidei sermonibus obarmati, vicissim illi, infirmorum causa, bellum inferamus.

II. Φασὶν οἱ τὰ χείρονα λέγοντες, οὐκ εἶναι τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν· ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὴν φθειρομένην καὶ διαλυομένην, ταύτην συναχθῆναι εἰς τὸ αὐτό. Πρὸς γὰρ τὸ ἀδύνατον καὶ ἀσύμφορόν φασιν ὑπάρχειν τὴν ταύτης σωτηρίαν, καὶ κακίζουσιν αὐτὴν, τὰ ἐλαττώματα προφέροντες, καὶ αὐτὴν μόνην τῶν ἁμαρτημάτων αἰτίαν ἀποφαίνονται, ὥστε, εἰ μέλλει, φασὶ, σὰρξ ἀνίστασθαι, καὶ τὰ ἐλαττώματα συναναστήσεται. Καὶ

II. Aiunt qui deteriora profitentur, non esse carnis resurrectionem. Impossibile enim esse, ut quæ corrupta et minutatim dissoluta est, ea in pristinum statum restituatur. Neque enim impossibilem solum sed et inutilem esse dicunt ejus salutem, accusant que illam, et ejus vitia proferunt, et solam ipsam peccatorum esse causam pronuntiant, ita ut, si caro resurgat, inquiunt, ipsius quoque vitia resurgant.

(81) *Τῶν γὰρ διὰ τοῦ λόγου λαμβανομένων.* Ejusmodi rationes intelligit, quæ ut paulo ante dicebat, eo spectant, *ut quæ sensibus apparent, ea apparere demonstretur.* Quæ ejusmodi ratiocinationibus venamur, ea merito ad ipsum sensum revocanda et ex ipso dijudicanda. Emendanda ergo fuit hæc Billii interpretatio : *Eorum, quæ per rumorem accipiuntur, judicium penes sensum est;* et mox, τὰ διὰ τοῦ λόγου θηρώμενα, *res per rumorem investigatas.*

(82) *Κοσμικούς.* Teller., *vulgares.* Otto.

(83) Hæc contra Gnosticos prolata sunt, qui non tantum Noῦν distinguebant ab eo quem Πατέρα dicebant, verum etiam Πατέρα docebant τέλειον esse, non item Noῦν. Otto

(84) *οὗτος... ἀπόδειξις.* Ad superiora alludit; dixerat veritatem se ipsam demonstrare, sicque nunc Jesum Christum eum appellat, qui se ipsum demonstret eum esse, qualem se credi vult, *agendo* nimirum, *patiendo, resurgendo*, quæ, cum in facto posita et testimoniorum fide firmata sint, nemo negare possit adeoque quisque credere cogatur. Tellerus.

(85) *Καὶ ποικίλαις.* Grab, πολλαῖς τε πυκναῖς τε. Edit. S. Joan. Damasc. πολλαῖς δὲ καὶ πυ αῖς. Longe melior antiquissimi Coisliniani scriptura, quem ad hujus opusculi emendationem adhibui.

Digitized by Google

rectura 589 sint. Atque etiam talia quædam nectunt sophismata : Si caro resurget, vel integra et omnibus instructa partibus resurget, vel imperfecta. Sed si imperfecta sit resurrectura, id impotentiam Dei arguet, qui unas quidem partes servare potuerit, alias non. Sin autem omnibus erit partibus instructa, erit et membris videlicet. Hæc post resurrectionem futura dicere quomodo non absurdum? Cum Salvator dixerit : *Neque nubent, neque nubentur : sed erunt sicut angeli in cœlo*[23]. Angeli autem, inquiunt, nec carnem habent, nec comedunt, nec commiscentur. Quare nec carnis futura est resurrectio. Hæc igitur et similia efferentes conantur fideles pervertere. Sunt autem nonnulli, qui et ipsum Jesum dicunt spiritualem tantum advenisse, non item in carne, sed speciem carnis exhibuisse, conantes et ipsi carnem promissione fraudare. Primo igitur, et quæ videntur ipsis inexplicabilia, resolvamus; tum ita deinceps eam de carne inferemus disputationem, quæ ipsam a salute non excludi demonstret.

III. Dicunt igitur : Si integrum corpus resurget, ac omnia membra sua recipiet, necesse est et membrorum esse functiones, ac uterum quidem concipere, et genitale viri seminare et alia similiter. Stet autem in uno hæc ratio suspensa. Illius enim demonstrata falsitate omnis illorum ratio corruet. Ac membra quidem quæ operantur, ea operari quæ hic videmus, manifestum est. Sed ut hæc ab initio cogantur operari, minime necessarium. Quod ut planum fiat, rem ita consideremus. Uteri munus est concipere et virilis membri seminare. Quemadmodum autem etsi hæc tales perfectiones habitura sunt, non idcirco necesse est ut illas ab initio operentur (videmus enim mulieres quæ non concipiunt, ut steriles, quamvis uteros habeant), ita non statim necessarium est eam, quæ uterum habeat, concipere; sed et quæ minime ab initio steriles virginitatem coluerunt, abstinuerunt a congressu, aliæ vero a certo tempore. Viros item alios quidem ab initio, alios autem a certo tempore ca-

A σοφισμάτων πλέκουσι τοιαῦτα· Εἰ ἡ σὰρξ ἀνίσταται, ἤτοι (86) ὁλόκληρος ἀναστήσεται, καὶ πάντα τὰ μόρια ἔχουσα, ἢ ἀτελής. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐλλειπῆ μέλλειν αὐτὴν ἀνίστασθαι ἀδυναμίαν ἐμφαίνει τοῦ Θεοῦ, εἰ τὰ μὲν ἠδυνήθη σῶσαι, τὰ δὲ οὔ· εἰ δὲ πάντα τὰ μέρη, καὶ τὰ μόρια ἕξει δηλονότι. Ταῦτα λέγειν ὑπάρχειν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν (87), πῶς οὐκ ἄτοπον (88), τοῦ Σωτῆρος εἰρηκότος· *Οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ;* Οἱ δὲ ἄγγελοι, φασὶν, οὔτε σάρκα ἔχουσιν, οὔτε ἐσθίουσιν, οὔτε συνουσιάζονται (89)· ὥστε οὐδὲ σαρκὸς ἀνάστασις γενήσεται. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια λέγοντες, πειρῶνται διαστρέφειν τοὺς ἀπὸ τῆς πίστεως. Εἰσὶ δέ τινες (90) οἳ λέγουσι καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν πνευματικὸν μόνον B παρεῖναι, μηκέτι ἐν σαρκὶ, φαντασίαν δὲ σαρκὸς παρεσχηκέναι· πειρώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀποστερεῖν τῆς ἐπαγγελίας τὴν σάρκα. Πρῶτον μὲν τὰ ὑπ' αὐτῶν δυκοῦντα ἄπορα φαίνεσθαι λύσωμεν (91)· εἶθ' οὕτως ἐξῆς ἐπάξομεν τὸν ἀποδεικνύντα λόγον περὶ τῆς σαρκὸς, ὡς ἔχει σωτηρίαν.

III. Φασὶ τοίνυν· Εἰ ὁλόκληρον (92) ἀναστήσεται τὸ σῶμα, καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ πάντα ἕξει, ἀνάγκη δὲ καὶ τὰ ἔργα τῶν μορίων ὑπάρξαι· μήτραν μὲν κυΐσκειν, σπερματίζειν δὲ μόριον ἀνδρὸς, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ὁμοίως. Ἔστω δὲ ἐφ' ἑνὸς (93) οὗτος ὁ λόγος ἱστάμενος. Τούτου γὰρ ἀποδεικνυμένου ψευδοῦς, οἰχήσεται πᾶς ὁ λόγος αὐτῶν. Τὸ μὲν οὖν τὰ μόρια ἐνεργοῦντα ταῦτα ἐνεργεῖν ἅπερ ἐνταῦθα φαίνεται, δῆλον· τὸ δὲ κατ' ἀνάγκης αὐτὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐνεργεῖν (94) C οὐκ ἀναγκαῖον. Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, οὕτω σκοπήσωμεν (95). Μήτρας ἐστὶν ἡ ἐνέργεια (96) τὸ κυΐσκειν, καὶ μορίου ἀνδρικοῦ τὸ σπερμαίνειν. Ὥσπερ δὲ, εἰ ταῦτα (97) μέλλει ἐνεργεῖν τοιαύτας ἐνεργείας, οὕτως οὐκ ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστιν τὸ τὴν ἀρχὴν ἐνεργεῖν (ὁρῶμεν γοῦν πολλὰς γυναῖκας μὴ κυΐσκούσας, ὡς τὰς στείρας καὶ μήτρας ἐχούσας)· οὕτως εὐθέως, καὶ τὸ μήτραν ἔχειν, καὶ κυΐσκειν ἀναγκάζει, ἀλλὰ καὶ (98) μὴ στεῖραι μὲν ἐξ ἀρχῆς, παρθενεύουσαι δὲ, κατήργησαν καὶ τὴν συνουσίαν· ἕτεραι δὲ καὶ ἀπὸ χρόνου. Καὶ τοὺς ἄῤῥενας δὲ τοὺς

[23] Marc. XII, 25.

(86) *Ἤτοι.* Sic idem codex. Legitur ἤτε in Spicilegio Grabii, εἴτε in *Paralletis* S. J. Damasceni.

(87) *Πῶς οὐκ ἄτοπον.* Editi καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον.

(88) Editor Ienensis sic distinguit : Εἰ δὲ πάντα τὰ μέρη καὶ τὰ μόρια ἕξει, δηλονότι ταῦτα λέγειν ὑπάρχειν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, πῶς οὐκ ἄτοπος, τοῦ Σωτῆρος, κ. τ. α. *Sin autem omnes partes et membra recipiet, videlicet hæc post resurrectionem futura dicere, quomodo non absurdum, cum Servator dixerit*, etc.

(89) *Συνουσιάζονται.* Codex ms. συνουσιάζουσι.

(90) *Εἰσὶ δέ τινες.* Editi εἰσὶ γάρ τινες.

(91) *Λύσωμεν.* Editi λύσομεν

(92) *Ὁλόκληρον.* Magni ponderis verbum in hoc argumento, quo tam ad *qualitatem* membrorum quam ad *numerum* eorum in resurrectione indicandum utebantur. Idem Justinus usurpat *adv. Tryphonem*, c. 69, ὁλόκληρον αὐτὸν (hominem labe corporis in hac vita affectum:) ἐν τῇ... παρουσίᾳ ἀναστήσει. Tellerus. Cf. Athenag. *De resur.* c. 2; Tertull. *De resur. carn.* c. 43.

(93) *Ἐφ' ἑνός.* Sic idem ms. melius quam editi D ἀφ' ἑνὸς ἱστάμενος.

(94) *Ἅπερ ... ἐνεργεῖν.* Hæc omnia suppeditavit codex ms.

(95) *Σκοπήσωμεν.* Ms. σκοπήσομεν.

(96) *Ἡ ἐνέργεια* Deest articulus in eodem codice.

(97) *Εἰ ταῦτα.* Editi εἰς ταῦτα, quod quidem toti huic loco tenebras offundebat. Mox apud Grabium ὁρῶμεν γάρ, quod mihi magis arridet. Huc redit tota scriptoris hujus ratiocinatio : Quemadmodum membra genitalia, quibus nulla hominum voluntas obstabat, quominus perfunctiones suas exercerent, interdum tamen his perfunctionibus ab initio carent, velut in sterilibus; ita minime mirum, si iisdem perfunctionibus careant in iis, qui perpetuam virginitatem, aut saltem a certo quodam tempore continentiam sectantur.

(98) *Ἀλλὰ καί.* Editi ἄλλαι καί.

Digitized by Google

μὲν ἀπ' ἀρχῆς παρθενεύοντας ὁρῶμεν, τοὺς δὲ ἀπὸ χρόνου· ὥστε δι' αὐτῶν καταλύεσθαι τὸν δι' ἐπιθυμίας ἄνομον γάμον. Ἀλλὰ μὲν καὶ ζῶα τινὰ εὑρίσκομεν ἄτοκα, καίτοι μήτρας ἔχοντα, ὡς καὶ ἡμίονον· καὶ οἱ ἄρρενες δὲ οὐ γεννῶσιν ἡμίονοι. Ὥστε καὶ διὰ ἀνθρώπων, καὶ διὰ ἀλόγων καταργουμένην τὴν συνουσίαν, καὶ πρὶν (99) τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ὁρᾶσθαι. Καὶ ὁ Κύριος δὲ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐ δι' ἄλλο τι ἐκ παρθένου ἐτέχθη ἢ ἵνα καταργήσῃ γέννησιν ἐπιθυμίας ἀνόμου, καὶ δείξῃ τῷ ἄρχοντι (1) καὶ δίχα συνουσίας ἀνθρωπίνης δυνατὴν εἶναι τῷ Θεῷ τὴν ἀνθρώπου πλάσιν. Καὶ γεννηθεὶς, καὶ πολιτευσάμενος τὴν λοιπὴν τῆς σαρκὸς πολιτείαν, λέγω δὲ ἐν τροφαῖς, καὶ ποτοῖς (2), καὶ ἐνδύμασι, ταύτην δὴ τὴν διὰ συνουσίας μόνην οὐκ εἰργάσατο, ἀλλὰ τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας, ἃς μὲν ἀναγκαίας ὑπάρχειν κατεδέξατο, ἃς δὲ μὴ ἀναγκαίας οὐ προσήκατο. Τροφῆς μὲν γὰρ, καὶ ποτοῦ, καὶ ἐνδύματος στερουμένη σὰρξ, καὶ διαφθαρείη ἄν· συνουσίας δὲ στερουμένη ἀνόμου οὐδὲν ὅ τι πάσχει κακόν. Ἅμα δὲ καὶ τὴν μέλλουσαν καταργεῖσθαι διὰ συνουσίας μίξιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι προεμήνυσεν, ὡς φησιν· *Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσιν, καὶ γαμίσκονται· οἱ δὲ υἱοὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ.* Μὴ θαυμαζέτωσαν οὖν οἱ τῆς πίστεως ἐκτὸς, εἰ τὴν ἀπὸ τοῦ νῦν καταργουμένην ἐν τοῖς ἔργοις τούτοις σάρκα καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι καταργήσει.

IV. Ναὶ, φασίν· εἰ οὖν ἡ σὰρξ ἀνίσταται, καὶ τοιαύτη ἀνίσταται, ὁποία κλιθήσεται· ὥστε εἰ μονόφθαλμος κλιθήσεται, μονόφθαλμος ἀνίσταται· εἰ χωλὸς, χωλός· εἰ ἄλλο τι τοῦ σώματος ὑστερῶν εἴη, τοῦτο καὶ ἐλάττων (3) ὁ ἄνθρωπος ἀναστήσεται. Τετυφλωμένοι ὡς ἀληθῶς τὰ τῆς καρδίας ὄμματα! Οὐ γὰρ εἶδον ἐπὶ τῆς γῆς τυφλοὺς ἀναβλέποντας, χωλοὺς περιπατοῦντας, τῷ ἐκείνου λόγῳ. Ἅπαντα (4) ἐποίησεν ὁ Σωτὴρ, πρῶτον μὲν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν περὶ αὐτοῦ, ὅτι *τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ κωφοὶ ἀκούουσιν*, καὶ τὰ ἄλλα· ἔτι δὲ καὶ εἰς πίστιν, ὅτι ἐν τῇ ἀναστάσει ἡ σὰρξ ὁλόκληρος ἀναστήσεται. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς τὰς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς ἰάσατο, καὶ ὁλόκληρον ἐποίησε τὸ σῶμα, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦτο ποιήσει, ὥστε καὶ ἀκέραιον, καὶ ὁλόκληρον ἀναστῆναι τὴν σάρκα. Τὰ μὲν οὖν παρ' αὐτῶν νομιζόμενα ἄπορα τοῦτον τὸν τρόπον ἰαθήσεται.

V. Ἔτι δὲ καὶ τῶν λεγόντων μὴ ἀνίστασθαι τὴν σάρκα, οἱ μὲν ὡς ἀδύνατον ἀναστῆναι λέγουσιν, οἱ

A stimoniam observantes intuemur, ita ut ab ipsis dissolvantur per cupiditatem initæ citra legis præscriptum nuptiæ. Quin et pecorum nonnulla invenimus quæ non pariunt, quamvis uteros habeant, ut mulas; sed et mares muli non generant. Quo fit ut tam per homines quam per alias animantes mutuæ consuetudini, etiam ante futurum sæculum, videamus esse derogatum. Et sane Dominus noster Jesus Christus non alia de causa natus est ex virgine, quam ut illegitimæ cupiditatis generationem aboleret, ostenderetque hujus mundi principi, etiam **590** sine humana consuetudine possibilem esse Deo hominis formationem. Genitus autem ac reliquam vitæ corporeæ rationem amplexus, in cibo, inquam, et potu, et indumentis, hanc so-
B lam, quæ fit per concubitum, non exercuit, sed alias carnis cupiditates et necessarias quidem suscepit, non necessarias autem non admisit. Nam caro quidem, si cibo et potione et indumentis privetur, ipsa corrumpitur. Sed si privetur concesso a lege concubitu, nihil prorsus mali patitur. Simul autem desituram esse in futuro sæculo eam, quæ per concubitum fit, commistionem prædixit, dum ait: *Filii hujus sæculi nubunt et traduntur ad nuptias; filii autem futuri sæculi neque nubent, neque ducent uxores, sed erunt sicut angeli in cœlo* [24]. Ne mirentur proinde infideles, si carnem amodo ab istis operibus cessantem, in futuro sæculo ab iisdem sit sejuncturus.

C IV. Ita, inquiunt; igitur, si caro resurgit, talis resurgit qualis occubuerit: ita ut, si quis monoculus occubuerit, monoculus etiam resurrecturus sit; si claudus, claudus; itidem si quid aliud corporis mutilum fuerit, hac etiam parte mutilus homo sit resurrecturus. Excæcati profecto cordis oculi! Nunquid enim non viderunt in terra cæcos videntes, claudos ambulantes illius verbo! Quæ quidem omnia Salvator fecit, primo quidem ut impleretur quod dictum est per prophetas de illo: *Cæci vident, et surdi audiunt* [25], et alia hujusmodi; deinde ad fidem faciendam, carnem in resurrectione esse resurrecturam. Si enim in terra carnis infirmitates sanavit et corpus integrum reddidit: quanto magis in resurrectione id faciet, ut caro
D integra perfectaque resurgat? Hoc itaque modo sanabuntur quæ ipsis insanabilia videntur.

V. Rursus autem eorum, qui resurrectionem carnis negant, alii ut impossibilem negant, alii

[24] Luc. xx, 34. [25] Isa. xxxv, 5.

(99) *Καὶ πρὶν.* Deest in codice ms.

(1) *Τῷ ἄρχοντι.* Hæc quoque eidem codici debemus. Habebant editi καὶ δείξῃ, ὅτι καὶ δίχα. Christus ostendere voluit Satanæ *etiam sine humana consuetudine possibilem esse Deo hominis formationem*, sive quia Satanas, ut paulo ante dicebat scriptor noster, hæreticis et incredulis aliam injiciebat opinionem, sive, quod magis crediderim, quia errore delusus, ut observat Martyr Ignatius ep. ad Ephes. Christum ex Maria et Josepho genitum putabat, nec suspicabatur posse hominem aliter nasci. At postea eum, qui caput illius contrivit, nec simplicem hominem esse, neque ex hominibus genitum persensit.

(2) Verba καὶ ποτοῖς, quæ Maranus omiserat, ex editione lenensi inserimus. EDIT. PATR.

(3) *Ἐλάττων.* Editi ἔλαττον.

(4) *Ἅπαντα.* Legendum ἃ πάντα. Justinus in *Dialog.* n. 69, ex miraculis Christi idem resurrectionis argumentum ducit.

Digitized by Google

tanquam Deo eam suscitare non conveniat, utpote vilem et despicabilem; alii denique, quod illi primitus non sit promissa resurrectio. Primum quidem adversus eos, qui impossibilem Deo esse dicunt carnis resurrectionem, mihi videtur ostendendum eos ignorare, se verbo quidem fideles se esse profiteri, sed factis demonstrare infideles se esse et infidelibus infideliores. Nam cum gentes omnes simulacris credant et persuasum habeant omnia illis esse possibilia, quemadmodum et Homerus eorum poeta dixit[26]: *Dii omnia possunt, et facile* (addidit vocem ῥεῖα, quod est *facile*, ut magnitudinem potentiæ deorum declararet), multi illis infideliores apparent. Si enim gentes idolis, diis suis, qui *aures habent et non audiunt, oculos habent et non vident*[27], omnia eos posse credunt, cum ipsi sint dæmonia, sicut loquitur Scriptura, *Dii gentium dæmonia*[28]; multo magis nos, qui rectam et eximiam et veram fidem tenemus, Deo nostro credere debemus, cum et argumenta habeamus; ac primum quidem protoplasti generationem, quod e terra a Deo factus; est enim istud clarum Dei potentiæ argumentum. Deinde vero eam, quæ postea ex **591** ambobus facta est, generationem considerantibus cernere licet, ac magis mirari quomodo e minima humoris guttula tantum efformetur animal. Ac profecto, si id quoque promissione contineretur, neque factum cerneretur, multo aliis incredibilius esset; sed credibilius reddit effectus. Atqui de resurrectione nobis Salvator ostendit effectus, quos paulo post commemorabimus. Nunc autem possibilem esse carnis resurrectionem demonstramus, ab Ecclesiæ filiis, si etiam rationibus, quæ extraneæ videntur et mundanæ, utimur, veniam exposcentes, primo quidem quia nihil Deo extraneum est, ac ne ipse quidem mundus; est enim illius opus. Deinde vero quia infideles his sermonibus compellamus. Nam si fideles, satis esset dicere nos credere; nunc autem per demonstrationes procedere est necessarium. Tametsi igitur antehac producta argumenta satis ad demonstrandum possibilem esse carnis resurrectionem fuerint idonea, tamen ob nimiam illorum infidelitatem, ratione utar quæ magis urgeat, non a fide quidem ducta, a qua illi sunt extranei, sed ab infidelitate eorum matre, a rationibus, inquam, mundanis. Nam si ex his possibilem esse carnis resurrectionem illis demonstramus, multa sane confusione digni sunt, si nec ea, quæ sunt fidei, nec ea, quæ sunt mundi, sequi possunt.

A δὲ ὡς μὴ προσῆκον τῷ Θεῷ ἀνιστάνειν αὐτὴν διὰ τὸ εὐτελὲς καὶ εὐκαταφρόνητον αὐτῆς· οἱ δὲ, ὅτι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπαγγελίαν ἔχειν. Πρῶτον μὲν οὖν μοι δοκεῖ πρὸς τοὺς ἀδύνατον εἶναι λέγοντας τῷ Θεῷ τὸ ταύτην ἀναστῆσαι διεξελθεῖν, ὅτι ἀγνοοῦσιν αὐτοὶ, τῷ λόγῳ λέγοντες εἶναι πιστοὺς, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἀποδεικνύντες ἀπίστους ἑαυτοὺς, καὶ τῶν ἀπίστων ἀπιστοτέρους. Τῶν γὰρ ἐθνῶν ἁπάντων ἐπὶ τὰ εἴδωλα πεπιστευκότων, καὶ πεπεισμένων, ὅτι πάντα δυνατὰ αὐτοῖς ἐστιν (ὡς καὶ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς αὐτῶν φησιν· *Θεοὶ δε πάντα δύνανται καὶ ῥεῖα*· ἀλλὰ καὶ τὸ, *ῥεῖα*, προσέθηκεν, ὅπερ ἐστὶν εὐχερῶς, ἵνα τὴν μεγαλειότητα τῆς τῶν θεῶν (5) δυνάμεως ἐμφάνῃ), πολλοὶ τούτων (6) ἀπιστότεροι φαίνονται. Εἰ γὰρ τοῖς εἰδώλοις τὰ ἔθνη τοῖς θεοῖς αὐτῶν, οἳ *ὦτα* B *ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούουσιν, ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ βλέπουσι*, τὸ πάντα δύνασθαι πεπιστεύκασι δαιμονίοις οὖσι, καθὼς ἡ Γραφὴ λέγει, ὅτι *οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια*, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἑορτὴν (7) ἐξαίρετον καὶ ἀληθῆ πίστιν ἔχοντες, ὀφείλομεν τῷ Θεῷ ἡμῶν πιστεύειν, ἔχοντες τεκμήρια, καὶ πρῶτον μὲν τὴν τοῦ πρωτοπλάστου γένεσιν, ὅτι ἐκ γῆς ὑπὸ Θεοῦ γέγονεν· ἱκανὸν γὰρ τοῦτο δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως· ἔπειτα δὲ καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἐξ ἀλλήλων γένεσιν κατανοοῦσιν ἔστιν ἰδεῖν, καὶ θαυμάσαι μειζόνως, ὅτι ἐξ ἐλαχίστης ῥανίδος ὑγροῦ τηλικοῦτον πλάσσεται ζῶον. Καίτοι γε εἰ ἐν ἐπαγγελίᾳ καὶ τοῦτο ἦν, καὶ μὴ ἐφαίνετο γινόμενον, πολὺ τῶν ἄλλων ἦν ἀπιστότερον· ἀλλὰ γὰρ πιστότερον αὐτὸ C ποιεῖ ἀποτέλεσμα (8). Ἀλλὰ μὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν ἔδειξεν ὁ Σωτὴρ ἀποτελέσματα, ἃ μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν. Νῦν δὲ τὸ δυνατὴν εἶναι τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν ἐπιδεικνύομεν, συγγνώμην αἰτούμενοι παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας τέκνων, εἰ καὶ τῶν ἔξωθεν εἶναι δοκούντων καὶ κοσμικῶν λόγων ἁπτόμεθα· πρῶτον μὲν οὖν (9) ὅτι οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ Θεοῦ οὐδὲ καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος· ποίημα γάρ ἐστιν αὐτοῦ (10)· δεύτερον ὅτι πρὸς ἀπίστους τούτους ποιούμεθα τοὺς λόγους. Εἰ γὰρ πρὸς πιστοὺς, αὐτάρκες ἦν εἰπεῖν, ὅτι πεπιστεύκαμεν· νυνὶ δὲ διὰ ἀποδείξεων χωρεῖν ἀναγκαῖον. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ τὰ προειρημένα τεκμήρια πρὸς τὸ δυνατὴν εἶναι δεικνύειν τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν, ἀλλ' ἐπεὶ λίαν (11) εἰσὶν ἄπιστοι, καὶ ἀναγκαστικώτερον ἐπάξομεν (12) D τὸν λόγον, οὐκ ἐκ τῆς πίστεως, ὅτι μὴ τυγχάνουσιν ὄντες αὐτῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀπιστίας τῆς μητρὸς αὐτῶν, λέγω δὴ τῶν κοσμικῶν λόγων. Εἰ γὰρ ἐκ τούτων ἐπιδεικνύομεν αὐτοῖς δυνατὴν εἶναι τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν, πολλῆς δήπουθεν αἰσχύνης εἰσὶν ἄξιοι, εἰ μήτε τοῖς τῆς πίστεως μήτε τοῖς τοῦ κόσμου ἀκολουθεῖν δύνανται.

[26] Odyss. II, 304. [27] Psal. CXIII, 6. [28] Psal. XCV, 5.

(5) *Τῶν θεῶν*. Ms. τοῦ Θεοῦ. Monet Grabius deesse ῥεῖα apud Homerum.
(6) *Πολλοὶ τούτων*. Editi πολὺ οὖν τούτων.
(7) *Ἑορτὴν*. Grab. ἑαυτήν. Forte οἱ ὀρθήν.
(8) *Καίτοι γε. . . ἀποτέλεσμα*. Totam hanc verborum complexionem suppeditavit codex ms. His autem inest manifesta imitatio verborum et sententiarum Justini ex Apol. 1.
(9) *Πρῶτον μὲν οὖν*. Editi ἐρώμεθα οὖν πρῶτον.
(10) *Οὐδὲ αὐτὸς. . . αὐτοῦ*. Hæc eidem codici debemus.
(11) *Ἐπεὶ λίαν*. Ms. ἐπειδὴ ἂν.
(12) *Ἐπάξομεν*. Editi ἐπάξωμεν.

Digitized by Google

Φασὶ τοίνυν οἱ τοῦ κόσμου φυσικοὶ σοφοὶ λεγόμενοι, τὸ πᾶν ὑπάρχειν οἱ μὲν ὕλην καὶ Θεὸν, ὡς Πλάτων· οἱ δὲ ἄτομα καὶ κενὸν, ὡς Ἐπίκουρος· οἱ δὲ τὰ τέσσαρα, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν, ὥσπερ οἱ Στωϊκοί. Ἀρκεῖ γὰρ ἐπιμνησθῆναι τῶν ἐπικρατουσῶν μάλιστα δοξῶν. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων φησὶ, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα ἐκ τῆς ὕλης γεγονέναι, καὶ κατὰ πρόνοιαν αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἐπίκουρος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἀτόμου, καὶ ἐκ τοῦ κενοῦ, κατὰ ταὐτόματόν τινα φορὰν τῆς ἐκ τῶν σωμάτων φυσικῆς κινήσεως· οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἐκ τῶν τεσσάρων, διήκοντος δι' αὐτῶν τοῦ Θεοῦ. Τοιαύτης δὲ διαφωνίας αὐτῶν οὔσης, ἔστι τινὰ παρ' αὐτοῖς ὁμολογούμενα κοινὰ δόγματα πρὸς ἁπάντων· ἓν μὲν τὸ μήτε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μήτε εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλύεσθαι (13) καὶ ἀπόλλυσθαι, καὶ τὸ τὰ στοιχεῖα ἄφθαρτα ὑπάρχειν, ἐξ ὧν ἡ ἑκάστου πράγματος (14) γένεσίς ἐστι. Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, κατὰ πάντας αὐτοὺς φανήσεται δυνατὴ ἡ τῆς σαρκὸς ὑπάρχειν παλιγγενεσία. Εἴτε γὰρ κατὰ Πλάτωνά ἐστιν ἡ ὕλη καὶ Θεὸς, ἀμφότερα ταῦτα ἄφθαρτα· καὶ ὁ μὲν Θεὸς ἐπέχει τόπον τεχνίτου, οἷον πλάστου· ἡ δὲ ὕλη ἐπέχει τόπον πηλοῦ, ἢ κηροῦ, ἢ τοιούτου τινός. Τὸ μὲν οὖν ἐκ τῆς ὕλης γινόμενον φθαρτὸν πλάσμα, ὁ ἀνδριὰς ἢ εἰκών· ἡ δὲ ὕλη αὐτὴ ἄφθαρτος, οἷον πηλὸς, ἢ κηρὸς, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον εἶδος ὕλης. Οὕτως ὁ πλάστης ἐκ τοῦ κηροῦ ἢ πηλοῦ πλάσσει, καὶ ζωοποιεῖ ζώου μορφήν· πάλιν, ἐὰν διαλυθῇ τὸ πλάσμα, οὐκ ἀδύνατον αὐτῷ ἐστι, τὴν αὐτὴν ὕλην ἀναφύραντι καὶ καινοποιήσαντι, τὸ αὐτὸ πλάσμα ποιῆσαι. Οὕτω κατὰ Πλάτωνα, οὐδὲ τῷ Θεῷ ἀφθάρτῳ ὄντι, ἄφθαρτον ἔχοντι καὶ τὴν ὕλην τοῦ ἐξ αὐτῆς (15) γενομένου πλάσματος διαλυθέντος, ἀδύνατόν ἐστιν ἀνακαινοποιῆσαι πάλιν αὐτὴν, καὶ ποιῆσαι τὸ αὐτὸ πλάσμα ὁποῖον ἦν καὶ τὸ πρότερον. Ἀλλὰ μὴν κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἐκ τῆς τῶν τεσσάρων στοιχείων κράσεως γινομένου τοῦ σώματος, καὶ διαλυομένου τούτου εἰς τὰ τέσσαρα, παραμενόντων τούτων ἀφθάρτων, δυνατόν ἐστι πάλιν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, τὴν αὐτὴν μίξιν καὶ κράσιν λαβόντα (16) ἀπὸ τοῦ διήκοντος δι' αὐτῶν Θεοῦ, ποιῆσαι ὃ πρότερον πεποιήκει σῶμα· ὥσπερ εἴ τις ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ χαλκοῦ, καὶ κασσιτέρου ποιήσει μίγμα, ἔπειτα θελήσει πάλιν διαλῦσαι, ὥστε κατὰ ἰδίαν ἕκαστον εἶναι· καὶ πάλιν μίξας, εἰ θελήσει (17), τὰ αὐτὰ, ποιήσει ὃ πρότερον πεποιήκει ἐξ αὐτῶν μίγμα. Καὶ κατὰ τὸν Ἐπίκουρον δὲ, τῶν ἀτόμων ἀφθάρτων οὐσῶν καὶ τοῦ κενοῦ, παρὰ τὴν ποιὰν τάξιν καὶ θέσιν τῶν ἀτόμων συντεθειμένων γίνεται τά τε ἄλλα συγκρίματα καὶ τὸ σῶμα· χρόνῳ δὲ διαλυόμενον (18), διαλύεται πάλιν εἰς τὰς ἀτόμους, ἐξ ὧν καὶ ἐγένετο. Τούτων μενουσῶν (19) ἀφθάρτων, οὐδὲν ἀδύνατόν ἐστι, συνελθου-

A

B

C

D

VI. Aiunt ergo physici hujus mundi, quos sapientes vocant, hi quidem hoc universum esse materiam et Deum, ut Plato: illi atomos et vacuum, ut Epicurus; alii hæc quatuor, ignem, aquam, aerem, terram, ut Stoici. Sufficit enim opinionum maxime præstantium meminisse. Et Plato quidem dicit cuncta ex materia a Deo facta esse, et secundum ejus providentiam: Epicurus autem cum suis ex atomo et vacuo, fortuita quadam ipsorum corpusculorum per naturalem motum concursione: Stoici vero e quatuor elementis, Deo per ipsa pervadente. Talis igitur cum sit inter eos discrepantia, quædam tamen communia sunt omnium scita apud ipsos in confesso: unum quidem id quod est, neque ex eo, quod non est, fieri, neque in id, quod non est, dissolvi et interire; et illud, elementa esse incorrupta, ex quibus rei cujusque fit generatio. His ergo ita se habentibus, possibilis apud illos omnes apparebit carnis regeneratio. Sive enim sit materia et Deus ex Platonis sententia, utrumque incorruptum: ac Deus quidem artificis locum tenet, puta fictoris; materia vero locum luti aut ceræ, aut talis cujuspiam. Quod igitur e materia figmentum factum est, seu statua, seu imago, corruptioni obnoxium est; materia vero ipsa, ut lutum aut cera, aliave talis species materiæ, incorrupta. Ita fictor ex cera aut luto fingit et ad vivum formam exprimit anîmalis: rursusque si figmentum dissolutum fuerit, ei nequaquam impossibile erit eamdem miscenti ac renovanti materiam, figmentum idem reficere. Quare secundum Platonem, neque Deo, qui incorruptus est et incorruptam habet materiam, **592** impossibile erit, postquam factum ex ea figmentum dissolutum fuerit, eam renovare, ac figmentum idem, quale prius fuerat, instaurare. Sed et secundum Stoicos, cum corpus e quatuor elementorum commistione formatum fuerit, si in illa quatuor resolutum fuerit, incorruptis illis remanentibus; possibile est rursus quatuor elementa, eamdem commistionem ac temperamentum a Deo pervadente accipientia, efficere id quod prius fecerant corpus: quemadmodum, si quis ex auro et argento et ære et stanno mistum aliquod faciat, ac deinde velit illud dissolvere, ita ut unum quodque seorsum exsistat; rursusque si velit, eadem commiscens, idem ex illis mistum faciet, quod ante confecerat. Deinde secundum Epicurum, cum atomi et vacuum incorrupta sint, ex atomis certo ordine et situ compositis, cum aliæ concretiones fiunt, tum etiam corpus: quod quidem tempore dissolutum resolvitur in easdem atomos,

(13) *Ἀναλύεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι.* Ms. εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπόλλυσθαι.

(14) *Πράγματος.* Deest ea vox in cod. ms. Mox idem τούτων τοίνυν.

(15) *Ἐξ αὐτῆς.* Male in editis ἐξ αὐτοῦ.

(16) *Λαβόντα.* Editi λαμβάνοντα. Mox ex ms. codice desumptum illud δι' αὐτῶν, quod in editis deerat.

(17) *Εἰ θελήσει.* Hæc desumpta ex cod. ms. Mox idem ποιῆσαι, sed scribendum videtur ποιήσαι. Spicileg. ποιήσῃ. Parallel. ποιήσει.

(18) *Χρόνῳ δὲ διαλυόμενον.* Editi χρόνῳ μὲν διαλυόμενον. Paulo post idem τάξιν καὶ θέσιν λαβόντες et συνάγων οὐκ ἀδυνατήσει.

(19) *Μὲν οὐσῶν.* Ex mutatione fere nulla divise scripsi lectionem vulgatam μενουσῶν, etiam supra ἀφθ. οὐσῶν. Otto.

Digitized by Google

ex quibus factum fuerat. His autem manentibus incorruptis impossibile non est ut rursum coeuntes, ac eumdem ordinem et situm accipientes, corpus, quod ex eis factum fuerat, efficiant idem et simile: sicut si tessellarius ex tesserulis fingat animalis formam; deinde illis vel a tempore, vel ab ipsomet dissolutis, easdem dispersas recolligat, haud illi impossibile fuerit, illis collectis ac similiter, ut prius, dispositis, eamdem animalis formam repræsentare. At Deus dissoluta a se invicem carnis membra colligens, non poterit corpus facere idem ei, quod prius fecerat?

A σῶν πάλιν καὶ τὴν αὐτὴν θέσιν καὶ τάξιν λαβουσῶν, ποιῆσαι ὃ πρότερον ἐγεγόνει ἐξ αὐτῶν σῶμα, καὶ ὅμοιον· ὥσπερ εἴ τις ψηφοθέτης ἐκ ψήφων ποιήσει ζώου μορφήν, ἔπειτα τούτων ἀπὸ χρόνου διαλυθέντων, ἢ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος, τὰς αὐτὰς ἔχων ψήφους ἐσκορπισμένας συναγάγῃ (20), οὐκ ἀδυνατήσει συλλέξας αὐτὰς, καὶ διαθεὶς ὁμοίως, ποιῆσαι τὸ αὐτὸ εἶδος τοῦ ζώου. Ὁ δὲ Θεὸς ἀναλυθέντα τὰ μέλη τῆς σαρκὸς ἀπ' ἀλλήλων οὐ δυνήσεται πάλιν συνάγων (21) ποιῆσαι τὸ αὐτὸ τῷ πρότερον γεγονότι ὑπ' αὐτοῦ σώματι;

VII. Ac possibilem quidem esse carnis resurrectionem, satis a me contra infideles (22) demonstratum. Quod si ex infidelium sententia non invenitur impossibilis esse carnis resurrectio; quanto magis secundum fideles? Deinde porro sermo mihi ad eos convertendus est, qui carnem infamant, ac dignam non esse dicunt resurrectione, nec cœlesti civitate: primum quidem quia substantia ejus terra est; deinde quoniam peccatis est plena, ita ut animam quoque secum peccare cogat. Videntur autem isti ignorare universam Dei operationem et primam hominis creationem et formationem, et ea quæ in mundo sunt quorum causa sint facta. Annon enim dicit Scriptura: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [29]? Quem? Carneum videlicet hominem dicit. Ait enim Scriptura: *Et accepit Deus pulverem de terra, et formavit hominem* [30]. Perspicuum igitur est hominem, qui formatus est ad imaginem Dei, fuisse carneum. Ad hæc quomodo non absurdum sit dicere carnem, quæ a Deo ad imaginem ipsius formata est, vilem esse ac nihili? Atqui carnem rem esse apud Deum pretiosam satis liquet, primum quidem quod ab ipso formata sit, siquidem imago fictori pictorique suo grata est; deinde id quoque ex cætero mundi opificio pronum est discere. Nam cujus causa reliqua facta sunt, id ei, qui fecit, omnium est charissimum.

B Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν περὶ τοῦ δυνατὴν εἶναι τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν ἱκανὸς ἀποδέδεικταί μοι λόγος κατὰ τοὺς ἐθνικούς. Εἰ δὲ κατὰ τοὺς ἀπίστους οὐχ εὑρίσκεται ἀδύνατος ἡ ἀνάστασις τῆς σαρκὸς, πόσῳ μᾶλλον κατὰ τοὺς πιστούς; Ἐξῆς δὲ λεκτέον πρὸς τοὺς ἀτιμάζοντας τὴν σάρκα, καὶ φάσκοντας μὴ ἄξίαν εἶναι τῆς ἀναστάσεως. μηδὲ τῆς οὐρανίου πολιτείας (23)· ὅτι πρῶτον αὐτῆς ἐστιν ἡ οὐσία γῆ, μετέπειτα καὶ μεστὴ γέγονε πάσης ἁμαρτίας, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν ἀναγκάσαι συναμαρτάνειν. Ἐοίκασι δὲ οὗτοι τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ πραγματείαν ἀγνοεῖν, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν τοῦ ἀνθρώπου καὶ πλάσιν, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ ὧν ἕνεκα γέγονεν (24). Ἡ γὰρ οὖ φησιν ὁ Λόγος· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν;* Ποῖον; Δηλονότι σαρκικὸν λέγει ἄνθρωπον. Φησὶ γὰρ ὁ Λόγος· *Καὶ ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον.* Δῆλον οὖν, ὡς, κατ' εἰκόνα Θεοῦ πλασσόμενος ὁ ἄνθρωπος, ἦν σαρκικός. Εἶτα πῶς οὐκ ἄτοπον, τὴν ὑπὸ Θεοῦ σάρκα πλασθεῖσαν κατ' εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ φάσκειν ἄτιμον εἶναι, καὶ οὐδενὸς ἀξίαν; Ὅτι δὲ τίμιον κτῆμα ἡ σὰρξ παρὰ Θεῷ, δῆλον, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ πρὸς αὐτοῦ πεπλάσθαι, εἶγε καὶ εἰκὼν τῷ πλάστῃ καὶ ζωγράφῳ τιμία γινομένη· καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς δὲ κοσμοποιίας μαθεῖν πάρεστιν. Οὗ γὰρ ἕνεκεν γέγονε τὰ λοιπὰ (25), τοῦτο πάντων τῷ ποιήσαντι τιμιώτατον.

C

VIII. Certe, inquiunt. At caro peccatrix est, adeo ut animam quoque secum peccare cogat. Ita temere illam criminantur et ipsi soli amborum peccata affingunt. Quo etenim pacto per seipsam peccabit caro, nisi animam sibi præeuntem habeat ac provocantem? Velut enim in jugo boum, si alter ab altero sejungatur, neuter arare seorsum potest: ita nec anima, nec corpus, soluto conjunctionis vinculo, facere singulatim quidquam possunt. Sin sola caro peccatrix est, ejus igitur solius causa Salvator venit, sicut ait: *Non veni vocare justos, sed peccatores* [31]. Cum ergo charam Deo esse carnem et supra omnia opera pretiosam ostensum sit,

593 Ναὶ, φασὶν· ἀλλ' ἁμαρτωλὸς ἡ σὰρξ, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν ἀναγκάζειν συναμαρτάνειν, μάτην κατηγοροῦντες αὐτῆς, καὶ τὰ τῶν ἀμφοτέρων ἁμαρτήματα μόνῃ περιτιθέντες. Ποῦ γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἡ σὰρξ ἁμαρτῆσαι δυνήσεται, ἐὰν μὴ τὴν ψυχὴν ἔχῃ προηγουμένην καὶ προκαλουμένην αὐτήν; Ὥσπερ γὰρ ζεῦγος βοῶν λυθέντων ἀπ' ἀλλήλων τοῦ ζυγοῦ, οὐδέτερος αὐτῶν κατ' ἰδίαν ἀροῦν δύναται· οὕτως οὐδὲ ψυχὴ καὶ σῶμα, λυθέντα τῆς συζυγίας, καθ' ἑαυτὰ ποιῆσαί τι δύναται. Εἰ δὲ καὶ ἡ σὰρξ ἁμαρτωλὸς, μόνης ταύτης ἕνεκεν ἦλθεν ὁ Σωτὴρ, καθώς φησιν· *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.* Ἐπειδὴ οὖν τιμία παρὰ Θεῷ, καὶ ἔνδοξος παρὰ πάντα τὰ

D

[29] Genes. I, 26. [30] Genes. II, 7. [31] Marc. II, 17.

(20) Συνάγων ed. Ienens. ex cod. Coisliniano.
(21) *Συνάγων*. Desumptum ex cod. ms.
(22) Rectius *secundum ethnicos* ed. Ienens.
(23) *Οὐρανίου πολιτείας*. Editi ἐπουρανίου βασιλείας.
(24) *Ὧν ἕνεκα γέγονεν*. Suppeditavit cod. ms.
(25) *Τὰ λοιπά*. Cod. ms. τὰ πάντα. Mox idem τιμιώτατον; editi τιμιώτερον.

Digitized by Google

ποιήματα δέδεικται ἡ σάρξ· δικαίως ἂν ὑπ' αὐτοῦ σωθήσεται. Λεκτέον οὖν πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα Θεοῦ ποίημα τυγχάνουσα, καὶ τιμία αὐτῷ παρὰ πάντα, οὐκ εὐθέως καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ἀναστάσεως ἔχει. Καίτοι πῶς οὐκ ἄτοπον τὸ μετὰ τηλικαύτης σπουδῆς γενόμενον, καὶ παρὰ πάντα τὰ λοιπὰ τίμιον περιορᾶν τὸν ποιήσαντα εἰς τὸ μηκέτι εἶναι; εἶτα ὁ μὲν πλάστης καὶ ζωγράφος εἰ τὰς εἰκόνας ἃς ἂν ποιήσωσι, διαμένειν ἐθέλουσιν, ἵνα δι' αὐτῶν δοξάζωνται, καὶ φθειρομένας αὐτὰς ἀνακαινοποιοῦσι· ὁ δὲ Θεὸς τὸ αὐτοῦ κτῆμα καὶ πλάσμα περιεῖδεν ἂν εἰς τὸ μὴ ὄν, μηκέτι δὲ καὶ εἰς τὸ εἶναι, ματαιοπόνον ἀποκαλοῦμεν (26); Ὥσπερ εἴ τις, οἰκίαν οἰκοδομήσας, ἔπειτα καταλύοι (27), ἢ καταλυομένην περιορῶν, δυνάμενος ἀναστῆσαι, τόν τε Θεὸν οὐκ αἰτιασόμεθα, ὅτι μάτην ποιεῖ; Ἀλλ' οὐχ ὁ ἄφθαρτος τοιοῦτος, οὐκ ἄφρων ὁ τῶν ὅλων πέφυκε νοῦς. Φιμοῦσθωσαν (28) οἱ ἄπιστοι, εἰ τὸ μὴ πιστεύειν ἔχουσιν αὐτοί. Ἀλλὰ μὴν καὶ κέκληκεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἐπαγγέλλεται τὴν αἰωνίαν ζωήν. Ἔνθα γὰρ τὸν ἄνθρωπον εὐαγγελίζεται σῶσαι, καὶ τῇ σαρκὶ εὐαγγελίζεται. Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὼς ζῶον λογικόν; Μὴ οὖν καθ' ἑαυτὴν (29) ψυχὴ ἄνθρωπος; Οὔκ· ἀλλ' ἀνθρώπου ψυχή. Μὴ οὖν καλοῖτο σῶμα ἄνθρωπος; Οὔκ· ἀλλ' ἀνθρώπου σῶμα καλεῖται. Εἴπερ οὖν κατ' ἰδίαν μὲν τούτων οὐδέτερον ἄνθρωπός ἐστι, τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀμφοτέρων συμπλοκῆς καλεῖται ἄνθρωπος, κέκληκε δὲ ὁ Θεὸς εἰς ζωὴν καὶ ἀνάστασιν τὸν ἄνθρωπον, οὐ τὸ μέρος, ἀλλὰ τὸ ὅλον κέκληκεν, ὅπερ ἐστὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα. Ἐπεὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, ἀμφοτέρων ὄντων κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ, τὸ μὲν σώζειν, τὸ δὲ μή; Οὐκ ὄντος δὲ ἀδυνάτου, καθάπερ δέδεικται, τὴν σάρκα ἔχειν τὴν παλιγγενεσίαν, τίς ἡ διάκρισις, ὥστε τὴν μὲν ψυχὴν σώζεσθαι, τὴν δὲ σάρκα μή; Ἢ φθονερὸν ποιοῦσι τὸν Θεόν; Ἀλλὰ ἀγαθός ἐστι, καὶ σώζεσθαι πάντας θέλει. Καὶ δι' αὐτοῦ (30) καὶ τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ οὐχὶ μόνον ἤκουσεν ἡ ψυχὴ ὑμῶν, σὺν αὐτῇ ἡ σάρξ, καὶ ἐπίστευσεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἀλλ' ἀμφότερα ἐλούσαντο (31), καὶ ἀμφότερα τὴν δικαιοσύνην εἰργάσαντο. Ἆρα οὖν ἀχάριστον ἢ ἄδικον ἀποφαίνουσι

A merito sane ab eo salvabitur. Disputandum igitur adversus eos qui dicunt carnem, licet Dei certissimum opus sit et chara illi supra omnia, non idcirco tamen promissionem habere resurrectionis. Verum quomodo absurdum non est id quod tanto factum studio est ac præ cæteris pretiosum, sic ab eo, qui fecit, negligi, ut in nihilum prorsus redigatur nec jam amplius sit? Deinde vero fictor et pictor, si imagines a se factas manere volunt, ut per eas gloriam assequantur, veterascentes ipsas renovant. Deus autem rem suam et opus suum parvi pendet in nihilum redigi, nec jam esse amplius? Quemadmodum si quis domum a se ædificatam destruat, aut destructam negligat, cum instaurare possit, frustra laborantem eum vocamus: sic B etiam annon Deum accusaremus quod frustra laborasset? At non talis est ille incorruptus, non caret prudentia qui omnium mens est. Obmutescant infideles. Verumtamen carnem quoque ad resurrectionem vocavit, eique vitam sempiternam promittit. Dum enim homini salutem annuntiat, hanc etiam annuntiat carni. Ecquid enim aliud est homo, quam ex anima et corpore animal rationale? An anima singulatim est homo? Nequaquam. Sed est hominis anima. Num ergo corpus homo dicetur? Minime gentium. Sed hominis corpus dicetur. Quare si neutrum horum singulatim est homo, sed quod ex amborum complexu constat, nominatur homo; si et Deus ad vitam et resurrectionem hominem vocavit, non partem ejus, sed totum, hoc est animam C et corpus, vocavit. Et quomodo non absurdum est, duobus secundum idem et in eodem exsistentibus, unum salvare, alterum non? Cum enim impossibile non sit, ut demonstratum est, carnem renasci; quænam est illa discretio, ut anima salva sit ac non corpus? An invidum faciunt Deum? Atqui bonus est et omnes vult salvos fieri. Atque ipsum et ejus prædicationem non sola audivit anima nostra, et sine carne, et credidit in Christum Jesum; sed ambæ ablutæ sunt, et ambæ justitiam operatæ. Ingratum igitur et injustum faciunt Deum, siquidem ambabus in ipsum credentibus, unam salvare velit,

(26) *Ματαιοπόνον ἀποκαλοῦμεν.* Vel post hæc verba legendum εἴ τις, deleto ὥσπερ, vel collocanda D sunt post ἀναστῆσαι. — *Ὁ δὲ Θεός*, κ. τ. λ. Maranus, mendose, ὁ δὲ Θεὸς τὸ καὶ πλάσμα αὐτοῦ κτῆμα περιεῖδεν, κ. τ. λ. Deinde idem cum cæteris,... τὸ εἶναι, ματαιοπόνον ἀποκαλοῦμεν, ὥσπερ εἴ τις, κ. τ. λ. Halloix. vero et Grab. insuper verbis μὴ ὄν addunt ἀπολλύμενον cum nota interrogandi. Locus autem corruptus videtur esse. Maranus verba ματαιοπόνον ἀποκαλοῦμεν post ἀναστῆσαι collocari mallet; vertit: *Quemadmodum si quis... frustra laborantem eum vocamus; sic etiam annon Deus*, etc... Tellerus vero legendum putat ὡς (pro εἰς) τὸ μὴ ὄν, μηκέτι... εἶναι· ματ. ἀποκ., *ὅσπερ ἢ τὴν* οἰκίαν... καταλύει (eamdem formam pro καταλύοι tenent omnes ante Maranum editores) etc.; reddit: *Deus vero... parvi faciet, si non amplius sit, ac si nunquam exstitisset? In vanum laborasse dicimus*, etc.. Quæ quomodo extrudere ex istis verbis potuerit, equidem haud scio. Locum studui aliquantulum sanare interrogatione post εἶναι posita ac deleto ὥσπερ ante εἴτις. Otto.

(27) *Καταλύοι.* Editi καταλύει.

(28) *Φιμούσθωσαν.* Cod. ms. εὐφημείτωσαν.

(29) *Καθ' ἑαυτήν.* Cod. ms. καθ' αὑτήν.

(30) *Καὶ δι' αὐτοῦ.* Legendum καὶ δὴ αὐτοῦ et referendum ad verbum ἤκουσεν, non autem, ut Billius, ad σώζεσθαι. Aliud vitium sanabitur, si legamus καὶ οὐ σὺν αὐτῇ ἡ σὰρξ et ἐπίστευσεν. Illud enim, ἀλλ' ἀμφότερα, argumento est scriptorem de solius animæ fide antea locutum fuisse. Mox Editi καὶ ἐλούσαντο — Ed. Ienens., καὶ σὺν αὐτῇ ἡ σὰρξ, καὶ ἐπίστευσεν, κ. τ. λ., *cumque ea caro, et credidit*, etc.

(31) *Ἀμφότερα ἐλούσαντο.* Sic etiam Tertullianus lib. *De resurr. carnis*, c. 8: *Caro abluitur ut anima emaculetur. Caro ungitur, ut anima consecretur. Caro manus impositione adumbratur, ut et anima a Spiritu illuminetur. Caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut anima de Deo saginetur. Non possunt ergo separari in mercede quas opera conjungit.* Grabius.

Digitized by Google

alteram non item. 594 Certe, inquiunt. At vero anima est incorrupta, utpote pars Dei et spiraculum ejus, ac propterea id quod sibi proprium est et cognatum salvare voluit; caro autem corruptioni obnoxia, neque ex ipso est, sicut anima. Ecquæ igitur ipsi gratia, aut quæ potentiæ et bonitatis ejus demonstratio, si quod natura salvatur, et portio ejus est, salvaturus sit? Nam ipsum ex seipso salutem habebat, ita ut animam salvans nihil magni faciat, cum salvari penes ipsam sit, quia pars ejus est, tanquam ejus spiraculum. Sed nec ei gratia est, quod sibi proprium est salvanti. Hoc enim est servare seipsum. Quandoquidem qui sui partem servat, seipsum per seipsum servat, nequando pars illa deficiat. Tale autem factum non est boni. Virum enim bonum nemo illum dicet, qui filiis suis ac nepotibus aliquid gratificatur. Hoc enim et maxime agrestes feræ faciunt: quæ etiamsi mortem pro fetibus obire oporteat, ultro id perferunt. At si quis eadem servis præstiterit, is demum merito bonus dicatur. Hinc Salvator etiam inimicos diligere nos docuit: alioqui quæ nobis gratia habebitur? In quo quidem ostendit bonum opus esse, non ex se genitos tantum diligere, sed etiam extraneos. Quæ autem nobis præcepit, ea multo prius ipse facit.

Et post pauca:

IX. Si nullum ad usum carne indiguit, cur et eam sanavit? Et quod omnium fortissimum est, mortuos suscitavit. Qua de causa? Nonne ut demonstraret qualis futura esset resurrectio? Quomodo igitur mortuos suscitavit, utrum animas an corpora? At manifestum est quod utraque. Si autem spiritualis tantum esset resurrectio, oportuisset ut resurgens ipse ostenderet seorsum corpus jacens, et seorsum animam exsistentem. Nunc autem id non fecit, sed suscitavit corpus, in eo promissionem vitæ confirmans. Qua ergo de causa in carne, quæ passa erat, resurrexit, nisi ut carnis resurrectionem demonstraret? Atque id confirmare volens, cum discipuli ejus non crederent eum vere resurrexisse, sed eum viderent ac dubitarent, dixit eis: *Nondum habetis fidem*, inquit, *videte quia ego sum* [32]; seque eis pal-

[32] Luc. XXIV, 32.

τὸν Θεὸν, εἰ τῶν ἀμφοτέρων πιστευόντων εἰς αὐτὸν, τὴν μὲν σώζειν θέλει, τὴν δὲ οὔ (32). Ναὶ, φασὶν· ἀλλ' ἡ μὲν ψυχὴ ἐστιν ἄφθαρτος (33-34), μέρος οὖσα τοῦ Θεοῦ καὶ ἐμφύσημα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἴδιον καὶ συγγενὲς ἐθέλησε σῶσαι· ἡ δὲ σὰρξ φθαρτὴ, καὶ οὐκ ἀπ' αὐτοῦ, καθάπερ ἡ ψυχή. Εἶτα τίς αὐτῷ χάρις, καὶ τίς ἐπίδειξις τῆς δυνάμεως καὶ χρηστότητος αὐτοῦ, εἰ τὸ μὲν φύσει σωζόμενον καὶ μέρος ὑπάρχον αὐτοῦ σώζειν ἤμελλεν; Αὐτὸ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ εἶχε τὴν σωτηρίαν· ὥστε τὴν μὲν ψυχὴν σώζων, οὐ μέγα ποιεῖ. Τὸ γὰρ σώζεσθαι πάρεστιν αὐτῇ, ὅτι ἐστὶν αὐτοῦ μέρος, ἐμφύσημα αὐτοῦ οὖσα. Ἀλλ' οὐδὲ χάρις αὐτῷ τὸ ἴδιον σώζοντι· τοῦτο γάρ ἐστιν ἑαυτὸν σώζειν. Ὁ γὰρ τὸ μέρος αὐτοῦ σώζων δι' ἑαυτοῦ ἑαυτὸν σώζει, μή ποτε ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐνδεὲς γένηται· οὐκ ἔστιν ἀγαθοῦ τὸ τοιοῦτον. Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀγαθόν τις ἐρεῖ τὸν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ καὶ ἐκγόνοις χαριζόμενόν τι. Τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἀγριώτατα τῶν θηρίων ποιοῦσι· κἂν ὑπεραποθανεῖν τῶν ἐκγόνων αὐτῶν δέῃ, ἑκοντὶ τοῦτο ὑπομένουσιν. Εἰ δέ τις τὰ αὐτὰ τοῖς δούλοις παράσχοι, δικαίως ἂν οὗτος λέγοιτο ἀγαθός. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθρούς· ἐπεὶ τίς ἡμῖν χάρις ἐστίν; φησίν· ὥστε δέδειχεν ἡμῖν ἀγαθὸν ἔργον εἶναι τὸ μὴ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας μόνον ἀγαπᾷν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔξωθεν. Ἃ δὲ ἡμῖν παρήγγειλε, πολὺ πρότερον αὐτὸς ποιεῖ.

Καὶ μετ' ὀλίγα (35)·

IX. Εἰ εἰς μηδὲν ἔχρῃζε τῆς σαρκὸς, τί καὶ ἐθεράπευσεν αὐτήν; Καὶ τὸ πάντων (36) ἰσχυρότερον, τοὺς νεκροὺς ἀνέστησε. Τίνος ἕνεκεν; Οὐχ ἵνα δείξῃ τὴν ἀνάστασιν, οἷα μέλλει γίνεσθαι; Πῶς οὖν τοὺς νεκροὺς ἀνέστησε; Πότερον τὰς ψυχὰς ἢ τὰ σώματα; Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι ἀμφότερα. Εἰ δὲ ἦν πνευματικὴ μόνη (37) ἡ ἀνάστασις, ἐχρῆν, ἀναστάντα αὐτὸν, κατ' ἰδίαν μὲν δεῖξαι τὸ σῶμα κείμενον, κατ' ἰδίαν δὲ τὴν ψυχὴν ὑπάρχουσαν. Νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἀνέστησε δὲ τὸ σῶμα, τῆς ζωῆς τὴν ἐπαγγελίαν ἐν αὐτῷ πιστούμενος. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐν τῇ σαρκὶ τῇ παθούσῃ ἀνέστη, εἰ μὴ ἵνα δείξῃ τὴν σαρκικὴν ἀνάστασιν; Καὶ τοῦτο βουλόμενος πιστοποιῆσαι, τῶν μαθητῶν αὐτοῦ μὴ πιστευόντων, εἰ ἀληθῶς σώματι ἀνέστη, βλεπόντων αὐτῶν καὶ δισταζόντων, εἶπεν (38) αὐτοῖς· *Οὔπω ἔχετε πίστιν*, φησὶ· *ἴδετε, ὅτι ἐγὼ*

(32) Ed. Ienens. hæc legit cum interrogatione: *An igitur ingratum et injustum faciunt! Deum, si ambarum in ipsum credentium unam servari velit, alteram non?*

(33-34) *Ἄφθαρτος*. Cod. ms. ἄφθαρτον.

(35) *Καὶ μετ' ὀλίγα*. Quæ inter hujus et antecedentis disputationis contextum desunt, forte ad veritatem carnis Jesu Christi demonstrandam pertinuerunt. TELLERUS.

(36) *Καὶ τὸ πάντων*. Cod. ms. ἓν τὸ πάντων. Simili argumento utuntur Irenæus, ut observat Grabius, lib. v, cap. 12, et Tertullianus, *De resurr. carnis*, cap. 38. Vid. S. Justin. *Dialog.* n. 69.

(37) *Εἰ δὲ ἦν πνευματικὴ μόνη, κ. τ. λ.* Patet eum in his occurrere velle adversariorum petitioni ipsis semper paratæ. Cum enim ipsi animæ immortalitatem, ut Gnostici fere omnes, largirentur, quando nunc urgebantur, ut dicerent, quid tamen resurrecturum sit, resurrectionis verbum *figurate* intelligendum esse præcipiebant, de animæ exitu e corpore in articulo mortis, aut etiam de ejusdem per hanc vitam a communi reliquorum vivenci ratione ad sublimiorem γνῶσιν translatione. Hanc utramque uno verbo spiritualem dicebant. TELLERUS. Insignis est de hac spirituali resurrectione locus Tertulliani l. c. *De resurr. carnis*, c. 19: « Hoc denique ingenio etiam in colloquiis sæpe nostros decipere consuerunt, quasi et ipsi resurrectionem carnis admittant. Væ, inquiunt,... qui non, dum in hac carne est, cognoverit arcana hæretica; hoc est enim apud illos resurrectio. Sed et plerique ab excessu animæ resurrectionem vindicantes, » etc. OTTO.

(38) *Εἶπεν*. Cod. ms. εἰπών.

Digitized by Google

εἰμι· καὶ ψηλαφᾶν αὐτὸν ἐπέτρεπεν αὐτοῖς, καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων ἐν ταῖς χερσὶν ἐπεδείκνυε. Καὶ πανταχόθεν αὐτὸν κατανοήσαντες, ὅτι αὐτός ἐστι, καὶ ἐν τῷ σώματι, παρεκάλεσαν αὐτὸν φαγεῖν μετ' αὐτῶν, ἵνα καὶ διὰ τούτου βεβαίως μάθωσιν, ὅτι ἀληθῶς σωματικῶς ἀνέστη· καὶ ἔφαγε κηρίον καὶ ἰχθύν· καὶ οὕτως ἐπιδείξας αὐτοῖς, ὅτι ἀληθῶς σαρκὸς ἀνάστασίς (39) ἐστι· βουλόμενος ἐπιδεῖξαι καὶ τοῦτο, καθὼς εἴρηκεν ἐν οὐρανῷ τὴν κατοίκησιν ἡμῶν ὑπάρχειν, ὅτι οὐκ ἀδύνατον καὶ σαρκὶ εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν, *ἀνελήφθη βλεπόντων αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανόν*, ὡς ἦν ἐν τῇ σαρκί. Οὐκοῦν, εἴ τις ἀπαιτεῖ μετὰ πάντα τὰ εἰρημένα λόγους ἀποδεικτικοὺς περὶ ἀναστάσεως, οὐδὲν τῶν Σαδδουκαίων διαφέρει· ἐπειδὴ ἡ ἀνάστασις τῆς σαρκὸς δύναμις Θεοῦ ἐστι, καὶ ὑπεράνω λόγου παντὸς βεβαιωμένη μὲν πίστει, θεωρουμένη δὲ ἔργοις.

A pandum præbuit et loca clavorum in manibus suis ostendit. Cum ergo undequaque cognovissent ipsum esse et in corpore, hortati sunt illum ad manducandum secum, ut etiam per hoc certissime cognoscerent ipsum vere corporaliter resurrexisse; tum comedit favum mellis et piscem. Cumque ipsis sic ostendisset vere esse carnis resurrectionem, volens etiam illud ostendere (quemadmodum dixit in cœlo nostram esse inhabitationem [33]) carni impossibile non esse in cœlum ascendere, *videntibus illis elevatus est in cœlum*, ut erat in carne [34]. Si quis ergo post hæc omnia quæ diximus, rationes exposcat quæ resurrectionem demonstrent, nihil a Saducæis differet: siquidem resurrectio carnis potentia est Dei ac supra omnem rationem; ac fide quidem stabilitur, operibus autem conspicitur.

B

Καὶ μετὰ βραχέα·

Χ. Ἀνάστασίς ἐστι τοῦ πεπτωκότος σαρκίου. Πνεῦμα γὰρ οὐ πίπτει· ψυχὴ ἐν σώματί ἐστιν, οὐ ζῇ δὲ ἄψυχον. Σῶμα, ψυχῆς ἀπολειπούσης, οὐκ ἔστιν. Οἶκος γὰρ τὸ σῶμα ψυχῆς· πνεύματος δὲ ψυχὴ οἶκος (40). Τὰ τρία ταῦτα τοῖς ἐλπίδα εἰλικρινῆ καὶ πίστιν ἀδιάκριτον ἐν τῷ Θεῷ ἔχουσι σωθήσεται. Θεωροῦντες γοῦν καὶ τοὺς κοσμικοὺς λόγους, καὶ κατ' αὐτοὺς οὐχ εὑρίσκοντες ἀδύνατον ὑπάρχειν τῇ σαρκὶ τὴν παλιγγενεσίαν, καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι τὸν Σωτῆρα διὰ παντὸς τοῦ Εὐαγγελίου δεικνύντα τὴν τῆς σαρκὸς ἡμῶν σωτηρίαν· τί λοιπὸν ἀνεχόμεθα τῶν ἀπίστων καὶ σκανδάλων λόγων, καὶ λανθάνομεν ἑαυτοὺς ἐπιστρέφοντες εἰς τοὐπίσω, ὁπόταν ἀκούσωμεν, ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι, τὸ δὲ σῶμα φθαρτὸν, καὶ οὐκ ἔτι δυνάμενον ἀναζῆσαι; Ταῦτα γὰρ καὶ πρὸ τοῦ μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν παρὰ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος ἠκούομεν. Εἰ οὖν ταῦτα ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ, καὶ μόνης τῆς ψυχῆς τὴν σωτηρίαν εὐαγγελίζετο, τί καινὸν ἡμῖν ἔφερε παρὰ Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα, καὶ τὸν τούτων χορόν; Νῦν δὲ τὴν καινὴν καὶ ξένην εὐαγγελιζόμενος ἦλθεν ἀνθρώποις ἐλπίδα. Ξένον δὲ ἄρα ἦν καὶ καινὸν τὸ τὸν Θεὸν ὑπισχνεῖσθαι, μὴ τῇ ἀφθαρσίᾳ τὴν ἀφθαρσίαν τηρεῖν, ἀλλὰ τὴν φθορὰν ἀφθαρσίαν ποιεῖν. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄλλως δυνάμενος τὸν λόγον λυμαίνεσθαι ὁ τῆς πονηρίας ἄρχων, ἐξέπεμψε τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ, κακοὺς (41) καὶ λιμώδεις διδασκαλίας εἰσάγοντας, ἐκλεξάμενος αὐτοὺς ἐκ τῶν σταυρωσάντων τὸν Σωτῆρα ἡμῶν, οἵτινες τὸ μὲν ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἔφερον, τὰ δὲ ἔργα τοῦ πέμψαντος αὐτοὺς ἐποίουν, δι' οὓς καὶ τῷ ὀνόματι ἠκολούθησεν ἡ βλασφημία. Εἰ δὲ μὴ ἀνίσταται ἡ σὰρξ, διὰ τί καὶ φυλάσσεται, καὶ οὐ μᾶλλον αὐτῇ συγχωροῦμεν χρήσασθαι ταῖς ἐπιθυμίαις; καὶ οὐ μιμούμεθα (42) τοὺς ἰατροὺς, φασὶν, οἵτινες, ἐπειδὰν ἀπεγνωσμένον ἔχωσιν ἄνθρωπον σώζεσθαι μὴ δυνά-

Et post pauca:

595 X. Resurrectio est carnis quæ cecidit. Nam spiritus non cadit. Anima in corpore est, quod sine anima non vivit. Corpus, anima discedente, non est. Nam domus est animæ corpus, et spiritus domus anima. Tria hæc in iis, qui sinceram spem et fidem minime dubiam habuerint in Deo, salvabuntur. Considerantes igitur etiam mundanas rationes, ac secundum illas deprehendentes non esse impossibilem carnis regenerationem, ac præter hæc omnia Salvatorem per omne Evangelium salutem carnis nostræ declarare: quid de cætero infideles perniciososque sermones sustinemus, nosque ipsi imprudentes retrorsum convertimus, dum audimus animam esse immortalem, corpus vero corruptioni obnoxium, nec jam salutis capax? Illa enim, etiam priusquam nossemus veritatem, a Pythagora et Platone audiebamus. Si hæc igitur Salvator dixisset ac solius animæ salutem annuntiavisset, quid nobis attulisset novi præter Pythagoram et Platonem et illorum chorum? Nunc autem novam et admirandam spem annuntiatum hominibus venit. Admirandum porro novumque fuit, Deum polliceri, se non incorruptioni incorruptionem servaturum, sed corruptioni daturum incorruptionem. At vero nequitiæ princeps, cum aliter non posset doctrinam corrumpere, misit apostolos suos malos et pestilentium doctrinarum inductores, iique electi ex iis, qui Salvatorem nostrum crucifixerant, nomen Salvatoris ferebant, sed opera illius, qui eos miserat, faciebant: propter eos et nomen comitata blasphemia. Quod si non resurgit caro, cur etiam custoditur, ac non potius illam sinimus suis indulgere desideriis? Cur non imitamur medicos, ut dici solet, qui desperatum hominem nacti, quique servari non possit, permittunt ut suis morem gerat desideriis? Sciunt

C

D

[33] Joan. XIV, 2. [34] Marc. XVI, 19. Act. XIX.

(39) *Σαρκὸς ἀνάστασις.* Cod. ms. σαρκικὸς ἀνάστασις.

(40) *Πνεύματος δὲ ψυχὴ οἶκος.* Editi πνεῦμα δὲ ψυχῆς οἶκος.

(41) *Κακούς.* Cod. ms. καχάς.

(42) *Καὶ οὐ μιμούμεθα.* Ita Grab., Cod. ms. εἰ μιμοίμεθα. Parall. εἰ μιμούμεθα.

Digitized by Google

enim illum perituram : quod quidem profecto faciunt qui carnem oderunt, eamque, quantum in ipsis est, hæreditate expellunt : idcirco enim illam etiam, ut cadaver futuram, despiciunt. Sed si medicus noster Christus Deus a desideriis nostris nos avellens suam carni nostræ sobriam et continentem vitæ rationem præscribit, manifestum est id ab eo fieri, ut illam spe salutis præditam a peccatis custodiat : non secus quam medici eos homines, in quibus spes est salutis, servire voluptatibus non sinunt.

μενον, ἐπιτρέπουσιν αὐτῷ ταῖς ἐπιθυμίαις ὑπηρετεῖν; Ἴσασι γὰρ, ὅτι ἀπόλλυται· ὅπερ ἀμέλει ποιοῦσιν οἱ τὴν σάρκα μισοῦντες, ἐκβάλλοντες αὐτὴν τῆς κληρονομίας τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὡς νεκρὰν ἐσομένην ἀτιμάζουσιν αὐτήν. Εἰ δὲ ὁ ἡμέτερος (43) ἰατρὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς, ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἡμῶν ἀποσπάσας, διαιτᾶται τῇ καθ' αὐτὸν σώφρονι καὶ ἐγκρατεῖ διαίτῃ τὴν σάρκα ἡμῶν, δῆλον, ὡς ἐλπίδα σωτηρίας ἔχουσαν ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτὴν φυλάττει, καθάπερ τοὺς ἐλπίδα σωτηρίας ἔχοντας ἀνθρώπους οἱ ἰατροὶ οὐκ ἐῶσιν ὑπηρετεῖν ταῖς ἡδοναῖς.

—

ALIA FRAGMENTA.

—

II. (VII.) *Ex Tatiani* Orat. adv. Græc., *n.* 18.

Valde admirandus Justinus recte pronuntiavit similes esse prædictos (dæmones) latronibus.

Ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους (δαίμονας) λῃσταῖς.

III. (II.) *Ex Irenæi libr.* IV Adversus hæreses, *cap.* 6.

Et bene Justinus in libro qui est ad Marcionem ait : Quoniam ipsi quoque Domino non credidissem, alterum Deum annuntianti, præter fabricatorem et factorem et nutritorem nostrum. Sed quoniam ab uno Deo, qui et hunc mundum fecit, et nos plasmavit, et omnia continet et administrat, unigenitus Filius venit ad nos, suum plasma in semetipsum recapitulans; firma est mea ad eum fides et immobilis erga Patrem dilectio : utraque Deo nobis præbente.

Καὶ καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματι φησίν· Ὅτι αὐτῷ τῷ Κυρίῳ οὐδ' ἂν ἐπείσθην ἄλλον Θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν δημιουργόν.

IV. (III.) 596 *Ex ejusdem Irenæi lib.* V, *cap.* 26.

Bene Justinus dixit : Quoniam ante Domini adventum nunquam ausus est Satanas blasphemare Deum : quippe nondum sciens suam damnationem, quoniam et in parabolis et allegoriis a prophetis de eo sic dictum est. Post autem adventum Domini ex sermonibus Christi et apostolorum ejus discens manifeste, quoniam ignis æternus præparatus est ex sua voluntate abscedenti a Deo, et omnibus qui sine pœnitentia perseverant in apostasia; per hujusmodi hominem blasphemat eum Deum, qui judicium importat, quasi jam condemnatus, et peccatum suæ apostasiæ conditori suo imputat, et non suæ voluntati et sententiæ.

Καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν (44) ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν.

V. (IV.) *Ex Joannis Antiocheni patriarchæ libro, cui titulus,* Ἐκλογὴ κεφαλαίων ἀθροισθέντων ἐκ διαφόρων βιβλίων, *Delectus capitum collectorum ex variis libris.* Cod. Reg. 873.

Cur nobis insidiari diabolus non desinat, causam exponens, ait : Ante Domini adventum non tam

Τὴν αἰτίαν τῆς καθ' ἡμῶν ἀνενδότου ἐπιβουλῆς τοῦ διαβόλου παρατιθέμενος, φησίν· Ὅτι πρὸ τῆς τοῦ

(43) *Εἰ δὲ ὁ ἡμέτερος.* Editi ὁ δὲ ἡμέτερος. Habet cod. ms. ὁ Χριστός, minime vero ὁ Θεός.

(44) *Οὐδέποτε ἐτόλμησεν.* Irenæus similia docet alio in loco, quem ab antiquo interprete non belle redditum conabor explanare. *Quemadmodum enim,* inquit Irenæus Præfat. in lib. IV, n. 4, *serpens Evam seduxit, promittens ei quod non habebat ipse; sic et hi prætendentes majorem agnitionem, et mysteria inenarrabilia, et promittentes eam, quam dicunt intra Pleroma esse, receptionem, in mortem demergunt sibi credentes, apostatas eos constituentes ab eo, qui eos fecit. Et tunc quidem apostata angelus per serpentem inobedientiam hominum operatus, existimavit latere se Dominum : quapropter eamdem ei formam et appellationem tribuit Deus. Nunc autem, quoniam novissima sunt tempora, extenditur malum in homines, non solum apostatas eos faciens, sed et blasphemos in plasmatorem instituit multis machinationibus, id est per omnes hæreticos qui prædicti sunt.* Insigne est erratum illud. *Quapropter eamdem ei formam et appellationem tribuit Deus.* Non enim Deus idcirco Satanæ sub serpentis nomine maledixit, quia Satanas latere se putabat; sed potius idcirco Satanas latere se opinatus est, quia Deus eamdem Satanæ ac serpenti formam et appellationem attribuit, id est Satanam sub forma et appellatione serpentis designavit. Videtur ergo fuisse δτό in contextu, quod cum significare possit, *quia* et *quapropter;* minus apte interpreti postremum arrisit. Justini autem testimonium ex eodem contra Marcionem libro desumptum probant hæc verba : *Per hujusmodi hominem,* Marcionem videlicet, *blasphemat eum Deum,* etc.

Digitized by Google

Κυρίου (45) παρουσίας οὐκ ἤδει τρανῶς οὕτως τῆς ἑαυτοῦ τιμωρίας τὴν δύναμιν ὁ διάβολος, τῶν θείων προφητῶν αἰνιγματωδῶς αὐτὴν διαγορευόντων, ὡς Ἡσαΐας τῷ προσώπῳ τοῦ Ἀσσυρίου πᾶσαν τὴν κατὰ τὸν διάβολον δραματουργίαν ἐκτραγῳδῶν ἀπεκάλυψεν. Ἐν οἷς δὲ τοῦ Κυρίου παραγενομένου τῷ διαβόλῳ σαφῶς ἀποκεῖσθαι καὶ ἑτοιμασθῆναι τὸ αἰώνιον πῦρ καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἦσθετο τοῖς αὐτοῦ· οὐ παύεται τοῖς πιστοῖς ἐπιβουλεύειν, πολλοὺς ἔχειν βουλόμενος κοινωνοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀποστάσεως· ὡς ἂν μὴ μόνος αἰσχύνοιτο ἐνεχόμενος, ψυχρᾷ ταύτῃ καὶ βασκάνῳ συγκροτούμενος παραμυθίᾳ. A

aperte noverat diabolus condemnationis suæ modum, quia de ea divini prophetæ subobscure locuti fuerant, velut Isaias, qui per Assyrii personam, diaboli condemnationis totam molitionem tragico more deprompsit. Postquam autem Dominus advenit, ac sibi manifeste repositum esse et præparatum æternum ignem et angelis suis diabolus sensit, non cessat insidiari fidelibus, multos habere volens apostasiæ suæ socios, ne solus ignominiam damnatus sustineat, seque frigida hac et livida demulcens consolatione.

VI. (VIII.) *Ex Methodii libro* De Resurrectione *apud Photium cod.* 224.

Ἰουστῖνος δὲ ὁ Νεαπολίτης ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω ὢν ἀποστόλων οὔτε τῇ ἀρετῇ, κληρονομεῖσθαι μὲν τὸ ἀποθνῆσκον, κληρονομεῖν δὲ τὸ ζῶν (al. ζωήν) λέγει· καὶ ἀποθνήσκειν μὲν σάρκα, ζῆν δὲ τὴν βασιλείαν οὐρανῶν (46). B

Justinus Neapolitanus nec tempore ab apostolis remotus nec virtute, hæreditari id quod mortale est dicit, hæreditare autem id quod vivit; ac carnem quidem mori, vivere autem regnum cœlorum.

VII. (XXIII.) *Ex cod. Coislinlano* 276.

Οὔτε στενοχωρία (47) παρὰ Θεῷ, οὔτε ἀναρίθμητόν τι.

Neque angustia est apud Deum, nec quidquam numeris suis non absolutum.

Ex Parallelis *S. Joan. Damasc.*

VIII. (X.) Οὐ τὸν Θεὸν (48) βλάψομεν ἀγνοοῦντες αὐτὸν, ἀλλὰ ἑαυτοὺς ἀποστερήσομεν τῆς αὐτοῦ φιλίας.

Deum non lædemus, illum ignorando, sed nosmetipsos defraudabimus illius charitate.

IX. (XVIII.) Ἡ τοῦ διδασκάλου (49) ἀπειρία ἀπολλύει τοὺς μαθητευομένους, καὶ ἡ τῶν μαθητευομένων ἀμέλεια κίνδυνον φέρει τῷ διδασκάλῳ, καὶ μάλιστα ὅταν παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀνεπιστημοσύνην ῥᾴθυμοι εἶεν ἐκεῖνοι. C

Magistri imperitia perniciem discipulis, discipulorum **597** negligentia periculum infert magistro, præsertim si ipsius inscientia negligentes illi fiant.

X. (XV.) Δυσαναβίβαστος (50) ἡ ψυχὴ πρὸς ταῦτα ἀφ' ὧν ὥλισθεν καλῶν· δυσεκβίαστός τε τούτων ὧν συνεθίσθη κακῶν. Εἰ μὲν σαυτόν ποτε ἠθέλησας μέμψασθαι, τῷ φαρμάκῳ (51) τῆς μετανοίας τάχα ἂν χρηστάς τινας (52) ἐλπίδας ἐθρεψάμην ἐπὶ σοί· ἐπειδὴ δὲ τελείως κατεφρόνησας τοῦ φόβου (53), καὶ αὐτῆς κατέπτυσας τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, βέλτιόν σοι ὑπῆρχεν ἵνα μὴ ἐγενήθης ἀπὸ γαστρός.

Difficile est animam ad bona, quibus excidit, revocare, et a malis, quibus assuevit, per vim retrahere. Quod si temetipsum tandem aliquando voluisses accusare, forsitan pœnitentiæ remedio bonas aliquas spes de te fovissem. Sed quia timorem prorsus aspernatus es, ac ipsam in Christum fidem despuisti, bonum tibi esset si natus ex ventre non fuisses.

(45) *Πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου.* Hoc fragmentum cum superiore conjungendum duxi, utpote sententia et verbis simile. Sed utrum ex eodem contra Marcionem libro desumptum sit, asseverare non ausim.

(46) *Τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Similis sententia apud Irenæum, qui quidem mihi videtur accuratius dicere *carnem hæreditate possideri in regno*, ea in Spiritum sanctum transferens quæ Methodius de ipso regno cœlorum dixit. D

(47) *Οὔτε στενοχωρία.* Hoc fragmentum suppeditavit vetustissimus codex Coislinianus 276, fol. 33, ubi etiam apponitur alia similis sententia, quæ exstat in contextu Irenæi lib. IV: Ἅπαντα μέτρῳ καὶ τάξει ὁ Θεὸς ποιεῖ, καὶ μηδὲν ἄμετρον παρ' αὐτῷ, ὅτι μηδὲν ἀναρίθμητον. *Omnia enim mensura et ordine facit Deus, et nihil non mensum apud eum, quoniam nec incompositum.*

(48) *Οὐ τὸν Θεόν.* Hoc fragmentum, quod Latine tantum legebatur apud Billium et Grabium, Græce et Latine exstat in novissima editione S. Joannis Damasceni, *Parallel.* p. 339. Reperitur etiam in antiquissimo codice Regio 923, paucis abhinc annis Constantinopoli allato, quo continentur Parallela, ex quibus non pauca S. Joannes Damascenus transtulit in sua.

(49) *Ἡ τοῦ διδασκάλου.* Hoc fragmentum antiquissimo illi codici debemus, in quo sic citatur: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος πρὸς Ἕλληνας.

(50) *Δυσαναβίβαστος.* Idem codex hæc omnia sub nomine S. Justini exhibet. At in *Parallelis* S. Joannis Damasceni p. 600, duo sunt fragmenta, quorum primum S. Justino attribuitur, alterum autem ab his verbis, *εἰ μὲν σαυτόν*, etc., incipit sub nomine S. Nili. Existimavit Grabius primo fragmento expleri posse quæ initio Apologiæ secundæ S. Justini deesse opinabatur. Sed quisquis locum Apologiæ considerabit attentius, facile animadvertet hoc fragmento currentem sententiam impediri, non hiulcam expleri.

(51) *Τῷ φαρμάκῳ.* Legitur apud S. Joannem Damasc. μέμψασθαι ἐπὶ ταῖς ἀνομίαις καὶ ἐξιάσασθαι τῷ φαρμάκῳ τῆς μετανοίας. *Quod si temetipsum tandem aliquando ob peccata accusare et pœnitentiæ remedio sanari voluisses.*

(52) *Χρηστάς τινας.* Apud S. Joannem Damasc. deest postrema vox, et mox legitur ἐθρέψαμεν.

(53) *Φόβου.* Additur θείου apud S. Joannem Damasc., ac paulo post legitur ἐγεννήθης.

Digitized by Google

XI. *Ex cod. Coislin.* 5.

Per duos passeres significatur Christus et mortuus ut homo, et vivens ut Deus. Passeri autem assimilatur, quia de supernis et e cœlo esse intelligitur et dicitur. Tinctus autem vivus passer in sanguine mortui postea dimittebatur. Nam in crucifixo et mortuo templo vivens et divinum erat Verbum, utpote passionis particeps, et impassibilis ut Deus.

A Α'. Δι' ἀμφοῖν (54) τοῖν ὀρνέοιν σημαίνεται ὁ Χριστὸς καὶ τεθνεὼς ὡς ἄνθρωπος, καὶ ζῶν ὡς Θεός. Ὀρνιθίῳ δὲ παρεικάζεται διὰ τὸ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι. Βαπτισθὲν δὲ τὸ ζῶν ὀρνίθιον ἐν τῷ αἵματι τοῦ τεθνεῶτος, ἀνεῖτο λοιπόν· ἐν γὰρ τῷ σταυρωθέντι καὶ ἀποθανόντι ναῷ ὁ ζῶν καὶ θεῖος ἦν Λόγος· κοινωνὸς ὥσπερ τοῦ πάθους, καὶ ἀπαθὴς ὡς Θεός.

Per id quod in aqua viva fiebat, in qua lignum et hyssopus et coccus tingebantur, cruenta Christi per lignum passio ad eorum, qui spiritu et aqua et sanguine asperguntur, salutem designatur. Quare non præcipue de lepra erat materia expurgationis, sed de remissione peccatorum, ita ut et lepra peccati figura, et ea quæ immolantur illius, qui pro peccatis passurus erat, figura intelligantur.

B Β'. Διὰ τοῦ ἐφ' ὕδατι ζῶντι, ἐν ᾧ τὸ ξύλον καὶ τὸ ὕσσωπον καὶ τὸ κόκκινον ἐβάπτετο, τὸ διὰ τοῦ ξύλου ἐναιμον πάθος τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ τῶν διὰ πνεύματος καὶ ὕδατος καὶ αἵματος ῥαντιζομένων σωτηρίᾳ δηλοῦται· ὥστε οὐ προκειμένως περὶ λέπρας ἡ ὑπόθεσις ἦν τοῦ καθαρισμοῦ, ἀλλὰ περὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ἵνα νοηθῇ καὶ ἡ λέπρα παραβολὴ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὰ θυόμενα παραβολὴ τοῦ μέλλοντος θύεσθαι ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.

Propterea consequenter præcepit in aqua simul coccinum tingi, carnem prænuntians non jam naturalibus vitiis obnoxiam. Idcirco et duo passeres: alter quidem qui immolatur in aqua, alter autem qui tingitur in sanguine et emittitur, quemadmodum dictum est et de hircis.

Hircus emissarius illius, qui peccata hominum tulit, figuram exhibebat. Duo autem unicam continebant Dei hominis facti dispensationem. Vulneratus est enim propter iniquitates nostras et peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorum traditus est.

Γ'. Διὰ τοῦτο ἀκολούθως βάπτεσθαι ἐκέλευσεν ἅμα τὸ κόκκινον εἰς τὸ ὕδωρ, τὴν οὐκέτι τὰ φυσικὰ ἔχουσαν σάρκα προφητεύων. Διά τοι τοῦτο καὶ δύο ὀρνίθια, ἓν μὲν θυόμενον ἐφ' ὕδατι, καὶ ἓν βαπτιζόμενον εἰς τὸ αἷμα καὶ εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ ἐξαποστελλόμενον, καθάπερ εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν τράγων.

Δ'. Ὁ τῆς ἀποπομπῆς τράγος τὸν τύπον τοῦ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἀναλαμβάνοντος ἐξετέλει. Οἱ δὲ δύο τὴν μίαν περιεῖχον τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ οἰκονομίαν. Ἐτραυματίσθη γὰρ διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν παρεδόθη.

XII. (IX.) *Ex Leontii lib.* II contra Eutychianos et Nestorianos, *apud Grabium* Spicileg. *tom.* II, *pag.* 172.

Cum formasset Deus hominem a principio, fecit ut quæ naturæ erant, ex voluntate ejus penderent, **598** fecitque uno mandato experimentum. Fecit enim ut si hoc servasset, vitam immortalem sortiretur; si non servasset, contrariam. Sic factus homo cum ad violationem mandati statim respiceret, corruptionem naturaliter recepit. Corruptione autem ad naturam accedente, necesse erat, ut qui salvare volebat, corruptionis effectricem causam deleret. Hoc autem aliter fieri non poterat, nisi quæ

C Πλάσας ὁ Θεὸς κατ' ἀρχὰς τὸν ἄνθρωπον τῆς γνώμης αὐτοῦ τὰ τῆς φύσεως ἀπηώρησεν, ἐντολῇ μιᾷ ποιησάμενος τὴν διάπειραν. Φυλάξαντα μὲν γὰρ ταύτην, τῆς ἀθανάτου λήξεως πεποίηκεν ἔσεσθαι, παραβάντα δὲ, τῆς ἐναντίας. Οὕτω γεγονὼς (55) ὁ ἄνθρωπος, καὶ πρὸς τὴν παράβασιν εὐθὺς ἰδὼν, τὴν φθορὰν φυσικῶς εἰσεδέξατο. Φύσει δὲ τῆς φθορᾶς προσγενομένης, ἀναγκαῖον ἦν, ὅτι σῶσαι βουλόμενος ᾖ τὴν φθοροποιὸν οὐσίαν ἀφανίσας (56). Τοῦτο δὲ οὐκ ἦν ἑτέρως γενέσθαι, εἰ μήπερ ἡ κατὰ φύσιν ζωὴ προσ-

(54) Δι' ἀμφοῖν. Hoc testimonium tribuitur S. Cyrillo in codice 6 ejusdem Bibliothecæ et in codice Reg. 128, pag. 395. Nonnulla huic testimonio similia habemus apud Cyrillum Alex. *Glaphyr. in Levit.* p. 357. Hanc enim affert rationem cur Christus comparetur cum passere. Τύπος δὲ ἦν καὶ τοῦτο Χριστοῦ, τοῦ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ· ἀεροπετὲς γὰρ τὸ ὀρνίθιον. *Nam et id figura erat Christi, qui de supernis et de cœlo est. Volat enim passer in aere.* Et pag. 359: Τέθυται γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστός· ἀλλ' ἦν ὁ αὐτὸς καὶ ἐν θανάτῳ καὶ ὑπὲρ θάνατον. *Immolatus enim est pro nobis Christus; at idem erat in morte et supra mortem.* Sed nec Cyrillum nec Justinum dixisse crediderim in templo crucifixo et mortuo fuisse Verbum vivens, ita ut particeps fuerit passionis, ut homo, et impassibilis, ut Deus. Duo sequentia fragmenta reperiuntur in Regio codice 128, et Coislinianis 5 et 6, sub nomine Justini, tertium in solo Coisl. 6. Ibi *duo hirci unicam Dei hominis facti dispensationem* exhibere dicuntur, quod quidem in eamdem sententiam ac superiora intelligendum videtur, ita ut templum crucifixum et mortuum, vivens autem et impassibile Verbum dicatur. Multo accuratius S. Cyrillus eumdem Christum et *in morte et supra mortem fuisse dicit.* In Admonitione ad Expositionem Rectæ Confessionis videor mihi non incertis argumentis probasse hoc opus Justini nomini suppositum a Nestorianis fuisse. Suspicio est hæc fragmenta ex aliquo ejusmodi opere præclarum illud nomen præ se ferente eruta fuisse.

(55) Οὕτω γεγονώς. Superiora apud Joannem Damascenum occurrunt *Parallel.* p. 315, desunt quæ sequuntur. Totum fragmentum eruit Grabius ex codice Bodleiano ubi sic citatur, Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος κατὰ Ἑλλήνων.

(56) Ἢ τὴν φθοροποιὸν οὐσίαν ἀφανίσας. Pro his vocibus ᾗ ἀφανίσαι mallem ἀφανίσαι. Sed præcipuum hujus loci vitium in istis positum est, τὴν φθοροποιὸν οὐσίαν. Nulla enim substantia corruptionis, sive peccati, effectrix in nobis a Christo destruitur. Sed legendo αἰτίαν res enitescet.

Digitized by Google

ἐπλάκη τῷ τὴν φθορὰν δεξαμένῳ, ἀφανίζουσα μὲν τὴν φθορὰν, ἀθάνατον δὲ τοῦ λοιποῦ τὸ δεξάμενον διατηροῦσα. Διὰ τοῦτο τὸν Λόγον ἐδέησεν ἐν σώματι γενέσθαι, ἵνα τοῦ θανάτου τῆς κατὰ φύσιν φθορᾶς ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ. Εἰ γὰρ, ὥς φατε (57), νεύματι μόνον τὸν θάνατον ἡμῶν ἀπεκώλυσεν, οὐ προσῆει μὲν διὰ τὴν βούλησιν ὁ θάνατος· οὐδὲν δὲ ἧττον φθαρτοὶ πάλιν ἦμεν, φυσικὴν ἐν ἑαυτοῖς τὴν φθορὰν περιφέροντες.

A erat secundum naturam vita, copularetur cum eo, quod corruptionem ceperat, et corruptionem deleret, immortale vero in posterum servaret, quod corruptum fuerat. Idcirco opus fuit, ut Verbum in corpore esset, ut a morte naturalis corruptionis nos liberaret. Si ergo, ut dicitis, solo nutu mortem nostram avertisset, non accessisset quidem propter voluntatem mors; nihilominus vero rursus corruptibiles essemus, naturalem in nobis ipsis corruptionem circumferentes.

XIII. (XIV.) *Ex Joannis Damasceni* Parallel., *pag.* 369, *apud. Grab.* Spicileg., *t.* II, *n.* 173.

Ὥσπερ πᾶσι (58) τοῖς γενομένοις σώμασιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ συνυπάρχει καὶ τὸ σκιὰν ἔχειν· οὕτω τῷ Θεῷ δικαίῳ ὄντι, τοῖς τὰ καλὰ ἑλομένοις, καὶ τοῖς τὰ κακὰ προτιμήσασιν, ἀκόλουθόν ἐστι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονεῖμαι.

B Ut corporibus omnibus a Deo procreatis hoc insitum est, ut umbram habeant, sic Deum quoque, qui justus est, tum iis, qui bona elegerint, tum iis, qui vitium amplexari maluerint, pro cujusque merito præmia tribuere consentaneum est.

XIV. (XXIV.) *Ex cod.* 223 *Barocc. qui est Catena in psalmos, ad ista psalmi* XI *verba :* « *Dirumpamus vincula eorum.* » *Apud Grab.* Spicileg. *p.* 174.

Οὐ περὶ ἐθνῶν ἀλλοφύλων φησὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ συμφωνοῦντος τοῖς ἔθνεσι κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ἱερεμίου· *Πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν ἐμὲ, λέγει Κύριος ὁ Θεός σου, ὅτι ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας ζυγόν σου, καὶ διέρρηξας τοὺς δεσμούς σου, καὶ εἶπας· Οὐ δουλεύσω σοι, ἀλλὰ πορεύσομαι ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου, καὶ ἐκεῖ διαλυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου.*

Non de ethnicis alienigenis, sed de (populo) cum gentibus conspirante loquitur, juxta dictum Jeremiæ (c. II, v. 19): *Amarum tibi, quod dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus, quia a sæculo confregisti jugum tuum, et dirupisti vincula tua, et dixisti: Non serviam tibi, sed ibo ad omnem montem excelsum et subter omne lignum, et ibi diffundar in fornicatione mea.*

XV. (XI.) *Ex cod. Barocc.* 143, *fol.* 253, *et S. Joannis Damasceni* Parallel., *p.* 557, Spicileg. *p.* 175.

Οὔτε τὸ φῶς ἔσται σκότος ποτὲ, ἕως ἂν ᾖ φῶς, οὔτε ἡ τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων διελεγχθήσεται ἀλήθεια. Ἀλήθεια γάρ ἐστι· ταύτης ἰσχυρότερον οὐδέν. Πᾶς ὁ δυνάμενος (59) λέγειν τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

C Nec lux unquam caligo erit, quamdiu lux fuerit: nec rerum nostrarum veritas usquam falsi convincetur. Veritas enim est, qua nihil fortius esse potest. Quisquis cum veritatem dicere queat, non dicit, a Deo condemnabitur.

XVI. *Ex Anastasii lib.* VII Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron, *cod.* 139. *Ms. in Biblioth. Collegii Novi.* Spicileg. *Grab., p.* 195.

Καὶ τὸ μὴ κεῖσθαι δὲ ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας κατ' ἰσότητα τῶν ἄλλων ἡμερῶν τὸ, *Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ*, σύμβολόν ἐστιν ἐναργὲς τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης συντελείας πρὸ τῆς συμπληρώσεως αὐτῆς, ὡς φασιν οἱ πατέρες, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα καὶ Εἰρηναῖον, καὶ Ἰουστῖνον τὸν μάρτυρα καὶ φιλόσοφον, ὅστις λίαν τε ὑπερσόφως εἰς τὸν ἕκτον ὑπομνηματίζων τῆς ἕκτης ἡμέρας ἀριθμὸν, τὴν νοερὰν ἀνθρώπου ψυχὴν, καὶ τὰς πέντε αὐτοῦ αἰσθητικὰς αἰσθήσεις λέγει γὰρ (60) ἐξ

D Et quod in septimo die non æque ac in aliis diebus dictum sit, *Et factum est vesper et mane dies unus*, est evidens signum ejus, quæ in ipso, priusquam finiretur, facta est, consummationis, sicut dicunt sancti patres, maxime S. Clemens, et Irenæus, et Justinus martyr atque philosophus, qui sapientissime in sextum sextæ diei numerum **599** commentans, ait intelligentem hominis animam et quinque ejus sentientes sensus esse sex sextæ diei opera. Unde etiam cum multa disseruisset de sexto

(57) *Ὡς φατε.* Gentiles compellantur his verbis, qui quærebant cur non potius voluntatis imperio quam corpore assumendo corruptionem Christus a nobis propulsaverit. Minus scite Grabius hic refelli opinatus est *opinionem Platonis, incorruptionem mundi et immortalitatem animarum nudæ voluntati Dei attribuentis.* Emendata illius interpretatio, *Si... mortem nostram avertit, non accessit quidem propter voluntatem mors.*

(58) *Ὥσπερ πᾶσι.* Similes sententiæ occurrunt sæpe apud Justinum, ubi de libero arbitrio loquitur; at nullibi legitur totidem verbis hoc fragmentum. Initium Apologiæ secundæ, in quo Justinus magno animi ardore fertur, retardaretur et impediretur, si eo insererentur, ut placuit erudito Grabio, hujus fragmenti verba.

(59) *Πᾶς ὁ δυνάμενος.* Hic incipit aliud fragmentum apud S. Joannem Damascenum, quod quidem legitur in Dialogo, n 82. At superiora nusquam reperiuntur apud Justinum, nec, si sunt Justini, videntur eidem Dialogi loco convenire.

(60) *Λέγει γάρ.* Forte λέγει γίνεσθαι, vel εἶναι. Hoc fragmentum Grabius desumptum putat ex commentario S. Justini in Hexaemeron. At ejusmodi opus nemo attribuit Justino, nec ipse quidem Anastasius, qui hoc tantum dicit Justinum disputasse

Digitized by Google

numero, dicit omnia quæ a Deo sunt fabricata, A sescupliciter dividi; in res intelligentes et immortales, cujusmodi sunt angeli; et in res ratione præditas mortales, cujusmodi sunt homines; et in res sentientes rationis expertes, cujusmodi sunt jumenta, et volucres et pisces; et in res prodeuntes moventes et insensiles, cujusmodi sunt venti et nebulæ, et aquæ, et stellæ; et in res quæ augentur, quæque non moventur, cujusmodi sunt arbores; et in res insensiles, quæ non moventur, ut sunt montes et terra; et alia ejusmodi. Omnes enim creaturæ Dei in cœlo et terra sub unam harum divisionum cadunt, iisque circumscribuntur.

Autolycus legendi studiosus, 381. Credulus iis qui Christianis crimina affingebant et recentem illorum doctrinam dicebant, 382, 383: Diligens rerum explorator, 383. Christianos tamen negligenter audiebat, *ibid.* Libenter noctes in bibliothecis traduxisset, 383. Deos vendidat, 338. Christianum nomen exagitat ut malum, *ibid.* Quæsivit ex Theophilo quis sit Deus Christianorum, 348. Disserentem audivit, *ibid.* Amicissimi discesserunt, *ibid.* Primo durius egerat Autolycus et stultitiam vocaverat doctrinam Christianam, *ibid.* Theophilum rogat, ut iterum de iisdem rebus disserat, *ibid.* Post sermones cum Theophilo habitos adhuc pro delirio habet Christianam doctrinam, 381. Recentes existimat litteras Christianorum, 381.

Aves quæ volare non possunt, imago Deum ignorantium et impie viventium, 361. *Aves* comœdia Aristophanis, 352.

Azotii insanabili plaga perculsi, 225. Vaccæ ab illis dimissæ virtute nominis Jesu deductæ fuerunt, *ibid.*

Azymi panes veterum mali fermenti operum fuga, 114. Novum fermentum, aliorum operum effectio, *ibid.*

B

Babylonii astronomiam invenere, 243. Babylonia divinatio, 258.

Digitized by Google

Bacchus ex Jove et Semele, 167. Discerptus et in cœlum evectus, *ibid.*, 56, 75. Vitis inventor, 75, 167. Vinum in ejus mysteriis, *ibid.* Hæc imitatione expressa ex Jacobi prophetia, *ibid.* Baccnus cum corollis, cymbalis, muliebri veste et mulierum grege, 3. Ebrius et furens, 545. Amator puerorum, 58. Bacchi sepulcrum Omphalus dicitur, 56, 251. Bacchus fructus vitis, 299. Bacchi res gestæ sub Acrisio, 27. Bacchus auctor generis Ptolemæi Philopatoris, 352. Bacchus Thebarum tyrannus, 250. Bacchi filii, 353.

Bacchius Justini avus, 44

Baiæ, 33.

Baptismus lavacrum pœnitentiæ et cognitionis Dei, 114. Lavacrum salutare, 113. A Christo præscriptus, 80. Ab Isaia prædictus, *ibid.*, 113. A prophetis prænuntiatus, 80. Baptismum significavit benedictio data his quæ orta sunt ex aquis, 361. Baptismus necessarius, ut prima generatio reparetur, et peccata commissa dimittantur, 80. Per baptismum pro peccatis institutum credidimus, 114. Baptismo circumcisionem spiritualem accepimus, 139. Baptizatur qui regenerari voluerit et peccatorum pœnitentiam egerit, 80. Baptizantur quicunque vera esse crediderint, quæ a Christianis docentur, seque ita vivere promiserint, 79. Precari et jejunantes veniam peccatorum petere docentur, *ibid.* Jejunant et precantur simul fideles, *ibid.* Deinde eo ducuntur ubi aqua est, *ibid.* Abluti ducuntur ad fratres communes preces facturi, 82. Baptismus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, 80. Baptismata Judæorum nihil sunt ad Christi baptismum, 118. Baptizatus Spiritu sancto non eget baptismo Judæorum, 127. Solam carnem expiant, 114. Cisternæ inutiles, *ibid.* Baptizatus Spiritu sancto comprobatus est Dei testimonio, 127. Si baptizemur a vitiis, corpus purum est, 164. In baptismo Christi in specie columbæ Spiritus sanctus propter homines in Christum involavit, 186. Paterna vox audita, *Filius meus es tu, Ego hodie genui te*, *ibid.* Tunc enim nascebatur hominibus, cum eis innotesceret, *ibid.*, Baptismum Christo suspiciente ignis accensus, 185.

Baptistæ, 178.

Barbam alunt philosophi, 265.

Barbari damnant amorem puerorum, 267. A barbaris artes inventæ, 243. Barbaras voces Græci in linguam suam induxere, 244. Barbaros immerito spernunt Græci, 243. Barbaros Græci nequidquam dicunt Christianos, 268. Barbara philosophia, 272.

Barchochebas dux Judæorum solos Christianos, nisi Christum negarent, ad supplicia abripi jubebat, 62.

Basilidiani, 133.

Beatam vitam exspectant Christiani, 289. Hac una re ad eam perducuntur, si Deum et Verbum et Spiritum cognoscant, *ibid.* Si puri ab omni delicto perducantur, *ibid.* Beatam vitam adepturus qui fugit quæ pulchra videntur et dura persequitur, 96. Milites datam regibus fidem suæ vitæ et omnibus rebus præponunt, 67. Multo magis vitæ æternæ cupidis omnia perferenda, *ibid.* Deo similes et perpessionis ac mortis expertes, 217. Sancti cum Deo degent et regnabunt, 49. Immortalitate et Dei convictu et consuetudine dignabuntur, *ibid.* Perpessionis et doloris et corruptionis expers status et immortalitas, 141, 217. Æternæ ac puræ vitæ cupidi Christiani contendunt ad promissum cum Deo domicilium, 47. Idcirco properant ad confitendum, *ibid.* Animæ piorum in meliore loco judicium exspectant, 107.

Bellerophon Pegaso vectus, homo ex hominibus in cœlum ascendit, 56, 76.

Bellorum origo, 372.

Belus Assyrius Crono æqualis, 399. Cum Titanibus bellum gessit adversus Jovem, *ibid.* Bello Trojano antiquior annis, 322. Nonnulli eumdem esse ac Cronum putant, præsertim Orientales, *ibid.* Romanis Saturnus est, *ibid.* Belus apud Babylonios, 275.

Belluæ ab initio noxiæ non fuerunt, 362. Sed ob hominis peccatum, *ibid.* Redibunt ad pristinam mansuetudinem, cum homo finem peccandi fecerit, *ibid.* Generis sui belluas non tangunt, 282. Solo procreandæ sobolis tempore miscentur, 282. Post resurrectionem non erunt, 322.

Berenice, 352. Berenices capillus et stellæ, 252.

Berosus apud Chaldæos philosophatus est, 399. Græcis cognoscendas tradidit Chaldaicas litteras, *ibid.*, 33. Is narravit quomodo templum a rege Chaldæorum dirutum fuerit, et sub Cyro restitui cœptum et sub Dario absolutum, 400. Berosus Babylonius, Beli sacerdos, 275. Alexandro æqualis, *ibid.* Antiocho post Alexandrum tertio historiam inscripsit, *ibid.* Loquitur de Nabuchodonosore, *ibid.*

Besantis Pæonum regina infantem nigrum peperit, 271.

Bethlehem vicus triginta stadiis distans Jerosolymis, 65.

Bocrus, 352.

Boiscus, 270.

Boni naturam non habet homo, sed soli Deo inest, 249. Bonum Deo adjunctum, ut color corpori, 302.

Boves flexipedes, 262.

Briareus, 294. Briareum dii extimuerunt, 7

Bryaxis, 271.

Busiris, 245. Hospitum interfector, 55

Busiridis urbs, 306

Butacidas, 290.

C

Cabirorum mysteria, 282.

Cadmus Græcis litteras tradidit, 16, 274. Cadmi Thebas adventus, 274.

Cæci oculis suis assignent quod lucem non videant, 339. Cæci cum surdo disserentes, 266.

Cædis justæ aspectum non sustinent Christiani, 312.

Caino Deus aditum ad pœnitentiam aperit, cum ait : *Ubi est Abel frater tuus?* 369.

Calamitatibus ingruentibus fidentes Christiani apud Deum, 85. Ethnici deos suos nescire videntur et templa negligunt, *ibid.* Calamitatum causa in Christianos rejiciebatur, 85.

Calliades, 272.

Callimachus, 269, 308.

Callistratus, 272.

Callistus ursa, 251.

Calumniæ nihil nocent innocentibus, 60. Sed iis qui scelera admittunt et in alios falso conferunt, *ibid.* Inexcusabiles apud Deum, qui calumniis refutatis, æqua non faciunt, 45. Calumniæ refellendæ ne pœnam eorum, quæ cæcutientes homines peccaverint, ipsi debeamus, *ibid.* De calumniis parum laborant Christiani, 96. Deum enim cogitationum et actionum testem habent, *ibid*

Canis sibi ipse medicatur gramine, 4.

Canis Erigones, 251.

Cantus ab Orpheo inventus, 243.

Capparetæa vicus Samariæ, 59.

Caranus, 352.

Cares natio spernenda, 212. Prænuntiandi ex astris artem invenerunt, 243.

Carneades nihil comprehendi posse statuit ac veritati falsam imaginationem semper esse proximam, 405.

Carnes humanas degustare non possunt, nisi qui prius aliquem occiderint, 311. Carnes humanas tangere est obvium quemque insectari, 311. Carne humana vesci terrimum et scelestissimum, 321. Semibelluæ qui vel insania vel inopia adducti id faciunt, *ibid.* Carnes humanas attingere omnem impietatem superat, 389. Carnem humanam vorare docent Stoici, 383. Apud Indos filii a parentibus vorantur, *ibid.* Carnis vinculum anima, animam caro continent, 256.

Carthaginenses Amilcam colunt, 280.

Cassius Jupiter, 344.

Castitas. De castitate, 388. De castitate Christi præcepta, 52. Non solum facta, sed etiam cogitationes damnat, *ibid.*

Castor et Pollux, 307. Alternis diebus viventes, 252. Leucippi filias rapiunt, *ibid.* Castor, 13.

Catholici in omni veritate instituti, 136. Veræ ac puræ Christi doctrinæ discipuli, 132.

Caucasus, 262.

Causæ duæ secundum Stoicos, 295. Efficiens, seu Providentia : patiens, sive materia, *ibid.* Causa efficiens prior iis quæ fiunt, 295.

Cecrops secundus, 274. Cecrops Diphyes, 274. Sub Cecrope Phaethontis incendium et Deucalionis diluvium, 274.

Ceisus, 352.

Celeus deus apud Athenienses, 290.

Census descriptiones sub Cyrenio, 65

Centimani, 294. Centimani dii, 295.

Centurio quidam S. Ptolemæum interrogat et in vincula confitentem conjicit ac diu affligit, 89

Cephisodotus, 270.

Ceraunius Jupiter, 344.

Ceres eadem ac Rhea, 295. Filiam luget, 251.

Cervus sibi vipera medicatur, 259.

Chamæleo Peripateticus, 269.

Chaos unde erebus, terra et amor, 338.

Charitas erga omnes homines, 52. Qui proximum diligit ut seipsum, eadem illi ac ipse sibi precabitur et navabit, 190. Ex Dei et proximi dilectione fluit omnis justitia, *ibid.* Charitatis est in homines vel potius in Deum eos monere qui obliti sunt quæ scire deberent, 36. Chri-

Digitized by Google

stiani ea quæ possident in commune conferunt et cum indigentibus quibusque conferunt, 61. Inimicos convertere conantur, 77.

Chii Aristæum colunt, 290.

Chiramus, 273.

Chiro. Apud Chironem Centaurum Æsculapius et Apollo mederi discunt, 42.

Christus quia unctus et per eum omnia creata, 92. Hoc nomine res indepreheusa significatur, ut Dei nomine, *ibid.* Veri Dei Filius, 51. Insaniæ accusantur Christiani, quod post Deum Patrem alterum locum homini crucifixo deferant, *ibid.* Mysterium hoc ignorant accusatores, *ibid.* Christus Deus sub hominis forma natus, 262. Desipere videntur Christiani cum id prædicant, *ibid.* Christus Verbum Dei virtute et potentia ab eo inseparabile, 34. Unigenitus Dei, proprie Verbum ex eo genitum, et postea homo factus, 200. Christi homines sunt Abraham, Isaac et Jacob, 82. Hi enim primi in Dei inquisitione versati sunt, *ibid.* Christus est ille Deus cujus nomen Judæi per totum orbem profanaverunt, 210. Christus Dei primogenitus et ante res omnes creatas et filius patriarcharum, 195. Filium illum Dei dicimus et esse intelligimus et ante res omnes creatas, ipsius virtute et voluntate prodiisse, et ex Virgine hominem factum, *ibid.* Christus primogenitus Dei, ratio est illa cujus omne hominum genus est particeps, 71. Deum nasci potuisse cur non credamus, cum tot in formis olim apparuerit? 172. Christum Deum esse non negarent Judæi, si intelligerent prophetas, 219. Deum nasci incredibile et impossibile videtur Tryphoni, 165. Christum esse Deum et hominem doctrina ab opinione abhorrens videtur, 144. Præsertim Judæorum, *ibid.* Monet Judæos Justinus, ut si negent Christum esse Deum, non tamen negent quod probatum est eum esse Christum, 144. Maxima pars eorum, qui Christiani dicuntur, Deum illum agnoscit, *ibid.* Sunt quidam qui hominem ex hominibus dicunt, *ibid.* His non assentitur Justinus, *ibid.* Neque assentiretur, etiamsi maxima pars, quæ cum illo sentit, hanc doctrinam amplecteretur, 145. Est enim humana et prophetarum ac Christi doctrinæ contraria, *ibid.*

Christus rex gloriæ, Dominus virtutum, 126. Christus rex omnis terræ Deus, 134. Deus sedens super Cherubim, *ibid.*, 162. Christus Veritas et Verbum sanctum et incomprehensibile in cordibus hominum sedens, 237. Non minister aut princeps missus, sed opifex et creator omnium, *ibid.* Christus Dominus virtutum, 182. Nam per nomen illius dæmonium quodlibet adjuratum vincitur et subjicitur, *ibid.* Christus Dei Filius et solus proprie Filius, 92. Deus et Dei Filius, 204.

Christum ex utero etiam humano a Patre genitum iri prædixit David, 160. Illum et adorandum et Deum et Christum esse is, qui hæc perfecit, declarat, *ibid.* Christus sapientia dicitur et dies et oriens et gladius et virga et Jacob et Israel, 195. Christi divinitatem quæ probant testimonia opus non est explicari, sed tantum audiri, 150. Christum passibilem et adorandum et Deum esse demonstrant Scripturæ, 166. Judæi assentiri coguntur, *ibid.* Sed Christum venisse negant, *ibid.* Venturum autem et passurum et adorandum Deum fore confitentur, *ibid.* Christum non sine ratione colunt Christiani, 51. Christus vocatur angelus, vir, tanquam filius hominis, puerulus, Christus Deus adorandus, lapis, sapientia, Joseph, Judas, stella, oriens, Jacob, Israel, virga et flos, 219. Trypho objicit Deum nemini gloriam suam dare, 162. Probat Justinus Deum soli Christo gloriam suam dare, *ibid.*, 163. Assentitur Trypho, *ibid.* Christus angelus quem Deus coli jubet, 190. Vid. *Angelus*. Christus Jacob per similitudinem in psalmo XXIII, vocatur, 133. Christus Sacerdos æternus, 130. Christus Sacerdos, Rex, Deus, Dominus, 131. Angelus, homo, dux exercitus, lapis et puer natus, *ibid.* Christus eximius Sacerdos et rex æternus utpote Filius Dei, 211. Christus stella lucida, 64. Stella et oriens dicitur, 200. Christus si præexstitit Deus, cur per virtutes Spiritus completur? 184. In Christum Spiritus virtutes delapsæ, non quod illis indigeret, 185. Sed ut in eo finem haberent, *ibid.* Ac dona in eo quiescentia rursus in credentes effunderentur, *ibid.* Christum non indigum fuisse Spiritus donorum patet ex eo quod magi infantem illum adoraverint, 185. Non quod indigeret baptismo aut Spiritu ad fluvium venit, 186. Quemadmodum nec nasci et crucifigi sustinuit, quia his indigebat, *ibid.* Nec asino insidens Jerusalem ingressus, quod eo indigeret ut Christus esset, *ibid.* Christi incarnationem futuram non certo cognoverunt dæmones, 75. Christus non ignorabat, 195. Non enim Deus ignorabat, cum interrogaret Adam et Cain, *ibid.*

Christus homo factus de Patris voluntate, 93. Ex Virgine per virtutem Dei genitus, 64. Caro factus per Verbum Dei, 83. Ex Virgine natus, non ut poetæ dicunt Jovem ad mulieres venisse, 64. Sed Spiritus et virtus Dei, id est, Verbum obumbravit Mariæ, *ibid.* Solus qui ex virgine genitus dictus sit, 163. Solus ex genere Abraham dictus ex virgine genitus, 139. Christum ex virgine genitum probatur, quia *tanquam filius hominis* vocatur, 172. Et lapis sine manibus abscissus, 173. Et quod genus inenarrabile habere dicitur, *ibid.* Et quod sanguis uvæ illius sanguinem designat, *ibid.*, 63, 64, 160. Christus ex virgine genitus, ut Eva ex una Adæ costa, 181. Ut initio omnia animantia Dei verbo, *ibid.* Nil valde mirum si mulier ex concubitu pariat, *ibid.* Promissum Deus signum non dedisset, *ibid.* At ex virgine primogenitum omnis creaturæ vere puerum nasci, id vere signum est, *ibid.* Judæi interpretationem Septuaginta rejiciunt et ponunt, *Ecce adolescentula*, ibid. Christus ex virgine genitus ut qua via orta fuerat inobedientia, eadem dissolveretur, 135. Nascitur Bethlehem in specu, qui vico proximus erat, 175. Id prædixit Isaias. *ibid.* Christo nato stella et in cœlo exorta, 201. Christus ante annos centum et quinquaginta natus sub Cyrenio, 71. Christus exstitit quidquid ad Verbum pertinet, nempe corpus et Verbum et anima, 95. De Christi nativitate, adventu magorum et fuga in Ægyptum, 174, 175. Christus statim atque natus est virtutem suam habuit, 185. Crevit aliorum more, et suum cuique incremento dedit, 185. Omnibus cibis ali solitus, *ibid.* Sic annos plus minus triginta permansit, *ibid.* Vere homo factus perpessiones sentiens, 193. Christus filius hominis vel quia natus ex virgine orta ex Abraham, 195. Vel quia ipsius Pater Abraham ex quo orta virgo, *ibid.* Fabri filius et faber esse credebatur, 186. Fabrilia enim opera faciebat, aratra et juga, *ibid.* His rebus justitiæ opera et actuosam vitam docens, *ibid.* Patres agnoscit eos qui in Deum speraverunt, et patres erant Mariæ, 196. Christi potentis verbi vis semper arguebat Judæos, 197. Suspensa constitit coram Pilato instar fontis arefacti, *ibid.*, 199. Christus cæteros homines latuit usque ad virilem ætatem, 65. Id prædictum fuit, *ibid.* Christus solus sine peccato, 204. Sola inculpata et justa lux, 112. Solus justus et inculpatus homo, 117. Impeccabilis, 133, 197. Christi Jerosolymam ingressus, 62. Christum esse Jesum probabat illius Jerosolymam ingressus a prophetis prædictus, 149. Christus dux in domo secundum Ezechielem, 211. Informis, ut prædicabant Scripturæ, 186. Informis et inglorius et Dominus virtutum, 181. Homo sine specie et gloria, 195. Nec voluntate sua quidquam se facere nec viribus gloriatur, 196. Hinc dicebat : *Quid me appellas bonum? ibid.* Christi pietas in Patrem, 195. Ad Patrem omnia refert, *ibid.* Seque a morte per illum servari petit, *ibid.* Dicendo, *Non sicut ego volo*, declarat se hominem passibilem factum, 194. Filium Deus voluit vere in perpessionibus versari, ne diceremus eum, utpote Filium Dei, non sensisse quæ ei acciderunt, 199. Propter nos dixit : *Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum*, 200. Precabatur ne quis ipsius animæ dominaretur, *ibid.*, ut morientes idem precemur, *ibid.* Christum passurum circumdant tauri et vituli, 198. Tauri sunt Scribæ et Pharisæi, vituli qui eis paruerunt, *ibid.* Leo rugiens vel Herodem designat vel diabolum, *ibid.* Christum velut emissarium seniores et sacerdotes eduxerunt, manusque illi injecerunt, 137. Christi passio ejusque vestium partitio in Actis sub Pilato confectis narrabatur, 65. Ex Christo orante sudor defluxit, velut guttæ sanguinis, 199. Christus sciebat Patrem sibi omnia precanti traditurum, 200. In Christo crucifixo occulta virtus quæ debellat Amalec, 146.

Christus lex novissima, 112. Novum et æternum Testamentum, 211. Testamentum fidele, 112. Dei testamentum, 215. Lex æterna, 139. Novum Testamentum, 139, 147. Homo factus et crucifixus, ut dispensationem perficeret, quam Pater volebat, 64. Mortuus ut resurgens mortem vinceret, 82. Caro factus nasci sustinuit ut serpens profligetur, et mors contemnatur ac in secundo adventu nulla sit, 141. Per Christum omnes, qui res maledictione dignas gesserunt, salvantur a Deo, 192. Christus mortuus pro hominibus ex omni hominum genere, 192. Christi passio pro his, qui ab omni pravitate purgantur, 137. Christus homo factus pro credentibus, 93. Incarnatus et passus propter eos qui in illum credunt, 168. Natus et crucifixus pro humano genere, 186. Per Christi crucifixi mysterium Deus misertus est omnis credentium hominum generis, 200. Per Christi sanguinem futura humano generi salus prædicta, 205. Christus homo factus pro eorum salute qui illi credunt, 82. Pro humano genere, 81. Christus oblatio pro omnibus pœnitentiam agere volentibus, 137.

Christus homo factus ad dæmonum eversionem, 93. In toto orbe et Romæ multi Christiani dæmones ejiciunt per nomen Jesu, *ibid.* Christi nomini dæmonia subjecta, 214.

Digitized by Google

Christum dæmones tremunt, ac omnes principatus et potestates terræ, 146. Christi nomen supra omnes defunctos regna omnia et principatus reformidant, 214. Christus nulla in gente ignoratur, 214. Christi miracula prædicta et in Actis Pilati descripta, 72. Christo litterati et philosophi crediderunt, 95. Sed et artifices et imperiti, *ibid.* Christi duo adventus, 75, 115, 129, 137, 145, 147, 203, 214. Christi adventus primus inglorius et sine specie, 214. Christus veniet tanquam filius hominis ex altis nubibus, 128. Angelis cum eo advenientibus, *ibid.* Christi adventus secundus ab hominibus ex omni genere exspectatur, 63. Christi secundus adventus propinquus, 126. In Christi secundo adventu non erunt libationes, aut sacrificia sanguinis, 211. Sed vera et spiritualia, laudes et gratiarum actiones, *ibid.* In secundo adventu inimicos omnes evertet, 214. Suos inducet in requiem, *ibid.* Omnes principes ipsi adversantes destruet, 136. In Christi secundo adventu principatus evertendus, 204. Christi in secundo adventu plangent duodecim tribus, 219. Plangent qui illum pupugerunt, 129. In secundo adventu digna cuique præmia rependet, 74, 136. In Christi secundo adventu aut salus æterna aut ignis æternus, 133. Christi adventus primi si tantus exstitit splendor, quanto magis secundi? 214. Christi passionis si tanta est potestas, quanto major erit in secundo adventu? 128.

Christo [a] habuerunt reges et christi omnes ut reges et christi essent, 184. Christi falsi in nomine Jesu prodierunt, 179.

Christi breve et concisum dicendi genus, 53. Non enim sophista erat, sed ejus oratio Dei virtus fuit, *ibid.*

Christiani a Christo dicti, 50, 160. Ex Jesu nomine facti, 210. A Christo orti, 117. Ex utero Christi recisi, 227. Christiani verum Israeliticum genus, *ibid.* Nam Christus Israel et Jacob, *ibid.* Israeliticum, spirituale et Abrahæ ac Judæ genus, 112. Genus sacerdotale Dei, 209. Benedictus Dei populus, 216. Non modo populus, sed etiam populus sanctus, 212. Abrahæ filii per fidem, 212. Abrahæ promissi, 212. A Christo et Jacob et Israel et Juda et Joseph et David, 217. Veri filii Dei vocamur et sumus a Christo qui nos in Deo genuit, 217. Ut Judæi Israel et Jacob, ab uno Jacob qui et Israel dictus, *ibid.* Christiani ex omni hominum genere vocati, 44. Per abjectum et probri plenum crucis mysterium vocati, 223. In eumdem Deum sperant ac Judæi, 111. Plures et veriores ex gentibus quam ex Judæis et Samaritanis, 74, 75. Fideliores quam Judæi, 223. Christianorum et Judæorum discrimen, 202. Christianos Judæi odio habent et occidunt cum possunt, 226. Christianorum vita probat Christum esse novam legem, 112.

Christiani immerito vocantur athei, 282. Incusantur quod non eosdem ac civitates agnoscant deos, 289. Illis nefandæ epulæ et concubitus affinguntur, 308. Dicebantur carnibus humanis vesci, 111. Et post epulum exstinctis lucernis promiscue in flagitiis volutari, *ibid.* A Christianis lucernam everti et lumen exstingui dicebant, 59, 60. Christianis tria afficta crimina, 282. Si vera hæc crimina, nullum pœnæ genus deprecantur, *ibid.* Christianis afficta crimina nefarium integumentum a dæmonibus injectum, 97. Christianis afficta crimina dæmones auctores habent, 49, 58. Christianis affinguntur promiscui concubitus et cujuslibet carnis epulæ, 382, 383. Hos rumores sparserunt homines stulti et impiæ linguæ, *ibid.* Christianis tria afficta crimina Judæos auctores habuere, 117. Ab his missi per totum orbem qui hæc spargerent, *ibid.* In Christianos calumniæ a Judæis ortæ, 213. Christianis afficta crimina Judæi excogitaverunt, 202. Christianis et Christo afficta crimina per Judæorum sacerdotes in toto orbe, 210. Christianis afficta crimina prædixit Isaias, 72. Christianos Gentiles calumniis premunt, vel ut eos merito odisse sibi videantur, 308. Vel ut ab hoc instituto deterreant, *ibid.* Vel ut illis principes inexorabiles reddant, *ibid.* In Christianos acervi criminum, 288. Hæc Christianis ne cogitatione quidem tenus, re vera accusatoribus inhærent, *ibid.* Christianas mulieres et conventus Christianos exagitant ethnici, 271. Christianos nonnulli accusant, quod suos tantum diligant, 389. Christianorum vitæ non solum pecuniis insidiæ struuntur, 280. Christianum nomen ut malum nomen exagitant Gentiles, 338. Christiani odio sunt Gentilibus, 266. Tanquam non eadem esset illis ac aliis generatio et mors, *ibid.* Christianorum servi tormentis coguntur fabulosa crimina proferre, 96. Christianos hortantur Gentiles, ut mentiantur institutum, 267. Ut mortem astu declinant, *ibid.*

Christiani, quantum ad nomen, optimi sunt, 45. Puniri potius deberent qui illud deferunt, *ibid.* Christianum nomen Deo gratum, 338. Immerito ridetur, 345. Christiani dicuntur, quia Dei oleo unguntur, *ibid.* Quod unctum est, utile et suave, *ibid.* Christiani a Deo solo edocti, 386. Christiani athei, si de diis agatur, 47. Secus si de vero Deo ejusque Filio et Spiritu sancto, *ibid.* Athei dicuntur, quia dæmones malos esse dæmones docent, 47. Christianorum doctrina etiamsi absurda esset, non tamen improba videri deberet, 312. Nemini enim nocet, *ibid.* Christiani similia Græcis dicunt, sed soli odio habentur, 58. Cum nihil mali faciant, ut improbi necantur, *ibid.* Christianis non licet quæ certo cognoverunt docere : aliis licet quidquid libuerit dicere et scribere, 285. Multa docent similia philosophis et poetis, sed soli cum demonstratione, 55. Immeritis odiis flagrant, cum similia dicant philosophis et poetis, 55. Solis non conceditur religionis libertas, 279, 280. Christiana doctrina odiis flagrare non deberet, 55. Similia videri possunt dicta philosophorum et poetarum, *ibid.* In Christianis solis ea non feruntur, quæ in aliis veniam habent, 267. Christianis non conceditur idem de Deo et diis sentire ac philosophis et poetis, 302. Solis non licet suas opiniones tenere, 266. Odio habentur, quia vitium cum virtute bellum gerit divina quadam lege, 309. In Christianos calumniæ inde ortæ, quod vitium virtuti adversetur, 282. Christianæ religionis persecutores metuere videntur, ne omnes æqua faciant, 50. Nec jam habeant in quos animadvertant, *ibid.* Christianis afflictorum criminum nec testis ullus nec argumentum, 58. Carnem humanam non edunt, 265. Falsi testes edocti ut id dicerent, *ibid.* In Christianos quidquid dicitur, rumor est temerarius, 281. Christianis afficta crimina probari non possunt, 85. Christianis afficta crimina nemo tam impudens qui vidisse se dicat, 311. In Christianos terræ motus conferuntur, 85.

Christianorum servus nullus inventus qui hæc fingeret, 312. Quomodo hominem occiderent aut vorarent qui ne justæ quidem cædis aspectum sustinent, 312. Christianus nullus malefacti convictus, 281. Christianis ea affingunt gentiles quæ de diis suis prædicant, 309. Christiani inique odio habentur et vexantur, 44. Christianis ob solum nomen multi bellum inferunt, 280, 281. Christianum ob solum nomen accusare crudelis est agendi ratio, 85. Christiani indicta causa damnantur. Latrones non item, 266. Christianos, ut tales, accusatos dimitti jusserunt Adrianus et Antoninus, ac delatorem puniendum, 184, 185. Æquum est ut Christianus malefacti convictus puniatur ut improbus, non ut Christianus, 47. Christiani non petunt ut delatores puniantur, 47. Satis enim illis supplicii est sua nequitia, *ibid.* Christiani jus commune impetrare non possunt, 261. Postulant ut convicti damnentur, innocui dimittantur, *ibid.* Christiani non petunt, ut plus sibi quam adversariis concedatur, 282. Petunt ut de criminibus quæratur, 44. Ac si res ita se habeat, puniantur ut alii, 45. Secus vero dimittantur, *ibid.* Christiani nomen commune impositum iis omnibus, qui apud barbaros fuere aut existimati sunt sapientes, 47. Ut philosophi uno omnes philosophiæ nomine appellantur, etiamsi contraria doceant, *ibid.* Christiani, qui male vivunt, locum dant accusandæ religionis, 46. Christiani non sunt qui non vivunt ut Christus docuit, 53. Christiani male viventes ut ab ipsis puniantur imperatoribus rogat Justinus, 54. Christianus nemo improbus, nisi hanc doctrinam simulate profiteatur, 281. Christianos a calumniis purgat doctrina de Deo omnia intuente et de altera vita ac præmiis æternis, 309. Christianis calumniæ non nocent, 309. Bene enim apud Deum audiunt, *ibid.* Occidi possunt, lædi non possunt, 44. Christianis nihil nocent calumniæ, 60. Sed calumniatoribus, *ibid.* Christianorum institutis Græci infensi, 246. In Christianos incitant aliorum instituta, *ibid.* Christiani invisi quia aliorum institutis uti nolunt, 246. Christianos ethnici inter mulieres et adolescentes, inter virgines et anus nugari dicunt, 270. Christiani parvipendunt, etiamsi nugatores videantur, 248. Apud eos pauperes gratuito perfruuntur doctrina, 269. Quælibet ætas et conditio philosophatur, 269. Citra invidiam si quis discere voluerit, doctrinæ participem faciunt, 47. Christiana doctrina non verbis, sed demonstrationibus continetur, 74. Quomodo enim crederent hominem crucifixum esse primogenitum Dei, nisi prophetias de eo impletas viderent? *ibid.* Christianæ religionis magistri prophetæ, 15. Christiana doctrina habet in se terribilem quamdam majestatem, 109. Idonea est ad errantes convertendos, *ibid.* Meditantibus suavissima est requies, *ibid.* Beatos efficit, *ibid.* Christianam doctrinam qui edocentur, indifferenter vivere et carnes humanas attingere non possunt, 389. Christiana doctrina sola utilis et tuta philosophia, 109. Christianorum sunt quæcunque apud alios præclare dicta, 96, 97. Christiani non eadem ac alii opinantur, 79. Sed quæ Christianorum sunt, ea alii omnes imitati, *ibid.* Christiana doctrina omnibus poetis antiquior et verior, 370. Christiani qui cum ratione vixerunt et vivunt, 71. Qui absque ratione vixerunt, improbi et Christo inimici, *ibid.* Christiana doctrina omnibus aliis sublimior et antiquior, 95. Christiana doctrina quantum discrepat a

Digitized by Google

sophistis, 254. Christiani humanas opiniones rejiciunt, 269. Apud Christianos nec inanis gloriæ cupiditas, nec sententiarum varietas, 269. Christiani soli veritatem assecuti, 373. Quippe cum a Spiritu sancto doceantur, *ibid.* Omnia gubernari dicunt Providentia, sed a Deo solo, 386. Christiana doctrina sublimior, quam ut eam mundus possit comprehendere, 254. Christiani non sine ratione credunt, 248. Christianæ religionis veritatem probat orbis per apostolos conversio, 67. Christiana religio innumerabilem hominum multitudinem a lascivia revocavit, 52. Christianam religionem multi amplexi sunt, vel vicinorum vitæ constantia perspecta, 53, vel viæ comitum patientia, vel eorum moribus quibuscum contrahebant, *ibid.* Christiana religio mores hominum immutavit, 51.

Christianorum mores describuntur, 235, 256, 289. Non ad partem disseminatæ rationis vitam instituunt, sed ad totius Verbi cognitionem, 93. Moderatam et humanitatis plenam et aspernabilem vitam sequuntur, 288. Hanc vitam pro nihilo ducunt, 289. Hac una re ad futuram perducuntur, si Trinitatem cognoscant, 289. Fato superiores sunt, ejusque legislatores rejiciunt, 251. Pro errantibus dæmonibus unum Deum non errantem colunt, *ibid.* Christianus fato superior et quovis morbi genere, 253. Christiani in calamitatibus fidentes apud Deum, 85. Apud Christianos imperiti et opifices et anus non verba declamitant, sed recte facta exhibent, 288. Christiani omnibus rebus, quæ in mundo sunt, ad mortem usque renuntiaverunt, 212. Contemnunt omnia quæ in mundo sunt, 261. Mori malunt quam Deum negare, 246. Vitam pro veritate libenter profundunt, 282. Christianæ religioni congruit mortis contemptus, 260. Christiani ea quæ possident in commune conferunt et cum indigentibus quibusque conferunt, 51. In causa sunt cur rerum natura conservetur, 93. Christianorum innocentiæ testes ipsi imperatores, qui illos deferri vetuerant, 280. Quos fratres et sorores vocant, maxime curant ut incorrupta sint eorum corpora, 310. Virgines inter cola pronuntiant divina oracula, 271. Fratres se invicem et sorores vocant, 310. Aut pro ætate patres, *ibid.* Apud Christianos ætati omnis honor habetur, 270. Pudicæ omnes mulieres, 271. Uxores ducunt secundum leges, 236, 310. Christianus uxorem suam existimat uxorem usque ad liberorum procreationem, 310. Apud Christianos unicum matrimonium, 389. Christiani eunuchi et semel nupti, 311. Christianus vel qualis natus est manet, vel unicis in nuptiis, 310. Christianis ne aspicere quidem licet ad concupiscendum, 309. Spectaculis nuntium remiserunt, 312. Auspicia aversantur, 86. Litem rapientibus non scribunt, 280, 288. Pueros exponere nefas putant, 60, 61, 230. Christianis fas non est percutienti non se tradere, aut maledicenti non benedicere, 311. Percutientes non repercutiunt, 280, 288. Non oderunt persecutores, sed persuadere illis conantur, ut convertantur, 77. Inimicos diligunt, 288. Pro illis precantur qui ipsorum vitæ insidiantur, 288. Orant pro Judæis et pro omnibus hominibus, 226. Inimicos diligunt, 289. Pro inimicis orant, 52. Eosque flectere conantur, 52. Omnium sanctissime et æquissime de imperio sentiunt, 280. Regem colunt, ut hominem coli decet, 246. Pro imperatoribus precantur, ut regnum illorum augeatur, 315. Id interest Christianorum, *ibid.* Omnium primi pendunt vectigalia, 54. Tributa libenter pendunt, 246. Christianus, si servus est, agnoscit servitutem, 253. Si liber, ingenuitatem non ostentat, 253. Christiani libenter serviunt dominis suis, si servi sunt, 246. Christiani in omni terrarum loco, 209. Nullum genus in quo non sint, 211. Sive Græcorum, sive Barbarorum, sive Nomadum aut Scenitarum, sive Hamaxobiorum, 211.

Chronus idem ac Hercules, 294.

Chronologia ab Adamo usque ad diluvium, 393. A diluvio usque ad reditum ex captivitate Babylonica, 393, 396, 397. Romanorum anni usque ad mortem Veri, 398. Brevis collectio annorum ab origine mundi ad obitum Veri, 398, 399. In Scripturis superfluentes menses et dies non numerantur, 399. Mundus ingenitus non est, 397. Neque etiam annorum myriades viginti effluxerunt, ut placuit Platoni, *ibid.* Neque, ut Apollonio Ægyptio, quindecim, *ibid.* Tempus omne facile demonstratur veritatem quærentibus, *ibid.* Qui mundum ingenitum dixere, in infinitum abeunt, 390. Alii annorum plurimas myriades fluxerunt, ut Apollonius Ægyptius et Plato, *ibid.* Prophetas vera de temporibus ab origine mundi scripsisse probat eorum, quæ prædixerunt, eventus, 390.

Chrysaor, 250.

Chrysenos Nomenclator, M. Aurelii libertus, 398.

Chrysippus Jovis horribilem cum Junone concubitum narrat, 386.

Cibum cujusque animalis naturæ congruentem Deus providit, 318. Alimentorum triplex expurgatio et secretio, 319. Alimentum illud vere dicitur, quod cum partibus corporis coalescit, 319. Non omnis cibus a natura datus id efficit, 319. Sed ea tantum pars quæ omni coctione expurgata fuerit, 319. Cibus a natura alienus statim ejicitur, 320. Aut si diutius consistat, morbos gignit, nec potest coalescere, 320. De carne humana hominem degustare terrimum quiddam et scelestissimum est, 321. Nefando omni et contra naturam cibo et facinore detestabilius, *ibid.* Semibelluæ qui se hoc cibo contaminant, inopia aut insania adducti, *ibid.* Nullum animal ejusdem speciei animalibus ad vescendum addixit Deus, 321.

Cilices Nieben colunt, 290.

Circumcisio carnis in signum data, 116. Ut Judæi ab aliis distincti ea soli patiuntur, quæ nunc patiuntur, *ibid.* Nil prodest Ægyptiis, nec filiis Moab et Edom, 126. Circumcisione sola dignoscuntur ab aliis Judæi, 116. Circumcisionem in signum datam Deus respuit, 126. Circumcisio Abrahæ in signum data, non ad justitiam, 123. Fide Abraham justificatus et benedictus, 123. Justitia mulieribus et viris communis, non circumcisio, 123. Justi ante Abraham in præputio placuerunt Deo, 118, 119. Adam creatus in præputio, *ibid.* Circumcisio octavo die figura circumcisionis veræ quam a Christo accipimus, 138. Circumcisionis sanguis obsolevit, 123. Sanguini salutari credidimus, 123. Christus circumcidit cultris lapideis, 123. Ut fiat gens justa, 123. Hæc circumcisio olim prædicta, 123. Præputium quod Deus formavit immerito exprobrant Judæi incircumcisis, 127. Circumcisus Christus, non ut justificaretur, sed ut dispensationem perficeret quam Pater volebat, 164. Circumcisio præclara Dei et Christi cognitio et æterni juris observatio, 126. Circumcisio solis Judæis necessaria, ut gens non esset gens, 119. Circumcisione non indigent qui Dei testimonio comprobati sunt, 127. Circumcisi carne egent cordis circumcisione, 118. At prima non egent qui corde circumcisi sunt, 118. Circumcisione secunda circumcisi Christiani, 207. Quæ fit per lapides acutos, id est per sermones apostolorum lapidis angularis, 207. Circumcisio altera necessaria, 112. Circumcisionem spiritualem Henoch et alii similes custodierunt, 139. Circumcisio qua circumcidimur a Christo necessaria ante Christum, 207.

Citharæ non coronantur omissis citharœdis, 292.

Civitates beatas esse posse negat Plato, nisi philosophentur et qui parent et qui præsunt, 44.

Clarissimus vir Serenius Granianus, 84.

Cleanthes, 383. Illius sententia de principiis, 405.

Cleodemus, 352.

Clitomachus statuit nihil posse comprehendi, 404. Deos esse negavit, 384.

Clitus, 270.

Clotho, 294.

Clymenus sub quo secundum diluvium, 391.

Cœlum terræ miscetur, 294. Cœlo et elementis imposita dissolutionis lex, 292. Cœlum instar fornicis, 339. De cœlo oculis nostris indeprehenso loquitur Scriptura initio Genesis, 339.

Cœlus castratur, 297. Cœlo irata Terra genuit Titanes, qui Cœlum ulti sunt, 294. Cœli filius Saturnus, 2. Cœlum centimanos genuit, quos in tartara detrusit, 294.

Cœnus, 352.

Cogitationes malas qui fugit, multo magis actiones aversatur, 310. Cogitatione si paulum inquinetur, osculum, a vita æterna excludit, 310. Cogitata Deo patent, non solum facta, 52. Non is solum a Christo ejicitur, qui mœchatur, sed et qui mœchari vult, 52. Cogitatio vel sola abducit a Deo, 310. Cogitationes malæ non minus vetitæ quam opera, 388. Cogitationes judicabuntur, 310.

Cognitionem legis non habent Judæi, 216. Nam si illam nossent, iram Dei metuissent, 216. Cognitio Dei immoralitatem conciliat, 234, 260, 289.

Columbas Syri colunt, 307.

Columnæ Herculis, 382.

Comam demittunt plurimam philosophi, 264.

Commodus imperator, 279.

Comparari quod non potest, nihil aliud est quam ens, 256.

Confessoribus, qui in vinculis erant, subveniebat episcopus, 84. Qui Christum confitentur, hortatorum munere funguntur, 46.

Conflagratio Zenonis, 245. Conflagrationem ad judicium futuram dicunt Christiani, non naturali conversione, ut Stoici, 93. Conflagratio variis temporibus : semel apud Christianos, 265. Conflagratio a Mose prædicta, 79.

Conscientiam cujusque Deum esse nonnulli dixerunt, 349.

Consensiones et dissensiones occultæ secundum Democritum, 258.

Constitutionem suam M. Aurelius jubet senatusconsulto confirmari, in foro Trajani proponi et in provincias mitti, 87.

Digitized by Google

Contraria inter se pugnant divina quadam lege, 282.
Cor cervi, 267. Cordis circumcisio longe altera præstantior, 228
Core Proserpina non eadem ac Minerva, 295.
Core virgo Corinthia inventrix coroplastices, 292. Amici dormientis umbram in pariete delineavit : tum pater illam luto implevit, *ibid.*
Corinna, 270.
Corinthi servatur effigies a Core delineata et ab ejus patre exsculpta, 292.
Corinthus Socraticus, 101.
Coronæ imaginibus apponi solitæ, 58. Coronis florum statuæ coli solitæ, 48.
Corpora ex incorporeis constant, 316. Corporibus antiquiora incorporea, 314. Corporis humani una constitutio, sed tamen quædam in eo dignitatis discrimina, 253. Corpora immortalia, 223
Cotinum, 86.
Cottys, 294.
Cratetis caninæ nuptiæ, 246.
Crates Grammaticus, 269.
Craton picturæ inventor, 292.
Creatorem [qui] admittunt, hi providentiam debent agnoscere, 330. Creatio ex nihilo ab omnibus prophetis docetur, 335. Creat Deus ex nihilo et ad arbitrium suum, 338. His verbis, *In principio fecit Deus cœlum et terram*, declarat mundum ex subjectis et prius creatis rebus fuisse conditum, 78. Creator omnium Deus non esset, si materia esset ingenita, 330. Parum differret ab opificibus, *ibid.* Ut solus Deus animam et motum dat; ita solus ex nihilo creat, *ibid.* Creavit omnia Deus ut ex operibus cognoscatur, 340. Creator et opifex longe differunt, 23. Deus omnia propter homines ex materia informi creavit, 48. Creatæ res nihil amplius possunt, quam quod jussa sunt, 292. In Dei operibus et donis nihil est loci rebus inutilibus, 328.
Crescens Cynicus, 91. Strepitus et ostentationis amator, 90. Atheos Christianos ad gratiam plebeculæ dicebat, *ibid.* Hunc convicit Justinus nihil scire rerum Christianarum, 91. Exspectat ut ab illo insidiis appetatur, 90. Crescens, Justino et Tatiano mortem machinatus est, 260. Hos solos ex philosophis insectabatur, *ibid.* Crescens et qui eadem ac ille insaniunt, 96.
Cretenses Jovem subripuere ne occideretur, 302. Cretenses mentiri quidam dicunt, 267. Cretenses mendaces, 308. Cretensium legislator Minos, 383.
Criasis, 274.
Critias, 402.
Cronus Titan Belo æqualis, aut idem ac Bel. 399.
Crotopas, 274.
Crucis figuram exhibent vela, aratra et instrumenta quibus varii artifices utuntur, 76. Ipsa etiam figura humana non alia re a belluis differt, *ibid.* Vexilla etiam, quibuscum procedunt imperatores, *ibid.* Morientium imperatorum imagines in hanc formam consecrantur, 77. In cruce unum lignum in cornu attollitur, 188. Utrinque extrema veluti cornua, *ibid.* Illud quod in medio figitur, ubi insident qui crucifiguntur, cornu speciem exhibet, *ibid.* Crucis formam exhibent unicornis cornua, 200. Crucis figura Moses expansis manibus orans, 204. Prædictum esse fatetur Trypho, Christum esse passurum, 187. At supplicium crucis ne cogitare quidem potest, quia in lege maledictum fuit, *ibid.* Si passio propria est Christi nota, crux argumento est illum esse Christum, *ibid.* Moses crucis signum expressit cum extensis utrinque manibus oraret, 188. Si quid de hoc signo remisisset, vincebatur populus, *ibid.* Vincebat quandiu Moses in hoc situ permanebat, *ibid.* Victoriam dabat crucis signum et nomen Jesu quod erat in prima acie, *ibid.* Moses in hoc statu ad vesperam usque mansit, 193. Nam et Dominus fere usque ad vesperam in ligno mansit, *ibid.* Deus etiam per Mosem crucis mysterium indicat in benedictione Joseph, 188. Signum adversus serpentium morsus erectum, et mortem serpenti et salutem credentibus per crucifixum futuram prædicebat, 189. Christus minime maledictus etsi pependit in ligno, 192. Moses serpenti æneo signum, id est crucem imposuit, *ibid.* Hac et serpenti dissolutio potestatis, et credentibus salus ex morsibus prædicebatur, *ibid.* Maledictus dicitur qui pendet in ligno : non intelligendum de Christo, 192. Nisi quatenus omnium maledictiones in se suscepit, *ibid.* Vel prædictio fuit maledictionum quibus Judæi et gentiles Christianos impetunt, *ibid.* Crucem Moses fecit, ut serpentes exstinguerentur, 79. Crucis Christi plurimæ in Veteri Testamento figuræ, 182. Crux Christi per arcanam similitudinem prædicta his verbis : *Foderunt manus meas et pedes meos*, 193. Crux Christi ab Isaia prædicta, 193. Crucem significant unicornis cornua, 188. Crucis mysterium abjectum et probri plenum, 225. Crux maximum Christi potestatis signum et principatus, 76. Crux Judæis videtur extrema in lege sancita exsecratio, 129. Christus nequaquam in lege diris devotus, 204. Crux Christi non sine symbolis prædicta, 76. Crucis mysterium ex omnibus gentibus homines convertit, 188. Incredulis idem signum in condemnationem ostenditur, *ibid.*
Cumæ urbs Campaniæ, sex stadiis distans Baiis, 33.
Cupiditas mala in unoquoque, 49. Servi facti sumus, 253. Venditi sumus per peccatum, *ibid.*
Cybeles [in] honorem quidam evirantur ad cinædicam turpitudinem, 60.
Cyclopes geniti ex diis e terra, cœlo et mari factis, 351. Cyclopes ærariam fabricam invenere, 243.
Cycnus adulter, 252.
Cinædos ex imperio Romano exterminari oporteret, 60.
Cynici finem ultimum in indifferentia constituunt, 91. Canis imitator homo, 265. Conviciatur nisi accipiat, *ibid.* Philosophia fit ei ars lucrandi, *ibid.* Cynici dicunt se nullius rei egere, 265. Sed tamen indigent coriario, textore, lignario et divitibus, *ibid.*
Cyprii haruspicinam invenerunt, 243.
Cyrenius primus Romanorum in Judæa præses, 64.
Cyrus anno regni secundo Judæos dimisit, 397. Mandavit ut ablata vasa reponerentur in templo. *ibid.*

D

Dædalus inventor plastices, 293.
Dæmones ex materia compacti, 234. Dæmonum spiritalis compago, ut ignis et aeris, 236. Dæmon vocatur Satanas, 369. Dæmones e cœlo pulsi, 261. Cœlo ejecti cum animalibus degunt, 251. Dæmon factus est primogenitus angelus, 249. Dæmonum princeps vocatur serpens, Satanas et diabolus, 60. Dæmones sua stultitia ad inanem gloriam conversi, 254. Animos deorsum vergentes variis machinationibus pervertunt, 257. Ex materia spiritum traxerunt, 254. Gulosi inde facti, *ibid.* Alii ad puriorem, alii ad viliorem materiam conversi, *ibid.* Dæmones qui circa materiam versantur, liguriunt nidores, 305. Homines in fraudem inducunt, *ibid.* Dæmones existimantur dii, 260. Hostias et cultum ab hominibus male viventibus petunt, 50. Sui similibus causas ipsorum colendorum innectunt, 257. Latrones divinitatis, 254. Nonnunquam se hominum aspectui exhibent ut noceant, 257. Dæmones apparuerunt, 48. Dæmonum nomina et figuras referunt deorum simulacra, 48. Dæmones videntur interdum et a psychicis, 257. Dæmonum corpora videre non possunt psychici; sed tantum spirituales, 257. Dæmones præsentiam suam exhibuerunt, 46. Stupra mulieribus et pueris intulerunt, *ibid.* Terricula hominibus monstrarunt, *ibid.* Inde dii appellati et eo nomine designati quod sibi quisque dæmon imposuerat, *ibid.* Dæmones se hominibus aperuere quales essent, 250. Ea perpetrarunt quæ de diis fabulæ perhibent, 56. Delinierunt ad quid valerent radices, nervi et ossa, 238. Delectantur septem planetis velut qui tesseris ludunt, 251. Fatum delinierunt, 251. Sanguine victimarum delectantur, 304. Dii qui in statuis invocantur homines fuere, *ibid.* At dæmones in hæc nomina invaserunt, *ibid.* Illi homines ad simulacra trahunt, *ibid.* Ad ea quæ sunt contra naturam impellunt, *ibid.* Virilia exsecant, hospites necant, vulnerant et incidunt, *ibid.* Animas hominum carnalium invadunt, 305. Perficiunt ut tanquam ex statuis ad eos visa inania effluant, *ibid.*
Dæmones adjutores capiuntur ab his qui amant, aut oderunt, aut ægrotant, 258. Arte homines a Deo abducunt, *ibid.* Hominis mortui misere ossa nil prosunt ad ulciscendum, 259. Idem dicendum de medicandi ratione, *ibid.* Furiosus non sanatur pelliculis appensis, 258. Si materiæ confidimus, multo magis Deo confidendum, 259. Dæmoniis agitatos non sanant venefici et incantatores, 93. Sanant Christiani, *ibid.* Dæmones non sanant, sed arte homines capiunt, 259. Latronibus similes sunt, *ibid.* Præsentiæ suæ opinionem per somnia faciunt, et palam ab ægris avolant, 260. Gloriam sibi attribuunt, quoties per se anima aut futura prædicit aut curat cœlestia, 305 Per somnia et præstigias magicas eos capiunt qui de salute sua non sunt solliciti, 51. Interdum sibi morborum causas attribuunt, 257. Et corporis habitum concutiunt, *ibid.* Verbo virtutis Dei percussi fugiunt, *ibid.* Avertunt homines a legendis et intelligendis quæ ad veritatis defensionem scribuntur, 51. Auctores per poetas fuere fabularum de diis, 58. Incerti erant utrum is qui a Mose prædictus est, Filius Dei an homo ex hominibus esset futurus, 75. Dæmon inventor malorum, 369. Dæmon inceptor mali, 249. Dæmones contendunt ut homines sibi servos et ministros addicant, 51. Amici mala mente præditi, 257. Materia inferiore materiam sibi similem oppugnant, 257. Hæresum auctores, 59. Hæreticos inimi

Digitized by Google

serunt, 77. Unice id curant ut homines a Deo et Christo avertant, 78. A dæmonibus originem accepit philosophia, 402. Dæmones malarum legum auctores, 95. Persecutionum auctores, 45, 46, 47, 48, 88. Multa in Christianos falsa crimina sparserunt, 49. In sua potestate habent magistratus improbos, 88. Odia in Christianos majora concitant quia totum Verbum cognoscunt, 94, 95. Natumque ex Deo Verbum adorant, quod homo factum est, ut nos sanaret, 97. Dæmones Dei Patris et Christi potestatem effugere conantur, 67. Dæmonia Christi nomini subjecta, 214. A dæmonibus correpti adjurantur per nomen veri Dei, 354. Dæmones adjurati fatentur se dæmones esse, qui olim etiam in scriptoribus profanis operabantur, 354. Cœlum ipsum cum aliis rebus subverterent si possent, 257. Tandiu illudere sinuntur, dum judex adveniat, 254. Atque ut justi probentur, *ibid.* Dæmones filii malorum angelorum, 92.

Dæmoniaci dicuntur qui ab animabus mortuorum correpti sunt, 54. Dæmones non sunt animæ mortuorum, 257.

Damascus Arabicæ regionis est et fuit, 176. Quamvis ei, quæ Syrophœnice dicitur, accenseatur, *ibid.*

Danaus, 274. Armæn dictus, 392. Memoratur ut omnino antiquus, *ibid.*, 393. Danai in Peloponesum adventus, 274. Danaidum dolio similes qui legunt libros Gentilium, 265.

Daphne Apollinis intemperantiam et divinationem frustrata, 251.

Dardanus, 273. Dardania a Dardano condita, 274.

David mille et quingentis annis ante Christum, 68.

Dejanira, 353. Dejaniræ gens Alexandrina, 352.

Delineatio inventa a Saurio, Samio, 292. Cum equum ad solem circumscripsisset, *ibid.*

Deltotum cur inter astra consecratum, 251.

Delus olim vocata Ortygia, 252.

Democriti sententia de principiis, 404. Animam ignem existimat, 401. De Mago Ostane gloriatur, 258. Abderita et Abderiloquus, 258. Ab Abderitis pulsus ut insanus, 309. Democriti sympathiæ et antipathiæ, 258.

Demodocus tempore belli Trojani, 275.

Demonstratio maxima et verissima ex prophetiis eventu confirmatus, 62.

Denarius maximus est numerus apud Pythagoricos, 284. Numerus rationes omnes numerales et harmonicas in se continens, *ibid.*

Deucalion, 391. Cur ita vocatus, *ibid.* Idem ac Noe, 93, 370. Deucalionis diluvium sub Cecrope, 274.

Templum Jerosolymitanum domum suam appellat Deus, 122. Non quod eo indigeret, sed ut ibi saltem Judæi in Deum intenti simulacra non colerent, 123. Templum Jerosolymitanum quot annis constructum ante conditam Carthaginem, 394. Templum anno secundo Cyri instaurari cœpit, 400. Anno secundo Darii absolutum, 400. Templa sunt sepulcra deorum, 306. Templa ingressuri gentiles aquæ aspersione lustrantur, 80. Proficiscentes penitus lavant, 80. Hæc dæmones instituerunt cum de lavacro a prophetis prædicto audissent, 80. Calceos solvunt antequam ingrediantur, 80. Id quoque imitati dæmones ex his quæ Christus Moysi in specie ignis apparens præcepit, 80. In templo Dianæ carmen abscondit Heraclitus, 245.
Tempus cum mundo creatum, 31. Tempus nequidquam dividitur, 265. Nos prætercurrimus, sed ævum stat quandiu volet Deus, 265. Tempus parente carens, 378. Tempus demonstrat hominum crimina, 378. Tempora ubi non cohærent, vera esse nequit historia, 269.
Tenedus, 279.
Terebus, 389.
Terra dea corpore instructa, 294. Terræ et cœli filii Saturnus, Titan et Japetus, quia antiquissimi, 308. Terræ cœlum miscetur, 294. Terra irato cœlo genuit Titanes qui cœlum ulti sunt, 294. Terra veluti solum et fundamentum, 358. Terra instar centri stabilita, 289. Terræ informi formam et ornatum dedit Deus, 339. Terræ tripartita habitatio, 372. Postea aliæ partes incoli cœperunt, 372. Terrarum orbis finitus, 261. Supra illud sæcula longe præstantiora sine tempestatum vicissitudine, 261. Geographi ea quæ ultra sunt ignorantes, maris æstus causati sunt, 261. Terram superiorem prædicabat Herodotus, 267. Inde lapsum leonem ab Hercule occisum, 267. Terræ motus, 85.
Testamentum posterius priori finem imponit, 112. Promissa iis facta ex quibus Christus oriturus erat, 213. Non Esau aut Ruben aut alii cuipiam, 213. Abrahæ promissæ gentes Christianæ, non Arabes aut Idumæi, 212. Testamentum fidele Christus, 112. Post quod non lex, non præceptum, non mandatum, 112. Testamentum Dei Christus, 215. Testamentum novum et æternum Christus, 211. Testamentum novum Christus, 139, 147. Testamentum novum promisit Deus, 165. Primum cum metu et tremore, 165. Alterum sine metu et fulguribus, 165. Tale est ut demonstret quodnam præceptum aut opus æternum et omni generi conveniens; quodnam ob cordis duritiam institutum, 165. Testamentum novum probat conversio Christianorum et in confessione Dei ad mortem usque constantia, 112. Testamenti Veteris et Novi discrimen, 142. Judæorum et Christianorum discrimen, 142. Eliæ tempore septem millia Baal non adoraverant, 142. Exprobrat Judæis Isaias quod filios simulacris immolaverint, 142. Christiani lætantur dum occiduntur ne sacrificent, 142. Testamentum Novum probatur quia Christus Joanni vaticinandi et baptizandi finem attulit, 147. At ipse cœpit Evangelium prædicare, 147. Ac prædixit nullum deinceps fore prophetam apud Judæos, idque evenit, 147. Prodituros in suo nomine sacerdotes et prophetas falsos idque evenit, 147.
Testes domi non assumendi, 268.
Testimonium falsum sæpe aversantur imperiti, 91. Quanto magis indignum philosopho? 91.
Tethys, 301.
Thalarchis Argiva, 270.
Thales antiquissimus septem sapientium, 276. Floruit circa olympiadem quinquagesimam, 276. Thales naturalis philosophiæ princeps, 9, 11. Orti ex eo philosophi recensentur, 9, 11. Aquam omnium principium esse statuit, 404. Ex aqua omnia fieri et in aquam resolvi docet, 9, 11. Dividit in Deum, dæmones et heroes, 300. Deus mens mundi, dæmones essentiæ animales, heroes animæ hominum separatæ, 300.
Thallus, 13, 399.
Thamyris, 275. Non multo antiquior Iliacis, 275.
Thasii colunt Theagenem, 290.
Theagenes, a quo cædes in Olympicis facta, 290. Theagenes Rhegius, 268.
Thebæ, 305. Thebarum Bacchus tyrannus, 250.
Theodorus Milesius, 293. Theodorus Statuarius, 295.
Theodotus, 273.
Theologia Christiana præter Patrem et Filium et Spiritum sanctum alias potestates agnoscit, 502. Theologia Christiana non Trinitatem tantum agnoscit, sed et angelos et ministros, 287. Theologia absurda gentilium, 295.
Theon, 27.
Theophilus cum incredulus esset, rebus attentius consideratis credidit, 346. Simul quod incidit in sacras Scripturas, 346. Imperitum se dicendi esse ait, 348. Roganti Autolyco religionem Christianam exposuit, 348. Amicissimi domum redierunt, 348. Iterum roganti accuratius exponit inanitatem superstitionis, 348. Et ex quibusdam historiis verum demonstrat, 348. Theophilus supra demonstravit nomina deorum esse hominum nomina, 373. Egit de genealogiis in primo de historiis libro, 370. De Noe in eodem libro, 370. Alibi de Satana disputavit, 369.
Thersites agminis ductor, 270. Loquax ob imperitiam, calvo et acuto capite, 270. Thersites loquacissimus, 267.
Thesauri divitis Domini, 249. Thesauri occulti ope diabolus nostra invadit, 268. Hunc dum fodimus, pulvere impleti sumus, 268.
Thespiæ, 262.
Thestius asserit Providentiam, 334. Thestius a quo gens Thestis dicta, 333. Thestius, 332.
Thoas a quo gens Thoantis dicta, 332.
Tiberina insula, 59.
Tibia inventa a Marsya et Olympo, 243.
Tigris unus ex paradisi fluviis, 366.
Timocles, 379.
Tintinnabula duodecim significatio duodecim apostolorum, 138.
Titanes, 297. Geniti ex diis e terra; cœlo et mari factis, 331. A terra irata geniti, 294. Titan terræ et cœli filius quia antiquissimus, 308.
Thyestæ concubitus, 4. Thyestes, 274, 389. Ex oraculo stuprum intulit filiæ, 309. Cum regnare ac se ulcisci vellet, 309. Thyesteæ cœnæ, 4. Thyestis cœnæ tragicæ, 318.
Tlepolemus Herculis filius ad bellum Trojanum profectus, 275.
Tonitru a Deo ad terrorem emittitur, 342. Fulgure præmuntiatur, ne anima subito turbata deficiat, 342. Terram subverteret, si impetui suo permitteretur, 342.
Totum ex parte judicant qui mel aut serum lactis explorant, 289.
Trajani forum, 87.
Tributa pendunt libenter Christiani, 246.
Trinitatis imago tres dies, qui ante luminaria fuerant, Dei Verbi, Sapientiæ, 360, 361. Deus, Verbum et Sapientia, 342. Patrem et Filium et Spiritum propheticum co-

Digitized by Google

lunt et adorant Christiani, 47. Deum illum agnoscunt Christiani, a quo omnia per Verbum creata et cujus Spiritu continentur, 284. Christiani agnoscunt Deum et Filium ejus et Spiritum sanctum, 302. Unitos secundum virtutem, 302. Mens, Verbum et Sapientia Filius Patris, 302. Spiritus effluvium, ut lumen ab igne, 302. Trium unio et in unitate distinctio, Patris et Filii et Spiritus sancti, 289. Deum Patrem et Deum Filium et Spiritum sanctum asserunt Christiani, 287. Eorum et in unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant, 287. Pater in Filio et Filius in Patre, unitate et virtute Spiritus, 287. Filii cum Patre unio, Patris cum Filio communicatio, 289. Filius secundo loco, tertio Spiritus habetur, 51. Deus Verbum suum genuit cum sua Sapientia, 355. Sapientia Dei quæ est in eo et Verbum sanctum ejus, 355. Ut regi et filio omnia parent, ita Deo patri ejusque Filio omnia subjecta, 294. Creator universorum et parens semper in supercœlestibus manet, 150. Nemini unquam visus, aut per se quemquam allocutus, 150. Deus dixit, *Faciamus*, Verbo suo et Sapientiæ, 562. Cœleste regnum ex Patre imperatore, ejusque Filio spectatur, 294. Plato dixit circa Regem omnium esse omnia, secundum circa secunda, tertium circa tertia, 79, 301.

Triopas, 274.

Triptolemi agricultura, 274.

Troas colit statuas Neryllini, 309.

Trochoides, 306.

Troja capta anno quo, 274.

Tros, 273.

Trypho Hebræus ex circumcisione, 162. Ex bello nuper gesto profugus, 162. Argis audivit Corinthum Socraticum, 101. In Græcia et Corinthi ut plurimum degit, 102. Libenter ad eos accedit qui philosophi vestem gerunt, 101. Ad Justinum ambulantem in xysti spatiis accedit, 101. Præfert Christianæ religioni Platonis et aliorum disciplinam, 110. Justinum hortatur ut circumcidatur et legem observet, 110. Non credit afficta Christianis scelera, 111. Legit Evangelii præcepta, 111. Ita magna esse putat, ut observari non posse suspicetur, 111. Duo objicit Christianis, quod legem non observent, et spem ponant in homine crucifixo, 111. Tryphonis socii rident Justinum narrantem suæ conversionis modum, 110. Promittentem se veritatem religionis demonstraturum iterum rident, 110. Abire parantem Justinum retinet Trypho, 110. Veniunt in medium xysti spatium, 110. Duo ex sociis abeunt, 110. Tum dialogus in eo loco ubi saxea sedilia ex utraque parte, 110. Cum Tryphone quatuor remanserunt, 152. Trypho miratur cur Christiani, cum tam multa perferant, non etiam Legem observent, 118. Christum exspectat gloriosum et magnum, 129. Magistris credulus, 110. Audierat multos ex Christianis immolata simulacris edere, 132. Imparatus ad periculosas quæstiones, 155. Neminem de Trinitate disserentem audierat, 155. Non tulisset Justinum hæc disputantem, nisi ad Scripturam omnia referret, 153. Subirascens Scripturas reveretur, 178. Fatetur se explicare non posse, cur sine Sabbatis et circumcisione fuerint justi ante Abraham et Moysem, 126. Fatetur justos sine lege ante Moysem salvatos, 142, 164. Sacrificia fatetur ob duritiam cordis populi instituta, *ibid.* Aliud Testamentum sine metu et fulguribus promissum, 165. Nullas oblationes nisi Jerosolymis, fieri licere, ac nulla sacrificia, 141. At contendit licere circumcidi, Sabbatum et menses observare et ablui post tactum rei prohibitæ vel concubitum, 141. Sæpe contra ea, quæ assensus fuerat, venit, 164, 165. Tryphoni Justinus desipere videtur quia nos a Christo dona accipere dicit, 136. Illi impium videtur angelos malos dici, 176. Spiritum Dei, qui in Elia fuerat, in Joanne fuisse, 145. Christum cum Moyse et Aarone fuisse, eosque in columna nubis allocutum et adorandum esse, 135. Incredibile et impossibile ei videtur Deum nasci, 165. Tryphoni stultum videtur Christum Deum præexstitisse et hominem ex virgine genitum dici, 144. Magis probat eos qui hominem fuisse et unctione factum esse Christum dicunt, 145. Christum nostrum rejicit ut inglorium et inhonoratum, 129. Et qui in extremam exsecrationem incurrerit, 129. Consentit ut Jesum Christiani Deum et Dominum suum et Christum agnoscant, 161. Quemadmodum Scripturæ significant, 161. At sibi Deum colenti, necesse non esse, ut Christum adoret, 161. Contendit apud Isaiam esse, *Ecce adolescentula*, et de Ezechia dictam esse prophetiam, 165. Quod Christiani docent, monstrum esse putat fabulæ Persei simile, 164. Satius esse ait Christum hominem ex hominibus, et ob legis observationem Christum factum dicere, 164. Trypho ejusque socii assentiuntur Filium a Deo genitum esse, 222. Trypho fatetur Christum passibilem esse et iterum venturum ac omnibus imperaturum gentibus, 136. Assentitur argumentis Justini de Incarnatione, 174. Fatetur Deum gloriam suam Christo dare, 163. Fatetur allatas a Justino Scripturas in Christum dictas esse, 187. Movetur Jesu cognomine quod filio Navæ impositum fuit, 187. Fatetur prædictum esse passurum Christum et tanquam ovem abductum iri, 187. At utrum prædictus sit maledictum in lege supplicium passurus, id ne cogitare quidem potest, 187. Tryphonis socii, qui postridie venerant, incondite clamant, tanquam in theatro, 215. Turbantur quia Justinus dixit Christianos esse filios Dei, 217. Trypho gratias agit Justino sociorum nomine, 232. Delectatum se majorem in modum hoc colloquio declarat, 232. Faustam navigationem precatur, 232

Tuba inventa a Tyrrhenis, 243.

Turnus, 272.

Tuscani Plasticen invenere, 243.

Tyndari filia Philonoe, 279.

Tyndaris, 252.

Typho, 299. Typhonem Orus dejecit, 306.

Tyrimmas, 352.

Tyrrheni tubam invenere, 243.

Tyriorum regum successio, 394. Apud Tyrios commentarii in quibus de templi Jerosolymitani constructione, 394. Apud eosdem servantur exemplaria epistolarum, quas sibi invicem Salomon et Hieronymus scribebant, 394.

U

Ulysses ex improbitate virtutem lucratus, 2, 5.

Ungues ferinos circumferunt philosophi, 265.

Unicornis cornua in sola cruce reperiri possunt, 188. Unicornis cornua crucis formam exhibent, 200.

Unitas et unum differunt secundum Pythagoram, 20. Unitas in iis quæ mente percipiuntur, unum in numeris, 20.

Ursa Callistus, 251.

Uranus filios in tartara detrusit, 295.

Urbicus, 88. S. Ptolemæum interrogat an Christianus sit, 89. Confitentem ad supplicium abripi jubet, 90. Lucium de iniquo judicio querentem pariter interrogat et confitentem pariter damnat, 90. Tertius quidam superveniens eodem supplicio damnatur, 90.

Urbs magna Romam designat, 260. Urbium origo, 370. Urbes divisione linguarum antiquiores, 371. Urbium initium a Cain, 370. Urbium rursus initium post diluvium, 370.

Utiles Deo esse debemus, 338.

Uxorum multitudo a Lamech initium cepit, 370.

V

Valentiniani, 133.

Vates Plato divinitus afflatos et a Deo correptos putat, 54. Nec quidquam eorum quæ dicunt intelligentes, 54. Sibylla in ipso afflatu munere vatis fungebatur, 54. Desinente afflatu desinebat dictorum recordatio, 54.

Vectigalia omnium primi pendunt Christiani, 54. Ita jussit Christus, 54. Vectigalia et mercedes et tributa imperatores percipiunt ex puerorum et puellarum ad flagitia prostantium gregibus, 60. Vectigales regi sunt deorum mater, ejusque filii, 314.

Vela crucis speciem exhibent, 76.

Veneni si quid est in natura, id supervenit propter peccatum, 261.

Venefici, 93.

Venus et Proserpina propter Adonidem œstro concitatæ, 58. Venus impudica, 250. Venus vulnerata, 343. Cum Venere Mars mœchatus, 271.

Venustas a Deo creata, 311. Neque enim sua sponte exoritur, sed Dei manu et voluntate mittitur, 311.

Veranius Pollio, 87.

Verbum Spiritus Dei et Sapientia et virtus Altissimi, 355. Verbi potentia, 259. Verbum in principio genitum vicissim mundum genuit, 248. Verbum non factum, 287. Per Verbum creata omnia, 285. Angelos creat ante homines, 249. Verbum cum Patre erat ante mundum et tunc genitum, cum mundus creatus, 92. Progenies ex patre ante omnes omnino res creatas edita, 222. Genitum a gignente aliud numero, 222. Est Filius Dei Verbum Patris in idea et operatione, 286. Verbum prima Patris progenies, quia prodiit ut omnium idea et actus foret, 287. In Verbo Deus creavit cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt, 355. Per Verbum omnia a Deo creata, 286. Lucens tanquam in clauso conclavi Verbum illuminavit orbem terrarum, 359. A Verbo et per Verbum facta omnia, cum Pater et Filius unum sint, 287. Mens et Verbum Dei est Filius Patris, 287. Verbum cum Patre omnia ante mundum sustentabat, 247. Voluntate Patris prodiit ad creationem mundi, 247. Voluntariam administrationem suscipiens, 247. Sic prodiit ut a Patre minime separatum fuerit, 248. Prodiit ut lux de luce, 158, 222, 248. Ex sub-

Digitized by Google

stantia Patris, 222. Non in vacuum progressum, 248. Prodiit per communicationem, non per abscissionem, 247. Verbum opus primogenitum Patris, 247. Verbum intelligere debemus operationem digitorum illius, 207. Verbum jussio Dei, 359. Verbo omnia facta, si quidem *In principio fecit Deus cœlum et terram*, 78. Verbum in se ipso habuit ab æterno Deus, utpote ab æterno rationalis, 287. Hæc vere a Patre edita progenies, ante res omnes creatas una erat cum Patre, 159. Cum ea Pater colloquebatur, 159. Id declarat Salomon, nempe Sapientiam, ante omnia opera principium et progeniem genitam esse, 159. Quale est quod in nobis geritur, 158, 248. Sermonem enim ita proferimus, ut sermo qui in nobis est non imminuatur, *ibid.* Ignis non imminuit eum ex quo accensus est, *ibid.* Verbum Dei primogenitum esse Moyses indicavit, 64. Verbum Spiritus et virtus est, 64. Verbum Filius est Patris, 365. Non ut poetæ fingunt deorum filios, sed Verbum semper exsistens et in corde Patris insitum, 365. Erat consiliarius Patris antequam quidquam fieret, est enim ejus mens et prudentia, 365. Cum Deus voluit creare mundum, hoc Verbum genuit, 365. Non tamen ut Verbo vacuus fieret, sed cum suo Verbo semper erat, 365. Hæc docet Joannes dicens : *In principio erat Verbum*, etc., 365, Verbum propriis visceribus insitum genuit Deus cum sapientia sua, 353. Proferens illud ante omnia, 355. Hoc Verbo usus est administro, 355. Verbum Judæi nonnulli non magis distinguunt quam lucem a sole, 221. Ut lux cum sole occidit, ita a Patre Verbum prosilire et ad eum reflecti dicunt 221. Tropologiam non admittunt hæc Verba *Tanquam unus ex nobis*, 222. Verbum Dei principatus, 339. Verbum prima secundum parentem omnium et Dominum virtus et filius, 63. Verbum Deus est alius a Patre non sententia, sed numero, 152. Verbum, prima Patris progenies, 56. Verbum ex ingenito Deo natum secundum Deum adorant et amant Christiani, 97. Verbum Dei Filius non separabilis, 294. Verbum Spiritus a Patre genitus, 249. Christus sub Patre et Domino prælectus, ejusque ministrans voluntati, 219. Verbum quo magis regium magisque justum principem, secundum illius Patrem, novimus neminem, 50. Verbum ad imitationem Patris hominem fecit imaginem immortalitatis, 249. Verbum dicitur principium, quia principatum habet omnium, 355. In principio, id est in Verbo, 353. Verbum descendebat in prophetas, 355. Verbum cœleste, 249. Verbum semen a Deo, 63. Verbum in versibus Orphei appellatur vox, 19. Verbi potentia a sua consuetudine exclusit sectatores dæmonis, 249.

Verbum vocatur angelus et apostolus, 81. Judæi omnes docent Deum innominatum apparuisse, 81. Arguuntur a Spiritu sancto quod Deum non noverint, 81. Nam Patrem filium esse dicunt, 81. Is enim qui apparuit Filius est, ac angelus et apostolus vocatur, 81. Christus ille Deus est, qui Moysi, Abrahæ et Jacob et aliis visus, 219. Christus Moysi apparuit e rubo in specie ignis, 80. Verbum Dei est ejus filius, 81. Dixit Moysi : *Ego sum exsistens ille, Deus Abraham*, etc. 80. Cum Verbum sit primogenitum Dei, Deus etiam est, 81. Rogat Trypho, ut præter Patrem probet Justinus alium esse qui etiam Deus sit, 130. Monet ne loca colligat in quibus Dei nomen metaphora non caret, 130. Promittit Justinus se ejusmodi locis non usurum, 130. Deus qui Abrahæ ad quercum Mambre visus est, ab alio in supercœlestibus semper manente missus, 130. Is qui apparuit Abrahæ, Deus et Dominus est et angelus vocatur, 131. Distinguendus ergo a creatore universorum, 131. Negat Trypho unum ex tribus viris esse Deum, 151. Sed Deum visum esse antequam tres illi apparerent, 131. Probat, Justinus unum ex tribus Deum esse, 131. Fatetur Trypho, sed negat distinctum esse a Deo Patre, 151. Hactenus ita cum tota gente sua credidit, 152. Contendit Justinus alium esse a Patre, 152. Unus ex sociis Tryphonis ait præter Deum qui visus est Abrahæ, ex duobus angelis Sodoma petentibus alterum Deum esse, 152. Probat Justinus unum ex tribus Deum et Dominum esse duorum angelorum, 154. Assentitur Trypho, 154. Rem confirmat Justinus ex eo quod is, qui Jacobo apparuit, angelus et Deus et Dominus dicatur, 155, 156. Capite annuunt Judæi, 155. Probat Justinus eumdem in igne flammæ apparuisse Moysi, 156. Respondet Trypho angelum in igne flammæ visum, et Deum cum Moyse collocutum, 156. Probat Justinus etiamsi duo fuissent eum, qui se Deum Abrahæ et Isaac et Jacob dixit, non Deum Patrem esse, sed Deum qui Abrahæ et Jacob apparuit, 157. Fatetur Trypho, 157. Tum Justinus probat eum, qui angelus vocatur et Deus est, solum apparuisse Moysi, 157. Manus dat Trypho argumentis Justini, 160. Petit ut eum, qui Abrahæ apparuit, hominem factum esse demonstretur, 160. Idem jam petierat, 154. Verbum Deus et angelus a Patre missus, cum populus carnes concupivit, 220. Deus ingenitus nunquam ascendit aut descendit, 220. Inde sequeretur illum tunc in cœlo non fuisse, 221. Sed is apparuit qui secundum ipsius voluntatem et Deus est et ipsius Filius et angelus, 221. Is et ignis aliquando fuit in rubo, 221. Dominus et Deus Dei Filius est, 221. Apparuit ut vir et angelus et in gloria ignis, 221. Cum quidam objicere vellent rem esse inanimam illud Verbum, probat Justinus numero ut personam distinctum esse a Patre, 221. Est enim genitum a Patre, ita ut substantia Patris minime divisa sit, sed ut ignis ex igne, 221. Duos numero distinctos indicant plura Scripturæ loca, 221. Quod tres viri dicuntur manducasse, id Justinus si de eo, qui Deus est, intelligatur, non sine metaphora intelligendum putat, 154. Assentitur Trypho, 154. Verbum dicitur angelus, Deus, Dominus, archidux, Sapientia, filius, gloria genitoris, 157, 158. His appellationibus designatur quia Patris voluntati ministrat, et voluntate ex Patre genitum, *ibid.* Nuntiat hominibus quæcunque illis nuntiare vult Pater, 151. Repugnat ut Patri hæc perfunctiones tribuantur, 153.

Verbum apparebat modo in specie ignis, modo in imagine corporea, 81. Nunc homo factum voluntate Patris ea pati voluit quæ in eum Judæi moliti sunt, 81. Verbum tot in formis visum Abrahæ et Jacob et Moysi, cur ex virgine etiam nasci non potuit? 172. Deus Pater in loco inveniri non potest, 365. Sed ejus Verbum cum Deus sit et ex Deo genitus, mittitur et in loco invenitur, 365. Cum virtus sit et sapientia Patris, personam Patris assumebat, 365. Cum Verbum sit et vox Patris, colloquebatur cum Adamo, 365. Verbum visum quidem est, quia Patris ministrabat voluntati, 218. Deus autem est, ut Filius, 218. Deus scalæ innixus, non Pater intelligi debet, 183. Cum Verbo luctatus Jacob, 218. Verbi gloriam populus in Sina intueri non potuit, 220. Moyses tabernaculum ingredi non poterat, si gloria Dei impletum esset, 220. Stare pro templo sacerdos non sustinuit, cum arca introducta, 220. Verbum declaravit nomen suum esse Jesum, cum dixit : *Nomen meum est in eo*, 172. Nam Jesus cognominatus qui Auses ante fuerat, 172. Sic etiam Israël vocabatur, et hoc nomen dedit Jacobo, 172. Verbum divinum movebat prophetas, 65, 249. Verbum omnia pervadens, 93. Verbum per Socratem dæmones rejiciendos docuit, 47. Verbum quæcunque vetat, ea vir sanus haud eliget, 50. Verbo aliqua ex parte considerato præclare locuti philosophi et legum latores, 93. Sed non omnia quæ sunt Verbi, id est Christi cognoverunt, 93. Hinc inter se pugnant, 93. Christiani Christum cognoverunt, 93. Verbum totum est Christus, 94 Quidquid ad Verbum pertinet id exstitit Christus, nempe corpus, Verbum et anima, 93.

Veritas præferenda majorum erroribus, 17. Non peccant in majores suos qui eorum errori nuntium remittunt, 32. Veritati opinionem anteponentes principes plus non possunt quam latrones in solitudine, 50. Quæ quis affirmat, ea aut vidisse debuit aut ab iis, qui viderunt, didicisse, 381. Veritatem si nuntiabant sapientes et poetæ et philosophi, debebant res diluvio antiquiores referre, 373. Imo et futura prædicere, 373. Veritatem a solo Deo doceri posse existimat Plato, 390. Ipsi poetæ Homerus, Hesiodus et Orpheus divinitus se edoctos dixerunt, 390. Scriptores vatibus et prophetis æquales fuisse et ab eis edocti dicuntur, 390. Veritatem possunt cognoscere qui volunt, si prophetarum scripta consulant, 373. Veritas ut inveniri possit, sacræ Scripturæ cum profanis libris conferendæ, 373. Veritatem prophetæ dictis et factis suis insitam absconderunt, 187. Ut non sine labore inveniatur, 187. Magna gratia conceditur his qui hæc intelligunt, 189. Veritatem a solis Christianis doceri probat Justinus, quia cum similia Græcis dicant, soli odio habentur. 58 Quia cum nihil mali faciant, ut improbi necantur, 58. Quia Dei cultum relictis simulacris amplexi sunt, et ad mortem usque pro hoc cultu decertant, 58. Quia quos dæmones immittunt ad pervertendam Christi doctrinam, eos persecutio non tangit, 59. Veritatis argumentum fides, 95. Socrati nemo ita credidit, ut vitam pro illius doctrina profunderet, 95. At Christiani mortem libenter oppetunt, 95. Nemo propter fidem in solem mortuus, 214. At pro Christo quælibet supplicia perferuntur, 214. Veritatis argumentum imperitorum et artificum conversio et ad mortem usque constantia, 93. Veritatis, ut quisque voluerit, libenter participem faciunt Christiani, 47. A legendis et intelligendis quæ ad Veritatis defensionem scripta sunt, avertunt dæmones, 51. Veritatis amator non ducitur fucatis sermonibus, 358. Etiamsi mors intentetur, æqua facere et dicere debet, 44. Veritatem in omnibus non dicere impium, 91. Vera semper dicenda, 53 Veritatem unice amare ratio præscribit, 44. Veri amator non debet ea dissolvere quæ concesserat, 164. Socratis dictum præclarissimum : *Plus honoris non habendum homini quam ver-*

Digitized by Google

tati, 91. Verum quicunque dicere potest nec dicit, judicabitur a Deo, 179.

Veritatis prædicatores, etiamsi paucis persuadeant, maximam tamen mercedem habebunt, 70. Extra culpam qui pro viribus hortati sunt, etiamsi increduli maneant audientes, 77. Veritatis et sapientiæ sermo ardentior et lucidior solis radiis, 214. In recessus cordis penetrat, 214. Difficile est mentem ignoratione obsessam subito immutari, 50. Veritatis semina insunt omnibus, 70. Veritatem ex parte viderunt poetæ, 305. Cur veritatem gentiles non viderunt, 400. Veritatis nulla pars a calumniis libera, 315. Non essentia Dei, ejusque scientia et operatio, 315. Veritati semper aliquid adnascitur mendacii, 305. Non ex subjecto aliquo principio productum, 305. Sed a corruptoribus veritatis excogitatum, 305. Ad veritatis confirmationem ratio tutior experientia, 330. Duplici opus est sermone, altero pro veritate, altero de veritate, 315. Natura præeunt pro veritate, utilitate vero de veritate sermones, 315. De veritate disseri non potest, nisi prius falsæ evellantur opiniones, 315. De veritate sermo necessarius omnibus salutis curam gerentibus, 324. Alter nonnullis interdum et adversus nonnullos fructuosior, 324. De veritate sermo natura et ordine et utilitate princeps est, 323. Sermo autem pro veritate utilius interdum præmittitur, 323. Primum instar satellitis comitatur et incommoda removet, 323. Veritatis demonstratio non foris deducitur aut ex opinionibus, 326. Sed ex naturali ratione aut posteriorum ex prioribus consecutione, 326. In primis principiis sola opus est admonitione, 326. In iis autem quæ ex primis consequuntur, opus est ordine, 326.

Vexilla speciem crucis exhibent, 76. Cum vexillis semper in publicum procedunt imperatores, 76. In his imperii et potestatis signa constituunt, 76.

Vinum in Bacchi mysteriis, 167.

Vipera a Phanete genita, 296.

Virga Moysis et Jacob crucem designabat Christi, 185. Virga Mercurii imago concubitus Jovis draconis facti cum matre facta dracæna, 296.

Virgines multi et multæ apud Christianos, 52. A pueris incorrupti perseverant annos sexaginta et septuaginta nati, 52. Tales se in omni hominum genere monstraturum profitetur Justinus, 52. Virgines consenescunt viri et mulieres, 310. Spe arctius se conjunctum iri cum Deo, 310. Virginibus Christianis convicium faciunt gentiles, 270. Virgines inter cola pronuntiant Scripturæ sacræ oracula, 271.

Virtuti vitium adversatur naturali quadam lege, 282, 309. Virtuti mala sua affingit vitium, 96. Virtutis imitatione actiones suas tegit, 96. Virtutis beneficio incorrupti qui vera bona internoscunt, 96. Virtutem qui in athletis laudant, in Christianis mortem spernentibus laudare debent, 96. Virtutem gentiles oderant in suis, non modo in Christianis, 309.

Vita morte et corruptione interscissa appellatur permansio, 328. Vita præsens dicitur eadem vita, etsi inæqualis et interrupta, 329. Idem dicendum de vita dissolutione interrupta, 329. In vita hac nihil novi, sed eadem semper occurrunt, 77. Vitæ hujus satietas vel annum unum perfruentes capit, 77. Ut æternam consequamur, Christiana instituta sunt amplectenda, 77. Vita egena et corruptibilis præsenti ævo congruit, 326. Vitæ sanctitate Deum propius contingere, 56. Vitæ æternæ spe spernuntur quæ hac in vita versantur, 310. Usque ad ipsas animi oblectationes, 310. Vita æterna cum Deo et apud Deum extra omnem mutationem et perpessionem animæ, 309. Non ut caro, etsi carnem habebimus, sed ut cœlestis spiritus, 309. Vitam alteram qui exspectant non libenter se judici puniendos tradunt, 309. Vitam hanc tantum qui se victuros putant; hos suspicio est carni et sanguini servire, 309. Vita deterior nonnullorum ansam dat iis, qui omnes Christianos calumniari volunt, 46.

Vitium cum virtute pugnat divina quadam lege, 282, 309. Vitium nihil incorrupti habere aut facere potest, 96. Actiones suas imitatione virtutis tegit, 96. Mala sua virtuti affingit, 96. Sic homines in servitutem redigit, 96.

Voluptas bonum esse animæ nonnullis philosophis videtur, 402. Aliis malum, aliis medium inter bonum et malum, 402. Voluptas finis esse hominis non potest, 336.

Vulcanus utrinque claudus, 250. Minervæ virilitatem eripuit, 257. Opifex fibularum, 250. His ornamentis Minervam pupillam decepit, 250. Vulcanus claudus et faber diis convivantibus ministrat, 382. Vulcani zelotypia, 4. Vulcani ex Minerva filius, 250.

Vulgus, quod fabulas asciv t, dedoceri non potest, 301.

X

Xenophon, 96.

Xysti spatia, 101.

Y

Yo, [*immo* 10], 274.

Z

Zacharias sub Dario, 395.

Zeno, 383. Zeno docet eosdem homines ad eadem resurgere, 245, 248. Plures inducit in conflagratione improbos quam justos, *ibid.* Deum auctorem mali facit, 246. In cloacis versari illum docet, 246. Malorum auctor Deus secundum Zenonem, 246.

Zenodotus, 269.

Zodiaci circuli descriptio opus deorum, 251. Animalia cœlesti honore dignati sunt dæmones, 251.

Zephyrus Hyacinthum occidit, 251.

Zopyrus, 397.

INDEX RERUM

QUÆ IN APPENDICE INVENIUNTUR.

Revocatur Lector ad numerales notas crassiori charactere textui insertas.

A

Abel proprio usu Deum potiorem habebat, 492.

Accidentia accidunt substantiæ, 552.

Actor in scena pedes ligneos habet et ventrem factitium, 411.

Adamo tunicas pelliceas Deus non humana arte fecit, sed creantis modo, 460.

Admonitio de industria fieri non debet, 409. Sæpe mediandum id quod in suspicionem venit, 409.

Ægrotantes non negligendi, 416. Ne ille quidem negligendus qui alios negligit, 416.

Ægyptii. Apud Ægyptios astronomia, astrologia et geometria pedestres erant disciplinæ, 450. Scientiæ hieroglyphicæ in majori pretio erant, 450. In Ægypto animalia omnia præter porcum divinitate donabantur, 455.

Æmulatio longe fugienda, 408.

Æquale nosci non potest inæquali ignorato, 540.

Æqui et contenti in omnibus esse debemus, ita ut nec divitiæ nos extollant, nec egestas dejiciat, 410.

Affirmatio semper vera aut negatio, 518.

Alleluia quid significet, 460.

Aliud est anima, aliud animal, 470. Quod aliud est, ab alio est aliud, 521. Ita et quod idem, alii est idem, 521.

Anachoretis divites homines et mulieres magna munera attulerunt, 488. Sic Christus promissum implevit, 488.

Anathema id quod Deo sacrum aut ab eo abalienatum, 493.

Angeli hominum custodes nunquam imminuuntur sed augentur semper, 453. Vel enim hominem viventem, vel animam e corpore egressam sequuntur, 453. Antequam homines sequantur, in aliis pro homine ministeriis ministrant propriis principibus, 453. Animas e corpore exeuntes ducunt in loca convenientia, 470.

Anguli per compositionem linearum coexsistunt, 519.

Anima in se ipsa est, 537. Anima est velut artifex, corpus velut instrumentum, 537. Animæ insunt duæ cognoscendi facultates, perceptiva et intellectiva, 470. Per primam et se ipsas et se invicem cognoscunt animæ, per alteram ea quæ supra ipsas, 470. Non intelligit anima animam, aut angelus angelum, sed videt per facultatem perceptivam, 470. Non eget anima corpore, ut sentiat corpo-

Digitized by Google

rea, sed sensum præstat corpori, 470. Animæ proprium intelligere, ut sentire corporis, 537. Anima distincta a corpore, 537, 538. Animam non sanguinem esse, sed distinctam a corpore et immortalem probatur ex Scripturis, 466. Anima in corpore est, ut ratione utens, 540. Corporea autem sunt in corpore, ut forma, 340. Anima potest se a corporis affectionibus separare, 538. Ergo et a corpore separari nec perire, 538. Animæ præsentia corpus vitæ et sensus et notionis particeps, 538. Absentia animæ corpus sine sensu et cogitatione, 538. Est ergo anima in se ipsa ut natura sua incorruptibilis, 538. Anima sæpe ante et post corpus patitur, semper autem cum corpore, 429. Animæ domus est corpus, anima est domus Spiritus, 595. Animi motus vitiosi, velut rami luxuriantes amputandi, 416.

Animal ex animali semper fit et secundum naturam, 569. Animal autem ex non animali nec semper nec secundum naturam, 569. Animal ex animali esse non potest, nisi sit primum animal, quod non sit ex animali, 559. Animalium alia e terra et aquis educta, 549. Alia e principibus generum nasci Deus voluit, 541. Ut ostenderet se legibus naturæ non servire, 541. Animalium mundorum et immundorum distinctio non ex natura sed ex lege, 454. Volebat Deus Judæos jugo servitutis legis subjicere, 454. Eosque ab Ægyptiorum animalia adorantium cultu deterrere, 455. Animalia rationis expertia vituperare ob prave facta contra rationem est, 496. Animalia in ministerium hominis aut cibum aut disciplinam facta, 496. De animalibus in arcam introductis, 457. Animalium visio Isaiæ et Ezechieli oblata, 457. Animalia tantum immunda in vase quod Petro oblatum est, 476.

Annus. Absque anno mundus esse non potest, 535.

Apollonius physicæ peritia effecit quidquid effecit, 450. Illius effectiones adhuc vigent, 450. Apollonii statuæ dæmon insidebat, et homines divinationibus seducebat, ut Apollonium colerent, 450. Huic Christus os occlusit, 450.

Apostoli quo sensu hominum piscatores, 448. Apostolos quidam dixerunt solatia terrena exspectasse in regno Israelis, 488. Hoc unum erat ex iis quæ ignorabant ante adventum sancti Spiritus, 488.

Aristotelis de mundo doctrina continet multas necessitates ex una necessitate æterna supposita deductas, 577. Aristotelis commentum est quintum elementum, 553, 554. Aristoteles nihil fieri statuit nisi ex subjecto, 550. Subjectum natura unum, forma duo esse, 551. Materiam unum esse principium, non tamen ita unum, ut certum quid sit, 552. Antiquos philosophos corrigit, sed in eadem vitia relabitur, 554. Triadem diversam a Platonica admittit, 556. Materiam simul cum forma veluti matrem eorum esse censet quæ fiunt, 556. Cœlum fortuito factum et non fortuito opinatur, 560, 561. Ingenitum et genitum, *ibid.* De tempore, 565, *et seqq.* De motu. 570 *et seqq.*

Arrogantia illorum misera, qui sibi omnia scire videntur, 413.

Asceteæ institutum non modo accessionem absentium divitiarum non admittit, sed nec possessionem præsentium, 448.

B

Bacchæ thyrsos circumferunt, 411.

Balneum cognomento Timiotinum, 586.

Baptismus. In baptismo celebramus passionis et resurrectionis Christi symbola, 501. Oleo primum ungimur, deinde post lavacrum unguento, 501 In baptismo circumcidimur exuentes Adam et induentes Christum, 483. Baptismo vitam congruentem qui non adjungit, est infidelis deterior, 442. Baptismus in hæresi acceptus emendatur unguenti unctione, 446. Baptizati infantes different a non baptizatis, quia isti bona baptismo adjuncta habebunt, alii carebunt, 462. Hæc bona consequuntur per fidem offerentium, 462.

Beatitudo. In beatitudine regni Israelis terrena solatia exspectasse apostolos quidam dixerunt, 488. Non eos confirmat Christus sed refellit, cum ait: *Non est vestrum nosse*, etc., 489. Judaica hæc opinio, 489.

Beelzebut, 472.

Beliar, 472.

Beneficentia colligitur bene aliis faciendo, 416.

Bonum non ex comparatione mali, sed ex propria natura bonum, 468. Quod bonum est simpliciter, omnibus bonum est, non quibusdam tantum, 557. Quod bono contrarium est non appetit bonum, 557. Suæ enim naturæ corruptionem appeteret, 557.

C

Cadmæa victoria, 412.

Cain deteriora Deo offerebat, 492.

Cantus in Ecclesiis quantus habeat utilitates ostenditur, 486. Resecatur usus instrumentorum cum saltatione et croatis, 486. Hæc enim Judæis conveniebant, 486.

Capite qui sunt graviori minus apti ad acute cogitandum, 485.

Carmina cur adhibita in Scripturis, 461.

Caro prorsus sumus, nec boni quidquam in nobis habitat, 410.

Castimoniam alii ab initio colunt, alii a certo tempore, 589. Non omnia animalia generant, 589.

Catathema est assentiri anathematizantibus, 493.

Causas naturales huc refert Democritus, quod semper ita factum sit, 569. Cur autem semper inquirendum non putat, 569.

Centuplum de parentibus, fratribus et sororibus spiritualibus intelligendum, 487. Sic etiam uxor intelligi debet, 487. Ecclesiæ centuplum tribuit Christus in spiritualibus et humanis eam multiplicans, 488. Anachoretis in deserto divites hominés et mulieres magna munera attulerunt, 488. Sic Christus promissum implevit, 488.

Chariton martyr, 587.

Charitana martyr, 587.

Christus Deus et homo, 427. Quatenus homo indebita morte debitam destruit, quatenus Deus, resuscitat, 427. De uno filio diversæ voces convenienter naturis dividendæ, 427. Unius Filius et ante sæcula et recens, 427. Christus non ex divinitate et humanitate perfectus est, quasi aliud esset præter duo, 429. Sed utrumque est Deus et homo, 429. Filium se hominis dicit per articulum masculinum, 465. Increduli inde colligunt eum ex Josepho esse, 465. Si Josephus vocatus est filius Eli sine copula conjugali, similiter filius dari potuit Josepho, 466. Idcirco Virgo desponsata viro duos patres habenti, 466. De Christi genealogiis, 488, 499. Ex historiis ad Acta depositis erutæ fuerunt, *ibid.* Christum Deus ex ea, quæ fuit Uriæ, oriri voluit, habens honorem pœnitentiæ Davidis, 471. At mortem inflixit filio per adulterium nato ex uxore Uriæ, 471. Christi corpus post unionem deificatum, 451. Divinæ dignitatis factum est particeps, non naturæ, pro bona voluntate Verbi, 432. Christi generatio secundum carnem enarratur, 466. Divina inenarrabilis, 466. Christus sitivit et esurivit et lacrymatus est, cum posset horum nihil sustinere, 485. Sed argumenta humanitatis suæ præbere voluit, 485. Precatus est ob eamdem causam, 485. Quin etiam nunc interpellat pro nobis etsi fragilitati carnis non jam subjectus, 485. Christus quatenus Deus miracula edit, quatenus homo patitur, 428, 429. Christi miracula non omnes eodem tempore cognoverunt, 475. Herodes serius aliis cognovit, 475. Ipse Joannes ante resuscitatum viduæ filium, non audierat omnia, 475. Christo ignorationem nefas affingere, 462. Christi precatio pro discipulis posterior Judæ perditione, 449. Itaque non obstat quominus Christum semper auditum fuisse credamus, 449. Christum quarto die traditum nonnulli dicunt, 465. Idque ex rerum gestarum numero conjiciunt, 465. Non quarto, sed quinto die traditus, 465. Christus vestimenta cum quibus post resurrectionem apparuit, vel creavit vel aliunde sumpsit, 490. Christi resurrectio probat possibilem esse resurrectionem, 544. Volebat paulatim assuescere discipulos, ut ipsius corporali præsentia carerent, 459. Idcirco dixit Mariæ, *Noli me tangere*, 459. Christus trahet ad se omnia, cum aboleverit omnem principatum, 456.

Christiana doctrina, non ut aliæ disciplinæ, in quibus minora præcedunt, 481. Sed tamen præpostero ordine non docuerunt apostoli, 481. Ubique enim ex lege Christum prædicant, ex minoribus majora, 481. In Christiana religione nihil falsi, 441. Ex præcedentibus fidem facit futurorum, 441. Christiana vigente religione falsum est res publicas in pejus delapsas, 495. Vigente cultu gentilium magnæ evenerunt calamitates, 495. Minus bellis agitatus orbis, ex quo Christiani prodierunt, 495. Sed religionis sanctitas spectari debet ex recte factis, 495. Dominantibus Græcis homines dæmonibus immolabantur, et cultus Deo debitus rebus inanimis tribuebatur, 495. Christianis primas tenentibus prohibita nefanda sacrificia, 495.

Christiani patrem suum agnoscunt Christum et matrem fidem, 587. Non omnes in eumdem locum conveniunt, 586. Sed unusquisque quo vult aut potest, 585. Lex erat ut sacrificare abnegantes post flagella capite plecterentur, 587.

Cibis utendum non ad voluptatem, sed quod vivere ad aliquam utilitatem velimus, 410. Cibum unicum fuisse arborum fructus ante diluvium nonnulli patrum dixere, 492. Sed tamen Abel de lacte gregis sui edebat, Cain de frugibus terræ quam colebat, 492. Nam Cain deterioribus

Digitized by Google

Deum colebat, Abel proprio usu Deum potiorem habebat, 492.

Circumcisio sigillum fidei Abrahæ, 483. Transmissa posteris ut monumentum fidei illius et Dei potentiæ, 483.

Clamitantium nullus prudentia præditus est, 413. Cum clamante conticescendum, 409.

Clemens in epistola ad Corinthios, 469.

Cœli substantia incorruptibilis, 532. Cœlum incorruptibile, non tamen increate ut Deus, 533. Sed ex voluntate Dei, donec transeat in aliud incorruptibilitatis genus, 533. Cœli figura, 465. Cœlorum creatio atque etiam solutio per comparationem assimilatur, 478. Cœlum non globus sed instar cameræ, 497. Cœlum genitum et ingenitum dixit Aristoteles, 560, 561. De cœli motu, 578. De cœli motu locali, 570. Cœlum Christiani in loco esse non negant, sed Græci, 497. Cœlum et astra, cum nec gravitatem habeant nec levitatem, calefactoriam vim habere non possunt, 379. Cœli dorso cur aquæ incumbunt, 477. Cœlorum nomine quid intelligat Scriptura, 462. Cœlum dicitur domus et solium Dei, ut illud a Deo secernamus, nec Deum esse putemus, 532.

Coexsistentia alicui rei servantur illius, cui coexsistunt, custodia, 518. Quare non ipsa indigent custodia, sed illud cui coexsistunt, 519.

Colloquia nullius mali conscia esse debent, 413. Nil mali de aliis audiendum aut dicendum, 412. Considerandum quidquid opus est an recte efferri possit, ac tum demum vix loquendum, 412. In colloquiis nihil mundanum tractandum, 411. Loquente proximo nec ridendum nec prohibendum, sed venia danda, quoad silentium pudorem incutiat, 411. In colloquiis danda opera oraculis Salvatoris, 411. Scabiem contrahit animus ex aliis collocutionibus, 411. In colloquiis quæstiones de divinis oraculis instituendæ, 412. Colloquia arcana ad pugnas excitandas, 411.

Communio. A communione abstinere minime æquum est ob turpes per somnum oblatas imagines, 448.

Compositum. Quæ composita sunt ingenita esse non possunt, 524.

Confirmatio signaculum, 491. Consignamus dextra manu eos qui hoc indigent signaculo, 491.

Corpus vitam et intelligentiam recipit incorporei præsentia, 540. Corpus ex incorporeo non perficitur, 559. Corpus nosci non potest incorporeo non cognito, 540. Corpus quod gravitatem et levitatem non habet, non est tractabile, 572.

Constantiam non frangunt provisi eventus, 416. Turbari ob repentinum casum et clamare valde miserum, 416.

Contentionis studiosi similes ei qui Orestem magna voce agit, 411. Sunt veluti Bacchæ hastas in thyrsis circumferentes, 411.

Continentia non semper dignitate inferiora iis quæ continentur, ut grana pomis, 445. Continet Deus omnia, sed alio modo ac res creatæ alias res creatas, 445.

Contrarium. Quorum contrarium per eadem inveniri potest, ea consecutionem necessariam non habent, 445.

Conversio non est, nisi ea quæ convertuntur sint aliud atque aliud, sive ratione, sive numero, 520.

Creare. Ante creata luminaria diem efficiebat dominatus lucis, noctem vero dominatus tenebrarum, 464. Soli eadem lex imposita ac antea luci, 464. In creatione binas tantum pecudes et feras creatas fuisse nonnulli dixerant, 460. Ut probarent tunicas pelliceas non e pellibus animalium factas, 460. In unoquoque genere Deus creavit par unum, nil amplius, 460. Creavit Deus tunicas pelliceas, non humana arte elaboravit, 460. A creatione Deus quievit, id est ab his quæ non sunt creandis, 460. At secundum creationem designat illud, *Formavit præterea Dominus Deus*, etc. Creasse cum dicitur Deus ex eo quod non est, non id esse statuitur quod non est, sed aboletur, 469. Creatæ et increatæ naturæ discrimen, 422, 424, 425. Inter utramque nihil medium, 424, 425, 432. Res omnes creatæ sescupliciter divisæ, 599. Creare ex ingenita et sempiterna materia non minus difficile esset quam ex nihilo, 438. Creationem ex nihilo credere noluerunt philosophi, 458. Idcirco rerum ex materia generationem primi philosophi, Aristoteles materiæ generationem sustulit, 458. Creatione Deus non augetur, 489. Relationem obtinet ad creaturam, 489. Ut illius perfectio non minuitur, quia plures mundos non condidit, ita uno condito non augetur, 489.

D

Davm ob pœnitentiam secundum cor Dei fuit, 471. Per Davidem Deus constituit regnum Spiritus, 494.

Dæmon vigil est adversarius, 448. Modis omnibus machinatur, ut piis maculam inurat, 448. Dæmones esse, eorumque cultum et nomina homines ab ipsis didicerunt, 472. Dæmones dii gentium gaudebant victimis humanis, 481. Dæmonibus non adest potentia ultrix obedire illis nolentium et benefica in obedientes, 456. Dæmonum nondum sublata omnis potestas, 472. In corporibus Christianorum edunt seductionis opera, 472. Sed in eos qui in Christum credunt sublata seductio, 472.

Dæmoniacus quidquid mali facit, præsentia dæmonis facit, 456. Dæmoni ejecto vis invisibilis metum incutit ne amplius appropinquet, 456. Dæmoniaco attribuit Scriptura dæmonis opera, 456. Non enim dæmoniaco dæmon vires sufficiebat frangendi vincula, sed illa ipse frangebat, 456.

Dentes septimo mense nascuntur et septimo anno mutantur, 467.

Dextra manus honorabilior existimatur, quam læva, 491.

Deus unus est, 549. Nec deos nec Deum habens ante aut post se nec cœternum nec subjectum, 549. Deus omnium mens, 593. Deus unus est unumque omnium principium, 420. Ne quid extrinsecus accidens rebus conditis perniciem ferat, 420. Divinam essentiam apprehendere non possumus, 425. Imo nec ea quæ circa illam mystice peraguntur, 425. Divinarum rerum nihil hominibus apertum, 425. Deo nihil coexsistit ab initio, 420. Si quid enim coexsisteret, vel Deus esset vel angelus, 420. At unum Deum esse, et angelos ab eo creatos Scripturæ docent, 420. Deus absurdissime dicitur per se productus, 525, 526. Dei nec substantia corrumpi potest, nec operatio interpellari, 549. Deus incompositus quia neminem habet a quo compositus fuerit, 497. Deus incorporeus dicitur, ut a corporeis et incorporeis distinguatur, 539. Deus ubique est totus et in uno quoque totus et in se ipso totus, 504. Id quod est et id quod habet citra compositionem habens, Deus alius est, aliud ingenitum, 525. Dei perfectio in eo sita quod idem sit, 489. Creatione non augetur, 489. Non magis quam unitas numeri principium facta, 489. Dei quod est proximum non indiget Deo, 486. Ut Deus fiat impossibile est, 486. Deus non est similis hominibus ea proximo gratificantibus quæ sciunt aut possunt, 485. Quæstio absurda est, cur non omnes nos Deus fecerit deos, 486. Deus ratione cognoscit ea quæ fecit, 540. Sed non operatur ut artifices cum cogitatione et consideratione et judicio, 540. Deus non habet finitam potestatem, 488. Non lege et mensura naturæ operatur, 488. Sed summa potestate voluntatis quam nulla difficultas moratur, 488. Deo nihil adversatur, 533. Neque angustia est apud Deum, nec quidquam numeris suis non absolutum, 596. Creat sine instrumento, ut vult sine instrumento, 540. Ex quolibet quodlibet facit, 551. Longe alia ratio naturæ et artis, 551. Id quod facturus est, non melius aliquid inveniendo facturus est, 539. Id enim facere statuerat ante mundi creationem, 539. Deo creandi potestas negatur, si restituendi non conceditur, 542. Deus immutabilis in ignoscendo et non ignoscendo, 455. Immutabiliter ignoscit his qui lapsus emendant, 455. Perseverantibus in malo immutabiliter non ignoscit, 455, 460. Deus primus et ingenitus fuit potestate, 532. Ita et opifex fuit, 532. Deus incusari non potest, quod plures mundos non fecerit, 525. Neque etiam quod hunc non semper fecerit, 525. Deus ex auctore *Quæst. ad Orthod.* non definivit hominum vitæ tempus, 454. Deum conservat universum, opus suum conservat, 445. Ut nihil mali fecit, ita nihil mali conservat, 445. Dei nomen angelo datum qui cum Jacob et Moyse est locutus, 504. Dii etiam dicti homines, 504. Utrisque hoc datum ob munus commissum, quo obito non jam dicuntur dii, 504. Deum ut materialibus maxime pretiosis, ita et nominibus veneramur, 338. Incorporeum vocamus etsi ultra incorporea est, 338.

Diabolus non tam aperte blasphemus ante incarnationem, 596. Nondum enim certo sciebat suam condemnationem, 596. Postea apertius in blasphemias erupit, 596.

Diluvium in omni loco, 454. Negant id nonnulli, 454.

Disciplina. In disciplinis minora præcedunt, 482.

Divinationis opera et responsa per ventriloquos præstigiæ sunt, quibus dæmones illudunt oculis, 472.

Divitiæ non laudandæ, 415. Sunt enim perituræ, 415.

Dominico die non flectuntur genua in signum resurrectionis a morte peccati, 490. Sex diebus flectuntur ut meminerimus nostri in peccatum lapsus, 490. In Pentecoste non flectuntur, quia idem valet ad eam rem ac dies Dominica, 490.

E

Ebrietas depingitur, 414, 415.

Ecclesia a Græcis et Judæis diu vexata, in spiritualibus donis et in humanis valde crevit, 488. Christi divina vox, quæ centuplum promiserat, id perficit, 488. In Ecclesia triticum semper manebit, 449. Pene illud de-

Digitized by Google

fecisse dictitat auctor *Quæstionum ad orthodoxos*, 449. Ecclesiæ alumni, 422. Ecclesiæ filii, 423, 427, 428, 430, 432, 591.

Elementum quintum Aristotelis commentum, 533, 534.

Elisæus non petiit duplicatum donum ut eadem mirabula bis ederet, 473. Sed ut simpliciter perficere posset quæ opus erat, 473. Petitione non excidit, 473. Id probant mira ab eo edita partim simplicia, partim duplicia, 473. Puerorum nece castigavit parentes, 472. Docti enim a parentibus dicebant : *Ascende, calve*, jocantes in Eliæ assumptionem, 472. Idem Elisæo precabantur ut ab eo liberati essent, 472.

Emmanuelem appellare Christum sancta non desinit Ecclesia, 500.

Epicuri atomi et vacuum, 591.

Epinicium canere, 433.

Eucharistia. Per manducationem carnis Christi expurgantur peccata hominum impiorum qui glorificant Deum justificati in baptismo, 457. Caro Domini expurgat conscientias manducantium, 458. Illius imago fuit carbo expurgans labia Isaiæ, 458.

Eutelpistus Justini auditor et in martyrio socius, 586, 587.

Excusationes nunquam desunt vitiis, 415.

Exemplar simplex est, compositum vero id quod est ad exemplar, 528. Exemplar in Deo est et in materia, 53.

Ezechiel vocatur filius hominis, quia depicturus erat resurrectionem, quam filius hominis perficiet, 458. In visione resuscitat mortuos potestate cognominis, 458. Illius visio significat præcipue resurrectionem generalem, deinde libertatem Judæorum, 458. Ezechieli oblata animalium visio significabat liberatum iri Judæos, 458.

F

Fidem absurdum naturæ et arti habere, Deo non habere, 546. Fides parata responsio multis quæstionibus, 432.

